# LEX ROMANA

# VISIGOTHORUM.

AD LXXVI LIBRORUM MANU SCRIPTORUM FIDEM RECOGNOVIT, SEPTEM EIUS ANTIQUIS EPITOMIS, QUAE PRAETER DUAS ADHUC INEDITAE SUNT, TITULORUM EXPLANATIONE AUXIT, ANNOTATIONE, APPENDICIBUS, PROLEGOMENIS

INSTRUXIT

**GUSTAVUS HAENEL**

LIPSIENSIS.

EDITIO POST SICHARDUM PRIMA.

**LIPSIAE**

SUMPTIBUS ET TYPIS B. G. TEUBNERI.

MDCCCXLVIIII.

# CAROLO DE SAVIGNY

VIRO PERILLUSTRI

**GUSTAVUS HAENEL**

S.

A quo primum tempore praeclarum Tuum de Historia Iuris Romani, quae in tenebris iacuit, librum perlegi, ingenti quodam ardore incensus sum ad Legem Romanam Visigothorum codicum ope, quibus contineretur, perpoliendam. Eos igitur ut conquirerem, feci iter in diversas Europae regiones. Et praeter exspectationem quidem successit inceptum; nam multos codices inveni, inter quos erant, qui et Legem illam augerent et veterum librorum iuris, ex quibus exscripta est, reliquias complecterentur. Horum porro codicum praestantia incitatus perquisivi omnes bibliothecas, quas hoc genus codices comprehendere aut sciebam aut opinabar, neque prius destiti longe lateque peregrinari, quam quoscunque poteram impetrare codices descripseram aut cum editis libris contuleram. Tandem post aliquot annos multi et sumtuosi laboris in patriam redux factus cum magna copia rerum in pugillares meos congestarum, statim omni cura incumbebam in eos libros elaborandos, quibus vel emendandis vel

divulgandis res illas utiles esse arbitrarer. Quid multa? Deinceps edidi, praeter Catalogos Librorum Manuscriptorum et breves aliquot libellos, Romanorum imperatorum, qui ante Iustinianum regnarunt, constitutionum Codices et Glossatorum nonnulla scripta. Complura, quae ad Graecum vel Canonum ius pertinebant, tradidi amicis ad usum conferenda. Iam vero in eo est, ut Lex Romana Visigothorum a me divulgetur.

Quorsum haec? inquies. Ut originem Tu habeas studiorum meorum et perspiciant omnes, auctorem eorum totiusque laboris, quem in libris illis consumsi, Te esse solum. Quid vero dico: auctorem tantum? Quin etiam fautorem meum et adiutorem Te, Vir Perillustris, grato animo appello. Etenim multa Tu mihi tribuisti summae humanitatis officia; nunquam consilium Tuum mihi defuit, nunquam auxilium, et vel ad Legem Romanam Visigothorum perpoliendam beneficia in me contulisti maxima, quae Tua benevolentia mihi stimulos adiecit ad propositum constanter tenendum. Itaque hanc ipsam Legem, in qua multa, quae male affecta erant, sanavi, alia adhuc incognita primus edidi, Tibi inscriptam et dicatam emisi, ut me clientem Tuum esse, quantum in me est, palam profiterer, huic autem libro summum ornamentum apponerem. Nam sicut parentes filiolos suos solent commendare viris, qui dignitate atque auctoritate, qua pollent, tueantur atque extollant eos, ita, quisquis literis operam dat, quam maxime curat, ut industriae suae fructum viri alicuius in re publica literarum illustris patrocinio committat. Praeterea fortasse consequar, quod iam pridem optabam, ut quantum Te colam sentias, meumque Tui amorem eum esse Tibi persuadeas, quem multi aemulari studeant, assequatur nemo. Accipe igitur hoc observantiae meae argumentum. Quod si feceris, me, quae summa sunt, omnia consecutum esse existimabo. Vale.

Scribebam Lipsiae XV. Kal. Octobr. A. p. C. n. MDCCCXLVIII.

De legibus everso Romano imperio barbarorum, qui dicuntur, regum iussu in utilitatem Romanorum scriptis maxime memorabilis est *Lex Romana Visigothorum.* Excellit enim ratione, qua composita est et amplitudine, valuit auctoritate in iudiciis et in scholis, saepe numero in codices transscripta est, in diversas formas redacta glossisque instructa, denique etiam ea aetate, qua iuris colendi ars in Occidente adhuc rudis et inculta erat, crebro adhibita ad componendos iuris libros. Neque postquam Romani iuris studium in eum penetraverat, parvi habita est, quum complures veteris iuris librorum reliquias adhuc complectatur sola; nam quamquam incredibilem in modum doctos excitavit ad libros illos undique conquirendos divulgandosque, tamen ut omnes aut integri invenirentur, non contigit. Quare Legem, ut ab Alarico promulgata est, totam dumtaxat semel aeneis typis expressam esse, a *Sichardo* a. p. C. n. 1528, mirum est. Sed ne is quidem quicquam curasse videtur, nisi ut codicem, quo uteretur, divulgaret et scripturae diversitatem ex aliis libris manu scriptis in margine hic et illic apponeret. Quas vicissitudines habuerit Lex, ex Sichardo perspici nequit. Praeterea liber perrarus est, paucique veram eius notitiam habent, praesertim quum a iuris Anteiustiniani cultoribus repetitus quidem, sed cum rebus alienis commixtus sit. Quae quum ita sint, cum huius aetatis, quae magnum studium contulit ad veteres leges emendandas, ingenio non dubito quin congruat nova *Legis Romanae Visigothorum* editio, in qua non solum Sichardiani libri vitia et maculae purgentur, res alienae removeantur, ambitus et forma singulorum quorumque locorum demonstretur, explanationes titulorum et epitomae Legis adiiciantur, sed etiam exponantur compositio, historia, vicissitudines et fata eius, codicum denique, quibus conservata est editionumque habitus et indoles. Temerarium quidem est, post *Carolum de Savigny* de rebus disputare, quas quanta perspicuitate, sermonis elegantia quantoque ingenii acumine vir eximius explicaverit, nemo est, qui nesciat. Verum, quae libri eius ratio est, non omnia potuit commemorare, alia breviter tantum attigit, non explanavit, denique vero ipse veteris iuris studiosos ad rem denuo pertractandam adhortatus est. Quare si fortasse erunt, qui mihi in crimine hanc temeritatem ponant, me non mea, sed perillustris viri auctoritate tuebor atque defendam. Sed ad rem ipsam accedam.

## CAP. I.

## COMPOSITIO LEGIS ROMANAE VISIGOTHORUM.

Romani, quos Visigothi subegerant, suo iure vivebant. Constitit hoc ius ex multiplicibus, partim antiquis legibus et moribus, ex constitutionibus imperatorum in codices congestis, et ex scriptis iurisconsultorum[1]). Necessario igitur multa continuit, quae praesenti Romanorum statui atque conditioni adversabantur et falso intelligebantur, praesertim quum conversio rerum iuris studium et peritiam sub Visigothorum imperio deminuisset*).

1) Iis tantum libris iuris, qui ad Breviarium Alarici componendum adhibiti sunt, Romanos usos esse, nullis aliis, nego. Ceciderant enim in ditionem Visigothorum, antequam c. 3 C. Th. de Resp. prud. (I, 4) promulgata est. Loquitur etiam Alaricus in Commonitorio *de omni legum Romanarum et antiqui iuris obscuritate.* E diverso concedo, postquam Codex Theodosianus in Galliam penetravit, libros illos praeter ceteros in iudiciis valuisse.

*) Iurisprudentiae misera conditio in terris, quas barbari invaserant, cognoscitur ex Nov. Val. tit. X. (s. XXXI.) de Confirmandis his, §. 5: *Notum est, post fatalem hostium ruinam, qua Italia laboravit, in quibusdam regionibus et causidicos et iudices defuisse, hodieque gnaros iuris et legum aut raro aut minime reperiri.* Et Italiam quidem tunc temporis invaserant tantum barbari, non diu occupaverant, ut Visigothi Galliam.

Inde factum est, ut quum ipsis Romanis, tum iudicibus ius illud modo iniquum, modo ambiguum et obscurum videretur esse et iudicia diversis iurgantium obiectionibus in infinitum extraherentur[2]). Movit tandem haec res *Alaricum* regem, ut sublatis pristinis legibus totum ius romanum in unum librum cogeret, *Euricum* patrem imitatus[3]), qui iuris aequabilitatem atque consonantiam fundamentum salutis publicae esse perspexerat, ideoque Visigothorum leges et mores in unum librum redegerat. Itaque pro multitudine legum et varietate iuris, quod apud Visigothos valebat, nunc duo tantum codices in iudiciis adhibebantur ad lites decidendas; quorum alter Eurici in Visigothorum, alter Alarici in Romanorum usum compositus erat. Hunc[4]) quo anno *Alaricus* strui iusserit, incertum est[5]), incertum etiam, num nomen ei dederit et si dedit, quod nomen?[6]) At vero compositionis historia cognoscitur ex decreto Legi praefixo, quo eam *Alaricus* Tolosae promulgavit anno imperii sui XXII.[7]); *Auctoritatem* intelligo *Alarici*[8]) sive *Commonito-*

2) Id significatur vv. Commonitorii: *Utilitates populi nostri propitia divinitate tractantes hoc quoque, quod in legibus videbatur iniquum, meliori deliberatione corrigimus, ut omnis legum Romanarum et antiqui iuris obscuritas — in lucem intelligentiae melioris deducta resplendeat, et nihil habeatur ambiguum, unde se diuturna aut diversa iurgantium impugnet obiectio. Quibus omnibus enucleatis atque in unum librum prudentium electione collectis* etc. 3) Diversae sunt diversorum sententiae de causa, quae moverit Alaricum ad librum componendum, quas omnes enumerare non opus est. Cf. inter al. *Cuiacius* in Epist. ad Ranconnetum a. 1557. *Chr. Gottl. Biener*, *Progr. Histor. Legum Wisigothicarum* spec. I. Lips. 1783. 4. c. III — V. *Acad. Opp.* Vol. II. Lipsiae 1830. 4. p. 19 — 24. *Canciani*, *Barbarorum Leges Antiquae. Venetiis* 1789. Vol. IV. p. 50 sq. *Figueiredo*, *Memorias de Litteratura Portugueza.* T. I. Lisboa 1790. p. 260. *I. M. de Zuaznavar*, *Ensayo Historico-Critico sobre la Legislacion de Navarra.* San Sebastian 1827. 4. T. I. p. 72 sq. *Figueiredo*, qui in universum recte et cum *Savignio* consentiens historiam libri exponit, Visigothi, inquit, mutatis moribus una cum pristinis incolis ad leges romanas vivere consueverunt, ex quo magna perturbatio iurium nascebatur, cuius tollendae duplex remedium erat, aut derogare pristinas leges, aut novo libro ius in compendium et consonantiam redigere. Illud regibus videbatur periculosum esse. Recte *Biener* l. c. Alaricum dicit patris sui Eurici exemplo excitatum novae legis componendae consilium cepisse; verum quod in *Origin. Iur. Germ.* §. 78 addit: „*fortassis etiam Theodorici Regis in Italia hortatu*", id non probavit. 4) De eo egerunt praeter scriptores not. 3 nominatos, *I. Gothofredus*, *Prolegomen.* ad *Codicem Theodosianum* cap. V—VII. *Schulting* in *Praefat. Iurisprud. Vet. Anteiust.* *P. Giannone*, *Istoria Civile del Regno di Napoli* (1723). Italia 1821. 8. T. I. p. 168 sq. *Hoffmann* in *Historia Iuris.* Lipsiae 1734. 4. Vol. I. Part. I. p. 475 sq. *I. I. Mascou*, *Geschichte der Deutschen.* Leipzig 1737. 4. Lib. XI. §. 12. p. 24 sq. *Fischer*, *Literatur des Germanischen Rechts.* Leipzig 1782. 8. p. 25 sq. *Biener* l. c. et brevius in *Comm. de Origin. Iur. Germ.* T. I. §. 78 et 79. *Bouchaud*, *Mémoire sur le Code d'Alaric* (*Mémoires de l'Institut National Des Sciences Et Arts. Sciences Morales Et Politiques*). Paris An XI. T. IV. p. 76—112 (quem *Savigny* vituperat). *Diplomata*, *Chartae*, *Epistolae — Collecta a vv. cl. de Brequigny et La Porte du Theil — par I. M. Pardessus.* T. I. Lut. Par. 1843. fol. *Diplomata* p. 51 sq. *Fr. Mart. Marina*, *Ensayo Histórico-Crítico sobre la antigua legislacion y principales cuerpos legales de los reynos de Leon y Castilla.* Madrid 1808. 4. p. 17. *Savigny*, *Geschichte des Römischen Rechts im Mittelalter.* T. II. p. 36 sqq. (ed. I.) et p. 37 sqq. (ed. II.). *Eichhorn*, *Deutsche Staats- und Rechtsgeschichte.* Göttingen 1821. T. I. p. 122 sqq. (ed. III.). *Hugo*, *Lehrbuch der Geschichte des Römischen Rechts.* Berlin 1832. ed. XI. 8. p. 1040 sqq. *H. Klimrath*, *Travaux sur l'Histoire Du Droit Français.* Paris et Strasbourg 1843. 8. T. I. p. 314 sq. *Gust. Ern. Heimbach*, vir doctissimus, in egregia disquisitione: *Was haben die Quellen des Römischen Rechts durch die kritischen Bestrebungen der neuern Iuristen gewonnen? Zweiter Artikel. Fortsetzung* (in *Gersdorfii* Repertorio 1845. T. I. p. 297 sqq.). *Laferrière*, *Histoire Du Droit Civil de Rome et Du Droit Français.* Paris 1846. 8. T. II. p. 392 sqq. Nuper quoque *Unger*, *Römisches und Nationales Recht.* Göttingen 1848. 8. p. 29 (quem librum ipso momento, quo haec imprimuntur, accepi) multique alii, qui aut *Gothofredum* aut *Bienerum* aut *Savignium* in exponenda re secuti sunt, et in libris, quos enumeravi, nominantur. 5) Ex inscriptione Comm., ubi dicitur: *electae et sicut praeceptum est explanatae anno XXII.* colligere quis poterit, negotium ab Alarico eodem anno mandatum esse; verum haec verba ad tempus, quo liber ad finem perductus erat, referenda sunt. 6) A scriptoribus, qui ea usi sunt, saepe nominatur *Lex Romana.* Similiter in codd., veluti Vat. Reg. Suec. 1128, Epit. Suppl. Lat. 215. Cf. *Savigny* l. c. T. I. p. 105 sqq. T. II. p. 44 (ed. I.), T. I. p. 130 sqq. T. II. p. 45 (ed. II.). Praeterea appellatur *Liber Legum Romanarum* aut *Romanorum* (*Lex Romanorum*) s. *Liber Legum* in compluribus codicibus (vid. inter al. Comm. not. *b*), *Liber iuris* in iis codicibus, qui appendices habent et indices titulorum, *Liber Legis* in codice Reg. Par. Suppl. Lat. 65, *Liber Legis Doctorum* in Claromontano codice, *Liber Iuridicus* in codd. Reg. Par. 4404 et Suppl. Lat. 779, Guelpherbytano et Savigniano, aliis; *Corpus Legum* in Epit. Lugd. ad C. Th. XII. in f., nonnunquam etiam initio codicum *Corpus Theodosianum*, *Lex Theodosii*, et in Monacensi codice, sed a recentioris aetatis homine, *Originalia Legum.* *Scintillae* nomen, quod ei *Sirmondus* tribuit, ad epitomen, quae inest in codice Reg. Par. Suppl. Lat. 215, referendum esse puto, etsi *Hugo*, *Lehrbuch der Geschichte des Römischen Rechts.* Berlin 1832. p. 1045, id accipit de libris manu scriptis, qui solam interpretationem habent. Neque aliter intelligo *Breviarii* nomen, quod in codd. Reg. Par. 4419 et Favariensi (cf. infr. p. 3 et p. 339) invenitur, qui epitomen tantum Legis comprehendunt. E diverso in Wallersteinensi codice ipsa lex appellatur *Breviarium* et *Liber Breviatus* in epitome codicis Lugdunensis, extremo libro XII. C. Theodosiani. *Breviarii* v. usi sunt *Tilius* in fronte Commonitorii Codici Theodosiano praemissi, tum *Contius*, *Praetermissa in Codice.* Paris. 1566. f. lib. III. tit. 12: „*Haec tota constitutio ... videtur inserta iam olim ex Breviario Alarici*", dicuntur etiam Romani Correctores *Decreti* idem verbum adhibuisse, neque vero locum invenire potui, quum falsus sit numerus, quem vulgo scribunt: c. 21 C. 2 qu. 9. *Savignio* videtur displicere haec appellatio, *Hugoni*, *Lehrbuch der Geschichte des Römischen Rechts seit Iustinian.* III. ed. Berlin 1830. 8. p. 85, probari, quamquam postea in libro supra nominato p. 1046 et 1049 et in *Indicibus Gottingensibus* a. 1834. n. 200, p. 1996 in Savignii sententiam, nisi fallor, discessit. *Guizot* (*XI. Leçon de la Civilisation de France*) Legis Romanae nomen praefert illi Breviarii, quo usus erat in X. capite. Quum romani scriptores v. *Breviarii* ponant pro omni re in breve contracta, ponant etiam codicum, quos nominavi, librarii pro Lege in compendium contracta, praeterea v. *Breviarius* pari notione adhibeatur in l. 26 D. de Pecul. leg. (XXXIII, 8), *Breviare* quoque ab auctore epit. Aegid. in Paul. V, 3, non dubitavi v. *Breviarii*, quae naturam legis omnino explicat, brevitatis causa pro *Lege Romana Visigothorum*, ubi commodum erat, ponere, praesertim quum reliquae appellationes a librariis codicum, neque a compositoribus libri fictae sint. Cf. *Savigny* l. c. T. II. p. 44 et T. IV. p. 471 (ed. I.), T. II. p. 45 (ed. II.). De *Papiani* nomine cf. *Savigny* l. c. T. II. p. 29 (ed. I.). 7) Commonitor.: *anno XXII. regnante Domino Alarico Rege* et *Dat. sub die IV. Non. Febr. anno XXII. Alarici Regis Tolosae.* Alii, Euricum mortuum esse scribunt anno p. C. n. 483, alii anno 484, iam quum patri Alaricus illico successerit, Breviarium eius divulgatum esse manifestum est aut 505 aut 506 p. C. n. anno. Equidem posui ann. 506, communem opinionem secutus. Cf. *Fr. W. Lembke*, *Geschichte von Spanien.* T. I. Hamburg 1831. 8. p. 46 not. 2, qui Euricum anno 483 de vita decessisse putat. Summa Lugdun. errore *XXI regni — anno.* 8) Cf. *Gothofredi Glossarium Nomicum.* *Dufresne dom. Du Cange*, *Glossarium ad Scriptores Med. et Inf. Latinitatis* et *Dirksen*, *Manuale Latinitatis Fontium Iuris Civilis Romanorum* ad v. *Auctoritas.* *Auctoritas* est edictum, edictalis lex. Vid. c. 3 C. Th. de Re milit. (VII, 1): *Quicunque militum ex nostra auctoritate — merue-*

*rium*[9]). Postquam enim *sacerdotes* et *nobiles* viros de novo codice faciendo consuluit, *prudentibus* mandavit[10]), ut, quae ad dirimendas lites*) apta essent, ex legibus excerperent et excerpta in unum librum colligerent, disponerent, enuclearent, *ordinante Goiarico comite*, quem negotio praefecerat[11]). Exsecuti sunt mandatum Aduris[12]), Novempopulanae provinciae oppido, *anno XXII. regnante Alarico.* Tum rex *episcopos* et *electos provinciales*, ut *assensu suo roborarent* librum, convocavit[13]), quo facto eius exempla *secundum subscriptum librum*, *qui in thesauris habebatur*, formata ad comites misit. Singula vero quaeque exempla *Anianus*, qui *Alarici* referendarius dicitur fuisse, sua manu subscripsit[14]), quum nisi

*rint.* c. 31 C. Th. de Petit. (X, 10): „*Edictali lege sancimus — Quod nisi intra anni metas ex die auctoritatis — petitionis suae demonstraverit aequitatem* etc.“ c. un. C. Th. de Centurion. (XII, 15): „*Hac auctoritate sancimus.*“ Interpr. tit. IX. Nov. Th.: *quae de testamentis in Theodosiani corporis auctoritate conscripta sunt.* Similiter ponitur pro instrumento iudicis, veluti in §. 6 c. un. C. Th. Si certum pet. (II, 27): „*aditis iudiciis edictum mereri auctoritatemque postibus debitoris affigere*“; c. 17 C. Th. de Palatinis S. Larg. (VI, 30): „*Qui superflui fuerint, provinciis sine dilatione datis auctoritatibus restituantur.*“ Interpr. ad §. 6 Pauli de Effectu sent. (V, 5): „*Quicunque tribus auctoritatibus iudicis conventus*“, ubi Paulus: „*Trinis literis vel edictis — conventus.*“ Ponitur etiam hoc v. pro codice, veluti apud *Dionysium* in praef. Collect. Canon.: „*Regulas Nicaeni Synodi et omnium Conciliorum — sicut habetur in Graeca auctoritate digessimus*“, i. e. in Graeco codice. Cf. *Ballerin. in Append. S. Leonis Opp.* T. III. p. CLXXV.

9) Cf. *Gothofredus* in *Prolegom.* c. V., *Dufresne* et *Dirksen* l. c. v. *Commonitorium*, quod idem est atque epistola, qua quid praecipitur, sive quis officii admonetur. Vid. c. 10 C. Th. de Curiosis (VI, 29): „*Curiosi idonei per diversas regiones — transmittantur commonitoriis competentibus atque mandatis instructi.*“ L. Visig. VII, 5, 3: „*Qui falsa commonitoria sub nomine regis — protulerit — commonitorium acceperit.*“ 10) Comm.: „*ut omnis legum Romanarum — obscuritas adhibitis sacerdotibus ac nobilibus viris in lucem intelligentiae melioris deducta resplendeat — Quibus omnibus enucleatis atque in unum librum prudentium electione collectis.*“ Quot fuerint prudentes aut qui, non dicitur, verum eos Romanos fuisse puto, neque enim Visigothi videntur iuris romani periti fuisse. *Savigny* l. c. p. 43 ed. I. et p. 45 ed. II. *Laferrière* l. c. p. 394: „*Le travail*, inquit, *de la collection est confié à des évêques et à des nobles*“, verbis Commonitorii credo inductus, ut hoc affirmaret: „*adhibitis sacerdotibus ac nobilibus viris.*“ Vid. not. 13 seq. *) Vid. not. 11. De dirimendis litibus loquitur etiam formula primo libro Pauli praeposita: „*Corpori huius operis convenit annecti, quae in Theodosiano pro dirimendis litibus non inveniuntur inserta.*“ Sed quum desit in vetustissimis codicibus, eam a Visigothis ipsis scriptam esse nego. Aliter *Schulting* l. c. p. 186. 11) Comm.: „*Ordinante viro illustri Goiarico comite.*“ *Savigny* l. c. T. II. p. 43 (ed. I.) et p. 44 (ed. II.). Goiaricum praeterea iussum esse ait, librum divulgare (quod *Gothofredus* l. c. §. 6 et *Hugo* quoque in Historia Iuris Rom. p. 1046 putant) et prospicere, ut adhiberetur in iudiciis. Verum de hac re nihil dicitur in Commonitorio, quum verbum *Ordinante* de concipiendo libro accipiendum sit; illa vero: „*Et ideo subscriptum librum — Goiarico comiti pro distringendis negotiis nostra iussit clementia destinari*“, e codicibus mutanda in: *Et ideo oblatum librum Tibi pro* etc., itaque ad Timotheum, neque vero ad Goiaricum referenda. *Biener* quoque in progr. cit. c. IV. (Opp. p. 21) verba illa *Ordinante* etc. accipit de promulganda et auctoritate sua munienda lege; Goiaricum in eligendas et explanandas leges operam impendisse recte negat, negat etiam *Savigny*. Id igitur curavit, ut negotium ad voluntatem regis perficeretur, quapropter *Gothofredus* l. c. eum comparat cum Triboniano. Aliorum doctorum sententiae de Goiarici officio hae sunt: *Marianus de Sabatèr* in *Censura Iurisprudentiae Anteiustinian.* Cervariae 1744. 12. Breviarium, postquam a quibusdam illarum gentium optimatibus compilatum fuit, a Goiarico in ordinem redactum esse opinatur, adductus ad hanc sententiam v. *ordinandi*, quod vero cum antecedentibus coniungendum est et nihil aliud significat, nisi curare, ut aliquid ordine fiat. *Matritenses* Fori Iudicum editores a Goiarico librum factum esse scribunt et subscriptum (*refrendado*) ab Aniano. *Eichhorn* l. c. T. I. p. 124 not. *aa* v. *ordinante* accipi posse dicit pro *Ausfertigung des Befehls* et conferri iubet *Hugonis Historiam Iuris Romani* §. 388 not. 2, verum in recentissima illius Historiae ed. huius rei nihil invenitur. E diverso *Hugo* olim aliter sensit, *Civilistisches Magazin*, T. II. Berlin 1804. p. 264, nam a *Goiarico* censet non solum Sententias, verum etiam Responsa Pauli commemorari in interpretatione c. 2 C. Th. de Dotibus (III, 13), factam igitur esse interpretationem; eodem loco loquitur de Goiarici sociis (*Goiarich's Gehülfen*). Denique, ut alios mittam, librarius cod. Reg. Par. Suppl. Lat. 65 *Gratianum notarium scribentem* nominat, quod quo iure dixerit, nescio. 12) In f. Comm.: *Anianus — ex praeceptione — Alarici Regis hunc codicem de Theodosiani legibus — electum Aduris, anno XXII. eo regnante, edidi atque subscripsi.* *Savigny* l. c. T. II. p. 40 not. 20 (ed. I.) et p. 41 not. *a* (ed. II.). Recte *Savigny* eos reprehendit, qui construunt *Aduris edidi* et propter vv.: „*Dat. — anno XXII. Alarici Regis Tolosae*“, quae sequuntur, coniungunt inter se vv. *Regis Tolosae*, quasi Anianus Aduris subscripserit et Alaricus Tolosae rex appellatus sit. Aduris lex facta est, Tolosae promulgata. Errorem iam *Gothofredus* habet l. c. c. V. §. 9 et partim *Cuiacius* in epist. ad Ranconnetum a. 1557. *Biener* in Spec. cit. c. IV. rem recte exposuit. 13) Comm.: *Excerpta — venerabilium episcoporum vel electorum provincialium nostrorum roboravit assensus.* *Savigny* l. c. p. 41 not. 21 (ed. I.), p. 42 not. *b* (ed. II.) ad hunc actum refert ea quoque verba, quae initio Commonitorii reperiuntur: *adhibitis sacerdotibus ac nobilibus viris.* Vereor, ut recte haec inter se coniunxerit, quae diverso loco posita sunt. Initio enim Commonitorii de conficiendo novo codice sermo est, hic de confecto. Priusquam labor susciperetur, consilium cum proceribus regni communicaret rex necesse erat. Id indigitatur initio Comm. vv. *adhibitis sacerdotibus ac nobilibus viris.* Ut auctoritatem acciperet confectus codex, corroborandus erat assensu eorundem ordinum, de quo alter Commonitorii locus loquitur. Rem recte exposuit *Biener* in Spec. cit. c. IV. et in Comm. cit. §. 78 p. 283. *Schulting* l. c. *per sacerdotes*, inquit, *et nobiles viros Corpus iuris confici iussit*, falso. Summa Lugdun. „*Alaricus — una cum pontificibus et sacerdotibus nobilibusque viris — compendiavit.*“ *Runde, Abhandlung vom Ursprunge der Reichsstandschaft der Bischöffe und Aebte.* Göttingen 1775. 4. p. 21 ab Alarico viros illos convocatos esse, ut assensu suo librum confirmarent, negat, quos comites tantum consistorianos fuisse contendit et ad *Gothofredum* provocat in *Prolegom.* c. V. (ed. Ritt. p. CCXXII). *Laferrière* l. c. p. 394 interpretatur v. *provincialium* „*les grands de la province*“, nisus Sidon. Apollinar. Epist. I, 7. 14) Vid. not. 15. Quia vv. *Anianus* etc. (vid. not. 12) in nonnullis codicibus in finem totius libri reiecta sunt (vid. Commonit. not. *y*), *Sirmond*, *Ritter* toti libro solum Commonitorium praefixum, at vero subscriptionem Aniani subiunctam esse putant. Sed cf. *Savigny* l. c. p. 43 not. 26 (ed. I.) et p. 44 not. *g* (ed. II.). *Hugo* in *Historia Iuris* p. 1046 titubat: „*Anianus, der das Patent dazu, oder die Abschrift selbst, edidit et subscripsit.*“ *Subscribere* idem est atque signare, manu sua confirmare; quo libri loco hoc fecerit Anianus, non interest; verum quum in omnibus fere exemplis subscriptio Aniani Commonitorio subiecta sit, eodem loco eam ab initio fuisse puto. De *Aniani* munere tot fere sententiae sunt, quot docti, qui de Breviario scripserunt. Eos, qui ab Aniano librum compositum esse putant, refellit *Savigny* l. c. p. 41 sqq. (ed. I.), p. 42 sqq. (ed. II.). Primum enim *referendarii* munus, quo Anianus dicitur functus esse (cf. *Gothofredus* l. c. §. 8, ibique *Ritter*, not. *d*, *Schulting* l. c. in Praef. et *Salmasius* ad Vopiscum in vita Carini p. m. 805; sed *Marina* l. c. Anianum senatorem fuisse scribit), deinde v. *subscripti* (vid. not. 15), tum v. *edidi* (cf. *Marini*, *I Papiri Diplomatici. In Roma* 1805. fol. 256 not. 69, p. 266 not. 25; *Gli Atti E Monumenti De' Fratelli Arvali. In Roma* 1795. 4. Pte. Sec. p. 479 et ad v. *Recognovimus* *Marini* l. c. p. 283 not. 29 et *Dirksen* l. c. v. *Recognoscere*) notio, singula quaeque exempla ab Aniano confirmata quidem, neque vero facta esse demonstrant. Consonant praeterea cum hac sententia Edicti Rotharis ultima verba (ed. *Vesmii* p. 10): *Si aliqua*

quae ab *Aniano* subscripta essent, non liceret in iudiciis ad disceptandum adhibere[15]). Iis adiecta erat *Auctoritas Alarici*[16]), qua, quo modo factus sit liber, narratur, omnibusque reliquis Romanorum legibus abrogatis iudices gravi poena commonentur, ut ne *aliam legem* sive *iuris formulam in foro proferri vel recipi* sinant[17]). Authenticum vero exemplum in aerario sive in *thesauris* regis deponebatur[18]).

Ut lex componeretur, *Alaricus* ea, *quae necessaria causis praesentium temporum viderentur* *), ex utraque veteris iuris specie, e constitutionum codicibus et ex scriptis iurisconsultorum, ex *Legibus* igitur et ex *Iure*[19]), eligi iussit[20]) et in unum librum cogi[21]). *Legum* fontes erant Codex Theodosianus et Novellae constitutiones imperatorum; *Iuris* tot erant libri, ut adhiberi non possent, nisi qui tum prae ceteris in iudiciis valebant[22]), quo factum est, ut Breviarium ex his tantum libris haustum sit:

1. Ex Theodosiano Codice;
2. Ex Novellis imperatorum Theodosii, Valentiniani, Martiani, Maioriani, Severi;
3. Ex Institutionibus Gaii;
4. Ex Pauli Sententiis;
5. Ex Gregoriano Codice;
6. Ex Hermogeniano Codice;
7. Ex Papiniani Libro I. Responsorum.

Neque vero *Alarici* prudentes eodem modo, quo Digestorum et Iustiniani Codicis compositores egerunt, nam hi libros, quibus utebantur, discerpserunt, discerptaque membra secundum materiam collocaverunt, illi vero singulos

*fuerit intentio, nulla alia exemplaria credatur aut suscipiatur, nisi quod per manus Ansoald, notario nostro scriptum aut recognitum seu requisitum fuerit, qui per nostram iussionem scripsit.* Induxit adversarios in errorem vulgata notio v. *edere*. Veram sententiam habent *Sirmond* in *Quaestione Triplici* (Opp. Venet. 1728. T. IV. p. 265) et *Gothofredus* l. c. §. 9 (quamquam hic in Comm. C. Th. sibi non constat; nam Breviarium Aniani modo librum, modo legem appellat aut de Aniani interpretatione et Anianismis loquitur), *Hoffmann*, *Historia Iuris Romano-Iustinianei.* T. I. Lips. 1718 et 1734. 4. p. 476; *Brunnquell*, *Historia Iuris Romano-Germanici.* Ien. 1727. 8. p. 209; *Marianus de Sabatèr* l. c. (cf. not. 11); *Biener* l. c.; *Stockmann* in *Bachii Historia Iurisprudentiae Romanae.* Lipsiae 1807. 8. p. 564 not. *a*; *Bouchaud* l. c. p. 79; *Marina* l. c. et Matritenses Fori Iudicum editores. Falso de Aniani munere iudicant *Sigebertus Gemblacensis de* Eccles. Script. c. 70: „*Anianus volumen unum de Legibus Theodosii Imp. edidit*“; *Cuiacius* in epistola ad *Redingerum* a. 1566. Codicis Theodosiani editioni praefixa; *Heineccius*, *Antiquitates Germanicae.* Hafniae et Lipsiae. 1772. 8. p. 253; *Schulting* l. c. in Praef. *Amaduzzi*, *Leges Novellae V.* etc. Romae 1767. sibi non constat. *Ritter* librum ab *Aniano* cum aliis factum et ab eo subscriptum esse putat. Recentiores maximam partem *Savignii* sententiam amplexi sunt, nisi quod *Guizot*, *III. Leçon de la Civilisation en Europe*, *Alaric*, inquit, *sous le nom de Breviarium Aniani publie un code pour ses sujets romains.* Hilaritatis excitandae causa *Baronii* quoque et *Petiti* sententias referam. *Baronius* enim putat c. 13 C. Th. de Poenis (IX, 40) inscriptionem et subscriptionem ab Aniano additam esse, quem errorem Tribonianus secutus sit in c. 20 e. t. C. Iust. (IX, 47), et similiter *Petitus* Codicem Theodosianum ab Aniano factum. Cf. *Gothofredus* in commentar. ad c. 13 C. Th. cit. et ad C. Th. XIV, 17, 5 (ed. *Ritter*. T. III. p. 331, T. V. p. 272). Ceterum *Gothofredus* in Prolegom. cap. V. §. 4 *eundem*, inquit, *apparet*, *conditorem Codicis Alarici et interpretem — esse;* recte quidem, sed quis is fuerit, id quaeritur.

15) Comm.: „*nec aliud cuilibet — liceat in disceptationem proponere, nisi quod directi libri et subscripti viri spectabilis Aniani manu — ordo complectitur.*“ 16) Comm.: „*Hanc vero praeceptionem directis libris iussimus adhaerere, ut universos ordinationis nostrae et disciplina teneat et poena constringat.*“ 17) Comm.: „*nec aliud cuilibet aut de legibus aut de iure liceat in disceptationem proponere, nisi quod directi libri — ordo complectitur. Providere ergo te convenit, ut in foro tuo nulla alia lex neque iuris formula proferri vel recipi praesumatur. Quod si factum fortasse constiterit, aut ad periculum capitis tui aut ad dispendium tuarum pertinere noveris facultatum.*“ *Savigny* in hac praeceptione sitam esse causam putat, cur Comm. in plerisque codd. desit. Alarici enim Auctoritatem et Aniani subscriptionem omissas esse in iis exemplis, quae ad privatorum commodum sive privatum usum scriberentur. Ego vetustati potius codicum id tribuo, situ enim priora eorum folia perierunt, saepe quoque ultima; nam complures libri, qui quidem illis, quibus integrum Breviarium continetur, recentiores sunt et in breve contracti, Commonitorium et subscriptionem habent. *Laferrière* l. c. p. 398 Commonitorium propterea deesse scribit, quia metuendum erat, ne vis *exclusiva*, quae Legi in Commonitorio tribuitur, impediret, quominus ut Lex Romana in diversis Galliae partibus reciperetur, quae ratio magis speciosa est quam vera. 18) Commonitor.: „*Secundum subscriptum librum, qui in thesauris nostris habetur.*“ Cf. *Dirksen* l. c. v. *Thesaurus*. *) Cf. not. 20 in f. 19) *Savigny* l. c. p. 44 (ed. I.), p. 46 (ed. II.). *Ritter* ad C. Th. II, 4, 1 not. *x* et infr. not. 20. Inscript. Commonitorii: „*Leges sive species iuris*“ et in ipso Comm.: „*Legum Romanarum et antiqui iuris obscuritas — aut de legibus aut de iure — nulla alia lex neque iuris formula*“ et in subscr.: „*de Theodosiani legibus atque sententiis iuris.*“ In c. 2 C. Th. de Dotibus (III, 13): „*quia hoc lex ista non evidenter ostendit, in iure, hoc est in Pauli sententiis — requirendum.*“ Int. C. Gr. II, 1: „*Iure et legibus continetur*“ et formula interpretationi hic et illic adspersa: *Hoc de Iure addendum est.* Codd. Gregorianus et Hermogenianus privato Ictorum studio, sine mandato principum facti, inter Ius positi sunt (vid. not. 20), quod memorabile esse scribit *Savigny* l. c., sed cf. *Hugo*, *Göttingische gel. Anzeigen.* 1834. n. 200. p. 1996. 20) Int. c. un. C. Th. de Resp. prud. (I, 4): „*Haec lex ostendit, quorum Iuris conditorum sententiae valeant — Sed ex his omnibus Iuris Consultoribus, ex Gregoriano, Hermogeniano, Gaio, Papiniano et Paulo, quae necessaria causis praesentium temporum videbantur, elegimus.*“ 21) Cf. supr. not. 10. 22) Cf. not. 19 in f.; *Fried. Dan. Sanio*, *Rechtshistorische Abhandlungen.* Königsberg 1845. 8. T. I. p. 25 not. 56. *Laferrière* l. c. p. 396. Innotuisse Visigothis alios quoque Iurisconsultorum libros, ex iis locis manifestum est, ubi nominantur (cf. not. 39), v. g. Pauli Responsa. Quare quod in cod. Reg. Par. Suppl. Lat. 65 scriptum est: „*Sub tempore alarici — fuit data sententia V. libros legum, qui in herario regis erant retrusi excarsum ex omnibus libris fuit conscriptum in unum volumen*“, non ita explicandum est, quasi alii libri defuerint Gothis. De Ulpiani Fragmentis cf. infr. not. 63.

quosque libros eorumque ordinem servabant[23]), etsi de iis demserunt*), quae non apta essent praesenti rerum statui. Deinde Breviarii librorum series certa est, eadem nimirum, quam supra explicavi[24]), praeterquam quod omnibus *Commonitorium* antecedit et Index Titulorum[25]), Iustiniani autem librorum nullus videtur mutuus ordo fuisse. Praeterea Alarici prudentes eligendarum, non mutandarum, illi et eligendarum et mutandarum legum potestatem acceperant. Eas igitur, quas elegerant, prudentes illi verbis suis transtulerunt in hunc codicem, raro truncarunt[26]) aut cum verbis aliunde sumtis miscuerunt*), quod verum esse demonstrant tum complures Breviarii constitutiones in Theodosiano Codice adhuc superstites, tum nonnullae sententiae Pauli, quae in aliis quoque iuris romani libris repeRiuntur[27]). Ad eas accedunt illi Breviarii loci, in quibus pars legis inutilis vel alibi explanata ideoque reiecta esse dicitur[28]), sive expressis interpretis verbis, sive formula *ad locum* et *de re necessaria ad locum*[29]), quod non opus fuisset adiicere, si contraria ratione actum esset in conscribendo Codice. Solus Gaius in novam quasi formam mutatus inque brevem libellum contractus est[30]), ob causam puto in ipso Gaio sitam, nam Pauli Sententiae *plenissima luce et*

23) Quod in Novellis vituperat *Hugo* l. c. p. 1043. *) Permulta esse demta, perspicitur ex C. Th., qui 3400 circiter leges olim comprehendit. *Haenel* ad Cod. Theodosianum p. XXXIII. Earum 398, non plures supersunt in Breviario, iis in calculum non receptis, quae dubiae sunt. Codicum Gregoriani et Hermogeniani multo plures videntur omissae esse. De 104 Novellis, quae conservatae sunt, reperiuntur 33 in Breviario. De Gaio cf. infra. Quantum Pauli desit, certo dici nequit. 24) In *Seldeni* codice, in Montispess. H. 84, Guelpherbytano Gaius post Paulum positus est, quod casu, non consilio evenisse arbitror. Veterum enim codicum membranae non compingebantur filo aut alio modo, sed solutae erant, unde factum esse videtur, ut in hoc et illo codice membranae, in quibus Gaii epitome scripta erat, post Paulum ponerentur, quod transiit in codices ab illis descriptos. Res patet ex Aurelianensi codice, ubi ex quaternionum numeris perspicitur, Gaium ante Paulum, neque vero post Paulum debuisse poni. Novellam *de Theodosiani Codicis Auctoritate* Codici Theodosiano in Breviario antecessisse, non arbitror. In locum Novellae Commonitorium positum est. Paucorum quidem codicum, inter quos *Sichardi* codex est, librarii pro Commonitorio Novellam Breviario praeposuerunt; quos Codicem Theodosianum ante oculos habuisse credo. Ceterum compositores Breviarii temporis seriem, secundum quam constitutiones C. Theodosiani et Novellae ordinatae erant, non turbarunt; cf. *Haenel* in ed. *Novellarum Constitutionum*. Bonnae 1844. 4. p. 121 not. sup. 25) In paucis tantum exemplis, veluti eo, quod *Sichardus* adhibuit ad editionem suam, in Epit. Monachi et S. Galli index non toti Legi, sed singulis eius libris praefixus est, verum in antiquissimo codice Monacensi toti Legi. 26) *Savigny* l. c. p. 51 not. 41 (ed. I.), p. 53 not. *c* (ed. II.) Visigothos de suo consilio discessisse putat in c. 6 C. Th. ad L. Iul. de Adult. (IX, 7, Br. IX, 4, 5), errore, nam c. 6 iisdem vv. scripta est in C. Theodosiano atque in Breviario et ab illius Codicis conditoribus decurtata. Cf. *Haenel*, *Codex Theodosianus* p. 845 not. sup. Similiter res se habet in c. 2 C. Th. de Raptu vel matrim. (IX, 25, Br. IX, 20), quae in Tiliano quoque C. Th. exemplo manca est. Verum aliis in locis Visigothi consilium suum deseruerunt. Cf. C. Th. II, 19, 6; IV, 4, 7; Nov. Severi, al., quod praeterea interpretatio quoque significat, ubi lege ipsa uberior est, nisi fortasse interpres in illis locis ex omissa aliqua lege aut ex vetere Visigothorum codice rem hausit. Vid. C. Th. V, 1, 5 et 6; V, 2, 1; V, 3; V, 7, al. Mirum est, hanc et illam legem, veluti c. 1 C. Th. de Mand. (I, 3) iam in vetustissimis libris mutilam esse aut male scriptam, quid quod videntur Visigothi mutasse rubr. titt. C. Th. II, 5; IV, 9 et 10 et C. Gr. IX. *Hugo*, *Lehrbuch der Geschichte*, p. 1044, Gaium quoque in f. mutilum esse contendit; verum in breve tantum contractus est, sicuti initio a librariis mutatus est. *) Interdum omnes codices eandem scripturam habent discrepantem cum Codice Theodosiano, v. g. in c. 4 C. Th. de Adm. et per. tut. (III, 19), ubi *mutilandum* scriptum est pro *mutandum*, quod C. Th. habet. Ibi *Vesme* conservari vult Breviarii scripturam, praesertim quum interpretatio et Lex Utinensis cum ea conveniant. Verum scriptura *mutilandum* aperte falsa est et ipsius C. Th. exempli, quo utebantur Visigothi, naevus, non error compositorum Breviarii, quare reiicienda. Interpretatio autem nihil probat, quum ad legem ipsam facta sit. Idem cadit in reliquos locos. Cf. C. Th. IX, 15, 2, interpr. not. *h;* XI, 6, 1 not. *c*. 27) Cf. Paulus I, 16 cum Collat. tit. XIII, 2. Paul. II, 12, 1 et 2 cum Collat. X, 7, 5 et 7. Paul. II, 27, 1, 2 cum Collat. IV, 12, 6 et 7. Paul. II, 32, 1—9 et 18 cum Collat. VII, 5, 1—6. Paul. IV, 8, 1—3 cum Coll. XVI, 3, 14, 18, 20. Paul. V, 17, 1—3, 5 cum Coll. IX, 3, 1—3 et VIII, 3. Paul. V, 20, 1 et 2 cum Coll. XI, 3, 4. Paul. V, 25, 1, 3 cum Coll. I, 2; VIII, 4; I, 7. Paul. V, 27, 2 cum Coll. VIII, 5. Paul. I, 1, 4 et 5 cum Consult. c. 4 et c. 7. Paul. III, 6, 8 cum Consult. c. 4. Paul. I, 10 cum Consult. c. 5. Paul. I, 13, 9 et 7 cum Consult. c. 6. Paul. I, 5 cum Consult. c. 6. Non adversantur Digesta, quorum contextores excerpta mutaverunt. 28) C. Th. III, 5, 2: „*Reliquum legis istius opus non fuit explanare, quia sequentibus legibus vacuatur.*“ c. 1 C. Th. de Matern. bon. (VIII, 9): „*Legis istius reliqua pars in aliis legibus continetur.*“ Interpr. c. 7 C. Th. de Test. (IV, 4): „*Extrema pars legis istius ideo non habetur scripta vel exposita, quia Novella lege calcatur.*“ Interpr. c. 2 C. Th. de Natural. liber. (IV, 6): „*Haec lex interpretatione non indiget — quia posterior omnibus est et priorem, quae a posteriore damnata fuerat, confirmavit.*“ Interpr. c. un. C. Th. de Act. certo temp. finiendis (IV, 12): „*Haec lex, licet in reliquis rebus fuerit abrogata, propter hoc tamen ut poneretur oportuit, quia de tricennio loquitur.*“ Interpr. c. 2 C. Th. ad L. Iul. de Vi p. et pr. (IX, 7): „*De reliquo haec lex praetermittenda est, quia in quarto libro sub titulo Unde vi, quae tamen temporibus posterior inventa est, habetur exposita.*“ c. 1 C. Th. de Apost. (XVI, 2): „*Reliqua pars de Manichaeis ideo facta non est, quia in Novellis evidentior invenitur.*“ Nov. Val. tit. III.: „*Reliqua constituta lex ipsa declarat.*“ Nov. Val. tit. VIII.: „*Ista lex ideo interpretata non est, quia sequens sub titulo de Episcopali iudicio et diversis negotiis et de tricennio loquitur et omnia, quae hic comprehensa non sunt, evidenter habet expressa.*“ Nov. Val. tit. X.: „*Reliquum vero huius legis ideo interpretatum non est, quia hoc in usu provinciae istae non habent.*“ (Memorabilis est h. l. v. *provinciae.*) Nov. Maior. tit. I.: „*Reliqua vero pars legis interpretata non est, quia haec, quae continet, usu carent et certe ad intelligendum non habetur obscura.*“ Nov. Maior. tit. II.: „*Haec lex ideo ad integrum scripta non est, quia iam, quae de diversis negotiis loquitur, in reliquis legibus evidenti interpretatione habentur expressa.*“ 29) Cf. *Wenck* et *Vesme* ad c. 6 C. Th. (Br. Al. c. 3) de Postulando (II, 10). Codicis Theodosiani contextores scripserunt *Post alia*, si quid legi alicui demserant. *Heimbach* in *Gersdorfii Repert.* 1845. T. I. p. 304 a Visigothis subscriptiones mutilatas esse opinatur (curne inscriptiones quoque?) et provocat ad c. 6 (potius 5 e. t. s. 2 Br. Al.) cit. Verum quamquam ad c. 2 p. 46 aliter scripsi, formulam *ipsis AA. Coss.* similesque illo tempore usitatas fuisse, probatur ex Cod. Iust., Coll. L. Mos. et Rom. tit. X. cap. 3—6, Consult., Vat. Fr. §. 270, Nov. Anthemii tit. II. Librarii enim veterum codicum constitutionum, praesertim si quando consules eiusdem anni in legibus deinceps repetebantur aut in eadem lege bis nominabantur, post *Dat.* et post *Acc.*, mutilaverunt mutaveruntque subscriptiones, neque vero Breviarii compositores, quorum cura tantum in recipiendas vel reiiciendas, neque vero in mutandas leges directa erat. 30) *Savigny* l. c. T. II. p. 52 (ed. I.) et p. 54 (ed. II.) id iurisconsulto tribuit, cui Gaius commissus erat, ut ad Breviarium adaptaretur, quum novum quasi et reliquis praestantiorem librum voluerit componere. *Hugo* l. c. p. 1048 not. 6 accipit vv. Comm.: „*vel clariori interpretatione composita*“ de Epitome Gaii, dubito an recte; nam verbis: *haec, quae excerpta sunt vel clariori interpretatione composita* duo officia Alaricus iniunxerat prudentibus, *excerpendi* et *interpretandi*

*perfectissima elocutione succinctae* facile discerni excerpique poterant, praesertim quum raro aliquid haberent, quod ad antiquitates et historiam iuris romani spectaret, at Gaii Commentariis concinnitas illa verborum et rerum deest, et tot fere sunt capita historiae et antiquitatum iuris, quot doctrinae et regularum eius. Sed non solum ea, quae necessaria essent et distringendis negotiis conducerent, ex veteris iuris libris a prudentibus *Alaricus* eligi voluit, verum etiam *clariore Interpretatione*[31]) explanari. Interpretationis igitur conceptio prudentum Alarici alterum[32]) munus erat tribuebaturque interpretationi partis individuae et cum natura Legis arcte cohaerentis qualitas. Quapropter dubitari nequit, quin eodem tempore, quo romani iuris libri in compendium redacti sunt, conscripta sit et ab iisdem quidem viris[33]), qui illud fecerant, nisi quod ei, qui Gaium in novam speciem mutaverat, interpretationem non opus erat scribere. Quum autem suum quisque librum interpretaretur, fieri non poterat, ut idem locus bis explanaretur; de duplicibus igitur illis interpretationibus, quae in recentioribus Theodosiani Gregorianique Codicis sive Pauli editionibus nonnullis locis subiectae sunt, alterutra falsa est, falsa eorum quoque locorum interpretatio[34]), quos non explanatos esse declarat formula: *Ista Interpretatione Non Indiget* sive *Eget*[35]).

Finis interpretationis duplex potissimum erat: ut explanarentur leges et ad praesentem Romanorum statum accommodarentur, quare complurium legum interpretatio ad verbum facta est, contra aliarum eum in modum, quem praesens Romanorum status et usus provinciae postulavit[36]). Ad hoc genus interpretationes pertinent, quibus leges correctae[37]) rebusve aliunde sumtis[38]) amplificatae sunt, aut in quibus aliorum librorum similes leges commemorantur[39]).

leges. Si Gaium solum intellexisset rex, sine dubio perspicuis verbis id dixisset. Initio Commonitorii dicitur: *leges sive species iuris — electae et, sicut praeceptum est, explanatae.* Multas Gaii §phos in epitome de loco in locum translatas esse, ex notis, quas infra adieci, apparebit.

31) Comm.: „*Quae excerpta sunt vel clariori interpretatione composita.*“ *Gothofredus*, *Proleg.* cap. VI. *Bouchaud* l. c. p. 109 sqq. *Biener*, Spec. I. cit. p. 19 sqq. et Comm. cit. p. 287. *Savigny* l. c. T. I. p. 258 sqq. (ed. I.) et p. 301 sqq. (ed. II.), T. II. p. 53 (ed. I.) et p. 54 sqq. (ed. II.). *Eichhorn*, *Zeitschrift* l. c. p. 258. *Laferrière* l. c. p. 395 sq. 32) *Laferrière* l. c. ex vv.: „*quod in legibus videbatur iniquum, meliori deliberatione corrigimus*“ tertium munus compositoribus Breviarii impositum esse concludit, nimirum corrigendarum legum, quo functi sint inprimis in Gaio in novam formam redigendo et in interpretando Paulo, cuius sententias ad ius et usum fori Galliae meridionalis explicaverint; legum ipsarum verba mutata et correcta esse, negat. Gaium quoque interpretatione instructum fuisse opinatur *Roever*, *Fragmentum Vet. Ic. De Iuris Speciebus. Lugduni* 1739. 8. p. 35; verum locus, quo nititur, ex Summa ab Aegidio edita sumtus est. Vid. infr. p. 316 tit. I. not. *i*. Ceterum memorabilis est interpr. Nov. Severi, quia ipsius legis prima verba repetit. 33) Interpr. c. 7 C. Th. de Legit. her. (V, 1): „*Similis est haec lex superiori, sed quia evidentior est, et istam inseruimus.*“ Vid. not. 200. Recte *Savigny* reprobat *Bouchaud.*, qui l. c. p. 107 sq. interpretationem sub Francis adiectam esse scribit propter *Papianum*, qui commemoretur. 34) Vid. C. Th. I, 2, 7; I, 3, 1; I, 6, 5; I, 8, 1; IV, 5, 1; X, 8, 1; XVI, 2, 1; Paul. I, 12, 7; I, 13, 1; II, 3, 1; II, 7, 1; II, 12, 1 et 3; II, 16; II, 18, 1; II, 26, 2; II, 31, 1; III, 4, 3; III, 6, 4 et 6; IV, 9, 1 et 2; IV, 13, 3; V, 1, 4; V, 4, 5, 15, 17; V, 5, 5; V, 12, 5; V, 14, 1 et 4; V, 16, 1; V, 17, 5; V, 23, 1 et 2; V, 25, 1; V, 27, 4; C. Gr. tit. VI. c. 3 et 5, al., quae duplices interpretationes hoc modo ortae sunt. Aurelianensis enim editor Codicis Theodosiani reliquorumque a *Cuiacio* a. 1566 divulgatorum librorum iuris hic et illic Summas ex *Aegidio* sumserat, quas interpretationi subiecit, aut legibus sive sententiis Breviarii addidit, a quibus interpretatio abest. Eas nonnullis aliis auxit *Cuiacius* a. 1586; omnes vero receperunt *Gothofredus* et *Schulting*, quo factum est, ut aliquot leges sive sententiae, quas Visigothi interpretati sunt, duplicem interpretationem habeant, alteram veram, alteram falsam, in *Gothofredi* et *Schultingii* editionibus, unam autem et falsam quidem aliae leges, quas interpretatione non egere Visigothi scripserant. Praeterea aliis interpretationibus singula tantum verba ex Aegidio ab Aurelianensi editore primum interiecta sunt. Cf. C. Th. (ed. Haenelii) III, 5, 11 not. *c*; III, 13, 3 not. *; III, 16, 1 not. *v*; IV, 4, 2 not. *u*; IV, 18, 1 not. *u*; IX, 9, 1 not. *o*, *q*; IX, 19, 4 not. *m*; IX, 37, 4 not. *y*; IX, 39, 3 not. *z*; XI, 16, 11 not. *b*; XIII, 1, 13 not. *t*, *u*; Paul. I, 4, 5; I, 9, 3; I, 13, 3; II, 25, 6; III, 6, 7 et 10; IV, 5, 5; V, 1, 2; V, 9; V, 10, 4; V, 18, 10, al. *Zirardinus* l. c. p. 12 not., p. 19 not., p. 426 not. et p. 430 rem divinatus est, nam „*quamquam*, inquit, *etsi subiecta aliqua esset* (interpretatio), *eam continuo Alariciani Breviarii auctoribus tribui minime necesse esset.*“ 35) Quae verba *Savigny* dicit in libris mss. plerumque omissa esse, quod nonnunquam quidem accidit, in codicibus truncatis sive negligenter scriptis, neque vero in iis, qui verum Breviarium complectuntur. In Nov. Val. tit. III., VIII., Maior. tit. I., al. additur causa, cur lex non sit explanata. 36) Vid. not. 20. 37) Cf. *Savigny* l. c. T. II. p. XXIV et 53 (ed. I.) et p. 54 (ed. II.), T. I. p. 257 sqq. (ed. I.) et p. 301 sqq. (ed. II.) et interpr. C. Th. I, 2, 5; I, 4, 1; I, 5, 1; I, 7, 1; I, 10, 2; I, 11, 2; II, 1, 10; II, 4, 1; II, 6, 3; II, 8, 2; II, 11, 1; II, 12, 1; II, 16, 3; II, 19, 3, 5; II, 22, 1; II, 33, ult.; II, 29, 1, 2; II, 31; III, 1, 3; III, 4, 1; III, 5, 4; III, 7, 2; III, 8, 2, 3; III, 12, 1; III, 13, 1, 3; III, 14, 1; IV, 1, 1; IV, 2, 1; IV, 3, 1; IV, 4, 1, 3, 4; IV, 6, 1; IV, 8, 1; IV, 11; IV, 16, 1; IV, 17, 1; IV, 18, 2; IV, 20, 5, 6; V, 1, 1—3, 5, 6; V, 3; IX, 1, 1 et 4; IX, 4, 1, 3; IX, 7, 2, 3; IX, 11, 1; IX, 13, 1; IX, 15, 1; IX, 19, 1; IX, 27, 1; IX, 30, 3; IX, 34, 1; X, 2, 1; X, 7; X, 11; XI, 11, 1 et 2, 3; XIII, 2, 1; XIV, 1, 1; Nov. Th. tit. V. de Tutor., tit. IX. de Test., tit. X. de Alluvion.; Nov. Val. tit. VI. de Lib., tit. XII. de Episc. iud.; Paul. I, 1, 4; I, 3, 2; I, 9, 3, 4; I, 10, 1; I, 13, 5, 6; I, 17, 1; I, 18, 1; I, 19, 1; I, 20, 1; II, 1, 1 et 2, 4; II, 4, 3 et 4; II, 5, 1 et 3; II, 12, 5 et 6; II, 12, 2; II, 14, 2; II, 17, 1; II, 18, 11; II, 21; II, 24, 6; II, 25, 8; II, 32, 12; III, 1, 1; III, 6, 7; III, 6, 11, 12 et 15; III, 8, 7; III, 11, 3; IV, 1, 4, 6, 8, 12; IV, 3, 4; IV, 5, 9; IV, 8, 1, 3, 7; IV, 11, 5; V, 2, 4; V, 7, 5; V, 8, 2; V, 12, 4; V, 28, 2; V, 30; V, 35, 1; C. Gr. tit. III., IV, 2, VI, 1 et VII, al. Huc quoque pertinent definitiones verborum interpretationi nonnunquam adspersae. Cf. interpr. C. Th. I, 2, 3; II, 10, 1; II, 12, 7; II, 15, 1; II, 19, 1; II, 21, 2; II, 33, 1; III, 2; IV, 12, 1; V, 1, 1—3; VIII, 5, 1; VIII, 9, 5; IX, 1, 1; IX, 15, 1; IX, 29, 1; X, 5, 1; XI, 1, 1; Nov. Val. tit. VI.; Paul. I, 7, 1; II, 3, 1; II, 14, 1 et 3; II, 22, 1; III, 6, 10; V, 6, 1, al. 38) Cf. inter al. interpr. C. Th. II, 1, 8; II, 12, 7; V, 2; VIII, 5, 1. 39) Cf. not. 28, 33. Huc quoque pertinent interpr. C. Th. III, 13, 2: „*De retentionibus — in iure, hoc est in Pauli Sententiis sub titulo de Dotibus requirendum aut certe in Pauli Responsis sub titulo de Re uxoria*“; C. Th. III, 16, 2: „*quod Paulus in libro Responsorum dicit, sub titulo de Re uxoria*“; Cod. Greg. tit. II.: „*Quod similiter iuxta Novellam legem et de dote servabitur.*“ Periisse hos locos iam *Savigny* dixit. In aliis interpretationibus nominantur leges in Breviar. receptae: cf. C. Th. I, 4; III, 10, 1; IV, 4, 1; IV, 12, ubi vituperatur Novella Valentiniani; V, 1, 7; V, 10; VIII, 6, 3; VIII, 9, 1, 2, 5; IX, 7, 2; Nov. Th. tit. V., VII., IX., XI, 1; Nov. Val. tit. VIII., X., XII.; Nov. Severi; C. Herm. tit. I., al.

Eae moverunt doctos, ut a Visigothis[40]) factam esse interpretationem existimarent, et hunc quidem in finem, ut ius Gothorum ad Romanos deferretur, quam sententiam veram esse nego. Nam si Gothi suum ius Romanis iniungere voluissent, cur romanum ius conservaverint, non perspicitur; deinde certum est, a viris romani iuris peritis interpretationem scriptam esse, quod vix credo Gothos, quorum id non multum interesset, didicisse; tum non hac de causa leges correctae sive amplificatae sunt, ut gothicum ius ad Romanos transferretur, sed ut scirent homines, quatenus rerum romanarum conditio procedente tempore mutata esset; denique vero harum interpretationum numerus perexiguus est, et ducta ratione cum iis, quae explanandi tantum vim habent, comparari nullo modo potest.

Praeterea recentioris aetatis iurisconsulti[41]) inique solent de interpretatione iudicare, quam inutilem esse dicunt et barbarorum sermone ac cum magna iuris ignoratione scriptam. Verum eam utilem et necessariam fuisse, ex superioribus intelligitur, et sermo eius, etsi non aureae aetatis est, tamen multum differt a barbarorum modo scribendi, quid? quod hic et illic interpretes elegantiae studuerunt et elocutione cum legum, quas explanabant, auctoribus concinunt. Ignorationis autem interpretes propter eos potissimum locos arguuntur, ubi interpretatio a sententia legis recedit. Et negari quidem non potest, nonnullas leges iusto arctius aut latius[42]), interdum etiam non omnino[43]) explanatas esse, sed hos errores tanti esse, ut illi rudis ignorationis accusationi locum aperiant, id equidem nego. Nam ut mittam, libros manu scriptos difficilius legi et uno quasi conspectu comprehendi posse, praesertim quum librarii nonnunquam dormitaverint, quam libros typographica arte vulgatos, multae leges ita ancipites sunt et tot verborum laqueis impeditae, ut ad hunc usque diem non sint explicatae. Imo ipsos illos interpretationum vituperatores non dubito ignorationis arguere, quum saepe numero errori tribuant, quae propter rerum publicarum statum consilio ab interpretibus mutata sunt, egregium igitur vilipendant status publici Romanorum Visigothis subiectorum testimonium, cuius vim et auctoritatem raro ingenii acumine *Carolus de Savigny* demonstravit[44]). Huc inprimis pertinent interpretationes, ubi de defensorum electione et officio agitur. Etenim c. 1 C. Th. de Defens. civ. (I, 10) eos constitui vult defensores, *quos decretis elegerint civitates*, sed interpretatio *quos consensus civium et subscriptio universorum elegisse cognoscitur;* in c. 8 C. Th. de Iurisd. (II, 1) delicta quaedam minora a iurisdictione praesidis eximuntur, neque vero, a quo magistratu *audienda* sint, adiicitur, sed in interpretatione deferuntur ad *mediocres iudices, qui publicam disciplinam observant, id est aut defensores aut assertores pacis;* porro c. 2 C. Th. de Denuntiatione (II, 4) iubet *denuntiari vel apud provinciarum rectores vel apud eos, quibus actorum conficiendorum ius est*, interpretatio *contestari litem apud rectores provinciae vel defensores*, et dum in c. 4 C. Th. de Decurion. (XII, 1) *nullus decurionum ad procurationes vel curas civitatum accedere potest, nisi omnibus omnino muneribus satisfecerit patriae*, interpretatio decurionem ab officio curatoris aut *defensoris* prohibet, nisi hanc conditionem impleverit, exaequato quasi munere curatoris et defensoris[45]). Praeterea secundum §. 1 Pauli de Int. rest. (I, 7) *integri restitutionem praetor tribuit*, interpres vero *Hoc enim*, inquit, *quod per praetorem antea fiebat, modo per iudices civitatum*[46]) *agendum est*, ex quibus locis iurisdictionem municipalem tunc temporis ampliorem quam regnantibus imperatoribus et per comitem Gothorum minus arcte quam per rectorem provinciae circumscriptam fuisse *Savigny* concludit[47]). Huc quoque faciunt nonnullae Cod. Theod. leges, quae de curia deque decurionibus et generatim

40) Hoc putat *Brunnquell* l. c. p. 210. Cf. etiam *Savigny* l. c. T. II. p. 54 (ed. I.) et p. 56 (ed. II.). 41) Veluti *Gothofredus* l. c. p. CCXXIV, *Heineccius* l. c. p. 253, *Schulting* l. c. in praef., *Ritter* (cf. interpr. Nov. Th. tit. V.), sed is nonnunquam interprete peius leges explicavit. *Biener* tuetur interpretationem. 42) Cf. interpr. C. Th. I, 2, 6; II, 1, 10; II, 3, 1; II, 4, 5; II, 6, 4, 5; II, 14, 1; II, 21, 2 (ubi de Lege Papia agitur); II, 33, ult.; III, 6, 1; III, 11, 1; III, 15; IV, 3; IV, 4, 7; IV, 9, 1; IV, 20, 1; V, 9, 1 et 2; VI, 1, 1; VIII, 6, 3; IX, 1, 1, 9; IX, 4, 1, 7; IX, 15, 2; IX, 27, 3; XI, 3, 1; XI, 7, 1; XI, 11, 4; XI, 14, 6; XII, 1, 3 et 4; Nov. Th. tit. VIII.; Nov. Val. tit. XII.; Paul. I, 2, 3; I, 5, 2; I, 7, 5; I, 9, 5; I, 13, 3, 4 et 6; I, 15, 2; II, 8, 2; II, 11, 2; II, 13, 1 et 2; II, 18, 10; II, 23, 1; II, 24, 2; II, 32, 26; III, 8, 7; IV, 3, 2; IV, 5, 2; IV, 8, 1 et 7; V, 2, 1; V, 4, 9; V, 7, 10; V, 8, 2 et 4; V, 10, 2; V, 12, 4; V, 18, 2; V, 28, 2; V, 35, 2, al. De explicatione Legis Aquiliae in interpr. Paul. I, 19, 1 vid. infr. cap. IV. 43) Interpr. C. Th. I, 6, 2; II, 24, 1; III, 1, 4; III, 8, 1; IV, 4, 3 et 7; IV, 5, 1; VIII, 1, 1; IX, 7, 2; XI, 8, 1; XI, 11, 1; Nov. Th. tit. IX., al. 44) *Canciani* l. c. T. IV. p. 50; *Savigny* l. c. T. I. p. 258 sqq. (ed. I.), T. II. p. XXIV (ed. I.) et p. 301 sqq. (ed. II.) T. I. Rem partim recte attigit iam *Fischer* l. c. p. 26: „*Was die Humanisten heut zu Tage darin als Anianismen auszeichnen, das ist für uns sehr wichtig, weil sie nichts anders, als Celtische und Germanische Rechtsmaterien sind.*“ 45) Cf. ad h. l. *Savigny* l. c. T. I. p. 261 (ed. I.), p. 304 (ed. II.). 46) *Savigny* l. c. T. I. p. 260 (ed. I.), p. 303 (ed. II.). 47) Praeter interpretationem alii quoque loci faciunt ad cognoscendum statum, quem dixi, Romanorum; nam c. 151 C. Th. de Decurionibus (XII, 1) de forma concipiendorum actorum municipalium, in Breviario est c. 8 eiusdem tituli. Verum quum non explanata sit, formam illam in Visigothorum regno conservatam esse apparet. Praeterea appellationes mansisse demonstrant c. 6 C. Th. de Iurisd. (II, 1) et c. 1 C. Th. Quorum appellationes (XI, 11), quamquam ad quem iudicem, qui *Savignio* Comes Gothorum videtur fuisse, appellandum sit, non dicant.

de civibus loquuntur; nam quamquam paucae tantum in Breviarium transierunt, tamen eae non mutatae sunt et interpretatione demum ad novum statum accommodatae. Etenim adoptivus filius in interpretatione c. 2 C. Th. de Legit. hered. (V, 1) is dicitur, *qui gestis ante curiam adfiliatus est*, quacum interpretatione cohaerent verba §. 3 Gaii Quibus modis (I, 6), *quae tamen emancipatio solebat ante praesidem fieri*, *modo ante curiam facienda est;* in c. 3 C. Th. de Tutor. (III, 17) constituitur, *ut praefectus urbis adhibitis decem viris e numero senatus amplissimi et praetore — qui tutelaribus cognitionibus praesidet*, *tutores curatoresve ex quolibet ordine idoneos faciat retentari*, in interpretatione, ut *primi patriae cum iudice — aut tutorem aut curatorem eligant;* c. un. C. Th. de His, qui Veniam (II, 17) iis, qui veniam aetatis impetraverint, venditionem praediorum sine decreto interdicit, decreto nimirum, ut interpres scribit, *quod ex praecepto iudicum vel consensu civium datur;* c. 3 C. Th. de Contrah. emt. (III, 1) *vetere iure revocato*, *omnem venditionem*, *quaecunque fuerit a minore viro sive femina sine decreti interpositione celebrata*, *nulla ratione subsistere* dicit, interpres autem decretum intelligit, quod *auctoritate iudicis*[48]) *aut consensu curiae munitum sit;* verba c. 4 C. Th. de Testam. (IV, 4): *Testamenta omnium ceteraque, quae apud officium censuale publicari solent, in eodem reserventur, nec usquam permittatur fieri ulla translatio*, interpres ita explicat: *hoc est*, *in reliquis regionibus apud curiae viros testamenta vel quaecunque actis firmari solent*, *gestorum allegatione muniantur;* denique commemoranda est c. 1 C. Th. de Donation. (VIII, 5), ubi pro verbis: *quae apud iudicem vel magistratum conficienda sunt* acta donationum, in interpretatione scriptum est: *aut apud iudicem aut apud curiam*, ex quibus locis, quamquam interpretatio cum sententia legis universe congruit, tamen potestatem et inprimis iurisdictionem municipalis magistratus, quae personale quasi eius ius erat, mutatam et in curiam tanquam collegium translatam esse manifestum est. Ita quoque explicatur, cur interpres, quae Paulus in §. 3 de Iudicato (I, 13) de albo *praetoris* exponit, ad *curiae* album referat, aut cur ad c. un. C. Th. de Off. iud. civ. (I, 7) *Honoratos ex curiae corpore* esse dicat. Neque vero his solis interpretationibus probantur, quae paulo ante proposui, verum etiam aliis, veluti c. 12 C. Th. de Iurisd. (II, 1), secundum quam *in criminalibus causis senatus statuta iam dudum quinqueviralis iudicii forma servabitur*, sed, si interpretationem spectamus, *quum pro obiecto crimine aliquis audiendus est*, *quinque nobiles viri*[49]) *iudices de reliquis sibi similibus missis sortibus eliguntur.* Praeterea in c. 2 C. Th. de Assessor. (I, 11) imperatores *periculo primatum officii cancellarios sub fide gestorum electos iudicibus applicari* iubent, quam sanctionem retinet quidem interpres, mutatis autem verbis *primatum officii* in: *nisi qui ei publice fuerit civium electione deputatus.* Principalis denique locus est c. 1 C. Th. de Denunt. (II, 4), ubi personarum, quarum tum iurisdictio erat, mentio quidem non fit, sed verbis interpretationis: *ex quo tutor sive curator minoris aut per iudicem aut per curiam intulerit seu exceperit actionem*, curiae iurisdictio civilis non solum agnoscitur, verum etiam a iurisdictione regii magistratus discernitur[50]).

Quae si considerantur, interpretatio inutilis dici nullo modo potest; imo utilis est ad cognoscendam Romanorum in Visigothorum terris conditionem et statum publicum. Sed ob aliam quoque causam commemoranda est. Constat enim a Visigothorum regibus[51]), inprimis a Chindasvinto et Recesvinto, ad stabiliendum imperium Romanos et Gothos in unum populum coniunctos ideoque iudices in negotiis discutiendis ab omnium, praeter Visigothorum, legum codicum, verisimiliter igitur a Breviarii quoque usu prohibitos esse, qua abrogatione de iudiciis quidem pulsum est, neque vero de scholis[52]). Verum deminuto usu paullatim obsolevit inter iurisconsultos sermonis latini scientia et de die in diem augebatur interpretandarum legum difficultas. Contra interpretatio planior erat et ad captum illius aetatis hominum accommodata. In Gallia quoque, postquam ea Franci potiti sunt, sine dubio ita deminuta est iuris peritia et romanarum legum, constitutionum potissimum principum explanandarum facultas, ut ad ius discendum vel docendum aptior videretur esse interpretatio. Unde factum est, ut tum multi codices Breviarii scriberentur, in quibus

48) i. e. *comitis* sec. *Savignium* l. c. T. I. p. 263 not. 32 (ed. I.), p. 306 not. *e* (ed. II.). 49) *Savigny* l. c. T. I. p. 265 not. 37 (ed. I.), p. 309 not. *k* (ed. II.). 50) *Savigny* l. c. T. I. p. 309 not. *m* (ed. II.). 51) Cf. Forum Iudicum II, 1, 8 et 9; III, 1, 2. *Fuero Iuzgo — Por la Real Academia Española. Madrid* 1815. *fol. Discurso. Cap.* IV. §. 4. p. XXIV. *Marina*, *Ensayo Critico.* p. 22. *Savigny* l. c. T. II p. 76 et 111 (ed. I.), p. 80 et 115 (ed. II.). Nihilosecius Breviarium in Septimania, quae sub Visigothorum ditione usque ad octavum saeculum erat, valuisse *Savigny* scribit l. c. *Zuaznavar* l. c. p. 101. *Revue française.* Paris 1826. p. 235 — 244. 52) *Ad exercitium utilitatis alienae gentis legibus imbui et permittimus et optamus*, scribit Chindasvintus, Recesvintus autem, *illos tamen*, inquit, *a damno huius legis immunes esse iubemus*, *qui praeteritas et anteriores leges non ad confutationem harum legum nostrarum*, *sed ad comprobationem praeteritarum causarum proferre in iudicio fortasse voluerint;* cf. etiam *Unger* l. c. p. 31, 33.

sola interpretatio comprehenderetur, leges ipsae omitterentur[53]. Et in illa, quam dixi, explanandarum legum difficultate*), horum codicum originem[54] sitam esse perspicitur quum ex constitutionibus et Novellis aliquot imperatorum, tum ex Gaio et Paulo. Nam omnes constitutiones atque Novellae, quas interpretatione non indigere dixerant Breviarii compositores, manserunt in his codicibus, mansit etiam Gaii Epitome et Pauli Sententiarum, quae *plenissima luce*[55] scriptae sunt, maxima pars. Quo tempore Breviarium ita mutilatum sit, equidem ignoro, nisi quod iam saeculo IX. id genus librorum exstitisse codices eodem saeculo scripti demonstrant, sed an ab uno homine eodemque tempore mutilatum sit*), valde dubito. Nam diversa est codicum[56] forma, quorum alii solum legis textum omittant, alii textum cum inscriptione, alii textum cum subscriptione, alii paucas, alii multas, neque vero easdem Pauli sententias, alii denique contra suam indolem aucti sint rebus a Breviario alienis, veluti titulo C. Th. de Officio vicarii, nonnullis Novellis, Pauli Sententiis et titulo C. Hermog. de Iure fisci. Ansam vero dederunt codices illi ad Breviarium in compendia mutatis verbis contrahendum, quae maximam partem hausta sunt ex interpretatione. Sed de his infra dicam.

Postquam narravi, quomodo Lex Romana Visigothorum facta sit et quam formam habeat, non alienum est ab huius libri instituto, quaestiones virorum doctorum exponere, quae de eadem re motae sunt, quamquam maximam partem commode dissolvi nequeunt. Et primum quidem disceptatur, utrum prudentes, quibus Alaricus negotium conscribendae legis mandaverat, communiter libros excerpserint, an seorsum et divisis inter se libris[57]. Quum ex duplici genere librorum excerpta sumserint, ex Legibus et ex Iure, collegium videtur divisis partibus rem gessisse et altera eius pars *Legum* libros, altera *Iuris* libros tractasse, ex quo fortasse explicatur diversa indoles interpretationis sententiarum Pauli et constitutionum. Nam illa saepe amplificata est rebus, quae non sunt in sententiis, haec raro in Theodosiani Codicis Novellarumque libris. Contra in Paulo ex rubris titulorum alia transposita sunt, alia mutata. Divisis igitur officii partibus prudentes egerunt, sed tum quoque, postquam divisio facta est, singulos cuiusque classis libros videntur inter se distribuisse. Quod cur credam, has rationes habeo. Nimirum maiore cura, diligentia et perspicuitate scripta est Codicis Theodosiani, quam Novellarum interpretatio, deinde ut Gaium mittam, de quo iam dixi, Pauli interpres sententias studiose elegit et, quamquam *plenissima luce* scriptae sunt, explanavit, sed qui Codices Gregorianum et Hermogenianum acceperat, ex amplissimo illo libro non ultra XXII constitutiones per XIII titulos distributas excerpsit, ex hoc duos titulos totidemque constitutiones et nonnunquam, quae in Gregoriano Codice explanatione egerunt, interpretari neglexit. Denique sunt in Breviario res bis terve excerptae et inter se pugnantes, quae non essent, si communi labore actum esset. Quae quum ita sint, collegium illud arbitror ex quinque viris constitisse, qui seorsum ex singulis libris, quae cum fine novae legis congruere viderentur, extraxerint et perfecta demum re in unum locum convenerint, ut excerpta componerent, inter se conferrent, inutilia aut supervacanea tollerent, denique etiam interpretationem corrigerent, unde fortasse formula explicatur: *Hic de Iure addendum* (s. *adiectum*) *est*, sive *Hic de Iure requirendum est*, quae nonnullis Codicis Theodosiani legibus subiecta est[58].

Cum his cohaeret altera quaestio de integritate Breviarii, de qua docti ambigunt[59], cuius quidem quaestionis duo capita sunt, primum num ad Breviarium alii quoque libri, praeter eos, quos supra nominavi, adhibiti sint, deinde num librorum ipsorum in breve contractorum haec et illa pars desit. Illud autem caput Iuris, non Legum libros tangit, quum Legum Codices omnes adhibiti sint ad Breviarium componendum, quotquot Alarici tempore in usu fuerunt.

53) *Gothofredus*, *Proleg.* cap. V. §. 5. *Zirardini* l. c. p. 4 sqq. not. *A. Savigny* l. c. T. II. p. 56 (ed. I.), p. 58 (ed. II.). *) Vid. supr. init. h. cap. 54) De origine horum codicum in diversam partem disputatur. Sunt, qui dicant, veluti *Bouchaud* l. c. p. 211, interpretatione Breviarium a foro remotum esse, quasi ad Breviarium illa non pertinuerit. Potius remoto a foro Breviario interpretationis ratio adhuc habita est. Vid. etiam infr. Cap. II. not. 8. 55) c. 2 C. Th. de Respons. prud. (I, 4). *) Cf. *Zirardini* l. c. p. 526. 56) Nimirum codd. 21—40. In codicibus, ubi constitutionum solus textus deest, inscriptiones et subscriptiones plerumque iunctim positae sunt ante interpret., raro subscriptio subsequitur interpretationem. Similiter in codd., in quibus textus et inscriptiones constitutionum desunt, subscriptiones plerumque praescriptae sunt interpretationibus. Praeterea in codicibus, qui aut inscriptiones aut subscriptiones omittunt, prima quaeque titulorum constitutio solet utramque rem habere, inscriptionem et subscriptionem. De hac diversitate codicum loquitur, ni fallor, *Tilius* in praef. C. Th.: „*studiosi plerique ex iisdem compendiis excerpserunt, quae usui futura existimabant: unde nata est ista in veteribus libris varietas.*“ 57) Haec videtur *Savignii* sententia esse l. c. T. II. p. 49 et 52 (ed. I.), p. 51 et 54 (ed. II.). 58) C. Th. II, 4, 1 et 6 interpr.; II, 21, 2 interpr.; III, 13, 2 interpr.; V, 1, 3 interpr.; VI, 1, 2 interpr.; VIII, 6, 1 interpr.; IX, 29, 3 interpr.; cf. not. 19. 59) *Zirardini* l. c. p. 16 not. *E. Canciani* l. c. T. IV. p. 51. *Bouchaud* l. c. p. 106. *Savigny* l. c. T. II. p. 46 sqq. (ed. I.), p. 47 sqq. (ed. II.).

Ii, qui alios quoque libros adhibitos esse asseverant, tribus interpretationibus[60]) nituntur, quarum duae *Pauli Responsa requirenda* esse dicunt, tertia Novellam aliquam nominat, nituntur etiam titulis Ulpiani in Vaticano Reg. Suec. codice 1128 Breviario adiectis. Sed interpretationibus illis nihil probari arbitror, nam interpretatio Cod. Gregoriani de Novellis[61]) loquitur, quibus usi sunt Breviarii compositores, reliquae non tanti sunt, ut cum contrariis argumentis conflictari possint. Mihi quidem loci illi[62]) casu potius videntur in Breviarium irrepsisse, quam consilio prudentum, quos commemoravi, additi esse. Nam quum distributis inter se libris suum quisque exscripsisset, facile accidere poterat, ut postea, quum componeretur Lex Romana Visigothorum, supplendae alicuius rei causa ex aliis iuris libris breves quaedam notae adiicerentur. Haec de interpretationibus; de Ulpiani titulis non opus est dicere, postquam huius potissimum aetatis viri docti[63]) luculente demonstrarunt, Ulpianum non effecisse partem Breviarii. Hoc solum addam, Ulpiani titulos formula, qua librarii diversos libros disiungere solebant, in Vaticano codice a Breviario discretos esse[64]), quocum in eo quidem conveniunt, quod complectuntur electos locos de libro Singulari Regularum videtur Ulpiani, discrepant autem, quod interpretatione carent. At vero nullos alios iuris Romani, nisi quos supra enumeravi, libros ad Breviarium componendum adhibitos esse, haec docent. Primum omnes Breviarii codices ex his tantum constant, deinde iidem, neque plures, neque alii, libri nominantur in indicibus titulorum Breviario annexis, denique vero convenienter cum codicum atque Sichardianae editionis ambitu cumque indicibus illis exponuntur partes Breviarii in Lugdunensi codice[65]), quae res omnes tanti momenti sunt, ut nisi gravissimis argumentis nostra sententia in dubium vocari nequeat. Ego quidem titulos illos ut reliquas appendices postero tempore adiectos esse puto, ab homine fortasse, qui ius in scholis docuit*). Neque rectius ii sentiunt, qui libros alios ad Breviarium pertinuisse quidem negant, verum supplendi eius causa postero tempore in usu mansisse opinantur[66]). Pugnat enim haec opinio cum Commonitorio, quod Comitem *providere* iubet, *ut in foro nulla alia lex neque iuris formula proferri vel recipi praesumatur.*

Transeo ad aliam quaestionem. Nonnulli enim docti, ut demonstrent, de Breviarii libris hunc et illum mancum esse[67]), tria potissimum afferunt, duplices aliquot locorum interpretationes, deinde titulos, qui sunt in nonnullis codicibus, desunt in reliquis, denique Papiniani fragmentum. De duplicibus interpretationibus supra exposui, de titulis illis infra disseram, ubi de rebus Breviario adiectis disputabo. Restat igitur, ut de Papiniani fragmento loquar[68]). Et mirum quidem est, exiguo amplissimi libri fragmento Breviarium terminari. At vero rem ita se habere et unum tantum locum e Papiniani Responsis a Visigothis in Breviarium receptum esse, non plures, formulae Papiniano in codicibus additae docent, nam altera Papiniano ipsi subiecta his verbis concepta est: *Explicit Papiniani Titulus*, altera Indici titulorum: *Incipit Titulus Ex Papiniani Lib. I. Responsorum*, quae formulae ita congruunt, ut ab ipsis Breviarii auctoribus videantur excogitatae esse, neque vero a librariis. Unus igitur solus Papiniani titulus dicitur electus esse[69]). Quod obloquuntur, ex eodem Breviarii exemplo in fine mutilo omnes codices ductos esse, id infra refutabo. Verum cur paucissimis perillustris Papiniani verbis Alarici prudentes contenti fuerint, difficile explicatur. *Savigny*[70]) casu

60) Vid. not. 39 antec. 61) Dubium est, Theodosii an alius imperatoris Novella significetur, neque enim in Novellis integris neque in segmentis Novellarum Theodosii atque Martiani, quae Iustinianus Codici suo admiscuit, huius rei quicquam invenitur. *Hugo* l. c. p. 1048 not. 5. 62) Monendum est, omnes de eadem re agere, de re uxoria. 63) Cf. *Schulting*, *Iurispr. Anteiust.* p. 560 not. I (ed. Lips.). *Io. Cannegieter*, *Domitii Ulpiani Fragmenta.* Trai. ad Rh. 1748. 4. p. 3. *Zirardini* l. c. p. 16 sq. *Biener* l. c. c. V. s. §. 79. *Savigny* l. c. p. 46 not. 32 (ed. I.), p. 47 not. *a* (ed. II.). *Ad. Schilling*, *Dissertatio Critica de Ulpiani Fragmentis.* Vratislaviae 1824. 8. p. 51, 87. *Hugo* l. c. p. 897 et p. 899 not. 6. Veterem opinionem adhuc defendit *Figueiredo* l. c. p. 260. 64) *Expl Liber Iuris. Incip̄ Tituli Ex Corpore Ulpiani.* Num plures fuerint Ulpiani codices, quod nonnulli existimant, incertum est. Cf. *Heimbach*, *über Ulpian's Fragmente.* Leipzig 1834. 8. 65) Vid. infr. p. 255. *) Addo, res, de quibus agant Ulpiani tituli, non convenire cum consilio Alarici, quod in promulgando Breviario ceperat. Neque aliquem puto offendere in inscriptionem Ulpiani: *Incipiunt Tituli* etc., quum antecedat solennis illa et in multis codicibus adhibita formula: *Expl. Liber Iuris*, qua Breviarium terminatur. Sine dubio liber Ulpiani ex solis titulis constitit. 66) *Biener*, *Commentarii de Origine* etc. p. 284, quem oppugnat *Savigny* l. c. T. II. p. 49 (ed. I.), p. 50 (ed. II.). 67) Quod non esse intelligendum de codicibus, ex quibus membranae exciderint aut qui a librariis decurtati sint, per se patet. 68) Cf. int. al. *Zirardini* p. 37 sqq. not. *M*, inprimis p. 44 sq. 69) Inveni alterum fragmentum in cod. Reg. Par. 4414 et in exemplo editionis C. Th. anni 1566, quod in Reg. Par. Bibl. (F, 6) servatur. Cf. *Haubold* in *Promuls.* cit. p. 25 et in *Opp.* T. II. p. 930. *Schroeter*, *Hermes.* T. XXV. p. 378. *Barkow*, *Lex Romana Burgundionum* p. XXXI sq. *Böcking*, *Domitii Ulpiani*, *Quae Vocant Fragmenta.* Bonnae 1845. 8. p. 146, hoc fragmentum ex aliqua Constantini potius lege, quam ex Papiniani scriptis profectum esse dicit. Papiniani fragmentum esse indigitat inscriptio: *Papiani ex Lib. I. Responsorum tit. de Donationibus Inter Virum Et Uxorem*, quae tam clara et copiosa est, ut, quin titulus ex Papiniano ipso, sed postero tempore a Breviarii quodam librario descriptus sit, dubitari nequeat. Quod verba generaliter loquuntur, non mutat rem. 70) *Savigny* l. c. T. II. p. 50 (ed. I.), p. 51 (ed. II.).

aliquo interveniente negotium intermissum aut properatum esse putat, quod propter imminens Francorum bellum probabile quidem, verum vix satis est ad persuadendum, tantas fuisse temporis angustias, ut ex Papiniano nihil amplius potuisset eligi. Addit quidem vir doctissimus, Visigothos consilium Papiniani in breve contrahendi deseruisse, cuius Responsa subtiliter scripta non intellexerint, tamen aliquid ex iis recepisse, ne summi viri nomen desideraretur. Ego vero rei causam in ipso codice, quo usi sunt, sitam fuisse puto, Papinianum enim arbitror cum Hermogeniano Codice cohaesisse, sed postea ab eo ita disiunctum esse, ut primum Papiniani folium ultimum reliquae huius codicis partis factum sit. Quidquid est, integrum credo Breviarium ad nos pervenisse, neque assentior *Hugoni*, qui revocata sententia, quam protulerat, etsi dubitanter, ut solet, Pauli Sententiis Breviarium finitum fuisse scribit[71]), Codices igitur Gregorianum, Hermogenianum et Papiniani titulum postero demum tempore esse adiectos.

Voluit Alaricus ea de libris iuris romani eligi, quae necessaria causis praesentium temporum videbantur. Quaesitum est igitur, quid omissum sit? Responderi solet, quod inutile fuerit et antiquatum, itaque quidquid de iure publico et de statu rei publicae romanae egerit. Ita rectum quidem tangitur, neque vero nominatim singula quaeque capita memorantur. Quare quae sint, breviter exponam. Ad dirimendam autem quaestionem iis tantum libris utar, qui, quamquam non omnino, tamen pro parte conservati sunt, Codicis igitur Theodosiani lib. I., V.—XVI., Novellis et Gaii Commentariis Institutionum[72]), verum excludam a disputatione singulas constitutiones et Gaii positiones, quum lubricum et nimis longum sit, de iis quoque exponere. Et primum quidem ex libro primo Codicis Theodosiani priores tituli, qui ex generalibus potissimum legibus constant, electi sunt, contra reiecti reliqui, qui de *Officio* magistratuum romanorum agunt, tituli igitur VI—XV., XVII—XIX., XXIII—XXVI.[73]), XXVIII., XXX—XXXIV. Offendit quidem titulus de Officio Praefectorum Praetorio. Sed cur receptus sit, ex ipsa constitutione eius cognoscitur, quae in Breviario superstes est, et de iis statuit, qui sententiam a *praeside vel a quolibet alio iudice dictam infirmari deposcunt*, huc igitur quadrat, praesertim quum ab interprete ad iudices restricta sit. Pro consilio autem prudentum Alarici, qui abstinuerunt a turbando ordine librorum, quibus utebantur, rubrica tituli debebat retineri, quod etiam in Novellam Theodosianam *Contra Sententias Praefectorum Praetorio* convenit. Contra titulus de Episcopali Definitione deest, quia Novella Valentiniani de Episcopali Iudicio partim abrogatus est. Librorum II—IV., qui de iure privato potissimum agunt, pleraque manserunt, sed a libro quinto absunt tituli de fundis patrimonialibus sive rei privatae et de fundis emphyteuticis. Sexti libri unus tantum titulus, duas leges de illicita dignitatum usurpatione comprehendens, in Breviarium transiit, omissis reliquis de diversarum dignitatum et munerum iuribus atque obligationibus. Similiter propter mutatam in imperio Gothorum rem militarem de libro septimo nulla constitutio nisi prima recepta est, hac de causa fortasse, ne omnino hic liber e Breviario excideret. Octavus etiam, quatenus in undecim prioribus titulis de officialibus iudicum et de cura cursus publici statuit, decurtatus est, praeterquam quod ex quatuor titulis totidem constitutiones prohibitoriae de tabulariis, de cursu publico et de debitorum exactione remanserunt. Nonus liber, qui de delictis eorumque poenis praecipit, amplam materiam Legis Romanae compositoribus suppeditavit, et desunt, quia cum imperio romano arcte cohaerent, tit. II., XXX—XXXII. et XLIV., tituli autem IV., V., XVII., XXIII., XXVI., XXVIII., quia res, quas continent, tractantur aut in Novellis, veluti Valentiniani quinta, aut in libro quinto Pauli. Ex libro decimo ii potissimum tituli et loci exciderunt, ubi expositum est de re privata principis, de Caesarianis, de conductoribus et privilegiis domus Augustae, de speciebus fiscalibus et de personis, quibus fabricandarum et ad rem privatam principis transferendarum specierum cura iniuncta erat. Similiter ex libro undecimo priorum XXIX titulorum de re tributaria plerique remoti sunt, et si quid ex iis exscriptum est, id perpusillum est, nam ex 170 circiter constitutionibus, quas complectuntur, non plures decem in-

71) *Hugo*, *Lehrbuch* cit. p. 1044 sq. Ei obstat Epitome Lugd., quae in expositione Novellarum Papinianum inter partes Breviarii nominat, obstant etiam *Explanatio* et *Index Titulorum*. 72) Taceo Paulum et Codd. Gregorianum atque Hermogenianum, quum a recentioribus demum iurisconsultis restituti sint. Cf. *Heimbach* in *Gersdorfii Repertorio*. 1843. T. III. p. 137 sq. et de Codicis Gregoriani libr. I. et III. *Haenel* in ed. Codicis Gregoriani p. 8 not. *q* et p. 23 not. *n*. Neque commemorabo Martiani et Severi Novellas, nam illae soli Breviario debentur, Severi autem duabus non amplius supersunt. 73) Titulus de Officio vicarii num fuerit in Breviario, incertum est, praesertim quum interpretatione careat, neque in Indice titulorum explanatus sit. Nihilosecius non poterat a me omitti, quum insit in nonnullis codicibus et suo quidem loco.

veniuntur in Breviario. De indulgentiis autem in Novellis constitutum est; reliquorum quoque titulorum, qui ad rem iudiciariam Romanorum spectant, aliquot omissi sunt. Duodecimus Codicis Theodosiani liber constitutiones imperatorum comprehendit de muneribus et honoribus municipalibus, quibus maximam partem mutatis ex XIX titulis duo tantum contributi sunt Breviario, qui non ultra undecim constitutiones comprehendunt et novem quidem tituli de Decurionibus, quamquam hic in ipso Codice Theodosiano ex 192 legibus constat. Et hoc libro multo breviores sunt in Breviario libri XIII. et XIV. Nam libri XIII. leges de medicis, professoribus, artificibus, naviculariis eorumque privilegiis non quadrabant in statum regni Gothorum et vel ex titulis de Lustrali Collatione et de Censu tres generales leges videbantur sufficere ad Legem componendam. Praeterea ex libro XIV., quo explicantur privilegia principalibus orbis romani urbibus concessa et diversa corpora in earum utilitatem constituta, una sola lex superest in Breviario, ob eandem puto causam, quae ansam dedit ad commemorandum librum VII. Neque ex titulis de Operibus et Ornamentis publicis, de quibus in prioribus libri XV. titulis agitur, multas leges Alarici prudentes sumere poterant, nihil vero ex titulis de Voluptatibus, Spectaculis ludisque publicis, quapropter hic quoque liber perbrevis est. Denique libri XVI., etsi ad religionem christianam spectat, non tot constitutiones, quot poterant exspectari, selectae sunt. Nam Visigothi Ariani erant, Codicis Theodosiani compositores catholicae fidei sectatores, illis igitur multae Romanorum imperatorum leges videntur displicuisse. Quare non mirum est[74]), deesse titulum de Fide catholica et quintum de Haereticis, in quo Ariani repetitis legibus condemnati erant. Novella Theodosii de Iudaeis in Breviarium recepta haereticorum quidem sectas enumerat, sed tacet Arianos; neque igitur magis obstat sententiae meae, quam Novella Valentiniani de Manichaeis, quorum doctrina Arianis quoque displicuit. Sicuti in Codice Theodosiano, ita in Novellis quoque Theodosii, Valentiniani et Maioriani actum est; nam comparatis inter se Novellarum titulis, qui retenti, qui reiecti sunt, omnes, qui cum statu imperii romani cohaererent, omissos esse manifestum est itemque eos, qui temporariam dispositionem continerent, veluti titulum Valentiniani de Pecunia Afris credita, Maioriani de Ortu imperii et de Sanctimonialibus. Inveniuntur quidem in Breviario tituli de Decurionibus, sed nondum obsoleverant decuriones in imperio Visigothorum, Novella autem Theodosii Contra Sententias Praefectorum Praeterio interpretatione ad iudices porrecta est. Novella vero Theodosii de Repudiis et Maioriani de Adulteriis deest, quia de utraque re satis videbatur dictum esse in Codice Theodosiano et in Paulo. Ob eandem causam, nam in Valentiniani et Martiani Novellis huic rei prospectum erat, abest titulus Maioriani de Indulgentiis reliquorum. Neque Anthemii Novellarum opus erat rationem habere, quum de Mulieribus, quae se servis propriis vel libertis iunxerint et de naturalibus filiis earum in nono Codicis Theodosiani libro et in Pauli Sententiis, quae necessaria essent, invenirentur, secundi autem tituli, quocum cohaeret tertius, argumentum speciale esset. Nunc in Gaium inquiram, cuius Commentarios in perbreve compendium redactos esse memorabile est, praesertim quum privatum ius potissimum explicent. Existimabant autem Visigothi inutile esse, quidquid ad historiam sive antiquitates iuris pertineret aut dissentiret cum praesenti conditione Romanorum, de qua sententia raro discesserunt. Et officii quidem mei ratio postulat, ut, quae omissa sint, quae mutata, nominatim explicem. Sed vereor, ne, si mihi obtemperarem, extra fines huius libri egrediendum sit. Accedit, ut, qui scire vult, quid desit, quid non, eius notitiam sibi comparare facile possit, modo Epitomen Gaii cum ipsius Commentariis conferat, in quo labore nihil negotii est. Praeterea quomodo primus Commentarius in breve contractus esset, ante aliquot annos *Maubeuge**) luculente demonstravit, et quartum Commentarium de actionibus e Breviario omnino excidisse, inter veteris iurisprudentiae cultores constat. Satis est igitur de reliquis Commentariis pauca tantum capita exempli causa attingere. Et a secundo quidem Commentario abest, quidquid apud Gaium de mancipi et nec mancipi rebus, de hereditatis in iure cessione, de usucapione, de generibus et forma testamentorum, de cretione hereditatis, de historia legis Falcidiae et fideicommissorum dictum est; a libro tertio bonorum possessiones, successio in bona libertorum et latinorum libertorum, successio ex bonorum emtione, sponsores denique, fidepromissores et adstipulatores.

74) Ob eandem causam c. 2 et 3 C. Th. de Religione (XVI, 5), quae in paucis codicibus inveniuntur, a Breviario abfuisse puto. *) *Diss. De Ratione, Qua Visigothi Gaii Institutiones In Epitomen Redegerint.* Lipsiae 1842. 4.

His annumerari possunt materiae, quae commemorantur quidem, sed perbreviter tantum, veluti matrimonium, tutela, testamenta, legatorum species, lex Falcidia, obligationes, quod quidem factum videtur propterea, quia abundanter in reliquis libris, in Theodosiano Codice, in Novellis et in Paulo istae res explicatae sunt. Contra invenies in Gaii epitome, quae in illis desunt; antestatum dico, dotis dictionem, alia.

Ex superioribus apparet, ea, quae alio loco omissa sint, alio suppleta esse. Sed tamen in nonnullis materiis prudentes ab hoc consilio discesserunt, veluti in pactis et contractibus, in testamentis, legatis, criminibus eorumque poenis, et quod miror, in praeceptis legis Furiae Caniniae de numero servorum testamento manumittendorum, quae materiae omnes in duobus vel tribus, interdum sibi adversantibus, inprimis ubi de delictorum poenis sermo est, diversorum librorum titulis tractantur. Neque haec discrepantia aliter explicari potest, nisi quod singuli quique seorsum et divisis inter se libris opus perpetraverant.

Sed supersedeo addere, quae cum superioribus cohaerent. Progrediendum est ad titulos Pauli, quorum rubricae in Breviarii codicibus saepenumero cum Cuiacianis Pauli editionibus anno 1558 et 1566 divulgatis et proinde cum recentioribus editionibus discrepant. Etenim in Breviario desunt rubricae, quas habent editiones illae, aut sunt, quae hic desunt. Praeterea aliae videntur a compositoribus Breviarii de loco motae esse, aliae verbis mutatae [75]). Deest autem post §. 6 de Iudicato (I, 13) rubrica *Si hereditas vel quid aliud petatur* et altera *de Institutione heredum* post §. 6 *Item de Testamentis* (III, 6, s. §. 12 (13) de Test. (III, 4). Utramque *Cuiacius* recepit ex cap. IV.—VI. Consultationis [76]), nisi forte illam ex Appendicibus Breviarii sumsit. Rubricae, quae sunt in Breviario, sed omittuntur apud *Cuiacium* et in posterioribus editionibus, hae sunt: *de Modo*, *id est de Spatio* (II, 18), unde §. ult. tit. XVII. Ex emto et §. 1 de Modo apud Cuiacium cohaerent, et in Breviario libri secundi XXXIII tituli sunt, in Cuiacii editione XXXII. Deinde in Breviarii libris manu scriptis et in editionibus *Bouchardi* atque *Sichardi* titulus de Testamentis (III, 4) post §. 5 (6) dissectus est in duos titulos: *De Eo, Cui Moribus Interdicitur Tit. V.* et *Item De Testamentis Tit. VI.*, quos *Cuiacius* delevit. Idem expunxit rubricam *De Usufructu Tit. IX.* in Breviario interiectam post §. 15 de Legatis (III, 8; ed. Cuiac. III, 6, 16) et in libro V. Pauli duas rubricas: *De Interdicto Utrum Vi Tit. VII.* et *De Fisci Advocato Tit. XIV.*, illam interiectam post §. 2 de Interdictis (V, 6), hanc post §. 4 de Iure Fisci (V, 12 s. 13), quare in *Cuiacii* editione libri V. sunt XXXVII tituli, in Breviario XXXIX [77]). De loco motae sunt duae rubricae in Breviario: *De Lege Commissoria* (II, 13) et *Ad Sc. Tertullianum* (IV, 9). Illa in Breviario posita est post §. 8 de Deposito (II, 12), sed a *Cuiacio* post §. 3 eiusdem tituli, haec in Breviario post §. 14, a *Cuiacio* inter §. 7 et 8 de Intestatorum successione (IV, 8). Videtur rubrica quoque *de Institoribus* (II, 8) huc pertinere, quum in nonnullis codicibus inter §. 1 et 2 eiusdem tituli interiecta sit, ideoque §. 1 conversa in ultimam antecedentis tituli. Verum librarios errasse verisimile est, nam §. 1 de Institoribus loquitur. Denique *Cuiacius* exemit ex rubrica *De Procuratoribus Et Cognitoribus* (I, 2) verba *Procuratoribus Et* et verba *Et Institoribus* ex rubrica *De Exercitoribus Et Institoribus* (II, 6).

Quae sit huius discrepantiae causa, vix dici potest, quum ipsarum Sententiarum codex non supersit. Aliquando cum *Cuiacio* Vesontini codicis [78]) rubricas iam anno 1566 communicatas esse arbitrabar, praesertim quum in posterioribus editionibus eodem modo habeant, simile igitur aliquid huic codici accidisse, quod Pithoeano Novellarum codici,

75) *Heimbach*, quocum haec communicaveram, docte, ut solet, disserit in *Gersdorfii Repertorio* 1843. T. III. p. 138 sqq. de Pauli Sententiarum ordine et systemate, earumque nexu. Verum quod haec omnia a me perpendi et explicari vult (cf. etiam *Heimbach* l. c. 1845. T. I. p. 301), id fieri posse nego. Sunt haec Pauli quidem editoris, neque vero Breviarii. 76) *Heimbach* l. c. p. 142 sqq. alias rubricas nominat, quae exciderint, v. c. *de Damno infecto* in tit. de Contrah. auct. (V, 11), *ad L. Aquiliam* ante §. 5 et 6 de Iudicato (I, 13). De simili re in Cod. Iust. disputat *Rudorff*, *Lex Mamilia de Coloniis* (*Zeitschrift f. geschichtliche Rechtswissenschaft.* T. IX. p. 392). Qui *Sichardum* inspicit, facile induci potest, ut in libro XVI. quoque C. Th. rubr. *de Iudaeis* excidisse credat; nam mirum est, vetustissimos codices cum *Sichardo* consentire, praesertim quum idem titulus in Tiliano ipsius Codicis Theodosiani libro Ms. desit. Cf. *Haenel* ad C. Theod. p. 1583 not. sup. et p. 1591 not. sup. ad c. 5. Rem ita explico. Usus est librariorum, qui prima Breviarii exempla scripserunt, aliquis mutilo Codicis Theodosiani exemplo — num eo, quod postea Tilii erat, incertum est — ex quo membranae cum titulo de Iudaeis exciderant, et omnes illi Breviarii codices originem ducunt. 77) In codd. 16, 17 post §. 5 de Effectu sent. (V, 5) interiectus est tit. *De Confessionibus*. 78) De codice Vesontino cf. *Stieber* l. c. p. CVLII not. * et *Vesme* ad tit. C. Th. ad Sc. Claudianum (IV, 11) p. 187 sq., infra in f. descriptionis codd. ad not. 409. *Vesme* iam anno 1566 a Cuiacio ex hoc libro Codicem Theodosianum suppletum esse putat. Similiter iam *Zirardini* l. c. p. 431 videtur iudicasse.

cuius index *Cuiacio* innotuerat, antequam Novellae ipsae a *Pithoeo* editae sunt. Verum si quidem hoc esset, sine dubio Vesontinum codicem nominasset *Cuiacius*, quemadmodum Pithoeani codicis mentionem fecit in editione 1566. Praeterea in Observationum libro XXI. anno 1585 divulgato codicem tanquam recens repertum describit[79]). Quare videtur tum proprio motu Edicti ordinem secutus[80]), tum adhibitis aliis iuris libris, in quibus Sententiae Pauli insunt, veluti Pandectis, Appendicibus Breviarii et Veteris ICti Consultatione, quam iam anno 1563 ab *Ant. Oiselio* acceperat, rubricas correxisse, nec ex ipsius Breviarii codicibus emendasse, quippe qui inter se consonent. Quaeritur autem, num recte egerit. Et rubricas quidem *Si Hereditas vel Quid Aliud Petatur* et *De Institutione Heredum* in Breviario omissas esse, partim ex appendicibus codicum Breviarii perspicitur, inprimis autem ex Consultatione, ubi in cap. VI. sub titulo *Si Hereditas* etc. commemorantur duae sententiae, quae in Breviario §. 7 et 9 tituli de Iudicato (I, 13) efficiunt, et in cap. IV. addita rubrica *De Institutione Heredum* §. 8 tituli Breviarii *Item de Testamentis* (III, 6), quamquam a verbis Consultationis paullisper diversa sit. Recte igitur *Cuiacius* has rubricas addidit. Non minus recte nonnullas delevit. Quis enim credat, Paulum ita dissecuisse titulum de Testamentis, ut alium *De Eo Cui Moribus Interdicitur* interponeret? Videtur autem is, qui ex Paulo sententias excerpsit, solenni formula, quam §. 7 habet, commotus esse, ut hanc rubricam sententiae praescriberet, quo facto necesse erat repeteret in sequente §. *Item de Testamentis.* Haec tum, quum Breviarium componebatur, nec postea facta esse, hac de causa mihi persuasum est, quia in vetustissimis codicibus hae rubricae insunt et in indicibus titulorum non solum commemorantur, sed etiam explanantur. Idem cadit in rubricam *De Modo, Id est De Spatio*, quam manifestum est additam esse propter verba §. 1: *Distracto fundo si quis de modo, id est de spatio mentiatur*, nam reliquae sententiae omnes et vel haec prima de emtione et venditione agunt. At enim vero sunt aliae rubricae, quas nescio an *Cuiacius* recte deleverit. Nam titulus *de Usufructu* duodeviginti comprehendit sententias de Usufructu legato, quarum ultimae, quomodo ususfructus amittatur sive finiatur, exponunt. Hunc multae quidem sequuntur sententiae, quae ad titulum non pertinent, neque vero propterea titulus de Usufructu delendus est; nam postquam titulo de Legatis Visigothi exposuerant, quae ad vetera legatorum genera spectabant, hoc titulo ad singulas species legatorum transierunt, cumque prima reliquas omnes coniunxerunt, omissis earum rubricis. Omiserunt autem eas, ne, quum de singulis titulis paucas tantum sententias elegissent, nimis multas rubricas cogerentur intra breve spatium interponere[81]). Similes ob causas retinendam fuisse censeo rubricam *De Interdicto Utrum Vi*, qua Paulus, qui in superioribus sententiis retinendae possessionis interdicta proposuerat, ad reliqua pergit et primum quidem ad recuperandae possessionis interdictum. Quare optime quadrat in hunc locum rubrica *De Interdicto Utrum Vi*[82]) et tantum abest, ut delenda sit, ut deesse putem in sequentibus sententiis hanc et illam rubricam. Nec persuadere mihi possum, rubricam *De Fisci Advocato* male habere. Sermo enim est in prioribus illius tituli sententiis de Officialibus Fisci, neque unde sumta sit haec inscriptio, explicari poterit, si non fuerit in Paulo ipso. Rubricas *De Lege Commissoria* et *Ad Senatusconsultum Tertullianum* suo loco a *Cuiacio* repositas esse, ex sententiis, ubi fuerunt et nunc sunt, intelligitur. Verum alia quoque poterant reponi, quae falso loco in Breviario interiecta sunt et eam speciem prae se ferunt, ut librarii, qui primi exempla Breviarii scripserunt, videantur errasse, non ita compositores eius[83]). Denique vero cum *Cuiacio* eximenda esse puto e rubrica *De Procuratoribus Et Cognitoribus* verba *Procuratoribus Et* et ex altera *De Exercitoribus et Institoribus* verba *Et Institoribus*, quae scripta esse a Paulo vix credibile est, quum illam rubricam confestim subsequatur titulus *De Procuratoribus*, hanc, interiecto titulo *ad Legem Rhodiam De Iactu*, quae materia cum Exercitoribus cohaeret, titulus *De Institoribus*. Accedit,

79) Cap. XIII.: „*Superiores sententias dedi ex libro vetustissimo Sententiarum Pauli ad me Vesontione perlato ex quo sequentibus capitibus et plerasque alias dabo.*" Cap. XVI.: „*Solae sententiae Pauli idoneae sunt ad comprobandum, quas in optimo illo libro, quem Vesontio dedit civitas — inveni sequenti ordine digestas.*" 80) Cf. *Cuiacius* ad tit. de Incendiariis (ed. Cui. V, 20) et *Schulting* ad Paulum not. 1 (ed. Lugd. Bat. p. 213). 81) Exposuisse Paulum singulis titulis singulas species legatorum, §. 45 et 47 tituli de Legatis (ed. *Arndtsii*) demonstrant, ex quibus l. 22 D. de Instructo vel instrumento legato (XXXIII, 7) constat. Recte igitur Aurelianensis editor rubricam de Usufructu retinuit. 82) Hanc recte retinuit Aurelianensis editor, sed falso rubricam *De Modo*, id est *De Spatio*. Sunt, qui corrigant *De Interdicto Unde Vi*. 83) Transpositas quoque esse sententias apparet ex §. 10 *de Sepulcris* (I, 21 ed. *Arndts.*), quae in Breviario ultima huius tituli est, in Vesontino codice decima. *Heimbach* l. c. p. 140 sq. ample de his sententiis disserit. Simile quid accidit c. 5 C. Th. de Temporum cursu (II, 6) et c. 1 de Dotibus (III, 13). Sed aliter sentit *Vesme* ad c. 1 cit.

quod titulus de Exercitoribus ne verbum quidem de Institoribus habet, ad alteram vero rubricam fingendam tertia sententia tituli videtur ansam dedisse. Ibi enim *procuratoris* mentio fit.

Sed mittamus hanc disputationem, quippe quae, nisi codex inveniatur ipsarum Sententiarum Pauli, ad finem perduci nequeat. Venio nunc ad eas constitutiones et Pauli sententias, quibus nonnulli codices Breviarii aucti sunt. Harum autem accessionum tres species discerno. Etenim in aliis supplentur et quasi in integrum restituuntur liber primus et ultimus Codicis Theodosiani, Novellae Theodosii, Valentiniani, Maioriani, Anthemii, Pauli Sententiae; in aliis singuli tantum tituli et singulae constitutiones sive sententiae Pauli interpositae sunt aut constitutionibus verba addita; tertia denique species ex Appendicibus constat. Theodosiani Codicis libri supplentur codicibus 16, 17, 19, 20, partim etiam codice 12; Novellae, quas dixi, codicibus 17, 19, 23, 24, 35—37, 45, quibuscum coniungi possunt *Garampii* et *Pithoei* Novellarum exempla[84]); Pauli vero Sententiae Vesontino codice, qui ubi nunc sit, ignoratur[85]). Deinde singulos titulos suppeditant hi codices: 23, 24 et incognitus quidam, quo usus est *Cuiacius*, titulum Codicis Theodosiani de Officio Vicarii (I, 6); *Pithoei* codex titulum C. Th. ad Sc. Claudianum (IV, 11); 8, 15, 38—40 Gaii titulum de Substitutionibus, et codices, quos modo nominavi, 23, 24, 45 Novellam Maximi; denique codices 32, 33 titulum Codicis Hermogeniani de Iure Fisci. Ut tituli, ita hic et illic constitutio et sententia aliqua in nonnullis codicibus interiecta est et interdum quidem cum interpretatione, interdum sine interpretatione. Cum interpretatione Breviario interiectae sunt c. 7 C. Th. de Diversis Rescriptis (I, 2)[86]), c. 5 C. Th. de Officio Rect. prov. (I, 6)[87]), c. 4 C. Th. de Liber. cau. (IV, 8) et c. 2, 3 C. Th. de Libertis (IV, 10) in incognito quodam codice, quo usus est *Cuiacius;* c. 1 et 2 C. Th. de Dilationibus (II, 7) in codicibus 19, 29, 38, 40, 45[a]; c. 1 C. Th. de Incestis Nuptiis (III, 12)[88]) in codicibus 12, 13, 16, 17—19, partim etiam in codicibus 8, 26, 38—40; §. 4 Pauli de Integr. Rest. (I, 7) in codicibus 8, 38—40 et partim in codicibus 22, 43; §. 15 Pauli de Iniuriis (V, 4) in codicibus 8, 13, 38—40, S. Germani[89]). Sine interpretatione interiectae sunt Breviario c. 2 C. Th. Qui petant (III, 18) in codice 12; c. 2 C. Th. Ne Christian. manc. (XVI, 4) in codd. 4, 7, 10, 13, 38—40*); c. 2 C. Th. de Religione (XVI, 5) in codd. 12, 19 S. Germani et Phillippsii et c. 3 eiusdem tituli in codd. 7, 12, 13, 17, 19, 32, 33, 38—40**); §. 1, 3, 5 Pauli de Pactis (I, 1) in codicibus 12, 13, 16, 17[a]; §. 6 Pauli de Iudiciis (I, 12) in codicibus 12, 13, 16, 17[a], 23; §. 2 eiusdem tituli in codicibus 7, 22, 26, 31; §. 6 de Testamentis (III, 4) in codd. 12, 13, 29; §. 3 Pauli de Int. success. (IV, 8) in Epitome Aegidii; §. 5 Pauli de Effectu sent. (V, 5) in codicibus 16, 17 adiecta rubrica *de Confessionibus*; §. 1 Pauli de Abolitionibus (V, 19) in Epitome Aegidiana[90]). Huc quoque pertinent nonnullae leges, quae in codicibus supplentur[91]), c. 7 dico C. Th. de Testamentis (IV, 4) in codicibus 16, 17[a], 18; c. 2 C. Th. de Raptu vel matr. sanctim. virg. (IX, 20) in codice 12; Novella II. Maioriani de Episcopali iudicio in codicibus 8 et Morpacensi; quid quod ultima verba interpretationis c. 3 C. Th. de Liber. cau. (IV, 8), quae ex vetustissimis et compluribus codicibus exciderunt, in aliis suppleta sunt, et interpretationis c. 1 C. Th. de Expositis (V, 7) in ignoto aliquo codice*). Omnes igitur illi loci, quos modo enumeravi, inter titulos sive leges Breviarii sedem suam habent. Verum Appendices in fine eius additae sunt et complures leges comprehendunt. Inveni eas in codicibus Reg. Par. 4403, 4419, Aurelianensi, Montispessulano H. 84, Ottoboniano 2225, Reg. Par. 4406, Reg. Berol. Ms. Lat. 270, ad quos postea accessit Eporediensis I.[92]) Eorum quinque priores eiusdem ambitus appendicem, quatenus leges a Visigothis omissas complectuntur, habent, tres posteriores eandem quidem repetunt, sed alias leges insuper addunt. Sunt quoque illi codices omnes fere his antiquiores. Quare illam appendicem hac antiquiorem esse puto, quod praeterea ex compositione huius ap-

84) *Haenel*, *Novellae Constitutiones Imp. Theodosii* etc. Bonn. 1844. 4. princ. prolegom. 85) Vid. not. 78. 86) Vid. infr. p. 18 not. *n*. 87) Vid. infr. p. 22 not. *i*. Utraque lex in epitomen redacta est in Epit. Suppl. Lat. 215 et in Epit. Aegidii. 88) Eam habent Epit. quoque Guelpherb. et S. Galli. 89) Est quoque in Epitome Guelpherb. et S. Galli. Non retuli eos locos, qui unde sumti sint, ignoratur et ad Breviarium omnino non pertinent, veluti c. 8 C. Th. de Off. rect. prov. (I, 16) et tit. C. Th. de Longi temp. praescr. (IV, 13). *) Est in Epit. Guelph. **) Est in Epit. Aeg., Guelph., S. Gall. 90) Monendum est, §. 2 Pauli Quemadmodum filii (II, 26) deesse in codicibus 1, 2 et in aliis antiquissimis. 91) Nonnullae leges, veluti c. 1 C. Th. de Mandatis (I, 3), in antiquissimis codicibus mutilae sunt. *) Interpretatio quoque Pauli III, 6, 1 in multis codicibus mutila est. 92) Cf. *Zirardini* l. c. p. 45 not. *Stieber* in *Hauboldi Opp. Acad.* T. II. p. CLVI sqq. *Klenze*, *Institutio Gregoriani* (*Zeitschrift f. geschichtl. Rechtswissenschaft.* T. IX. p. 235 — 299 et separata editio. Berolini 1838. 8.). *Haenel* in *Richteri et Schneideri Annalibus Criticis Iurisprud. German.* Lipsiae 1838. p. 587 — 603. *Böcking*, *Institutionen.* Bonn 1843. 8. T. I. p. 93.

paret. Ea enim, quae brevior est, constat ex XII titulis, qui numeris distincti sunt et XXIII leges atque sententias complectuntur, nimirum ex quinque titulis Codicis Gregoriani cum sex rescriptis et ex quinque titulis Pauli cum tredecim sententiis et ex duobus Codicis Theodosiani titulis cum quatuor constitutionibus. Postea ad eos, et sine numeris quidem XIII et XIV, additi sunt duo Codicis Theodosiani tituli cum quinque constitutionibus, quare omnino quatuordecim tituli sunt et duodetriginta leges atque sententiae. Hanc appendicem retinuit alterius appendicis auctor, neque mutavit, sed praemisit ei et sine titulorum quidem mentione quindecim veteris iuris locos, quorum quinque sumsit ex Theodosiano, duo ex Gregoriano Codice et septem ex Pauli Sententiis, quibus formulam de Trina Conventione interposuit. Complectitur igitur haec altera appendix XLII locos praeter formulam, quam modo commemoravi. Sed non solum ambitu cum illa appendice discrepat, verum etiam alia re. Etenim in codicibus Aurelianensi, Montispessulano et Ottoboniano post Papiniani titulum formula solenni clauditur Breviarium. Eam subsequuntur[93]) quatuor Codicis Gregoriani constitutiones in Breviarium receptae. Tum additur *Explicit Liber Iuris Feliciter* et orditur appendix. At vero in tribus illis posterioribus codicibus, in quibus appendix aucta est, clausula, qua Breviarium terminatur, conservata est quidem, sed sunt omissae hae quatuor Codicis Gregoriani constitutiones proque illis quindecim, quos dixi, loci interiecti inter Breviarium et clausulam *Expl. Lib. Iuris Feliciter.*

Iam quo tempore omnes illae res ad Breviarium adiectae sint, investigandum est. Certum quidem momentum definiri nequit, verum utrum ea aetate, qua Breviarium factum est, adiectae sint, an posteriore, id quaeritur. Haec sententia mihi de plerisque videtur probabilis esse, nam res, quas magni ambitus esse dixi, vix credi potest ab ipsis Breviarii compositoribus aut ab aequali eorum adiectas esse, quum illi elegissent, quae non viderentur necessaria, hi egissent contra verba Commonitorii: *nec aliud cuilibet aut de legibus aut de iure liceat in disceptationem proponere, nisi quod directi libri et subscripti viri spectabilis Aniani manu — ordo complectitur.* Sine dubio igitur eorum studio accesserunt, qui in scholis ius docebant et videtur liber XVI. Codicis Theodosiani, qui fidei christianae et iuris ecclesiastici regulas complectitur, a clerico quodam suppletus esse. Quod ad singulas constitutiones vel sententias hic et illic additas attinet, opus est distinguantur eae, quibus interpretatio subiecta est, a reliquis, quibus non est. Illas facile aliquis credat partes ipsius Breviarii fuisse, sed excidisse librarii errore in eo exemplo, unde reliqui codices, quos novimus, originem duxerint. At vero negaverim, potuisse hoc modo errari aut, si erratum esset, errorem propagari, nam quum exempla legis auctoritate publica scripta cum *subscripto libro, qui in thesauris habebatur*, conferrentur, omnes illi loci propter interpretationem, qua distinguuntur, praeteriri non poterant. Si constitutiones illae praeteriri non poterant, neque totos Codicis Theodosiani de Officio Vicarii, ad Sc. Claudianum[94]) et Gaii de Substitutionibus titulos crediderim omissos esse, quum propter ambitum, tum propter numeros eorum, quandoquidem omissis illis titulis librarius in subsequentibus titulis necessario offendere debebat in numerorum differentiam, extrudere autem illos titulos ei non licuit. Postero igitur demum tempore eos, pariter atque constitutiones illas interpretatione explanatas, Breviario adiectos esse arbitror[95]). E diverso reliqui loci, qui interpretationem non habent, paucorum verborum sunt et maximam partem ex perbrevibus Sententiis Pauli constant, itaque facile fieri poterat, ut ab iis, quibus cura exemplorum cum subscripto illo, quem commemoravi, libro conferendorum demandata esset, non animadverterentur neque delerentur. Ratione enim habita verborum Commonitorii: *Et ideo secundum subscriptum librum, qui in thesauris nostris ha-*

93) De cod. Reg. Par. 4403, qui mancus est, nihil dici potest, neque Reg. Par. 4419, qui omnibus recentior est, huc pertinet, quia ibi pro his constitutionibus duo alii loci positi sunt. 94) *Ritter* l. c. Tom. I. p. 410 hunc titulum in Breviario fuisse dicit. Postea sententiam suam mutavit et totam notam correxit. Exemplo enim editionis suae, quod possidet *Pernice*, vir perillustris (cf. *Haenel* ad ed. C. Th. p. XX not. 114), haec vv. adscripsit: „*Mala coniectura haec est, si spectes Codicem Wurceburgens. Codices Sichardi forte, cum essent recentioris aetatis, potuerunt omittere titulum, quod versabantur librariis ob oculos leges aliae Impp. Wurceburgensis codex est Impp. Germanicis longe superior. Notandum etiam iam saec. VII. a Gothis in Hispania Compendii Alariciani usum sublatum, ut docent leges Wisigothorum.*“ *Zirardini* l. c. p. 18 sq. not. et p. 430 sq. pariter atque *Maubeuge* l. c. p. 11 hunc titulum negant a Visigothis receptum esse, praesertim quum in unico tantum Pithoei codice repertus sit. *Vesme* (vid. not. 78) p. 190 not. similiter iudicat, sed quod dicit, inutiles fuisse huius tituli constitutiones Visigothis, id reprobatur Legis Visigothorum lib. III. tit. 2, c. 3. 95) *Savigny* l. c. T. II. p. 50 (ed. I.), p. 52 (ed. II.) scribit: „*Wie denn auch die Sichardische Ausgabe späterhin solche Ergänzungen erhalten hat, die gewiss zum ächten Breviarium gehören.*“ Si *Savigny* Commonitorium intelligit, librum XVI. Codicis Theodosiani et praeterea eos locos, quos infra iam Alarici tempore in Breviario fuisse demonstrabo, veram esse eius sententiam concedo; nego autem, si quem alium locum.

*betur*, *oblatum librum*, non unum authenticum exemplum, sed plura composita deque iis unum selectum, subscriptum et in thesauris depositum esse, quocum reliqua conferrentur, verisimillimum mihi videtur. Iam vero loci in Breviarium recipiendi non describebantur ab iis, qui de libris veteris iuris leges eligebant, sed signis in margine notabantur et sicubi opus erat, interpretatione explicabantur, alias enim omnes denuo fuissent describendi. Tum, qui notati erant, in codices cum interpretatione conferebantur. Sed fac eiusmodi notam incertam fuisse, praesertim si qui locus perbrevis erat neque explanatus, tunc profecto facile accidere poterat, ut interdum a librariis incautis errore in exempla transscriberentur, quae non debebant recipi[96]). Concedendum quidem est, locos illos in iis potissimum codicibus inveniri, qui appendices habent, itaque ab earum auctoribus additos videri, at vero, quum nonnulli in aliis quoque codicibus supersint, neque intelligatur, cur non coniuncti sint cum appendicibus, alio modo irrepserint in Breviarium necesse est.

Appendicum quoque origo incerta est. Aliquando eas cum ipso Breviario ortas esse putabam, inque eas a Breviarii auctoribus coniectum, quicquid dubium esset. Postea tamen destiti ab hac sententia; nam non solum inter se differunt appendices, verum etiam res continent, quae vel in Breviario inveniuntur, quatuor videlicet Codicis Gregoriani constitutiones, vel posterioris aetatis sunt, veluti formula de Literis Commonitoriis *). Quae quum ita sint, antiquior appendix videtur a iurisconsulto quodam postero tempore adiecta esse Breviario, qui quum in codice suo quatuor illas leges excidisse perspexisset, has inscripsit et insuper ex veteris iuris libris locos de infamia, de iure hereditario et de rebus iudicialibus in usum suum addidit. Vixit autem, quisquis ille fuit, ante saeculum VIII. Postea, nescio quis, in integrum codicem Breviarii, quem possedit, totam rem post Papinianum transscripsit, repetiit igitur quatuor illas constitutiones. Ita propagata est haec appendix in nonnullos codices adhuc superstites, in Aurelianensem, Ottobonianum, Montispessulanum, usque dum tertius aliquis recepit eam quidem in librum suum, sed omissis quatuor illis constitutionibus, in quarum locum alias veteris iuris leges de iudiciis una cum formula de Literis Commonitoriis substituit. Haec appendix conservata est in codicibus Reg. Parisiensi 4406, Eporediensi I. et partim in Reg. Berolinensi et complementum quasi alterius est. Aliter sensit de ea *Klenze*[97]). Is enim sibi visus est reperisse librum quendam ab homine ignoto intra VI. et VIII. saeculum confuso ordine ex veteris iuris libris congestum et in duos libros divisum, qui *Institutio Gregoriani* appellatus sit. Verum hanc sententiam falsam esse, demonstravi in *Richteri et Schneideri Annalibus Criticis*[98]). Induxit enim *Klenzium* in errorem mala, quae est, Berolinensis codicis conditio, ubi de quatuor membranis, ex quibus appendix olim constitit, una deest, reliquae vero, nimirum XI., XII. et XIII. codicis, a bibliopega de loco motae et inverso ordine positae sunt. Hinc factum est, ut primum sive XI. folium incipiat a verbis *Institutio Gregoriani Lib. I.* et desinat in titulo X. et alterius sive XII. folii primus titulus IX. sit, secundi scilicet, ut *Klenze* refert, libri, excidisse igitur videatur, comparato codice Parisiensi, cuius appendicem *Klenzio* miseram, cum Berolinensi, unum folium, in quo fuerint libri primi tituli XI. et XII., secundi titulus primus et sequentes usque ad octavum. At vero *Klenze* debebat integrum Parisiensis, non turbatum Berolinensis codicis ordinem respicere. Quod si fecisset, facile intellexisset, hoc modo folia collocanda esse, ut XII. folium in undecimum, XIII. in duodecimum et XI. in decimum tertium mutaretur, consonare igitur Berolinensis codicis appendicem, quatenus conservata est, omnino cum Parisiensi, ad quam nunc Eporediensis accedit; perspexisset etiam, inesse in primo folio postremam partem Breviarii inde a nono titulo Codicis Gregoriani, duasque constitutiones recentioris appendicis, in altero reliquam eius partem, in tertio denique clausulam: *Explicit Liber Iuris* et initium antiquioris appendicis. Numerus igitur IX., qui in folio XII. codicis Berolinensis est, non ad appendicem spectat, sed ad ultimos Codicis Gregoriani titulos sive postremam Breviarii, quod terminatur in primo appendicis folio, partem. Quum neglexisset *Klenze* ordinem membranarum restituere, eo lapsus est, ut errorem suum aliis rebus fulcire studuerit, nimirum verbis *Institutio*

96) Ad Breviarium igitur non pertinent. *) *Klenze* l. c. p. 292 s. p. 58 not. 3. 97) Vid. not. 92. 98) Vid. not. 92. Mihi assentiuntur *Boecking* l. c. (vid. not. 92) et *Puchta*, *Cursus der Institutionen.* Berlin 1845. T. I. ed. II. p. 667 not. *d.*

*Gregoriani*[99]), quae Berolinensis codex habet et numero *Lib. I.* Sed legendum esse *Constitutio* ex codicibus apparet, ubi *Ōstitutio* scriptum est, ex quo siglo postea *J̄stitutio*, denique vero *Institutio* fictum est[100]). Numerus autem ille non appendicis, sed Codicis Gregoriani librum I. significat. Antiquioris enim appendicis auctor non solum codicem iuris nominavit, ex quo leges hausit, verum etiam libros et titulos eius. Verbis igitur inscriptionis: *Ōstitutio XXXIII Gregorianus Lib. I. De Postulando Tit. XII.* significatur, tricesimam tertiam constitutionem ex libro I. Codicis Gregoriani et titulo quidem XII. de Postulando primo loco receptam esse. Verbum *Institutionis* hoc loco sine sensu est, praesertim quum sequatur *Gregorianus* codex.

Sed satis dictum est de rebus, quae ad Breviarium accesserint; iam disputationis ordo flagitat, ut de eo disseram, utrum omnes codices Breviarii, qui ad hanc usque aetatem pervenerint, ab eodem exemplo authentico originem ducant, an a diversis, in plures igitur classes sive familias, quae dicuntur, distribuendi sint nec ne. Ab uno solo exemplo cunctos codices ductos esse, propterea docti affirmant, quia Commonitorium, ubicunque legatur, Timotheo inscriptum et liber Goiarico destinatus sit, quae rationes olim quidem speciosae erant, nunc vero nihil probant, quum inter viginti quinque Commonitorii exempla sex[101]) tantum Timotheo inscripta sint et pro verbis: *subscriptum librum — Goiarico Comiti nostra iussit clementia destinari* legendum esse: *oblatum libri tibi — nostra iussit clementia destinari* optimorum et vetustissimorum codicum consensus doceat. Imo non desunt argumenta, quibus contrariam sententiam tuear. Primum enim tot pervetustos codices ab eodem exemplo ductos esse, vix mihi persuaserim. Deinde nonnulli codices mirabile est quantum cum ipso Codice Theodosiano in iis locis concinant, ubi reliqui mendosi sunt, cuius consonantiae duplex quidem causa cogitari potest, vel quod authentici alicuius exempli librarius reliquis rectius aut diligentius in suum codicem leges Theodosiani Codicis transscripserit, vel quod posterioris aetatis homo locos corruptos ex Codice Theodosiano correxerit; quod probabile esse nego. Rudes enim et indocti erant illius aetatis homines et expertes omnis studii, quo impulsi fuissent ad locos critica arte corrigendos emendandosque. Porro nonnulli loci in vetustissimis codicibus manci sunt et in breve quasi contracti[102]), in aliis tamen integri, contra in aliis perbreves aliquot loci interiecti sunt, quos non postero tempore interiectos esse, sed irrepsisse in codices illos tum, quum prima Breviarii exempla componerentur, supra exposui. Praeterea in nonnullis codicibus Gaius in duos libros divisus est, in reliquis ex uno tantum constat[103]). Neque dubito, quin primorum illorum librariorum aliquis offenderit in verba titulo de Rebus praemissa: *Gaius superiori commentario de iure personarum aliqua disputavit*, *nunc in hoc commentario de rebus iterum tractat* et epitomen in duos libros dividendam esse crediderit. Denique vero, ut mittam indices titulorum, qui plerumque toti legi, sed interdum singulis eius libris praepositi sunt, in aliis codicibus Gregorianus Codex in libros et in titulos divisus est, in aliis in titulos tantum continua numerorum serie dispositos, quid quod Novella de Theodosiani Codicis Auctoritate non eundem ubique locum habet et tituli libri XVI. Codicis Theodosiani in codicibus inter se discrepant*). Ex quibus omnibus tot tantaeque codicum diversitates apparent, ut plures eorum classes sive familias esse negari nullo modo possit. Quae vero sint, propter ambiguitatem codicum definire nequeo.

Denique controversia diiudicanda est, utrum postero tempore et regnante quidem *Carolo Magno* Breviarium recognitum sit, nec ne, ad quam quaestionem movendam ansam potissimum dedit clausula a *Cuiacio* in editione anni 1566 ex ignoto codice[104]) Commonitorio subiecta: „*Et iterum anno XX.*, *regnante Karolo rege Francorum et Longo-*

99) *Klenze* l. c. p. 17 et 22 s. p. 251, 256. 100) *Haenel* l. c. p. 598, ubi vero typotheta siglum male expressit. 101) *Savigny* l. c. T. II. p. 42 (ed. I.) et p. 44 (ed. II.) in solo Ranconeti codice Timotheum commemorari putat, quod nego. Timotheus sine dubio Comes Gothorum in Gallia erat, at vero eum solum totius Galliae Comitem fuisse, vix crediderim, singulis enim Comitibus singula Legis exempla transmittebantur. 102) Vid. not. 91. 103) *Schulting*, *Iurisprudentia Vetus Anteiustinianea. Lugd. Bat.* 1717. 4. p. 1 et 69. *Haubold*, *Institutiones Iuris Romani Literariae.* Lipsiae 1809. 8. §. 103 p. 278. *Göschen*, *Ueber die Anzahl der Bücher*, *in welche die Institutionen des Gaius abgetheilt waren* (cf. *Zeitschrift f. geschichtl. Rechtsw.* T. II. Berlin 1816. p. 17). *) Vid. infr. p. 244 not. *a.* 104) Ex *Ranconeti* codice eam additam esse, *Savigny* l. c. T. II. p. 37 et 156 sqq. (ed. I.), p. 38 et 164 sq. (ed. II.), *Stieber* l. c. p. CXLII n. 5, *Vesme* l. c. p. 14 putant et ego quoque scripsi infra p. 4 not. ult. Sed nusquam *Cuiacius*, ex quo codice clausulam ediderit, dicit. Nam quod narrant, *Cuiacium* nuntiasse in epistola Paulo ann. 1557 praemissa, hanc clausulam ex *Ranconeti* codice sumtam esse, id falsum est. De Commonitorio tantum loquitur eiusque ultima verba profert. Clausulam omnino tacet, neque eius mentionem facit in epistola ann. 1566 Codici Theodosiano praefixa. Credere igitur quis poterit, in Pithoeano codice eam fuisse, qui alias quoque res *Cuiacio* suppeditavit. Cf. Epistola cit.

*bardorum, et patricio Romanorum*". Etenim sunt viri docti, qui haec verba de recognito Breviario accipienda esse putent. E diverso *Canciani*[105]), *Savigny*[106]), *Vesme*[107]) his verbis eiusmodi quicquam inesse negant et significari tantum concedunt tempus, quo librarius exemplum suum scripserit pariter atque hoc factum sit a librario codicis 4415 Regiae Bibliothecae Parisiensis[108]). Dubitari quoque posse aiunt, an Carolus M. iusserit legem emendari, quae per aliquot saecula in Galliae iudiciis et scholis valuerit, praesertim quum historici taceant recognitam et emendatam legem; denique quod maxime urgent, deesse subscriptionem viri summae dignitatis, qui officio Aniani functus sit. Quae argumenta magni quidem ponderis sunt, neque vero tanti, ut doctis illis viris assentiri possim. Nam quod ad clausulam codicis 4415 provocant, forma eius alia est, quam huius. In illa librarius claris verbis librum a se scriptum esse nuntiat, ex hac eiusmodi quicquam colligi nequit; illa toti Breviario post Papiniani fragmentum subiuncta est, haec Commonitorio. Neque obstat historicorum silentium, si quidem recognitum esse Breviarium Caroli M. aetate ex aliis argumentis concludi potest. Iam vero huius rei non unum, sed plura argumenta mihi in promptu sunt. Etenim clausula illa, quamquam summae dignitatis viri nomen, librarii, ut videtur, culpa, deest[109]), solennium formularum, quibus publica auctoritate scripti libri confirmabantur, speciem prae se fert: *Et Iterum* (add. *Recognovimus*) etc. Solennes autem formulas librariis addere non licuit. Accedit, quod clausula Commonitorio ipsi, neque toti libro subiecta est, quam quidem rem magni facio, quum librarii huic, nec vero Commonitorio soliti sint subscribere. Praeterea dixi in superioribus, esse locos, qui in aliquot codicibus inveniantur, in plerisque omissi quidem, sed interpretatione explanati sint, postero igitur demum tempore videantur adiecti esse Breviario. At in hanc emendationem Breviarii nulla melius quadrat quam Caroli M. aetas, quem magnam operam atque diligentiam in emendandas augendasque populorum suorum leges contulisse notum est, quemque vel ipsa illa huius legis in Gallia auctoritas movere poterat, ut eam recognosceret, praesertim quum in multis codicibus partim alienis rebus aucta, partim mutata, truncata et in compendia redacta esset, necessario igitur ad consonantiam revocanda[110]). Et mirum denique est, tunc temporis et paulo post, saeculo videlicet nono, multos codices scriptos esse, qui adhuc supersint. Quibus ex causis minime vereor, ne in temeritatis crimen incurram, quum Breviarium Caroli M. aetate recognitum esse dicam, quamquam totam controversiam lubricam esse fateor, neque dirimi posse, nisi novis subsidiis. Parem ob causam praetermitto alias quaestiones, quae propter penuriam argumentorum in incerto relinquendae sunt.

## CAP. II.

## EXPLANATIONES TITULORUM, GLOSSAE, STEMMATA GRADUUM, EPITOMAE BREVIARII.

Hactenus disputavi de Breviario ipso, de confectione eius, forma, et aliis rebus, quae ad indolem et naturam eius spectant; iam inquiram, quomodo posteriore tempore explanatum sit et contractum in brevia compendia.

Et primum quidem non exiguus est numerus librorum manu scriptorum, ubi in indice totius libri argumentum singulorum titulorum breviter explanatur. Quae explanationes, quamquam per se levioris momenti sunt, tamen probant, quanta[1]) cura antiquitus in Breviarium Alarici vel emendandum vel explicandum impensa sit. Pleraeque ex interpretatione et ex prima quidem, si qui titulus ex duabus vel pluribus legibus constat, ex eodem igitur fonte haustae sunt. Nihilosecius inter se differunt, quum in aliis codicibus perbreves sint[2]), in aliis longiores[3]). Illas, si non a Visigothis ipsis, quos, ut singulas leges, ita titulos quoque explanasse verisimile est, certe paullo post Breviarii com-

105) l. c. T. IV. p. 57. 106) l. c. p. 157 (ed. I.), p. 165 (ed. II.). 107) l. c. p. 14 in f. 108) Vid. infr. cod. 33. 109) In reliquis quoque codicibus formulae Commonitorio praefixae sive subiunctae saepe mutilae sunt. 110) Si probari posset, clausulam in eodem codice Pithoeano fuisse, ex quo *Cuiacius* titulum ad Sc. Claudianum edidit aliosque locos, coniecturae meae multum ponderis adderetur.

1) In Epitome Monachi et S. Gall. (sive Curiensi) similes sunt explanationes titulorum; verum quum ibi indices titulorum singulis libris praefixi essent, eodem loco, ubi sunt, non hic a me divulgandae erant. 2) Veluti in codd. 4, 5, 12, 30, 35. 3) In codd. 21, 23, 24, 28, 31—34, 38—40.

positionem scriptas, antiquissimas igitur esse cognoscitur ex Monacensi et ex Philippsii codice, ubi titulis Codicis Theodosiani de Postliminio (V, 5), ad L. Fabiam (IX, 14), de Abolitionibus (IX, 27) lemmata subiuncta sunt, quae cum explanationibus illis omnino congruunt[4]); has propter copiam verborum recentiores, sed iam saeculi VIII. esse arbitror, quum reperiantur in codicibus saeculi IX. Ut distinguerentur, antiquiores primae classis explanationes appellavi, secundae recentiores. Neque vero propterea, quod diversi codices diversam explanationem habent, credendum est, omnes titulos explanatos esse, aut, ubi hoc factum est, diverso modo; a multis enim titulis omnis[5]), ab aliis alterutrius classis explanatio abest[6]), eadem denique hic et illic in omnibus codicibus invenitur[7]). Praeterea nonnullorum codicum, inprimis **14**, **26**, **45**[a] librarii videntur nonnunquam haesitasse in recipienda explanatione, quum modo hinc, modo illinc, quicquid iis commodum esset, ex aliis codicibus in suos libros receperint, aut novam explanationem struxerint, ut taceam verba, quae omiserunt. De regione, ubi explanationes illae factae sint, certi quicquam non constat, etsi non dubito, quin Gallia sit, nam Gallos potissimum incubuisse in Breviarii studium, et diversa illa compendia demonstrant, quae ex Gallia originem ducunt, et multitudo codicum ibidem conscriptorum.

Ut titulorum indicibus explanationes, ita ipsis titulis glossae[8]) appositae sunt, tum inter versus ad verbum, quod explicant, tum in margine membranarum. Illae plerumque ex uno tantum verbo constant, raro ex pluribus, sed insunt in multis codicibus; hae longiores illis sunt et ad verbum fere descriptae ex Festo, Paulo Diacono, Nonio Marcellino, Boethii commentario in Ciceronis Topica, Augustino de Civitate Dei, Prisciano, at vero maximam partem ex Isidori Originum Lib. V., IX. et X.; paucarum origo incerta est. In nonnullis codicibus loci illi descripti in breve contracti sunt, aut verbis aucti, aut duo vel tres in unum conflati. Et hoc quidem genus glossarum non multis quidem codicibus, sed tamen his commune est, nimirum codici Vatic. Reg. Suec. **1048**, Montispess. **136**, Aurel. **207**, Reg. Par. **4409** et **4419**. Contra is, qui glossam codicis Reg. Par. **4413** scripsit, raro aliquid ex scriptoribus illis sumsit, sed sententias legum, quantum potuit, ipse explicavit, et Lugdunensis quoque codicis glossae, quamquam partim inter versus positae sunt, suum proprium videntur habere auctorem. Ex quo tres classes glossarum superesse patet, quarum primam aliquot codicibus communem esse dixi, altera in cod. Reg. Par. **4413** invenitur, tertia in Lugdunensi. Praeterea, quod memorabile est, primam et secundam classem in codicibus potissimum inveni, qui magis legum interpretationem, quam ipsas leges comprehendunt. Idem cadit in stemmata graduum, sive arbores, ut in codicibus vocantur, nisi quod reperiuntur etiam in Aegidianae Epitomes codice Lugduno-Bat. **114**. Neque igitur dubito, quin et glossarum et stemmatum[9]) origo eadem sit et ducenda ex scholis, sed diversi temporis. Horum autem stemmatum septem formas inveni*) in codicibus et primam quidem, quam *Cuiacius* edidit et *Boecking* repetiit, in cod. Vat. Reg. Suec. **1023**, Lugd.-Bat. **114**, Reg. Par. **4410** et **4412**; alteram Isidori Orig. Lib. IX. cap. **6** §. **28** ab *Arevalo* additam**) in cod. Vat. Reg. Suec. **1048**, Bernensi et Reg. Par. **4409**; tertiam, quae a latere quasi eius, de cuius cognatione quaeritur, cognationes enumerat, in cod. Reg. Par. **4410**, **4412**, Vat. Reg. Suec. **1023** et Lugd.-Bat. **114**; quartam modo trianguli columnae impositi delineatam et infra pariter atque tertiam primum a me divulgatam in codd. Reg. Par. **4410**, **4412**, Vat. Reg. Suec. **1023**; quintam, ubi scalae instar per gradus in quadrangulos distributos cognati enu-

4) Aliquando antiquissimas illas explanationes putabam ab eodem scriptas esse, qui Epitomen ab *Aegidio* editam composuerit, quum nonnullae cum huius verbis conveniant. Vid. C. Th. I, 4 et 11. Sed postea vidi, communem fontem esse interpretationem. 5) C. Th. II, 20 et 21; III, 9, 13, 15; IV, 6, 10; V, 1, 9, 11; VIII, 5, 6; IX, 17—20, 22, 31; XI, 11; XV, 1; XVI, 4; Nov. Val. tit. III., VII., X.; Nov. Maior. tit. I. et II.; Gaii tit. II., VI., XII.; Paul. I, 2, 9, 20; II, 6, 14, 15, 19, 23, 24, 26; III, 9; IV, 4; C. Greg. tit. VII., VIII., X—XIII.; C. Herm. tit. I.; Papin. fragm. 6) Explan. I. class. deest in C. Th. III, 1, 5, 7, 8, 10, 11; VIII, 2; IX, 3 et 4; XII, 2; Nov. Theod. tit. VII.; Nov. Mart. tit. V.; Paul. I, 1, 12; II, 20, 33. Explan. II. classis deest in C. Th. I, 4; IX, 8, 26, 28, 34; X, 2, 7, 8; XI, 7; XV, 2; Nov. Th. tit. IV., VIII., IX.; Nov. Val. tit. I. et VIII.; Gai. tit. III., V., VII., X., XIV., XV.; Paul. I, 3—6, 8, 14—16; II, 1, 2, 4, 5, 16, 17, 21, 22, 27; III, 7; IV, 1—3, 5, 8, 11; V, 4, 5, 7—10, 14, 15, 18, 22, 35, 36, 38; C. Greg. tit. II., V.; C. Herm. tit. II. 7) C. Th. I, 6, 8—10; II, 2, 6, 8—11, 30, 32, 33; III, 12, 14, 18, 19; IV, 4, 5, 14, 16, 19—21; V, 4, 6, 12; VIII, 1, 4; IX, 1, 6, 12; X, 3, 4; XI, 1, 3, 6, 13; XVI, 3; Nov. Th. tit. I., II.; Nov. Val. tit. IV., V., XII.; Nov. Mart. tit. I.; Paul. I, 10, 18, 19; II, 3, 13, 28; III, 4, 5, 10; IV, 12; V, 6. 8) *Savigny* l. c. T. II. p. 57 (ed. I.), p. 58 (ed. II.). 9) Cf. *Cuiacius* in Obs. VI, c. 40. *Zirardini* l. c. p. 24. *Blume*, *Lex Dei.* Bonnae 1833. 8. p. XXXII. *Böcking* in *Corpore Iuris Anteiustiniani.* Bonnae 1834. 4. Fasc. I. p. 173—175[b]. *Geer*, *Diss. Hist. Crit. ad Novellam* 118. Trai. ad Rh. 1841. 8. *Böcking*, *Domitii Ulpiani*, *Quae Vocant Fragmenta.* Bonnae 1835. 8. p. 151 sqq. et tabul. in f. libri. In Longobardorum quoque Legum codicibus dicuntur stemmata esse. Inveni etiam graduum formas in codd. iuris canonici, veluti Oxoniae in cod. Laud. 742.
*) Vid. infr. p. 457. **) Tom. III. Opp. Isidori. Romae 1798. p. 450 et repetit. in ed. *Lindemann.* Lipsiae 1833. 4. p. 313.

merantur, ut ex tabula infra a me adiecta perspicitur, in codicibus Vat. Reg. Suec. **1023** et Reg. Par. **4410**; sextam, quae continuo scripta est et feminarum quoque appellationes memorat, in codd. Vat. Reg. Suec. **1023**, Reg. Par. **4410**, **4412**, quibus accedit stemma codicum Reg. Suec. **1048**, Bern., Reg. Par. **4410** et **4412**, in quo affinitates, quas Isidorus in Originum lib. IX. cap. 6, §. 23—26 exhibet, per quinque columnas, sed continuis versibus eodemque ordine, quo apud Isidorum, distributae sunt. A quo primum ficta sint illa stemmata, utrum a Romano interprete iuris, an a Visigothico sive Francico, incertum quidem est; neque tamen multum a vero me aberrare arbitror, si primum, tertium, sextum, quae veteris iuris reliquias continent, ex romani iuris libris protracta esse contendam et vel reliqua eiusdem generis esse suspicer, veluti quintum, quod scalae instar, ut Paulus ait, formatum est. Solum septimum ex Isidori Originum libro IX. sumtum est ideoque a me omissum***). Denique vero in stemmatibus illis, excepto secundo, non plures sunt cognationum gradus, quam sex.

## EPITOME AB AEGIDIO EDITA.

Maioris momenti, quam explanationes titulorum, glossae et graduum stemmata, compendia sunt, in quae Breviarium mutatis verbis contractum est. Eorum antiquissimum *Aegidius* edidit[10]). Antiquissimum dico, non quod Benedictus Levita crebro eo usus est, aut quod in gestis Concilii Wormatiensis anno DCCCXXIX. habiti sententia c. 1 C. Th. de Inquilinis (V, 10) reperitur verbis epitomes, neque vero Breviarii expressa[11]), sed quia verba articuli XIII. Capitularium anno DCCXLIV. promulgatorum plane eadem sunt, quae libri auctor pro §. 15 tituli Pauli de Iniuriis (V, 4) posuit[12]). Ante hunc annum igitur scripsit, initio videtur saeculi VIII[13]). Quis fuerit, non potui explorare[14]), neque inveni locum, ex quo patria eius cognosceretur. Verum quum haec Epitome in Gallia iam antiquitus adhibita sit et codices eius, praeter unum omnes, in Gallia scripti sint, eum in Gallia, fortasse meridionali, vitam degisse puto[15]). Apertius est, ex quibus Breviarii codicibus rem suam hauserit. Ipse enim in extrema Novella Maioriani: *Hae*, inquit, *sex sententiae non sunt defloratae*, *quia in aliquibus libris non inveniuntur*, *in aliquibus tamen inveniuntur*. Ex diversis igitur codicibus hausit et integris quidem[16]), quum neque Commonitorium, neque indicem rubricarum, neque extremam legis partem omiserit. Et non solum ex codice hausit, qui leges et interpretationem earum comprehendit, verum etiam ex aliis, quibus leges ipsae et multae sententiae Pauli deerant. Illud perspicitur ex nonnullis locis, qui aut ex legis, non interpretationis[17]), aut ex utriusque verbis[18]) constant, hoc ex titulis illis Maioriani, quos in nonnullis hoc genus esse dixi codicibus[19]), veluti **35**—**37**. Sed utut sit, legum verbis, inscriptionibus, subscriptionibus omissis, ex interpretatione plerumque rem suam exscripsit. Verum hanc quoque in novam quasi speciem convertit, nam partim eam mutavit[20]), partim decurtavit et plerumque sententiam potius, quam verba conservavit[21]). Errasse eum hic

***) Utrum haec stemmata cohaereant cum Pauli libro de Gradibus et Affinibus, qui Cuiacii tempore dicitur adhuc exstitisse, alio loco disquiram. *De gradibus*, inquit *Cuiacius* in *Observation. lib. VI. cap.* 40, *librum singularem Paullus scripsit*, *qui totus fere continetur notissima l.* 10 *D. de gradib. et adfinib. ut mihi affirmavit vir fide dignus*, *in cuius manus liber ille integer venerat. S. W. Zimmern*, *Geschichte des Römischen Privatrechts bis Iustinian.* T. I. Heidelberg 1826. 8. p. 376 not. 51. *H. E. Dirksen*, *Uebersicht der bisherigen Versuche zur Kritik und Herstellung des Textes der Zwölf-Tafel-Fragmente.* Leipzig 1824. 8. p. 2.

10) *Savigny* l. c. T. II. p. 57 sq. (ed. I.), p. 59 sq. (ed. II.). 11) Cf. infr. p. 148 not. *a*. 12) *Baluzius* l. c. T. I. p. 154, infra p. 418. 13) *Savigny* aetatem et patriam ex illis Breviarii locis probari posse putat, qui in Epitome omissi sunt. Nam quum ad reipublicae statum spectent, sine dubio auctorem libri vixisse tempore et loco, quo sublatus fuisset pristinus status. Hoc quidem verum esse concedo, nego autem ex illis locis probari posse; neque enim omnes loci omissi sunt, qui de pristino statu agunt (cf. C. Th. I, 5 et 10; XIV, 1; titt. Maior. Novv. adiecti, al.), neque hi soli omissi sunt, verum etiam multi alii, qui de aliis rebus agunt, quam de statu publico. Vid. not. 23. 14) Fortasse clericus fuit. Cf. tit. C. Th. ad L. Iul. de Adult. (IX, 4), ubi Pauli apostoli sententia commemoratur. 15) *Vesme*, *Annali di giurisprudenza.* Torino 1838. p. 498 eiusdem sententiae est. *Heimbach* in *Gersdorfii Repertorio.* Lips. 1845. T. I. p. 303 Epitomas, quibuscum Lex Salica coniuncta est, Lugdunensem, Guelpherbytanam, Monachi, Aegidii, in Gallia dicit scriptas esse. Cf. not. 71. 16) Apud *Aegidium* quidem Papiniani fragmentum deest; sed quum adsit in aliis codicibus, codex ab *Aegidio* divulgatus mancus erat. 17) C. Th. VIII, 6, 2; X, 7, 1; XI, 12; XI, 14, 7; Nov. Maior. tit. I., al. 18) C. Th. II, 1, 3 et 6; II, 25, 1; IV, 18, 2; V, 8, 1; V, 12, 1; IX, 1, 4—6; IX, 2, 3; IX, 6, 1; IX, 7, 1; IX, 18, 1; IX, 25, 1; XI, 8, 2; XI, 14, 5; XII, 1, 7; XVI, 1, 2, 3; Nov. Th. tit. X.; Nov. Val. tit. IV. nov. 2; tit. VI. et XII.; Nov. Mart. tit. V.; Paul. I, 1, 4; I, 13, 5 et 6; II, 5, 2; II, 25, 6; II, 28, 1; III, 6, 10; V, 17, 3; V, 25, 11 et 12, al. 19) In Novellarum ed. p. XIV—XVI. 20) Praesertim si quem locum ex diversis legibus composuit. Vid. inter al. C. Th. I, 6, 2; I, 9; II, 8, 1 et 2; II, 10, 1 et 2; II, 12, 1 et 7; III, 5, 1 et 2; IV, 15, 1 et 2; VI, 1, 1 et 2; VIII, 6, 1 et 3; IX, 3, 1 et 2; IX, 13, 1 et 2; IX, 20, 1; IX, 26, 3; C. Gr. tit. VI, 1 et 2; Paul. I, 7, 8—10; II, 24, 3 et 4; II, 25, 7 et 8; II, 32, 3 et 16; II, 32, 6 et 17; III, 6 (5), 10 et 11; III, 8, 3 et 4; IV, 7, 4 et 5; V, 14, 3 et 4; V, 25, 11 et 12; V, 28, 1 et 2. Ex trium legum verbis constat C. Th. I, 10. 21) In nonnullis Pauli titulis sententiarum et interpretationum verba retinuit. Cf. Paul. IV, 10, 2, 4, 5, 6, 8. In titulo quoque Gaii de Intest. her. nihil mutavit praeter pauca verba.

et illic, *Savigny* ostendit[22]) et difficile profecto explicatur, cur multas leges, inprimis eas, quae de statu publico agunt, sententiasque omiserit[23]), alias de loco suo moverit[24]), alias auxerit[25]) vel mutaverit[26]) aut cur rubris titulorum alia substituerit[27]). Nihilosecius liber praestat dilucido et pro tempore, quo scriptus est, non admodum barbaro sermone[28]) et effecit haec perspicuitas, ut magnam auctoritatem acquireret, ad lites componendas adhiberetur[29]) et per multa exempla spargeretur, quamquam a librariis nonnunquam mutatus est et glossis auctus[30]). Praeterea etiam nonnullos locos cum paucis libris manuscriptis communes habet*), unus**) ei proprius est. Denique ex hac Epitome ab Aurelianensi Codicis Theodosiani, Novellarum et Pauli editore falsas quasdam interpretationes sumtas esse, quae transierint in posteriores editiones, supra dixi.***)

### SCINTILLA SIVE EPITOME CODICIS REGII PARISIENSIS SUPPL. LAT. 215.

Epitomae Aegidianae auctor certo consilio egit; at vero is, qui *Scintillam*[31]), quam inveni in codice Reg. Paris. Suppl. Lat. **215**, composuit, incerto videtur egisse. Nam praeter Epitomen ab Aegidio divulgatam, interpretationem quoque Visigothorum in rem suam convertit et in posterioribus ipsius Codicis Theodosiani libris aliquot ipsius Codicis constitutiones et simul quinque a Cuiacio aut a Sirmondo editas breviter contraxit[32]). Ex Epitome Aegidii nonnullos quidem locos ad verbum in librum suum transscripsit[33]), sed multo plures aut verbis in eorum locum substitutis, aut ex interpretatione admixtis[34]) mutavit, auxit[35]) vel decurtavit[36]). Praeterea quaedam omisit[37]), quae sunt in Epitome illa, alia addidit, quae in ea desunt. Pro Commonitorio brevem posuit praefationem. Cuius quidem varietatis causa haec est, quod auctor *Scintillae* tres codices diversi generis adhibuit, codicem aliquem libri Aegidiani, alterum Breviarii, in quo legum verba et subscriptiones, paucis exceptis, non erant, tertium in posterioribus Codicis Theodosiani libris, qui similis erat codici Phillippsii **1741** et S. Germani **366**. Adhibitum autem esse Breviarii

22) l. c. p. 58 not. 53 (ed. I.), p. 60 not. *c* (ed. II.). Verum locus, quem profert, videtur non eius, qui librum fecit, sed librariorum culpa mendosus esse. Sed cf. C. Th. II, 16, 1; IX, 23, 1, ubi *non* delendum est, al. 23) Veluti C. Th. I, 6, 3; II, 1, 5; II, 4, 3; II, 7, 1 et 2; II, 10, 3; II, 16, 1; II, 33, 3; III, 1, 4 et 7; III, 12, 1 et 2; III, 13, 2; III, 17, 3; III, 19, 2; IV, 6, 2; IV, 8, 4; IV, 10, 2 et 3; IV, 11; V, 1, 6 et 7; IX, 3, 3; IX, 4, 6; IX, 20, 2; IX, 29, 1 et 2; X, 3, 2; X, 5, 2 et 3; XI, 2, 1; XI, 8, 3; XI, 14, 4; XII, 1, 4; XVI, 3, 1; XVI, 5, 2 et 3; Nov. Th. tit. XI. nov. 2; Gai. I, 1—3, 6; I, 5, 1, 3, 4; I, 6, 1, 2; II, 1, pr. §. 1, 2; II, 3, 3—6; II, 4; II, 5, pr. §. 2—7; II, 7, 1 sqq.; II, 9, 1, 3—5, 7—12, 14—19; II, 10, 1; Paul. I, 1, 1, 3, 5, 6; I, 2, 2—4; I, 3, 2; I, 4, 1; I, 5, 1; I, 6, 1, 3; I, 7, 1, 3, 4; I, 8, 1; I, 9, 2, 5; I, 12, 2, 6; I, 13, 2, 7—9; I, 19, 2; II, 13, 3; II, 15, 3; II, 17, 1; II, 18, 1; II, 20, 1; II, 24, 4; II, 26, 2—4; II, 27, 2; II, 28, 2; II, 29, 1; II, 32, 1, 7—10, 13, 19; III, 4, 2, 6; III, 5, 1; III, 5, 3, 5, 9; III, 6, 3—7, 9, 11—13; III, 7, 2—5, 8—14; III, 8, 1, 5, 6, 8—75 (ubi lacuna designatur his vv.: „*et reliqua plurima, quae ad usumfructum pertinent*"); IV, 1, 2, 3, 8—11, 13, 15—18; IV, 3, 1, 2; IV, 4, 2—4; IV, 5, 4; IV, 6, 2; IV, 7, 1, 3, 6; IV, 8, 6, 8, 12—14; IV, 11, 2—4, 7, 9; IV, 12, 1; IV, 13, 1, 4; V, 2, 1, 3; V, 4, 2, 7, 8, 10—12, 15, 19, 21; V, 5, 4, 10; V, 7, 1, 4, 5, 8, 9; V, 8, 1; V, 10, 3; V, 13, 2—4; V, 14, 5; V, 15, 1, 2; V, 17, 2, 4; V, 18, 4—9; V, 19, 1; V, 23, 4; V, 24, 4; V, 25, 9, 10; V, 27, 6—8, 11, 12; V, 28, 4; V, 31, 2; V, 38, 1; C. Gr. tit. X, 2; XI, 2; C. Herm. rubr. tit. II. De omissis locis alii ad statum rei publicae romanae spectant, alii ad eos pertinent, qui in paucis codicibus Breviarii sunt et deerant in exemplis ad componendam Epitomen adhibitis. Alii desunt, quia idem iam alio loco dictum erat. Reliqui omissi sunt sine consilio aut brevitatis causa, veluti multae sententiae tituli Pauli de Usufructu (s. de Legatis). 24) Inter al. Gai. I, 6, 3; II, 9, 20; Paul. II, 4, 2; II, 8, 1; II, 32, 18; IV, 10, 7; V, 4, 10. 25) C. Th. V, 9, ubi in cod. 47 ex fonte ignoto aliquid additum est; C. Th. IX, 4, 1; XI, 1, 2; Nov. Th. tit. XI., ubi partim ex glossa, partim de propriis aliquid add. scriptor et de legibus non recipiendis disserit; Nov. Val. tit. V.; Paul. IV, 8, 2; V, 19, 1, al. In C. Th. III, 17, 1 add. *sub titulo*. 26) Eo pertinet C. Gr. XIII, 1, quem locum *Savigny* notavit et ex Iustin. Codice mutatum esse suspicatur. Quod si est, iam initio saec. VIII. Cod. Iust. pervenerat in Galliam. Cf. praeterea C. Th. II, 12, 2; III, 5, 7; VIII, 6, 1, al. 27) C. Th. V, 11; IX, 25, al. 28) Meam sententiam non mutant nonnulla verba infimae latinitatis, veluti *teloneum* C. Th. XIII, 1, 1; *breviare* Paul. V, 3, 1. 29) Vid. infr. cod. 57 (S. Galli 729). 30) In *Aegidii* codd. similes res fuerunt; cf. C. Th. I, 5; II, 4; IV, 20; Nov. Mart. I.; Paul. I, 17; I, 19; III, 4; V, 23. *) Vid. c. 7 C. Th. de Div. rescr. (I, 2); c. 5 C. Th. de Off. rect. prov. (I, 6). **) §. 2 tit. Pauli de Int. succ. (IV, 8). ***) Pag. X.

31) *Scintilla* appellatur initio libri et praeterea saepe. Habeatne eam in mente *Sirmondus*, qui p. I. Praef. App. C. Th. scribit: „*Cum his enim tribus coniungi et reliquas* (Appendicis leges) *consuesse, quas nunc damus, docent veteres Scintillae, ut vocabant, seu breviaria Codicis Theodosiani*", incertum est. 32) Ex C. Th. has sumsit leges, quae absunt a Breviario: c. 2 Si curialis rel. civ. (XII, 18; huius Epit. lib. XII. tit. 3); tit. de Medicis et Profess. (XII, 3) et tit. de Excus. artif. (XII, 4; h. Epit. lib. XIII. titt. 2 et 3); c. 3, 6 de Censu (XIII, 10; Epit. c. 2, 3 tit. 4 lib. XIII.); c. 5 de Censitoribus (XIII, 11; Epit. lib. XIII. tit. 5); tit. de Mendicantibus (XIV, 18; Epit. lib. XIV. tit. 2); c. 7 de Operibus publicis (XV, 1; Epit. c. 2 eiusd. tit.); c. 9 de Infirmandis (XV, 14; Epit. lib. XV. tit. 3 c. ult.); tit. de Fide cathol. (XVI, 1); c. 1, 3, 4, 8—10, 13, 14, 19, 20, 26, 29—31, 34, 38, 40, 41, 47 de Episc. (XIV, 2); c. 1, 2 de His qui super rel. (XVI, 5; Epit. lib. XVI. tit. 3); c. 4 Ne Sanctum bapt. (XVI, 6; Epit. lib. XVI. tit. 4); c. 3 de Apost. (XVI, 7; Epit. lib. XVI. tit. 5); c. 1, 6, 28 de Iudaeis (XVI, 8; Epit. lib. XVI. tit. 7 c. 1, 3, 4); c. 2, 5 Ne Christ. manc. (XVI, 9; Epit. lib. XVI. tit. 8, c. 2, 3); c. 21 de Paganis (XVI, 10; Epit. lib. XVI. tit. 9, c. 1); c. 3 de Religione (XVI, 11; Epit. lib. XVI. tit. 10, c. 2); c. 1, 2, 5, 8 Sirm. (Epit. C. Th. lib. XVI. tit. XI. de Episcopali iudicio c. 1—4). Cf. not. 43. Videtur etiam in f. tit. Unde vi (IV, 20) deperditam aliquam C. Th. legem ante oculos habuisse. 33) Inter eos, quos recensui in not. * antec. 34) Cf. int. al. C. Th. II, 1, 6, 8, 12; II, 11; VIII, 9, 5; Nov. Th. tit. X. 35) Cf. tit. de Usuris (II, 33) i. f.; c. 1 de Nuptiis (III, 7); c. 1, 2 C. Th. de Repudiis (III, 16); c. ult. Unde vi (IV, 20); c. 5 de Maternis (VIII, 9); c. un. de Bonis quae filiis (VIII, 10), al. 36) Cf. C. Th. III, 5, 6; IV, 16; IX, 6; X, 4; Nov. Th. tit. IV., V., VII. al. 37) Cf. C. Th. I, 1, 3; II, 33, 3; III, 7, 2 et 3; III, 12; III, 17, 2; III, 19, 2—4; IV, 4, 2, 3, 5; IV, 8, 4; IV, 10, 2 et 3; IV, 12; IV, 16, 2; V, 1, 6, 7; V, 7; VIII, 6, 3, 4; IX, 3, 3; IX, 13, 3; IX, 26; IX, 29, 1 et 2; X, 5, 3 et complures alios locos.

codicem, quem dixi, non ex inscriptionibus quidem, quae singulis Codicis Theodosiani libris et interdum constitutionibus[38]) praefixae sunt, perspicitur, sed ex subscriptionibus[39]), quae praeter paucas secundi Codicis Theodosiani libri desunt et ex verbis legum itidem omissis, nisi si quam legem Visigothi non sunt interpretati[40]). Tertii denique codicis usum demonstrant constitutiones illae, quibus, ut codices Phillippsii et S. Germani, haec quoque Scintilla locupletata est[41]). Vicissim igitur tribus illis codicibus auctor libri usus est, etsi crebrius Epitomae Aegidianae codice, quam reliquis. Ceterum nonnunquam constitutiones numeravit literis *A*, *B*, *C*, *D* etc. attulitque leges[42]) et titulos[43]), ut compararentur cum lege, ubi nominantur, denique etiam duas leges in unam conflavit[44]) et titulos de loco in locum transtulit[45]). Nonnunquam falso intellexit leges[46]), titulum autem de Haereticis, etsi inest in codicibus Phillippsii et S. Germani, omisit, quia excidit ex Breviario[47]). Quod ad aetatem spectat, qua vixerit, puto eum, postquam Epitome Aegidiana scripta est, sed antequam Benedictus Levita opus suum congesserit, vixisse. Illud manifestum est ex Epitomae illius usu, hoc ex Benedicti Levitae lib. III. cap. 360, quod ex c. 1 C. Th. de Petitionibus (X, 5) hic in breve contracta sumtum est[48]). Praeterea *Aldricus*, Cenomanicae ecclesiae episcopus, in lite, quam habuit anno DCCCXXXVIII., locum de Dolo malo recitavit, qui omnino cum *Scintilla* tituli C. Th. de Dolo malo (II, 15) concinit[49]). Vixit igitur *Scintillae* auctor ante Benedictum Levitam et ante annum quidem DCCCXXXVIII., et fortasse iam saeculo VIII., nam codex, quem transscripsit librarius codicis Parisiensis, vetustus fuit[50]). Eum in Gallia vixisse, non solum ex orthographia, verborum forma[51]) et ex nonnullis barbaris vocibus[52]) perspicitur, verum etiam ex loco, ubi codex Regius Parisiensis antiquitus fuit, ecclesiam dico Beati Launomari. Praeterea Aldricus libro in lite, quam habuit, usus est. Aldricus autem praefuit ecclesiae Beati Launomari, quae haud procul a metropoli sita erat. Probabiliter igitur dixeris, auctorem libri prope Ligerim in regione Turonensi aut Aurelianensi vixisse, ubi iuris studium videtur non omnino sub Francis periisse, quum adhuc supersint veteris iuris romani et Breviarii codices, quos olim in Floriacensi monasterio fuisse scimus[53]). Cuius conditionis fuerit scriptor ille, incertum quidem est. Verum eum clericum sive monachum fuisse suspicor, quum leges ecclesiasticas et Sirmondi constitutiones in Scintillam receperit, neque dubito, quin ius docuerit; nam tituli quoque C. Th. de Professoribus rationem habuit, qui non est in Breviario Alarici.

## EPITOME CODICIS GUELPHERBYTANI.

Aegidii Epitomen et Scintillam in Gallia scriptas esse, hactenus demonstravi, neque dubito, quin ex eadem terra originem ducat Epitome codicis Guelpherbytani[54]). Literarum videlicet forma et orthographia Gallica est; prae-

38) Praefixit eas aut toti libro aut primo cuiusque libri titulo. Desunt initio libr. III., XII. et XV. Memorabile est, fere omnes illas inscriptiones differre ab inscriptionibus legum, quibus libri Breviarii et vel ipsius Codicis Theodosiani incipiuntur. 39) Cf. tit. C. Th. de Iurisd. (II, 1). 40) Raro legum, quas Gothi interpretati sunt, verba supersunt. Cf. C. Th. I, 7, 1; IX, 2, ult., quae c. invenitur in cod. Paris. 4403ᵃ, ubi legum vv. deesse solent. 41) Cf. not. 32 et *Haenelii* ed. Cod. Theod. p. 1476—1480, 1518—1520 et Novellarum Theodosii etc. p. 417 sq. et 430. 42) Has quidem titulos appellat. Cf. C. Th. III, 16, 2: *sub secundo titulo*, i. e. *secunda lege*, et III, 11. Cf. not. sq. 43) Hos attulit v. *Hera*, similiter atque Lugdunensis expositionis auctor. Vid. C. Th. IV, 11: *Sed haec causa in libro octavo hera secunda de cursu publico angariis et parangariis habetur ita scripta.* C. Th. IX, 12, 1: *In libro etiam Pauli Sententiarum quinto hera XXVI. ad Legem Pompeiam.* C. Th. III, 11: *Reliqua pars legis istius iam retro habetur exposita in hera quinta libri istius de Sponsalibus et ante nuptias sub titulo sexto.* Nonnunquam vero utitur v. tituli pro titulo ipso. Cf. C. Th. III, 13, 3. Praeterea vid. C. Th. XI, 7, ubi ipsius Codicis Theodosiani titulus *de Indulgentiis debitorum* (XI, 28) nominatur; IV, 20 i. f. 44) C. Th. IV, 20, 4, 5; VI, 1, 1, 2; IX, 13, 1 et 2; IX, 24, 1 et 2; X, 7, 1, al. 45) Cf. C. Th. lib. XI. tit. 12—14. Interpretationes quoque transpositae sunt, v. c. ex C. Th. III, 11 in III, 10 et ex III, 10 in III, 11. Quum tit. de Feriis bis sit scriptus, libri II. C. Th. titulorum numeri uno aucti sunt. 46) Cf. int. al. C. Th. II, 29, 1, 2. Mutata est c. 1 C. Th. X, 2. In XI. et in sqq. Cod. Theod. libris saepe peccatum est; quod puto negligentiae librarii codicis Par. tribuendum esse. 47) Fuisse hunc tit. in codice, quo usus est auctor libri, patet ex sqq. titulorum numeris, qui cum numeris titt. in codd. Phill. et S. Germ. congruunt. 48) Interest inquirere in hunc locum, qui etiam in Ps. Isidori Coll. est, confert igitur fortasse ad huius libri historiam. 49) *Baluzii*, *Miscell.* Paris 1680. 8. Lib. III. p. 123, quo loco ad demonstrandam Breviarii in Gallia auctoritatem usi sunt *Zirardini* l. c. p. 6 et *Savigny* l. c. T. II. p. 117 not. 104 (ed. I.), p. 120 sq. not. *n* (ed. II.). 50) Vid. infr. cod. 60 descriptionem. Sine dubio eo quoque pertinet locus ex Pauli tit. de Int. rest. (I, 7) ab eodem Aldrico sumtus. Is quidem hic om., sed codex, ex quo solo haec *Scintilla* innotuit, mutilus est. 51) V. c. ubi nominativus plur. primae declin. literis *ae* exprimendus erat, scripsit *provencias*, *reliquas cartas*, *gubernantias*. Scripsit etiam *filias* pro *filiabus;* praeterea *espargo*, *estare* et multo plures fuisse puto eius generis voces, quas mutaverit librarius codicis Paris. 52) V. g. ex v. *bessus* C. Th. X, 10, 1; *pincernus* XI, 11, 1; *capuletur* lingua X, 5, 1. Quod scribitur *adfiliatus* pro *arrogatus; potentes* pro *rectores provinciae; cadere* pro *infirmari*, nihil ad hanc quaestionem decidendam facit. 53) Inter codices, qui ex monasterio Floriacensi proveniunt, videntur, praeter Tilianum Codicis Theodosiani exemplum, omnes illi veteris iuris codices fuisse, qui nunc in bibliotheca Vaticana inter libros Reginae Succiae asservantur.

54) Rem literariam vid. infr. ad descriptionem cod. 61.

terea pro hac sententia faciunt complures res, quas praeter Breviarium Alarici codex Guelpherbytanus continet, nimirum Formula antiqua, Lex Salica eiusque supplementum, librarii nomen, maxime vero Francorum regum nomina[55]), quae in extremo titulo Legis Salicae enumerantur. Verisimile enim est propter convenientiam modorum scribendi et orthographiae, eundem, qui Legem Salicam, quam Guelpherbytanus codex continet, mutaverit, Breviarium Alarici quoque in arctum contraxisse. Simul quo tempore is vixerit, ex nominibus illis perspicitur. Scripsit enim, Childericum regnasse novem annos, nimirum ab anno DCCXLV. usque ad annum DCCLIV.; fecit igitur librum post hunc annum, sed ante annum DCCLXIX., quo Carolus M. solus regno potitus est, quum neque de secunda gente regum Francorum quemquam, neque legem sive instrumentum posterioris temporis commemoraverit. Videtur autem propter omissum Pippini nomen de Francis illis fuisse[56]), qui Pippini imperium repudiarunt[57]). Quisquis vero fuit, rem ita egit, ut praeteritis legum subscriptionibus et inscriptionibus, interpretationem potissimum in pauca verba et plerumque apte, quamquam rustico sermone, quem videtur codicis librarius depravasse, contraheret. Brevitate convenit haec Epitome cum Aegidiano libro et *Scintilla*, verbis discrepat. Praeterea pauca quaedam complectitur, quae ibi desunt[58]), in Aegidiana potissimum Epitome, aut omittit, quae in illis sunt, veluti Maioriani et ultimorum Codicis Theodosiani librorum titulos; proprii autem sunt ei, pariter atque Epitomae Lugdunensi, illi loci, qui ad multos titulos multasque leges Breviarii adnotati et quasi in unum ideo collecti sunt, quia de eadem re agunt[59]). Nonnullos locos cum paucis codicibus communes habet[60]), hic et illic leges et sententiae desunt[61]), neque vero tot, quot in Aegidiana Epitome; raro duae leges in unam contractae[62]) aut transpositae[63]) sunt. Gaius post Paulum positus est et in extremo codice exciderunt Codicis Hermogeniani et Papiniani superscriptiones. Novi quicquam hunc librum non suppeditare, ex iis, quae dixi, manifestum est; nihilosecius eum magni habeo, quum multum faciat ad demonstrandam auctoritatem, quam Breviarium in Gallia habuerit, neque enim, si ea destitutum fuisset, operam quisquam impendisset in id contrahendum notisque illustrandum.

## EPITOME CODICIS LUGDUNENSIS.

Codex Bibliothecae Municipalis Lugdunensis propter duas res magni pretii est; propter explicationem dico legum Codicis Theodosiani Novellarumque et propter glossas. Illa *Expositio* in codice nominatur, et duplex est, titulorum et constitutionum; et titulorum quidem expositio praefixa est libris, constitutionum singulis titulis[64]). Praeterea rubricis singulorum librorum interdum adscriptum est, quot sint eorum tituli, quot leges, quot interpretationes et singulae quoque expositiones numeris distinctae sunt. Differre igitur eas expositiones apparet a reliquis libris, ubi Breviarium in compendium redactum est; accedit, quod in illis nihil remansit, nisi librorum et titulorum distributio, verba ipsa in novam quasi speciem mutata sunt, hic Breviarium servatum est et insuper auctum expositione. Gaii et Pauli expositio omissa est, propter sententiarum brevitatem et perspicuitatem credo. Hausta est expositio ex in-

55) Fol. 37[a] v. 3 a fin. ad v. 4 sq. pag. *Teudericus rex rignavit an' XVII. Chlodo | veos rex rign̄ an' III Childebertus rex rign̄ | an' XVII dacobertus rex rign' an' V. hilpericus rex* || fol. 37[b] || *rign' an̄ V. Itē teudericus rex. rign̄ an' XVII | an' septimo. int̄ alius rex n' rignavit. Childe | ricus. rex rign̄ an̄ VIIII sunt in summa annus | LXXVIII.* 56) Quare *Conradi*, *Parerg.* p. 102, hoc Breviarium *Francicum* recte appellat. 57) Cf. *Spangenberg*, *Zeitschrift für geschichtl. Rechtswissensch.* T. V. p. 282, qui hac de causa Francum illum in Gallia meridionali trans Ligerim vixisse putat. Pro hac regione faciunt nonnulla verba codicis obsoleta, videlicet *lo cabo*, *botilia*, *negutta*, *provincias* (provinciae), *feminas* (feminae), *la tota* (totam), *strubo*, *la tercia* (tertiam), *suppas*. Cf. etiam *Pardessus* l. c. p. 159. 58) Inter eas est c. 1 C. Th. de Inc. nupt. (III, 12), quae in plerisque libris mss. deest. 59) Multi numeri falsi sunt, quod negligentiae librarii Guelpherb. cod. tribuendum est. Nonnullos emendavi ex Lugdun. Epit., quae saepe eosdem locos nominat. 60) C. Th. III, 12, 1, 2; Paul. V, 4, 15. Vid. supr. cap. I. not. 88, 89 et not. *, ** post not. 89. 61) C. Th. I, 2, 7; I, 6, 5; II, 2, 1; II, 7, 1 et 2; II, 33, 3; IV, 8, 4; IV, 10, 2 et 3; V, 5, 2; V, 12, 1; VIII, 4, 1; VIII, 7(?); IX, 1, 5; IX, 20, 2; IX, 26, 2 et rubr. h. tit.; X, 5, 3; Nov. Th. tit. I. et II.; Nov. Val. tit. I.; Nov. Mart. tit. II., quarum Novellarum sola rubra supersunt. Gai. tit. I. §. 5—7; II, §. 1, 3, 4; III, §. 2; IV, §. 2—7; V, pr. et §. 4; VII, pr.; VIII, pr.; IX, §. 2, 3, 5, 6; X, pr.; tit. de Substitt. XII, §. 3—5; XIV, §. 1—3, 5—7; XV, §. 1, 2, 4—7; XVI, pr. et §. 1—3, 7, 8, 10, 12—16, 19; XVII, pr. et §. 1; Paul. I, 1, 1, 3, 5; I, 12, 2 et 6; I, 13, 9; II, 7 (ubi rubr. tantum superest); II, 8, 1; II, 17, 3; II, 32, 3—14, 17—19; III, 4, 6; III, 7, 3; III, 8, 18—75; III, ult. §. 4; IV, 5, 4; IV, 7, 4; IV, 10, 2—8; V, 2, 4; V, 4, 16, 21; V, 8, 2; V, 11, 1; C. Gr. tit. VII. c. 1; tit. X. c. 2. 62) C. Th. VI, 1 et 2; IX, 13, 1 et 2; Gai. VI, 1 et 2; X, §. 1—3; XI, 2—6; XVI, 4 et 5; Paul. II, 12, 3 et 2; III, 2, 3 et 1; III, 4, 1 et 2; III, 8, 1—17. E contrario nonnulli tituli in capita dividuntur. Vid. Nov. Val. tit. VIII. de XXX ann. praescr. et tit. XII. de Episc. iud. 63) Int. al. cf. Paul. II, 26, 4 et 5; V, 25, 4 sqq.

64) Ordo igitur is est initio librorum: a) Expositio titulorum libri; b) Rubrica primi tituli; c) Expositio legum primi tituli; d) Leges primi tituli; e) Rubrica secundi tituli; f) Expositio legum secundi tituli; g) Leges secundi tituli etc.

terpretatione, raro ex imperatorum legibus[65]) et nonnunquam cum interpretatione brevitate tantum discrepat. Sermone eodem scripta est atque interpretatio, non romano quidem, neque vero rustico[66]), plerumque dilucido et cum ea iuris romani librorum cognitione, initio potissimum Novellarum, ut non dubitem, quin, si prima pars codicis superesset, multa ibi invenirentur, quibus illustraretur historia Codicis Theodosiani et Breviarii. Quo tempore vixerit expositionis auctor, accurate quidem definiri nequit, tamen non omnino obscurum est. Codex enim exeunte saeculo IX. aut initio X. saeculi scriptus est; habitus autem eius demonstrat, expositionem a librario non esse factam; eam igitur antea compositam esse mihi persuasum est. Contra commemoratur Iustiniani Codex in expositione Novellarum, quem Codicem aliquot demum lustra, postquam promulgatus est, in Galliam pervenisse arbitror. Praeterea de glossis, quas idem homo legibus addidit, nonnullae ex Isidoro promtae sunt, quare aetas in illud tempus videtur incidere, quod inter priora VII. et IX. saeculi lustra ducentos circiter annos comprehendit; etsi nolim obloqui, si quis Caroli M. aetate auctorem vixisse contenderit, quo imperante in emendandas veteres leges magnam industriam impensam esse scimus. Neque quo loco expositio facta sit, certum est. Atqui codex, quo continetur, non solum Lugdunensis est, verum etiam propterea videtur antiquitus fuisse Lugduni, quia vetusti illi iuris romani codices, quos illinc accepimus, legum romanarum studium et vel post subactam a barbaris Galliam ibi floruisse demonstrant; quas ob causas expositionem Lugduni potius quam in quavis alia civitate conscriptam esse crediderim. Ut de glossis dicam, posuit eas scriptor aut inter versus aut in margine; illae, quibus verba explicantur, brevissimae sunt nulliusque fere pretii; hae triplicis generis. Etenim aliis, quae ex numeris minio pictis constant, quota libri lex quaeque constitutio sit, notatur; in aliis similes tituli et leges ex reliquis Breviarii libris afferuntur, ut in Guelpherbitano codice, in aliis denique ex romanis scriptoribus comportata sunt, quae ad illustrandas res glossatori videbantur conferre. Illas propter formam suam antiquiores esse puto expositione, has ab eodem scriptas, cui expositio debetur. Et sunt quidem inter eas nonnullae maxime memorabiles, quae auctorem earum in romanarum literarum studium incubuisse demonstrant, nam praeterquam, quod ex ignotis libris videntur nonnunquam haustae esse, modo agunt de vita imperatorum aliarumque personarum, quae in Breviario nominantur, modo de historia[67]) et geographia[68]) aut de rebus antiquis vel grammaticis. Ceterum in glossis *aera*[69]) pro titulo ponitur, *caput* pro sententia Pauli, *edictum* pro constitutione sive novella lege.

## EPITOME MONACHI.

Enchiridion[70]), cuius prologum Gothofredus edidit in Prolegom. Codicis Theodosiani capite VI., Monachus quidam abbatis sui iussu conscripsit. Hoc enim in postremis prologi verbis dicitur. Quo tempore et quo loco factum sit, ignoratur. Verum quum omnes codices, quibus comprehenditur, in Gallia scripti sint et partim quidem iam saeculo VIII., haud dubie monachus ille in Gallia octavo saeculo vixit[71]). Appellavit librum suum *Breviarium*[72]) sive *scedulam*[73]), etiam *parvum volumen* et *compendium*, in quo *reperiantur sublatis pragmaticis et longissimis assertionibus omnes definitiones.* Quid his verbis intellexerit, habitus libri docet. Omisit enim imperatorum constitutiones et Pauli sententias, quas Visigothi interpretati sunt, retinuitque interpretationes et in Codice quidem Theodosiano et in Novel-

65) Ex lege ipsa hae expositiones sumtae sunt: C. Th. IV, 4, 6; IX, 1, 1; IX, 11, 1; IX, 18, 1; Nov. Val. de Homicidiis, non computatis in numerum legibus, quibus Visigothi interpretationem non subiunxerant; ex lege et ex interpretatione simul has vidi interpretationes mixtas esse: C. Th. IX, 4, 2 et 6, 7; IX, 6, 1; IX, 14, 1; IX, 18, 1; XI, 6, 1; XI, 7, 1; XI, 9, 1; XI, 11, 2; XI, 14, 1; XII, 1, 1; XVI, 1, 1; Nov. Val. tit. IV. et VIII. Nonnunquam expositio deest: cf. C. Th. IV, 10, 2 et 3; IV, 11; VIII, 7; IX, 10; IX, 27, 3; IX, 29, 1, 2; XII, 2; XVI, 3, 1; XVI, 4, 2; XVI, 5, 2 et 3. 66) Raro utitur interpres verbis corruptis, v. g. *maioritate* pro maiore aetate (C. Th. IV, 8, 2); *captivati* (C. Th. V, 5, 2); *tenendum* i. e. habendum (C. Th. IX, 1, 3); *devirginasse* (C. Th. IX, 5, 1); *componere* pro iubere (expos. ad C. Th. lib. X. n. 3); *compendiare; donatum* pro donatione. Scribitur etiam nonnunquam *derelinquerint*, *confunderint* et similia. 67) Cf. C. Th. IV, 7; IV, 18; IX, 1, 8; IX, 2; IX, 3, 1 et 3; IX, 4, 1, 3, 4, 6; IX, 7, 1 et 3; IX, 11, 1 et 2; IX, 13, 1—3; IX, 15, 1, 2, al. 68) Cf. int. al. ad C. Th. IX, 1, 7 ad v. *Sardinia.* 69) Cf. *Blume*, *die Westgothische Antiqua.* (s. l.) 1847. 8. p. XII sq. not. 15.

70) *Savigny* l. c. T. II. p. 59 (ed. I.) et p. 61 (ed. II.). 71) *Heimbach* propter Legem Salicam codici 63 adiectam Epitomen in Gallia scriptam esse putat, quae sententia vera quidem est, neque vero hanc ob causam. Nam Lex Salica a reliquis huius compendii codicibus abest; adiecit igitur eam librarius codicis, libri auctor non item. Aliter res habet in Guelpherbitano codice. Vid. not. 15 h. cap. 72) *De Breviario nostro.* 73) *In nostra reperiantur scedula.*

lis cum subscriptionibus[74]), in reliquis Codicibus cum inscriptionibus et subscriptionibus. Continet igitur hic liber decurtatam quasi Breviarii interpretationem. Interdum rem aliter se habere non mirandum est, incerto enim consilio egit monachus; nam nonnunquam ex ipsis constitutionibus[75]), atqui saepe ex Pauli sententiis rem hausit[76]), aut verba constitutionum sententiarumve et interpretationum in unum conflavit[77]), ut mittam locos Pauli Codicisque Gregoriani, ubi sententiam et interpretationem eius retinuit[78]), aut sententias, quae interpretatione non egent, integras in librum suum recepit. Praeterea non ubique interpretationem contraxit, sed totam paucis verbis mutatis transscripsit in compendium suum[79]), e diverso alios locos mutavit[80]), alios omisit[81]) aut de loco movit[82]). De suo raro aliquid addidit[83]), nam rubricas, quibus in primis totius libri titulis, sed sine numeris, interpretationes ab antecedentibus hic et illic distinxit[84]) aut divisit in capita[85]), paulo post addere desiit[86]), explanationes autem titulorum, quas habet, videtur ex aliis codicibus Breviarii ad hunc librum adhibitis sumsisse[87]). Ubi interpretationis verba in breve coegit, nec mutavit, plerumque perspicuus est, ubi vero mutavit, ignorationem sermonis latini prodidit[88]) aut infimae aetatis verbis usus est[89]). Num plures fuerint huius compendii codices, quam tres[90]), tot enim, postquam duos detexi, innotuerunt, nescio; atqui *Gothofredus* prologum *in quibusdam* legi dicit, differt etiam prologus, quem edidit, scripturis ab exemplo codicis Reg. Par. 4419: ob quas causas a *Gothofredo* codicem adhibitum esse puto, qui ubi sit ignoratur. Neque vero *Gothofredus*, sed *Cuiacius* hoc breviario primus usus est, nam *Cuiacius* in editione Sententiarum Pauli a. 1566 ex Petri Pithoei codice, qui hoc Breviarium complectebatur, §pho 2 tituli de Seditiosis (V, 24) verba *vel qui convellunt bodones* interiecit et in altera a. 1586 falsam interpretationem eodem libro usus §pho 1 tituli ad Sc. Tertullianum (IV, 9) subiunxit. Tum ex *Gothofredo* partem prologi *Conradi*[91]) edidit, totum *Spangenberg*[92]), sed hic quidem negligenter. Praeter ea, quae dixi, ex hoc compendio nihil adhuc divulgatum est, nam *Carolus de Savigny* de indole eius tantum exposuit.

## EPITOME CODICIS SELDENI.

Vixisse in Gallia eum, qui Breviarium composuit, quod inest in Seldeni codice, alio loco demonstravi[93]). Neque vero totum librum ad eundem modum instituit, nam quum Novellas et nonnullos Codicis Theodosiani titulos augeret[94]) et in novum ordinem distribueret, tamen Gaio manum attulit. Sed magis versatus est in decurtandis paragraphis et transponendis de loco in locum verbis, quam in mutandis vel omittendis illis, etsi nonnullae desiderantur. Pauli autem libros ita tractavit, ut alias sententias vel interpretationes omitteret, alias retineret, secundi ordinis codices imitatus, quamquam saepe verbis, quae erant, alia substituit. Neque vero animum mutandi Pauli omnino ab-

74) Si plures eiusdem tituli sunt constitutiones, ultimae plerumque subscriptionem retinuit. Codex 64 nonnullas inscriptiones habet. Hae quoque in Novellis interdum supersunt. Cf. Nov. Th. tit. II. 75) Cf. C. Th. I, 1, 1 et 2; IV, 6, 2; IX, 2, 3; IX, 8, 1; IX, 20, 2; XVI, 2, 1; Nov. Val. tit. III., al. 76) Cf. int. al. tit. de Usufructu (Paul. III, 9). 77) Cf. C. Th. I, 7; II, 6, 5; II, 12, 4; V, 3, 1; V, 8, 1; V, 9, 2; VIII, 6, 1; XI, 14, 4; XVI, 1, 5; Nov. Th. tit. III.; Nov. Val. tit. XII.; Nov. Mart. tit. IV.; Paul. I, 1, 3; I, 13, 5 et 6; III, 5, 11, al. 78) Paul. I, 17, 2; I, 19, 2; C. Gr. IV, 2. 79) C. Th. I, 4, 1; II, 4, 3; II, 6, 2 et 4; II, 16, 3; II, 19, 6; II, 28; III, 17, 2; IV, 15, 2; IV, 18, 2 et sic saepe in reliquis libris. 80) Cf. int. al. C. Th. III, 5, 6; IV, 4, 3; IX, 2, 3; Paul. II, 23, rubr. 81) C. Th. I, 2, 6, 7; I, 6, 5; II, 7, 1 et 2; III, 12, 1; III, 13, 4; IV, 8, 4; IV, 10, 2 et 3; IV, 11; V, 1, 7; IX, 1, 2; IX, 3, 1; IX, 4, 4 et 7; IX, 29, 1 et 2; X, 5, 3; XI, 11, 3; XVI, 4, 2; XVI, 5, 2 et 3; Gai. tit. XIV, 3; Paul. I, 4, 6; I, 7, 1; I, 12, 2 et 6; I, 13, 9; II, 1, 2; II, 26, 7; III, 4, 6; IV, 11, 6; V, 2, 1; V, 4, 15 et 21; V, 7, 13; V, 11, 1; V, 17, 4; V, 18, 3; V, 35, 7; C. Gr. IV, 1, al. 82) Cf. Gai. tit. IV, 2 et tit. XVI, 5; Paul. I, 7, 4 not. *b*; II, 8, 1. 83) Cf. C. Th. III, 19, 3; Paul. V, 24, 2. 84) C. Th. I, 1, 2; I, 2—5, 7; I, 9, 2, 3; II, 1, 2—12 al. Fortuito addita est rubr. C. Gr. VI, 5. 85) Cf. int. al. C. Th. II, 9, 1; II, 12, 7; II, 14. 86) Sed vid. Nov. Val. tit. XII. 87) Ex iisdem codd. sumsit numeros libr. Novell. Martiani et Severi, illas enim *Lib. III.*, has *V.* Novellarum esse dicit. Semel (Paul. I, 16, 1) ad alium locum provocat, Theodosianum nimirum Codicem. 88) Scribit enim *utor* s. *fruor rem* aut passive *res utitur* et saepe *de id*, *pro id*, *in id* (pro *eo*). Praeterea *quisquis iunxerint* (C. Th. III, 12, 3). *Uxoris sui* (l. c. c. 4). *De moribus — et his similia* (III, 13, 1). *Nullus romanorum cum barbaris coniugia misceatur* (C. Th. III, 15, 1). *Potest eum dimitti* (C. Th. III, 16, 1). *Si id, quod minoribus donari possunt, impleta non fuerint* (C. Th. III, 19, 2). *Iuris emphyteuticae* (l. c. c. 3). *Excepto pupillarias causas* (Nov. Val. tit. XII. §. 8). Electi sunt loci, ubi codices consentiunt. Quae orthographiam spectant et librariorum culpae tribuenda sunt, omisi commemorare. 89) V. c. *perdonet* (C. Th. IX, 27, 2). *Mundiali* munere (C. Th. XVI, 1, 1). *Hereditare* (Nov. Th. tit. IX.). *Aera* s. *Hera* (Paul. I, 16, 1). *Divinus* i. e. hariolus (Paul. V, 23, 3). Interdum *scusare*. 90) Unum nominat *Savigny* l. c. in prima editione, tres ex literis meis in secunda. 91) In *Parerg.* lib. I. p. 101 not. *g*. 92) *Zeitschrift f. geschichtliche Rechtswissenschaft.* T. V. p. 293.

93) *Haenel*, *Novellae Constitutiones* etc. Bonnae 1844. p. XIII, XXXII. Neque igitur in Anglia factum est, quod *Savigny* putat l. c. T. II. p. 62 (ed. II.). 94) Inprimis C. Th. lib. XVI., Novellas Theodosii et Valentiniani.

iecit. Nonnullos enim locos mutilavit et in breve contraxit[95]), alios contra ex sententia et interpretatione, aut ex duabus sententiis conflavit[96]); ex quibus omnibus scriptorem apparet fluctuasse in consilio suo, etsi non dubito, quin, ut Theodosianum Codicem et Novellas Codici subiunctas, ita Gaium Paulumque auxisset, si ipsorum libros possedisset.

## EPITOME S. GALLI.

Superest, ut de Epitome disseram, quam *Canciani* primus divulgavit[97]) et *Legem Romanam*[98]) appellavit, alii *Legem Romanam Utinensem*[99]), quia ex Utinensi codice primum edita est, ego vero Epitomen S. Galli propter locum, ubi nunc duo eius codices asservantur. Et ceteri quidem similium librorum auctores Breviarii verba ipsa, interpretationis potissimum, quatenus aptum erat, retinuerunt et sententias brevius, quam Visigothi fecerant, sed latine explanarunt. Atqui huius auctor plane diverso modo egit. Etenim totam rem in alium quasi sermonem convertit, ad regionis, ubi vixit, mores et instituta accommodavit, multas leges mutavit[100]), auxit sive amplificavit[101]), complures, quae ei videbantur inutiles et a consilio suo alienae esse, omisit[102]) et tantum abest, Breviarium ut interpretatus sit, ut novum quasi librum iuris composuerit ex Breviario et ex iis, quae addidit, vel omnino mutavit. Et quod ad sermonem attinet, non solum verba Breviarii, quae non poterat omittere, ad barbarorum modum et elocutionem mutavit, formavit interque se coniunxit, verum etiam alia aliis substituit et insolita in regionem suam a barbaris demum introducta immiscuit effecitque, ut liber non latina, sed alia quadam lingua scriptus videatur, quae everso romano imperio in Occidentis aliqua parte a barbarorum Romanorumque promiscua multitudine paulatim ficta est[103]). In com-

95) Gai. I, 2, 4; II, 3, 3; tit. de Substitutionibus; II, 7, 3; II, 8, 9 etc. Contra in Gaio I, 5, 1 add. sunt vv. *Haec adoptio — non valet.* Pr. tit. de Test. cohaeret cum antec. tit. 96) Paul. I, 7, 2 et 8; II, 11, 1; II, 20, 5; II, 21, 1; II, 32; III, 2, 2; III, 4, 7; III, 6, 1; III, 7, 1 et 5; IV, 1, 12 et 15; IV, 4, 4; IV, 7, 1 et 2; IV, 12, 1; V, 2, 1; V, 3, 6; V, 8, 4; V, 9, 1; V, 10, 1; V, 38.

97) *P. Canciani*, *Barbarorum Leges Antiquae.* Vol. IV. Venetiis 1789. fol. p. 463 sqq. *F. Walter*, *Corpus Iuris Germanici Antiqui.* T. III. Berolini 1824. 8. p. 691 sqq. De ea disseruerunt *Savigny* l. c. T. I. p. 363—394, T. II. p. 60 et 227—230, T. IV. p. 470 (ed. I.); T. I. p. 426—458, T. II. p. 61 et 240—243 (ed. II.) et *Zeitschr. f. gesch. Rechtsw.* T. XI. p. 215. *C. Baudi a Vesme*, *Annali di Giurisprudenza.* Torino 1838. p. 499—504. *Troya*, *Della Condizione De' Romani Vinti Da' Longobardi.* Napoli 1841. 8. §. CCV. ann. 798. p. CCLXXX sqq. (ed. II. *Con Osservazioni di Francesco Rezzonico Ed Appendice Dell' Autore.* Milano 1845. 8. p. 232 sq. et p. 386. *G. E. Heimbach* in *Gersdorfii Repertorio* 1845. T. I. p. 304 sq. *M. A. v. Bethmann-Hollweg*, *Ursprung der Lombardischen Städtefreiheit.* Bonn 1846. p. 28—60. 98) Recte *Savigny* hoc nomen a *Cancianio* fictum esse putat; in codicibus, quos vidi, non est. 99) *Savigny* l. c. T. II. p. 227 (ed. I.) et p. 240 (ed. II.). *Hollweg* l. c. 100) Cf. C. Th. I, 2, 4; I, 4; I, 6, 2—4; I, 8; I, 9, 1 et 2; I, 10, 1; I, 11, 2; II, 1, 1, 2, 4, 6, 8, 9, 11; II, 10, 1; II, 17; II, 18, 1 et 2; II, 23; III, 1, 3 et 8; III, 5, 1 et 2; III, 11; III, 17, 2 et 3; III, 19, 2 et 4; IV, 4, 4; IV, 7; IV, 13, 1; V, 2; VIII, 4, 1; VIII, 5, 1; IX, 30, 2; X, 1, 1; X, 4, 1 et 2; X, 5, 1; X, 6, 1; XI, 8; XII, 1, 9; XVI, 1, 3 et 4; Nov. Th. tit. IX. et XI.; Nov. Val. tit. IX. et XI.; Nov. Mart. tit. I.; Paul. I, 3; I, 7, 1 et 2; I, 17 et 18; I, 20; II, 2; II, 8; II, 10 et multos alios. 101) Inprimis priorum Codicis Theodosiani librorum et Pauli Sententias auxit novasque res iis induxit. *Savigny* l. c. T. II. p. 200 (ed. I.) et p. 243 (ed. II.). 102) C. Th. I, 2, 4 et 7; I, 6, 5; I, 9, 3; II, 1, 5, 7, 12; II, 4, 1—4; II, 5, 1 et 3; II, 7, 1 et 2; II, 8, 2 et 3; II, 10, 2; II, 13; II, 16, 3; II, 19, 3, 4, 6, 7; II, 28; II, 30, 2; II, 33, 2—4; III, 8, 3; III, 19, 2; IV, 6, 2; IV, 8, 4; IV, 10, 2 et 3; IV, 11 et 12 (13); V, 1, 6 et 7; IX, 1, 4—7, 9; IX, 3, 1 et 3; IX, 4, 6; IX, 7, 2; IX, 18 (rubr. tit.); IX, 21, 1; IX, 27, 2 et 3; IX, 29, 1 et 2; IX, 32, 4; X, 4 (rubr. tit.); X, 5, 2 et 3 et ult.; XI, 1, 1; XI, 3 et 7; XI, 9 (rubr. tit.); XI, 11, 4; XI, 12 et 13; XII, 1, 4; XV, 2; XVI, 1, 4; XVI, 3 (rubr. tit.); XVI, 4, 2; Nov. Th. tit. I. (rubr. tit.); Nov. Th. tit. XI. nov. 2; Nov. Val. tit. VII.; Gai. I, 1, 5 sqq.; I, 2, 4; I, 3, pr.; I, 4, 2—8; I, 5, 3, 4; I, 6, 1; tit. IX., X., pr., XI, §. 3 sqq.; tit. XII. et XIII.; tit. XV, §. 1 sqq.; tit. XVI., XVII., XVIII., pr. et §. 1; Paul. I, 1, 1 et 3, 5; I, 5, §. 2 — tit. 7, §. 8; I, 8; I, 12, 2 et 6; I, 13, 1, 7, 9; I, 14 et 16; I, 19, 2; I, 21, 1—3; II, 1, 2—6; II, 4, 1, 2; II, 6; II, 7, 1; II, 8, 2; II, 9, 4, 5; II, 12, 1—3, 5 et 8; II, 13, 4; II, 14, 3—6; II, 15, 3; II, 17, 2; II, 18, 5, 6, 9, 10; II, 19; II, 20, 3 et 4; II, 22, 2; II, 23, 2; II, 24, 1—5; II, 25, 2, 3; II, 26, 2, 4; II, 27, 2 et 3; II, 28, 2; II, 29 et 30; II, 32, 7—9, 13, 15, 18—20, 22, 25; III, 2, 1; III, 4, 2, 6; III, 6, 7, 8, 10, 11, 16, 17; III, 7, 2, 9, 11, 12, 15; III, 8, 1—4, 6—15; III, 9, 1—27, 29—75; III, 10, 1, 2, 4; IV, 1, 2, 3, 8—10, 13, 14, 16—18; IV, 2; IV, 3, 1, 2, 4; IV, 4, 1, 4; IV, 5, 1, 3, 4, 6—10; IV, 6, 2, 3; IV, 7, 3—5; IV, 8, 2, 4—6, 13; IV, 9 et 10; IV, 11, 2, 5—9; IV, 12, 1, 2; IV, 13, 1, 3; V, 1, 2, 5; V, 2, 1, 4, 5; V, 3, 4; V, 4, 2—10, 12—14, 16—18, 20, 21; V, 5, 1—5, 7, 10; V, 7, 1—5, 7, 9—11. Alios de loco movit, veluti c. 2 C. Th. de Feriis (II, 8) posuit in f. tit. de Postulando (II, 10), rubr. C. Th. de Cognit. (II, 12) post c. 3 illius ipsius tit., c. 1 C. Th. de Int. rest. (II, 16) post c. 2 antec. tit. Ex c. 2 C. Th. de Sec. nupt. (III, 8) fecit c. 1 C. Th. Si secundo (III, 9); ex c. 2 C. Th. Qui bonis (IV, 18 s. 19) c. 2 seq. tit.; ex c. 1 C. Th. de Cust. reor. (IX, 2) c. ult. C. Th. de Accus. (IX, 1); ex c. 9 C. Th. de Decur. (XII, 1) c. 2 C. Th. de Suscept. (XII, 2); ex pr. Gaii (I, 6) §. ult. eiusd. tit. Denique §. 5 Pauli de Nuptiis (II, 20) posuit post §. 6 et §. 5 de Test. (IV, 6) post §. 6 e. t. Alios locos conflavit, veluti C. Th. lib. II. tit. 31 et 32; C. Th. III, 13, 2 et 3; III, 16, 1 et 2; III, 17, 1 et 2; IV, 20, 6 et IV, 21, 1; V, 7, 1 et 2; VI, 1, 1 et 2; IX, 13, 2 et 3; XI, 16, 1 et 2; XI, 9, 1 et XI, 8, 1; Nov. Mart. II. et III.; Gai. VI, pr. et §. 3 et §. 1, 2; VII, 2, 1—3; Paul. I, 7, 7—9; I, 13, 5 et 6; I, 17, 1 et 2; II, 18, 3 et 4; IV, 8, 8—11, 12 et 14 et mult. al. Praeterea in ind. titt. rubricas libror. VI—VIII. C. Th. Bis interpretatus est c. 3 C. Th. de Administrat. (III, 19). Facile igitur ex locis et hic et supra ad reliquas Epitomas adnotatis perspicitur, Pauli titulum de Legatis potissimum decurtatum esse. Idem accidit Gaio, ubi tituli de Legatis et de Fideicommissis brevius quam exspectari poterat in Epit. Aeg. et S. Galli exhibentur. 103) Cf. *Savigny* l. c. T. I. p. 364 sq. not. 230, 231 (ed. I.) et p. 428 sq. not. *d*, *e* (ed. II.). Non urgeo res, quas cum aliis codicibus communes habet, veluti *a* pro *e* (da, triante) sive *i* (affaciendos); *e* pro *i* (resedeat, iuresdiccio, principes, manumettere, pupellares, fiscales, fescale, vegarius, trea, se, retenere, intellegere); *i* pro *e* (diliverint, consintire, tutilla, vindiderit, dediticius, exiat, alvio, qui); *o* pro *u* (ponire, gobernare, commotare); *ū* pro *o* (fiscū, patronī); *u* pro *o* (cognuscere, neputes, turmenta) sive *e* (valunt); *b* pro *p* (nubtias, cubiditas, simblum, dublo, estibulacio); *c* pro *qu* (cotidie, alicum, obsecunt); *c* pro *g* (cobernent, prodicus, loncus); *c* pro *t*, quod ubique

ponendo libro ordinem quidem Breviarii conservavit, verum libros eius in rubricis indicis titulorum continuo numeravit, ideoque libro V. Pauli, qui totius operis ultimus est, *Capitula de Libro XXVII.* inscripsit. Praeterea ibidem Breviarii titulis, Pauli potissimum, alios substituit, substitutos autem, ubi eos explanavit, cum aliis commutavit. Quid? Quod rubricas numerosque titulorum hic et illic interposuit[104]) et locos recepit, qui in paucis codicibus inveniuntur[105]). Cur Gaium et Paulum tantopere decurtaverit, certo dici nequit, nisi forte publici magis quam privati iuris demonstrandi consilium in animo habuit. Eum saepe falso interpretatum esse Breviarium, *Savigny* demonstravit[106]). Cuius generis fuerit Breviarii codex, quo usus est, apparet ex inscriptionum et subscriptionum reliquiis ad primam quam-

fere obvenit; *d* pro *t* (a*d*, prosequi*d*, reliqui*d*, pe*d*icionibus); *f* pro *ff* (ino*f*iciosum, su*f*ragiis); *ff* pro *ph* (cirogra*ff*is); *g* pro *c* (no*g*uerit, ne*g*averit); *in* pro *e* (*in*mancipatus, *in*mancipatio); *j* pro *g* (in*j*enium, *j*esta); *m* pro *n* (forsita*m*); *p* pro *b* (pu*p*licum); *t* pro *d* (apu*t*, qui*t*); *v* pro *b* (li*v*eralis, li*v*ertus); *x* pro *s* (mile*x*, sede*x*). Huc etiam pertinent verba, quibus aliqua litera demta est, veluti *domni*, *omo*, *onoratus*, *oris*, *acusare*, *suscribere*, *exicare*, *strumenta*, aut addita, veluti *haecclesia*, *hedificare*, *horigo*, *homni*, *tullerit*, *vellit*, *occansio*, *pingneribus*, *tensaurus*, *vicissimo*, *sciit*, *poteē* (potest), *estibulacio* et similia, veluti *scusare*, *stimatio*. Verum memorabilis est modus, quo praepositiones cum verbis coniunctae sunt, nam constanter scriptum est *de sponsalias*, *de nupcias*, *de bonos homines*, *de alteras*, *de istas*, *de alias causas*, *de inpetraciones*, *de suos patrianos*, *de alios*, *de illos*, *de tales causas*, *de denunciationem et ediccionem*, *de res* s. *rem*, *de istas culpas*, *de ipsa loca*, *de cursum*, *de villas*, *de suos infantes*, *de ista crimina*, *de manus*, *de filius*, *de alteros*, *de mobilia*, *de mancipia*, *de modice terre; cum eos; in sportulo*, *in exilio; infra spatio*, *infra legitimo tempus; per fortia*, *per pudicicia*, *per lege*, *per ingenio*, *per iniqua cupiditate; sine culpam*, *sine omnem dilacionem*, *sine parentes*. Scriptum est etiam *res* pro *rei; datas*, *factas*, *ipsas puellas* pro *datae*, *factae*, *ipsae puellae*, et *qualecunque* pro *qualiscunque*, *qualicunque*, *qualemcunque*, *qualescunque*, *qualiacunque*, neque tacere possum verba, quae ubique fere ita scripta sunt: *collexerit*, *collexerat*, *collexit*, *obsecunt*, *consequere*, *persequebant*, *prosequere*, *prosequid*, *prosequerit* pro obsequuntur, consequi, prosequi, prosequitur etc., *testamentus firmatus*, *furtus*, *peculius*, *con*, *da* pro cum, de, *premias*, *patronem*, *straneum*, *potentorum parentorum*, *cavallo* s. *cavallus*, quibus vv. alia adde, quae vel barbara sunt, vel propriam quasi significationem habent. Ad illa pertinent vv. *Amallare*, *Admallatus* etc. Leg. Rom. II, 1, 2; II, 6, 4; IV, 15, 1; IV, 16, 1; IX, 1, 4; IX, 26; XI, 7; XVIII, 11; XIX, 1; XXVII, 10. *Atto*, *Atta*, *in attonis*, avus, avia etc. V, 1, 4 et 5; VIII, 10. *Ambascias* II, 15, 1. *Aratiricius*, aratorius II, 30, 1. *Ausiret*, auderet XXIII, 27. *Adsalierit*, aggressus sit IX, 11, 2. *Barbatoria*, festus dies, quo primam lanuginem iuvenes solenniter ponebant VIII, 4. *Blasfemasset* IX, 3, 1. *Carra*, vehiculum IV, 11. *Cablant*, artem magicam exercent IX, 13, 2. *Capitanium* s. *capitaneum*, capitale III, 13; III, 16; IX, 1, 1; XI, 3, 2. *Civincus*, *Civinca*, civis II, 22, 1; XXVI, 10, 1. *Conligaverit*, vindicaverit in causam fiscalem XXVII, 1, 3. *Desertat*, deserit XXIII, 8, 1. *Dismentire*, infitiari I, 11, 2. *Dispeccionosum*, inofficiosum II, 20, 1. *Dispignorare*, solvere pignus XXIV, 4. *Essere* IV, 20. *Exactare*, exigere XI, 5. *Expendia*, expensae VIII, 4. *Eximplarias* XXVI, 7, 2. *Favellant* X, 5, 1; XXV, 1, 11. *Forasticas*, peregrinas II, 15, 1. *Fortia* s. *Forcia*, vis II, 1, 3; II, 23; III, 1, ult.; III, 6; III, 11; IV, 19, 1; V, 6; VIII, 2; VIII, 8; X, 3, 1; XI, 4; XVIII, 9; XXIII, 2; XXIII, 8, 2; XXVII, 1, 4, al. *Fraganarius*, prodigus XXV, 1, 12. *Fretum* II, 18, 2; IV, 8, 1; IV, 15, 2; IV, 19, 1. *Furo*, *Furones*, fures XXIV, 28; XXVII, 4, 3. *Gennar̄*., Ianuar. XIV, 1. *Genuculo* s. *Ienuculo*, gradus cognationis III, 10. *Gurgo*, gurgite IX, 12. *Ingenuare*, manumittere XXVI, 13, ult. *Infiduciare*, fiduciae causa ponere XXIII, 10. *Inpignorare*, pignori dare XXIII, 10. *Intrigare*, occidere XXIII, 21. *Iuvenior*, iunior, inferior II, 18, 2. *Lui*, illi VIII, 5, 1 in Fabar. cod. *Menacias*, minae III, 6, 1. *Menare* s. *Minare*, gerere, ducere II, 11, 2; II, 19, 3; IV, 11; XI, 4; XXII, ult. *Nulla*, non, nihil II, 19, 3. *Nutrigare* XXIV. in f. *Ora*, initium IX, 3, 1. *Ornongus*, spurius IV, 6. *Pagaverit*, pactus fuerit IX, 18, 1. *Patervus*, patruus IX, 4, 2. *Patriani*, cives I, 11, 2; II, 1, 2. *Plebat*, inscriptionis vinculo se adstringere IX, 1, 4. *Possat*, posset IX, 5, 1. *Pressa*, *preserit*, *priserit*, *p̄sserint*, *presisset*, *p̄hendere*, detenta, detinuit, tenuit, acceperit, usurpare II, 23, 1; III, 1, 1 et 7; III, 11; III, 12, 2 et 4; IV, 11; V, 1, 6; X, 2; XVII, 5; XVIII, 10; XXIV, 10, 1, al. *Protultas*, prolatas IV, 4, 5. *Pulliclas*, virgines III, 11. *Reiactare*, reiicere XXIV, 2. *Reveriscant*, timeant I, 10, 3. *Robustura* s. *Rebustura*, thesaurus X, 10, 1 et 2. *Samardecare*, sollicitare V, 9, 2. *Spensare*, dispendere IV, 15, 1. *Strata*, via XXIII, 23. *Traballio* s. *Treballio*, verbera, tormenta IX, 1, 4; IX, 10; XXII, 3; XXIII, 15; XXVI, 11, 2. *Tema*, timor XVIII, 9. *Tultam*, ablatam IX, 16 in cod. Utinens. *Tutti*, idque saepe. *Una filia*, filia V, 1, 4. *Uricenarii*, originarii XVIII, 11. Verba, quae latinorum speciem prae se ferunt, sed aliud significant, haec sunt: *Actor*, curialis, exactor Lex Rom. I, 6, 4. *Altiores causae*, maiores causae II, 1, 6. *Altae personae*, milites II, 1, 6. *Ambulare*, ante iudices I, 9, 2; II, 18, 1; in captivitatem II, 27, 1 et ad aliam civitatem XIV, 1 et XX, 1. *Absconse* s. *in absconso* IV, 19, 2; VIII, 5, 1; X, 5; XI, 15, 1. *Baro*, vir IX, 1, ult.; XVIII, 6. *Boni homines* I, 4; I, 6, 2; I, 10, 1; II, 10, 1; III, 19, 4; IV, 16; VIII, 5, 1; XII, 1, 8 sive XII, 2, 1. *Cancellarius*, notarius I, 11, 2. *Capullentur* linguae X, 5, 1. *Casa*, domus s. praedium II, 27, 1; V, 9, 1; VIII, 5, 1 et saepe. *Causatio*, lis II, 5, 4; II, 11, 1 et 2; III, 1, 1; VIII, 3; XI, 9. *Causatores*, litigantes I, 9, 2; II, 13, 1; II, 18, 1; IV, 14; IV, 15, 1, al. *Circinnare*, circumcidere monetam IX, 17, 2. *Comiatus* s. *Commiatus*, manumissio, permissio XXII, 1, ult.; XXVII, 2, 1. *Consentire fraudem* II, 13, 1. *Cura* s. *Curia*, officium curialis V, 2; IX, 15, 1; XII, 1, 1 et 4, al. *Curiales*, exceptores, susceptores, fiscales III, 1, 3 et 8; V, 2; XII, 2, 1; XVIII, 9 et 11. *Deiectare*, deiicere II, 11, 1. *Dicere* iustitiam XXIII, 8, 1. *Dilatacio* II, 5, 2; XI, 9, al. *Dimittere heredem*, relinquere heredem XVIII, 3. *Domenicum* XI, 9; XXVI, 6, 1. *Dominicalis*, publica, regia II, 23, 1. *Donare iudicium*, dare I, 6, 2 et 3. *De praesente* saepissime pro *statim*, coram. *Exieret*, existeret, fuerit III, 15, 2; XXIII, 9, 6. *Facere iustitiam* II, 1, 2 et ult.; II, 3; XXVII, 3. *Fiscalis iudex*, publicus iudex I, 8. *Fiscus*, census XI, 3, 1. *Habere iustitiam* II, 3 et 13. *Se immutare*, voluntatem mutare III, 5, 6. *In antea* et *In denuo* et *Intrare in* pro suscipere, incipere, *Involare* pro auferre, furari saepe scriptum est. *Inclinare* s. *Declinare in servitium*, addicere in serv. IV, 8, 1. *Invenire iustitiam* II, 5, 2. *Instatuta* II, 1, 3. *Laboratum*, non publicum, ager privatus, cultus XI, 1, 1. *Levare* saepe pro tollere, sumere. *Livertare*, liberare II, 8, 1; XXII, 2. *Mediocres* iudices, privati iudices II, 1, 6. *Meliorare* III, 9. *Miles*, germanus s. vasallus? II, 1, 2. *Minutae cartae*, epistola XXII, 2. *Minutas*, leves culpas IX, 10, 1. *Monachatus*, officium monachi XVIII, 11. *Parii*, pariter XVIII, 3. *Patria*, civitas I, 9, 2; I, 10, 1, 2; II, 1, 2, 4. *Plagati*, vulnerati XXVII, 3, 1. *Plebs*, populus IV, 7; V, 1, 2; XXII, 1. *Primarius*, prior II, 21, 2. *Princeps*, maior iudex I, 9, 2; II, 1, 6; II, 17. *Privatus iudex* I, 8; II, 1, 6; II, 18, 2. *Publicus iudex* II, 18, 2; XVI, 4, 1; XVIII, 11. *Portare*, ferre, perhibere XXIII, 4, 1. *Recausare*, litem repetere IV, 15, 2; IX, 15, 2. *Regestorium*, archivum XXVI, 7. *Remēmorare* II, 27, 1. *Remutaverit*, mutaverit IV, 4, 6; XXV, 7, 1. *Retollere*, repetere II, 29, 1; III, 1, 7. *Revestire*, restituere IV, 20; IX, 16. *Rusticii homines* (cod. Utin.), rusticani XI, 4, 1. *Scripta*, libellus II, 13, 1. *Seniores* I, 6, 3. *Seniores*, principes, publici iudices a rege instituti II, 1, 6. *Testimoniare* XXIV, 16, 1. *Tribulatio*, periculum XXIV, 10 in fin. *Tollere*, exigere XI, 3, 1. *Tumbas*, sepulchra XVIII, 5. *Vegere*, vehere IV, 11. Saepe quoque *Conversare*, *Foras*, *Carta*, *Placitum*, *Privatus*, *Sapere*, *Stare*, *Vadit*, *Tollere* scriptum est, ubi Interpretatio *commorari*, *extra*, *ultima voluntas*, *civis*, *scire*, *esse*, *it*, *auferre* habet.

104) L. Rom. XXIII, 3, 5, 7; XXVII, 6—8, 10, 11. *It. alia de Maiores causas* et multis aliis locis. 105) c. 1 C. Th. de Incest. nupt. (III, 12); §. 15 de Iniur. (Paul. V, 4). Vid. supr. cap. I. not. 88, 89 et not. ** post not. 89. 106) l. c. T. I. p. 370 sq. T. II. p. 228 sq. (ed. I.) s. T. I. p. 435 et T. II. p. 241 (ed. II.), ubi *Cancianium* refutat, qui auctorem libri ab inscitia defendere studuit.

que[107]) titulorum Codicis Theodosiani Novellarumque legem appositis. Fuit igitur de iis codicibus, a quibus constitutionum verba et multae Pauli sententiae absunt. Tamen quum nonnulli loci constent ex constitutionum vel sententiarum Pauli verbis et interpretatione et interdum non solum constitutiones, sed etiam interpretationes earum seorsum explanatae sint[108]), eum paulo uberiorem fuisse puto aliis eiusdem generis libris, quamquam mancus erat. Uterque enim codex et S. Galli et Favariensis terminatur ultima tituli Pauli de Interdicto Utrum vi (V, 7) sententia et desunt Codices Gregorianus, Hermogenianus Papinianique titulus[109]). Cur vero in ultimis Pauli libris multae sententiae omissae sint, difficile explicari potest, nisi quod sententias tituli de Legatis interpres videtur inutiles habuisse. A quo composita sit Epitome, ignoratur, nisi forte a clerico quodam composita est, quum hic et illic ecclesia commemoretur[110]), ubi mentionem eius Visigothi non fecerunt. Sed quisquis fuit, cum Germanis habitavit, nam verba et instituta Germanica libro suo admiscuit[111]). Neque aetas, qua vixit, omnino incerta est. Vixit enim ante saeculum decimum, nam codex S. Galli saeculo nono scriptus est; praeterea verba *admallare*, *fretum* nonnunquam adhibita sunt, verbum autem *mallum* iam saeculo decimo apud Francos obsoleverat[112]).

Verum quo loco sive in qua regione liber factus sit, valde inter doctos disceptatur. *Canciani* scriptum eum esse putat, si non in provincia Foroiuliensi, certe in Italia; *Savigny* in Italia, quae in ditionem Longobardorum venerat; *Vesme*[113]) in Rhaetia, quae Bavariae nomine ad Italiae usque fines olim pertinuit, Vindelica igitur; *Heimbach*, postquam multos sermones hac de re mecum seruit, in Helvetia[114]); *Hollweg*[115]) denique, quem utriusque viri, et *Vesmii* et *Heimbachii*, opinio videtur fugisse, in Italia quidem, sed in certa tantum quadam eius regione, nimirum in provincia Histriensi sive Foroiuliensi. Neque parvi habenda est haec controversia, quum *Savigny*, ut demonstraret, mansisse in Italia sub Longobardorum et Francorum imperio romanarum civitatum veterem statum et conditionem, inprimis ius civium eligendi magistratus et iudices, inter alia documenta hoc potissimum libro usus sit, at eo solo

107) Nonnunquam, veluti in primo C. Th. titulo, sequentibus quoque eiusdem tit. constitutionibus inscriptiones et subscriptiones praescriptae sunt. 108) Veluti L. Rom. III, 15. 109) Paulo quidem in Favariensi codice nonnulli iuris romani loci additi sunt, sed a posterioris demum temporis homine, neque vero ab eo, qui compendium scripsit. Vid. infra descriptionem cod. 67. 110) *Hollweg* l. c. p. 50 aut clericum propter locum, ubi codex Cancianii olim fuit, aut iudicem illius regionis huius Epitomae scriptorem fuisse putat. 111) Cf. L. Rom. I, 11, 2; XXIII, 7, 1 et 2; XXIV, 2 et supra not. 103. *Savigny* l. c. T. I. p. 368 et 393 et T. II. p. 229 (ed. I.) s. T. I. p. 432 et 437 et T. II. p. 242 (ed. II.), ubi abunde de hac re disputatum est. 112) *Savigny* l. c. T. I. p. 365 (ed. I.) et p. 429 (ed. II.). Fere eandem aetatem, sed paulo recentiorem statuit *Savigny* l. c. Primum enim verbis supra nominatis significari scribit, auctorem libri saeculo octavo s. nono, ad summum ineunte saec. decimo vixisse, tum propter statum publicum tempore, quod incidit intra ultimos gentis Caroli M. reges et Ottones, sive intra annos 850—950 (l. c. p. 367 ed. I. et p. 431 ed. II.); denique (l. c. p. 370 ed. I. et p. 434 ed. II.) exeunte saec. IX. sive initio saec. X. *Hollweg* l. c. p. 24 not. 28 librum circa annum 900 factum esse putat et praeterea argumentum ducit l. c. p. 39 ex Leg. Rom. XVI, 1, 3, quia *omnes causas privatas* inter clericos ab episcopo diiudicari iubet, quod quum neque Romanum ius, neque Breviarium dicat, ex Pseudo-Isidori Decretalibus videatur sumtum esse. Denique *Savigny* T. I. p. 365 sqq. (ed. I.) et p. 429 sqq. (ed. II.) reprobat *Cancianium*, qui iam regnantibus Longobardorum regibus auctorem libri vixisse putat. Nam verba illa *admallare* et *fretum* francica esse contendit, quae Caroli M. demum tempore a Longobardis coeptae sint usurpari; praeterea crebram *principum* commemorationem et iuxta quidem personam regis indicare tempus fractae et debilitatae per vasallos maiores, duces s. comites regiae potestatis; denique etiam *Cancellarii* vocem, ubi *Notarius* exspectetur, cum aetate illa cohaerere. Cf. etiam *Hollweg* l. c. p. 30 not. 5. 113) *Annali di Giurisprudenza.* Torino 1838. 8. P. II. p. 499—504. 114) In *Gersdorfii Repertorio.* Lipsiae 1845. 8. T. I. p. 305. 115) De Italis haec habeo. *Troya* l. c. (vid. not. 97): „*Ho già detto più volte*, inquit, *che Carlomagno non escluse dal regno Longobardo i Romani Teodosiani di Francia, oltre quelli di Susa e d'Aosta. Qual maraviglia, che dopo lui un di costoro (fosse Vescovo, Convitato del Re, Professore di dritto od altro) recasse od eziandió componesse in Italia un lavoro sul Codice di Teodosio ad uso de' tanti Romani Teodosiani, condottisi a vivere in Italia? Il Signor Haenel scoprì nel* 1825 *in San Gallo un Manoscritto simile all' Udinese: cessa perciò qualunque motivo d'attribuire l'origine di questo ultimo all' nostra penizola, non potendosi dimostrare d'esser la copia di San Gallo venuta dalla Cattedrale d'Udine anzichè da San Gallo in Udine. Le nove o dieci parole italiane ricordate dal Canciani e dal Savigny possono appartenere al copista, e non al Compilatore: sembrano anzi spettare ad un secolo più recente degli Ottoni, sebbene con ugual diritto ad altri sia lecito di crederle più antiche. In tal guisa risorgono i dubbj sull' età e sulla patria del Manoscritto Udinese. Tutto ciò che ivi dicesi delle Curie, de' Magistrati e de' Giudici pubblici non ritrae se non il testo del Codice Teodosiano, dove il Compendiatore travestì e tramutò alla foggia de' Barbari gli antichi argomenti ed instituti Romani.*" Videtur igitur *Troya* cum *Vesmio* consentire. Contra *Rezzonico* l. c. p. 386 ad *Savignii* sententiam accedit, nam legum romanarum notitiam et studium Caroli M. tempore per Italiam superiorem, etsi imperfecte diffusam esse existimat: „*ed' a quell' epoca vuolsi*, ait, *per avventura riferire la nuova compilazione della Lex romana, conosciuta anche sotto il nome di Codex Utinensis*" et postea: „*La Legge Romana di Udine descrive ed espone la legge e la costitutione Romana Longobarda del secolo nono o decimo, e si può riguardare, se non come una pruova, almeno come uno trai molti argomenti per credere, che anche sotto i Longobardi esistesse quel Comune romano che all' epoca de' Franchi ci è descritto come cresciuto ed adulto.*" *Rezzonicum* vituperat *Gaet. Trevisani*, *Delle Leggi Longobarde In Relazione Coi Popoli Conquistati Memoria.* Napoli 1844. 8. p. 67—69, ubi „*Inutile*, scribit, *cosa fu quindi ritornare sull' argomento del manoscritto di Udine, che non potrà mai essere di alcun conforto a qualunque delle opinioni, che si voglia seguire sulla condizione de' vinti Romani. Bisognerebbe discioglier le cento e cento controversie nascenti da questa Copia Udinese, prima di poterla fare assumere la qualità di documento storico.* (!)" Debeo horum librorum cognitionem *Mittermaiero*, viro perillustri, qui eos et multos alios in Italia divulgatos mecum benevolenter communicavit.

*Hollweg*, ut hanc conditionem in illa tantum Italiae parte conservatam esse probaret, quam ob rem, si quo alio loco librum factum esse, demonstrari potuerit, validissimo argumento privatur *Savigny*, omni *Hollweg*. Rationes, cur in Italia librum factum esse credant, eaedem fere utriusque viri sunt, locus, ubi *Cancianii* codex antiquitus fuit, lingua sive sermo eius, iuris publici et privati in Romanorum usum expositio, nisi quod *Hollweg* in levioribus rebus cum *Savignio* dissentit. *Cancianii* autem opinio ab alterutrius sententia, *Savignii* aut *Hollwegii*, pendet, at vero *Vesmii* et *Heimbachii* ab iis, quae ipse proponam. Quapropter de *Savignii* et *Hollwegii* sententiis solis iudicium ferendum est. Quod negotium quum propter subtilitatem controversiae, tum propter auctoritatem perillustrium virorum, quos nominavi, lubricum quidem est et difficile, sed propter institutum libri mei et veri studium a me detrectari nequit. Suscipiam igitur curam diiudicandae huius controversiae et demonstrabo primum, quatenus viri illi inter se consentiant, deinde qua ratione *Hollweg* oppugnet *Savignium*, tum quid ipse sentiam. Iam, ut ab argumentis exordiar, quae inter *Savignium* et *Hollwegium* communia sunt, magni faciunt viri perillustres locum, ubi *Cancianii* codex antiquitus fuerit. Eum enim fuisse Italiam et tabularium quidem ecclesiae cathedralis Aquileiensis, non bibliothecam, in tabulariis autem ecclesiarum olim depositos esse libros ad regionem, ubi ecclesiae sitae erant, spectantes, in bibliothecis codices ex remotis terris allatos[116]), et tanti quidem *Hollweg* facit hoc tabularium, ut locum, quo reliqui codices huius Epitomes inventi sunt, nauci quasi habeat[117]). Praeterea cum Italica origine convenire dicunt voces Italicas, quibus liber abundet[118]), quominus autem in ea parte Italiae, quam Graeci subegissent, existimetur factus esse, impedire non solum *principum* crebram commemorationem, verum etiam *Regis* verbum adhibitum in locis, ubi in Breviario deest[119]); denique etiam omnino concordare affirmant statum publicum privatumque Romanorum ibi expositum et conditionem eorum in illa regione. Habita enim ratione ordinum distingui, inquiunt, privatos certae alicuius *patriae* (civitatis) sive *patrianos* (cives) et *milites*, *qui cotidie in servitium principis adstant*, *in obsequio principum* sunt, sive vasallos principis[120]), indicari igitur veteris conditionis civitatum residuam partem, quum liber scriptus sit ante saeculum decimum, quo novus civitatum ordo nondum ortus sit; deinde, quod ad iudicia attinet, tribui civitatibus propriam iurisdictionem et ius petendae mulctae propter laesam iurisdictionem dictae[121]). Porro fuisse in civitatibus illis *bonos homines*[122]), qui ad exercendam iurisdictionem civitatibus competentem elegerint iudicem[123]) et una cum iudice maiore quoque iudicaverint[124]), assessorum igitur sive scabinorum munere functi sint[125]); egisse autem iudicem illum veteris quidem ma-

116) *Savigny* l. c. T. I. p. 364 (ed. I.) et p. 428 (ed. II.). 117) l. c. p. 44 not. 3: „*denn, dass die beiden andern Handschriften sich in St. Gallen befinden, muss auch Savigny, der die Entstehung des Werkes nach Italien verlegt, für zufällig ansehen.*“ *Savigny* codices quidem Helvetiae commemorat, neque vero addit, quid sentiat. 118) *Savigny* l. c. T. I. p. 364 not. 230 (ed. I.) et p. 428 not. *d* (ed. II.); veluti *con*, *cosi*, *da*, *essere*, *favellant*, *patronem*, *prese*, *scusare*, *stimatione*, *tema*. Verbis *strata*, *casa* nihil probari dicit *Savigny*, quum in multis terris olim usurparentur; similiter memorabilia quidem esse, neque vero patriam demonstrare v. *Ato*, *Ata*, *Ornungus*, *Robustura*, *Samardecare*, *Traballio* s. *Treballio*. Vid. supr. not. 103. Hoc loco moneo, eximendum esse v. *cosi*, quod iam in hac editione correctum est in *quodsi*. 119) L. Rom. VIII, 4, 1; X, 1, 1; X, 5, 1; X, 6, 1; XXIII, 7, 1. Cf. *Savigny* l. c. T. I. p. 367 sq. (ed. I.), p. 430 sq. (ed. II.). 120) C. Th. II, 1, 2 et 7. *Savigny* l. c. T. I. p. 375 not. 252 (ed. I.) et p. 439 not. *l* (ed. II.) *milites*, qui commemorantur, Germanos fuisse putat, *privatos* Romanos: omnes enim civitates ex Romanis constitisse, Germanos in exercitu regis sive principum fuisse et sedem habuisse extra civitates, quod discrimen *Hollweg* l. c. p. 31 sq. negat; nam librum scriptum esse contendit in Romanorum usum, milites igitur, quorum status describatur, Romanos quoque fuisse, et *altas* quidem illas *personas*, quas L. Rom. II, 1, 6 *privatis personis* simili modo opponat atque c. 2 eiusd. tit. *milites privatis*. *Savigny altas* illas *personas* pro nobilibus Romanis habet (l. c. p. 380 not. 258 (ed. I.) et p. 444 not. *f* (ed. II.), sed *Hollweg* pro militibus, quum tempore, quo compendium scriptum sit, Romani quoque vasalli regis fuerint, connisus verbis Docum. circ. ann. 900 scripti (*Lupi* II, 1083): *Aribertus Vassus domini Regis — legum sacra Romana vivo* et alterius documenti ann. 1098 (*Ughelli* IV, 1043): *Umbertus Comes, filius quondam Amedei, qui professus sum lege vivere Romana.* *Hollweg* l. c. p. 137 not. 12. 121) *Savigny* l. c. p. 372 (ed. I.), p. 436 (ed. II.). Recte ab *Hollweg*. p. 29 not. 4 in L. Rom. II, 18, 2 pro *quinque partes*, quae *Canciani* habet, em. *quinta pars*. 122) C. Th. I, 10, 1. *Savigny* l. c. p. 373 et 386 sqq. (ed. I.), p. 437 et p. 449 sqq. (ed. II.). *Hollweg* p. 34, ubi a *civibus* electum fuisse scribit iudicem. Recte *Savigny bonos* illos *homines* plebem civitatum fuisse negat. Donationes quoque rerum immobilium coram bonis hominibus fieri debebant L. Rom. VIII, 5, 1; ad negotia tutelaria adhibebantur modo boni homines, modo seniores civitatum. L. Rom. III, 17, 2 et 3; III, 19, 4. 123) Hoc ius inprimis probat, veterem conditionem non omnino periisse. 124) In Epitome modo *iudex* simpliciter commemoratur, modo *provincialis* sive *provinciarum* iudex. L. Rom. I, 6, 3—5; II, 1, 7 et 9; XVI, 1, 3. Quis fuerit ille *iudex provinciarum*, dubium est. Quum opponi videatur in c. 3 et 9 citt. *principibus* et in c. 4 cit. commemoretur una cum civibus, *Savigny* l. c. p. 373 not. 245 (ed. I.), p. 437 not. *d* (ed. II.) iudicem *provinciarum provincialium*, i. e. Romanorum iudicem fuisse putat, eundem igitur, qui simpliciter *Iudex* alioquin appellatur. E diverso *Hollweg* p. 35 not. 15 c. 3 et 4 ad decidendam quaestionem quicquam facere negat; illam enim imperare iudicibus provinciarum, ut sine studio alterutrius partis ius dicant, neve *pro gratia de suo seniore* pauperes opprimere praesumant, hanc, ut *actores* constituant, et improbos exactores, qui reditus civitatum curent, puniant. Verbum autem *civium* transiisse in hunc locum ex Visigothorum interpretatione et significare *actionem* s. *querelam* civium. Quibus ex causis huius iudicis notionem incertam et modo iudicem civitatis, modo *publicum* definitae alicuius regionis intelligendum esse. 125) Hoc ex iure germanico, Francorum potissimum, introductum esse dicit *Hollweg* l. c. p. 41.

gistratus partes, sed maiores, quippe qui non solum iuri dicundo, verum etiam bonis et reditibus civitatum prospexerit eorumque administratores sive actores nominaverit[126]. Praeterea in litibus inter Romanos sive *patrianos* diversarum civitatum, aut inter Romanum et Germanum agitatis valuisse regulam: actorem sequi forum rei, a qua nec milites eximerentur[127]. Tamen fuisse iurisdictionem illam inferiorem sive mediocrem, non maiorem, quum duplicis generis iudices in hoc libro commemorentur, *publici* sive *fiscales* et privati sive *mediocres*[128]. Et *publicum* quidem iudicem de veteribus Germanicis magistratibus eum fuisse, qui iudiciariam potestatem habuerit, comitem igitur vel quicunque vice comitis iudicaverit, nomen autem *fiscalis* duxisse a munere, quo fungeretur, e diverso *privati iudicis* appellatione comprehendi iudicem civitatis[129]. Iam vero privatum iudicem de causis civilibus et de levioribus quidem patrianorum sive privatorum delictis iudicasse[130], de *altis* personis sive militibus deque magnis criminibus publicum iudicem[131] sive principem, neque causis, quarum cognitio iudici privato competierit, iudicem publicum intervenisse[132], nisi quod solis pupillis, viduis, aegrotis et personis, quarum causas iudex privatus distulerit, principi rem suam deferre licuerit[133]; ecclesiasticis denique et clericorum causis privatis decidendis episcopum[134] praefuisse. Haec sunt, in quibus *Hollweg* assentiatur *Savignio.* Iam demonstrandum est, cur originem libri finibus Histriensis et Foroiuliensis provinciae circumscribat. Et primum quidem id, quod *Savigny* contendit, veterem civitatum Romanarum conditionem in tota Italia a Longobardis occupata intactam mansisse, compluribus argumentis infirmare[135] studet, quae taceo, quandoquidem sine multis verbis a me hoc loco explicari non possunt, neque ad ea, quae infra exponam, vel confirmanda vel evertenda quicquam faciunt. Deinde rationes affert, quibus Histriensem libri originem doceat. Inprimis tabularium illud hac de causa ad sententiam suam comprobandam multum conducere existimat, quia Aquileiensis ecclesiae tabularium est: Aquileiensem autem patriarcham iam saeculo IX. provinciae illius multas terras possedisse et postea ad totius fere regionis principatum pervenisse, usque dum a Venetianis saeculo XIII. maxima eius parte spoliaretur. Dubitari igitur non posse, scribit *Hollweg*, quin lex, secundum quam subditi regionis illius, qui romanae stirpis fuerint, olim iudicabantur, in totius provinciae tabulario antiquitus deposita sit et asservata[136], praesertim quum publicus provinciae status in antiquis Placitis, quae *Carli* ediderit[137], expositus non discrepet cum eo, quem legis auctor descripserit. Missos enim esse a *Carolo* M. tres viros in Histriam, qui provinciam ordinarent, adhibitis capitaneis, primatibus sive iudicibus civitatum[138]. Iam vero in Placito a. 804 legati civitatum, qui convenerant ad rem componendam, inter alia *suos parentes ab antiquo tempore habuisse*, inquiunt, *consuetudinem habendi actus Tribunati domesticos seu Vicarios nec non Locoservator*(es), nimirum ius eligendi tribunos, vicarios etc.[139], Placitum autem illud *Ludovicus* dicitur confirmasse anno 815 verbis: *Legem antiquam, ut si aliquis vestrum ex hac luce discesserit, inter vos Rectorem et Gubernatorem atque Patriarcham, Episcopos, Abbates, seu Tribunos et reliquos ordines licentiam habeatis eligendi.* Videri igitur Histrianis nobilissimum illud municipiorum Romanorum ius eligendi magistratus proprium fuisse eorumque statum non solum hac in re, sed etiam in aliis, cum eo, de quo lex loquatur, congruisse. Praefuisse iis, pergit *Hollweg*, regios magistratus, qui modo duces, modo principes sive comites appellarentur, aliis milites sive vasallos, quibus comites civitates earumque terras in feudum concessissent. Porro *Hollweg* ultimum Codicis Theo-

126) *Actores* illos eodem munere functos esse, quo publicorum bonorum, i. e. regii fisci administratores, putat *Savigny* l. c. Cf. supra not. 124. 127) L. Rom. II, 1, 2; IV, 13; XIX, 1. *Savigny* l. c. p. 375 (ed. I.), p. 439 (ed. II.). *Hollweg* p. 35. 128) *Savigny* l. c. T. I. p. 375 sq. (ed. I.) et p. 440 (ed. II.). *Hollweg* p. 36. 129) Cf. *Ducange* v. *Iudex fiscalis* et v. *Iudex publicus.* Paulus V, 14, §. 1 ap. Aeg. *officium fiscale*, *id est iudiciariae potestatis.* *Publicus* iudex nomen duxit de v. *publicum*, *privatus* de v. *privatum; publicum* enim appellabatur, quicquid ad statum publicum populi dominantis spectabat, et *privatum*, quicquid universitati alicui proprium erat. 130) Pariter atque Romanorum aetate magistratus municipales; comites autem successerant in locum praesidum provinciarum et imperatoris. 131) L. Rom. I, 8; I, 10, 2, 3; II, 1, 6; II, 18, 2; XI, 8; XVIII, 2. *Savigny* l. c. p. 378 sqq. (ed. I.) et p. 442 sqq. (ed. II.). 132) L. Rom. II, 1, 7; IV, 13. *Savigny* l. c. p. 383 (ed. I.) et p. 446 (ed. II.). 133) L. Rom. I, 9, 2; II, 1, 5. Num provocare potuerint partes ad comites, non perspicitur ex lege, sed iudex ad principem referre poterat: L. Rom. II, 18, 1. *Savigny* l. c. p. 383 (ed. I.) et p. 447 (ed. II.). *Hollweg* p. 39 sq. Ceterum comes poterat iudicem arbitraria poena coercere, qui sententiae suae non obtemperavit. L. Rom. I, 2, 4. Memorabiles sunt etiam loci L. Rom. II, 1, 1 et 9, secundum quos iudex privatus criminis reum, quisquis erat, servus sive colonus sive ingenuus, ubicunque eum invenerit, et vel in domo principis prehendere poterat. *Hollweg* l. c. p. 38. 134) L. Rom. XVI, 1, 3; XVI, 4, 1; XVIII, 11. 135) l. c. p. 4—28. 136) l. c. p. 44. 137) *Carli*, *delle antichità Italiche.* P. IV. p. 146 sqq., p. 158 lib. III., p. 194 sqq. 138) Ita quidem *Hollweg* l. c. p. 45 v. *primates* interpretatur, speciose quidem, quo probaret sententiam suam, sed dubito an recte. 139) Hoc et sequens documentum iam commemoraverat *Savigny* l. c. T. I. p. 425 (ed. II.).

dosiani in Lege Romana in compendium redacti locum: „*Principes terrarum omnes antiquas leges eorum clementia roboravit, id est confirmavit*", cui in Visigothorum interpretatione nihil respondeat, nunc clarum esse putat; neque enim de Longobardorum legibus ullam esse, qua vetus Romanorum ius confirmetur, contra verbis *leges antiquas*, si ad Histriam quidem referantur, significari Placita annorum 804 et 815, *principibus* autem *terrarum* aut missos illos regios et Foroiuliensis provinciae comites *Aionem* et *Cadalaonem* aut imperatores *Carolum M.* et *Ludovicum Pium.* Denique vero non deesse rationem ait, cur facta sit haec Lex Romana; antiquis enim opus fuisse, postquam provinciae vetus status restitutus esset, libris iuris, quibus incolae docerentur, quae iura status ille comprehenderet. Sed quum verisimile sit, antiquos libros iuris Graecis dominantibus e provincia subductos esse, adhibitum esse ab auctore libri, quisquis ille fuerit, clericus vel iudex, Breviarium Alarici, quo Romani in Gallia uterentur. Neque vero *Hollweg* hic substitit, enisus est etiam contrariis argumentis *Savignii* sententiam de conservato a Longobardis civitatum Romanarum statu evertere[140]), nam de tot documentis, quae sub Longobardorum et Francorum regibus confecta sint deque publico Italiae statu privatorumque hominum iuribus et conditione agant, ne unum quidem esse dicit, quo Romanorum civitates earumque senatus, magistratus sive iudices vel bona commemorentur. *Communium* et *communalium*, ad quae *Pagnoncelli*[141]) et *Savigny*[142]) provocant, mentionem fieri concedit quidem, sed fuisse haec *communia* ante saeculum X. idem atque patrimonium civitatum negat, neque aliud quicquam iis significari existimat, nisi terras incultas et indivisas, silvas, pascua, quibus domini vicinorum praediorum communiter usi sint, fundos igitur privatorum communes. Quibus ex causis tantum abesse putat, ut hic liber, quo conditio Romanorum romanarumque civitatum exponatur, in Longobardica Italia scriptus sit, ut auctor eius in regione vixerit, ubi conservata sit illa; in Longobardia enim eam obsolevisse, mansisse autem in Histriensi et Foroiuliensi provincia.

Quae in superioribus exposui, tantam vim habere videntur in eam sententiam, secundum quam haec Epitome trans Alpes facta est, ut me aliquando in eam discessisse fatear. Verum quin vera sit, postquam duo codices in Helvetia inveni, dubitare coepi et proinde perlustrare Italiae vicinas regiones, donec mihi, multis hac de re mecum perpensis, librum in Helvetia, nec in Italia sive Histria, scriptum esse persuasi. Rationes, cur ita mihi persuaserim, duplicis generis sunt; aliae adversantur *Savignii* et *Hollwegii* argumentis, aliae in Helvetia librum factum esse testantur. Et deponere quidem veteres solebant in tabulariis ecclesiarum codices, qui iura provinciae, in qua ecclesiae sitae erant, comprehendebant, at, quicunque in tabulariis illis asservabantur codices iuris, eos omnes in eadem provincia scriptos esse, ubi ecclesia erat, nego. Deponebantur ibi etiam codices iuris ex alienis terris allati. Nam ut mittam tabularia Lugdunensis et Veronensis ecclesiae, quae multis et diversi quidem generis codicibus iuris antiquitus referta fuisse inter doctos constat, duo Breviarii codices adhuc asservantur in tabulario Eporediensis ecclesiae, neque vero propterea, si Commonitorium quidem Breviarii, quo historia eius continetur, omnino periisset, codices illos exempla legis ad Romanorum usum in Italia scriptae quisquam diceret. Praeterea, ut concedam, locum illum magni momenti esse ad dirimendam de origine libri quaestionem, profecto tamen idem argumentum quadrat in tabularia monasteriorum; nam ibi quoque deponebantur codices eius iuris, quo utebantur regiones, quae vel vicinae vel in ditionem monasteriorum redactae erant; iam vero antiquitus fuerunt duo huius libri codices in duorum monasteriorum vicinorum tabulariis, S. Galli et B. Mariae Favariensis; quidni igitur eum in eadem regione compositum esse credamus?[143]). Neque verba illa Italica quicquam faciunt ad Italicam eius originem demonstrandam, pleraque enim non solum in Italia, sed etiam in aliis terris, ubi olim Latine loquebantur, usitata erant et subsequenti demum tempore singulae quaeque terrae formam et elocutionem eorum ad suum modum mutaverunt, quare, donec probetur, hoc vel illud verbum Italiae Longobardicae sive Histriensi et Foroiuliensi provinciae proprium fuisse, certi nihil ex his colligi potest[144]). Praeterea

140) l. c. p. 50 sqq. 141) *Sull' antichissima origine e sucessione dei governi municipali nelle città Italiche.* Bergamo 1823. 8. 142) l. c. p. 407, 413 sqq. (ed. II.). 143) *Favariensis* quoque codex olim erat in tabulario S. Galli. Nunc uterque coniunctus est cum bibliotheca. 144) In aliis quoque Breviarii compendiis in Gallia scriptis, veluti in Guelpherbytano, Reg. Par. Suppl. Lat. 215, in Epitome Monachi, eaedem fere verborum formae reperiuntur, quid quod in Favariensi huius legis codice, qui in Helvetia certo scriptus est, v. *Lui*, et in altero, quem S. Galli quidam monachus pinxit, verbum *Tutti* reperitur. Etiam in explanatione tit. inveniuntur vv. *fortia* (C. Th. III, 6), *libertare* (C. Th. IV, 9), *cancellarius* (C. Th. IX, 15), al.

*Hollweg* Placita ann. 804 et 815 magis speciose quam vere interpretatus est. Nolo loqui de ambiguitate verborum „*consuetudinem habendi actus tribunati domesticos*, *seu Vicarios nec non Locoservatores*“ et *Tribunos et reliquos ordines licentiam habeatis eligendi*, ubi de rectoris, gubernatoris, patriarchae, episcopi, abbatum potissimum electione sermo est; sed aliis nominibus designantur magistratus in Placitis illis, quam in Lege Romana, nec uno quidem verbo commemorantur iudices civitatum et boni homines aut explicatur ordo iudiciorum. At vero cur magistratus illi suo nomine non sint designati, si quidem iidem fuerunt, quos Lex nominat, non perspicitur. Quid? Quod reliquarum rerum, quas dixi, omissio efficit, ut convenientia illius legis, de qua loquitur Placitum anni 815, cum hac lege Romana demonstrari nullo modo possit, praesertim quum comites et milites in aliis quoque regionibus instituti fuerint, neque in sola Histriensi sive Foroiuliensi provincia. Porro, quod *Hollweg* scribit, subductos[145]) esse ex illis provinciis dominantibus Graecis antiquos libros iuris, vix credo. Denique c. 2 Legis Rom. de Religione (XVI, 4), quam *Hollweg* truncavit, interpretatio plane falsa est. Nihil enim continet, nisi epitomen c. 3 C. Th. de Religione (XVI, 5)[146]), quae in nonnullis Breviarii Alariciani codicibus invenitur[147]), quod *Hollwegium* fugisse valde miror, quum constitutio illa iam a Sichardo divulgata sit. Omnino autem tota disputatio *Hollwegii* hoc vitio laborat, quod is ad explicandum et confirmandum novum Histriensis et Foroiuliensis provinciae statum hanc Breviarii Epitomen scriptam esse putat, neque vero propterea, ut commune et vetus provinciarum ius Breviario aptaretur. Expositis rationibus, quae *Savignii* et *Hollwegii* sententiae adversantur, transeo ad eas, quibus meam opinionem corroborari existimo. Quas antequam explano, opus est declarare, me non totam, quae nunc est, Helvetiam intelligere, sed eam terram, quae olim *Curiensis Rhaetia*, *Ducatus Curiensis*, *Pagus Curwalah* sive *Curuvala* aut *Comitatus Rhetiae*[148]) appellabatur et praeter maximam Glaroniae partem eam regionem comprehendit, quam hodie *Graubündten* vocant. Ea ab Ostrogothorum regno disiungebatur et a Francis occupabatur[149]), tum anno 806, quo *Carolus M.* regnum inter filios divisit, *Pippino* assignabatur, una cum *Langobardia*, *Baiovaria* et pago *Durgouve*[150]), denique anno 888 cum *Rudolphi*, *Conradi* comitis Parisiensis filii, qui *Adelaidam*, *Ludovici Pii* filiam, in matrimonium duxerat, coniungebatur regno, quod ex Helvetia, Curiensi Rhaetia et ex Sabaudia constitit[151]). In regione illa, saltibus et rupibus invia, quam Alamanni non subegerant, mores et instituta Romanorum diu manserunt. Ibi enim dicuntur *S. Columbani* discipuli sacra in honorem Iovis ab incolis celebrata disturbasse[152]) ibique multa adhuc supersunt pagorum atque oppidorum nomina latina[153]), quae Romanos ex his locis non esse expulsos demonstrant. Diu quoque in chartis publicis legibusque *Romani*[154]) aut Romanorum nomina commemorantur[155]), romanam autem linguam conservatam esse non solum ex veteribus actis[156]),

145) *Hollweg* utitur v. *verschwunden*. Quid velit dicere hoc verbo, plus quam ambiguum est. 146) Ne quid desit perspicuitati utriusque loci, ponam verba c. 3 C. Th.: „Ea, quae circa catholicam *legem* vel olim ordinavit *antiquitas* vel parentum nostrorum auctoritas religiosa constituit vel nostra *serenitas roboravit*, *novella* superstitione summota, integra et inviolata custodiri praecipimus.“ c. 2 Leg. Rom.: „Principes terrarum *omnes antiquas leges* eorum *clementia roboravit*, id est confirmavit et *novellas* vero tituli legum per omnia sacratissime *custodire praecipimus*.“ Ultimis verbis videtur interpres simul respexisse aut interpretationem tit. II. Nov. Th. de Conf. Leg. Nov. D. Theod. A. aut inscriptionem Novellis praefixam, nisi falso interpretatus est c. 3 C. Th. cit. 147) Cf. *Haenel* ad Cod. Theod. p. 1627 not. sup.; infra p. 252 et 253 ult. col. 148) *Ildefons von Arx*, *Geschichten des Kantons St. Gallen*. T. I. St. Gallen 1810. 8. p. 11 not. *c* et p. 43 not. *a*. *Codex Diplomaticus Alemanniae Et Burgundiae Transiuranae intra Fines Dioecesis Constantiensis*. T. I. Edidit *P. Trudpertus Neugart*. Typis San. Blasianis 1791. 4. n. DCCV. ann. 920. 8. Martii p. 572 sq. Vid. not. 150, 166. 149) *Eichhorn* l. c. §. 22 not. *a*. 150) „*Charta divisionis regni Francorum inter Karolum, Pippinum et Ludovicum, filios Karoli M. Imperatoris* (*Baluzii Capitularia Regum Francorum*. T. I. p. 439—446)“; cap. II. „*Italiam vero, quae et Langobardia dicitur, et Bajovariam, sicut Tassilo tenuit — una cum ducatu Curiensi et pago Durgouve, Pippino dilecto filio nostro* (consignavimus).“ *Henri Martin*, *Histoire de France*. T. II. Paris 1838. 8. p. 475. 151) *Luigi Cibrario*, *Storia della Monarchia di Savoia*. Vol. I. Torino 1840. 8. p. 6 sq. 152) *Rapertus* in *Cantilena de S. Gallo*. Cf. *Arx* l. c. p. 13. 153) *Arx* l. c. p. 38 not. *a* et *c*. 154) Cf. *Placitum de Abbatia Favariensi* ap. *Neugart*. l. c. not. 148 cit. et Capitula codici S. Galli subiuncta *cap. de homicidio* infra p. 455: „*Ut nullus de romanis hominibus qui ad domnum remedium episcopum pertinent*.“ Quid, quod *cives romani* commemorantur in charta manumissionis a. 851 scripta et in monasterio S. Galli confirmata. Ibi enim *Engildrud* quaedam, „*Ego*, inquit, *meum famulum Sigimarum sacris ordinibus dignum liberum ab omni vinculo servitutis dimitto, ita ut ab hodierna die ingenuus permaneat — habens portas apertas — sub certa plenissimaque ingenuitate*, *sicut alii cives Romani*.“ Cod. Tradit. n. 12. *Arx* l. c. p. 161 not. *h*. 155) In diplom. a. 895 int. al. nominantur *Flavinus*, *Constantius*, *Exsuperantius*, *Vincentius*, *Augustus*, in Placito not. 154 cit. *Alexander*, *Seianus*, *Constantius*, *Valerius*, *Orsicinus*, *Vigilius*, *Victor*, *Domnicus*, *Vincencius*, *Iovvinianus*, *Orsacius*, *Ursicinus*, in alio a. 968 *Otio*, *Laurencius*, *Vigilius*, *Dominicus*, *Salvianus*, *Solvanus*, *Orsacius*, *Paulus*. *Arx* l. c. p. 177 not. *f*, p. 220 not. *d* et not. 162 sq. 156) v. c. Concilii Moguntin. a. 847, in cuius secundo canone patres praeceperunt, *ut quilibet episcopus homilias habeat, continentes necessarias admonitiones, quibus subiecti erudiantur* — — — *et ut easdem homilias quisque aperte transferre studeat in Rusticam Romanorum Linguam et theodiscam, quo facilius cuncti possint intelligere, quae dicuntur*. Quum *Gerbrachus*, episcopus Curiensis, huic concilio interfuerit, videtur hoc canone Rhaetiae praeprimis prospectum esse. Cf. *Ambrosius Eichhorn*, *Episcopatus Curiensis in Rhaetia sub Metropoli Moguntina*. Typis San-Blasianis 1797. 4. p. 37. *Harzheim*, *Collectio Conciliorum Germaniae*. T. II. p. 151. Cum canone illo Concilii Mogunt. mirabiliter cohaerent ultima vv. Capitulorum

verum etiam ex lingua perspicitur, adhuc in montibus illis usitata, nam romana dicitur, quamquam turpiter depravata est[157]. Quae quum ita sint, romanum ius ibi non interiisse probabile est et concedunt iuris Helvetici atque rerum Helveticarum scriptores[158], imo certe cognoscitur quum ex nonnullis chartis, quae de negotiis in illis regionibus earumque vicinitate gestis agunt et iuris romani vestigia continent[159], tum ex codice S. Galli 729 a *Tschudiis* olim ad dirimendas lites adhibito[160], *Tschudii* autem maiorum Seckingensium munere in Glaronia fungebantur[161]. Breviarium igitur Alarici ibi valuit in iudiciis, quod a Francis introductum esse credo. Verum, quum nimis amplum esset et fortasse obscurum rudibus alpinae terrae incolis, neque omnino congrueret cum novo statu et institutis eius, a viro, quem nescimus, in novam quasi formam refusum et ad regionis statum accommodatum est. Et haec quidem illa Lex Romana sive Epitome Breviarii est, de qua disputamus, quae res spero fore, ut doctis probari possit. Etenim contigit, ut supersint duae membranae et Capitula quaedam, ex quibus hanc Epitomen cum institutis Helvetiae Curiensis convenire apparet. Harum membranarum antiquior continet testamentum, quod *Tello*, episcopus Curiensis, Victoris II. Rhaetiae Curiensis Praesidis filius, anno 766 Curiae condidit et praeter *Foscionem*, presbyterum, qui *iussu Tellonis episcopi donationem fecerat*, et alium quendam presbyterum subscripserunt iudex aliquis, quinque milites et quinque curiales; omnia vero dicuntur *acta* esse *Curia in civitate publica sub praesentia virorum bonorum plurimorum testium*[162]. Iidem igitur ordines nominantur atque in Lege Romana, *boni homines*, *iudices*, *milites*, *curiales*, et *iunioris* quoque mentio fit[163]. Paulo post *Carolus M.* episcopatum Curiensem, cui *Constantium* episcopum praefecerat, *sub mundoburdo vel defensione sua absque aliorum hominum laesione vel inquietudine esse iussit*[164], a quo tempore provinciae comites praeerant et multae terrae multaque iura ad fiscum transferebantur, curiales igitur videntur fiscalium munus in se suscepisse. In altera membrana narratur lis, quam monachi S. Galli cum episcopo Curiensi de abbatia Favariensi habuerunt[165], anno primo regis *Henrici*, p. C. n. 920. Res agebatur *in Vinonna*, in iudicio sive *mallo publico*, *residente duce Burchardo et Waldone*, *Curiensis ecclesiae episcopo.* Primum exponebatur status causae, quo facto

S. Galli: *Statuimus enim ut omnis presbyter habeat brevem istum semper haput se et in uno quoque mense duas vices legat eum coram omni populo et explanet eum illis. que illi bene possint intelligere unde se debeant emendare vel custodire.* V. *atta* pro *avia* adhuc utuntur in Rhaetia.

157) Eam rusticam fuisse iam tempore Concilii illius Moguntini, ann. 847 habiti, ex verbis antec. notae intelligitur. *Arx* l. c. p. 38 not. *c* et p. 220, 295 scribit, Rhaeticam linguam comitatum Toggenburg penetrasse. 158) *Boive*, *Remarques sur les loix — du Pays de Vaud.* Neuchatel 1746. *Arx* l. c. p. 48. *I. C. Bluntschli*, *Staats- und Rechtsgeschichte der Stadt und Landschaft Zürich.* T. I. Zürich 1838. 8. p. 16. 159) Cf. not. 154. Charta XI. saec. de iuribus monasterii Weingartensis erga censuales: „*Si quis censualis, facta legitima divisione rerum nondum uxoratus, absque filiis legitimis migraverit, nec a fratre nec a sorore vel aliquo propinquorum hereditabitur, sed omnia tam mobilia quam immobilia, quae reliquerit, in usum cedunt ecclesiae.*“ *Bluntschli* l. c. p. 308 not. 309. Charta Ruadperti scripta ann. 861 in monasterio S. Galli: *Post eius* (matris) *vero obitum, si tamen ego legitimum heredem non relinquo, tunc frater meus Hagano et legitimi eius heredes, si forte ei procreati fuerint, res supradictas — possideant, redimendi licentia cum una libra sibi relicta. Quod si ipsi non redemerint, tunc sorores meae legitimis viris nuptae easdem res habeant — — et similiter utraque una libra redimendi facultatem habeat, similiter et legitimi earum filii. Si autem neque ipsae redemerint, nec earum filii, tunc filii avunculi mei Amalungi.* *Neugart* l. c. n. CCCXCVII p. 318. Cf. *Paulus* IV, 8, 2, 3; C. Th. V, 1, 1 et 2, 8. Videtur Ruadpertus ille filius Ruadperti advocati S. Galli fuisse. In duabus vetustis chartis commemorantur Aquilianae et Arcadii leges de Stipulatione. *Arx* l. c. p. 48 not. *d*. *Pardessus* l. c. p. 645 sq. Cf. c. un. C. Th. de Pactis (II, 9) et praeterea infra not. 167. 160) Cf. infr. Cap. III. cod. 57 s. S. Galli 729. 161) *I. G. Ebel*, *Anleitung auf die nützlichste und genussvollste Art die Schweiz zu bereisen.* T. III. Zürich 1810. 8. p. 100 not.*. 162) „*Anno XV. sub regno domini nostri Pippini regis, quod est XVIII. Kal. Ianuarias, facta charta donationis sanctorum. Acta Curia in civitate publica sub praesentia virorum bonorum plurimorum testium. † Signum manus domini Tellonis episcopi largitoris, qui haec fieri iussi, et manu mea propria firmavi. † Signum presbyteri Sylvani testis. † Signum manus Iustiniani iudicis testis. † Signum Praesentis curialis testis. † Signum Lobucionis de Amede curialis testis. † Signum Constanti de Senegaune curialis testis. † Signum Lobucionis de Maile militis testis. † Signum Pauli de Tremine militis testis. † Signum Claudii de Curia curialis testis. † Signum Urseceni de Scanavico curialis testis. † Signum Victoris filii Praestantis militis testis. † Signum Iustiniani de Vico Meldone militis testis. † Signum Foscionis de Pogio militis testis. Et ego Foscio presbyter iussus a domino meo Tellone episcopo hanc donationem scripsi, et manu mea propria subscripsi.*“ Cf. *Ambr. Eichhorn* l. c. n. II. cod. Probat. p. 10, ubi testamentum Tellonis ex *Mabillon. Annal. Bened.* T. II. p. 707 sumtum et notis illustratum et cum exemplo Desertinensi collatum est. 163) „*Item in Maile agri, prada, sola, orti cum pomiferis, quantum ad me legitime pertinet, praeter terram ecclesiis, portionem meam ex integro: et praeter coloniam, quae concessi iuniori meo Senatori pro servitio suo in ipso Maile —— Item definimus de fidelibus nostris, quibus, quantum concessimus nobis viventibus, et post obitum nostrum donamus.*“ *Eichhorn* l. c. p. 8. Cf. Epit. S. Gall. I, 6, 3: „*Iudices provinciarum hoc scire debent, ut — nullum hominem per suam potenciam vel pro gracia de suo seniore pauperes oppremere non praesumant.*“ Ad vv. *pro servitio suo* cf. Epit. cit. II, 1, 2: „*Si inter patrianum privatum et militem, qui cotidie in servicio principis adstat.*“ 164) *Ambr. Eichhorn* l. c. n. III. p. 11; ibi additur: „*et legem ac consuetudinem quae parentes eorum iuste et rationabiliter habuerunt se a nobis concessa esse cognoscant.*“ 165) De hac lite cf. *Arx* l. c. p. 105—107 et p. 217 sq. Anno 909 tradiderat Salomon Constantiensis ecclesiae praesul — cum manu advocati sui, *Domnici Curiensis* — abbatiam Favariensem monasterio S. Galli, confirmante nepote suo Waldone. Huic vero Waldoni ad vitae suae terminos concesserat abbatiam Favar., sed hac conditione, ut, si episcopatus dignitatem adipisceretur, continuo Favariensem abb. S. Gallo cederet; postea Waldo episcopus Curiensis factus abbatiam noluit S. Galli monasterio cedere. Cf. *Neugart* l. c. n. DCLXXIII. p. 554 sq. Chartam donationis subscripserant quinque Comites.

*mandavit Burchardus*, *ut secundum* *Legem Romanam* *iudicarent*, *qui de hac causa facere debuissent. Iudicaverunt autem omnes* *Romani* *et Alamanni*, *si* *Gozoldus* (monachus S. Galli) *cum advocato suo*, *cum legitimis testibus de Curuvala non potuissent episcopum et advocatum suum de hac re vincere*, *postea querelam nec rationem habere*[166]). Ex qua lite duae res apparent, nimirum ius romanum in Rhaetia adhuc valuisse, Romanos igitur iudicasse, huic autem causae, quia altera pars Alamannorum leges, neque vero romanas agnosceret, Alamannos quoque iudices interfuisse; deinde iudices statuisse, ut actor, si quidem legitimo numero testium Curiensium reum vincere non posset, causa caderet. Utrumque consentaneum est Legi Romanae S. Galli, ubi in libri I. tit. 4 scriptum est: *qui maiorem numerum habuerit de bonos homines*, *ipse in iudicio secundum legem suam*[167]) *causa vincat.* Accedit, quod monasterium S. Galli litem Curiensi episcopo de Favariensi abbatia intendit; duorum autem in Helvetia superstitum codicum alterum inveni in monasterio S. Galli, alterum in abbatia B. Mariae Favariensis; nexus igitur admirabilis est inter monasteria, in quibus codices asservabantur, et partes, quae in iudicio illo comparuerunt. Quare, si quidem locus, quo codices reperti sunt, in demonstranda libri patria testimonii pondus habet, magis Helvetia, quam duos codices possidere dixi, patria videtur esse, quam Aquileia, praesertim quum explicari possit, quo modo unus ille codex Aquileiam pervenerit. Credibile est enim, Aquileiensis ecclesiae codicem olim in bibliotheca S. Galli fuisse, nam *Ulricus* III., qui ab *Henrico* IV. imperatore in locum *Friderici* episcopi nominatus est patriarcha Aquileiensis anno p. C. n. 1086[168]) et ecclesiae Aquileiensi praefuit, usque dum anno 1119 de vita decessit, abbas erat S. Galli, mansitque abbas, quamquam ad patriarchae dignitatem pervenerat. Itaque si quis concludit, ab *Ulrico* codicem illum cum aliis libris ex monasterio S. Galli, cui bella et incendia interitum minabantur, Aquileiam translatum esse, hic temeritatis vix videtur argui posse. Verum etiam Capitulis quibusdam[169]) sententiam meam corroborari dixi, nimirum illis, quae in codice S. Galli huic Epitomae subiuncta sunt et partim sumta ex nono Codicis Theodosiani et quinto Pauli libro. Ea a *Remedio*[170]), Curiensi intra ann. 800—820 episcopo, qui canonum quoque collectionem in cleri sui usum dicitur conscripsisse[171]), facta esse mihi persuasum est, quum *domini Remedii episcopi* et *canonum* eius plus semel mentionem faciant. Et mirum, quantum conveniant cum Epitome S. Galli non solum sermone, sed etiam rebus. Pariter enim atque Epitome commemorant *maiores*, *qui loco praefuerunt*, *romanos homines*, *seniores quinque ministros*, *iudices et laicos*, *iudicem publicum*[172]), *seniores iudices*, *quibus maiores culpas praesentantur*, *iuniorem*, qui *in ministerio* fuit et *dominus eum honoratum habuit*, *civitatem aut castellum*, *plebis pauperes*, *patrianos qui ingenuum occiderit;* et *furem puniendum esse* dicunt *secundum quod in lege nostra scriptum est*, *et qui falsum testimonium dixerit secundum legem nostram*, quasi legis auctor *Remedius* episcopus sit. Videntur autem adiecta esse codici S. Galli, quia hoc monasterium multa praedia in Rhaetia possedit. Quibus ex causis utriusque libri, Epitomae et Capitulorum, eandem patriam esse contendo, Curiensem dico Rhaetiam aut potius Curiam[173]) ipsam, ubi comites et episcopi Curienses resederunt, Epitomen

166) *Neugart* l. c. n. DCCV. p. 572 sq.: „*In Christi nomine. Regni primi regis Heinrici*, *residente duce Burchardo*, *et Waldone Curiensis ecclesie episcopo*, *in Vinonna in mallo publico ad audiendas et discernendas causas*, *venit Cozoldus mon. et Albericus mon. et Richo mon. et cum aliis mon. per septem*, *cum advocato suo Domnico*, *proclamans se de Waldone episcopo*, *et de Abacia Favariensi*, *quod iuste debuisset ad partem S. Galli venire*, *plusquam illi licuisset habere: e contra Waldo episcopus astantibus mon. de Favairis*, *cum vocato suo Ursicino*, *respondit — Et iudicatum fuit ab omni populo*, *qui tunc aderant*, *te malo ordine iniustam tradicionem facere. Et ob hanc causam dedit senior meus hoc praeceptum de Favarias*, *quod in manu teneo: et perlecto praecepto*, *mandavit dux Burchardus*, *ut secundum legem Romanam iudicarent*, *qui de hac causa facere debuissent. Iudicaverunt omnes Romani et Alamanni*, *si Cozoldus cum advocato suo*, *cum legitimis testibus de Curuvvala non potuissent episcopum et advocatum suum de hac re vincere*, *postea querelam nec rationem habere — Iudices: Alexander. Starculfus. Ebroinus. Ercenbertus. Seianus. Constancius. Meroaldus. Wancio. Wito* etc.“ *Bluntschli* l. c. p. 16 not. 3. *Gaupp*, *die Germanischen Ansiedlungen und Landtheilungen.* Breslau 1844. 8. p. 252 sq. 167) Ita recte *Canciani*, sed codd. 66, 67 *sua*, quam scripturam pro editionis consilio debebam retinere. In charta commemoratur etiam *duplae stipulatio* et v. *forcia.* 168) *Ughelli*, *Italia sacra* ed. II. *cura Nicolai Coleti.* T. V. Venetiis 1720. p. 58 sqq. n. 57, ubi etiam de anno, quo Ulricus de vita dicitur decessisse, diversae doctorum opiniones explanantur. *Arx* l. c. p. 286, 289. 169) Cf. *Richter*, *Kritische Iahrbücher.* Leipzig 1838. 8. T. III. p. 583—586 et infra p. 456, ubi haec Capitula a me divulgata sunt. 170) De *Remedio* cf. *Ambr. Eichhorn* l. c. p. 28. 171) *Fr. Kunstmann*, *die Canonensammlung des Remedius von Chur.* Tübingen 1836. 8., collectionem canonum, quae *Remedio* tribuitur, pleniorem quidem edidit, sed a Remedio factam esse negat. Eam *Wasserschleben* (cf. *Richter* l. c. T. III. ann. 1838. p. 486) tribuit *Rotgerio* Trevirensi. *Richter* l. c. T. I. ann. 1837. p. 352 sqq. 172) *Iudicem publicum* commemorat Diploma Ludovici Germanici ann. 866 in Cod. Trad. S. Galli et *Optimates Rapert.* in Casibus mon. S. Galli, c. 4. *Arx* l. c. p. 33 not. *c*, p. 47 not. *a.* 173) Haec olim *Curuvvala* dicebatur (vid. not. 166) et in Capitulis cit. de *ipsa valle* sermo est. De Curiensis episcopatus terminis ac limitibus cf. *Ambr. Eichhorn* l. c. p. XXIII sqq. Haec scripseram, quum mihi a bibliopola redderetur *Hegel*, *Geschichte der Städteverfassung von Italien.*

autem *Vesmio* et *Heimbachio* in Rhaetia sive Helvetia scriptam esse concedo quidem, sed in ea tantum utriusque provinciae regione, quae Curiensis Rhaetia olim appellabatur.

## CAP. III.

## CODICES.

### DISTRIBUTIO CODICUM IN CLASSES.

Postquam de compositione Breviarii deque compendiis, in quae contractum est, dixi, sequitur, ut *codices* eius explicem. Eorum diversae classes constitui possunt[1]), quia multi res habent, quae ad Breviarium non pertinent; nam habita ratione librorum, quos Visigothi excerpserunt, in aliis Codicis Theodosiani[2]) potissimum libri locupletati sunt, in aliis Novellarum[3]), in aliis Pauli. Sed, quum de accessionibus illis iam dixerim[4]) hoc loco demonstrandum quidem est, quae forma Breviarii fuerit in libris manu scriptis, neque vero quae extrinsecus ex aliis libris ad Breviarium accesserint. Iam vero multi libri ipsum Breviarium continent, leges igitur sententiasque, quatenus a Visigothis excerptae sunt, et interpretationem[5]), alii decurtatum quasi Breviarium[6]), alii nihil, nisi farraginem locorum Breviarii[7]), alii Breviarium in compendium redactum[8]), alii denique exiguam Breviarii partem[9]). Quae quum ita sint, codices Breviarii ita disponam, ut quinque sint classes, quarum prima comprehendet codices, qui verum Breviarium continent; altera codices, a quibus constitutionum verba et plerumque quidem cum inscriptionibus aut cum subscriptionibus absunt et multae sententiae Pauli; tertia codices, qui farraginem tantum locorum habent; quarta codices, in quibus insunt Epitomae Breviarii; quinta denique codices paucis Breviarii locis instructos. Et primae quidem classis codices bifariam distribuendi sunt: in codices, qui praeter Breviarium alios iuris romani Anteiustiniani locos paucis exceptis, qui fortuito adiecti sunt, non habent[10]) et in codices, qui multis locis aucti sunt[11]). Quartae autem classis tot sunt diversa genera, quot sunt Epitomae Breviarii. Concedo quidem, non omnino sibi constare codices secundae classis, quum sint, qui reliquis propius ad primam classem, in Paulo potissimum, accedant, sed si singulos quosque respicere vellem, tot fere classes fierent, quot sunt codices. Accedit, quod diversitas illa fortuita est, neque, ubi est, formam et indolem totius libri mutat. Sed haec hactenus de classibus codicum. Praeterea autem, ne idem crebro dicatur, utile erit, hoc loco commemorare res aliquas, quibus codices ante saeculum XI. scripti congruant, quae quidem hae sunt. Etenim lineae plerumque ad latus duabus aliis ad perpendiculum directis circumscriptae sunt, et praeter primam atque ultimam quamque paginarum raro ultra has ductae sunt; deinde quod ad interpungendi signa attinet, librarii soliti sunt punctum supra lineam ponere, neque vero ut sententias dividerent, sed ut, qui finis versuum in codicibus, quos descripserint, fuerit, significarent, nisi quando sistendi causa a scribendo punctum addiderunt; semicolon autem adhibuerunt et pro compendio in fine verborum, inprimis sillabae *bus* (b;), et pro signo interpungendi, sed hoc magis in X. et XI. saeculi, quam in vetustioribus codicibus; porro orthographiae admirabilis quaedam aequalitas est; denique vero in omnibus illis codicibus verba in extremis versibus sine ullo signo discerpta sunt[12]).

T. II. Leipzig 1847. 8., ubi pag. 104—127 de Lege Romana Utinensi disputatur et pariter atque a me factum est Rhaetiae Curiensi Lex tribuitur, quum propter linguam eius, tum propter instrumenta ann. 766 et 920, quae supra nominavi. Codice S. Galli 729 et Capitulis codicis S. Galli 722 (vid. infra p. 455 sqq.) *Hegel* non est usus ad confirmandam suam sententiam. In rerum interpretatione a *Savignio* et *Hollwegio* discedit et tota fere eius disputatio *Savignii* expositioni de municipiorum statu et conditione adversatur. *Hollwegii* sententiam de patria libri recte vituperat. *Principes*, quorum mentio fit in Lege, duces, comites fuisse putat et episcopum Curiensem principem Rhaetiae, usque dum Carolus episcopum Curiensem civili iurisdictione privaverit comitemque instituerit. Praeterea appellari dicit principes illos *seniores*, vasallos eorum *milites*, reliquos, qui vasalli non fuerint, *privatos*, *patrianos* autem, si designarentur civitatis alicuius (*patriae*) personae. De reliquis rebus consulatur liber.

1) De iis egerunt, literis meis usi, *Stieber* l. c. p. CXXX sqq. et *Savigny* l. c. T. II. p. 63 sq. (ed. II.). 2) *Haenel* ad *Codicem Theodosianum.* Bonnae 1842. p. I. 3) *Haenel* ad *Novellas Constitutiones Imperatorum* etc. Bonnae 1844. p. I. 4) Supra p. XIX—XXII. 5) Codd. 1—19 et partim codd. 71, 72. 6) Codd. 20—40, 73 (?), 74, 76. Vid. supra p. XIII et not. 56. 7) Codd. 41—45. 8) Codd. 46—67, 75. 9) Codd. 68—70. 10) Codd. 1—11. 11) Codd. 12—19. 12) Si qui codex pervetustus est, ut Monacensis, aut maxime memorabilis, explicate dicam de versibus eius, de orthographia deque scribendi compendiis.

# I.

## CODICES QUI VERUM BREVIARIUM COMPLECTUNTUR.

### A.

### CODICES QUIBUS EX IURIS ANTEIUSTINIANI LIBRIS NIHIL ADIECTUM EST.

1) Codex Monacensis, olim in tabulario Ecclesiae Cathedralis Wurceburgensis S. Kiliano dicatae, D. 2[1]), et ab anno 1803 in bibliotheca Literarum Universitatis Wurceburgensis, usque dum anno 1806 in Publicam Bibliothecam Monacensem translatus est, hoc tempore constat ex 330 membranis in formam quadri plicatis sive ex 43 quaternionibus[2]). Primus enim quaternio deest cum indice titulorum usque ad rubricam Pauli de Deposito (II, 12). Terminatur codex verbis: *Iulj Paulj Sententiarū | Ad Filium Explicit Lib̄ V. Felici*, ex quo apparet, ultima folia periisse, quae comprehenderint Gregorianum Hermogenianumque Codices et Papiniani fragmentum. Praeterea primum quaternionis XLII. folium periit cum verbis *acquieverit futurae* interpretationis §. 8 Pauli de Manumiss. (IV, 11) — *senatusconsulto perinde* §. 1 Pauli ad Leg. Fur. Can. (IV, 13). Membranae, etsi maximam partem crassae sunt, tamen manu imposita calefactae facile convolvuntur. Hic et illic vetustate sordescere inceperunt et fuscum colorem acceperunt. Lineae versuum graphio acuto trans folium ductae sunt, 28 sive 29 in singulis paginis, et ita quidem, ut utrimque duabus lineis ad perpendiculum directis spatium librario ad explendos versus sit definitum*). Cuspides regulae, qua lineae ductae sunt, membranas nonnunquam perfoderunt. Materia ad scribendum adhibita hoc tempore fusca est, nonnunquam gilva et pallida, minium quoque, quo pictae sunt formulae initio et in fine librorum adiectae, colorem plerumque mutavit. Literis usus est librarius uncialibus[3]), quibus admiscuit minusculas, neque vero venustati literarum perseveranter studuit[4]). Compendia*) expressit virgulis plerumque curvatis aut puncto; vocabula sine interpunctione inter se coniunxit. Orthographia antiqua est et nondum corrupta[5]). Codicem authenticum Breviarii exemplum esse nego, quia multiplicibus erroribus et lacunis depravatus est, nec dubito, quin septimo quidem, neque vero sexto saeculo scriptus sit[6]). Postero tempore literis, quae palluerant, novum colorem nescio quis induxit, verum idem videtur fuisse homo, qui saeculo IX.[7]) in ultima pagina postremas sententias Pauli cursivis quasi et fractis literis scripsit et nonnullos locos gilvo aut glauco, sed pallido colore correxit[8]). Tegumentum ex duabus tabulis

1) *Schannat*, *Vindem. litterar.* Coll. I. Fuldae et Lipsiae 1723. fol. p. 229 sq. *Ritter*, Praef. Cod. Theod. Tom. I. p. II sq., T. II. p. XVIII sq. *Nouveau Traité de Diplomatique.* T. III. p. 1757. 4. p. 116. *Gottlieb Hufeland*, *Vorläufige Nachricht von den iuristischen Schätzen der Wirzburger Universitätsbibliothek, besonders dem Rechtsbuch Alarichs, und erste Ausbeute aus dem letzten.* Bamberg und Wirzburg 1805. 8. p. 1—48. *Haubold*, *Institutiones Literariae.* Lips. 1809. 8. p. 223 et *Opp.* T. II. p. CXXX n. 56. Annos, quos dixi, ita definierunt mihique scripserunt *Föringer* et *Ludwig*, Monacensis et Wurceburgensis Bibl. praefecti doctissimi. Cf. etiam *Oegg*, *Chorographie v. Würzburg.* Würzb. 1808. 8. p. 297. 2) Quaternionem XXXIX. bibliopega errore posuit inter XLIII. et XLIV. Sex folia absunt a quaternione XXIII., tria ab XI., duo a XXXV. Quum integrum sit his locis Breviarium, videtur librarius ipse folia illa e quaternionibus exemisse. Ultima quaternionis XI. pagina vacat post quintum versum, praeterea vacat dimidium paginae primae quaternionis XXXII., verum neque hic ex Breviario quicquam excidit. Similiter, propter conditionem membranarum arbitror, nonnunquam versus scribi subito desiti sunt, veluti fol. 3[b] v. 14, ubi post literas *nego* est spatium 17 literarum, literis autem *tii* pergitur in versu 15, ex quo conspicuum est, verbum *negotii* et totum locum integrum esse. E diverso nonnunquam, ubi continuo scriptum est, aliquid excidit. Vid. c. 1 C. Th. de Mandatis principum (I, 3) not. *b*. *) Tamen librarius saepe excessit fines. 3) Saepe literae initiales, quae dicuntur, maiores sunt et ad latus textus diversis coloribus pictae. Formulae autem, quibus Gaius et aliae Breviarii partes terminantur, nitore et magnitudine literarum excellunt. Hic et illic vidi notas Tironianas et cursivas literas. Cf. *Ulr. Fr. Kopp*, *Palaeographia Critica.* Mannh. 1817. T. I. p. 333. 4) Priores sex quaterniones rustice et titubante manu scripti sunt; similiter quaterniones XII—XXIII., verum quaternio XXIV. ab antecedente partim ita differt, ut videatur ab alio scriptus esse. Verbum *Feliciter* in fine Pauli videtur Graecis literis scriptum esse. *) Inveni compendia magis in inscriptionibus et subscriptionibus, quam in ipsis legum, sententiarum sive interpretationum verbis. 5) Ponitur *ae* pro *e*: qu*ae*rella, Gr*ae*gorianus, *ae*ditio, *ae*ditionibus, Gr*ae*gorium, compr*ae*hendit, cumpr*ae*sserint, depr*ae*hensa, *ae*molumenta, pr*ae*tio, pr*ae*mantur, pr*ae*cum, c*ae*dat, p*ae*nitus, f*ae*nore, conqu*ae*sti; *e* pro *ae*: l*e*serit, inl*e*sam, *e*miliano, *e*xtimetur. Scribitur etiam intell*e*gendum, pert*e*net, f*e*dis, f*e*tibus, pign*e*ris, red*i*b*i*re, ol*i*brio, C*i*negio, Ac*i*ndino, H*i*patium, aur*i*liano, v*i*nditor, Pap*y*nianus, Ph*y*lippo, parv*o*lae, int*o*lisse, the*u*dosio, the*u*doro, neothe*u*rio, ad*u*lescentes, divid*u*ndi, epist*u*la, Nep*u*tiano; *c* pro *t* saepissime positum est et praeterea constanter fere scriptum a*d*f., a*d*p., a*d*s., a*d*t., co*n*l., co*n*p., co*n*m., om*p*t., um*p*t., o*b*p., *ex* (pro *exse*), em*p*s., em*p*t., i*n*l., i*n*p., i*n*r., *ext.*, su*b*p., su*b*m., a*m*m. pro a*d*m.; ta*m*quam, nu*m*quam, du*m*taxat, cuiuscu*m*que, sole*m*ni, quicquid, quicquam, aspexit, acer*v*ius, mo*v*ilis, ver*u*eratus, nu*b*tiae, nu*b*serit, o*b*taverit, o*p*tulit, O*b*tato, o*b*timum, la*b*sum, adiu*b*etur, ver*u*era*b*it, apu*t*, aliqui*t*, aliquo*d*, illu*t*, aliu*t*, re*pp*erti, o*pp*eriri, re*nn*uere, *h*isdem et *h*is (pro *i*isdem et *is*, *iis*), *h*ac pro *ac* et *ac* pro *h*ac, hi*i*, *h*abundans, *h*arena, sca*f*a, Zeno*f*ilo, pasi*f*ilio, em*f*iteuticariis, S*i*mmaco, infi*t*iandi, controver*t*ia, cotidianis, incoata, secuntur, relicum, quotie*n*s, totie*n*s, i*l*ico, qua*t*tuor, adversu*m*, na*n*ctus, *u*midas, *a*uriendae, ex*a*urit, *a*ctenus, de*i*nc, con*i*bentia, ex*a*ustas, perurg*u*endus, conpet*i*sse, Ga*i*, *h*erciscundae, graccum, Dac*h*iae, Ant*e*mio, Ant*h*iochia, suscriptio, *c*irogra*f*um, sce*b*ioris, tri*a*ntem, colle*i*atis, ve*i*cula, *quo*heredes. 6) Eum *Ritter*, Praef. T. I. Cod. Theod. p. V., saec. VI. scriptum, authenticum exemplar et ex archivo regio ad comitem quendam regni Visigothici missum, vetustiorem igitur esse Pandectis Florentinis falso asseverat. Saeculum VI. *Haubold* quoque habet in *Inst. Lit.* l. c. Cf. etiam *Hufeland* l. c. p. 24 sq. 7) *Hufeland* l. c. p. 32 saec. VIII. accipit. 8) Duo videntur fuisse posterioris aetatis homines. *Hufeland* l. c. p. 33.

roboreis constat, quae a vermibus perforatae sunt et corio obductae, totus autem codex conditus est in capsula et munitus catena ferrea, qua antiquitus libros vincire solebant. Vetus manus in tergo tegumenti inscripsit verba *Theodosi' De Legib'* atramento et literis lapidariis, verba autem *Originalia Legum*, quae cernuntur in membranae segmento superiori tegumenti tabulae agglutinato, typis ligneis impressa sive inusta sunt[9]), neque igitur scripta ab eadem manu, quae in membrana tegumento intus agglutinata vetustis literis adnotavit: *super ripam Iordanis* nonnullasque literas experiundi quasi calami causa, aut saeculo XII. sive XIII. in prima libri pagina: *Originalia legū* et *D.* 2 *Liber Scī Kyliani*, quae verba referenda sunt ad ecclesiam S. Kiliani, ubi codex olim erat. Ex qua terra Wurceburgum venerit codex, incertum est. Nam *Eccardi* coniecturam, qui allatum esse dicit codicem a Burchardo ex Italia, validis argumentis refutavit *Ritter*[10]). Neque *Hufelando* adstipulari possum, qui inter libros a *Stephano* quodam, quem *Poppo* I. episcopus literarum studii promovendi causa ex Italia Wurceburgum arcessiverat, S. Kiliano legatos hunc quoque codicem fuisse putat[11]), quum versus, ad quos provocat, libros quidem donatos esse probent, neque vero qui? Quare origo codicis obscura est. Is absconditus iacuit, usque dum anno 1717*) *Christophorus Franciscus L. B. ab Hutten*, tum cathedralis ecclesiae Wurceburgensis decanus et intra annos 1724 et 1729 princeps episcopus, bibliothecam ecclesiae, cuius memoriam oblivio fere deleverat, sub tecto templi in unum coacervatam et pulvere coopertam reperit, repertamque sordibus purgavit atque ordinavit[12]). Ex quo manifestum est, *Cochlaeum*[13]) non potuisse hoc codice uti. Vetustas libri admirationem doctorum movit, ut non solum formam eius describerent, verum etiam eum ad libros iuris, quos continet, emendandos adhiberent. Illud primus fecit *Schannat*[14]) anno 1723 in *Vindemiis Literariis*, ubi nonnullos codicis versus aeri incisos adiecit. Quum perbrevis fuisset, precibus petiit *Ritter* a praepositis ecclesiae Wurceburgensis, ut librum manu scriptum in usum Codicis Theodosiani, quem divulgaret, cum editis conferri sinerent. Siverunt et delatum est negotium *Ioanni Adamo Ickstatt*[15]), iuris publici in Iulio-Fridericiana Wurceburgensium academia professori, qui, praesente *Dieterico* commentariensi, anno 1735 mandatum exsecutus est. Neque vero ei rem successisse, non solum *Hufeland*[16]) demonstravit, verum etiam ex mea Codicis Theodosiani et Novellarum editione perspici potest, etenim quamquam magnam copiam lectionum enotavit, tamen alias falso scripsit, alias omisit. Praeterea *Ickstatti* labor constitit in c. 9 C. Th. de Decurionibus (XII, 1), quandoquidem plagulae eius, quas *Feder*, Wurceburgensis bibliothecae praefectus, in tabulario ecclesiae invenit[17]), nihil continent, quod ex sequentibus legibus et titulis sumtum sit, quare quis reliquas lectiones et imaginem libri *Rittero* miserit, ignoratur[18]). *Ickstatti* industriam *Ritter* in suum usum convertit, ipse vero codicem non inspexit, itaque quod dicit: *Inspiciendi eius potestas facta*[19]), ad *Ickstattum* referatur necesse est. Praeter illos viros superiore saeculo nemo videtur codici perscrutando operam dedisse. Nam *Eccard* et *Hoffmann*, quos *Ritter* nominat, notitiam codicis ex *Schannato* hauserunt[20]), et diversas scripturas Gaii ceterorumque librorum sub finem praefationis, quae quibusdam exemplis Lipsiensis Iurisprudentiae Anteiustinianeae adiecta est, promisit quidem *Ayrer*[21]), neque vero in vulgus edidit. Denique *Hirsching*[22]) de codice breviter tantum et negligenter locutus est. Hoc demum saeculo in explicandum codicem eiusque scripturas

9) *Hufeland* l. c. p. 35. 10) Praef. Tom. I. Codicis Theodosiani p. V. 11) Exscripsit enim *Schannat* l. c. p. 230 ex libro aliquo, quem tacet, hos versus: *Novariae Genitus ...... omnibus alta | Utraque, ut patuit, Doctor in Urbe fui | Ast Poppo Antistes, hanc me perduxit in Urbem | Qua Sophiae studiis dogmata crebra dedi: | Quos habui paucos decrevi tradere libros | Martir Sancte Dei, en Kiliane, Tibi.* Praefuit autem Poppo ecclesiae intra ann. 941—961. *) Hunc annum habet *Hirsching*, *Beschreibung sehenswürdiger Bibliotheken.* Erlangen 1786. T. I. p. 263. 12) Cf. *Schannat* l. c. p. 227. Falso intellectum esse hunc locum ab *Hoffmanno*, demonstravit *Haenel* in *Praef. Novellar.* p. IX not. 64. 13) Quod putat *Hirsching* l. c. p. 267, sed male intellexit *Sichardum*, quocum *Cochlaeus* communicaverat Moguntin. exemplum. *Hufeland* l. c. p. 38. 14) l. c. p. 228: *Vides in ea* (tabula) *primo Loco CODICIS THEODOSIANI Specimen, qui Formae maioris | ac quadratae, Tegulis cooperitur ex nudo crassoque assere ruditer confectis | Egregium profectò, si aliud unquam Iuris Monimentum! quod merito aequipa | retur Famosis illis Iustiniani Pandectis, quae in Palatio Magni Ethruriae Ducis | summa Cura asservata, olim non nisi Viris Primariis, et ad Funalia ostende | bantur.* Tabulam male repraesentare literas codicis, recte contendit *Hufeland* l. c. p. 4. 15) *Ritter*, Praef. T. I. Cod. Theod. p. II sq. *Hufeland* l. c. p. 7 sq. et 39 sqq. 16) l. c. p. 42 sqq. et p. 55 sqq. 17) *Hufeland* l. c. p. 39 sq. Ita inscriptum est libello: *Annotationes, Emendationes et Correctae ex Codice Theodosiano, betitelt Originalia legum von Professore Ickstatt und in Beyseyn des Registratoris Dieterich auf hohem herrschaftlichen Befehl extrahirt.* 18) Nisi *Sündermahler*, *Ickstatti* in Academia successor, misit, quem *Ulrich*, *diss. de fontibus iuris romani.* Wirceb. 1747. p. 120, codicem in usum *Ritteri* contulisse narrat. Cf. *Hufeland* l. c. p. 48. 19) Praef. Tom. I. Cod. Theod. p. II. Codicis specimen aeri incisum deest meo Ritterianae editionis exemplo. 20) *Hufeland* l. c. p. 5 sq. 21) Cf. *Hugo*, *Index editionum adiectus Pauli sent. rec.* Berol. 1795. 8. ad num. 59 p. 201 et *Stieber* l. c. p. CXXX not. 22) l. c. p. 266 sq.

accurate describendas opera et industria impensa est. Illud fecit *Hufeland*, qui non solum de indole et habitu eius deque origine et aetate exposuit, et qui eo usi essent, demonstravit, verum etiam scripturas aliquot enotavit et totum Codicis Theodosiani titulum de Responsis prudentum descripsit. Proxime ab *Hufelando Unterholzner* dicitur codicem cum editis contulisse, in eorum utilitatem, qui Berolini Ius Anteiustinianeum a. 1815 ediderunt, neque dubito, quin ab eo *Haubold* acceperit lectiones Gaii. Equidem vero anno 1825 ex codice excerpsi, quae a Berolinensi Pauli editione differrent[23]). In Codice Theodosiano et in Novellis intercedente *Föringero*, viro doctissimo et Monacensis Bibliothecae custode, pro me negotium suscepit *Ritter*, eiusdem bibliothecae scriptor, dum *Föringer* specimen scripturae egregie pictum ultro misit. Illam rem addidi meae Codicis Theodosiani et Novellarum editioni, hoc Legis Romanae Visigothorum Particulae, qua *Hugoni* anno 1838 gratulatus sum.

2) Codex *Phillippsii* sive Middlehillanus 1761[24]), olim Claromontanus 614[25]), tum *Meermani* 599[26]), non solum aetate et venustate, sed etiam verborum cohaerentia et compendiis*), interpungendi signis, orthographia, lineis acuto graphio ductis cum Monacensi convenit, idemque est, quo *Haubold*[27]) verum Codicem Theodosianum comprehendi putabat, Catalogi Claromontani verbis in errorem ductus. Super tegumentum libri corium suillum ductum est et in tergo scriptum *Codex Theodosianus*, ubi etiam in chartulis agglutinatis inveniuntur veterum bibliothecarum signa *M L.* et supra 599, nimirum bibliothecae *Meermani**). Quid significent literae *E Lugd.* pallido succo in ultima codicis
104 plagula additae, nescio, nisi fortasse *Ecclesiae Lugdunensis* codicem olim fuisse demonstrant. Hoc tempore codex constat ex 303[28]) membranis in formam quadri plicatis, etsi, quin plures fuerint, propter quaternionum numeros dubitari nequit; nam ut mittam membranas, quae detritae sunt [28a]) et aliquantulum laceratae[29]), fuerunt olim 42 quaterniones. De his desunt primus, secundus et ultimus, quare nunc prima codicis verba sunt „*erant et provincialibus*“ c. 2 C. Th. de Assessoribus (I, 11), ultima „*satisdatio postulatur*“ §. 1 tit. Pauli Post provocationem (V, 38). Praeterea quaternio XXVII. amisit duas membranas cum parte Novell. Valent. de Sepulcri viol. et de Libertis[30]). Sunt autem membranae codicis, etsi non desint corrugatae, plerumque laeves, molles, tenues et fere albae, nisi ubi per eos, qui codicem tractaverunt, sordescere inceperunt aut situ et mucore maculas et fuscum colorem contraxerunt. Versus numero non excedunt duodetriginta in singulis paginis, neque literae 36 sive 37 in singulis versibus. Hae venustae sunt et quadratae, sed constant magis ex minusculis, quam ex uncialibus. In interpretatione nonnunquam cum cursivis, quae dicuntur, commutatae sunt[31]). Rubra titulorum milto distinguuntur. Bis deprehendi notas Tironianas[32]). Errores posterioris aetatis homo emendavit, idem fortasse, qui, sicubi succus, quo librarius usus erat, siccitate a membranis solutus est, vestigia literarum atramento explevit[33]). Fuerunt etiam, qui notas adderent, alius paulo post quam liber scriptus est[34]), alius recentiore tempore[35]). Contuli hunc codicem cum impressis anno 1827.

3) Codex S. Germani 1278, olim Corbeiensis abbatiae[36]), iam Reg. Parisiensis, membranaceus, formae octupli-

23) Quae memorabilia sunt, inveniuntur in *Varietate Scripturae*, quam *Arndtsii* editioni Pauli subiunxi. 24) *Haenel* in *Ephemerid. literar. Lipsiens.* anni 1828. n. 42. T. I. col. 332 not. 7. *Haubold* l. c. p. CXXXIV n. 63. *Haenel*, *Catalogi Librorum Manuscriptorum.* Lips. 1830. 4. p. 856. 25) *Catalogus Manuscriptorum Codicum Collegii Claromontani. Parisiis* 1764. 8. p. 224: „*No.* 614. *Codex membranaceus in* 4. *formae quadratae* (*constans foliis* 310) *saeculo VII. exaratus initio et in fine nonnihil mutilus. Ibi continetur Codex Theodosianus.*“ 26) *Catalogus Bibliothecae Meerman.* T. IV. p. 103 haec habet: *Codex Theodosianus. Theodosii, Valentiniani, Marciani et Maioriani Novellae. Caii Institutiones et Pauli Sententiae. In membr. saec. VII. fol.* 310 *forma quadrata. initio* (liber I. totus periit) *et in fine nonnihil mutilus et lacer: hic illic detritus et maculis inquinatus p. c.* *) Sed compendia magis contorta sunt quam in Monac. cod. et nonnunquam duae literae in unam contractae. 27) *Institutiones Iuris Romani Literariae.* Lips. 1809. 8. T. I. p. 262 et p. 263 not. *e.* *) In fol. $1^a$ haec sunt: *Paraphé au desir de L'arret du* 5 *Juillet* 1763. | *Mesnil.* 28) Septem igitur perierunt recent. tempore. Vid. not. 25 anteced. Fortasse inter ipsam Meermani librorum venditionem ablatae sunt. 28a) Neque vero, sicubi foramina sunt membranarum, codex mancus est; nam dum pumice poliebantur membranae et lavabantur, foramina exstiterunt; ibi vero, quasi versus terminarentur, librarius continuo scripsit. Cf. fol. 10, 39, 40, 48, 78, 79, 88, 89, 110, 136, 146, 153, 155, 158, 175, 185, 186, 195, 196, 200, 203, 207, 230, 244, 246, 249, 250, 255, 256, 261, 262, 265, 266, 270, 274, 281, 282. Verum sunt quoque foramina, ubi cum membrana simul excidit, quod ibi scriptum erat: cf. fol. 5, 17, 36, 45, 50, 65, 71, 86, 87, 92, 94, 136, 195, 196, 224, 229, 232. 29) Industrius quidam homo nonnullas filo consuit. 30) Desinit enim fol. 190 cum v. *occasus* Nov. Valent. de Sepulcri viol.; fol. 191 incipit cum vv.: *adhibemus. Itaque libertus* §. 2 Nov. Val. de Libertis. Vid. infr. p. 280 not. *b.* A XII. quoque quaternione duae absunt membranae, similiter a XIII. et XXIII., sed una tantum a quatern. XXIV. Quum nulla lacuna libri ibi sit, iam a librario videntur sepositae esse. 31) Cf. fol. $6^b$, $14^b$, $26^b$, $59^a$, $69^a$, $98^b$, $116^b$, $120^b$, 128, $131^b$, $133^a$, $142^b$, $162^b$, $211^b$. 32) ad §. 3 tit. Paul. ad L. Iul. de Vi (V, 28) et ad tit. C. Th. de Int. rest. (II, 16). 33) Cf. fol. 4, 5, 7, 9, 11, 13—16, 22, 41, 48, 79, 86, 95, 100—102, 109, 110, 118, 136, 164. 34) Cf. fol. $10^b$, 11, $15^a$, $38^a$, 72, 73, 131, $134^a$, 165, $273^a$. 35) Cf. fol. $4^a$, $15^b$, $22^b$, $36^a$, $47^b$, $48^b$, $59^a$, $77^b$, $83^a$, $91^a$, $94^b$, $133^a$, $146^b$, $153^b$, $154^a$, $159^a$, $167^b$, $207^b$, $209^a$, $222^a$, $241^b$, $245^b$, $255^a$, $260^b$, $270^a$, $278^a$, $291^b$, $300^a$, $301^a$. 36) Cf. *Nouveau Traité de Diplomat.* T. III. p. 144. *Haubold* l. c. p. C n. 5. *Pertz*, *Archiv.* T. VII. p. 719.

catae, bis scriptus, paucas tantum reliquias Codicis Theodosiani a c. 4 tituli quarti usque ad c. 3 tituli sexti libri secundi continet, sed eodem saeculo eademque literarum forma scriptas, qua Monacensis et Phillippsii codices excellunt[37]. Supra eas per transversum aliquis ultimis saeculi VII. lustris scripsit Hieronymum et Gennadium de Viris Illustribus.

4) Codex Regius Parisiensis 4404[38], olim Narbonnensis alicuius bibliothecae[39], deinde Colbertinus 2436, tum Regius 4890 subscriptis numeris 2. 2., pulchritudine et nitore excellit, quamquam membranae hispidae sunt, crassae et nonnunquam propter vetustatem fuscae. Olim constitit ex 33 quaternionibus, nunc autem, postquam perierunt quatuor quaterniones, XII., XVI., XVII., XXIII., et duae membranae, non ultra 230 membranas in maioris quadri formam plicatas habet. Graphio 30 sive 31 lineae quaque in pagina ita ductae sunt, ut binam versuum seriem efficiant, quarum unaquaeque descripta est duabus lineis ad perpendiculum directis. Insunt fol. $1^a$ literis evanidis res theologicae; fol. $1^b$ imago Alarici regis, cui Martianus, Valentinianus, Theodosius imperatores libros offerunt; fol. $2^a$ imagines Severi, Gaii, Pauli, Hermogeniani, omnes inscite pictae; fol. $2^b$—176 Breviarium Alarici Commonitorio et indice titulorum explanato instructum; fol. 177—$194^a$ Lex Salica; fol. $194^b$ imago *Lodhanri* regis Alamannorum, episcopi alicuius et duorum ducum*); fol. 195—$209^b$ Lex Alamannorum; fol. 210—$223^a$ Lex Ribuariorum; fol. $223^b$—230 Capitula quaedam adiecta, sed in fine manca, de quibus *Pertz* et *Pardessus* consulendi sunt. Scriptus est codex in Gallia saeculo IX., minusculis literis a librario, qui artem suam calluit. Rubra et verbum *Interpretatio* literis maioribus miltoque pictis a reliquis distincta sunt et in aversa folii tertii pagina formula *I Nomine* | *Domini Nostri* | *Ihu Xpi* | *Incipit* | *Lex Romanorum* | *Edita* | *A Theodosi* | *Imperatore* | *Seu* | *Consolis* | *Eius* ex capitalibus literis artificiose distributis constat, quibus minores interpositae sunt. Praeterea aliae literae initio librorum sive titulorum avium et bestiarum speciem prae se ferunt. In orthographia, compendiis scripturae, interpunctionibus verborum nihil inveni, quo codex cum aliis libris saeculo IX. in Gallia scriptis discrepet. Compendia pauca sunt et ubi sunt, magis virgulis sive uncis et signo, quod semicolon vocatur, significantur, quam contractis verbis[40]. Interpunctiones praeter punctum et colon nullae. E diverso codici propria est litera uncialis, quae punctum sequi solet. Denique librarius in adversa folii tertii pagina Commonitorio haec subiunxit[41]: „*Incp textus librorū Legū**) || Col. $^b$ || *In hoc dicta conduntur* | *sūmi multorum mystica* | *Hoc corpus sacrum* | *lector in ore tuo* | *Quod nunc a multis cons* | *tat codix istius dictatus.* | *Ex corpore Theodosia* | *ni libelli XVI.* | *Theodosiani* | *novellarū unū* | *Valentiniani aūg. libellus* | *nempe. Martiani maio* | *riani. severi et gai.* | *ubi n̄ sonunt interpretes.* | *Paulus sententiarum li* | *belli quinque.* | *Gregoria* | *ni consonant simili li* | *belli quinque Hermogeniani pa* | *piani cum sententiis tres.* | *Postmodum in hoc vo* | *lumine continet***) *scrip* | *tus pactus salicae libellus* | *unus seu et alamannorum* | *et ribuariorum et edic* | *tus Childeberti regis et* | *domino nostro Karolo* | *imperatore*[42]. *edictus eius* | *extremus scribitur* | *hos lege tu lector. felix* | *feliciter omnes et tu* | *qui legis peregrini mei in* | *bonis memento dilectissi* | *mae frater*“ et in fine Breviarii: *Explicit liber iuriticus ex diversorum sententiis elucidatus.* Codicem, quem anno 1822 cum impressis contuli, in iudicii alicuius usum scriptum esse putat *Pardessus*.

5) Codex Regius Parisiensis 4405[43], olim ecclesiae beatissimi Hilarii maior̄. Pictav̄en. n. 575[44], tum Regius

37) Ita *Pertz* l. c. Verum *Blume* benevolenter mecum communicavit chartam, quam habuit, cum descriptione codicis. Secundum eam rescriptae sunt pag. 71 et 74, in quibus ex C. Th. lib. II. tit. 4 insunt c. 5 a verbo *consistit* et interpr. eius et c. 6 cum interpr. usque ad v. *solidorum*, sed excid. complura verba, veluti subscr. c. 5. Pag. 65 quoque, 66, 79—82 rescriptae sunt et videntur iis reliquiae Breviarii subesse; insuper pag. 87—90, 95, 96. Praeterea sec. descriptionem illam nonnullae tantum literae de veteri scriptura apparent in p. 65 et 79. Plura de codice dedit *Blume* in libro: *Die Westgothische Antiqua Oder Das Gesezbuch Reccared Des Ersten. Bruchstücke Eines Pariser Palimpsesten.* (s. l.) 1847. 8. 38) *Catalogus Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Regiae.* Tom. III. Parisiis. 1744. fol. p. 589. *Savigny* l. c. T. II. p. 37 not. 2; p. 40 not. 20; p. 48 not. 34; p. 61 not. 60 (ed. I.); p. 42 not. *a*; p. 50 not. *c* (ed. II.). *Haubold* l. c. p. CIII n. 10 et p. 901 not. *c*. *Pertz*, *Monument. Germ. Hist.* Hannover. T. III. fol. 1835. p. XVIII, XXI et p. 7, 8, 11, 129, 146. Tom. IV. 1837. p. 5 et *Archiv.* T. VII. p. 733 sqq. et 755. *Pardessus*, *Loi Salique.* Paris 1843. 4. p. X sq. n. III., p. 1 sq., 35, 67, 160, 225, 328 sq., 344 sq., 405, 422 sqq., 603, 652, 686, 717. *G. Waitz*, *das alte Recht der Salischen Franken.* Kiel 1846. 8. p. 1 sqq., 217 sqq. 39) *Stephanus Baluzius* enim haec adscripsit: *Codex iste in bibliothecam* | *Colbertinam delatus est e Gallia Narbonnensi anno* | *MDCLXXXII* | *Steph. Baluzius.* Colbertinum fuisse, scutum illius bibliothecae docet, quod corio russo tegulis codicis superinducto impressum est. Sec. *Hauboldum* est Colbertinus 243. *) Aliter ap. *Pertz*. l. c. p. 734: „*fol.* 194 *Bild des Lodhanri rex dux alamannorum, der* 33 *episcopi*, 33 *duces*, 72 *comites.*“ 40) Veluti *nōn. id̄. kal̄. Dat̄.*; mensium nomina; *Impr̄. Intp̄. p̄po. p̄pu. qd̄. p. p. p̄. nr̄is. nr̄a. nr̄i. vv̄. cc̄. ē. eē. d̄* (dixit). *dn̄o. dn̄i. dn̄m. ddn̄n. aūg. dō. dī. int. ppt. pt̄. sem̄. scm̄. ep̄la. qm̄. qnm̄. b;* 41) Locum iam exscripsit *Pardessus* l. c. p. XI. *) Haec vv. minio picta sunt. **) *Pardessus* l. c. legit: *Th. iuniore nov. — et Gratiani ubi — volumine continetur* etc. 42) Propter vv. *domino nostro Karolo imperatore* et Capitulum a. 803, quod in extremo codice est, *Pardessus* codicem adhuc regnante Karolo Magno scriptum esse dicit. 43) *Catalogus Codd. Man. Bibl. Reg.* T. III. p. 589. *Haubold* l. c. p. CIII n. 11. 44) Etenim saeculo XIV. in folio primo haec adnotata sunt: *In hoc*

4890, ex 27 quaternionibus constat sive ex 241[45]) membranis in formam quadri plicatis, crassis quidem, sed laevibus. Verum 25 membranae, nimirum 1—16, 25—33, quae titulorum indicem cum explanatione continent, ex aliis codicibus sumtae sunt. Involucrum tectum est corio fusco et ornatum auro scutoque regio. Lineis graphio ductis earumque distributione, compendiis verborum, interpungendi signis, orthographia codex cum antecedente congruit, nisi quod 27 tantum lineas in quaque pagina habet et inter compendia sive interpunctiones semicolon, quod dicitur. Praeterea solum Breviarium complectitur Commonitorio titulorumque indice instructum et ultimis saeculi IX. lustris nitidissime scriptum. In aversa folii 238 et in adversa folii 239 pagina librarius tres formulas antiquas Breviario addidit. Literae minusculae sunt, sed lapidariae in praescriptione Commonitorii „✠ *In Hoc Corpore Continētur Leges Sive Spe* | *cies Iuris De Teodosiano Vel De Diversis Libris* | *Aelectae Vel Sicut Preceptum Est Explanate· An* | *no XXII· Regnante Domnö Alarico Rege. Ordinante* | *Viro Inlustr E Goiarico Comit E: Exemplar Auc* | *toritatis*“*), unciales in formulis, quibus libri vel introducuntur vel terminantur, in titulorum rubricis et in verbis *Impr* et *Intpr*., eiusdem formae prima quaeque singularum constitutionum litera est. Succus, quo literae minusculae pictae sunt, vetustate gilvus factus est; reliquae vero literae plerumque ex minio constant et ubique fere suum colorem conservarunt. Ceterum nonnunquam alius videtur librarii vices egisse**). Tres esse in hoc codice titulorum indices, quorum primus et tertius explanationem titulorum comprehendit, non mirum est, si quidem primus et tertius ex aliis codicibus in hunc translati sunt. *Interpretatio* saepe *Imperatio* appellatur, in Pauli potissimum libris. Offendi etiam aliquando in praenomine Gaii, *Titi*, quod ortum esse ex falsa contractione verbi *tituli* perspexi ex aliis rubricis, quae similem errorem continent[46]). Terminatur codex verbo *convenit**) interpretationis tit. I. Cod. Hermog. de Cauta et non numerata pecunia et videtur reliqua pars Breviarii abfuisse a codice, ex quo hic ductus est. A Bouchardo Gaium et Paulum ex Sorbonnensi, neque vero ex hoc codice divulgatos esse, infra demonstrabo.

6) Codex Vaticanus Reginae Sueciae 1128[47]), olim *Alexandri Petavii*[48]), tum Reginae 377 et propter Ulpiani fragmenta, quae insunt, maxime memorabilis, involucro tectus est rubro et decoratus scuto reginae aureisque ornamentis. Constat liber ex 271 membranis crassis ac laevigatis et maioris quidem formae, sed tamen in formam quadri plicatis. Iis comprehenduntur fol. 1—190 col. *b* v. 8 Breviarium Alarici, integrum quidem, sed sine Commonitorio. Ex contrario auctum est c. 2 C. Th. Qui bonis (IV, 20) et interdum glossis usque ad septimum titulum libri secundi Cod. Th.; fol. 190ᵇ col. *b* v. 9—202ᵇ col. *b* v. 7 Tituli Ex Corpore Ulpiani; fol. 203ᵃ—211ᵇ col. *a* Notae iuris (col. *b* vacat); fol. 212ᵃ—232ᵇ col. *b* v. 21 Lex Burgundionum; fol. 233ᵃ col. *a* — 242ᵃ col. *a* v. 6 Lex Ripuariorum; fol. 242ᵃ col. *a* v. 7 — 257ᵃ col. *a* Lex Salica; fol. 257ᵇ col. *a* — 271ᵇ Lex Alamannorum. Ut antecedentes codices, ita hic in Gallia scriptus est, saeculo X., et nitide quidem, etsi nonnunquam vacillantibus literis. Usus est librarius minusculis, sed uncialibus et minio, sicubi rubricae et literae initiales ponendae erant[49]). Pulchris denique et capitalibus literis, modo atro, modo rubro succo pictis, excellunt verba in fronte libri scripta: „*Incipi* | *unt**) *Ca* | *pitula* | *Legis* | *Roma* | *nae: Libri* | *Theod* | *Num XVI* |“ et praeterea „*Incipit* | *Lex Ro* | *mana* | *Theo* | *dosii* | *Augus* | *ti Libri* |

*voluiē ecclē beatissimi hilarii maior̄* | *pictaven cōtinētur libri legū sequētes* $^{o}_{p}$ | *in sexdecim libris leges Theodosii imperator̄* | *cū suis interp̄taconi* | *b;. sc̄do IIII^or libri legū* | *novellar. a IIII^or Imperatorib; s. theodosio* | *valētiniano martiano maioriano et severo* | *editar terc̄o liber legū titi gay in* $^{o}_{q}$ | *hētur de liberis et servis — Quarto liber Iuli Pauli* | *sententiar. receptar. q'n; lib^os* | *continens novissiē ibi cōtinē'. leges* | *gregoriane . . R. de F.*

45) Numerantur quidem 239, verum duo folia eundem numerum habent, nimirum 43, et iterum duo folia numerum 52. *) Sequitur: *Commonitorium timotheo viro spectabili comiti. Utilitates* etc. **) v. c. fol. 34—51. 46) v. c. p. 62 *Titus de Commissoria Rescindenda.* Etiam in Vat. cod. 1128 et Reg. Par. 4408 Gaius vocatur Titus, sed simili errore. Cf. *Zirardini*, *Imperatorum Theodosii iun. et Valentiniani III. Novellae Leges.* Faventiae 1766. 8. p. 428 not. *G. Stieber* ap. *Haubold.* l. c. p. CIV. *Ad. Schilling*, *Bemerkungen über römische Rechtsgeschichte.* Leipzig 1829. 8. p. 426. *) Cod. 30 sive Reg. Paris. 4410 eodem modo terminatur. 47) *Montfaucon* l. c. T. I. p. 22 et 93. *Amadutius* l. c. p. XLV not. 102 et p. 134. *Zirardini* l. c. p. 408 et 426. *Savigny* in *Hugonis Civilist. Magaz.* T. IV. p. 359 sqq. *G. E. Heimbach*, *über Ulpians Fragmente.* Leipzig 1834. 8. *Haubold* l. c. p. CXXII n. 43. *Pertz*, *Archiv.* T. V. p. 205 sq., 209, 220. *Pardessus* l. c. p. LVI sq. n. LIII. Propter Ulpianum et c. 2 C. Th. Qui bonis (IV, 20) codex annumerari potest sequenti classi B., verum quum Ulpianus non sit de libris, ex quibus Visigothi hauserint et c. 2 fortuito et seorsum interposita sit, recte a me codicem cum iis consociatum esse arbitror, quibus simillimus est. 48) Fol. 1ᵃ: *Alexander Pauli filius Petavius Senator Parisiensis anno* 1647. Addideritne *Petavius* in charta interiecta indicem eorum, quae insunt in codice, nescio. *Pardessus* non dubitat, quin *Petavius* adiecerit. 49) In inscriptionibus quoque et in subscriptionibus fere constanter uncialibus literis scripta sunt verba *Impp. AA. PPo. Dat. Kl. Id. Coss.* *) Litera *I* verbi *Incipiunt* artificiose delineata trans totam marginem primae paginae descendit.

*Nume* | *ro XVI.*" Bina versuum serie sive linearum, orthographia, interpunctionibus, compendiis cum superiore codice concinit. Lineae 35 in quaque pagina ductae sunt. Gaius in duos libros divisus est; Codici Theodosiano adhaeret c. 2 C. Th. Qui bonis (IV, 20). *Tilium* hoc codice usum esse, alio loco exposui[50].

7) Codex bibliothecae Sereniss. Ducis Coburgo-Gothani form. mai. 84[51]), olim S. Martini ecclesiae Moguntinensis[52]) *D. V.*, membranaceus, formae maioris, sed quadratae, ex 413 foliis constat, quorum duo uno eodemque numero, 331, signata sunt, et alia duo, 175 et 176, facta ex una membrana, quae dissecta est. Verum non omnia membranae appellari possunt, quum 17 chartae[53]) recentiore tempore interiectae sint, sicubi membranae exciderant. Complectitur codex corpus quasi legum Germanicarum, nimirum fol. 1—146 Capitula ab Ansegiso et Benedicto Levita collecta una cum Capitulari Triburiensi; fol. 147 Seriem imperatorum; fol. 149—157 Legem Salicam; fol. 157—164 Legem Ribuariam; fol. 165—194 Leges Langobardorum; fol. 195—201 Legem Alamannorum; fol. 201—213 Legem Baiuvariorum; fol. 213—223 *Leges Domni Karoli praestantissimi Imperatoris. Continet Capitularia VI quorum primo haec praemittuntur. Incipiunt Capitula Legis Salicae, quas constituit Dominus Karolus Imperator;* fol. 224—337 Breviarium Alarici usque ad v. *proprio* tit. II. Cod. Herm.; fol. 338—375 Leges Rotharis, Luitprandi, Ratchis, Ahistulfi; fol. 375 —413 Capitula Hludovici, Chlotarii, Hludovici II. imp. et multa alia regum et episcoporum Galliae, de quibus consulatur *Pertz*. Membranae crassae sunt, laeves et plerumque albae, lineae graphio ductae, 39 in quaque pagina eodemque modo distributae, quo sunt in codicibus Reg. Par. 4404 et 4405. Quum unus quaternio exciderit post fol. 241, mancus est Codex Theodosianus[54]). Praeterea deest Commonitorium. Scripsisse librarium literis minusculis, magis tenuibus quam pinguibus, sed venustis, cognoscitur ex imagine, quam *Ritter* in praefatione Codicis Theodosiani aeri incisam exhibuit, etsi male incisa est; adde, multas res vacillantibus literis scriptas esse, neque ubique iisdem, nam eodem loco, quo post quaternionem XVIII. novi quaternionum numeri coepti sunt poni, convertitur scriptura in gracilem arcteque contractam, succus quoque gilvior est, quam in antecedentibus membranis, ut, qui codicem a duobus librariis compositum esse affirmet, recte videatur dixisse. Tituli, quorum numeros librarius saepe in margine membranarum adnotavit, minio picti sunt, similiter voces *Interpret.*, *Imp.*, *Id.*, *Alia*, et in posterioribus potissimum Breviarii libris initiales, quae dicuntur constitutionum et interpretationum literae. Pauli Sententiae prae reliquis libris nitore excellunt. Compendia crebro deprehenduntur, inprimis in praepositionibus, pronominibus relativis et verborum ultima syllaba, neque vero his rebus codex cum aliis eadem aetate in Gallia scriptis discrepat. Idem dicendum est de orthographia, in qua observanda librarius sibi constitit. Saepe exclamandi signum et semicolon posuit. Scriptum esse codicem Gothanum extra Italiam et in Gallia quidem*), ex literarum forma apparet; ex eadem cognoscitur, librarium saeculo X. vixisse[55]). Posterior manus interposuit glossas inter versus; alia correxit errores. Codice usi sunt ad emendandos veteris iuris libros *Eccard*, *Ritter*[56]), Lipsiensis editor Iurisprudentiae Anteiustinianeae[57]), *Haubold*, *Pertz*, alii. Mihi denique librum *Iacobs*, vir perillustris, Lipsiam benevolenter misit anno 1836, ut ex eo scripturas diversas Codicis Theodosiani Novellarumque domi colligerem. Ibi inveni §. 2 Pauli de Iudiciis (I, 12), quae deest in omnibus reliquis Breviarii codicibus praeterquam in codicibus 22, 26, 31.

8) Codex bibliothecae Publicae Basileensis C. III. 1.[58]), olim *Bonifacii Amerbachii*, chartaceus, saeculi XVI. et formae maximae, diversas Breviarii reliquias e diversis codicibus transscriptas continet, etsi plagulae 1—11, 21—28,

50) In *Praef. Codicis Theodosiani* p. XXVII. Infra quoque id exponam. 51) *Ern. Sal. Cyprian*, *Catalogus Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Gothanae.* Lipsiae 1714. p. 12—17. *Eccard*, *Leges Francorum Salic.* Francof. 1720. Praef. p. 4. *Ritter* in *Praefat. Codicis Theodosiani.* T. II. p. XII sqq. *Haubold* l. c. p. CXXIX n. 54. *Pertz*, *Monumenta.* T. III. p. XXVIII sq. et p. 53, 67, 69, 81, 82, 113, 114, 131, 232, 248, 266, 268, 331, 355, 395; *Archiv.* T. VII. p. 751, 758, 764, 779. *Pardessus* l. c. p. XLIII n. XL et p. 321 sqq. *Türk*, *Forschungen.* Rostock und Schwerin 1830. III. Heft. S. 149. 52) In folio enim I. haec scripta sunt: *Iste liber pertinet ad librariam S. Martini ecclesiae Moguntinensis M. Sindicus sp.* 1479. Vid. quae dixi in Praef. Cod. Theod. p. XXVII not. 157 et infra dicam de *Sichardi* editione. 53) Veluti fol. 168, 185—192 (ubi fol. 184 signum quatern. V. fert, fol. 197 quat. VII.), fol. 242—249. 54) Cf. C. Th. III, 7, 2 not. *d.* *) In Italia putat *Ritter* l. c. 55) Saeculum ambigitur inter doctos; *Ritter* codicem intra a. 806—810 scriptum esse dicit, *Eccard* a. 961, *Haubold* saec. IX., *Pertz* saec. XI. 56) Saepe *Ritter* falsas notavit lectiones codicis. 57) Verum ab omnibus, quae vidi, exemplis scripturae codicis Gothani absunt. Etiam aliis rebus exempla huius editionis inter se differunt. Cf. *Hugo*, *Index editionum Pauli Sent. Rec. adiectus.* Berolini 1795. 8. n. 59 p. 201 sq. *Stieber* l. c. p. CXXX not. * scribit, testante *Hauboldo* in *Instit. Liter.* p. 240 adesse codicis Gothani scripturas. *Haubold*, qui titulum editionis Lipsiensis exscripsit, de Gothano codice ipse nihil dicit. 58) *Andr. Guil. Cramer*, *Hauschronik.* 1822. 8. p. 156—166. *Haubold* l. c. p. CXXIV n. 46.

47ª v. 9 sqq., 48, 49, quae literis Φ, X signatae sunt, et 240—249 scriptura vacant. Reliqua folia haec comprehendunt: a) 12—20 sive *A—I* Codicis Theodosiani partem usque ad finem tituli de His, qui potent. nom. (II, 14). Praemissa est Novella de Theodosiani Codicis Auctoritate, sed desunt Commonitorium et index titulorum. Omnia, a *Cochlaeo* videtur, accurate scripta sunt et mirum in modum cum Sichardi lectionibus conveniunt, praeterquam quod constitutiones a prima deinceps numerantur usque ad XXXVI; b) fol. 29—33ª v. 15, literis *α—ε* a reliquis distincta, Epitomen ab *Aegidio* divulgatam, verum mutilam et aliis literis scriptam quam antecedens fragmentum. Desunt enim praeter Commonitorium et titulorum indicem omnia post tit. C. Th. Famil. Herc. (II, 24); c) fol. 33ª v. 16—47ª v. 8, literis *ε—υ* signata et ab eadem manu expleta, quae Epitomen scripsit, Codicem Theodosianum usque ad c. 1 eiusdem tituli. Absunt indices titulorum, Commonitorium, verba et, nisi qua constitutio tituli prima est, inscriptiones legum. Magnopere hae reliquiae Breviarii consonant cum Bernensi codice; d) fol. 50—239 cum numeris 1—190 Breviarium Alarici inde a titulo C. Th. Comm. divid. (II, 25), ab eodem librario scriptum et inscriptionibus atque subscriptionibus constitutionum instructum. Verum multos eius locos correxit *Amerbach*, alia, quae invenerat in diversis codicibus, modo inter versus, modo in margine chartarum adnotavit et distinxit verbis *Aliud Exemplar* sive *A. E.* Praeterea supplevit fol. 182 v. 14—186 v. 14, adiecit titulum Gaii de Substitutionibus addiditque ad §. 2 tit. Pauli de Abactor. (V, 20) memorabilem illam notam: *Collatū cum argentinens.* | *Hactenus Morbacen* | *se quod deinceps* | *mutilum et* | *mancū* | et paulo post: *Reliqua ex ar* | *gentinens. Notae* | *in Margin. sunt* | *exemp. Moguntin.* et alteram sub §. 2 cit.: „*Mogunt. sic h. l. si ea pecora de quibus quis litigat abegerit ad forum non mittendus est atq; ita convictus erit in duplum vel triplum furis more damnandus*," ex quibus manifestum est, unde hoc apographum sumtum sit aut locupletatum. Breviarii libros antecedit index titulorum, ut apud *Sichardum*. Gaii duo libri sunt. Habet etiam codex post interpretationem Nov. Val. de Homicidio casu facto alteram interpretationem de Homicidio voluntario ex Lege Romana Burgundionum sumtam, denique Novella Maioriani de Episcopali iudicio in hoc solo Breviarii codice integra est. Quas ob causas non dubito, quin, praeter Epitomen *Aegidii*, codex ex iisdem libris manuscriptis originem ducat, quos *Sichardus* ad editionem suam adhibuit, ex Argentinensi igitur codice, Morbacensi et Moguntinensi, ostendat igitur, quomodo *Sichardus* rem suam egerit. Utrum *Gothofredus*, qui[59]) solam sive nudam interpretationem c. 1 et 2 C. Th. de Dilat. (II, 7) in codice *Basil.* s. *Basil. Sichardi* exstare dixit, hunc inspexerit, an male interpretatus sit, quae *Sichardus* ad easdem constitutiones adnotavit, incertum est.

9) Codex Regius Parisiensis Suppl. Lat. 398, 399ᴮ[60]), olim Sorbonnensis 335 et 336, in duo volumina divisus est et multis antiquis numeris insignitus. Appellatur enim in tergo prioris voluminis LXI. 399 *N* subiecto numero 421, in tergo secundi *B. R.* 398 LX., 416, 398 et in utroque 2871 *Blaise*, ut mittam scutum aliquod mihi ignotum et reliqua insignia, quae Sorbonnensis atque Nationalis, quae dicebatur, bibliothecae praepositi libris eorum curae commissis imprimere solebant. Primum volumen constat ex 196, alterum ex 130 membranis, quae tenues, perpolitae, laeves et in formam quadri plicatae sunt. Hoc continetur Codex Theodosianus, altero reliqua Breviarii pars, excepto Papiniani fragmento. Quid contineatur, librarius dixit in fol. 7ª voluminis I. sive 398: *In hoc volumine conti* | *nentur opera sequentia* | *Theodosii imperatoris clarissimi leges non mutilae quidem aut* | *mance quales vulgo feruntur aut impressae sunt* | *Novellae Divi Valentiniani aug. Maioriani et Severi cum Theodosianis* | *Liber Legum Titi Gaii* | *Liber Iulii Pauli Sententiarum Receptarum* | *Liber Gregorianus* | *Liber Hermogenianus* | *Que omnia ex vetustissimo archetypo deprompta sūt studiose* | *quidem et integerrime elaborata.* Et recte quidem omnia studiose et integerrime elaborata esse affirmat, quum haec volumina splendidissimi alicuius et magno sumtu elaborati libri speciem prae se ferant. Etenim literae venustae sunt et diverso modo ornatae, inprimis literae initiales aliis locis alio colore pictae, ubique vero in altum deductae. Saepe quoque ad eas effingendas aurum sive argentum adhibitum est et ita quidem, ut aut caeruleo vel purpureo vel fusco colori impressum sit, aut decoratum hoc et illo colore. Eadem industria impensa est in titulorum rubra, nomina propria et in formulas singulis libris praemissas vel subiunctas. Quae quo tempore facta sint, dubitari potest. Scripsit quidem, nescio quis, in aversa folii 3 voluminis primi et folii 1 voluminis secundi pagina, librum esse saeculi

59) Cf. infra tit. C. Th. de Dilat. (II, 7) not. *a*, p. 42. 60) *Haubold* l. c. p. CXIV n. 32.

XIV.: „*Ce beau M. S. du* 14. *siècle Contient la suite des Novelles de l'Empereur Theodose et d'autres Iurisconsultes* et *Ce beau Ms. du* 14. *siècle contient les nouvelles de Theodose.*" At hoc falsum esse, ex compluribus rebus perspicitur, primum ex forma literarum, quae recentior est eique similis, quam curialem appellant, deinde ex iis, quae in fol. 7 inveniri supra dixi. Verba enim *impressae sunt* librum scriptum esse demonstrant, postquam arte typographica Codex Theodosianus divulgatus est, quod saeculo XVI. factum esse scimus. Itaque huius saeculi editionem aliquam intelligamus necesse est. Quum codex Breviarium complectatur, verbo *mance Tilii* editio C. Th. intelligi non potest. Neque scriptor *Sichardi* librum, quocum codex amplitudine convenit, videtur in mente habuisse. Quid? quod inutilem laborem post annum 1528 impendisset in scribendum Breviarium. Praeterea, quum *Sichardi* editione Codicis Theodosiani locupletior ante *Tilium* nulla exstiterit, impressum aliquem librum significarit necesse est, qui Codicis Theodosiani constitutiones mancas et in compendium contractas comprehenderit. Et is quidem *Aegidii* liber est; quare codicem intra ann. 1517 et 1528 scriptum eundemque esse arbitror, ex cuius altera parte *Bouchardus* Gaium et Paulum divulgavit; nam mirifice concinit *Bouchardi* liber cum hoc Sorbonnensi exemplo. Neque dubium est, unde transscriptum sit. Verba enim fol. 10ª: „*Quae omnia ex vetustissimis archetypis deprompta sunt*" ad codicem Regium Parisiensem 4405 spectant, quocum orthographia, mendis[61]), lacunis et rebus, quas complectitur Sorbonnensis, omnino concordat. *Bouchardum* autem codice 4405 usum esse, non Sorbonnensi, propterea nego, quia, si quando huius librarius erravit, idem error in *Bouchardi* libro est. Superest, ut moneam, volumen, quod materia alterum est, falso primum appellari, nimirum 398, et quod materia primum est, secundum sive 399; denique vero id, quod Novellas continet, minus eleganter scriptum esse. Super tabulas voluminum corium russum ductum est. Lineas librarius stilo duxit, non ultra 29 in quaque pagina. Collegi lectiones codicis anno 1822.

10) Codex bibliothecae municipalis Lugdunensis[62]) n. 303 constat ex 129 membranis, quarum priores 125[63]) Breviarium Alarici comprehendunt, reliquae quatuor Legis Salicae principium. Illud ultimis noni aut primis decimi[64]) saeculi lustris in Gallia scriptum est, hoc undecimo saeculo. Verum olim multo plures fuerunt membranae, nam prior pars Codicis Theodosiani deest usque ad expositionem c. 1 et 2 C. Th. de Repudiis (III, 16), deest etiam Gaius et quidquid post verba *gratia in fundo* §. 28 tit. Pauli de Usufructu (III, 9) in compendium Alarici receptum est, lex Salica autem non ultra verba *aut lassaverit occiderit et celaverit detis dm̄* §. 4 tit. XXXV. de Venationibus servata est[65]), denique de quaternionibus, qui remanserunt, singula folia hic et illic ablata sunt[66]). Et graviter quidem doleo hanc iacturam, quum codex non ob unam tantum causam maximi habendus sit. Fuit enim splendidum integri Breviarii exemplum, quod nitore literarum excellebat et marginis latitudine[67]). Praeterea in Codice Theodosiano et in Novellis glossas habet et expositiones, magna pro tempore, quo auctor earum vixit, veterum librorum scientia scriptas et ab omnibus, quas vidimus atque collegimus, miro modo diversas, quae si integrae essent, historiam Breviarii Alarici librorumque, ex quibus compositum est, sine dubio illustrarent. Verum non solum membranae ablatae sunt, sed

61) Plura de hac re et de codice, quo usus sit *Bouchardus*, infra dabo, ubi de *Bouchardi* libro disseram. 62) *Frid. Delandine*, *Manuscrits de la Bibliothèque de Lyon.* T. I. (Paris 1812. 8.) p. 261. *Mss. Latinorum num.* 303 codicem appellavit: „*Constitutiones et Novellae Imperatorum*" et addidit: „*Ce Ms. antique et précieux, quoique altéré à la fin et au commencement, et rongé sur les marges, est sur vélin avec les rubriques en rouge. L'écriture à longues lignes date de l'an* 850 *environ. Une note manuscrite attribue cet ouvrage à Isidore Mercator, qui vivoit dans le VIII. siècle; mais celui-ci ne recueillit que les décrétales des Papes, et il ne parait pas, qu'il ait fait un autre recueil pour les constitutions impériales. Ce Ms. paroit venir de l'ancienne Bibliothèque de l'Isle de Barbe.*" *Haenel* in libris sqq.: a) *Thémis ou Bibliothèque du Iuriscons.* T. VIII. (Paris 1826. 8.) p. 213, ubi vero, quae dixit de codicibus iuris, quos Gallia possidet, operariorum desidia depravata sunt; b) *Hauboldi Opp.* citt. T. II. p. XCIX et 899 sq. not. *b*; c) *Zeitschrift f. geschichtl. Rechtswissensch.* T. VIII. (Berlin 1835.) p. 361—367. *Car. Witte*, *de Guilelmi Malmesburiensis codice.* Vratislav. 1831. p. 24 not. 78, qui codicem a se collatum esse dicit. *Pertz*, *Archiv* cit. T. VII. p. 749. *Zehner*, *Archives historiques et statistiques du département du Rhône.* T. X. p. 32 sq. *Pardessus*, *Loi Salique.* Paris 1843. 4. p. XXXVIII sq. n. XXXIII. Contuli hunc cod. anno huius saec. XXIII. 63) Fol. 1—80 quidem Codicem Theodosianum, fol. 81—105 Novellas, fol. 106—125 Paulum. 64) *Pardessus* l. c. „*du X., peut-être même du commencement du XI. siècle.*" 65) *Pardessus* l. c. „*Quant à la loi Salique — le manuscrit, très mutilé, ne contient de l'index, que les cinquante — sept premières rubriques dans l'ordre et la rédaction de la Lex emendata. Le texte sans prologue ni épilogue, commence par De mannire, et finit au cinquième(?) paragraphe du titre XXXV.*" 66) v. g. post fol. 17, 73, 78, 81, 94, 105. Cf. C. Th. IV, 18, 2; XII, 1, 2; infra p. 255 in f.; Nov. Th. tit. IV.; Nov. Val. tit. X.; Nov. Severi tit. I. Fol. 93 et 94 transposita sunt. Vid. infr. p. 283 not. *a*. 67) Rubricis quoque pingendis magnum spatium librarius concessit, et versus ita distant, ut in singulis paginis, etsi membranae peramplae sint, non ultra XXXVI, nonnunquam XXXIV tantum, raro XXXVII aut XXXVIII inveniantur. Membranae laevigatae sunt; iis vetustas temporis gilvum colorem induxit.

superstitum quoque incolumitati nequitia hominum et temporis vetustas obfuit. Complures enim margines membranarum nescio quis abscidit, alias humor ita corrupit, ut in Pauli Sententiis multa verba perierint. Num, quod *Delandine* putat, codex olim fuerit in Bibliotheca Insulae S. Barbarae, incertum est[68]). Ceterum librarius non ultra 37 lineas in quaque pagina graphio duxit. Literis usus est minusculis arcteque inter se iunctis, uncialibus in titulorum rubricis, aut ubi verba *Lex*, *Imppp.* sive literae initiales ponendae erant; altis et nonnunquam lapidariis in formulis initio vel in fine librorum positis. Verba discrevit punctis, nonnunquam signis interrogandi. Extremis legibus earumque interpretationibus interdum subiunxit semicolon. Succus ab eo adhibitus palluit.

11) Codex Ecclesiae Cathedralis Eporediensis[69]), membranaceus, saeculi IX. sive X., duplici versuum genere scriptus, ab *Amedeo Peyrono*, viro perillustri, anno 1843 detectus est. Priores quaterniones, quibus Codex Theodosianus usque ad verba „*repetitionis in reliquum*" c. 4 C. Th. de Contrah. emt. (III, 1) continebatur, amisit, et ultimam quoque Breviarii partem, quum terminetur verbis Pauli: „*placuit pertinere qui manumissi sunt*" §. 16 tit. de Fideicomm. (IV, 1). Gaius in duos libros divisus est. Adiecit summaria et adnotationes in margine membranarum partim coaeva manus, partim recentior. Venerunt haec in notitiam meam benevolentia *Vesmii*, qui cum doctrina, qua pollet, fere singularem humanitatem coniungit.

## B.
## CODICES QUI VETERIS IURIS ROMANI RELIQUIIS AUCTI SUNT.
### 1. *In Appendicibus.*[70])

12) Cod. Reg. Par. 4403[71]), olim *Cl. Puteani*[72]), tum Regius $\frac{1165}{5182}$, ex 209 membranis in formam quadri plicatis constat. Scriptus est in Gallia meridionali*) et ex sententia *Fratrum Congregationis S. Mauri* saeculo VIII., ex *Koppii* autem opinione saeculo IX.[73]) Mixtae sunt literae e minuscularum et uncialium genere, nonnunquam etiam cursivarum. Lineae graphio ductae sunt, 28 in quaque pagina. Succus ad scribendum adhibitus vetustate palluit et interdum evanuit. Ubi membranam penetravit, in aversa pagina nihil scriptum est. Laceratas membranas recentioris aetatis homo consuit. Compendia crebro inveniuntur, neque vero insolita; interpungendi usum videtur librarius ignorasse, nam puncta posuit, utcunque libuit. Orthographiae hoc proprium est, quod saepe *u* pro *o*, *o* pro *u*, *ae* pro *e*, *b* pro *u* et e diverso *u* pro *b*, *g* pro *c*, *y* pro *i*, *e* pro *i* ponitur et nonnunquam adhibetur litera *h*, ubi vulgo omittitur[74]). Nonnullarum membranarum ordo a bibliopega turbatus est; duae desiderantur initio codicis, aliae extremo libro, qui terminatur vv. „*Lege Iulia decretum est*" interpretationis §. 2 Pauli ad L. Iul. de Vi publ. et priv. (V, 28).[75]) Desunt etiam nonnullae posterio-

68) *Pericaud*, vir doctissimus et hoc tempore Bibliothecae praefectus, literis IV. Kal. Aug. a. 1846 ad me humanissime scriptis codicem inter libros bibliothecae S. Barbarae, quam protestantes, qui dicuntur, a. 1562 destruxerint, fuisse negat. 69) *Am. Peyron*, *Notizia dell' Archivio del Rev. Capitolo d'Ivrea.* Torino 1843. *Haenel*, *XVIII Constitutiones, quas Iacobus Sirmondus — divulgavit.* Bonnae 1844. p. 411 sqq. not. 13. *Car. Baudi a Vesme*, *Edicta Regum Langobardorum.* Augustae Taurinorum 1846. fol. p. II. *Pertz*, *Archiv.* T. IX. p. 617.

70) Huc non pertinent codices, quibus fortuito aliquid adiectum est, veluti Phillipps. 1735. Codex 4419 Appendicem quidem habet, verum quum complectatur Epitomen Breviarii, neque ipsum Breviarium, hoc loco non poterat commemorari. Cf. infr. cod. 62. 71) *Catalogus Codd. Manuscr. Bibl. Reg.* T. III. p. 588. *Nouveau Traité de Diplomat.* T. III. p. 76, 172, 227. *Savigny* l. c. T. II. p. 27 sq., p. 61 not. 60 (ed. I.), T. II. p. 28 (ed. II.). *Haubold*, *Praetermissorum in primis ad Breviarium Alaricianum pertinentium e codicibus a Gustavo Haenelio collatis Promulsis I.* Lips. 1822. 4. p. 7—9; *Opusc.* T. II. p. 901—905 et *Stieber* l. c. p. CII n. 7. *Haubold* edidit in lapide pictam imaginem scripturae codicis, quam delineaveram. Errore *Haubold* 207 folia esse dicit. Numerata sunt 208 folia, verum quum unum folium, 87, bis eundem numerum habeat, revera 209 sunt. 72) Cf. *Haubold* l. c. p. 905 not. *i.* *) *Haubold*, auctores libri *Nouveau Traité* p. 77 secutus, codicem aut in Italia aut in Gallia meridionali scriptum esse putat. 73) *Haubold*, *Promuls.* p. 8 et *Opusc.* p. 903 et p. 904 not. *ee.* Errore typ. ap. *Stieber.* saec. X. dicitur scriptus esse. 74) v. c. morat*u*ria, neg*u*ciis, pr*u*mpta, int*u*lerandi, c*u*mpulsor, conses*t*urio, inc*u*etur, fri*u*ulum, expl*u*sis, ins*u*lenter, n*u*scuntur, c*u*pia, f*u*rtuna, p*u*llicitatio, praet*u*rio, te*u*doro, p*o*tare, conp*o*tare, peric*o*lo, coric*o*la, cons*o*le, incol*o*mi, *ae*gisse, *ae*licti, s*ae*natus, san*ae*, *ae*ventus, *ae*docti, *ae*ciam, *ae*pist*u*la, *ae*dictum, *ae*xigere, *ae*molumentum, *ae*quitum, fa*b*orem, conni*b*entia, no*v*eletaverit (nobilitaverit), mo*u*ilis, acer*u*ius, mor*u*o, pro*u*o, ple*u*eius, ital*y*e, Ga*y*, Yll*i*rici, consul*y*, L*y*cinio, cet*y*ra, c*y*tra, Iul*y*ano, adh*y*bere, fel*y*citer, f*i*l*y*po, contra*y*, *y*conomus, h*y*s, h*y*, ad*h*ire, *h*ostenditur, *h*ys (pro *is*), extrane*h*is, *h*evidenter, habu*h*erit, fu*h*erit, *h*orantibus, sed*h*is (sedis), *h*ubi, c*h*asu, nec*h*is, *h*origo, ui*h*ennae, nichil*h*osecius, *h*actio, *h*abiditas, *h*ac, *h*onus, cet*hy*ra, proh*y*bentur, *h*ab, *h*equitate, *o*ris, *u*ius, *u*iusmodi, *u*milis, *a*bere, *a*ruspicem, *u*manitas, ex*o*rtacio, ex*a*urit, *aut* (haud), detraere, *o*micidium, ex*a*usta, exe*g*utio, e*g*ecerit, exe*g*ratio, e*g*lesia, pla*g*atarum, ad*e*mat, hab*e*torum, nou*e*, l*e*ceat, intell*e*gat, iur*e*diccio, lic*e*tationibus, susp*e*cio, se*t*, aliu*t*, aliqui*t*, qui*t*, apu*t*, p*o*erierit, capu*d*, reliqui*d*, velu*d*, u*d*, a*d*que, o*b*tio, a*b*tus, o*b*tare, *quo*heredes, *quo*moditas, *quo*adolescere, *quo*dicillos, *c*ondam (quondam), *c*orum (quorum), com*m*inus, tuti*ll*a, queri*ll*a, re*pp*eriatur, o*pp*ortet, tem*pp*eramentum, adpo*ss*uerit, sp*o*so. Saepe invenitur *c* pro *t*, e diverso *t* pro *c*, *e* pro *ae* sive *oe*, *f* pro *ph* (triumfalis, *e*sca*f*e) etc. 75) Quod ad quaternionum signa attinet, conspicitur litera *B* in fol. 14b; exciderunt enim duo folia, 1 et 8, de quibus illud complectebatur Auctoritatem Alarici, hoc ultimorum librorum C. Th. indicem titulorum. Tum librarius quaterniones literis deinceps designavit usque ad folium 153b (154b). Ei enim inscripta est litera *U.* Deinde sequuntur 19 folia sine numeris. Denique numeris romanis quaterniones scribi coepti sunt. Habet enim folium 172b (173b) numerum XXII; fol. 180 (181) num. XXIV; fol. 188 (189) num. XXV; fol. 196 (197) num. XXVI; fol. 204 (205) num. XXVII; ultimi autem quaternionis adsunt tria tantum folia, de quibus duo ad Breviarium pertinent, unum Appendicis partem comprehendit.

rum Codicis Theodosiani librorum leges[76]) et Novellae, utrum casu, an mutato consilio librarii, nescio; saepe quoque subscriptiones legum. Nihilosecius codex multis rebus insignis est; nam non solum appendicem quamquam mutilatam locorum a Breviario alienorum[77]) habet, verum etiam nonnullas ipsius Codicis Theodosiani leges et Pauli sententias, diu quidem cognitas, sed a Breviarii compositoribus reiectas[78]), tum Codicis Theodosiani reliquias[79]), quas *Haubold* literis meis usus anno 1822 divulgavit; denique etiam egregiarum lectionum magnam copiam. Tegumentum codicis factum est ex asseribus. Eis bibliopega corium fuscum induxit, quod auro scutoque regio ornavit. In prima pagina codicis sunt *Excerpta de Libro Scauri*[80]), in quibus agitur de gradibus cognationis; a secunda demum pagina Breviarium coeptum est scribi.

13) Codex Aurelianensis, bibliothecae publicae num. 207, olim bibliothecae *Prousteau*[81]), membranaceus et saeculo X. duplici versuum, quorum lineae 30 in quaque pagina graphio acuto ductae sunt, serie scriptus, ex 174 foliis quadruplicatis constat. Plerosque quaterniones miro modo librarius numeravit, nimirum numeris romanis, ad quos nomina ex literis uncialibus et graecis quidem, interdum etiam ex romanis et graecis composita adiunxit, veluti II *ΤΑΔΕΦΟΝΣΟΥΣ*, BENE V *ΔΙΚΤΟΥΣ*, VII *ΒΕΡΤΕΜΟΥΝΔΟΥΣ*, VIII *ΔΕΟΔΑΤΟΥΣ*. Insunt fol. 1 — fol. 2ᵇ col. *a* Libri ecclesiastici alicuius ultimi tituli; fol. 2 col. *b* — fol. 25ᵇ col. *b* v. 8 *Visio S̄cī Pauli Ap̄li;* fol. 25ᵇ col. *b* v. 9 — fol. 26 *Cōputus Gregor. sive Latinor. de Concordia M̄suū;* fol. 27—97 posterior pars Breviarii a Theodosii Novellis usque ad Papinianum, cui subiuncta est appendix; fol. 98—101 Glossae; fol. 102—174 Breviarii prior pars inde a verbis *Quod si factum* c. 5 C. Th. de Contrah. emt. (III, 1). Ordinem igitur membranarum, quae pumice politae et laeves sunt, turbatum esse apparet. Praeterea codex mancus est, quum hoc et illud folium exciderit. Literarum forma, orthographiae et compendiorum ratione congruit cum codice Reg. Par. 4403. Habet etiam, ut ille, appendicem et alios*) veteris iuris locos, qui a Breviario absunt, quamquam non eos, quos ex Regio illo codice erui. E contrario appendix integra est et videtur codex partim propter res, quas comprehendit, partim propter diversam diversis locis literarum formam, partim denique propter glossarum, quas habet, varietatem a pluribus librariis, non ab uno scriptus esse aut compositus ex diversorum codicum reliquiis. Quin eo *Gothofredus* usus sit, non dubito[82]). Contuli hunc codicem cum editis anno 1822.

14) Codex Montispessulanus, in Academiae Medicae bibliotheca H. 84[83]), olim monasterii Colticensis[84]), tum *Buherianus*, saeculo IX. scriptus, ex 141 membranis in formam quadri plicatis et vetustate gilvis atque rugosis, partim etiam in margine mucore corruptis constat[85]). Iis praefixa sunt duo folia, subiunctum unum folium, quod scriptura vacat; neque vero haec tria folia ad codicem pertinent. Lineae graphio ductae sunt, 38 in quaque pagina. Literae minuscularum formam habent, sed uncialium, sicubi rubricae minio pingendae erant. Saepe unciales et semiunciales minusculis admixtae sunt. Compendiis, signis interpungendi, orthographia codex cum libris saeculo IX. in Gallia scriptis congruit. *Buherius* tegumentum obduxit holoserico[86]). In prima folii secundi codici praefixi pagina haec scripta sunt a recenti manu: *Codicis Theodosiani | Libri XVI | Theodosii item Novellae | Ut Et | Valentiniani Marciani | Maio-*

76) Totus fere XII. liber C. Th. abest. 77) Cf. *Savigny* l. c. T. II. p. 28 not. 50 (ed. I.) et not. *h* (ed. II.). 78) Veluti c. 1, 2 C. Th. de Fide cath. (XVI, 1); c. 1, 2 C. Th. de Monachis (XVI, 3); c. 1 C. Th. de His, qui sup. rel. (XVI, 4); c. 3 C. Th. de Haeret. (XVI, 5); c. 1, 2 C. Th. Ne sanctum (XVI, 6); c. 2 C. Th. de Relig. (XVI, 11); §. 1, 3 Pauli de Pactis (I, 1), al. Praeterea hic et illic nonnulli loci interpositi sunt, qui ad Breviarium non pertinent, v. g. post c. 7 C. Th. de Denunt. (II, 4) cap. XV. Ed. Th. (cf. *Haenel*, C. Th. p. 197 not. *q*); post C. Th. locus Isidori de agnatis, et in fine codicis sententia, de qua vid. infr. p. 438 not. *b* ad tit. Pauli V, 28. 79) Cf. C. Th. III, 18, 2; IX, 25, 2; XIV, 7, 2; XVI, 5, 3. 80) An *Pauli*? Vid. infr. p. 463. 81) *Catalogue des livres de la bibl. publique fondée par M. Prousteau — p. Fabre.* Paris et Orléans 1777. 4. *Septier*, *Manuscrits de la Bibliothèque d'Orleans.* Orléans 1820. 8. p. 124 n. 207: „*Codex Theodosianus et alia iuris Romani Opera. 1 vol. in fol.* 304 *pag., bois. Le Code Théodosien et les autres ouvrages contenus dans ce manuscrit sont incomplets. Son écriture du onzième siècle est assez difficile à lire. Il appartenoit à la bibliothèque publique.*“ *Haubold*, *Promulsis* cit. p. 13 sq. *Haenel*, *Thémis ou Bibliothèque du Iurisconsulte.* T. VI. p. 371 et T. VIII. p. 217. *Haubold*, *Opp.* p. 915 et p. XCIX. *) Veluti §. 2 Pauli de Iudiciis (I, 12) et memorabilem locum ad Gai. I, 1: „*unus status est, secundum legem in Theodo | siani Codice constituta, ubi dicit ingenuos testes ad causas alienas debere venire. | Liberti testimonium non habent, quia ingenui non sunt .... Libertorum vero.*“ 82) Cf. *Haenel*, Praef. Codicis Theodosiani p. XXX not. 173. 83) *Haenel*, *Thémis.* T. VIII. p. 214. *Haubold* l. c. p. XCIX n. 3. 84) Quod perspicitur partim ex subscriptione codicis, quam infra communicabo; praeterea fol. 139ᵇ haec adnotata sunt: *Hic Est Lex De Monasterio Colticense Scs.;* tum a manu saec. X.: *Io .. ιore qui est* (?) *Inreginii* (?) *dum nolo anno espo secundum adalfa | rio abba ....* et post haec a recentioris aetatis homine: *Martinus II. Aeduensis Episcopus Anno Christi | DCCC*, quae iterum deleta sunt. 85) Quaterniones numerantur literis *A—R;* ultimus, *S*, ex quinque foliis constat. 86) Holoserico tegumento Buherius libros manu scriptos suos ornavit.

*riani Severiaci* | *Item* | *Pauli Receptarū Sētentiarū* | *Libri V* | *Gaii Institutiones Iuris* | *Tituli Codicis Gregoriani* | et paulo infra, ubi scutum cum insignibus gentis Buherianae pictum est, *Codex Ms. Bibliothecae Buherianae C. I. MDCCXXI;* tum in altera eiusdem membranae pagina duo imperatores rustice picti in solio sedent manuque orbem terrarum tenent; ad eorum pedes liber aliquis explicitus est et verbis CO D T HE. distinctus. Memorabilis est liber non solum propter consonantiam lectionum cum iis, quas Monacensis codex habet, verum etiam propter copiosam appendicem, qua instructus est et veteris iuris loci a Visigothis spreti continentur. Praeterea Gaius non antecedit, sed sequitur Paulum, denique in extremo Breviario dictum est, quo loco et a quo scriptum sit[87]) ..... NO | ............ LUCRU ...... RO | UM INSTE I UT EXEMPLAR MEI HINC CAPE ... OT NEC | ME PUTET HINC AUFERRE POSSE SE ULLO MODO COLTICENSIS NĀQ: | GREGIS IURI CONSTO DEDITUS QUOD SI QUERAT QUIS ME FRA | TRŪ IURI MANCIPAUERIT; IN D̄I NOMEN MARTINUS EP̄S DEDITO | RĒ SCRIPTORĒ UULFINO NOUERIT ATQ. CONATUS· SI ME AD | TEMPTAVERIT SUI FORE EXSECUTORĒ MARTYRĒ GEORGIŪ; | PRECO ET SUPPLECO CŪ GRANDE HUMILITATE ET VERA VES | TRA CARITATE UT QUICŪQ; HUNC VOLUMEN. HIC LEGERIT ORIT | PRO DOMNO MARTINO EP̄O ET PRO ME SUPERIUS NOMINA | TO MINIME SCRIPTORE S̄ED̄M̄ HABERE MERIAT PROTECTOREM | ............... | ............... | FELICITER CONTULI UT POTUI CUM OMNI STUDIO | SI PLACIT EGO FECI SI DISPLICIT SIC VOLVI | ................ | TAMEN ENIM TRES DIGITI SCRIBUNT ET TOTUM CORPUS LABORAT | ............... | ITERUM PRECO ATQ. SUBPLECO UT QUICŪQ; LEGERIT VOLUMEN | HUIUS ORIT PRO SCRIPTORE. SIC X̄P̄M̄ HIC ET IN AETERNŪ HABEAS ADIUTOREM. AMEN....... | Index quidem titulorum adest cum explanatione rubricarum Pauli et Gaii, at Commonitorium deest. Interdum verba correcta sunt, modo a librario aut ab aequali eius, modo a recentioris aetatis homine, qui interpungendi quoque signa, sicubi opus esse ei videbatur, posuit. Breviarium terminatur in prima folii 137 pagina, appendix folio 139; tum sequitur in fol. 140, 141 breve quoddam glossarium, sed vacat scriptura folii 141 aversa pagina. Contuli hunc codicem cum editis anno 1825.

15) Codex Vaticano-Ottobonianus 2225[88]) diversos, quibus diverso tempore insignitus est, numeros prae se fert, et in tergo quidem tegumenti numerum 2225, deinde in adversa adglutinati folii pagina: *cod.* 7 *Otthob.*, *Ex Bibliotheca Serenissimae Reginae num.* 378; tum in prima Breviarii pagina: 378. *Numero* 164. *No.* 1456, qui numerus sub vv. *Numero* 164 positus est, et in infima eiusdem paginae margine: *Volumen CXIV non* | *Petavianum*, denique a dextra horum verborum: *Codex Theodosianus cum Aniani Interpretatione. Cod. Otthob.* 3025. Sed hunc numerum virgula aliquis induxit et correxit 2225. Membranas in formam quadri plicatas esse[89]), quaternionum numeri demonstrant. Constat codex ex 189 membranis, non ex 187, quem numerum aliquis ultimo folio imposuit. Priorum XX quaternionum membranae modo laevigatae et albae sunt, modo rugosae, hispidae et gilvae, et videtur codex propter diversam literarum formam alterna vice in diversis quaternionibus adhibitam a pluribus librariis scriptus esse[90]), quod ex glossis quoque apparet, quae hic adsunt, illic desunt. Vixit librarius saeculo IX. in Gallia. Is lineas duxit non ultra 32 in singulis paginis, et ita distribuit, ut duplicem versuum seriem efficeret. Scribendi artem male calluit et negligenter rem suam egit, quamquam Breviario appendicem eiusdem amplitudinis, quam antecedentis codicis appendix est, et Gaio titulum *De Substitutionibus Et De Faciendis Secundis Tabulis* addidit. Usus est ad scribendum literis minusculis, quas interdum commutavit cum literis, quibus instrumenta publica antiquitus scripserunt; nonnullis locis semiunciales admiscuit[91]). Ubi rubricae pingendae erant aut formulae libris praemittendae aut subiungendae, posuit unciales vel lapidarias. De interpungendi signis, verborum compendiis, orthographia non est quod exponam, neque enim codex a reliquis libris iuris saeculo IX. in Gallia scriptis differt. Priores quaterniones interierunt, quo factum est, ut desint Commonitorium, index titulorum et primi Codicis Theodosiani libri tit. 1—5. Appendix complet fol. 187—189$^{b}$. Eam subsequitur index regum Francorum a Theodorico rege usque ad Pipinum, et terminatur liber in quaternione

87) Quo die coeptum sit scribi, declaratur in aversa fol. 2 pagina: „*ipso die III. id̄ april̄ incipimus scribere.*“ 88) *Montfaucon*, *Bibl. Bibl.* T. I. p. 189, col. a. *C. Henr. Brencmann*, *Historia Pandectarum.* Trai. ad Rhen. 1722. 4. p. 55, ubi vero confunditur cum Ottoboniano Novellarum codice. Cf. *Haenel* ad Nov. de Cod. Th. Auct. in edit. C. Th. p. 92 not. z et in Novell. edit. p. VI. *Pertz*, *Archiv.* T. V. p. 101. *Haubold* l. c. p. CXXIII n. 44. *Blume*, *Bibliotheca Librorum Manu-Scriptorum Italica.* Gottingae 1834. 8. p. 129. 89) Prima specie videntur duplicatae esse, verum quaternionum numeri supersunt in fol. 8, 16, 24, 32, 40, 129 et huic quidem numerus *XX* subest. 90) Fol. 77—80 interpretatio c. 4 C. Th. de Abolitionibus (IX, 27) usque ad c. 1 C. Th. de Thesauris (X, 10) ex codice Breviarii aliquo, a quo constitutionum verba aberant, adiecta est. Mancus igitur erat codex Ottobonianus. Habent illa folia 36 versus in singulis paginis. Praeterea memorabilia sunt fol. 78$^{b}$—80, ubi versus solito latius inter se distant, inprimis fol. 80$^{b}$; nam ibi in quarta quaque linea versus scriptus est. Cf. fol. 80$^{b}$, 111, 118. Nonnunquam literae initiales artificiose delineatae sunt et in altum ductae. 91) Hic et illic prima paginae litera semiuncialis est, quamquam nova sententia non coepta est scribi. Cf. fol. 80, 94, 118, al.

XXVII. Ultima verba sunt: *Pipinus rex regnavit* | *annos XVIII* | *Anianus Vir Colasticus* | *Ex pceptione domni nri glorio* | *sissimi regis Alarici Ordinante viro* | *magnifico et illustri Goiarico* | *com̄ hunc codicem legum* | *iuris scdm authenticū scriptū* | *vel in thesauris traditū subscripsi* | *et dedi sub die IIII. Non̄ Febr* | *anno. XXII regnante dn̄o nro* | *Alarico Rege* | [92]). Excerpsi ex hoc codice scripturas anno 1824.

16) Codicem Ecclesiae Cathedralis Eporediensis[93]) hac de causa Eporediensem I. appellavi, quia leges a Breviario alienas comprehendit, itaque dignus est, qui alteri codici Eporediensi praeferatur. Eum *Amedeus Peyron*, vir clarissimus, anno huius saeculi XLIII. detexit, descriptionem autem eius *Vesme* literis ad me datis benevolenter ita mihi explicavit: „Est codex membranaceus saeculi IX. vel X. Incipit a verbis *et manumittendi die festo* C. Th. II, 8, 1. Adest c. 1 *de incestis nuptiis.* Adest item clausula c. 7 C. Th. *de Testamentis* cuius lectio similis est Rosanbinae. Liber XVI. est e genuino fonte integer et hoc quidem ordine (ex quo intelligis et quam hic codex sit Parisiensi [Reg. Par. 4406] affinis, et unde corruptus sit titulorum ordo in aliis etiam codicibus): Tit. I. *De episcopis ecclesiis et clericis:* praecedunt leges e Breviario cum interpretatione: sequuntur, nulla adposita distinctione, reliquae e C. Th. — *Tit. II, III, IV, V* ut in C. Th. Titulus VI. *Ne sanctum baptismum* (sic) *iteretur*, habet omissis ceteris titulorum rubricis, continua serie reliqua libri XVI. e genuino C. Th., omissis ubique interpr.; desinit *dat prid Id octob ravenna uarane uicario consule* (vid. c. 3 tit. XI. de Religione. — C. 22 et 23 *de paganis* ambae adsunt suo loco). Sequuntur *VII de apostatis*, *VIII de Iudaeis*, *IX ne christianum*, *X de religione*, iterum descripti e Breviario cum interpr. Tum *Expliciunt Libri Theodosii Feliciter.* Dein sequentis paginae initio *De Episcopali iudicio impp arcadius honorius et* | *theodosius ā ablavio prē pr̄.* — In libro XVI. codex consentit cum ed. 1566, non cum codice Parisiensi. Cf. Summaria tua pag. XI. Novellae sunt e Breviario. Caius non est in libros distributus; titulus *de Substitutionibus* deest. Paulum, Codices Gregorianum et Hermogenianum non animadverti e genuinis fontibus locupletatos. Fragmentum Papiniani sequitur integra longior appendix, ut in codice Par. 4406, non Klenziano ordine, sed eo, quem ipse statuis. Atque hic codicis finis.“

17) Codex Regius Parisiensis 4406[94]), olim *Petri Pithoei*, ut et tegumentum libri docet et *Pithoei* nomen in aversa folii LXVI. pagina inscriptum, tum Colbertinus 1761, denique Regius Parisiensis, sed antiquitus numero $519\frac{2}{4}$ insignitus, constat ex diversorum codicum reliquiis; nimirum A. ex 56 membranis in formam quadri maioris plicatis, in quibus haec scripta sunt: 1) fol. 1—5 pars Breviarii a verbis *proprii civitatis* c. 2 C. Th. de Decurion. (XII, 1) usque ad c. 6 C. Th. de Episcopis (XVI, 1) (folii 6 exigua tantum pars superest); 2) fol. 7—$42^b$ col. *b* vers. 21 ipsius Codicis Theodosiani pars inde a v. *negotiationem* c. 8 de Episcopis (XVI, 2); 3) fol. $42^b$ col. *b* v. 22 — fol. $43^b$ v. 23 eiusdem libri a Visigothis in compendium contracti septem ultimae constitutiones cum clausula: *Expliciunt Libri Codicis Theodosiani Feliciter;* 4) fol. $43^b$ col. *b* v. 24 — fol. $53^a$ col. *a* v. 21 titulus de Episcopali iudicio sive constitutionum a *Sirmondo* editarum prima, secunda et tertia, praeterea nonnullae Novellae Theodosii et extrema pars Breviarii inde ab ultimis verbis interpretationis §. 1 Pauli de Dimissoriis Literis (V, 36); 5) fol. $53^a$ col. *a* v. 22 et fol. 54 c. 10 C. Th. de Agent. in reb. (VI, 27), c. un. C. Th. de Petit. (X, 13), c. 2 C. Th. de Iudic. (II, 18), c. 2 C. Th. Qui bonis (IV, 20), c. 5 C. Th. de Liber. cau. (IV, 8), c. 1 Cod. Greg. Quibus res iud. (X, 1) et c. 1 Cod. Greg. de Confessis (X, 2), §. 7 et 5 Pauli de Effectu sent. (V, 5), sed hic sub titulo de *Confessionibus*, formula *de Trina Conventione seu de Litteris Commonitoriis*, a beato *Wenckio* ex literis meis in *Hauboldi Opusculis* l. c. p. 910 sqq. divulgata*); sub titulo *de Quaestione Hereditatis* §. 10—12 Pauli ad Sc. Silan. (III, 7); 6) fol. 55, quod incipit verbis: *Explicit Liber Iuris* | *Feliciter Institutio Gregoriani Lib. I. de Postolando*, et fol. 56 Appendix Breviarii, ut in

92) Cf. infra Commonitorium p. 4 not. *y*. Series chronologica regum his vv. scripta est: *Theodoricus Rex.* | *Regnauit. Annos. XVII* | *Clodoueus rex. regnauit* | *annos. III.;* | *Hildebert' rex. regnauit* | *annos. XVII;·* | *Dagobert' rex. regnauit* | *annos V;·* | *Hilpericus rex. regnauit* | *annos. V,·* | *Teodoricus rex. regnauit* | *annos. XVII; amnū septimū* | *interī alius rex n̄ regnauit;·* | *Hilpericus rex. regnauit* | *annos VIIII;··* | *Sunt in suma anni. LXXVIIII:.* | *Pipinus rex. regnauit* | *annos XVIII.* 93) Cf. supr. not. 69 et *Richteri et Schneideri Annales Critici.* 1844. p. 1053. 94) *Catalogus Codicum Mss. Bibliothecae Regiae.* T. III. p. 589. *Haubold*, *Promulsis cit.* p. 9—12 et *Opp.* p. 906—914. *Stieber* l. c. p. CIV n. 12. *Pertz*, *Archiv.* T. VIII. p. 48. *Haenel*, *Codex Theodosianus* p. V, *Novellae Constitutiones* p. XIV et *XVIII Constitutiones quas Iac. Sirmondus* etc. p. 412, 416 sq. *) Cf. *Pardessus* l. c. p. 599.

Ottob. codice 2225 atque Montispessulano H. 84 hic quoque aucta. Iam quod ad externam speciem attinet, membranae tactu laeves sunt et colore albae potius quam flavae. Quaternionum numeri[95]) codicem mutilum esse demonstrant; nam primus, XVII., in aversa folii 16 pagina est; ultimus, XXXV., in eadem folii 56 pagina. Desunt igitur quindecim priores quaterniones, non sedecim, quum XVI. quaternionis numerus fuerit quidem in folio octavo, sed abscissus sit cum maxima eius et antecedentis folii parte. Desunt etiam, quum quintus numerus, XXI., in folio 48 simili modo perierit, tredecim quaterniones post XXI., et sine dubio nonnulli post XXXV. quaternionem. Graphio 30 quaque in pagina lineae ductae sunt et ita quidem, ut duas versuum columnas, spatio interiecto inter se separatas, efficiant, quarum unaquaeque descripta est duabus lineis ad perpendiculum directis, etsi versuum lineae trans totam membranam currant. Scriptus est codex atramento et literis minusculis, quibus Galli exeunte saeculo IX. vel primis saeculi X. lustris utebantur; at voces *Id*, *Imp* et titulorum rubricae literis uncialibus distinctae sunt, eiusdemque formae est prima singularum legum vel interpretationum litera, illa quidem fere ubique milto colorata. Compendia crebro offenduntur, etsi non aliter nisi virgulis sive transversis sive curvatis, aut signo, quod semicolon dicunt, sunt expressa[96]). Orthographia antiqua est[97]), sed, ut posterioris temporis ingenium fert, valde depravata; saepe etiam librarium festinanter egisse, perspicitur ex ingenti mendorum multitudine. B. Porro codex constat ex fol. 57 et 58 sive duabus membranis, ubi cursivis literis et saeculo X. scripta sunt 1) nonnulla de Gradibus et Affinitatibus[98]); 2) Auctoritas Alarici sive Commonitorium; 3) alterum exemplum formulae *de Trina Conventione* et altera, quae oritur a verbis: „*Scriptione De Litis et Expensis*" et a beato *Wenckio* ex literis meis l. c. p. 911 edita est; 4) tituli Codicis Theodosiani explanati usque ad quartum titulum libri secundi. C. Ex fol. 59, quod expositionem de Gradibus affinitatis et consanguinitatis saeculo X. scriptam comprehendit. D. Ex foliis 60—67, sive XIII. quaternione codicis Reg. Paris. Suppl. Lat. 779, de quo infra dicendum est ad codicem 35. E. Ex fol. 68, in quo tertium exemplum formulae de Trina Conventione mutilum quidem, sed saeculo X. nitidissimis literis scriptum inest. F. Ex quatuor membranis octuplicatis sive fol. 69—72, saeculi XI., quae complectuntur 1) titulum Cod. Th. de Incestis nuptiis (III, 12); 2) Summam c. 4 et 5 eiusdem tituli ab Aegidio editi; 3) fol. $72^{a}$ v. 1—14 locum S. Gregorii de eadem re. Ultimae lineae vacant.

17*a*) Codex Rosanbinus[99]) sive Bibliothecae Pithoeanae, quam au Mesnil, sive in castello suo prope ab urbe Meldensi perillustris et praenobilissima gens *Le Peletier-Rosanbó* asservat, ille ipse codex membranaceus est, ex quo antecedentis codicis priora folia 56 avulsa sunt. Ita esse, non solum ex membranarum et literarum convenientia perspicitur, verum etiam ex quaternionum numeris et ex lacunis. Etenim Rosanbinus codex, quamquam iacturam fecit quinque priorum quaternionum et quaternionis XXVII., tamen reliquos inde a verbis interpretationis c. 4 C. Th. de

95) XVII. fol. $16^{b}$, XVIII. fol. $24^{b}$, XIX. fol. $32^{b}$, XX. fol. $40^{b}$, fol. $48^{b}$ numerus quaternionis XXI. periit, XXXV. fol. $56^{b}$. Correxi igitur nonnulla, quae dixeram in Praef. C. Th. p. V, nimirum vv. *post XX.* mutavi in *post XXI.* et delevi not. * post 28. 96) *a*, *c*, *i*, *o*, *u* in fine v.; *p*, *p̃*, *p*; *kl*, *k* (Kalend.), *non* s. *no* (nonis, nonas), *id; ian*, *febr*, *mar*, *aprl*, *ma* s. *mai*, *iu* s. *iun*, *iul*, *au* s. *aug*, *sept*, *oct*, *no* et *nob* (Novembr.), *dec; a* s. *ag* (augustus s. augusti, etiam augustalis), *ppa* (proposita), *imp*, *ppo* (praef. praet.), *ppm*, *pu* (praef. urb.), *vic*, *knp* (karissime nobis), *dm*, *qd*, *qm*, *clrs*, *episc*, *prbr*, *diac*, *subd* (subdiaconus), *scis* (sanctis), *sclis*, *nris* (nostris), *nri*, *vris* (vestris), *vri* (vestri), *ta* (tamen), *epla*, *scdm*, *xpianus*, *Cp* (Constantinopoli), *css* (consules), *spm* (spiritum), *vv cc*, *span* (hispaniarum), *s*, *ee*, *sep*, *sup*, *mte* (mente), *docmtis*, *mto*, *r̃* (res, rem, runt, v. c. *er̃*, erunt, *fer̃*, ferunt), *q;* (que et quae), *cuq;*, *vl*, *lib;* (libus), *n*, *vo*. 97) Sic ponitur *ae* pro *e*: *ae*tiam, *ae*mortuae, c*ae*lebratur, repr*ae*hensio, iur*ae*, fasc*ae*, speti*ae*, *ae*molumentis, intpr*ae*tatio, puni*ae*ndum; *e* pro *ae*: qu*e*, palestin*e*, su*e*, tu*e*; *e* pro *o*: hon*e*ratos; *e* pro *i*: ant*e*stites, v*e*ro, intell*e*git, coll*e*gitur; *i* pro *e*: omn*i*s, sollemn*i*s, salt*i*m, dec*i*m, deb*i*tor (debetur), d*i*feratur; *i* pro *y*: s*i*nagoga, Ol*i*brio, S*i*agrio, Porf*i*rio; *o* pro *u*: debit*o*r (debetur), cons*o*lari, c*o*muletur, secut*o*ris, turb*o*lentum, conciliab*o*la, i*o*condissime; *u* pro *o*: c*u*mpetentes, c*u*mpetitio; *oe* pro *e*: c*oe*cali, ob*oe*dientia, c*oe*teri, p*oe*tere; *uo* pro *o*: q*uo*hortolina; *y* pro *i*: m*y*seris, ext*y*rpare; *ue* pro *e*: perurg*ue*ri; *is* pro *e*: possession*is*; *b* pro *v*: consta*b*it, confla*b*it, inhia*b*erunt; *c* pro *t*: condi*c*io, senten*c*ia, exac*c*io, par*c*ium, supersti*c*io, mili*c*ia, conven*c*io, ul*c*io, reveren*c*ia, li*c*ium, po*c*iuntur; *c* pro *ch*: eu*c*iciano; *c* pro *g*: a*c*itatum, pro*c*rammate; *c* pro *qu*: anti*c*um; *co* pro *quo*: *co*tidie, *co*que (quoque), *co*s (quos); *t* pro *c*: spe*t*ialiter, auda*t*ia, offi*t*iis, suppli*t*io, falla*t*ie, benefi*t*io, provin*t*ia, iudi*t*io, suffi*t*iant, perni*t*ies; *d* pro *t*: dereliqui*d*, a*d*que; *t* pro *d*: apu*t*, se*t*, aliqui*t*, qui*t*; *b* pro *p*: ba*b*tisma, praescri*b*tum; *g* pro *c*: a*g*rioris; *quu* pro *cu*: exe*quu*tio, exe*quu*tus. Aliis vv. literae additae sunt: em*p*tum, adsum*p*tio, solem*p*niter, adtem*p*tandi, condem*p*natio, sanc*t*imus, san*c*ximus, arc*h*ariis, *h*is (is), *h*isdem, hi*i*, *h*ii, querel*l*arum, rep*p*ulisse, op*p*inio, arc*h*adius, sup*p*ellectilem, arc*h*emus, co*h*ire, co*h*ercitus, co*h*itionis, ad*h*ipiscendum, o*b*miserit, am*m*issio, vel*l*it, scismat*h*ici, nichil*h*ominus, *h*usus, *h*ac, *h*origo, *h*abundare, *h*ortum, *h*ulciscendae, *e*scevi (saevi), a*f*frica, legit*t*ima, sepulc*h*ri; aliis demtae: *t*raciarum, or*t*odoxarum, *a*ve, o*p*ortuna, mi*l*ibus, co*h*ibentiam, e*x*pectat, e*x*poliare, e*x*ortes, *o*rtorum, *o*rtatur, *a*rum, *a*c, *a*bitacula, vi*l*icus, i*l*ico, ca*t*olice, mul*t*a, *s*cisma. Cognoscitur ex his, quae sit aliorum multorum verborum scriptura; hoc addam, scribi etiam: a*d*fligi, a*d*gregari, a*d*ponere, du*m*taxat, u*m*quam, nu*m*quam, aquile*g*a, pro*ph*ana, q*ũ*r (cur), i*n*possibilis, i*n*ponere, i*n*licita, qui*p*piam, quic*q*uam. 98) Cf. *Haubold* l. c. p. 908. 99) Cf. quae dedi ex literis *Ben. Hasii*, viri perillustris, in *Richteri et Schneideri Annalibus Criticis*. Lips. 1840. 8. p. 954. Contulit cum editis hunc codicem in meum usum *Zencker*, vir doct.

Sponsal. (III, 5) *rit et cum patre tutorem* comprehendit[100]), qui desunt in codice 4406[101]), deinde, ubi ille desinit, hic incipit, aut ubi hic terminatur, ille incipit. Nam folium 80 codicis Rosanbini sive quaternionis XV. ultimum terminatur verbis „*ut originem*" c. 2 C. Th. de Decur. (XII, 1), primum autem folium codicis 4406 sive quaternionis XVI.[102]), qui ibi primus est, incipit ipsis verbis *proprii* (leg. *propriae*) *civitatis* eiusdem constitutionis. E diverso codicis 4406 quaternio XXI. terminatur verbo *capite* §. 4 Novellae Theodosianae de Iudaeis et pergitur in primo quaternionis XXII., quem Rosanbinus codex habet, folio cum verbo *puniendum* eiusdem §phi, ex quo apparet, esse hos codices eiusdem libri manuscripti disiecta membra, neque dubito, quin omnia inter se convenirent, si quaterniones I—V. et XXXIV. superessent. Et valde quidem doleo iacturam, quam fecit liber; nam maxime memorabilis est propter romani iuris locos, quos extra Breviarium habet, veluti sententiam aliquam Pauli[103]) et clausulam c. 7 C. Th. de Testam. (IV, 4), quam ex Wallersteinensi codice primus erui[104]).

17*b*) Codex Bibliothecae Berolinensis Mss. Lat. Fol. 270[105]), olim Pithoeanus[106]), tum Rosanbinus, denique emtus a me pro bibliotheca Berolinensi anno 1837, quo una cum libris *Carolinae*, ducis Bituriae viduae, Parisiis vendebatur, ex 16 membranis constat. Comprehendunt fol. 1—10 Legem Romanam Burgundionum*); fol. 11—13 partem appendicis Breviarii in codicibus Regio Parisiensi 4406 et Eporediensis ecclesiae superstitis saeculo IX. scriptam, formulam de Trina Conventione, Pauli tres sententias (III, 5, 10—12) et sententiam *In summa tamen sciendum*[107]); fol. 14—16 excerpta ex Novella Valentiniani de Parentibus qui filios, ex diversis Conciliis, ex Codice Theodosiano et ex constitutione prima Sirmondiaca. Inter ea est locus „*Si quis libertatem — testimonia perportare*," quem *Haubold* ex literis meis edidit[108]). Videntur igitur fol. 11—13 reliquiae esse codicis alicuius, qui simillimus erat codicibus, quos modo nominavi.

2. *Inter Ipsius Breviarii Libros Interiectis**).

18) Codex Wallersteinensis[109]) in Bibliotheca Sereniss. Principis de *Oettingen-Wallerstein*, saeculo X. in Gallia scriptus, ex 181 membranis[110]) constat in formam quadri plicatis sive ex 22 quaternionibus. Lineae graphio acuto ductae sunt, non ultra 22 in quaque pagina. Literae, quae venustae, altae et pingues sunt, minusculam formam habent, verum uncialem in rubricis. Minio pictae sunt, praeter initiales, quae dicuntur, constitutionum interpretationumque literas[111]), rubricae titulorum. Eadem materia librarius scripsit verba Impr., Intrp et in margine numeros, quibus indicavit, quotusquisque titulus totius Breviarii *cap* esset[112]). Compendia, orthographia, interpuncta verborum conveniunt cum iis, quae in aliis libris eodem tempore in Gallia scriptis reperiuntur. Membranae modo laevigatae et tenues sunt, modo rugosae et crassae, nonnunquam etiam mucore corruptae. Mutilum esse codicem, dolendum est, quum probas lectiones habeat et propter ultima verba c. 7 C. Th. de Testam. (IV, 4) a me primum ex eo eruta eiusdem habitus sine dubio antiquitus fuerit, atque Rosanbinus et Eporediensis codices. Terminatur autem verbis *absces-*

100) Eorum numeri hi sunt: fol. 8 quat. VI, fol. 16 quat. VII, fol. 24 quat. VIII, fol. 32 quat. VIIII, fol. 40 quat. X, fol. 48 quat. XI, fol. 56 quat. XII, fol. 64 quat. XIII, fol. 72 quat. XIV, fol. 80 quat. XV (est lacuna), fol. 89 quat. XXII (fol. 96 abscissus est n. XXIII), fol. 104 quat. XXIV, fol. 112 quat. XXV, fol. 118 quat. XXVI, fol. 126 quat. XXVIII, fol. 134 quat. XXIX, fol. 142 quat. XXX, fol. 150 quat. XXXII, fol. 158 quat. XXXI, fol. 166 quat. XXXIII. Transpositos esse quaterniones XXXII. et XXXI., apparet. Quaternio XXXIV. periit. Quot sint codicis folia, nescio. *Hase* scribit, 170 esse folia, *Zencker*, ubi codicem explicat, 172 folia, ubi terminat codicis collationem, 170 folia. Ultimi quaternionis postrema duo folia avulsa sunt. 101) Vid. not. 95. 102) Numerus quidem hic abscissus est, verum quum fol. 16 signatum sit num. XVII., olim fol. 8 inscriptus erat num. XVI. 103) Cf. *Haubold*, *Promulsis* cit. p. 21 sq. et 26; *Opusc*. p. 926 sq. et 931 et quae narravi in *Richteri et Schneideri Annalib.* 1844. p. 1053. 104) Vid. quae dixi in *Richteri et Schneideri Annalib.* 1843. p. 189. 105) *Catalogue de la Riche Bibliothèque de Rosny.* Paris (1837). 8. p. 212 n. 2391. *Haenel in Richteri Annal. Criticis.* T. I. Lips. 1837. p. 380 sq. *Klenze*, *Institutio Gregoriani.* Berlin 1838. 8. (*Zeitschrift f. geschichtl. Rechtswissenschaft.* T. IX. p. 235—299). 106) Nam in charta post tegumentum codicis interposita scriptum est: *In hoc codice manuscripto qui fuit Petri Pithoei IC. extant Liber responsorum Papiniani, Institutio Gregoriani, seu ut in editione codicis Theodosiani Iacobi Cuiacii, tituli ex corpore codicis Gregoriani.* *) In pr. scriptum est: *Incipit Papianus Lib. I. Responsorum*, in fine: *Explicit Lib. Papianus Feliciter. Aymohenus Inlustrissimus Comes Fieri Iussit.* 107) Eam iam cum *Hauboldo* communicaveram. Cf. *Promulsis* cit. p. 22 et *Opp.* T. II. p. 927. 108) In *Promulside* cit. p. 23 et *Opp.* l. c. p. 928. *Haenel*, *Codex Theodosianus* p. 398 not. *v*. *Huschke*, *Studien des Römischen Rechts.* Breslau 1830. 8. T. I. p. 163 sq.

*) Codd. Reg. Par. 4412—4414, Suppl. Lat. 215, Epit. Aeg., Vat. Reg. Suec. 1023 etc. res quoque habent, quae in aliis codd. desunt; verum propter totum habitum eorum sequentium classium alicui tribuendi erant. 109) *Haubold*, *Opp.* p. CXXXII n. 58 et p. CLI. 110) Apud *Hauboldum* dicuntur esse 168, quem numerum ultimum codicis folium habet; verum duo folia, 76 et 132, bis eundem numerum prae se ferunt in margine superiore; undecim, quae titulos comprehendunt, adiectis, efficiuntur 181 folia. 111) Nonnunquam inscr. et subscr. totae minio pictae sunt. 112) Ita numerantur et in *Explanatione titulorum* et in ipso Codice Theodosiano, sed a secundo demum Codicis Theodosiani libro, quo fit, ut ultimus titulus explanationis numerum 349 habeat, neque vero 360, tot enim sunt totius Breviarii.

*sum defleat* c. 1 C. Th. de Mulieribus, quae se servis propriis iunx. (IX, 6)[113]. Hic et illic aliquis emendavit et compendia explicavit, videtur etiam iam remotae aetatis homo curas librarii in se suscepisse. Comprehendit codex 1) fol. 1 tractatum de re medica saeculi XV.; 2) in adversa folii 2 pagina hymnum latinum saeculi X. in laudem Salvatoris; 3) in aversa eiusdem folii pagina usque ad fol. $11^a$ indicem et explanationem titulorum, qui terminatur verbis *Explicit Breviarium de diversis causis*, fol. $11^b$—181 Codicem Theodosianum cum interpretatione, sed truncatum. Commonitorium deest. Contuli hunc codicem cum editis anno 1828.

19) De *Seldeni* sive Bodleiano codice clar. quidem *Witte*[114]) exposuit, neque vero inutile est breviter disserere, praesertim quum nonnulli docti, qui legissent praefationem meam Codicis Theodosiani, nuntiaverint, sibi non contigisse, ut *Wittii* librum compararent. Involucrum codicis membranis tectum est et signatum in tergo numeris 3362, *Seld. Arch. B.* 32, quorum ille Bodleianam, hic Seldenianam bibliothecam significat[115]). Numero 32 subiunctus est numerus 16. Videtur is fuisse pristinus codicis in bibliotheca Seldeniana numerus, nam in charta inter involucrum et codicem ipsum interposita recentis temporis quidam homo adnotavit: *Arch. Seld. B.* 16. Item in primo codicis folio addidit graeca illa περι παντος την ελευθεριαν. Scriptus est codex exeunte saeculo XII.[116]), nitidis literis iisque minusculis in 227 membranis duplicatis, rigidis et nonnunquam gilvis. Diversos fuisse eius librarios, prima specie, quisquis eum videt, facile opinatur, quum in media parte literae pressae sint, pingues et directae, in postrema autem, quae Breviarium continet, minores, graciles, interdum vacillantes et minus nitidae. Id vero membranarum qualitati tribuendum est. Compendiorum magna copia est, orthographia ea, qua uti solebant illo tempore, quum scribebatur codex. Praeter punctum interpungendi signa raro deprehendi, sed lineolas, ubi verba in fine versuum discerpta sunt. Horum 48 in quaque pagina graphio ducti sunt, hoc modo, ut per duas columnas distribuantur et undique binis lineis ad perpendiculum directis aliisque binis trans membranam per aequum currentibus definiantur. Titulorum inscriptiones librarius minio et literis uncialibus distinxit, primam autem post eas literam saepe usque ad sextum versum duxit et vicissim vario colore pinxit. Insunt in codice[117]): fol. 1—5 *Historia Daretis Frigii de excidio Troie cum prologo;* fol. $6^a$ *Excerptum ex lib̄. Catonis de originibus;* fol. $6^b$—10 *Excerptum ex Iustino de gestis Romanorum;* fol. 11—71 *Pauli Orosii ad beatum Augustinum contra Paganos libri VII;* fol. 72—$112^a$ *Pauli, Monachi Cassinensis et Eutropii de gestis Romanorum libri XV;* fol. $112^b$—$132^a$ *Iordanis ep̄i Ravennatis natione gothi de gestis Romanorum ad Vigilium adbreviationis liber;* fol. $132^b$—$138^a$ *Adbreviatio Willelmi de gestis sequentium imperatorum*[118]); fol. $138^b$—$227^b$ *col. a Breviarium Alarici* usque ad ultimum Pauli sententiarum in breve contractarum titulum. Altera eiusdem paginae columna vacat. Iam quod ad Breviarium attinet, in Codice Theodosiano et in Novellis legum aliquid raro desideratur[119]). *Kapitulorum* indices singulos libros, ut apud *Sichardum*, antecedunt. Interpretatio, quae *Explanatio* dicitur, saepe deest, sed additur loco eius: *Planum est*, *Explanatione non eget* s. *indiget;* omnis deest in XVI. libro Codicis Theodosiani et in Novellis. In margine hic et illic inveniuntur glossae, partim ex Isidoro, partim aliunde haustae; reliquos iuris locos postea aliquis adscripsit. Ut glossarum illarum nonnullae corrigendi causa, multae vero ad illu-

113) Iam dudum avulsam esse reliquam partem libri, apparet ex indice titulorum. Ibi enim antiqua manus ad singulos quosque titulos numeros foliorum codicis addidit, ubi inveniantur, desiit autem hos scribere post titulum C. Th. de Mulieribus (IX, 6), qui libri ultimus est. Quaternionum numeri hoc ordine adscripti sunt: fol. 9 *I*, fol. 22 *II*, fol. 29 *III*, fol. 37 *IV*, fol. 45 *V*, fol. 53 *VI*, fol. 61 *VII*, fol. 69 *VIII*, fol. 77 *IX*, fol. 85 *X*, fol. 93 *XI*, fol. 101 *XII*, fol. 109 *XIII*, fol. 117 *XIV*, fol. 125 *XV*, fol. 133 *XVI*, fol. 141 *XVII*, fol. 149 *XVIII*, fol. 157 *XVIIII*, fol. 165 *XX*, fol. 173 *XXI*, fol. 181 *XXII*. 114) *Seldeni Opera*. London 1726. fol. T. I. p. 389, 829, 831, 865, 965, 969; T. II. p. 111, 648, 739, 829, 1060 sq., 1068, 1471, 1554, 1830. *Gothofredus* ad c. 2—12 C. Th. de Iurisd. (II, 1), ad c. 1 C. Th. de Feriis (II, 8), al., a quo *MS. Guilelmi Malmesburiensis* vocatur. *Catalogus libr. MSS. Angliae et Hiberniae.* Oxoniae 1697. fol. T. I. p. I, p. 162. *Zirardinus* l. c. p. 6 not. *Savigny* T. II. p. 60, num. 5 et not. 58 (ed. I.); T. II. p. 61 sq. num. E, not. *h, i* (ed. II.). *Haubold*, *Opp. Acad.* T. II. p. CXXXV sqq., CLII sq. *Car. Witte*, *de Guilelmi Malmesburiensis Codice Legis Romanae Wisigothorum Dissertatio.* Vratislaviae 1831. 8. *Pertz*, *Archiv.* T. VII. p. 91. *Haenel*, *Novellae Theodosii II.* etc. p. VII. 115) *Fabricius*, *Biblioth. med. et inf. lat.* s. v. *Guilelm. Malmesbur.* praeter Bodleianum nominat codicem Seldenianum. Sed unum eundemque esse codicem, demonstrat *Witte* l. c. p. 11 sq. Excerpsit nonnulla ex *Abbreviatione*, de qua infra dicam, *Ger. Langbain*, quae asservantur Oxoniae in bibliotheca Collegii B. Mariae Magdalenae. 116) Falso dixeram in *Diariis Lipsiensibus Literariis* a. 1828. num. 42. T. I. col. 332 saec. XIII. Hinc patet, non esse scriptum a *Guilelmo Malmesburiensi*, quod iam monueram in Diariis illis l. c. Cf. *Haubold* l. c. p. CXXXV et *Savigny* l. c. ed. II. Dicitur *Guilelmus* de vita decessisse anno 1142. *Witte* l. c. p. 23 „*eum*, inquit, *per eundem, Guilelmo uti videtur σύγχρονον, amanuensem scriptum esse arbitror.*“ 117) *Haubold* l. c. p. CXXXV. *Witte* l. c. p. 13 sqq. 118) *Witte* l. c. p. 19 sq. 119) Veluti c. 3 C. Th. de Feriis (II, 8); c. 4 de Incestis nuptiis (III, 12). Vid. etiam Novv. Maioriani tit. II. not. *b*.

strandam historiam legum adiectae sunt, ita Codici Theodosiano *Epistola* quaedam et Novellarum cuique libro eius imperatoris, cuius Novellas continet, vita brevis praemissa est[120]). Neque vero codex totum Breviarium complectitur[121]). Desunt enim praeter Commonitorium et primum Codicis Theodosiani librum Codices Gregorianus atque Hermogenianus una cum Papiniani fragmento. Quae utrum consilio omissa sint, an iam in exemplo Breviarii defuerint, ex quo *Seldeni* liber originem ducit, disceptari potest, quia plane singularis est totius libri habitus. Sed ea iam in exemplo illo defuisse, censeo; nam si ante oculos quidem librario fuissent, ratio non apparet, cur omissa sint, et numeri librorum Codicis Theodosiani ita mutati, ut secundus liber primus fieret et ultimus XV.[122]); quid quod ultima columna, quam vacare dixi, postremam Breviarii partem in exemplo illo defuisse demonstrat. Verum tot sunt Breviarii libri manu scripti, ut haec iactura parvi facienda sit, praesertim quum codex multa habeat, quae non sint in Breviario[123]). Etenim ut mittam constitutiones hic et illic interiectas[124]), inprimis liber XVI. Codicis Theodosiani et Novellarum libri multis constitutionibus aucti sunt. Leges, quae ad librum XVI. accesserunt, eaedem sunt, quas in codicibus S. Germani 366 et Phillippsii 1741 esse dixi[125]), sed alio ordine collocatae et quum interponerentur Sirmondi constitutiones, interdum novis rubricis distinctae[126]). Similiter Novellae, quae accesserunt, quantitate et titulis omnino cum iis conveniunt[127]), quas Pithoeanus codex suppeditat, et ordine tantum ab eo discrepant, quum Theodosii et Valentiniani Novellae digestae sint et inter imperatores[128]), a quibus datae videbantur, distributae, neque vero commixtae. Quae quum ita sint, ab eo, qui hoc Breviarii exemplum composuit, duo diversi generis codices adhibitos esse arbitror, alterum Breviarii, a principio et in fine mutilum, sed instar Pithoeani multis Novellis locupletatum, alterum iuris canonici, S. Germani et Phillippsii codicibus similem, ex quo leges de rebus ecclesiae et religionis Christianae augerentur emendarenturque. Magni pretii codicem esse, ex iis, quae dixi, cognoscitur, praesertim quum multi loci eius ope emendentur, alii expleantur[129]); verum etiam propter alia memorabilis est. Antecedit Codicem Theodosianum Novella de Codicis Theodosiani Auctoritate, quod praeter hunc in duobus tantum libris manu scriptis inveniri recordor; mutatus est ut Novellarum, ita etiam constitutionum libri II. et XVI. Codicis Theodosiani ordo[130]); interdum rubricae,

120) Epistola haec est: „*Nuncque quidquid de principibus Italiae et Romae potuimus invenire, curavimus non omittere. Congruum videtur leges Romanorum adponere: Non eas, quas Iustinianus fecit, esset enim hoc ingentis operis et laboris; sed eas, quas Theodosius minor, filius Arcadii, a temporibus Constantini usque ad suum, sub titulo uniuscuiusque imperatoris collegit. Ponantur ergo XVI. libri ab eo collecti, quarum sententiae plures explanantur, quaedam explanatione non egent. Divi Theodosii eiusdem novellarum liber I, Divi Valentiniani, filii Placidiae, liber I, Divi Martiani, orientalis imperatoris, liber I, Divi Anthemii et Leonis liber I, Divi Maiorani liber I, Divi Severi liber I. In quibus illud animadvertendum, quod quisque imperator suis legibus, quas promulgabat, nomen consortis apponebat: utpote Theodosius, imperator Constantinopolis, apposuit legibus suis nomen Valentiniani, quem imperatorem creaverat Romae. Sic et in ceteris. Sed quia quaedam sunt in legibus imperatorum obscura, ad plenum intellectum apposuimus libros Institutionum Gaii et Pauli Iurisconsultorum.*“ Cf. *Selden* ad Fletam VII, 2. *Witte* l. c. p. 21 sq. Theodosii Novellis haec praemissa sunt: „*Hucusque et Theodosius minor nepos maioris Theodosii ex filio Archadio leges omnium imperatorum a Constantino usque ad suum tempus abbreviavit. Nunc eiusdem Novellas ponemus quas Valentiniano tertio eiusdem nominis imperatori misit. Quem et filium nominat, quia filius amitae suae erat. et eundem occiso Iohē tiranno imperatorem hesperie fecerat. et eidem filiam suam in matrimonium dederat. Cum quo XXV annis imperavit. cum autem iam XVIIIto regnasset XV cum patruo honorio. tribus eodem Iohanne tirannidem apud Ravennam post mortem Honorii tenente. Explicit argumentum*“; Novellis Valentiniani: „*Tres Valentiniani fuerunt imperatores. Primus qui Ioviano successit. Secundus eiusdem filius minor, qui primo beatum Ambrosium cogente Iustina matre persecutus posteaque per Theodosium minorem multum eum veneratus exsors baptismatis in Gallia decessit. Super quo lamentatio eiusdem Ambrosii extat. Tertius fuit Valentinianus de quo ante leges Theodosii dixi, cuius nunc leges ponentur multae, quas cum Theodosio, paucae quas cum Marciano tulit, qui theod̄. Constantinopoli successerat. Habuit autem sedem Ravennae sicut Honorius avunculus suus de qua urbe aut de Roma semper leges emittebat. Sicut Theodosius a Constantinopoli. ubi habitavit*“; Novellis Martiani: „*Defuncto Theodosio minore apud Constantinopolim imperavit pro eo Marcianus VII. annis imperante Valentiniano in Hesperiarum partibus. itemque VII annis eo occiso. Illius ergo Marciani istae sunt leges*“; Novellis Maioriani: „*Defuncto Marciano Constantinopoli successit Leo. Eius nutu apud Ravennam creatur Maiorianus imperator cuius hae sunt leges*“; Novellis Severi: „*Maioriano occiso suscepit regnum Ravennae Severus cuius unam ponemus legem, qua quaedam ex Maioriani legibus abrogantur*“; Novellis Anthemii: „*Mortuo apud urbem Romam Severo Anthemius* (per) *mittente Leone occidentale suscepit imperium. Eius hae leges sunt.*“ 121) Vid. *Hauboldum* et *Wittium* ll. cc. 122) Cf. *Haenel*, *Cod. Theod.* p. 1475 not. *a*. Ultimam Codicis Theodosii legem haec sequuntur: *Explicit Liber XV. Theodosii Minoris de Confirmatione Legum Antiquarum.* Obiici potest, in epistola Codici Theodosiano praemissa commemorari XVI eius libros. At vero haec hausta sunt ex Nov. de Cod. Theod. Auctoritate, quae subsequitur. 123) Vid. quae ap. *Hauboldum* l. c. p. XCI et CXXXVI ex schedis meis proferuntur. *Witte* l. c. p. 27—30. 124) Vid. c. 1, 2 C. Th. de Dilationibus (II, 7), c. 1 C. Th. de Incestis nuptiis (III, 12). 125) Cf. *Haenel*, *Diss. de Constitutionibus a Sirmondo editis* etc. p. 6 not. *s*, p. 7 not. *t* et ad *XVIII Constitutiones quas Iac. Sirmondus* etc. p. 430. 126) Cf. C. Th. II, 1, 7 et 8. *Haenel* ad tit. C. Th. de Episcopis (XVI, 2), not. sup. et tit. de Haeret. (XVI, 5), not. sup. 127) Extrema pars nov. 1 et prima pars nov. 2 tit. X. Novell. Theodosii de Postulando, quae in Pithoei cod. deest, suppletur hoc codice. Sed Pithoei codicem mutilum esse, ad tit. cit. demonstravit *Haenel*, quare neque hic codices illi inter se differunt. 128) *Haenel* in ed. *Novellarum* cit. tabula IV. pag. 393. 129) Vid. quae apud *Hauboldum* l. c. p. CLII et CLIII ex *Haenelii* schedis allata sunt et Nov. Val. tit. XXXIII. de Praediis pistor., Nov. Severi tit. I. not. *f*, Nov. Anthemii tit. I. not. *u* et not. 127 antec. 130) Vid. not. 126; infra C. Th. lib. II. tit. 2 not. *a*.

quas reliqui codices non habent, constitutionibus superscriptae sunt, aut quas habent illi, cum novis commutatae[131]; Gaii institutiones in duorum librorum breve compendium contractae sunt; nonnullae Maioriani Novellae et complures sententiae Pauli mutilatae et quasi decurtatae[132]; contra vero multi loci magno iudicio et rara quum sermonis tum iuris romani peritia correcti[133]. Quis omnia illa fecerit, ignoro. Clericum aliquem fecisse, colligo ex labore, quem in librum XVI. Codicis Theodosiani impendit, *Guilelmum Malmesburiensem* clarissimus *Witte*[134]) suspicatur. Id quidem significant prima epistolae verba[135]): „*Nuncque quidquid de principibus Italiae et Romae potuimus invenire, curavimus non omittere. Congruum videtur leges Romanorum adponere.*" *Guilelmus* igitur, si modo ea scripsit, a se leges *adpositas* esse dicit; at vero Breviarium cum aliis veteris iuris libris compositum et leges partim correctas et mutatas, partim auctas et alio ordine collocatas esse, non dicit. Quis vero *Guilelmum*, si quidem ipse his rebus operam navasset, studii atque laboris sui nullam mentionem fecisse opinetur? Quare iam ante *Guilelmum* ab homine ignoto, clerico videtur, hunc legum codicem congestum[136]) et a *Guilelmo abbreviationi de gestis imperatorum adpositum* esse arbitror. *Seldenum* et *Gothofredum* hoc codice usos esse, notum est[137]). *Gothofredum* autem non ipsum inspexisse codicem, sed diversas scripturas, quas *Langbainius* collegisset, a *Seldeno* accepisse, *Witte* suspicatur[138]). Postea liber iacuit intactus, usque dum anno huius saeculi XXI. a *Wittio* et sexennio post a me examinatus cumque editis libris collatus est.

20) Codex Ambrosianus C. 29 ille ipse est, ex quo *Angelus Maius*, insignis eruditionis et industriae vir, scholia ad quatuor Ciceronis orationes divulgavit, *Clossius* autem Codicis Theodosiani reliquias. Ei duo folia praefixa sunt, in quorum altero codex dicitur[139]) emtus esse iussu *Cardinalis Friderici Borromaei*, bibliothecae Ambrosianae ineunte saeculo decimo septimo conditoris. Haec sequuntur diversi argumenti opera: 1) Ciceronis de Officiis libri tres; 2) Ciceronis orationes quatuor in L. Catilinam, pro M. Marcello, pro Q. Ligario, pro Rege Deiotaro cum scholiis ad quartam Catilinariam et ad tres reliquas orationes, quae omnia Maius saeculo X. scripta esse dicit; 3) Iustiniani Institutionum libri quatuor[140]); 4) (fol. 144—161) Legis Romanae Visigothorum sive Breviarii Alariciani pars; denique 5) Rhythmus in assumtione virginis Mariae, cui in aversa penultimi folii pagina gallico literarum ductu haec subscripta sunt: „*hanc prosam attuli de mōt agut in fesť. s̄. Kal̄ine añō M̊C̊C̊XI̊I' ab ICn't dn̄i*"[141]). Iam quod ad Breviarii partem attinet, eam librarius auxit constitutionibus ipsius Codicis Theodosiani[142]). Ac primum *Gesta in Senatu urbis Romae anno* 438 *de recipiendo in Occidente Codice Theodosiano* descripsit, quibus ad historiam Codicis optime illustrandam interposita est constitutio de Theodosiano Codice faciendo, anno 429 data; tum sequitur Valentiniani III. constitutio de exemplis Codicis Theodosiani per constitutionarios publica fide muniendis. Eam excipit index titulorum Cod. Theod., quatenus Breviario continetur, incipiens a const. *de Theodosiani Codicis Auctoritate*, atque continuatus usque ad finem libri XVI. Qui quidem index, paucis exceptis, conspirat cum eo, quem exhibuit *Sichardus:* tamen primo libro inter eorum titulorum, qui adhuc quintus atque sextus erant, rubricas, novem aliae adduntur in Breviario omissae, quas librarius, largiore marginis spatio relicto, a ceteris distinxit; duae praeterea in fine libri XVI. commemorantur, quae neque in Breviario, neque in Codice Theodosiano inveniuntur. Indicem illico sequitur *de Theodosiani Codicis Auctoritate* constitutio. Legibus in Breviarium receptis supposita est interpretatio. Sed primo post eam legem, quae tituli tertii libri primi sola est, sequuntur duae leges, manifesto ad quartum tit. referendae; tum ubi nunc quintus tit.

131) *Haenel* ad Nov. de Theodosiani Codicis Auctoritate, not. *i.* 132) Cf. supr. p. XXX. 133) Inprimis in lib. II. et XVI., etiam in Novellis, ubi codex Seldeni cum Ottoboniano saepe convenit. Inter al. cf. *Witte* l. c. p. 26. 134) l. c. p. 26, 28. Contra p. 22 *Anianeum*, inquit, *opus non quidem a Malmesburiensi contractum imo passim ex genuinis fontibus suppletum — esse arbitror.* 135) Vid. not. 120. 136) Vid. Diaria Lipsiensia literaria l. c. Falso ibi dixi, codicem Guilelmi Malmesb. fuisse. 137) *Witte* l. c. p. 33—36. 138) l. c. p. 37. *Langbainium* vero negligenter rem egisse affirmat. 139) In aversa secundi folii pagina haec a rec. manu scripta sunt: *Cic. de officiis Ej'sd. in Catil. orationes pro M. Marcello, Ligario et Deiotaro. item Imp. Iust. Institut. Rithmus in assumptione Mariae virginis. Hic codex duplici constat charactere, quorum primus, quo Ciceronis opera scripta sunt, est antiquissimus. Emptus Mediolani iussu Ill.mi Cardinalis Frederici Borrh. Ambrosae biblioth. fundatoris.* 140) De qua codicis parte cf. *Prodromus Corporis iur. civ. a Schradero, Clossiò, Tafelio edendi.* Berol. 1823. 8. p. 53 n. LXXXI. *Haenel*, *Codex Theodosianus* p. IX—XI. 141) *Clossius* praef. p. XXI id peccat, quod ultima lineola, quae pro puncto est, inductus *M̊C̊C̊XI̊V* scribit, nam illo tempore non *XIV*, sed *XIIII* scribebatur; deinde quod *sc'n't* legit haecque sigla *ab sancta nativitate domini* interpretatur, ubi leg. est *ab incarnatione domini.* In qua terra fuerit *Mons Agut*, multis verbis *Clossius* disputat. Quum literarum ductus ii sint, quos Galli scribere solebant saeculo XIII., cum montem in Gallia fuisse et locum significari puto, qui hodie *Montaigu* dicitur. Quare non dubito, quin patria codicis Gallia sit. 142) Quae sequuntur de partibus huius Breviarii, depromsi paucis mutatis ex *Wenckii* praef. Cod. Theod. p. VII—IX, qui *Clossii* verba contraxit.

incipit, duae, post eam autem, quae nunc tertia est, antea unica erat; novem constitutiones leguntur, in Breviario omissae, quas librarius ab iis, quae ad illud corpus spectarent, ubique vacuo duarum linearum spatio diligenter discrevit. Postea ubi quintum titulum desinere argumentum prodit, quadraginta et tres constitutiones novae sequuntur, in novem rubricas, quas ex indice sumserunt, ab editoribus distributae. Denique ii tituli, qui sextum et septimum locum olim occuparunt, iam vero quintus atque sextus decimus sunt, rursus viginti et duabus constitutionibus, antea in Codice Theodosiano frustra quaesitis, locupletantur. Ceteri autem tituli libri primi, pariter ac quatuor priores libri II. (nam in vv. *proponat et* interpretationis c. 6 *de Denunt. vel edit. rescripti* [II, 4] subito desinit librarius) non aucti sunt praeterque diversam scripturam novi nihil exhibent. Quae autem causa sit, cur librarius alios titulos novis rebus auxerit, alios intactos reliquerit, iis etiam, quos suppleret, ut iam ex Taurinensibus membranis intelligitur, non omnes, quae desunt, sed quasdam constitutiones addiderit, denique cur ab inchoato opere repente destiterit, nemo certo dixerit[143]). Equidem auguror, librarium, quia ultima duo folia, quibus paulo post alius Rhythmum inscripsit, vacua reliquit, non plura invenisse in codice, quem describeret, mutilum igitur codicem in manu habuisse. Quod si ita est, non ex authentico aut veteri ipsius Codicis Theodosiani exemplo constitutiones in Breviario omissas recepit, sed ex Breviarii Alariciani aliquo exemplo, in quod aliunde translatae erant, unde fortasse orta est magna mendorum copia, quibus codex contaminatur. Forma eius quadrata est. Membranae complent XXI fasciculos[144]), corio fusco indutos et inde ab Institutionibus numeratos. Illa pars, qua Breviarium Alarici continetur, ex membranis constat laevigatis, admodum luridis et crassis. Singulae paginae in binas columnas divisae sunt, columnae in duodequadragenos versus[145]). Intercolumnium et singulos versus lineae stylo impressae definiunt, pariter atque margines, qui lati quidem sunt, sed tamen notis et scholiis vacui. Si qua constitutio in medio versu desinit, in reliquo nihil scriptum est. Versus literae minutae, fractae et contortae occupant, quae nec elegantes sunt, nec multum discrepant ab ea literarum specie, quam codices saeculo XII. in Gallia scripti prae se ferunt[146]). Atramentum palluit. Prima inscriptionum et proximi ab iis verbi interpretationumque litera maiori forma a reliquis distincta est et minio picta, paucis locis exceptis, ubi pictor omisit eam colorare. Eadem cura in indice titulorum impensa est in primas titulorum literas, usque ad XVIII. libri noni titulum, post quem omnino desunt[147]). Rubricae titulorum librorumque extra indicem spatio relicto omissae sunt, nisi quod post clausulam: *Expliciunt Tituli* ⁓ *Lib' Teodosiani* rotundis literis scriptam rubrica *De theodosiani codicis auctoritate* adest. Nonnunquam etiam literae *r* et *s* rotundam formam habent[148]). Picturis aut alio ornamenti genere codex non est decoratus; sola prima Gestorum et c. 1 de Constit. princ. (I, 1) litera rubro colore et altitudine eminet. Rasurae raro deprehenduntur, ubi vero deprehenduntur, corrigendi causa factae sunt. Quod ad reliquum modum scribendi attinet, librarius voces in extremo versu tum lineola adiecta, tum sine ea abrupit, interpunctionibus etiam verborum (,, ; .) sine delectu usus est. Orthographiam[149]) et compendia scribendi[150]), quorum magna copia est, *Clossius* exposuit. Quum utraque re codex non multum differat a codicibus in Gallia saeculo XII. scriptis, quorum multi ad nos pervenerunt, non opus est quicquam addere. Transscripsi codicem in chartas meas anno 1824. Eum iterum contulit *Vesme* *).

143) Cf. *Clossius* l. c. p. XXVI. Is vero *librarium pleniorem genuini Codicis Theodosiani librum prae se habuisse* opinatur. 144) Accurate de hac re agit *Clossius* praef. p. XVII. 145) In folii sexti paginae secundae columna secunda, in qua terminatur const. de Theod. Cod. auct., lineae post nonam omnes vacuae sunt et quatuor priores sequentis paginae. In nonnullis paginis sunt 39 aut 40 versus. 146) Falso eas *Clossius* Longobardicas esse dicit. Scripturae codicis imaginem, quae in *Clossii* editione est, delineavit *Blume*. 147) Librorum rubricae spatio relicto desunt, desunt etiam numeri titulorum. 148) Etiam subscriptionum primae literae rotundatae sunt, similiter post punctum librarius crebro eandem formam literarum adhibuit. Cf. *Haenel* in *Cod. Theod.* ad *Gesta de Rec. C. Th.* not. *b* et *i*. 149) Crebro *c* pro *t* ponitur (in syll. *cio*, *cium*) et *e* pro *ae*, *d* pro *t* (*possed*), *f* pro *ph*, aut demtae sunt literae (*elioni*, *adicere*, *subicere*, *aserçio*, *scolasticae etc.*) aut additae (*comittare*, *ethiam*, *nichil*, *habunde*). Reliqua ad morem saeculi XII. facta. Dicendum est, multa mendose et corrupte scripta esse; nihil corruptius nominibus propriis. Cf. *Clossius* l. c. p. XXX, XXXIII. 150) Exprimuntur siglis ⁓, ⁊, o, ;, ). Notabile est compendium ꝑ, quo librarius utitur, ut diversa significet. *) Cf. Praef. eius ad Cod. Theod. p. III.

## II.

### CODICES A QUIBUS VERBA CONSTITUTIONUM ET PAULI MULTAE SENTENTIAE ABSUNT, ET CONSTITUTIONUM QUIDEM VERBA PLERUMQUE AUT CUM INSCRIPTIONIBUS AUT CUM SUBSCRIPTIONIBUS.[151])

21) Codex Montispessulanus sive bibliothecae Academiae medicae, quae in Monte Pessulano est, H. 136, olim *Petri* et *Francisci fratrum Pithoeorum*, deinde Oratorii Collegii Trecensis *I. E. II.*[152]), ex 380 membranis in formam quadri plicatis constat. Eum multiplicis argumenti esse, iam ille vidit, qui in tergo codicis corio suillo tecti indicem rerum, quas complecteretur, scripsit[153]), etsi non omnes indicavit. Haec enim liber complectitur: a) fol. 1—154 sive quaternion. A—X[154]) Breviarium Alarici, ineunte saeculo X.[155]) scriptum, usque ad titulum Pauli de Literis dimiss. (V, 36); b) fol. 155—169 Capitularia Caroli M. et Ludovici ann. 779, 806, 805, 816, 819[156]), converso et novo quasi ordine composita, quibus subiuncta est confessio Monachi; c) fol. 170—173 reliquam partem Breviarii Alarici et titulum Legis Romanae Burgundionum de Homicidiis; d) fol. 174—191 Legem Salicam cum *Tractatu Legis* et titulo *De Septem Denariis*[157]); e) fol. 192—232 Bernardum de Laudibus Virginis, de Gratia et Libero Arbitrio, super Humilitatis Gradibus, saec. XIII.; f) fol. 232—242 Baccarium de Poenitentia, saec. XIII.; g) fol. 243—268 Anonymi tractatum theologicum, saec. XIII.; h) fol. 269—283 S. Cyprianum de XII saeculi Abusivis, saec. XIII.; i) fol. 284—290 Anonymi tractatum theologicum, saec. XIII.; k) fol. 291—326 Sidonii epistolas, saec. XIII.; l) fol. 327—380 Ivonis Carnotensis epistolas, saec. XIV. Breviarium autem illud diligenter et eleganter scriptum est literis minusculis et paucis compendiis adhibitis. Ex uncialibus literis constant rubricae titulorum, verbum *Intrp̄* et initiales, quae dicuntur, interpretationum literae. Hae viridi colore saepe pictae sunt. In orthographia et interpungendi signis novi quicquam non reperi. Lineae graphio ductae sunt, 23 in singulis paginis. Prima libri verba haec sunt: „*In Hoc Corpore Continetur* | *Tota Lex Romana* | *Incipit Prologus Ex Corpo* | *re Theodosiani*“ | et sequitur Commonitorium, hoc index titulorum cum explanatione. In fol. 17 Codex Theodosianus ab hac formula orditur: „*In Xp̄i Nom̄ Incipit Interpretatio Amen*“[158]), quae ex literis maioribus et quadratis artificiose efficta est. Demonstrant autem haec verba, librarium magis interpretationi conservandae operam dedisse quam verbis constitutionum et sententiarum. Omisit enim constitutionum Novellarumque verba atque inscriptiones, et praeterea multas sententias Pauli. Neque vero sibi constitit, nam a vicesimo secundi libri sententiarum titulo magis Pauli verba quam interpretationem conservavit. Constitutiones singulorum titulorum numeris distinguuntur, quod raro factum est in codicibus. Hic et illic glossae appositae sunt, sed paucae et recentiore tempore perbreves notae. Extremo libro haec clausula subiuncta est: „*Expl̄ Lib̄ Legū Theodosiā Felicit̄ D̄o Gr̄a* | *tias Amen In D̄i Nom̄ Explic̄ Lex Romana De Homi* | *cidiis*“ et sequitur tit. II. Legis Romanae Burgundionum. Contuli hunc codicem cum editis anno 1825.

22) Codex Regius Parisiensis 4411, olim Colbertinus 4209, postea Regius 5185.5.[159]), saeculo IX. in Gallia scriptus, ex 192 membranis constat, quae in formam quadri plicatae sunt et maximam partem rugosae, crassae, hispidae maculisque sive fusco colore deformatae. Palluit etiam succus, quo liber scriptus est. Literis minusculis librarius

151) Horum quoque nonnulli locos iuris Romani habent, qui non pertinent ad Breviarium, veluti cod. Regius Par. 4412, Vatic. Reg. Succ. 1023, Kelleri, Berolinensis 150, Suppl. Lat. 779, verum eos coniungere et in certam classem coniicere hac de causa non potui, quia debebam codices secundum internam quasi eorum affinitatem disponere, secundum inscriptiones dico, vel subscriptiones, quae desunt et similiter secundum sententias Pauli, lectionumque convenientiam, neque vero secundum fortuita incrementa. Praeterea monendum est, in codicibus huius ordinis earum tantum legum verba omitti, quas Visigothi interpretati sunt, e diverso conservari, sicubi scriptum est: *Intp̄. non eget s. indiget.* 152) *Haenel*, *Thémis.* T. VIII. p. 214. *Haubold* l. c. p. C n. 4. *Pertz*, *Archiv.* T. VII. p. 199, 741, 788. *Pardessus* l. c. p. XXXIV sqq. n. XXX, p. 113 sqq., 270, 344, 346, 349, 356, 358 not. *Pardessus* in numeris foliorum mecum discrepat. Neuter errat. Bibliothecae enim praefecti post annum 1825, quo codicis scripturas collegi, Sidonii epistolas ab eo avulserunt et separatim a bibliopega ligari curaverunt, quo facto codex in *Pardessusii* manus pervenit. Cf. *Pardessus* l. c. p. XXXIV not. 2. 153) Index is est: 1. *leges diversor. imperator.* 2. *bernardi varii tractatus.* 3. *baccarius de poenitentia.* 4. *D. Cypriani de XII seculi abusivis.* 5. *Sidonii epistolae.* 6. *Ivonis Carnotensis epistolae.* Num adhuc ibi sit, postquam codex divulsus est, nescio. 154) Numeri quat. hac de causa non conveniunt cum multitudine membranarum, quia hic et illic membranae demtae sunt. 155) *Waitz* ap. *Pertz.*, *Pardessus* codicem saec. IX. scriptum esse dicunt, verum ap. *Pertz.* l. c. p. 199 scriptum est *saec. IX, X.* 156) Cf. *Pertz*, *Pardessus* ll. cc. Ordo singularis est, quem non divulgatum esse miror, praesertim quum eum cum *Pertzio* communicaverim. 157) *Pardessus* l. c. p. 348 sqq. 158) Eidem folio recentioris aetatis homo haec adscripsit in ima pagina: *Leges Theodosii* | *Valent* | *Mart* | *Maioriani* | *Severi* | *Gaii Liber* | *Pauli Sententiae* | *Gregoriani Liber* | . Similiter in primae paginae marg. infer.: *Leges diversorū Imperatorū* | *Theodosii* | *Valentiniani* | *Martiani* | . 159) *Catalogus Codicum Manu-Scriptorum Biblioth. Reg.* T. III. p. 590. *Haubold* l. c. p. CVI n. 16.

semiunciales admiscuit[160]), quid? quod nonnunquam paginas quadratis explevit[161]), in aliis altas et pingues adhibuit[162]); praeterea multas subscriptiones aut nonnunquam formulam *Intrp̄ n̄ ind.* et totos versus literis cursivis expressit[163]), quasi calamum mutaverit aut diversi operam navaverint libro scribendo. Rubricas titulorum, vv. *Imp.*, *Intpr* minio et vel viridi succo coloravit. Saepe negligenter munere suo functus est. Lineas graphio acuto, cuius cuspides membranas perforarunt, duxit, non ultra 26 in quaque pagina. Compendia quidem adhibuit, neque vero multa, raro autem verba punctis discrevit[164]). Orthographiam saeculi sui retinuit. Codicis Theodosiani et Novellarum inscriptiones et verba respuit, etsi inter primas Codicis Theodosiani constitutiones nonnullas conservavit. Nec dubito, quin similiter egerit in Codice Gregoriano, cuius leges modo integras, modo sine verbis, sed nunquam sine inscriptionibus et subscriptionibus descripsit. Pauli multo plures sententias retinuit. Commonitorium omisit, neque vero titulorum indicem. Breviarium terminatur vv. *verum sit quod* c. 1 tit. IV. C. Gr. de Inoff. test. vel potius vv. *quae alterius nomine* interpretationis c. 2 tit. VII. C. Gr. Si sub alterius nomine, quum fol. 20 falso loco sit et ultimum libri esse debeat. Praeterea videtur titulus Legis Salicae: „*Incipiunt Septinas Septī de Lege Salica*[165]),“ qui complet fol. 120, 121, Breviario bibliopegae fortasse culpa interpositus esse. Contuli hunc et sequentes codices Parisienses n. 23, 26, 27, 29—33, 38 anno 1823.

23) Codex Regius Parisiensis 4412[166]) diversarum bibliothecarum nomina et numeros habet: *Iac. Aug. Thuani*, *P. Pithoei*[167]), Colbertinae 904 et Reg. Parisiensis 5159. Eius tres partes sunt: a) Fragmentum tractatus alicuius de Iudiciis Dei (fol. 1—7); b) Breviarium[168]) Alarici (fol. 8—126); c) fragmentum Breviarii Alarici inde a Pauli titulo de Literis Dimissoriis (V, 36)[169]) usque ad titulum Codicis Gregoriani de Sc. Macedoniano (IV, 8), cui annexa est Lex Romana Burgundionum (fol. 127—134). Membranae omnes quadruplicatae sunt, sed ambitu aliquantulum inter se differunt; nam primam et ultimam partem bibliopega aliunde sumsit atque cum media coniunxit uno tegumento, quare et quaternionum numeris et scriptura inter se discrepant[170]). Etenim antiquissima pars est fragmentum de Iudiciis Dei; Breviarium Alarici ultimis saeculi IX. lustris videtur scriptum esse; eo paulo recentiora sunt ultima octo folia. Iam quod ad Breviarium spectat, nonnulla folia periisse, ex quaternionum computatione perspicitur. Lineae graphio ductae sunt et 29 quidem in quaque pagina. Literae minusculam, quae dicitur, formam habent; sed ut indicaret singulorum librorum initium, librarius maioribus usus est et multo cum ornatu pictis, omnium vero pulcherrime scripsit prima codicis verba: *Incipiunt Sententiae*, literis vicissim lapidariis et uncialibus[171]); praeterea ad titulorum rubricas adhibuit unciales literas, primam autem eorum sive singularum constitutionum literam non solum variis coloribus plerumque distinxit, verum etiam animalium aliarumque figurarum mirabilibus figmentis. Etsi codex ex imperatorum legibus praeter subscriptiones et interpretationes nihil fere continet, Pauli quoque sententias multas omittit, tamen insignis est, quia plures res habet, quam Breviarium; titulum dico C. Th. de Officio vicarii (I, 15) et ultimam eius legem; numeros titulorum libri primi, qui in Codice Theodosiano titulum illum subsequuntur[172]); novem Novellas

160) Inter eas referendae sunt in primis literae *a*, *d*, *e*, *g*, *i*, *l*, *n*. 161) Veluti fol. 118. Saepe prima alicuius paginae litera uncialis est. 162) Cf. codicis fol. 114ª, 150ª. E diverso in prima fol. 19 pagina minutissimae literae inveniuntur. 163) Cf. int. al. fol. 43ª. Similiter etiam, sed non ubique, primam interpr. literam. 164) Ea discerpsit, prout spatium postulavit, veluti *s* | *pecialiter.* 165) *Pardessus* l. c. p. 348 sq. hoc exemplo non usus est. 166) *Catalogus Codicum Manuscr. Bibliothecae Regiae* cit. T. III. p. 590. *Savigny* l. c. T. II. p. 11, num. 3 et ibid. not. 29 (ed. I.); T. II. p. 12, num. C et ibid. not. *i* (ed. II.). *Barkow*, *Lex Romana Burgundionum.* Gryphiswaldiae 1826. 8. p. XXIII sqq. *Haubold* l. c. p. CVI sq. n. 17. *Haenel*, *Novellae Constitutiones Theodosii II.* etc. cit. p. X. 167) Fol. 1ª, 8ª, 9ᵇ, 73ᵇ, 126ᵇ, 127ª et in ultima pagina post clausulam Legi Romanae Burgundionum adiectam. 168) Commonitorium deest, sed antecedit index titulorum cum Explanatione. Huic indici haec vv. praemissa sunt: *Incipiunt sententiae cum diebus et consoll. excerptae cum interpretationibus libri legum ex corpore theudosii ipsius Theudosii sunt libri XVI. novellarum libri id est cum auctoribus earum id est Valentiniani Martiani Maiuriani Severi Maximi sunt libri quinque in simul. — hic in fine istorum et ante inicium Gagy arborem iure require — Gagy lib. I. Pauli sent. libri V. gregoriani libro I. Hermogeniani l. I. papiani libro I. antimi libro I. finit in simul veterum ac novellarum libri legum XXX et uno.* 169) Ad stemma, quod in fol. 75ᵇ exstat, a *Pithoeo* haec vv. add. sunt: *lib. VI. observ. c.* 40 (i. e. Cuiacii Obs.). 170) In tertio folio fragmenti de Iudiciis Dei est numerus *p XXXVII.* Breviarii sive mediae partis hos numeros inveni, sed nonnulli falsi sunt: fol. 23 *C. LI*, fol. 31 *D. III. q.*, fol. 39 *E. q. V*, fol. 47 *F. q. VI*, fol. 55 *G. q. VII*, fol. 62 *H. q. VIII*, fol. 70 *I. q. VIIII*, fol. 77 *I. X. q.*, fol. 85 *L. q. XI*, fol. 93 *m q. XII*, fol. 101 *q. XIII*, fol. 109 *O XIIII q.*, fol. 117 *P. q. XV.* Post X. folium unum folium excidit cum parte indicis libri primi et secundi Cod. Th. Cf. etiam *Haenel* ad C. Th. I, 21 not. sup., ad tit. Nov. Theodosii XI., XIII—XVI. not. sup., tit. I. Nov. Severi not. sup. 171) Cf. not. 168 et *Haenel* ad tit. Nov. Maximi l. c. not. sup. 172) Cf. *Haenel* ad C. Th. I, 15, 16, 20, 21, 22, 29, 35 (ap. *Wenck.* 15—21), not. sup.

Theodosii et Valentiniani[173]); Novellas Maximi[174]); titulum tertium Novellarum Maioriani; Novellas Anthemii[175]) et stemmata graduum[176]). Cum codice igitur Fuldensi congruit titulis Novellarum Maximi atque Anthemii, stemmatibus, et interpretatione c. 10 C. Th. de Accusationibus (IX, 1)[177]). In tertia codicis parte post titulum Codicis Gregoriani, quem dixi, tres membranae perierunt cum extrema Breviarii parte et sex primis Legis Romanae titulis prioribusque tituli septimi versibus. Lineae graphio ductae sunt, 31 in singulis paginis; quaternionum autem numeros non recordor me vidisse, interpunctionum nonnunquam haec signa (. s. ;). Literarum forma turpis est et mendorum magna copia. Nihilosecius hoc fragmentum magni facio, quum Legem Romanam Burgundionum contineat et c. un. C. Gregor. Quod cum eo (III, 7), quam praeter hunc codicem solus Aurelianensis habet. Terminatur verbis *Explicit Feliciter*, *Explicit Liber Legum Novellarum Feliciter*[178]).

24) Codex Vaticanus Reg. Sueciae 1023[179]), si integer esset, iisdem rebus excelleret, quibus Parisiensem excellere dixi; nam non solum novem illas Novellas[180]) habet, stemmata graduum[181]), constitutionem de Officio vicarii una cum numeris sequentium titulorum, verum etiam Maximi et Anthemii Novellas in indice titulorum commemorat[182]). Scriptus est saeculo X. literis minusculis in 133 membranis quadruplicatis. Is, qui eum scripsit, negligenter rem egit. Nam nonnullae Novellae omissae sunt, reliquae mendis deformatae, quae ne secunda quidem manus omnino tollere potuit. In superiore aversae folii primi paginae margine recenti tempore aliquis annotavit *Numero* 115 *N. P.* 1656 et in infima pagina *Volumen CXV* | *non Petavianum*[183]) et ad dextram ab his verbis *Codicis Theodosiani* | *et Gregoriani tituli* | *cum Interpretationibus* | *Aniani.* Continet codex fol. $1^{a}$ *Ex Capitularibus Lib. V.* cap. CCCXLII. et inde a decimo versu Definitiones iuris saeculo XIII. scriptas; fol. $1^{b}$—$15^{a}$ enumerationem librorum, Novellarum potissimum et post eam[184]) indicem atque explanationem titulorum Breviarii; in aversa, sed omnino fere vacua folii 15 pagina definitionem divortii; fol. $16^{a}$ vers. 1—17 fragmentum saeculi XI. de Controversiis agrorum[185]) et in posteriore eiusdem paginae parte fragmentum Isidori; fol. $16^{b}$—132, omisso Commonitorio, Breviarium Alarici cum glossis usque ad v. *militi* inscriptionis c. 2 tit. XI. Cod. Gregor. Si amissis vel debitori. Folii 133 lacinia tantum superest, in qua literis uncialibus haec scripta sunt: „*Haec capitula propriae ad episcopos* | *vel ordines quosque ecclesiasticos per* | *tinentia*, *quae non solum hi observari* | *sed etiam sibi subiectis vel commissis faci* | *enda perdocere debent*, | *quia iuxta sanctorum patrum traditionem novimus.*" Quasi cognatum esse hunc codicem Reg. Parisiensi 4412, ex iis, quae supra dixi, apparet; verum etiam forma et ambitu constitutionum sive sententiarum Pauli cum eo convenit, inferioris igitur ordinis est. Restat ut dicam, post stemmata illa fol. $68^{b}$ interpretationes libri III. Codicis Theodosiani inde a c. 6 tit. de Sponsalibus (III, 5) usque ad c. 4 tit. de Dotibus (III, 13) positas et ad suum locum his verbis revocatas esse: *c̄tra req̄ retro in eodem tertio Theodosii Libro;* supra enim fol. 28 desunt. Denique etiam glossae adsunt.

25) Codex Lugduno-Batavus, in bibliotheca Universitatis codicum manu scriptorum latinorum[186]) n. 47, olim

173) Fol. $55^{b}$—$63^{b}$. Quatuor Theodosii (tit. XII. de Repudiis, tit. XXIV. de Ambitu, tit. XXV. de Metatis, tit. XXVI. de Relevatis); quinque Valentiniani (tit. VIII. de Invasoribus Nov. 2, tit. XVI. de Episc. ord., tit. XXV. de Confirm. L. Nov. D. Theodosii, tit. XXVII. de Princip. ag. in reb., tit. XXXV. de Suariis). Omnes Theodosianis Novellis illico adiectae sunt, ut videntur fuisse in codice, quo Cuiacius in Lugdun. ed. a. 1566 usus est. 174) Cf. *Haenel* ad Nov. Maximi l. c. p. 265 not. sup., ex quo loco apparet, eas in indice tantum commemorari, ipsas non superesse. 175) In fine totius Breviarii fol. 124—126. 176) Fol. $72^{b}$—$77^{a}$. 177) Sed hic post Papiniani fragm. est. 178) *Barkow* l. c. p. 171 habet *legis liber Tehud et novellarum feliciter.* 179) Cf. *Zirardinus* l. c. p. 26 not. *G*, p. 417 not. *E*, p. 421 sqq. *Amadutius*, *Leges Novellae V Anecd.* p. XXXVIII, XLIV, 81, 112 sq. *Haubold* l. c. p. CXX sq. *Haenel*, Praef. *Novellar.* cit. p. XI. Contuli hunc codicem anno h. s. XXIV. Novellas, quae ibi sunt, tribus lustris post *Theod. Heyse* me rogante descripsit mihique misit. 180) Fol. $55^{b}$—$61^{b}$. 181) Fol. 64—$68^{a}$. 182) Vid. not. 174. 183) Errore apud *Hauboldum:* „*olim Alex. Petavii* 115." 184) Vid. not. 171. 185) Ita incipit: *Lex De Alluvione Sūpta Ex Ep̄la Divi Iulii,* | *Quae Ad Originem Geometricae Artis Pertinet* | *De Alluvione Genera Controversiarum Ex Flumine. Hec* | *Sunt ne quid de agris occupatis agitur sed q̄d visa quae* | *abstulerit repetitionem non habebit que res necessitate* | *ripae muniende sunt sine alterius dap̄no quisquis il* | *le facito qui ripā suā muniet quod si fluminis torrens* | *aliquando tam violenter decurrerit ut alveum mutet suum multorum* | *agros trans ripā occupet sepe etiam insulas efficiet. Sed Cas* | *sius Longinus prudessimus iuris auctor et iudex hoc statuit* | *ut quicquid aqua lambiendo abstulerit possessor amittat* | *qm̄ scilicet ripā suā sine alterius damno tueri debet. Si vero mai* | *or vis decurrerit et in fines alterius alveū mutat suū et fi* | *et insula in q̊ cucurrerit unusquisque modum fluminis maioris* | *agnoscere debet et eā insulā ipse sibi vindicabit cuius terram* | *tempestative p̄occupavit qm̄ non possessoris negligentia sed* | *tempestatis violentia apparet arreptū.* Cf. *Blume*, *Frontinus de controversiis agrorum. II. Abhandl.* (Rheinisches Museum f. Iurispr. VII. T. Göttingen 1835. p. 156 sq.). *Gromatici Veteres. Ex rec. Car. Lachmanni.* Berolini 1848. p. 124. 186) *Catalogus Bibliothecae Publicae Univers. Lugd. Bat.* Lugduni Batav. 1716. fol. p. 380. *Meerman* ad *Specimen Animadversion. crit. in Gaii Institut.* Mantuae Carpet. 1743. 8. et in *Thesauri* T. VII. p. 673—678. *Meerman* et *Ruhnken* in *Epistolis ad Ritterum* (*Hugo*, *Civilistisches Magazin.* T. V.

S. Iuliani M. 39, tum *Isaaci Vossii* 207[187]), saeculo X. in Gallia a diversis scriptus, ex 155 membranis in formam quadri plicatis constat. Lineae versuum graphio ductae sunt, non ultra 20 in quaque pagina. Insunt in fol. 1 *Capitula pia;* fol. 2 sqq. Breviarium Alarici initio et in fine mutilum. Prima enim eius verba: *dicetur. hoc̄ ut filiisfamilias pro studium literarum tantum pecunia credi possit* inveniuntur in explanatione tit. IX. Cod. Greg. Quod cum eo, ultima *ita non statim casum* in c. 2 tit. XI. Cod. Greg. Si amissis. Explanationem sequuntur *Auctoritas Alarici*, tum formulae, quas habet cod. Reg. Par. 4406[188]), *Cōmoneturus* | *de Trina Conventione Sceda de Litteris* | *Qualiter* et *Scedam Edicque Postrinā conventionē appendi. In foro* etc. et *Scriptione De Litis Et Expensas*, deinde interpr. c. 4 C. Th. de Accus. (IX, 1) et ultimi Sententiarum Pauli tituli. Post eas oritur Codex Theodosianus, ubi pariter atque in Novellis et in reliquis Codicibus librarius omisit inscriptiones et verba legum, quamquam illas interdum addidit. Verum in Paulo describendo ita versatus est, ut non solum Pauli interpretationem in librum suum reciperet, verum etiam saepe sententias a Visigothis explicatas, quid quod hic et illic pro interpretatione sententiam sumeret. Interpretationem appellavit Explanationem. Praeterea codex habet subscriptionem et interpretationem c. 7 (9) C. Th. de Div. rescr. (I, 2) et inscriptionem, subscriptionem et interpretationem c. penult. C. Th. de Off. rect. prov. (I, 7), quas plerique codices omittunt. Librorum et titulorum rubricae uncialibus literis pictae sunt et milto quidem, reliqua literis minusculis et atro succo, qui vetustate palluit. Compendia raro deprehunduntur, sed multi errores. Inspexi codicem anno 1826.

26) Codex Regius Parisiensis 4403^A[189]), olim *Cl. Puteani*, tum Regius 518$\frac{1}{5}$ et 4407, saeculo IX. in Gallia scriptus, nunc corio suillo tectus, ex 213 membranis constat, quae in formam quadri plicatae et ex diversis codicibus sumtae sunt. Insunt enim a) duo folia, 1 et 2, quae scriptura vacant, nisi quod fol. 1 adversa pagina pristinos codicis numeros, *Claudii Puteani* nomen, denique verba „1585 *contuli*“ habet, quae res omnes recenti tempore adiectae sunt; b) fol. 3—14^a v. 6 Isidorus de Legibus sive Originum lib. V. cap. 1 sqq.; c) fol. 14^a v. 7 — fol. 23^a v. 2 Isidorus de regnis militiaeque vocabulis; d) fol. 23^a v. 3 — fol. 26 Isidorus de gradibus affinitatis; e) fol. 27 stemma affinitatis, post quod unum folium exsectum est et fol. 28 vacat; f) fol. 29—213 Breviarium Alarici XXIII quaterniones complectens et in fine mutilum, quum ultimus eius locus sit §. 19 tit. Pauli de Iniuriis (V, 4). Commonitorium deest, neque vero index titulorum. Initio Codicis Theodosiani omittuntur sola verba constitutionum, mox subscriptiones quoque constitutionum Novellarumque legum, etsi a IX. Codicis Theodosiani libro leges saepe integrae sunt. Pariter multae sententiae Pauli conservatae sunt, ubi secundum habitum libri sola interpretatio ponenda erat, appellantur autem *Intp*, quae *Int. n̄ indiḡ.* Officium suum librarius accurate peregit, nam raro erravit, et literarum forma usus est eleganti atque speciosa et magis grandiore atque rotunda, quam minore et contorta, quamquam minuscula. Minusculis literis interdum admixtae sunt, quae propter speciem, quam prae se ferunt, semiunciales dicuntur; verum nonnunquam, quasi alius homo scripserit, commutatae sunt cum minutissimis et cursivis[190]) aut cum iis, quas veteres ad instrumenta negotiorum conscribenda adhibuerunt[191]). Rubricae titulorum et librorum ex capitalibus literis constant. Eae plerumque milto pictae sunt, viridi autem succo notae, quas homo posterioris, quamquam remotae, aetatis ad nonnullos Pauli titulos explanandi causa in margine membranae addidit. Librum librarius composuit ex membranis laevigatis, crassis, rigidis, quibus versus finem libri tenues substituit. Lineas graphio duxit, 23 in quaque pagina. In orthographia, signis interpungendi, compendiis non declinavit ab usu aetatis atque regionis, ubi vixit. *Gothofredum* hoc codice usum esse, exposui in mea Codicis Theodosiani editione[192]).

27) Codex Regius Parisiensis Suppl. Lat. 65[193]), olim *Io. Ant. Lescurii*, tum *Claudii Ex Pillii*, 161 membranas

Berlin 1825. 8. p. 346 et p. 377). *Matth. Roever* in *Specimine ad loca quaedam iuris civilis depravata* c. 10 (in *Oelrichsii Thesaur. Diss. Belg.* Vol. I. T. I. p. 172 sqq.). *Haubold* l. c. p. CXXXIII n. 60. *Pertz*, *Archiv*. T. VII. p. 137.

187) Alterum numerum inveni in prima, alterum in tertia pagina codicis. In hac praeterea script. est: *Acad. Lugd.* Numerum bibliothecae pristinae significari puto verbis *S. Iuliani M:* 39. 188) Cf. quae ex tabulis meis edita sunt a beato *Wenckio* in *Hauboldi Opp.* T. II. p. 910 sqq. 189) *Catalogus Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Regiae*. T. III. p. 388. *Haubold* l. c. p. CII n. 8. *Nat. de Wailly*, *Elemens de Paleographie*. Paris 1838. 4. T. II, p. 249, planche IV, n. 6, codicem medio saeculo VIII. tribuit. 190) Veluti in quat. XIX. 191) Vid. quat. IV.—VI. Quaternionis XXI. literae rudes et onustae sunt, quasi rudis homo calamum sumsisset. 192) Praef. pag. XXX. 193) *Baluzius*, *Capitularia Regum Francorum ed. Chiniac*. Paris. 1780. fol. T. I. praef. p. 56 n. LXXX. *Haubold* l. c. p. CXII n. 30. *Pardessus* l. c. p. XXIV n. XXII, p. 2, 67, 270, 422 sq., 717. *Pertz*, *Monumenta*. T. III. p. XXIV et *Archiv*. T. VII. p. 728, 731. *Waitz* l. c. p. 1 sqq., 217 sqq.

in formam quadri plicatas comprehendit. Insunt fol. 1 Institutionum Iustiniani libri III. tit. 12, §. 3 — tit. 14[194]), saeculi XIV. cum glossa Accursiana; fol. 2—22 Lex Burgundionum[195]); fol. 23—$32^b$ v. 17 Lex Salica; fol. $32^b$ v. 18 — fol. $33^b$ v. 7 Capitulare tertium anni 819[196]); fol. $33^b$ v. 8 — fol. $37^b$ *Concordias Canonicae vel Leges Romanorum sive* Isidori Orig. lib. V. cap. 1; fol. $38^a$ vacat, nisi quod aliquis calami exercendi causa in eo adnotavit §. 1 Pauli de Calumniatoribus (I, 5); fol. $38^b$ — 160 Breviarium Alarici; fol. 161 aliae paragraphi titulorum Institutionum de Gradibus (III, 6) et de Success. libert. (III, 7). Iam quum res, quas fol. 2—37 complectuntur, eodem quidem saeculo, nimirum IX., sed ab alio librario scriptae sint, quam Breviarium, et membranae, in quibus hoc inest, aliter compactae*), trium codicum reliquias hoc codice comprehendi manifestum est, Institutionum, Legum Germanorum, quibuscum coniunctus erat titulus Isidori de Legibus, et Breviarii. Huius prima verba haec sunt: *In DN NOM Incipiunt Capitula | Libri Legum Romanorum Ex Corpore Theodosiani.* Ea confestim sequitur usque ad fol. $44^b$ Index titulorum partim explanatus et singularis quaedam narratio: „*Incipit Prologū Legū* | [197]) *Sub tempore Alarici rege gotorum fuit data sententia | V libros legum qui in herario regis erant retrusi ex | carsum ex omnibus libris. fuit conscriptum in unum | volumen quod p̄ manum legum legis romani goidrico comite | gratiano notario scribentem*“; narrationem autem formula, partim milto, partim gilvo colore picta: *In Nomine Di S M* [198]) *Incipit Theodosii Liber I.* etc. Commonitorium deest, deest etiam ultima pars Breviarii, quod terminatur c. 2 tit. IV. Cod. Greg. de Inofficioso testamento. Statim post c. 2 cit. librarius molestum officium scribendi deplorat, neque vero totam paginam explevit literis, sed postremas viginti lineas vacuas reliquit, quibus ex causis codex, quem descripsit, mancus fuerit necesse est. Deesse autem ultimam illam Breviarii partem propterea doleo, quia index titulorum ita desinit: *Expliciunt Tituli Hermogeniani. Inc. Papaniani | I. De Pactis Inter Virum Et Uxorem. II. De Paternis Rebus*, quasi Papiniani alter locus nostra aetate incognitus in codice illo fuerit[199]), nisi intelligendus est titulus primus Legis Romanae Burgundionum, quam Papiani Librum Responsorum vulgo vocari scimus. Verba legum librarius omisit, vicissim etiam inscriptiones et subscriptiones, interdum totam constitutionem[200]). Pauli sententias saepe retinuit. Quae scripsit, negligenter scripsit et rudi arte, titubante quasi manu. Posterioris aetatis homo multos errores emendando sustulit. Minusculas literas cum semiuncialibus commiscuit et in titulorum rubricis cum uncialibus commutavit, quas milto raro distinxit a reliquis. Verba: *Incipit Prologū Legū* ex altis et formosis literis, rubris quidem, sed gilvo colore exornatis, effinxit, similiterque formulas singulis libris praemissas, aut literas initiales, quae dicuntur, librorum et titulorum. Quum negligenter scripserit, orthographia varia est. Lineas versuum acuto graphio, quod membranas interdum dissecuit, duxit, non ultra 28 in quaque pagina. Membranae, quae gilvum colorem induxerunt, rugosae sunt et rigidae. Folium 150 post 158 debebat poni[201]). Praeterea codicis tegumento intus adglutinata est effigies *Claudii Ex Pillii*[202]), anno 1596 aeri incisa, cui haec verba addita sunt: „*Ab heredibus Lescurii emptum habeo | Claudius Expillius Consiliarius et | Advocatus generalis Regius in Senatu | Gratianopolitano* 1609.“ | Nomen autem *Lescurii* in margine nonnullorum foliorum, veluti secundi, tertii, quarti, adnotatum est. Denique recentior manus in folio primo indicem rerum, neque vero omnium scripsit. Omisit enim commemorare Institutionum fragmenta, Capitulare et Isidorum. Quid significent numeri 1 et 50 indici subiuncti, nescio.

194) Alterum folium tegumento codicis intus adglutinatum est. 195) Loco tit. XIX. et XX. positae sunt interpretationes Pauli de In rem verso (II, 9) sub rubr. *de Mutua Pecunia*; §. 3 de Instit. (II, 8) sub rubr. *de Institoribus Si quis cum discipulis*; interpr. c. 1 C. Th. de Infirmandis his quae sub tyr. (XV, 3) sub rubr. *Era III. De Infirmandis*; §. 1 Pauli de Servorum quaest. (V, 18) sub rubr. *De Servo*, omnes vero mutatae et in compendium contractae sunt. Cf. *Pardessus* l. c. p. XXIV. *Pertz* l. c. p. 728 ineditos Legis Burgundionum titulos esse dicit. 196) Haec ibi sunt capitula: *Incipiunt Capitula Que Legibus Attenta Sunt | Que Et Missi Et Comites Habere Et Ceteris Notum Facere Debent. In Primo Capitulo de Honore Ecclesiastico. Si quis — LX sol. componat* (*Pertz*, *Mon.* T. III. p. 210 n. 1); *de Adulterationibus Monetae XVIIII; De Proprio Dominico Sine Iussione Illius Reddi XX; De Pueris Invitis Parentibus Detrusis* (Detonsis) *Aut Puellis Velatis XXI* (*Pertz* l. c. p. 213 n. 19—21); *cap. X. De Falsis Testibus Convincendis. Si quis cum altero de qualibet causa — ad suam causam testes habere* (*Pertz* l. c. p. 211 sq. n. 10). *Pertz* l. c. p. XXIV appellat haec capitula *Fragmentum capitularis* 112. *) Nam fol. $69^b$ sive 32 Breviarii terminatur quaternio IIII., quae res demonstrat, novum librum fol. 38 incipi, hoc igitur folium huius libri primum esse. 197) Cf. quae ex literis meis data sunt ap. *Hauboldum* l. c. p. CXIII. Ea repetit *Pertz* l. c. p. 731. 198) *Pertz* l. c. *Summi.* Literae *S* intra superiorem uncum interiecta est litera *u*, minutissima forma. 199) Err. dictum est ap. Hauboldum, inesse in codice titulos Legis Romanae Burgundionum, quos habeant codices Paris. 4414 et 4415. 200) A XIX. titulo libri II. Codicis Theodosiani usque ad octavum libri III. solas interpretationes posuit et de constitutionibus nihil retinuit. 201) Videtur etiam alius librarius his foliis operam suam navasse. 202) Haec inscriptio ei addita est: „*Ex Pillij Claude. Voicy la merveille des ames | l'honneur des doctes et guerriers | qui void changer ses belles flames | en mille branches de lauriers | Pontaimeri* 1596.“

28) Codex Mediolanensis, in Bibliotheca Ambrosiana C. 276 partis inferioris[203]), saeculo IX. in Gallia scriptus est. Eum emtum esse in Gallia, perspicitur ex verbis, quae intus in tegumento libri *Olgiatus* quidam indici rerum subiecit: „*Hunc codicem ob octingentorum circiter annorum antiquitatem venerandum una | cum multis aliis Avenione vehendum curavimus. | Felicibus auspiciis Ill^mi Card. Federici Borrhomaei Archiep. Mediol. B. Caroli Patruelis | et Bibliothecae nec non Scholae Ambrosianae fundatoris Antonius Olgiatus primus | eiusdem Bibliothecarius scripsit anno* 1606." Constat codex ex 117 membranis[204]) in formam quadri plicatis et maximam partem rigidis. Aliae rugosae sunt et fuscum colorem acceperunt. Lineae graphio obtuso ductae sunt, 31 circiter in quaque pagina. Minusculis literis, quae modo in altum supra lineam, modo infra eam porriguntur, saepe quoque inter se cohaerent, librarius interdum interposuit semiunciales, librorum vero et titulorum rubricas verbumque *Intp.* ex uncialibus formavit et milto coloravit. Compendiis vero, signis interpungendi atque orthographia usus est et terrae, ubi degit, et aetatis, cui codicem tribui, propriis. Complectitur liber Breviarium Alarici. Id mutilum est et finitur verbis: *tempore dereliquid non demi* interpretationis c. 2 tit. IV. C. Gr. de Inoff. test. Exsecuit enim, nescio quis, reliqua folia, quorum reliquiae inter tegumentum et ultimum folium codicis adhuc conspiciuntur. Commonitorium adest, neque vero totum, quum primum folium, in quo est, laceratum sit*). Id subsequitur index titulorum cum explanatione. Constitutionum et Novellarum verba et subscriptiones ubique fere desunt, pariter atque Pauli sententiae a Visigothis explicatae. Contuli hunc codicem anno 1825.

29) Codex Regius Parisiensis 4408, olim 438 et 5183[205]), ex 217 foliis in formam quadri plicatis[206]) constat, quorum ordinem bibliopega turbavit. Elegantia et nitore literae excellunt, minio rubricae et verba *Impp.*, *Intpr.* Formulas libris praefixas aut subiunctas librarius lapidariis, rubricas uncialibus literis a reliquis versibus distinxit, quos minusculis complevit. Lineae graphio ductae sunt, et 27 quidem in quavis pagina. Proprii quicquam codex, qui saeculo IX. scriptus est, non habet; comprehendit autem fol. 1—11 Isidori tractatum Legis Romanae, tum Alarici Auctoritatem et Breviarium. Hoc in fine mutilum est, nam terminatur verbis: *ipsi filiusfamilias* interpretationis c. un. tit. IX. C. Greg. Quod cum eo. In Codice Theodosiano et in Novellis verba quidem legum desunt, neque vero inscriptiones et subscriptiones. Pauli et Gregoriani Codicis paene nihil excidit, quare *Savigny* codicem primae classis esse existimavit[207]).

30) Codex Regius Parisiensis 4410[208]), olim 565, tum 5159 et antiquo nunc deleto numero DXXIX insignitus, constat ex 155 membranis in formam quadri plicatis[209]), quibus haec comprehenduntur: fol. 1ᵃ v. 1—15 res ad theologiam pertinentes et vacant v. 16—29 paginae adversae; fol. 1ᵇ v. 1—22 Commonitorium, tum reliquis eiusdem paginae versibus initium formulae *De Trina Conventione* usque ad verba: *in loco illius qui;* fol. 2—4ᵇ v. 20, nisi quod folii tertii adversa pagina literis vacua est, stemmata lineae rectae et tabula: *Lege hereditates quemadmodum redeant;* fol. 5 fragmentum Isidori de graduum vocabulis sive Origin. lib. IX. cap. 6. In postremis novem lineis aversae paginae fol. 5 nihil scriptum est; fol. 6—19ᵃ v. 20 Index titulorum Breviarii Alarici cum Explanatione; reliqua pars folii scriptura vacat; fol. 20—155ᵃ v. 16 Breviarium Alarici, quod pariter atque codex Reg. Paris. 4405 terminatur v. *convenit* interpretationis c. 1 tit. I. Codicis Hermogeniani de Cauta et non num. pec., itaque, quum in reliqua ultimi folii parte nihil scriptum sit, ex eodem codice videtur descriptum esse, ex quo ille ductus est. Nihilosecius ex diversorum librorum reliquiis compositum esse codicem, non solum ea demonstrant, quae modo exposui, verum etiam scripturae diversitas et quaternionum signa[210]). Priores enim quinque membranae res saeculo IX. scriptas complectuntur, at Breviarium literarum minuscularum speciem prae se fert, qua Franci primis saeculi X. lustris usi sunt. Praeterea

203) *Clossius*, *Theodosiani Codicis Genuini Fragmenta*. Tubingae 1824. 8. p. IX not. **. *Haubold* l. c. p. CXV n. 34. Clossius falso dicit, codicem saec. VIII. scriptum esse. 204) Sive ex quindecim quaternionibus et una membrana; primi enim et ultimi quaternionis nonnulla folia desunt. *) Similiter lacerata sunt folia, quibus Cod. Th. lib. I. tit. 8 — ult. comprehenduntur. 205) *Catalogus Libr. Manuscr. Bibl. Reg.* T. III. p. 589. *Savigny* l. c. T. II. p. 61 not. 60 (ed. I.). *Haubold* l. c. p. CIV n. 13 et p. 901 not. *c.* 206) Falso apud *Hauboldum: foliis duplicatis;* nam quaternionum numeri adsunt. 207) l. c. T. II. p. 61 not. 60 (ed. I.). 208) *Catalogus Libr. Manuscr. Bibl. Reg.* T. III. p. 590. *Haubold* l. c. p. CVI n. 15. 209) Ita esse, perspicitur ex signis quaternionum, quae nonnunquam adsunt; nam in aversae folii 5 paginae margine est litera *h*, similiter supersunt in aversis fol. 100, 116, 124, 135 paginis numeri *I*, *III*, *IIII*, *V*. Literas igitur, quas prioribus quaternionibus librarius supposuerat, in posterioribus commutavit cum numeris romanis. 210) Etenim litera *h* folii 5 (vid. not. antec.), quod de gradibus cognationis agit, cum hoc folio terminari demonstrat alius libri quaternionem octavum.

quaterniones, in quibus Breviarium inest, aliis signis coepti sunt numerari. Verum his quoque quatuor folia, nimirum 50—53, ex alio codice interiecta esse, perspicuum est pluribus ex causis. Folii enim 49 ultimi viginti versus et folii 53 aversa pagina scripti quicquam non habent, e contrario continetur foliis 50—52 et adversa folii 53 pagina Codicis Theodosiani liber quintus a tertio titulo et eiusdem quidem omnino amplitudinis, quam a Visigothis accepit, sed in reliquis membranis constitutionum Codicis Theodosiani Novellarumque solae supersunt inscriptiones, subscriptiones et interpretationes. Membranae crassae quidem sunt, sed tamen laevigatae, molles et maximam partem albae. Lineas librarius graphio duxit, 29 in singulis paginis. Compendiis et orthographia non discrepat cum aliis suae regionis et tunc temporis librariis. Eum artem scribendi calluisse, literarum nitor et elegantia demonstrat, quas in titulorum inscriptionibus et in verbis *Sent.*, *Intpr.*, *Impp.*, *Id.*, *Augg.* cum uncialibus plerumque milto pictis commutavit, in inscriptionibus autem et in subscriptionibus librorum cum capitalibus in longum deductis gracilibusque et modo atris, modo cinnabare conspicuis. Initiales, quae dicuntur, literas interdum artificiose delineavit. Succus, quem adhibuit ad scribendum, nonnunquam a membrana solutus est. Post fol. 46 alius videtur officium scribendi suscepisse, quum membranae compleantur minoribus et tenuibus literis. In Pauli sententiis et constitutionibus Gregoriani Codicis raro aliquid deest, etsi interpretationes sententiarum interdum omissae sunt.

31) Codex Regius Parisiensis 4413[211]), olim *Memmianus*, 97 | *inter Bigotianos* | *R.* 4890[212]), ex 157 membranis in formam quadri plicatis[213]) constat, maximam partem albis, laevigatis et mollibus. Lineae graphio ductae sunt, 30 in quaque pagina. Ex literarum forma eum, qui Breviarium in has membranas intulit, saeculo X. vixisse apparet. Remotiorem quidem aetatem ea videntur significare, quae Papiniani fragmento subiunxit: „*Theodosiano cod ex commune iure pactum* (vacant duo versus) *Explicit Feliciter In Xpo* (vacat unus versus). *Ego Regenardus clrs esau rogante. hunc librum scrip | si sub tempore chludouuico Impr anno XVIIII. Impe | rii sui et sub tempore Erimbarto urbis baiocas epo letili*(?) *et Iohanni duos gemellis abbate et huius pvincie | humberto comite | hoc primū fuit hoc tempore pubertatis predicto esau.*“ Videtur igitur codex anno 833 scriptus esse[214]). At literarum forma saeculi X., neque vero IX. est, quapropter dubitari nequit, quin verba illa ex antiquiore aliquo libro sumta sint. Brevis ille libellus „*Ad Sanguinem Minuendum, Utrum Luna Sit Bona An Non*“, qui adversam folii primi paginam complet, saeculo XIII. scriptus est. Literae minutae quidem sunt, sed perelegantes. Genere ad minusculas pertinent, sed in titulorum rubricis ad unciales et ad capitales, si quando compendium *Intp* ponendum erat. Praeterea aliquis, utrum librarius an alius homo nescio, fortasse ille, qui glossas vel emendandi et supplendi vel interpretandi libri causa, modo inter versus, modo in margine membranarum apposuit, titulos, qui atro succo scripti sunt, viridi quoque succo aut milto interdum coloravit, saepe quoque iis simulque legum inscriptionibus et subscriptionibus gilvum colorem induxit. Idem fecit in distinguenda voce *Intp* aut prima interpretationum sive legum litera, quae vero saepius viridi succo aut milto a reliquis discretae sunt, quam gilvo colore. Interpungendi causa diversa signa, sed sine certo consilio adhibita sunt, veluti punctum, semicolon, comma, signum interrogandi, id quidem a dextra ad sinistram deflexum. Verba non cohaerent. Breviario praemissus est index titulorum et Explanatio eorum a secundo Codicis Theodosiani libro. Commonitorium deest. Quamquam librarius id maxime studuit, ut interpretationem reciperet, tamen sibi non constitit, nam in secundi Codicis Theodosiani libri titulis I—XIX. constitutiones plerumque omnino delevit, in reliquis constitutionum sive Novellarum libris hic et illic subscriptionem posuit, sed crebro, a quarto potissimum Codicis Theodosiani libro, inscriptionem et subscriptionem, solam autem inscriptionem in prima quaque titulorum lege; Paulum, cuius interpretationem *Explanationem* appellavit, totum fere conservavit. Insignis est hic codex ob plures causas; habet enim praeter singulares quasdam glossas, §. 2 Pauli de Iudiciis omnibus (I, 12), quae a plerisque codicibus abest, et in ultima codicis pagina post Breviarium XVI primi

211) *Catalogus Libr. Manuscr. Bibl. Reg.* T. III. p. 590. *Nouveau Traité de Diplomatique.* T. III. p. 54. *Savigny* l. c. T. II. p. 57 not. 51 (ed. I.) et p. 58 not. *a* (ed. II.). *Haubold* l. c. p. CVII n. 18. 212) Retuli verba et numeros eodem ordine, quo sunt in charta a bibliopega inter tegumentum et codicem interposita. 213) Falso octuplicatae dicuntur apud *Hauboldum*, nam quaternionum numeri, qui partim adsunt, contrarium docent. Forma quidem externa octavae, quae dicitur, similis est, ea vero non impedit, quominus membranae in formam quadri plicatae sint. 214) Saeculo IX. scriptus esse dicitur in *Catalogo* cit. et ap. *Hauboldum* l. c.

libri Codicis Theodosiani titulorum rubricas, quae partim a me primum divulgatae sunt, et quum concinant cum Taurinensibus Codicis Theodosiani reliquiis, ex vetusto aliquo codice eius videntur descriptae esse[215]). Ceterum mutilus est, nam inter fol. 143 et 144 nefarius quidam homo unum folium exsecuit, alterum inter fol. 149 et 150, quo facto particulae Pauli perierunt. E diverso in aversa folii 136 pagina post sextum versum nihil quidem scriptum est, neque vero quicquam omissum.

32) Codex Regius Parisiensis 4414[216]), olim Bigotianus vel Memmianus 98, R. Regius 489$^{9}_{3}$[217]), constat ex 167 membranis in quadri formam plicatis[218]), quarum prima et secunda scripti quicquam non habent, nec numerantur. Reliquae maximam partem rigidae sunt, lutulentae et vetustate fuscae. Nonnullae falso loco sunt, quia ordo earum aut a bibliopega inversus est, ut in tertio Codicis Theodosiani libro et in Gaio, aut turbatus erat*) in codice, unde hic ductus est. Lineas librarius obtuso graphio duxit, 27 in quaque pagina. Insunt fol. 1$^a$ Decalogus in novem hexametros redactus et *Lib. de Legibus Romanis;* fol. 1$^b$—15$^a$ titulorum Breviarii index et explanatio; in aversa folii 15 et adversa folii 16 pagina nihil scriptum est; fol. 16$^b$—147$^b$ v. 20 Breviarium Alarici sine Commonitorio; fol. 147$^b$ v. 21 — fol. 158$^a$ v. 12 *Edictum de Legibus* sive Isidori Origin. Lib. V. cap. 1; fol. 158$^a$ v. 13 — fol. 158$^b$ v. 3 Canones *Arilionensis secundi* (Concilii Aurelianensis(?) II.); fol. 158$^b$ v. 4 — fol. 159 v. 16 Canones Concilii Aurelianensis III.; fol. 159$^a$ v. 17 — fol. 159$^b$ v. 2 fragmentum Concilii Chalcedonensis de Libertis et Colonariis; fol. 159$^b$ v. 3 — ult. cap. 24 Legis Burgundionum; fol. 160$^a$ v. 1 — fol. 161$^a$ v. 20 nomina episcoporum, qui Concilio Chalcedonensi interfuerunt et Edictum Valentiniani et Marciani *ad confirmationem Concilii Chalcedonensis;* fol. 161$^a$ v. 21 — fol. 161$^b$ loci de *Siliqua*, *Obolo*, *Scribulo*, *Sixtula*, sumti ex Isidori Orig. Lib. XVI. cap. 25, et duo canones concilii alicuius mihi ignoti; fol. 162 Gregorii chronicorum pars; fol. 163$^a$ vacat literis; fol. 163$^b$ et 164 illorum chronicorum alia pars; fol. 165 tractatus de re medica. Iam quod ad Breviarium attinet, literarum forma X. quidem saeculi est, sed ita varia, ut aut a diversis hominibus videatur liber scriptus esse aut diversis stilis, nam priorum quaternionum literae rotundae sunt, pingues et vacillantes, posteriorum graciles, minutae, gilvae et in latitudinem ita ductae, quasi exaraverit eas librarius. Ceterum speciem minuscularum prae se ferunt praeter eas, quae rubricas titulorum efficiunt et milto coloratae sunt, praeterque primas inscriptionum, subscriptionum, interpretationum et sententiarum. Compendiorum exiguus numerus est et interpungendi signorum nullum nisi punctum. Reliqua conveniunt cum aliis saeculo X. scriptis libris, etsi errorum multitudo librarios in arte scribendi rudes fuisse demonstrat. Sed quidquid est et quamquam multarum legum verba omittit codex**), magni tamen eum facio propter locos iuris, quos fere solus habet. Habet enim locum „*Respuenda sunt iurgia* etc.,“ quem inveni in Pithoeano, nunc Regio Parisiensi literis F. 6 consignato exemplo Codicis Theodosiani Lugduni anno 1566 editi et *Haubold* literis meis usus divulgavit[219]), deinde tres titulos Legis Romanae Burgundionum, nimirum II., XXVIII., XLI., et interiectos quidem inter titulos Pauli de Iniuriis deque Effectu sententiarum, denique fol. 147$^b$ tit. III. Codicis Hermogeniani de Iure fisci. At vero hunc memini me nuspiam invenisse, nisi in hoc libro et in codice Reg. Paris. 4415, videtur igitur eum *Cuiacius* ex alterutro codice anno 1566 eruisse[220]). Numerus *XV* conversis numeris *VX* expressus est.

33) Codex Regius Parisiensis 4415[221]), olim Colbertinus 2459, tum Regius 4701, subscripto numero 5, constat

215) Nimirum hi tituli C. Th. inediti erant: XVIII. *de Officio praefecti vigilum;* XIX. *de Officio Tribuni voluptatum;* XXVIII. *de Officio Defensoris Senatorum;* XXX. *de Curatoribus civitatum;* XXXI. *de Administratiunculis intra urbem;* XXXII!. *de Primiceriis.* Cf. *Haenel*, *Codex Theodosianus* p. 166—176. Primus hunc indicem titt. edidi in *Riehteri Annalibus Criticis* ann. 1837. T. I. p. 665 sq. 216) *Catalogus Libr. Manuscr. Bibl. Reg.* T. III. p. 590. *Haubold* l. c. p. CVIII n. 19. 217) Ita scriptum est in fol. primo. Codex tectus est corio fusco. 218) Id perspicitur ex quaternionum serie, quae haec est: fol. 31$^b$ *CD;* fol. 39$^b$ *D;* fol. 55$^b$ *E;* fol. 71$^b$ *K;* fol. 86$^b$ *F* (fol. 87$^a$ in infer. marg. pro numero est v. *Quaterno*); fol. 94$^b$ *G;* fol. 112 *M;* fol. 120 *NN;* fol. 128 *O;* fol. 136 *P.* *) Nam fol. 103$^b$ v. 7 post §. 3 Gaii de Oblig. librarius notat: *Require retro in Theodosio lib. II. Qui de iurisdictionibus ubi imp. Constan. Int.* et sequitur c. 6 C. Th. eiusd. tit. cum inscript. et subscript. Ea terminatur fol. 103$^b$ et incipit fol. 104 cum verbis: *require in Novell Lib II in titulum VII de indulgentiis reliquorum*, deinde sequitur pars illius Novellae *fomitem — patres conscripti*, quae omnia supra deerant. Tum pergitur in Gaio a §. 7 vv. *debitor post* eiusd. tit. **) Lib. II. C. Th. inde a c. 5 tit. 12 de Cognitoribus — tit. 21 de Inoff. dot. verba quoque constitutionum habet. 219) Vid. supr. cap. I. not. 69. 220) Cf. *Haenelii* editio Codicis Hermogeniani pag. 67 not. sup. Addendum est, incipere indicem titulorum verbis: *In Xpi Nomine Incipit Capitula Liber Romanus De Thš. Et* | *DPL. De Gai. De Gregorum De Novellar.* | *De Constantino Onorio. Arcadō* | *Iulāno Rufino Cornelio Agḡ. Graciano* | *Alexander Isti plaregerexerunt In Lege Romana Sunt Impp. boni . . m̄te d̄u . . . ?* quae literis lapidariis et uncialibus scripta sunt. 221) *Catalogus Libr. Manuscr. Bibl. Regiae.* T. III. p. 590. *Savigny* l. c.

ex 118 membranis in formam quadri maioris plicatis, crassis, rigidis et vetustate partim fuscis. Lineae graphio ductae sunt et in duplicem seriem distributae, verum non plures quam 26 in quaque pagina. Scriptus est codex saeculo IX. in Gallia literis minusculis, etsi titulorum rubricae pariter atque verbum *Intp* ex uncialibus miltoque pictis literis constant[222]); insignis autem est elegantia scripturae, orthographia et compendiorum paucitate; verum ultimorum quaternionum literae aliquantulum in angustum contractae sunt et carent nitore. Interpungendi causa punctum potissimum adhibitum est vel signum .·. et hoc quidem magis in fine legum et interpretationum, quam inter media verba. Complectitur liber fol. 1—110$^b$ col. *a* v. 11 Breviarium Alarici; fol. 110$^b$ col. *b* v. 12 — fol. 118 Isidorum de Legibus sive Originum Lib. V. cap. 1 sqq. Breviarii priores quatuor quaterniones perierunt, quare principium deest usque ad c. 1 C. Th. de Pignor. (II, 30). Ordo membranarum, quae Paulum comprehendunt, videtur turbatus esse, sed quum librarius, qui verus sit sententiarum ordo, interdum luculenter demonstraverit, sine dubio codicis, quem descripsit, quaterniones falso dispositi erant[223]). Similiter tertii Codicis Theodosiani libri nonnulli tituli de suo loco deiecti sunt. Constitutionum et Novellarum verba plerumque desunt, Pauli sententiae modo adsunt, modo desunt. Quum habeat codex eosdem titulos Legis Romanae Burgundionum Hermogenianique Codicis, quos in Regio Parisiensi 4414 reperiri dixi, non minoris pretii quam ille aestimandus est. Denique librarius literis uncialibus Breviario hanc clausulam subiunxit fol. 110$^b$ col. *a* v. 12 sqq.: „*Explicit Lib. Legum Theu* | *dosianus propiciante domino feliciter domino Gratias amen Facta hec autem* | *Lex sub die Sabba* | *to in mense decmb̄* | *anno XV regnante Karolo* | *rege. Vos autem lectores qui is* | *tum libellum legeritis ma* | *nus vestras bene diligite et di* | *gitos vestros longe ponite ad* | *scripturam quia qui nescit s* | *cribere nullum labore esti* | *ma quia quinque berniara* | *bant tres operabant sulcisque* || Col. *b* || *faciebant. o quam grave pon* | *dus scriptura dorsum incur* | *sat oculos caliginem facit* | *ventrem et costas frangat* | *et tu frater qui legis istum li* | *brum. ora pro Radulfo cle* | *rico. famulo dei qui hec scrip* | *sit in atrio Sc̄o Aniani si dm̄* | *habeatis. adiutore vel protec* | *tore in omnibus operibus v̄ris.*"[224]) ex qua *Stieberus* colligit, codicem anno 783 a *Radulpho* clerico scriptum esse. At literarum forma recentioris aetatis est, quare clausulam illam ex codice, quo librarius usus est, in hunc transscriptam esse arbitror.

34) Codex *Caroli de Savigny*[225]) ex 19 quaternionibus[226]) et duobus foliis constat, sive ex 149 membranis, quum primi quaternionis tria tantum supersint folia. Membranae maximam partem sunt crassae, gilvae et saepe rugosae, humoris quoque maculas habent. Tegumento bibliopega membranas induxit intusque binas chartas initio et in fine codicis addidit. In tergo eius recenti tempore haec scripta sunt: *Breviarium* | *M. S.* | *Codicis Theodos.* | *Quaedam* | *Gregoriani* | *Caij Institutionū.* | *Pauli Sententiarū Fragmenta.* Versuum lineae graphio ductae sunt, circiter 32 in quaque pagina. Scriptus est codex primis saeculi X. lustris, nitidis et minusculis quidem, sed altis literis; rubricae vero et signaturae, quae dicuntur, librorum in superiore singularum paginarum margine adscriptae, denique etiam verba *Impp*, *Senten̄* et *Interpre̅* ex literis quadratis sive uncialibus constant, ex maioribus autem et saepe lapidariis formulae, quas librarii partibus Breviarii aut praeponere aut subiungere solent. Eandem formam habet prima quaeque constitutionum et sententiarum litera, quam librarius distinguendi causa in margine membranae ponere solitus est. De compendiis, orthographia, interpunctione non opus est exponere, conveniunt enim cum codicibus illo tempore scriptis, id vero non inutile est dicere, multis locis corrigendis secundam manum operam navasse. Complectitur liber Breviarium Alarici cum indice quidem titulorum eorumque explanatione a quarto titulo libri II. Codicis Theodosiani, sed sine Commoni-

T. II. p. 158 not. 180 (ed. I.), p. 166 not. *b* (ed. II.). *Haubold* l. c. p. CVIII n. 20. Involucrum corio rubro tectum est et scuto Bibliothecae Colbertinae insignitum.

222) V. *Impp.* prima quaeque litera in margine posita est ad latus interpretationis et in longum ducta, saepe quoque lineis artificiose exornata. 223) Inter alia fol. 85$^a$ scriptum est *Explicit lib. II. Incipit Liber III;* verum quum proximum titulum librarius perspexisset primum esse libri V., addidit: *Iste est liber V.* 224) In errores non incidisset librarius, si quidem ipse haec scripsisset, veluti *incursat* (incurvat), *frangat* (frangit), *Sc̄o* (Sc̄i). Eos *Savigny* l. c. tacite emendavit. 225) *Savigny* l. c. T. II. p. 37 not. 2, p. 48 not. 34 (ed. II. p. 50 not. *c*), p. 61 not. 61. *Haubold* l. c. T. II. p. CXXVII n. 52 sq. Benevolenter *Savigny* hunc codicem mihi Lipsiam misit, ut eo uterer in edendo Codice Theodosiano. 226) Numeri quaternionum I., III., XIX. abscissi sunt. Primum folium laceratum est, alterum scriptura vacat, nisi quod recentior manus nonnullas literas in eo pinxit. Antiquitus videtur in eo aliquid scriptum et per duplicem literarum seriem distributum fuisse. Praeter numeros *XIII* et *XIV* et literas *P*', *Q*', *O*' nihil potui ex vestigiis scripturae eruere.

torio, ex quo priora codicis folia ablata esse apparet. Papiniani fragmento haec literis maioribus adscripta sunt: *Explicit Liber Iureticus | Ex Diversorum Sen | Tentiis Elucidatus. | Feliciter. | Deo Gratias Amen.*|, quibus verbis terminatur fol. 147; id subsequuntur duo folia, 148 et 149. In illo insunt a) Capit. circ. ann. 803 cap. 1—9, 11, 10; b) Decretum Childeberti regis circiter ann. 595, cap. 6—13, 4 (*De Raptores. Si quis praesumserit raptum facere*), 3 (*De Rebus Iniuste Interciatis. Si quis iniuste interciaverit aut servum campo aut caballum — detenuit pare conditionis convenit observare*). Secundum folium scriptura vacat. In Codicibus Theodosiano, Gregoriano, Hermogeniano et in Novellis verba constitutionum plerumque desunt, quo factum est, ut cohaereant inscriptiones et subscriptiones, eas sequatur interpretatio; nihil vero deest, si qua lex interpretatione non indigebat, quod constanter omnium codicum librarii observarunt. Pauli sententiae raro exciderunt[227]). Gaii tituli continuo numerantur et deest titulus de Substitutionibus. Qui possederint codicem, cognoscitur ex scuto aeri inciso, quod priori tegumento intus adglutinatum est, et ex primo folio chartarum a bibliopega interpositarum. Etenim in illo haec leguntur: *Ex Bibliotheca | Nicolai Iosephi Foucault | Comitis Consistoriani;* in hoc: *Egregium h: Mss. codicem in Clar. Cuninghamii. Lugd. Bat: apud van der Linden | emi et Licet.| omnium Mss: q̄s in iure habemus preter Florentinum sit optimus | non mihi tamen ultra* 30 *florenos Constat*, et praeterea: *de Caracteribus huius Codicis vide | B: Montfaucon in Diario Italico. C.* 28 *p.* 445. 1., quae utrum *Ioannes van Nispen*, supremae Hagae Comitum curiae senator, an *Ioannes Luzac* scripserit, nescio. Eos enim possedisse codicem, affirmant *Savigny* et *Stieber*, etsi tacent, cur *Ioannem van Nispen* eius possessorem fuisse putent. Verum, quum scripturae, quas ex *Ioannis* codice *Meerman*[228]) in editione Gaii protulit, omnes, una excepta, cum *Caroli de Savigny* codice conveniant, non dubito, quin recte existiment. Usi sunt hoc codice Iuris Anteiustinianei, quod Berolini anno 1815 divulgatum est, editores[229]).

35) Codicem Parisiensem 4406 ex diversorum codicum fragmentis compositum esse, supra dixi[230]). Huc pertinent octo folia[231]), 60—67, quae quaternionem XIII. efficiunt et Maioriani imperatoris Novellas, quas *Cuiacius* anno 1566 edidit, comprehendunt a verbis *noluerit maritum et suam deserens* interpretationis tit. VII. (apud *Cuiacium* et in Breviario tit. I.) de Curialibus[232]) usque ad vv. *alendis et locuple* §. 6 tit. VI. (apud *Cuiacium* tit. VIII.) de Sanctimonialibus[233]). Ea etsi in ultima pagina *P. Pithoei* nomen habent, ex codice 35 sive Reg. Paris. Supplem. Lat. 779 exemta esse, infra exponam. Agam igitur de hoc codice, quum quae de eo dicenda sunt, ad illa quoque octo folia pertineant. Eum olim fuisse ecclesiae Bellovacensis librum, docent verba primi folii: *Ce livre manuscrit apartient à la Bibliothèque du chapitre de la cathédrale de Beauvais;* postea transiit in bibliothecam *Gayi* Lugdunensis[234]), inde in Regiam Parisiensem, ubi nunc Suppl. Lat. 779 est. Emtus est[235]) a praefectis huius bibliothecae ultimo anni 1833 mense, quum libri *Gayi*, qui de vita decesserat, publice venderentur. Simulac mihi nuntiatum esset, codicem Parisios pervenisse, id maxime studui, ut scirem, qui codicis huius habitus esset, quae ab editis libris diversitas. Illud impetravi[236]) a *Carolo Eduardo Zachariae de Lingenthal*, viro celeberrimo, hoc a doctissimo *Millero*[237]), librorum manu scriptorum, qui in Regia bibliotheca Parisiensi asservantur, custode. Postea ipse examinavi Novellas Maioriani anno 1837[238]). Tegumentum codicis recens est et aureis ornamentis decoratum. In tergo eius haec sunt: *Liber Legum Alarici Regis M.* 5. *In Membranis*, quae quam bibliothecam significent, nescio. Regia Bibliotheca indicatur in charta, quae a bibliopega codici praefixa et inscripta est R. B. No. 1704} 1834. Constat codex ex 164 membranis quadruplicatis, sive XXI quaternio-

227) Casu exciderunt §. 6 sqq. tituli de Modo (II, 18).

228) Cf. *Gerard. Meerman*, *Thesaurus.* T. VII. p. II et 674 sqq. et eiusdem epistola scripta *Io. Danieli Rittero*, *Roterodami die* 24 *Ianuar. MDCCLI.* ed. ab *Hauboldo* (*Hugo*, *Civilistisches Magazin.* T. V. p. 377).

229) Unde proveniant, quae apud *Hauboldum* l. c. scripta sunt: „*quorum* (Gaii titulorum) *tres posteriores numeris XXI, XXII et XXXIII distincti sunt*,“ equidem ignoro. Ultimus enim numerum *XVII* habet.

230) Pag. LII sq.

231) Falso *Haubold*, *Opp.* T. II. p. 909, septem esse dicit.

232) Etiam in cod. est *tit. I.* Breviarii Alariciani. Vid. interpr. tit. cit. not. *p* in *Haenelii* editione.

233) Vid. tit. cit. §. 6 not. *c* in *Haenelii* editione.

234) *Catalogue du Cabinet de Feu M. Gay.* Lyon et Paris 1833. 8. (vendit. est publice mens. Decembr. inde a II. eius die) p. 10 n. 86: „*Incipit Liber Legum Auctoritas Alarici Regis. In hoc corpore continentur leges sive species iuris de Theodosiano vel diversis libris edictae vel sicut praeceptum est explanari anno XXX regni Alarici ordinante viro inlustri Gotarico comite feliciter. In fol. forme carrée v. f. dent. Ms. sur Parchemin de la fin du VIII. siècle.*“ Praeterea cf. *Pertz*, *Archiv.* T. VIII. p. 309.

235) Emtus esse dicitur 700—800 numis gallicis.

236) Ipsis Kal. Aug. 1834.

237) *Prid. Non. Mart.* 1835.

238) Quo sumtibus Regiae Berolinensis Bibliothecae pretiosissimos illos libros iuris manuscriptos emi, qui in Catalogo Bibliothecae Rosniensis (*Catalogue de la riche bibliothèque de Rosny.* Paris [1837]. 8.) numeros habent 2384—2387, 2391—2395.

nibus et quatuor foliis, deest enim XIII. quaternio. Lineae graphio ductae sunt, 25 in quaque pagina. Inest Breviarium Alarici, idque integrum et ultimis saeculi IX. lustris in Gallia scriptum. Literae minusculae sunt; at rubra et formulas solennes, quibus libri terminantur, librarius uncialibus sive maioribus literis expressit, et rubra minio pinxit; postea alia manus glossas inter versus et in margine priorum potissimum foliorum adiecit. Ultima pagina vacat. De compendiis, orthographia, interpunctione nihil est quod addam; conveniunt enim cum iis codicibus, qui eodem tempore, eodemque loco scripti sunt. Constitutionum et Novellarum verba plerumque desunt, at in Pauli sententiis raro aliquid desideratur. Maioriani Novellae auctae sunt. Commonitorium adest. Suus quemque librum capitum index antecedit, ut apud *Sichardum.* Titulis Codicis Gregoriani numeri librorum, ubi fuerunt, adiecti sunt. Post formulam: *Explicit Liber Iuredicus Ex Diversorum Sententiis Elucidatus Feliciter*, qua *Papiniani* fragmentum terminatur, recentior manus annotavit §. 1 tit. X. Collationis Mosaicarum et Romanarum Legum. Dixi supra, avulsum esse quaternionem illum, qui cum codice 4406 compactus sit. Res ita se habet. Ille quaternio numero XIII. distinctus est, at vero XIII. quaternio desideratur in codice 779; praeterea idem quaternio orditur a verbis interpretationis *noluerit maritum et suam deserens*, eodem igitur loco, quo in codicis illius quaternione XII. interpretationis verba *si civitatis suae curialem accipere* abrupta sunt; contra quaternionis XIV. eiusdem codicis prima verba *tendis filiis sollicita pietate* arcte cohaerent cum ultimis quaternionis XIII. verbis *alendis et locuple**). Accedit scripturae, versuum in quaque pagina aequalitas; quid quod glossae, quas quaternio XIII. habet, literarum ductu cum glossis codicis 779 omnino concinunt. *Cuiacium* ex hoc codice Maioriani Novellas edidisse arbitror. Etenim se Novellas Maioriani ab *Ant. Loisello* accepisse testatur[239]). *Bellovacensis* erat Loisellus, *Bellovaci* olim codex Gayi. Praeterea huius codicis cum prima editione admirabilis est convenientia scripturae[240]). Quis autem quaternionem XIII. a codice avulserit, incertum est. Dicerem Loisellum eumque solum quaternionem, non totum codicem cum Cuiacio communicasse. Sed quum Cuiacius ultimam quoque partem Novellae de Sanctimonialibus una cum reliquis ediderit, non dubito, quin Ant. Loisellus Bellovaco totum codicem Cuiacio transmiserit, Cuiacius ex eo Novellas Maioriani ediderit[241]), hac vero occasione quaternio XIII. exciderit. Hunc P. Pithoeus, ad quem complures libri manu scripti ex bibliotheca Cuiacii pervenerunt, acquisivit cumque aliis aliorum codicum fragmentis in unum volumen congessit, quod hoc tempore Reg. Parisiense 4406 est.

36) Codex *Kelleri*, viri illustris, olim Claromontanus 617, Meermani 600[242]), constat ex XXXIV quater-

*) Vid. supra not. 232 et 233 et *Haenelii* edit. *Novellarum* etc. ll. cc. 239) In Epistola ad Redingerum Codici Theodosiano anno 1566 praemissa, cum quo Novv. Maioriani tit. I—VI. primus edidit. 240) Cf. in *Haenelii* ed. inter al. Nov. Maior. tit. I. not. *p*, *q*; tit. II. pr., not. *g*, *s*; §. 2, not. *r*, *x*, *a*, *c*, *g*; §. 3, not. *l*; §. 5, not. *p*; §. 6, not. *v*; tit. III. not. *f*, *l*; tit. IV. pr., not. *g*; tit. V. pr., not. *h*; §. 2, not. *u*, *a*, *d*, *g* etc.; tit. VI. pr., not. *p*, *b*; §. 1, not. *n*; §. 3, not. *y*, *a*; §. 5, not. *f*, *q*; §. 8, not. *p*; §. 10, not. *r*; §. 12, not. *r*, *t*, *v*. 241) Novellarum Maioriani *Cuiacius* primus edidit tit. I—VI. (ap. *Cuiacium* III—VIII.), quibus adiecit rubrum tituli de Adulteriis ex *Pithoei* (*Haenel*, *Novellae* cit. p. XV) indice. 242) In *Catalogo Bibliothecae Claromontanae* de hoc codice haec sunt: „*Codex membranaceus in* 4° (foliorum 308) *saeculo IX. exaratus. Ibi continentur praemisso Vitae Alexandri magni fragmento, cuius series ad calcem codicis habetur.* 1) *Liber legum autoritas Alarici Regis. Deinde legitur. In hoc corpore continentur Leges sive species Iuris de Theodosiano vel diversis libris electae vel sicut praeceptum est explanari anno XXI regnante Alarici ordinante vir inluster Gotharico comite feliciter explicit. Ad calcem operis habetur. Haec lex interpretatione non egit.* 2) *Theodosiani Constitutionum explicit liber XVI.* 3) *Novellae Imperatorum Theodosii*, *Valentiniani*, *Marciani*, *Maioriani*, *Severi.* 4) *Institutionum Gaii liber I.* 5) *Ex Iulii Pauli receptarum Sententiarum corpore Libri V.* 6) *Lex Salica.* (*Hic diversae ab editis lectiones latinae occurrunt, minime contemnendae.*) 7) *Decretum Childeberti II.* (*hoc Decretum annum XXIum regni Childeberti hic prae se fert, at XXum in editis*). 8) *Formulae quae vulgo dicuntur Sirmundianae a Baluzio in secundo Capitularium tomo editae.* 9) *Isidorus iunior de legibus.* 10) *Regulae Ecclesiasticae SS. Apostolorum prolatae per Clementem Romanae Ecclesiae Pontificem in L articulos distributae.* 11) *Viginti Canones Nicaeni Concilii; sequuntur aliorum Conciliorum Canones.* 12) *Exemplar epistolae formatae iuxta Concilii Nicaeni Decretum. Ad calcem huius codicis legitur. Sunt in custodia Widonis archidiaconi Lingonensis isti libri quorum haec sunt nomina: Orosius ab Urbe condita. Capitula Caroli M. sive Ludovici Augusti vel Clotarii Caesaris. Expositio super Isaiam*, *gesta Francorum*, *Virgilius. Exmaredus*, *lex Reboariorum sive Alemannorum. Priscianus minor*, *Euticius.*" Videntur igitur a codice recentiore tempore duo folia ablata esse, alterum initio codicis, alterum in extremo codice. In *Catalogo Bibliothecae Meerman.* T. IV. p. 103 n. 600 ita describitur: „*Theodosiani Constitutiones, quarum initio legitur: liber legum autoritas Alarici Regis; deinde: in hoc corpore continentur leges*, *sive species iuris de Theodosiano*, *vel diversis libris electae*, *vel sicut praeceptum est explanari anno XXI regnante Alarici ordinante vir inluster Gotharico comite feliciter explicit; et ad calcem habetur: haec lex interpretationem non eget. Theodosiani constitutionum explicit liber XVI. Novellae Imper. Theodosii*, *Valentiniani*, *Marciani*, *Maioriani et Severi. — Institutionum Gaii liber I. — Ex Iulii Pauli receptarum sententiarum corpore libri V — Lex Salica* (*lectiones plurimas diversas continens non contemnendas*) — *Formulae quae vulgo dicuntur Sirmundianae — Isidori iunioris de legibus fragmentum. Regulae ecclesiasticae S. S. Apostolorum prolatae per Clementem Romanae ecclesiae Pontificem*, *in L articulos distributae — XX canones Nicaeni Concilii*, *cum aliorum conciliorum canonibus. Exemplar epistolae formatae iuxta concilii Nicaeni decretum. In membr. saec. IX. fol.* 308 *cor. russ.*" *Haubold* l. c. p. CXXVII n. 51. Falso ap. *Pertz.*, *Archiv* T. VII. p. 98, quem secutus est *Pardessus* l. c. p. XLV, positus est inter codices Phillippsii.

nionibus et tribus insuper foliis. Foliorum autem non ultra 269 supersunt. Sex igitur desunt. Nam tres quaterniones, II., XVI., alius, cuius numerum non recordor, folia amiserunt, et singuli quidem bina; neque vero libri, qui insunt in codice, iacturam fecerunt. Membranae crassae et gilvae sunt; per singulas paginas librarius 24 versus graphio duxit, eosque duabus lineis inclusit, quae ab utraque parte diriguntur, sed ambitum versuum non excedunt. Continet codex fol. 1—206ª Breviarium Alarici una cum Commonitorio; fol. 206ᵇ Leges Salicas; fol. 226 Formulas a *Sirmondo* editas; fol. 251 Capitula Isidori de Legibus sive Origin. Lib. V. cap. 1 sqq.; fol. 258 Regulas ecclesiasticas SS. Apostolorum; fol. 260 Canones Concilii Nicaeni aliorumque conciliorum; fol. 267ᵇ Epistolam Attici Ēpi Constantinopolitani; fol. 269ª in extrema pagina glossarii alicuius particulam. Omnia saeculo IX. in Gallia scripta sunt literis minusculis, nisi quod uncialibus et plerumque minio[243]) distinguuntur tituli, sigla *IMP*, *ĪNT* et prima quaeque constitutionum, interpretationum et sententiarum Pauli litera. Compendia cum tempore et loco, quo codex scriptus est, concinunt, neque crebra sunt, neque insolita. Idem dicendum est de orthographia. Interpunctionum duo signa inveni, punctum et alterum, quod semicolon appellare solemus, illud sine certa ratione, sed supra lineas adhibitum, hoc positum in fine legum, interpretationum et sententiarum. Verba hic et illic notis tironianis, quae dicuntur, expressa sunt et sine lineola discerpta in extremis versibus. Inscriptiones et subscriptiones librarius a reliquis legum verbis et minoribus literis et spatio interiecto distinxit, totumque codicem magna industria scripsit. Quod ad Breviarium attinet, id memorabile est, titulorum indices, qui singulos libros antecedunt, partim *Explanationibus* auctos esse. Quum absint Codices Gregorianus atque Hermogenianus una cum Papiniani fragmento, et Lex Salica Paulum subsequatur, codicem, ex quo hic descendit, mutilum fuisse arbitror. In Codice Theodosiano ab initio inscriptiones et textus saepe desunt, paulo post totae leges praeter interpretationem[244]), in reliquis vero libris et in Novellis[245]) solius textus verba; Paulus denique multas sententias habet, quae in aliis eiusdem generis codicibus desiderantur[246]). Magni vero habendus est codex propter sex illas Novellas Maioriani, quas Visigothi reiecerunt et *Cuiacius* anno 1566 primus edidit. Itaque eum accurate examinavi anno huius saeculi XXV., quo mihi *Kellerus* usum eius humanissime concessit. Postea a viro consultissimo impetravi, ut librum XVI. Codicis Theodosiani et Novellas denuo per *Escherum*, doctissimum et humanissimum eius discipulum in meam utilitatem cum editis libris conferri curaret.

37) Codex Regiae Bibliothecae Berolinensis*) corio russo tectus est et in tergo tegumenti notatus numero bibliothecae Berolinensis: *Breviarium* | *Alarici* | *MS. lat.* | *quart.* 150. | Quid complecteretur, iam saeculo XV. aliquis in membrana post tegumentum addita exposuit**); ibi etiam bibliothecae, in qua olim fuit, mentio fit verbis *Sāōti Lubentii in del . . tͦɔ* | *Treverorum dioces.* In aversa illius membranae pagina impressum est scutum Regiae Bibliothecae Berolinensis iterumque scriptum: „*Iste liber S̄ci Lubentii est*"; reliquae res, quas pagina illa continet, nullius momenti sunt***). Praeterea charta adglutinata est, in qua de codice *Biener*, vir illustris, nuper exposuit. Quod ad codicem ipsum attinet, in superiore margine primae paginae haec sunt adnotata: ad sinistram: *Cat. Acc. Mstorum*, subiecto numero 237; in medio vero margine a vetere manu *Antiquissiē leges* et ad dextram horum verborum recentissimo tempore *ms. lat. quart.* 150, scilicet Regiae Bibliothecae Berolinensis. Infra ea aliquis, saeculo XVI. videtur, addidit: *Antiquissime Leges Theudosiani et Valentiñi iunctis*†) *addi cionibus* | *romanorum doctorum.* Denique praemissa formula *In Xpi Nomine* | *Incp̄t Liber* | *Legum Auctori* | *Tas Alarici Regis*, quae literis maioribus et vicissim minio et atramento picta est, incipit Commonitorium, Breviarium igitur Alarici, quod totum codicem, ultima membrana excepta, implet.

243) Praeterea in Paulo saepe minio picta est formula *Intp. non eget.* Quinque illi primae paginae versus, qui continent vv. *In Xp̄i Nomine Incipit Lib. Legū Auctoritas Alarici Regis Utilitatis Populi Propitia*, vicissim atro colore et minio picti sunt, omnes vero literae maiores et lapidariae sunt. 244) Cf. inter al. liber secundus. 245) Si cuius tituli duae Novellae sunt, in secunda etiam subscriptio deest. 246) Falso *Haubold* l. c.: „*fere solas quidem interpretationes continet.*" *) *Pertz*, *Archiv* T. VIII. p. 836. *Haenel*, *Novellae* cit. p. XVI. **) „*Incipit liber legū et auc̄tas alarici regis* | *leges Theodosiani Lib. XVI* | *Liber novellarum Divi Theudosii* | *Valentiniani*, *marciani*, *maioriani*, *Severi* | *Gay pauli sen̄iarum V.* | " ***) V. g. conversis literis *In X. niē inc. lib. legū auc̄tas alarici regis Lib̄. hic.* Lusorii quoque versus ibi exstant: *Nisallor tres habuit elia dentes* | *Abstuli una tussis duos et una duos* | *Terna tussis non habet quid tollere possit* | *Iam potest omnes secura tussire diebus.* Calami experiendi causa nonnulla verba videntur scripta esse, v. g. *Ā*, subditis literis *RV̄*, *sapara*, *tafa*, *degat*, *et lentis edulio.* †) Nescio, utrum sic, an *Valenī cum multis* scriptum sit.

Constat is ex 187 membranis ††) quadruplicatis, iisque maximam partem crassis et rigidis. Quaternionum numeri plerique perierunt[247]). Praeterea undecim membranae ablatae sunt[248]), neque vero Breviarium ipsum iacturam aliquam fecit. Scriptus est codex saeculo X. in Gallia, eodem ductu literarum, eodem nitore atque Kelleri codex[249]), quocum et aliis rebus convenit: compendiis et mendis scripturae, orthographia, interpunctionibus, indice titulorum eorumque explanatione, notis tironianis, forma legum et Novellarum, sententiis denique Pauli, quare quae de illo dixi, ad hunc quoque spectant; quid quod duarum fere paginarum spatio post Martiani leges relicto, easdem Maioriani Novellas habet, quibus ille insignis est[250]). Paucis tantum rebus ab eo discrepat. Paulum enim sequitur Codex Gregorianus, sed desunt multae sententiae legum. In aversae folii penultimi paginae margine Codicis Hermogeniani interpretatio addita est[251]) una cum Papiniani fragmento in brevem summam contracto; praeterea constitutionibus priorum Codicis Theodosiani librorum breves quaedam summae adiectae sunt, menda denique ut tolleret, diligens quidam homo hic et illic operam dedit. Ultimam membranam explet particula alicuius instrumenti, quod pervetustum est et memorabile propter nomina, quae adscripta sunt[252]). Reliqua recenti tempore ibi addita sunt, nec digna videntur, quae enarrentur.

38) Codex Regius Parisiensis 4409[253]), olim 1197 et Regius 5184, ex 183 membranis in formam quadri plicatis*) compositus est[254]). Insunt in codice fol. 1—$10^{b}$ v. 6 Isidorus de auctoribus legum sive Originum Lib. V. cap. 1 sqq.; fol. $10^{b}$ v. 7 — fol. $120^{a}$[255]) Breviarium Alarici et index titulorum eius; fol. $120^{a}$ v. 11 a f. — fol. $120^{b}$ v. 15 a) *Ediccio* sive Formula XVI. Novae Collectionis Formularum[256]); b) Series Regum Francorum a Theodorico usque ad Pipinum[257]); c) Subscriptio Commonitorii[258]); fol. $120^{b}$ v. 16 — fol. $124^{a}$ col. *a* v. 21 Glossarium (*Incipit Glossae Litterarum Trium Linguarum Compositae | Latina Hebrea Greca*), duplici versuum serie scriptum et ad literam *U* usque continuatum; fol. $124^{a}$ col. *b* — fol. $134^{b}$ Lex Salica et alia series regum Francorum*); fol. $135^{a}$ — fol. $144^{b}$ v. 18 XXXII *Capitula Cartarum* sive XXXIII formulae a *Sirmondo* editae; fol. $144^{b}$ v. 19 — fol. 183 v. 3 Breviarii Epitome ab Aegidio divulgata. Prius illud Breviarii exemplum scriptum est saeculo X.**) in Gallia nitidis literis, quamquam minutis et arcte inter se cohaerentibus. Minuscula earum forma mutata est in rubricis titulorum et in subscriptionibus in uncialem, prima autem cuiusque tituli litera tantae amplitudinis est, ut ad tertium tituli versum porrecta sit. Rubra milti colorem habent. De orthographia, compendiis, signis interpungendi vel discerpendi non est quod dicam, praesertim quum librarius et vel in glossis, quas inter versus et in margine membranarum ad interpretanda verba legum minutissimis literis posuit et ex Isidoro, Nonio, aliis Grammaticis hausit, accurate diligenterque rem suam egerit. Atqui folia 25—32 ex alio codice interposita esse, perspicitur non solum ex diversa forma literarum et ex inscriptionibus legum, quas habent, verum etiam ex litera *Q* fol. 32 subiuncta, quae quaternionis nota cum reliquorum quaternionum signis omnino discrepat. Lineae graphio ductae sunt, non ultra 35 in quaque pagina. Com-

††) In codice numerantur 190 membranae, errore; transiit enim is, qui eas numeravit, a numero 103 ad 106, omissis duobus numeris 104 et 105; praeterea deducenda est ultima membrana, quae non pertinet ad Breviarium ipsum, sed postea adiecta est. Numeri a sec. manu scripti sunt. 247) Eos inveni: fol. 62 *VIII*, fol. 70 *VIIII*, fol. 78 *X*, fol. 86 *XI*, fol. 100 *XIII*, fol. 116 *XV*, fol. 132 *XVII*, fol. 160 *XXI*, fol. 167 *XXII*, fol. 175 *XXIII*. 248) Ante fol. 62 duae membranae exciderint necesse est; itidem duae post fol. 86; denique quatuor post fol. 132, una quaternionis *XXII*. 249) Quaterniones X—XIII. alium librarium produnt, nam literae minores sunt et festinanter scriptae; nihilosecius nitore non carent. In postremis quoque foliis 188 (186) et 189 (187) minutis literis scriptum est. Similiter in aliis locis aliud scripturae genus est. 250) Post fol. 100 (98) — fol. 113 (111). 251) Memorabile est, scriptum esse: *Incipiunt capitula libri I. ermogeniani.* 252) *Rih....* (?) | ... *Erisfrid.* | *bert. Giselbret.* | *ric. Regenhere* | *bere. Eberhart.* | *olt. Wolfhart.* | *t. Embrico.* | *Giselbret.* || in altera columna || *Richuuin. Poppo.* | *Werenvic. Ruozelin.* | *Heinrich.* | *Aensfrit. Here* | *man. Friderich.* | *Udelbret.* | *Guntram.* | (In proximis duobus versibus nomina erasa sunt.) *Ruodolf.* | *Regenbolt.* | | *Eberhart* || in tertia columna || *Ad titulū* | *Regenbr...* | *Ad titulū* | *Norhtbret* | *Aedelger* | *Ad titulū sc.* | versus erasus est, paulo infra *Presbr̄i ordi* | *Ebdom* | *Bezelin. Ebc* | *Lubentii. Here* | A latere tertiae et primae columnae versus truncatos esse patet. Infima membranae pars videtur deesse. 253) *Catalogus Libr. Manuscr. Bibl. Reg.* T. III. p. 589 sq. *Savigny* l. c. T. II. p. 57 not. 51, p. 61 not. 59, 61 (ed. I.), p. 58 not. *a*, p. 63 not. *k* (ed. II.). *Haubold* l. c. p. CV n. 14. *Pertz*, *Monum.* T. III. p. XIX et p. 8; *Archiv* T. VII. p. 48 et 743. *Pardessus* l. c. p. XIII n. IV et p. 113 sqq., 270 sqq., 344 sq., 346. *) Priorum quaternionum membranae laevigatae sunt et tactu molles, post fol. 25 saepe rigidae et crassae. Folia 33—35 ante 25 ponenda sunt. 254) *Pardessus* l. c. p. XIII add.: *Le manuscrit 4409 appartient depuis tres-longtemps à la Bibliothèque royale, et porte l'ancien écusson de France avec le chiffre de Charles IX.* 255) Fol. 35 aversa pagina scripti quicquam non habet. 256) Ap. *Baluzium Capitular.* T. II. p. 566. 257) *Teodoricus rex regnavit XVII annos* | *Clodovaeus rex regnavit III annos* | *Hildebertus rex regnavit XVII annos* | *Dagobertus rex regnavit V annos* | *Hilpericus rex regnavit V annos* | *item Teodoricus rex regnavit XVII annos* | *annum septimum interim alius rex non regnavit* | *Hilpericus rex regnavit IX annos. Sunt in summa anni LXXVIIII* | *Pippinus rex regnavit XVIIII annos.* Cf. not. 267. 258) Cf. infra Commonitorium not. *y* in f. *) Cf. *Pertz* l. c. p. 744. **) Falso in *Catalogo Regio* et ap. *Pertz*. dicitur saec. *IX*. esse.

monitorium excidit. Indici titulorum Explanatio addita est, quod nomen interpretatio quoque saepe habet. Inscriptiones et verba constitutionum Codicis Theodosiani Novellarumque desunt[259]). Pauli sententiae modo conservatae sunt, modo omissae. In reliquis Breviarii libris nihil omissum est. Gaius titulum de Substitutionibus habet. Mirifice hic codex consonat cum Vaticano 1048 et Bernensi[260]), scripturis potissimum. De Epitome Aegidiana infra dicam ad codicem 46.

39) Codex Vaticanus Reginae Sueciae 1048[261]), saeculo X. in Gallia scriptus, ex 228 membranis in formam quadri plicatis constat, in quibus haec inveniuntur: fol. 1—19 *Incipiunt* | *Quaedam* | *Excerpta* | *Ex Libro Ethy* | *mologiarum*[262]) sive tituli *Isidori de Legibus* | *et de Agnatis et Cognatis*, sumti ex Lib. V. et IX. Originum; fol. 20 et fol. 21ᵃ duo stemmata graduum, quae in Isidori Originum, quas Arevalus et Lindemannus ediderunt, Lib. IX. cap. VI. §. 23—26, 28 inveniuntur descripta et a me supra p. XXIV sq. exposita sunt; fol. 21ᵇ — 224ᵃ v. 9 Breviarium Alarici et primum quidem usque ad folium 35ᵇ: *Incipiunt Capitula De Libro Legum Capitula De Libro Primo Theodosii* sive Index titulorum Breviarii Explanatione auctus, deinde fol. 36ᵃ formula: *In Hoc Corpore Con* | *tinentur Libri Legum* | *Romanarum Theodosii Lib. XVI.* | *Novellarum Lib. V. Gai. Lib. I. Pauli Lib. V.* | *Gregoriani Ermogeniani Papiniani* | *Lib. Singuli* | *Incip̄ Legum Theodosiani Lib. I* | , tum Codex Theodosianus et reliqui Breviarii libri, cum glossis. In fine eius librarius subiunxit subscriptionem Commonitorii, seriem regum Francorum, formulam XVI. Novae Collectionis et glossarium trium linguarum usque ad literam *Q*. Convenire igitur codicem multis rebus cum Parisiensi 4409, manifestum est, verum etiam totus habitus ipsius Breviarii idem est, atque is, quem codici Parisiensi proprium esse dixi. Literis tantum maioribus et in rubricis colorandis milto saepius librarius ille usus est, quam huius codicis artifex.

40) Codex Bibliothecae[263]) Publicae Bernensis n. 263, olim Argentoratensis[264]), saeculo IX.[265]) in Gallia scriptus, circiter 140 membranas altioris formae, sed quadruplicatas, partim crassas, partim tenues et laevigatas complectitur. Versus non ultra 31 in quaque pagina graphio ducti sunt. Insunt fol. 1ᵇ — 13ᵇ *Quaedam excerpta ex libro ethimologiarum quibus ex causis in romanis legibus vocabula originem nomina acceperunt* etc.[266]) — *de predictis affinitatibus;* fol. 14ᵃ *Stemmata cognationum;* fol. 14ᵇ — 136 Breviarium Alarici cum indice titulorum et Explanatione eorum; fol. 136 i. f. et fol. 137ᵃ a) *Ediccio* sive Formula XVI. Novae Collectionis; b) Series regum Francorum[267]). Reliquas paginas complet glossarium, duplici versuum serie scriptum; ultima eius vox est v. *Reatu.* Rebus igitur, quas comprehendit codex, consonat cum Regio Parisiensi 4409 et Vaticano Reginae Sueciae 1048, nisi quod in Breviario inscriptionibus constitutionum et Novellarum, quamquam non omnium, instructus est. Formulae libris praemissae aut subiunctae literis lapidariis et venuste delineatis conspicuae sunt, similiter quoque primae quaeque interpretationum literae et v. *Int̄p.* Rubricae autem et perplures inscriptiones atque subscriptiones ex literis uncialibus constant, reliquae res ex minusculis, quae modo altae et diductae, modo minutae sunt et arcte inter se iunctae. Orthographia rudis est[268]). Recens manus in margine notas addidit, veluti fol. 127 ad titulum de Abactoribus: „*huc habui alterū exemplar*“, quae verba aliud Breviarii exemplum adhibitum esse demonstrant. Plura verba non possum facere de hoc codice Breviarii, quum perdiderim chartas de eo conscriptas.

259) Tamen librarius conservavit c. 2 tit. IV. et c. 3 tit. ult. libri XVI. Codicis Theod., quae a plerisque libris manu scriptis absunt, pariter etiam §. 4 Pauli de Integri rest. (I, 7). 260) Rebus etiam, quas continet, veluti tit. de Substitutionibus, et formulis, quae Isidoro et Breviario praemissae sunt. 261) *Zirardinus* l. c. p. 408 et 427 sq. *Amadutius* l. c. p. XLV not. 102. *Amadutius* hunc codicem numero 378 insignitum esse dicit, quem numerum inter alios codex Ottobonianus 2225 prae se fert, neque vero vidi in codice 1048. Quem igitur codicem *Amadutius* intellexerit, incertum est. *Faust. Arevalus*, *Opp. S. Isidori.* T. II. p. 328 sq. *Haubold*, *Promulsis* p. 12 not. *m* et *Opusc.* p. CXXI n. 41 et p. 913 not. *m.* Hic codicem saec. VIII. aut IX. scriptum esse dicit teste *Arevalo.* 262) Haec altis literis uncialibus, partim atris, partim rubris, scripta sunt. 263) *Io. Rud. Sinner*, *Catalogus Codicum Mss. Bibliothecae Bernensis.* T. I. Bernae 1760. 8. p. 493 et p. 414. *Hufeland* l. c. p. 96 sq. *Schrader*, *Heidelberger Iahrb. d. Lit.* 1822. n. 12. p. 187. *Haubold*, *Promulsis* p. 12 not. *n* et *Opp.* l. c. p. CXXV n. 47 et p. 913 not. *m.* 264) Cf. *Haenel* in *Praef. Cod. Theodosiani* p. XXVII. 265) *Sinner* et *Haubold* eum saeculo VIII. falso tribuunt. 266) Cf. Isidori Orig. Lib. V. cap. 1—27 et Lib. IX. c. 4—7 de Iure Romano. 267) *Teodoricus rex regnavit annus XVII. Chlodovaeus regnavit annus III. Hildebertus rex regnavit annus XVII. Dagobertus rex regnavit annu. V. Hilperigus rex regnavit annus. V. Item teodoricus rex regnavit annus XVII; annum septimum interim alius rex non regnavit; Hilpericus rex regnavit annus; VIIII; Sunt in summa anni LXXVIIII; Pipinus rex regnavit annus XVIII.* Cf. not. 257. 268) Scriptum est: *us* pro *os*, veluti re*us*, ann*us*; *u* pro *o*, veluti t*u*rmenta, pr*u*rsus, agn*u*scere; *o* pro *u*, ut consoles, consolit, *o*rbanus; ubique fere *is* pro *es* et *i* pro *e*, v. g. oport*i*t, plac*i*t, ad*i*mptus, v*i*ndere, rel*i*gari, acc*i*perit, aur*i*lius; *e* pro *i*, veluti dim*e*dia, hab*e*tacio. Praeterea *o*rtari, *u*manus, *o*nestiores, *h*ac (ac), *h*is (is), *h*edes (aedes), *j*esta (gesta), a*i*ere (agere) etc.

Hactenus de primae et secundae classis codicibus. Reliqui codices, exceptis 45ª, 58, 59, qui chartacei sunt, lineis graphio ductis, orthographia, compendiis et interpunctis verborum cum aliis eiusdem aetatis libris manu scriptis congruunt, quare de paucis tantum copiose exponam.

## III.

### CODICES, QUI FARRAGINEM LOCORUM BREVIARII COMPLECTUNTUR.

41) Codex Reg. Bibl. Parisiensis 4697, olim Colbertinus 4833, deinde Regius 5942[269]), subiectis numeris 5.13, initio mutilus, constat ex 53 membranis in octavam formam plicatis, quarum prioribus 45 sine consilio et ordine Breviarii loci saeculo X. inscripti sunt, reliquis veteres quaedam formulae. Inspexi hunc codicem anno 1822.

42) Codex Monasterii S. Galli 731, olim *m.* n. 24, compactus ex membranis octuplicatis, anno p. C. n. 794 scriptus est, neque vero anno 775[270]), quum p. 342 extremo codici haec verba literis maioribus addita sint: *Expleto: Libro | Tertio Die Ve | neris: kl Novem | bris Alino: XXVI | Rigni. Domno: Nro | Carolo: Regi.* Librarius *Uandalgarius* quidam fuit, nam superioribus verbis haec subiunxit: *Ds dn̄e tuho qui legis. hunc librū | istum. vel hanc pagina ora | in ꝑ uandalgario. scriptore | quia nimiū peccabilis sum Uandalgarius |*. Idem p. 234, ubi Breviarium terminatur, ad calcem iudicis videtur rudi arte picti[271]) adscripsit: *Uandalgarius Fec̄ hec*, neque dubito, quin monogramma quoque Caroli M. pinxerit, quod non uno codicis loco conspicitur. Breviarium sequitur p. 235 Lex Salica, hanc p. 287 *Decrecio* (*Ghelbertus rex Francorum*) et *epilogus Legis Salicae;* tum p. 294 series regum Francorum[272]), denique p. 295 *Lex Alamannorum.* Contuli hunc codicem anno 1825.

43) Codex Vaticanus Reginae Sueciae 857, olim liber sc̄i Marcialis[273]), tum *Alexandri Petavii* et numeris 1538, 1171 et 1041 insignitus[274]), 148 membranis quadruplicatis haec complectitur: fol. 1ᵇ—40 Legem Salicam; fol. 41—72 Legem Alamannorum; fol. 73—147ª v. 8 Breviarium decurtatum; fol. 147ª v. 9—14 c. 3 C. Th. de Liber. cau. (IV, 8); fol. 147ª v. 15 — ult. regulas de auro faciendo et res, quae ad S. Marcialis conventum spectant. Fol. 148 vacat, vacat etiam prima codicis pagina. Prior pars codicis saeculo X., altera XI. resque Breviario subiunctae anno 1222 scriptae sunt. Inspexi hunc codicem anno 1823.

44) Codex Taurinensis, in bibliotheca Regii Athenaei H. VI, 24, n. 392[275]), formae quadruplicatae membranaceus, saeculi XIV. sive XV., comprehendit prioribus foliis Iuliani Epitomen Novellarum et nonnullas constitutiones Friderici imp., tum fol. 37 — 40ª locos undique ex Breviario congestos. Eos excerpsi e codice anno 1824.

45) Codex Fuldensis[276]) Breviarium Alarici misere quidem truncatum comprehendit, sed tamen propter Novellas,

269) *Catalogus Codd. Manuscript. Bibliothecae Regiae.* T. III. p. 625. *M. A. Bouchaud*, *Notice de deux Manuscrits de la Bibliothèque Nationale sur le Code d'Alaric* (cf. *Notices et Extraits des manuscrits de la Bibliothèque Nationale.* T. VI. p. 256 sqq.). *Savigny* l. c. T. II. p. 61 not. 61 et p. 122 not. 116, Praef. p. XXVIII (ed. I.); p. 126 not. *d* (ed. II.). *Zeitschr. f. gesch. Rechtsw.* T. XI. p. 217. *Haubold* l. c. p. CXII n. 28. *Pertz*, *Archiv.* T. VII. p. 49. 270) Anno 775 dicitur scriptus esse in *Archiv.* cit. T. III. p. 86, sed corrigitur l. c. T. V. p. 213 sq. Prologus legis Salicae his vv. orditur: *Incipiunt capitula legis Salice diae Mercoris proximo ante kal. novembris. in anno XXVI. regni domno nostro gloriosissimo carolo. rege.* *Haubold* l. c. T. II. p. CXXVI n. 50. *Pertz*, *Monum.* T. III. p. XVIII, 8 et *Archiv.* T. III. p. 85 sq., T. VI. p. 483, T. VII. p. 741, 756. *Pardessus* l. c. p. LXIII n. LVIII et p. 114 sqq. *Haenel*, *Serapeum.* Lipsiae 1841. p. 9. *Baluzius* codicem inspexit et in charta, quam bibliopega adglutinavit, haec scripsit: „*Pag.* 111 *nota sigillum Caroli M. quod in diplomatibus occurrit*, *in quibus eo loco imago imperatoria ponitur*, *ubi hic eius monogramma legitur.* *Pag.* 113 *Itidem monogramma Karoli M.* (*k*). *Pag.* 158 *Stilum tenens manus.* *Pag.* 190 *Littera M pisciculis constans affinitatem prae se fert cum scriptura cuneata.*" Puto eundem codicem esse, qui in vetusto manu-scripto Catalogo libr. Mss. monasterii S. Galli a me edito commemoratur. Cf. *Serapeum* l. c. p. 19. 271) Dextra fustim, non corvum, ut ap. *Pertz.* et *Pardessus.* dictum est, sinistra librum tenet. 272) Pag. 293: *Incipit Regnorum | vel temporum | Eraglius. de hinc. quintū | annū ait. sui imperii | Sisbodus. godorum glo | riosissimus. principis | in spania. plurimas Romanae | milliciae. orbis. bellando subgicit. et iudeis | suis regni subditus at fidem. xp̄i convertit; | Fiunt igitur. ab exordio mundi. usq in era | gli et quarto relegiosissimo principis Sis | bodo et dagob̄to. regi francorum. anni XI· | Chlothario. sunt XLVIII. Ab inicio | mundi usq ad heraglio imperio et sisbodo | rege. godorum; et dagoberto. regi franchor. | sunt anni ȳD·C·C·C·XIII. Regn̄ Dagobertus. annus. XVII. | Regn̄ Segobertus. annus. XXII. | Regn̄ Heldobertus. annus. VII. | Regn̄ Heldericus. annus. XV. | Regn̄ Thedoricus. annus. XVII. | Regn̄ Chlodovius. annus. III. | Regn̄ Chelbertus annus XVII. | Regn̄ Dagobertus annus V. | Regn̄ Il̄ Helperigus. annus V. | Regn̄ Il̄ Theoderigus annus XVII. | Annū. septimū intrim alius rex n̄ fuit. | Regn̄ Il̄ Helderigus. annus VIIII. | Regn̄ Pipinus. annus XVII. | De Dagoberto usq; ad pipino sunt. anni. | C·L·VIII· | Tutti insemul sunt anni | ȳD·C·C·C·C·L·VIII.* ≈ Verbum *tutti* indicat, codicem scriptum esse in regione, ubi iam valuit recentior lingua romana; a Francis autem eam subactam fuisse, perspicitur ex indice regum. 273) Haec vv. habent fol. 1ª et 147ᵇ. Est S. Marcialis Lemovicensis. 274) Cf. *Montfaucon*, *Bibliotheca Bibl.* T. II. p. 38 n. 1171. *Zirardinus* l. c. p. 408 not. *C. Amadutius* l. c. p. XLV not. 102. *Pertz*, *Archiv.* T. V. p. 207—209, ubi falso 837 codex dicitur esse, T. IV. p. 489. *Haubold* l. c. p. CXVIII n. 37. *Pardessus* l. c. p. LI n. XLIX. 275) *Savigny* l. c. p. 257 not. 135 (ed. I.), p. 271 not. *b* (ed. II.). *Haubold*, *Zeitschr. für geschichtl. Rechtswissenschaft.* T. IV. p. 148 n. 7 et *Opp.* l. c. p. CXXIV n. 45. *Pertz*, *Archiv.* T. IX. p. 603. 276) *Haubold*, *Opp. Acad.* T. II. p. CXXVIII n. 53. *Pertz*, *Archiv.* T. VII. p. 801. *Haenel*, *Novellae* p. IX. *Eugène de Rozière* in libro: *Giraud*, *Essai sur l'Histoire du Droit Français.* Paris 1846. 8. T. II. p. 425 sq. Codicem aliquem Fuldensem com-

quae adiectae sunt, memorabilis est. Tegumentum, super quod membranae inductae sunt, lamellis aurichalci munitum et catena ferrea vincitum est. Insuper in eo bibliopega impressit ter quaterve nomen Mariae et flores sive lilia. In tergo charta agglutinata est eique inscripta litera *D* et infra eam literis altioribus, quas gothicas vocant, addita sunt haec verba: *tituli legales.* Intus in priore tegumenti tabula post numeros 34. 9, quos codex in bibliotheca monasterii Weingartensis, unde Fuldam translatus est, videtur habuisse, antiqua manus annotavit *De iure et legibus* et in secunda membrana recentior manus *Codex Theodosianus a* et *Formulae Andegavenses b.* Praeterea inveni numeros *H.* 76 et *D.* 33. Hoc tempore codex insignitus est $\frac{\text{Nro. } 31}{4.\ \text{E. } 24}$[277]). Constat ex XXIII quaternionibus sive 186 membranis quadruplicatis, maximam partem rugosis, crassis, gilvis et ea magnitudine, quae non multum octavam maioris membranae partem excedit. Quaternionum ambitus definitur literis romanis, quas dolendum est hic et illic abscissas esse[278]). Lineae versuum 20 aut 21 in quaque pagina graphio ductae sunt et binis lineis in perpendiculum directis ab utroque latere finitae. Succus, quo codex scriptus est, longa vetustate flavescit. Rubricae et primae titulorum literae minio pictae sunt et vicissim viridibus gilvisque lineis exornatae[279]). Reliquae literae eam formam habent, quam minusculam appellant, sed nonnunquam mutantur longae et altius ad sinistram ductae cum pressis et minoribus, arcte inter se cohaerentes cum solutis, etiam uno loco quadratae cum minusculis[280]), quasi a diversis librariis, eiusdem vero aetatis, codex scriptus sit. Id quidem factum esse puto in Gallia saeculo IX.[281]) Vetustum enim esse codicem apparet et ex compendiis scripturae, quae neque plura sunt, neque alia quam in Ottoboniano Novellarum codice, et ex verbis in fine versuum sine signo discerptis. Neque interpunctionum quidquam reperi, nisi signa; et ;· et puncta, quae sine certa ratione posita sunt. Ceterum codex pessime scriptus est, ab homine nec sermonis latini nec orthographiae gnaro. Quod ad partes codicis attinet, in folio primo et in prima secundi folii pagina nihil invenitur nisi quod supra attuli; reliqua folia inde ab aversa folii secundi pagina usque ad adversam folii XV. indicem titulorum continent et ita quidem ordinatum: 1) Codicis Theodosiani; 2) Pauli Sententiarum; 3) Novellarum Theodosii, ad quas accedunt L tituli Theodosii et Valentiniani et unus ex Novellis Maioriani; 4) Novellarum Valentiniani; 5) Gaii in epitomen contracti; 6) Codicum Gregoriani atque Hermogeniani; 7) Papiniani, cui adiectus est titulus *II De Reorum Custodia*[282]); 8) Novellarum Martiani; 9) Novellarum Maioriani; 10) Primae Novellae Severi; 11) Novellarum Divi Maximi[283]);

memorat *Hoffmannus* l. c. p. 483: „*Insignis antiquitatis codicem nuper Fuldae inter Bibliothecae celeberrimae reliquias ab illustrissimo DN. Christophoro Francisco L. B. Ab Hutten detectum fuisse, refert Vir de omni re litteraria meritissimus Ioan. Frider. Schannat in Vindemiis literar. coll. l. p.* 227.“ Male intellexit *Hoffmannus* verba *Schannati:* „*Hi nimirum — sunt — codices illi, quibus Inclyta Fulda, suam, quam dudum fecit de Bibliotheca toto orbe celeberrima iacturam, aliquantulum solatur. Vetustiores enim in Germania frustra quaesiveris, nisi fortasse inter eos quos non ita pridem è tenebris in Lucem protulit D. Christophorus Franciscus L. B. ab Hutten, Cathedralis Ecclesiae Herbipolensis Decanus* etc. *nam — Bibliothecam eiusdem Ecclesiae olim tam Illustrem, vix Nomine tum amplius cognitam indagare ubique non destitit, donec aliquando felici suo ductus Genio, illam sub ipso Templi Augustissimi Tecto in unum conglomeratam ac pulveribus penè coopertam reperit*“, et sequitur haec vv. index codicum, inter quos Breviarii codex Wurceburgensis, nunc Monacensis est (vid. supr. cod. 1). Non Fuldae, sed Wurceburgi *Fr. ab Hutten* illum codicem invenit, qui nunc Monacensis est. Cf. *G. Hufeland, Vorläufige Nachricht von den iuristischen Schätzen der Wirzburger Universitätsbibliothek.* Bamberg und Wirzburg 1805. 8. p. 4 sq. Quod ad nostrum codicem attinet, haec mihi benevole nuntiat humanissimus *Wehner*, bibliothecae praefectus et Fuldensis professor: „*Er (der Codex) gehört gegenwärtig der hiesigen Bibliothek, welche über dem Portal die Aufschrift hat: Bibliotheca Aulae et Conventus, weil im vorigen Jahrhundert der fürstbischöfliche Hof und das Benedictiner Convent ihre Büchersammlung zur Gründung der gegenwärtigen Bibliothek hergegeben haben; nach eingetretener Säcularisation und Aufhebung des Benedictinerconvents heisst sie Fuldaer Landesbibliothek. Im Jahre* 1805 *liess der Prinz von Oranien, damaliger Landesherr von Fulda, Weingarten u. s. w., die Weingartner Bibliothek, wozu auch dieser Codex gehörte, nach Fulda bringen.*“

277) Numerus bibliothecae significat, librum inter codices octavae formae 31. esse, recondi in scrinio quarto ibique in serie E quartum et vicesimum locum tenere. Etiam *Pertz* l. c. formam codicis octavam esse dicit; id quidem verum est, si externa forma spectatur, sed falsum, si membranarum ratio habetur, quae quadruplicatae sunt. Idem numerat 184 folia; praeteriit enim duo folia, quorum alterum codici praefixum, alterum extremo codici adiectum est, illud autem in prima pagina aliqua scripta habet. 278) Desunt literae *F, M, T, U, Y, Z*, quaternionum igitur VII., XII., XIX., XX., XXII. et XXIII. Mirum est, secundum, tertium et quartum quaternionem non solum in ultima, verum etiam in prima pagina numeratum esse. Numeros in meum usum accurate adnotavit *Wehner*, vir officiosissimus atque doctissimus. Contuli hunc codicem cum *Beckii* editione anno huius saeculi XXVIII. 279) Nonnulli Gaii tituli viridi colore picti sunt. Rubricae s. tituli ex uncialibus literis constant; primae librorum literae maiores sunt et lapidariis similes, sed rudes. 280) Fol. $70^b$, fol. 89—$93^a$, fol. $100^b$. Uno loco (fol. $120^b$ — 122) literae non multum differunt ab iis, quibus antiquissima Galliae instrumenta publica et diplomata scripta sunt. 281) *Pertz* l. c. *VIII.* saeculo codicem tribuit. Literae molles cum duris saepe commutatae haud scio an terram indicent, ubi codex scriptus est, v. g. *nubciis, rubtum, pedatur, adque, sagro, sagrado, eglesia, exegrabiliter, vagantibus.* Memorabile est, v. *estat* pro *est*, *subsistit* adhiberi. V. *tursa* in tit. C. Th. de Vectigalibus (IV, 12) videtur esse error librarii pro *cursa.* 282) Cf. *Haenel* in ed. Novell. ad Nov. II. Severi de Corporatis, not. sup., ubi corr. *de Accus.* (IX, 1). Idem titulus commemoratur in cod. Reg. Par. 4412. Comparatis inter se codicibus apparet, hunc titulum in codice, ex quo Fuldensis descriptus est, nihil aliud comprehendisse, nisi interpretationem c. 10 C. Th. de Accus. (IX, 1), sed falso loco in indice positum esse. 283) Cf. *Haenel* l. c. p. 265 et 266 not. sup. et not. *a.*

12) Novellarum Anthemii, quae hac formula terminantur: *Explicit Ad Integrum | Scintilla De Libro | Legum.* Post indicem haec insunt in codice: interpretatio c. 10 C. Th. de Accusationibus (IX, 1) saeculo X. contortis literis scripta; in aversa folii 15 et in adversa folii 16 pagina stemmata cognationum; ab aversa folii 16 pagina usque ad quintum versum adversae folii 134 paginae Breviarium eodem ordine dispositum, quo singulas eius partes in indice enumeratas esse dixi; in fine eius formula: *Explicit Ad Integrum Scintilla De Libro Lege;* denique post fragmentum aliquod Isidori inde a folio 136 Formulae Andegavenses[284]). In qua enumeratione sunt, quae offendant; miro enim modo Pauli sententiae excipiunt Codicem Theodosianum, deinde Novellae Theodosii augentur, porro Gaius, Codices Gregorianus atque Hermogenianus et Papinianus antecedunt Novellas Martiani, tum commemoratur titulus secundus Papiniani, sub quo vero latere videtur altera Severi Novella, porro mentio fit Novellarum Maximi, denique Novellae Anthemii extremo Breviario adiectae sunt. Tituli vero, qui Theodosianas Novellas sequuntur, et iidem sunt, quos codex Pithoei habet, et eadem serie ordinati, nisi quod Anthemii Novellae in extremum Breviarium reiectae sunt. Si quae codex habet, ea omnia recte et plene scripta essent, maximam utilitatem afferrent ad augendas corrigendasque Novellas; sed insulse consarcinata et misere truncata sunt, ex quibus sine aliis libris sententia raro elici potest. Solis Codicis Theodosiani interpretationibus, etsi hae quoque maximam partem mutilae sunt, aliquam diligentiam librarius navavit; reliquas res male tractavit, pessime Novellas et Gaii epitomen. Neque vero silentio praeterire possum, Novellarum interpretationes, quatenus retentae sint, hic et illic convenire cum explanatione titulorum, quam in nonnullis Breviarii codicibus reperi, Fuldensi igitur codice antiquiorem esse apparet.

45*a*) sive Codicis Basileensis folia 12—20, de quibus dixi p. XLVII.

## IV.

### CODICES EPITOMARUM BREVIARII.

#### A.

#### EPITOMAE AEGIDII.

In codicibus, quos modo explicavi, Breviarium Alarici continetur aut integrum aut decurtatum. Nunc breviter describam libros manuscriptos, ubi mutatis verbis in brevem summam contractum est, et eodem quidem ordine, quo supra de Epitomis disserui. Itaque primum dicam de Aegidiani libri codicibus, quorum quatuordecim (46—59)[285]) deprehendi, decimus quintus autem ab *Eugenio de Rozière* repertus est; neque vero possum de ultimo codice, qui absoluto fere libro in notitiam mihi venit, loqui, nisi in extremo hoc capite.

46) Codex Reg. Bibl. Parisiensis 4409[286]) saeculi X. est et fol. $144^b$ — 184 Summam Aegidii integram cum Commonitorio comprehendit. Quae quamquam accurate et nitide scripta est, tamen lacunas habet; contra in aliis locis aliquid additum est. Membranae vestigia palimpsesti prae se ferunt, neque vero ex iis veteris scripturae quidquam potui elicere.

47) Codex Reg. Bibl. Parisiensis 4416[287]), olim 5186, constat ex quadruplicatis membranis, saeculo IX. nitide scriptis, et complectitur fol. 1—9 Isidori fragmentum de Legibus sive Originum Lib. V. cap. 1 sqq.; fol. 10—72 Summam ab Aegidio editam cum Commonitorio et titulorum indice. Haec nonnunquam notis tironianis picta est. Post titulum Pauli de Liber. cau. (V, 1) omnia desunt. Gaius his vv. orditur: *Incipiunt Tituli Divi Gaii.* Ceterum codici scribendo videntur plures librarii operam navasse.

48) Codicem Reg. Bibl. Par. 4417[288]) Aniciensem olim fuisse, nuntiat *Baluzius* in adversa folii primi pagina his verbis: *Hunc Codicem Canonici Anicienses Bibliothecae Colbertinae donarunt anno MDCLXXXI.*[289]) *Steph. Baluzius.* Tum fuit Colbertinus 826 et Regius $515^{9}_{5}$. Nitidissimus codex, qui saeculi X.[290]) est et ex 185 membranis[291]) constat,

284) Edidit eas *Eugène de Rozière* l. c. T. II. p. 425—459. Earum prima vv. haec sunt: *In Xpi Nomen | Incipiunt | Dictati | Hic Est Testa | mentum.* *Pertz* et *Rozière* l. c. legunt: *In Christi Nomen — est iesta annum.* 285) Cf. *Savigny* l. c. T. II. p. 59 (ed. II.). 286) Cf. supra cod. 38. Contuli codd. 46—52 anno h. saec. XXIII. 287) Cf. *Catalog. Codd. Mss. Bibl. Reg.* l. c. p. 591. *Haubold* l. c. p. CIX n. 21. 288) *Cat. Codd. Mss. Bibl. Reg.* l. c. *Haubold* l. c. p. CIX n. 22. *Pertz*, *Monum.* T. III. p. XXV et p. 125, 267, 325 et *Archiv.* T. VII. p. 728, 763, 765. *Pardessus* l. c. p. XIV n. V et p. 274, 276. 289) Falso ap. *Haub. MDCLXXX.* 290) Errore ap. *Haub.*, *Pertz.* et *Pardess.* IX. saec. tribuitur. 291) Formae octuplicatae quidem sunt, sed quum quaternionum ultimus numerus, XXIII, sit in fol. 182, revera in formam quadri plicatae sunt. In Capitularium membranis quaternionum numeri desunt.

complectitur fol. 1—70 Epitomen Aegidianam et accurate quidem scriptam[292]) cum *Capitulis librorum legis* et Commonitorio; fol. 71—$87^{a}$ v. 8 Legem Ripuariorum; fol. $87^{a}$ v. 9—$110^{b}$ v. 9 Legem Salicam Emendatam; fol. $110^{b}$ v. 10 — $130^{b}$ v. 11 Legem Alamannorum; fol. $130^{b}$ v. 12 — 160 Capitula Legis Baiuvariorum; fol. 160 — $185^{b}$ Legem Burgundionum usque ad tit. de Asinis; eam denique subsequuntur Capitulorum Ansegisii libri quatuor[293]).

49) Codex Reg. Bibl. Parisiensis 4418[294]), olim *Thuani*, tum Colbert. 82 et Regius 4496, constat ex 292[295]) membranis quadruplicatis sive ex XXXVII quaternionibus et propter res, quas complectitur, antecedenti similis quidem, sed eo uberior est. Scriptus est saeculo X.*) Insunt fol. 1—$37^{a}$ col. *b* v. 7 Epitome Aegidiana cum capitulorum indice, sed sine Commonitorio; fol. 38—$142^{a}$ col. *a* v. 17 Iuliani epitome Novellarum[296]), cuius index in fol. 38—$47^{a}$ artificiose distributus est[297]); fol. 143—154 col. *b* v. 14 Lex *Ribuariorum* cum notis recenti aetate adiectis; fol. 155 — $171^{a}$ col. *a* v. 11 Lex Salica Emendata[298]) cum glossis inter versus positis, quibus *Franc. Pithoeus et Bignon.* usi sunt; fol. $171^{b}$ — 190 Lex Burgundionum, cui, nescio quis, haec verba subiunxit: „*In exemplo Tilii addita sunt Capitula XX*“; fol. $191^{a}$ Chronica Regum Visigothorum; fol. 191 — $292^{b}$ col. *a* Lex Visigothorum[299]). Librarius codicis, qui artem suam bene calluit, verba legum per duplicem versuum seriem in quaque pagina distribuit.

50) Codex Reg. Bibl. Parisiensis 4626[300]) a pluribus deinceps possessus est, antequam in Regiam Bibliothecam pervenit. Etenim in tegumento et in charta inter tegumentum et codicem a bibliopega interiecta has notas conspexi: *Ex Bibl. Matescoñ. Ligeret. Ioannes Bigot A.* 21[301]). *Cod. Bigotianus* 128 et post sententiam Augustini *F. Dubose*, quae verba subiuncta sunt scuto cruce perducta in quatuor partes diviso et sistenti leonem in quaque parte. Fuit etiam olim Regius 5189. Constat ex 129 membranis quadruplicatis, in quibus aut ultimis saeculi X. aut primis saeculi XI. lustris haec scripta sunt: fol. 1 — $47^{a}$ Lex Salica et Capitularia Caroli M. atque Ludovici Pii, quibus nonnunquam alienae res interpositae sunt, veluti fol. 46 Sententia Augustini; fol. $47^{b}$ — $49^{b}$ Isidori Originum Lib. V. particula de Legibus et Interrogationes de Legibus ac responsa; fol. $49^{b}$ — $105^{a}$ Summae ab *Aegidio* divulgatae cum Commonitorio; fol. $105^{a}$ — $128^{a}$ Lex Burgundionum; fol. $128^{a}$ Hymnus Beati Vincentii Martyris; fol. 129 Sententia Beati Augustini de Sancta Trinitate.

51) Codex Reg. Bibl. Par. 4633[302]), olim *Cl. Puteani*, tum Regius 519$^{9}_{1}$, membranas 120 quadruplicatas comprehendit et foliis 1—14 quidem Legem Alamannorum a verbis *de libris qui res suas;* fol. 15—19 Isidori tractatum de Legibus; fol. 19—44 Legem Baiuvariorum; fol. 44—$99^{b}$ Epitomen ab *Aegidio* editam cum Commonitorio et Capitulorum Indice et tum Legem Burgundionum, non Romanam, quam *Catalogus Libr. Mss. Bibl. Regiae* T. III. p. 671 commemorat, sed Gundobaldi, usque ad verba *formam placuit observare* tit. LXXV. de Hereditate Inter Nepotem etc. Mutilum esse codicem apparet et videntur initio quoque codicis quatuor folia periisse, nam in folio 36 est numerus quaternionis *E*; subsequentibus autem membranis subscripti sunt numeri quaternionum *I—XI.* Excellit codex, qui saeculo X. scriptus est, literarum nitore et elegantia.

52) Codex Reg. Bibl. Parisiensis 4696[303]), olim Colbertinus 6231, Regius 5942, saeculo XIII. scriptus, ex 90

292) Codex ubique, erroribus exceptis, convenit cum Aegidio, quare nego, quod *Pardessus*, vir perillustris, l. c. dicit: „*Cette lex Romana, qui se prolonge jusqu'au fol.* 37 *est un texte arbitraire, pris souvent dans le Code Theodosien et d'autres sources, souvent dans les interprétations. Elle ressemble beaucoup aux Summae Aegidianae, si même il n'y a pas une parfaite identité* etc.“ Nonnunquam, ut in antec. et seq. codice, Summae aliquid adiectum est. 293) Folii 159 prima pagina literis vacat, nisi quod a rec. manu res levis momenti in ea scriptae sunt. In extremo folio librarius haec add.: *Legiloquū librum quis recitaveris istum | Principibus nostris dic miserere dš | Legē nāq; bonā dictar. mente benigna | Quappī ipsis queso precare dm̄ |* . 294) *Cat. Codd. Mss. Bibl. Reg.* l. c. *Haubold*, *Zeitschr. für geschichtl. Rechtswissensch.* T. IV. p. 140 et *Opp.* l. c. p. CX n. 23. *Haenel*, *Zeitschr. f. geschichtl. Rechtswissensch.* T. VIII. p. 358. *Pertz*, *Archiv.* T. VII. p. 48, 728. *Pardessus* l. c. p. XV n. VI et p. 269 sqq., 274. In prima pag. rec. manus scripsit: *Salica lex. Liber de Iurisdictione et Ubi Quis Conveniri Debeat.* Prima et ultima codicis folia humor aliquantulum corrupit. 295) In cod. numerantur 290; sed folia 129 et 132 bis numerata sunt et quatuor folia ex quaternionibus exemta. *) Saec. IX. sec. *Pertz.* et *Pardessus.* 296) Contuli eam cum *Pithoei* ed. anno h. s. XXVIII. 297) Reliqua pars fol. 37, 140 et 152 vacat. 298) Edidit eam *Pardessus* ex hoc codice l. c. p. 277 sqq. 299) Ultima vv. *per sacramentum eius qui talia gesserit* libr. VI. tit. IV. cap. XII. sunt et scribit perill. *Pardessus:* „*Sur la fin de cette colonne, sur la seconde et sur le verso se trouvent le chapitre XVII du titre II du livre IV et une longue variante du chapitre XII du titre IV du livre VI qui, effectivement, manquent dans le texte.*“ 300) *Cat. Codd. Mss. Bibl. Reg.* T. III. p. 615. *Haubold* l. c. p. CXI n. 25. *Pertz*, *Monum.* T. III. p. XXXII, ubi est tabula picta, et p. 35, 131, 214, 216, 423, 451, 453, 501 et *Archiv.* T. VII. p. 49. *Pardessus* l. c. p. XVI n. VII et p. 265 sqq., 272, 274, 276, 343, 349. 301) Hi numeri supra nomen scripti sunt. 302) *Cat. Codd. Mss. Bibl. Reg.* T. III. p. 617. *Haubold* l. c. p. CXI n. 26. *Pertz*, *Archiv.* T. VII. p. 49, 728, 759, 765. 303) *Cat. Codd. Mss. Bibl. Reg.*

membranis quadruplicatis constat. Insunt fol. 1 — 24 et fol. 69[b] — 85[b] Summae Aegidianae, quibus librarius subiunxit titulos *de Eo, cui moribus interdicitur* (Paul. III, 5) et *de Manifestis Probationibus* (tit. X. Codicis Gregor.); fol. 86 — 89[a] titulorum Breviarii index; fol. 89[b] *Prologus in libro legum Theodosiani Codicis*, id est Commonitorium; denique fol. 90 tractatus de Dialectica: „*Quoniam tota dialectica circa terminos aut circa ea quae ex terminis* etc.“ Fol. 25 — 69[a] complet *Epistola M. Tullii Ciceronis ad Trabacium ī topica.* Manifestum est, quaternionum codicis, ex quo Parisiensis descriptus est, ordinem turbatum fuisse. *Aegidium* usum esse hoc codice ad edendum librum suum, *Carolus de Savigny* contendit[304]), equidem vero nego. Habet enim codex, quae desunt apud *Aegidium*, veluti fragmentum Papiniani, nonnulla rubra titulorum, praeterea hic et illic verba addita sunt.

53) Codex Lugduno-Batavus, inter codices mss. latinos Bibliothecae Universitatis 114[305]), membranaceus, formae quadruplicatae et saeculi IX., diversas notas prae se fert, veluti in m. fol. 3: *Liber sc̄i Remigii Rem̄. Vol. LXVIII.*[306]), tum numerum 330 et in infer. marg.: *Alexander Pauli Filius Petavius* | *Senator Parisiensis anno* 1645. Quum *Petavii* fuerit, verisimiliter postea pervenit in *Is. Vossii* bibliothecam, quacum translatus est in Lugdunensem. Complectitur fol. 1—8 Isidori Originum Lib. IX. cap. 5 et 6 de Affinitatibus, de Gradibus et de Agnatis et Cognatis cum quatuor stemmatibus; fol. 9—88 Epitomen ab *Aegidio* divulgatam, cum Commonitorio quidem, sed mutilam, nam ultima eius sententia est §. 7 tit. Pauli de Gradibus (IV, 10); fol. 89—165[b] Formulas ex diversis libris collectas. In folio XVII. Theodosius imperator pictus est cum libro in manu et sedens in solio; Theodosium esse, docent verba circa caput scripta: *Teodo* | *sius Imp̄;* ad pedes eius assident duo viri, qui hic appellantur *Iudiciarii* et manu sinistra librum tenent, dextram autem ad alterum librum porrigunt, qui iacet in sella inter iudiciarios posita. Libro inscriptum est v. *Lex*, quo sine dubio Theodosianus Codex significatur. Contuli hunc et sequentem codicem anno 1826.

54) Codex eiusdem Bibliothecae n. 119[307]) olim *T.* 38 fuit. Eum quoque *Is. Vossii* fuisse, perspicitur ex verbis primae paginae: *Ex Bibliotheca Viri Illust. Isaaci Vossii* 238. Scriptus est saeculo X.[308]). Quot membranas quadruplicatas habeat, incertus sum. Equidem numeravi 137, clar. *Geel* apud *Pardessusium* 141 esse dicit. Insunt fol. 1—10 Isidori Origin. libri V. c. 1—26 et libri IX. cap. 3 et 4 §. 1—21, sed multis verbis omissis; fol. 10[a] v. 5—27 c. 1 de Episcopali Iudicio[309]); fol. 10 v. 28 — fol. 12[a] v. 12: *Chrodobertus Bobe matrifamilias de iuditio mulieris* etc., cum qua epistola coniunctum est *cap. III. In Veteri Testamento In Libro Deuteronomi Sin autem in agro reppererit vir puellam — et nullus adfuit qui liberaret eam;* fol. 12[a] v. 13 — fol. 64[a] Epitome Aegidiana; fol. 64[b]—88 Lex Salica; fol. 89—92[b] v. 3 Legis Ripuariorum pars; fol. 92[b] v. 4—106[a] v. 7 Lex Alamannorum; fol. 106[a]—127 Lex Baiuvariorum, cuius vero rubricae ex Isidori Originum Lib. V. cap. 1 aliquot versus subiuncti sunt; fol. 128[a] usque ad extremam membranam Capitula Caroli M., Pipini et Ludovici s. Legis Salicae Extravagantia[310]). Habet Epitome illa Commonitorium, titulorum indicem, glossas et nonnunquam verba, quae desunt in reliquis eius exemplis.

55) Codex Alexandrino-Vaticanus sive Reg. Sueciae 991[311]), praeter vv. *Augustinus de Iudicio* et *Alexander Pauli Filius Petavius Senator* | *Parisiensis Anno* 1647, quae in prima pagina conspiciuntur, hos veteres, sed calamo deletos numeros in tegumento habet: 1175. 723. 1057., ad quos in primo folio accedit num. 320. Est igitur idem liber,

T. III. p. 625. *Bouchaud* in Comm. cit., not. 269, p. 256—263. *Savigny* l. c. T. II. p. 37 not. 2, p. 43 not. 26, p. 58 (ubi pro 4496 leg. est 4696) not. 52 (ed. I.) et p. 44 not. *g*, p. 59 not. *b* (ed. II.). *Haubold*, *Promulsis* cit. p. 6 not. *c* et *Opusc.* T. II. p. CXI n. 27 et p. 901 not. *c*.

304) Ei *Stieberus* in *Hauboldi Opp.* l. c. videtur assentiri. 305) *Catalogi Librorum Manuscriptorum Angliae et Hiberniae.* Oxoniae 1697. fol. T. II. p. 67 sq. n. 2567 et 242. *Dav. Ruhnken* ep. *ad Ritterum* in *Hugonis Civilist. Magazin.* T. V. p. 346. *Math. Roeverus*, *Fragmentum vet. Icti de Iuris spec. et manumiss.* Lugd. 1739. 8. p. 26 et 35. *Ger. Meerman*, *Praef. ad Specimen animadvers. crit. in Gaii Institution.* Mantuae Carpet. 1743. 8. (et *Thesaur.* T. VII. p. 673—678 s. *Gaii Institutionum Libri II — ex rec. Schultingii cum animadvers. crit. Ger. Meermani.* Lips. 1792. 8.). *Catalogus Bibl. Publ. Univ. Lugd. Bat.* Lugd. Bat. 1716. fol. p. 329. *Savigny* l. c. p. 58 not. 52 (ed. I.), p. 59 not. *b* (ed. II.). *Haubold* in *Promulsis* cit. p. 12 not. *m* et in *Opusc.* T. II. p. CXXXII n. 59 et p. 913 not. *m*. *Pertz*, *Archiv.* T. VII. p. 134, 799. 306) Non semel, sed pluries, veluti fol. 57[a], hoc adnotatum est. 307) Cf. *Ruhnken*, *Meerman*, *Roever*, *Savigny* ll. cc. et *Catalogus* cit. p. 385, ubi codici haec tribuuntur: *Isidorus iunior de legibus. Compendium Theodosiani Codicis iubente Alarico Rege. Leges Salicae, Ripuariorum, Alamannorum, Baioariorum.* *Haubold* l. c. p. CXXXIII n. 61. *Pertz*, *Archiv.* T. VII. p. 137, 736 sq., 750. *Pardessus* l. c. p. XXXIII n. XXIX et p. 119, 225, 276, 321 sq., 328 sq., 344 sq., 405, 423 sq., 686. 308) Sec. *Geelium* ap. *Pardessus.* et *Pertz.* ll. cc. saec. IX. 309) Cf. Constitutiones Sirmondi ab *Haenelio* editae p. 411 et p. 445. 310) Cf. *Pertz*, *Monum.* T. IV. p. ...? *Pardessus* l. c. p. 328 et *Diplomat.* T. I. p. 43 sq. et 177 sqq. 311) *Haubold* l. c. p. CXIX n. 39. *Pardessus* l. c. p. LI n. L.

quem *Montfaucon* in *Bibliotheca Bibliothecarum* T. I. p. 39, 1175 appellat. Comprehendit hic codex, qui saeculo XI. videtur scriptus esse, 167 membranas quadruplicatas, et in earum quidem fol. 1—19[312]) Legem Ripuariorum; fol. 19 et 20 nonnulla ex Augustini homil.; fol. 21—49 Legem Salicam; fol. 50—51 Augustini homil. alteram partem; fol. 52—66 Legem Alamannorum in fine mutilam; fol. 67—$105^{a}$ Legem Baiuvariorum, sed in aversa folii 72 pagina ex Augustino verba aliquot scripta sunt, quae continuantur fol. 105—$107^{a}$; denique fol. $107^{b}$—167 Epitomen Aegidianam cum Commonitorio. Ultima verba sunt: *si tamen nihil contra leges in eius testamento* tit. Pauli de Senatusconsulto Silaniano (III, 6); reliqua pars libri ablata est[313]). Inspexi hunc codicem anno 1823.

56) Codex monasterii S. Pauli in Carinthia olim *Kruftii* fuit, consiliarii, quo defuncto videtur a *Martino Gerberto*, doctissimo et perillustri viro, comparatus esse[314]). Eodem enim tempore, quo Germania a Gallis invasa bibliotheca S. Blasii in monasterium S. Pauli translata est, hic quoque codex eo pervenit. Conscriptus est et ad 181. folium quidem duplici, postea simplici versuum serie ab imperito homine prioribus saec. X.[315]) lustris. Quaternionibus XXI suppositae sunt literae *A—X*, etsi codex ex 186[316]) membranis in formam quadri plicatis, ex pluribus igitur quam XXI quaternionibus constat, praesertim quum unum folium a librario demtum sit de quaternione *A*, alterum de quaternione *R*. In adversa folii 1. et aversa folii 2. pagina nihil scriptum est; e contrario aversa folii 1. et adversa folii 2. pagina picturae alicuius specimen exhibet[317]). Tum subsequuntur diversae leges, nimirum fol. 3—$6^{b}$ col. *a* XIX Capitularia anni p. C. n. 803; fol. $6^{b}$ col. *b* — 26 Lex Ribuariorum; fol. 27—$57^{b}$ col. *a* Lex Salica; fol. $57^{b}$ col. *a* v. 24—$93^{b}$ col. *a* Lex Baiuvariorum; fol. $93^{b}$ col. *a* v. 23—$116^{b}$ col. *a* Lex Alamannorum; fol. $116^{b}$ col. *b* — $134^{a}$ col. *a* v. 5 Epitome *Aegidii* cum Commonitorio et indice titulorum; fol. 135—154 Lex Burgundionum, adiecto cap. *de mulieribus desponsatis*, *que ad aliorum consortium* etc.; fol. 155—185 Capitula Caroli M., Pippini, Ludovici Pii et Lotharii; fol. $186^{a}$ complurium Longobardorum nomina addita constitutioni ultimae: „*ostgrimo gastaldo iuravit. Petrus Scavinus iuravit* etc.“[318]). Etsi fol. 134 post quintum versum vacuum est, tamen abrumpitur Epitome Aegidiana in c. 2 C. Th. de Legitimis heredit. (V, 1). Ultima enim eius verba sunt: „*esse superstites. Quod si mater — etiam emancipati filii exclusis.*“ Contuli hunc codicem cum editis anno 1832.

57) Codex Monasterii S. Galli[319]) 729, antiquitus 97, olim *Gilg. Tschudii* fuit, a quo notis illustratus est. Emtionis titulo ab heredibus *Tschudii* in monasterium a. 1768 transiit[320]). Memorabilis est propter verba, quae recentioris aetatis homo intus apposuit: „*secundum eius praecepta*, *Maiores Seckingenses*[321]), *olim Glaronae iudicabant*“, quare idem codex videtur fuisse, quem *Fuessli*[322]) narrat a iudicibus illis ad lites decidendas adhibitum esse. Constat

312) Folii 19 posterior pars vacat. 313) Errore ap. *Haubold.* dictum est, inesse in hoc codice Summas Aegidianas, *sed editis in fine locupletiores.* 314) *Pertz*, *Archiv.* T. III. p. 78—81 et p. 174 et 623, T. V. p. 219, T. VII. p. 748, 763, 765; *Monum.* T. III. p. XXII (cum tabula picta) et p. 35, 40, 45, 69, 82, 89, 109, 112, 146, 148, 151, 153, 157, 170, 210, 214, 248, 370. *Haubold* l. c. p. CXXX n. 57. *Türk*, *Forschungen auf dem Gebiete der Geschichte.* Fasc. III. Rostock u. Schwerin 1830. p. 162. *Pardessus* l. c. p. LXIV n. LIX. Tegumento nitido codex instructus est et inclusus in capsula, una cum compluribus chartis, quae continent *Kruftii* et aliorum descriptionem codicis et excerpta. Ex alia charta codici adiecta perspicitur, qui eo usi sint superiore saeculo, et primum quidem usus est *Ignatius Rodericus* Malmediensis, aliquando ordinis Iesuit. socius, cuius expositio hic descripta est et aucta notis *Senkenbergii;* tum codicem partim excerpsit et explicavit praefectus tabularii S. Blasii; quae excerpta *Kruftius* communicavit cum *Petro de Chiniac.* Is locutus est de codice in *Avis au public. XX. d. mens. Oct.* 1778 (repetit. in *Ephemeridibus Vindobonensibus*, *Gelehrte* oder sogen. *Realzeitung*) et in *Affiches*, *Annonces et Avis divers*, *Quatorzième Feuille Hebdomadaire du Mecredi* 5. *Avril.* 1780. p. 56. Praeterea huius codicis meminerunt *Ephemerides Hamburgenses* (*Beilage n.* 35 d. d. 2. *mens. Mart.* 1779, ubi sermo est de nova *Baluzii* editione cur. *Petro de Chiniac*) et *Harzheim* in *Conciliis Germaniae* T. I. p. 30. 315) Praefectus tabularii S. Blasii, quem *Gerbertum* esse puto, in explicatione illa codicem saec. IX. in ea parte Burgundiae scriptum esse existimat, quae Ottonum aevo cum Lombardia coniuncta erat. 316) Falso 184 folia ap. *Pertzium*, *Hauboldum* et *Pardessusium.* 317) Picturas, nescio quis, ita exponit in codice: „*Pagina secunda aversa duos arcus exhibet*, *quorum in uno vir francico habitu sinistra baculum tenens*, *in altera foemina*, *ut videtur*, *diademate cincta informi pinicillo exhibentur*, *additur in summo capit. cuique manus benedicens cum rostro avis e coelo quasi descendentis*,“ et ad fol. $2^{a}$: „*Arcus cum cruce et orbe cuius pars inferior vacua titulo libri destinata fuisse videtur.*“ *Pertzio* videtur Carolus M. repraesentari. 318) Ad haec vv. *Gerbert* notat: „*subscriptiones plus quam* 170 *eorum*, *qui in hunc codicem iurarant apparent esse hominum merē Longobardorum inter quos etiam Ansegisus quidam adeoque codex videtur in Longobardia collectus et a manu Saxonica scriptus esse.*“ 319) *Haenel*, *Catalogi Librorum Mss.* 707. *Pertz*, *Italienische Reise.* p. 215 sqq., 221, 303. *Haubold* l. c. p. CXXVI n. 49 et p. 899 not. *b.* *Pertz*, *Archiv.* T. V. p. 215, 221, T. VI. p. 476—479, 483, T. VII. p. 745, 757; *Monum.* T. III. p. XIX et 8. *Türk* l. c. p. 160. *Pardessus* l. c. p. LXIII n. LVII. 320) *Weidmann*, *Geschichte der Bibliothek von St. Gallen.* St. Gallen 1841. 8. p. 129 confundit hunc codicem cum cod. S. Galli 722. 321) Hoc munere fungebantur olim *Tschudii.* Cf. *Ebel*, *Anleitung — die Schweiz zu bereisen.* T. III. Zürich 1810. 8. p. 100 not. *. 322) *Staats- und Erdbeschreibung der schweizerischen Eidgenossenschaft.* T. IV. Schaffhausen 1772. 8. S. 284 sq.: „*Es ist ohnstreitig*, *die Seckingen haben viele Rechte im Land Glarus gehabt. Das Kirchenrecht*, *die Burgställe und Schlösser*, *das Appellationsrecht — haben sich die Aebtissinnen zugeeignet. Sie erwählten jedoch von den Landeseinwohnern einen Mayer*, *der über Zwing und Bänn*, *Leut und Vieh auch alle Frevel*, *die nicht ins Malefiz einschlugen*, *urtheilte. Vor Rath und Gericht hatte er den Vor-*

ex 404 membranis quadruplicatis, partim humore, dum codex in arce Greplang asservabatur, corruptis. In iis saec. IX. scriptae sunt: fol. 1—260 Summae ab Aegidio editae[323]); fol. 260—334 Lex Salica; fol. 335—404 Lex Alamannorum. Excerpsi ex hoc codice diversas scripturas anno 1825.

58) Codex Basileensis[324]) foliis 29—33ᵃ, quae signata sunt literis α—ε, partem Epitomae Aegidianae continet, usque ad ultima verba tit. C. Th. de Famil. hercisc. (II, 24). Commonitorium deest. Omnia eodem quidem tempore, quo prima codicis pars, sed ab alio homine scripta sunt.

59) Codex chartaceus, qui in Catalogo Bibliothecae *Crameri* p. 30 n. 44 commemoratur, continet apographum cod. Reg. Bibl. Parisiensis 4696, recentissimo tempore, sed nitide exaratum, quod vero iam terminatur rubr. *Nov. Val. tit. XII. De Episcopali iudicio et de diversis negociis.*

B.

CODEX REGIUS PARISIENSIS SUPPL. LAT. 215.

60) Codex Regiae Bibliothecae Parisiensis Suppl. Lat. 215[325]) constat ex XIX plagulis[326]) membranaceis octuplicatis sive foliis 154. Aliis enim plagulis folia ademta sunt, aliis addita. Scriptus est aut ultimis X. aut primis XI. saeculi lustris. In adversa folii primi pagina haec scripta sunt: *De epāli iudicio | iste lib̉ est eccle bī launomari*[327]) et in infima margine: *Paraphé au désir de l'arrest du* 5 *Juillet* $\frac{1763.}{Mesnil.}$ Illa verba codicem ecclesiae Beati Launomari[328]) fuisse indicant, haec Bibliothecae Collegii Claromontani, in qua DCXV. videtur fuisse[329]). In eadem pagina adnotati sunt numeri 143 et 118. Quamvis liber interdum et ubique fere in ultimis Codicis Theodosiani libris negligenter scriptus sit, tamen magni faciendus est. Nam, praeterquam quod continet Breviarium Alarici contractum quidem in breve compendium, sed adhuc incognitum[330]) auctumque ipsius Codicis Theodosiani, XVI. potissimum libri legibus et quinque constitutionibus a Cuiacio et Sirmondo editis, Germanorum Legum quasi collectio est, in qua reperiuntur, quae absunt ab aliis libris manuscriptis. Haec enim insunt in codice: 1) Nov. Valentiniani XII. De Episcopali iudicio, usque ad §. 18 v. *possessor*, quocum, signo tantum crucis interposito, cohaeret interpretatio eiusdem Novellae inde a vv. *foro illius;* 2) fol. 7ᵃ v. 3 inf. — fol. 8ᵃ v. 18, addita rubrica: *De ratione danda libertorum* Gaii epit. tit. I. *Omnes homines*, usque ad vv. §. 7 *eosdem manumittant;* 3) fol. 8ᵃ v. 19 — fol. 8ᵇ v. 18 Gaii epit. tit. II. §. 1 et 2; 4) fol. 8ᵇ v. 18—25 tit. III. Legis Romanae Burgundionum *De Libertatibus*, usque ad vv. *sub titulo qui est de Manumissionibus;* 5) fol. 8ᵇ v. 19 — fol. 9ᵃ v. 8 interpretatio c. 5 *De Inofficioso Testamento Tit. XVIIII Lib. II Theo.* (C. Th. II, 19); 6) fol. 9ᵃ v. 9—18 interpr. c. un. *De Inofficiosis Donationibus Lib. II. theō tit. XX* (C. Th. II, 20); 7) fol. 9ᵃ v. 19 — fol. 48 *Capitula De*

*sitz und urtheilte nach einem auf Pergament ohngefähr Anno* 900 *geschriebenen Gesetzbuch*, *welches noch vorhanden und ex Codice Alariciano, Novellis Theodosii*, *Valentiniani*, *Martiani*, *Maioriani*, *Severi*, *ex Legibus Gaii*, *Pauli*, *Gregoriani: ex Legibus Salicis et Alemannorum componirt ist.*" Cf. etiam *Chr. Trümpis*, *Glarner Chronik.* Glarus 1774. 8. p. 178. *II. Abschn.* §. *Gericht:* „*Eine geschriebene Sammlung unserer Rechte ist noch vorhanden*, *die man ins* 10. *Jahrhundert setzt.*" *v. Haller*, *Bibliothek für Schweizer-Geschichte.* T. VI. n. 1996, Glaronensem illum iuris codicem putat maximam partem cum legibus Alemannicis concordare. Cf. *E. R. Frey*, *die Quellen des Basler Stadtrechts.* Basel 1830. 8. S. 174. Dubito, an recte iudicaverit *Haller*. *Frey* l. c. not. 246 codicem illum S. Galli n. 729 esse opinatur.

323) In fine nonnulla adiecta sunt, quae non pertinent ad Summam. 324) Cf. supra p. XLVII., cod. 8. *Andr. Guil. Cramer*, *Hauschronik* p. 158—160. *Haubold* l. c. p. 901 not. *c.* 325) *Baluzii Capitularia Regum Francorum*, *ed. Chiniac.* T. I. praef. n. LXXX, T. II. p 989. Vid. quae dixi in *Hauboldi Opusc.* T. II. praef. CXIII. *Pertz*, *Monumenta Germ. Hist.* T. III. (Legum Tom. I.) p. XXIII et *Archiv.* T. VII. p. 751. *Pardessus*, *Journal des Savants.* Paris 1839. p. 385—392 et *Loi Salique.* Paris 1843. 4. p. XXVIII sq. n. XXV et p. 273, 276. 326) Habent illae plagulae literas *A*—*T*. Quaterniones *A* et *C* ex novem membranis constant, *B* ex decem, contra de quaternionibus *F*—*T* nonnulla folia demta sunt. 327) Haec videntur saec. XV. s. XVI. scripta esse. 328) *Pardessus:* S. Launomari, inquit, *Blesensis.* Praeterea affirmat ll. citt. p. XXVIII et 386, codicem modo *Corbionensem*, modo *S. Launomari Blesensem* a Baluzio nominari. Plures S. Launomari ecclesias fuisse constat. 329) *Pardessus* ll. citt. non dubitat, quin Claromontanus ille fuerit. *Catalogus Manuscriptorum Codicum Collegii Claromontani.* Paris 1764. 8. p. 224 sqq. haec habet: „*Codex membranaceus* in 4° (foliorum 118) *saeculo IX. exaratus. Ibi continentur* 1) *Excerpta e Codice Theodosiano.* 2) *Libri XVI eiusdem Codicis.* 3) *Leges Novellae Theodosii*, *quarum ultima mutila est.* 4) *Gundebati Liber cuius haec prima verba sunt: In Dei nomine anno secundo Domini nostri gloriosissimi Segesmundi Regis. Incipit Capitulus quem Domnus noster gloriosissimus Ambariaco in Conventu Burgundionum instituit.* 5) *Lex Salica.* 6) *Lex Ribuariorum.* 7) *Lex Alamannorum. In hoc codice terminatur ea lex capite quod est in editis* 94ᵘᵐ. *Deinde legitur. Ubi fuerunt XXXIII duces et XXXIIII episcopi et XLV comites.* 8) *Incipit pactus. Lex Alamannorum et sic convenit. Si quis alterius caput fregerit*, *sic ut cervella pareat*, *solvat solidos XII etc. Is codex Baluzio incognitus haud parvi aestimandus est*, *maxime quod habeat variantes plurimas lectiones. In fronte legitur Iste Liber Ecclesiae est Sancti Launomari* (*Blesensis*)." Utrum hic codex Parisiensis sit an alius, dubitari potest; nam Parisiensis octavam, quae dicitur, formam habet et ex 154 foliis constat; ille ex 118 foliis quadruplicatis constitit, praeterea in fol. 1 Parisiensis codicis inscriptum est: *Iste lib̉ est eccle bī Launomari*, sec. Catalogum in fronte libri Claromontani *Iste Liber Ecclesiae est Sancti Launomari.* Denique insunt, quae *Pardessus* primus edidit; *Baluzius*, si eodem codice usus esset, certe non omisisset novas illas res divulgare. Videntur igitur duo codices fuisse ecclesiae Sci Launomari. Neque vero dubito in *Pardessusii* sententiam discedere. 330) Vid. supr. p. XXVI.

*Lege Romana;* 8) fol. 49 — fol. 53$^{a}$ v. 2 *Capitula Legis Gundebaldi* cum signis Comitum et constitutione Segismundi; 9) fol. 53$^{a}$ v. 3 — 19 Summa tit. C. Th. *de Collegiatis* (XIV, 1) et Summa §. 4 *de Donationibus* (Paul. Sent. V, 12); 10) fol. 53$^{a}$ v. 20 — fol. 82$^{b}$ v. 3 in f. Lex Burgundionum; 11) fol. 82$^{b}$ v. 2 inf. — fol. 83$^{b}$ v. 17: *Incipit Liber Gai* et sequuntur summae tit. I. Gaii, tit. C. Th. de Donationibus (VIII, 5) et tit. C. Th. de Nuptiis gentilium (III, 14); 12) fol. 83$^{b}$—85$^{b}$: *Incp̄ capitls, quem Dominus Noster Gloriosissimus Ambariaco in Conventu Burgundionum Instituit;* 13) fol. 85$^{b}$ — fol. 89$^{b}$ Edictum Generale Chlotarii: „*Usus est clementiae*“ [331]) et cap. Legis Burgundionum LXXXIX — CIV. de Asinis sive Addit. primi tit. XVII. et *Edictum* [332]) *Segismundi de collectis;* 14) fol. 90 ex Ansegisi Lib. IV. c. 16, 17, 23, 25, 24, sed XII. demum saeculo scripta; 15) similiter precum formulae, quae fol. 91$^{a}$ complent, ab alio homine scriptae sunt; 16) fol. 91$^{b}$—125 Lex Salica; 17) fol. 126—139$^{b}$ v. 4 in f. *Lex Ripuariorum;* 18) fol. 139$^{b}$ v. 4 in f. — 154$^{b}$ Lex Alamannorum. Neque vero hae res eodem ordine antiquitus in codice dispositae erant. Qui fuerit, ex plagularum signis cognoscitur. Nam folia quidem 90 — 125 plagularum literis *A* — *D* signata sunt, folia 1 — 8 litera *E*, folia 9 — 48 literis *F* — *K*, folia 49 — 88, quibus 89 subiunctum est, literis *L* — *P*, folia denique 126—154 literis *Q* — *T*. Unde perspicuum est, antiquitus plagulas *A* — *D* sive folia 1—36, Legem igitur Salicam, primum in codice locum tenuisse, secundum plagulam *E* sive folia 37 — 44, tertium plagulas *F* — *K* sive folia 45 — 84, quartum plagulas *L* — *P* sive folia 85—125, ultimum denique locum plagulas *Q* — *T* sive folia 126—154, priorum igitur quaternionum ordinem recentiore tempore turbatum esse, fortasse a bibliopega, qui novum codici tegumentum induxit. Quin mutilus, sed pervetustus fuerit codex a librario adhibitus, non dubito. Mutilus enim erat, quia verbis *Filia curialis* tit. XI. Novv. Th. de Bonis dec. nov. 2, quae ultima compendii sunt, plagula *K* terminatur, in subsequenti autem plagula *L* Lex Burgundionum scribi coepta est; quid quod particulae Gaii et Pauli per librum Parisiensem dispersae demonstrant, codicem illum laceratum et soluta eius folia, prout in manus librarii inciderant, in hunc librum transscripta esse*). Vetustatem autem probat varietas et inconstantia scriptionis; nam saepe idem verbum ter quater diverso modo scriptum est, nonnunquam etiam librarius ultimas verbi alicuius literas omisit, quia vetustos literarum ductus et sigla non potuit explicare. Accedit orthographia [333]), quae congruit cum codicibus ante saeculum XI. scriptis. Descripsi codicem anno 1828.

### C.

### CODEX EPITOMAE GUELPHERBYTANAE.

61) Codex Guelpherbytanus, olim Abbatiae Weissenburgensis in Alsatia inferiore sitae n. 97, nunc Bibliothecae Serenissimi Ducis [334]), speciem formae maioris octuplicatae quidem prae se fert, sed ex undecim quaternioni-

331) *Pardessus* l. c. p. XXIX „*C'est*, inquit, *le seul manuscrit contenant la loi Salique, où se trouve cet édit.*“ 332) Divulgatum est a *Pardessusio*, *Journal* l. c. p. 389. *) Folii quoque 42$^{b}$ v. 21 — 28 et fol. 43$^{a}$ v. 1 — 15 vacant, sine dubio quia in vetere codice aliquid exciderat. 333) *a* pro *e*: triantem; *a* pro *i*: excadat, exhabeat; *ae* pro *e*: iurae, libertatae, praecum, excaedat, obpraesserit, oppraessio, presentae, absquae, iustae, faciae; *ae* pro *i*: oppraemere, adquaesitum; *as* pro *ae*: provincias, causas, querelas, reliquas, cartas, filias (etiam pro filiabus), vacuas, uncias, gubernantias; *e* pro *i*: omne, possedendas, elegit, antecipare, demissa, obtenere, dividetur, oblegat, oblegatio, praesteterit, intellegentia, credetis, soledum, contenit, debetoris, nomenatim, comparare, vindetori, vindedit, redeto (reddito), habetura, alequis, alequid, susteneat, qualemodo, vindecare, codecillus, perdedisse, iudecio, iudeci, noscetur, redemere, posetam, nepotebus, verberebus, virebus, corregantur, prodeta, ordenatio, delatio, provenciae, seliqua, rustecum, ignebus, culpabetur, catolecorum, modeca; *e* pro *y*: polepticum; *i* pro *e*: vindat, vindere, vindedit, vindi, vindiciones, valiat, acciperit, malivolus, tutila, deficerit, exigerint, discripcio, decim, abit (habet); *i* pro *u*: habierunt; *o* pro *u*: popillus, popilus, parvoli, aquaeducto, stipolatio, mascolus, copolare, iobebit, costoditur, ortolis (hortulis), calomnia, iusso, pericolo; *u* pro *o*: annus, legitimus, agnuscendum, clericus, iustus, filius, liberus; *um* pro *o*: dominum, servum pro domino, servo; *c* pro *t* saepe positum, ex iis vv., quae attuli, cognoscitur; accedunt pacienter, observancia, peciit, ambicio, caucio, quaescio; *d* pro *t*: alequid, quoud, inquid, reliquid, adque; *ll* pro *l*: popillus, tutilla, distullit; *v* pro *b*: relaxavit, abundavit, havebit. Scribitur etiam incoare, urguere, abit (habet), ortolis (hortulis), carta, petagogo, occansio, quodicillum, stimatio, his (is), husumfructum, adherati, fugierit, senia (xenia), subpremia (suprema) et saepe *bp* pro *pp* aut *df* pro *ff*, *omnibus* (hominibus), de id. Neque vero librarium sibi constare in his scriptionibus supra dixi. Ubicunque vero ponere debebat ꝑ, posuit siglum ꝓ; et saepe ꝓ pro p̃ et nonnunquam v. *cadere* pro non valere, infirmari; *stare* pro valere, *conaverint* pro conati sunt et *consecuta* passiva significatione. 334) *I. G. Eccard*, *Leges Francorum Salicae et Ripuariorum.* Francofurti et Lipsiae 1720. fol. praef. *Fr. Car. Conradi*, *Parerga.* Helmstadii 1735. 8. p. 100—102. *I. D. Ritter*, *Codex Theodosianus.* T. I. fol. VIII$^{b}$ et IX$^{a}$ (Lips. 1736. fol.), T. III. p. 122 ad C. Th. IX, 16 (Lips. 1738. fol.). *Fr. C. Conradi* l. c. ed. II. Helmstadii 1740. 8. p. XXVIII — XXXI et p. 100 — 102 cum tabula aeri incisa, quam repet. *Nouveau Traité de Diplomatique — par Deux Religieux Bénédictin de la Congrégation de S. Maur.* T. IV. Paris 1759. 4. Lib. II. Chap. IV. Sect. VI. Art. 7 §. 665. *Türk* l. c. p. 148 sq. *Savigny* l. c. T. II. p. 59 (ed. I.) et T. IV. p. 471. *Spangenberg*, *über die Wolfenbüttelsche Handschrift des Breviarii* (cf. *Zeitschr. f. geschichtl. Rechtswissensch.* T. V. p. 280 — 310). *Haubold* l. c. p. CXXIX n. 55. *Savigny* l. c. T. II. p. 60 sq. (ed. II.). *Feuerbach*, *die Lex Salica und ihre verschiedenen Recensionen.* Erlangen 1831. 4. p. 4 sqq., 67 sqq. *Pertz*, *Monum.* T. III. p. XVIII, 7, 11 et *Archiv.* T. VII. p. 732 sqq. *Pardessus* l. c. p. LXVI n. LXI et p. 157—160, 422 sqq. *Waitz* l. c. p. 1 sqq., 217 sqq. Tabula codicis, quam edidit *Conradi*, non omnino recte habet. Etenim in codice scriptum est *INCIP̄T* cum litera *i* literae *P* subiuncta, tum *Theudosiani*,

bus[335] sive LXXXVI, neque vero LXXXVII, ut *Spangenberg* scribit[336], membranis quadruplicatis constat. Librarius in ultima pagina nomen suum posuit, ubi, postquam de molestia scribendi questus est, haec in fine totius libri addidit: *ora ꝑ a | gamberto*[337] *se te liberat dš de pecat̉ infern..* Quo tempore hic *Agambertus* vixerit, certo dici nequit. *Spangenberg*, cuius sententia *Stiebero*, *Hauboldi* Operum editori, probatur, *Pertz* et *Pardessus*[338] illum saeculo VIII. vixisse putant, IX. is, qui libri partes in charta codici a bibliopega praefixa exposuit. Equidem huic assentior, quum argumenta, quae *Spangenberg* affert, aut ad tempus referenda sint[339], quo brevis hic libellus factus, non quo codex scriptus est, aut quadrent in codices saeculo IX. scriptos, ea potissimum, quae ex compendiis verborum et ex orthographia ducta[340] sunt; librarios autem saeculi IX. desiisse codicibus quaternionum numeros apponere nego[341], denique vero ex Agamberti nomine nihil concludi potest. Continet codex fol. $1^{a}$ formulam antiquam, quae partim convenit cum XXIII., partim cum LI. formula appendicis Marculfi; fol. $1^{b}$ — $37^{a}$ (sive $36^{a}$) v. 20 Legem Salicam[342]; fol. $37^{a}$ (sive $36^{a}$) v. 21 — fol. $37^{b}$ v. 4 regum Francorum nomina; fol. $37^{b}$ ($36^{b}$) v. 4 — v. 20 *Incp̄t totas Malb̄*);* fol. $37^{b}$ ($36^{b}$) v. 21 — fol. $87^{a}$ (s. $86^{a}$) Breviarium Alarici, subiecta hac clausula: *Explicit liber. iuredicus. ex diversorum | sentenciis. elucidatus*[343]*;* fol. $87^{b}$ (s. $86^{b}$) v. 1—12 librarii querelas. Reliqua pars ultimae pa-

non *Theodosiani.* Desunt etiam in tabula puncta post *Legem*, *die* et post *legis.* Porro post *L* 1. et ante v. *Hermogiani* unus versus om. est. Denique sculptor literas male imitatus est. *Spangenberg* e codice divulgavit librum primum Codicis Th., Novellas Theodosii et nonnullos Pauli, Gaii, Codicis Gregoriani titulos, Codicem Herm. et Papiniani fragmentum cum formula, qua librarius codicem terminat, atque omnes has res accuratissime a se transscriptas esse asseverat, quod verum esse nego; nam inepte interpretatus est multa compendia multosque ductus literarum. Rubricas codicis *Rittero* miserat *Conradi.* Cf. *Haenel*, Praef. Codicis Theodosiani p. XIX not. 112. Ceterum Legem Salicam ex hoc codice ab *Eccardo* editam receperunt *D. Bouquet*, *Rerum Gallic. Script.* T. IV. p. 162, *Canciani*, *Barbarorum Leges.* T. V. p. 380 sqq., *Walter*, *Corpus iuris germanici antiqui.* T. I. p. 97 sqq., *Laspeyres*, *Lex Salica. Halis Saxonum* 1833. 4. In charta a bibliopega membranae primae praefixa codex ita explicatur: „*Insunt:* 1) *Lex Salica, cum glossis Malberg. Idem codex quem excudi curavit I. G. Eccardus in legibus Salica et Ripuarior.* (Ff. et L. 1720. f.) p. 119—140, specimine eius p. 3 addito. 2) *Summa Breviarii Alariciani. Continet omnes eius partes, nimirum excerpta ex cod. Theodosiano, ex novellis, ex Paulo, ex Gaio, ex cod. Hermogeniano et Gregoriano, et locum ex Papiniani, quibus tamen omnibus non adscriptum est, unde petita sint. Cod. membr. sec. IX exaratus.*“ In charta illi adglutinata Spangenb. haec scripsit: „*Diese Handschrift enthält ausser der Lex Salica, nicht den Codex Theodosianus, Paulus und quaedam e Gaio Icto, sondern eine blosse — wiewohl von der gedruckten durch P. Aegidius herausgegebenen ganz abweichende, Summa des Breviarii Alariciani, nach allen seinen Theilen, als Codex Theodosianus, Novellae, Paulus, Gaius, Codex Hermogenianus und Gregorianus und die Stelle aus Papinian, jedoch merkwürdig genug, unbezeichnet. Nur die Form, in welcher die Handschrift jene Summa liefert, ist interessant — der Inhalt derselben dagegen ohne allen Werth. Celle* 16 *Jan.* 1823. *Dr. Spangenberg.*“ In tergo tegumenti, quod ex corio fusco constat, literis quadratis scriptum est: *Lex Salica | et | Tituli ex Corp. | Theodosiano. et | Pauli Sentent. V. | Quaedam ex Caio.* et in schedula adglutinata *Nr.* 97 *Mst: Weiss.*, qui numerus intus in prima tegumenti parte repetitur. In superiore adversae fol. 1 paginae marg. scriptum est ab homine, qui videtur saec. XVI. vixisse: 1 *Lex Salica* 2 *Tituli ex Corp. Theodos.* 3. *et Pauli Sentent. libri* 5. 4. *Quaedam leges ex Gaio.* Post *Theodos.* autem aliquis add. *p.* 38, i. e. codicis, ut indicaret locum, ubi incipit Cod. Theodosianus. In inferiore eiusdem paginae margine et in ultima pagina est scutum bibliothecae Guelpherbytanae, praeterea in prima pagina scutum Bibliothecae Imperialis. Id quoque fuit in ultima pagina, sed tectum est signo bibl. Guelpherbytanae. Notum enim est, hunc codicem a Gallis ex bibliotheca Guelpherbytana Parisios translatum, postea autem, pulsis ex Germania Gallis, redditum esse. Membranae crassae et vetustaté gilvae atque rugosae sunt. Duo folia, primum et ultimum, ab humoribus nigruerunt, et difficile leguntur, quae ibi scripta sunt. Versus graphio trans membranas ducti sunt, XXI—XXV in singulis paginis, nonnunquam pauciores, si quid maioris spatii rubricis pingendis datum est. Omnia praeter titulos et ultimos adversae folii 51 paginae versus, qui ex literis quadratis constant, scripta sunt literis minusculis, quae dicuntur, quibus vero saepe unciales admixtae sunt, veluti *C*, *D*, *E*, *F*, *G*. Literae saepe inter se cohaerent, inprimis *e*, *r*, *f* cum subsequente commiscentur; *b*, *d*, *l*, *f*, *g*, *p* vel supra vel infra versus longe porrectae sunt et ad sinistram pendent. Litera *i*, si litera *r* antecedit, cum ea cohaeret et infra versum ducta est, supra versum autem *e*. Etsi librarius male calluit rem, tamen omnia facile legi possunt, praesertim quum solitis tantum compendiis usus sit, quamquam nonnunquam falso. Quae causa sit, cur puncta crebro posuerit et saepe post singula quaeque verba, nescio. Praeterea adhibuit haec signa interpungendi: comma et 7 et ∴ et ., et signum quoddam, quod simile est literae *y*. Etiam numerum *VI* hic et illic expressit vetere litera unciali *G*. Prima quaeque librorum, capitum vel titulorum litera alta est et variis ductibus et coloribus exornata aut serpentum, avium et monstrorum forma distincta.

335) Quaternionum numeri hi sunt: fol. 8 Quat. *A*; fol. 17 (potius 16) *B. II*; fol. 27 (potius 26) *C*; fol. 34 (potius 33) *D. IIII*; fol. 42 (potius 41) *E V*; fol. 48 (potius 47) *F VI*; fol. 56 (potius 55) *G VII*; fol. 63 (potius 62) *h*; fol. 71 (potius 70) *I*; fol. 79 (potius 78) *K*; fol. 85 (potius 84) *L.* Habet igitur quaternio *C* 10 folia, contra desunt in quaternionibus *F*, *L* duo folia, unum in quaternionibus *D*, *h*; post quaternionem *L* duo addidit librarius folia, ut compleret codicem, qui integer est. Marginibus parvum spatium concessum est. 336) Nimirum eum, qui numeravit codicem, falso numerasse, nuntiatum est intus in tegumento his verbis: „*Cont. folia* *octog. sex.* *LXXXVI*, *omisso nr.* 9.“ Etenim proximo post fol. 8 folio imposuit numerum 10. Nullum folium deesse, demonstrat habitus codicis et exposuit *Pardessus* l. c. p. 158. 337) Id est *Agamberto.* Literae *gam* paululum confusae sunt, quare *Pardessus* legit *Gauberto.* Legerem *Agemberto*, si litera *e* supra versum exstaret. Spangenb. habet *Gomberto*, sed litera *a* ex penult. versu adiicienda est voci *gomberto.* Frater *Aganbertus* nominatur a. 804 in *Allegatione donationis Harvichi facta gestis municipalibus curiae Andegavensis.* Cf. *Martene*, *Vet. script. amp. coll.* col. 58 et 59 et *M. Raynouard*, *histoire du Droit municipal en France.* Paris 1829. 8. T. I. p. 328 sq. Annus ille optime convenit cum tempore et loco, quo Agambertum vixisse et librum scriptum esse dixi. 338) l. c. p. 192 not. 4. *Pertz* l. c. intra ann. 752—768 posuit, neque, qui IX. saec. accipiat, codices vidisse concedit. 339) Vid. supra p. XXVIII descriptionem Epit. Guelpherb. 340) Orthographia codex fere convenit cum cod. Reg. Par. 4403. 341) Inveni numeros quaternionum in codd. X. et XI. saeculi et vel in codd. saec. XIII. Pontiniaci scriptis. 342) Eam ex hoc codice divulgavit *Pardessus* l. c. p. 161—192. *Eschenburgii* collationem codicis cum Eccardi editione, quam *Spangenberg* l. c. p. 288 not. 5 codici praefixam esse dicit, non inveni. *) *Pardessus* l. c. p. 192 totum locum edidit. 343) Iisdem vv. terminatur Breviarium in codicibus 34, 35; vid. supr. p. VI not. 6.

ginae literarum nihil habet. Orthographia nonnunquam singularis est; compendia scripturae saepe adversantur sermonis structurae; quid vero crebra illa puncta significent, quae inter media verba posita sunt, equidem ignoro. *Schoenemann*, bibliothecae praefectus clarissimus, codicem benevolenter mihi Lipsiam transmisit anno 1846, ut eum in tabellas meas transscriberem.

### D.
### CODEX SUMMAE LUGDUNENSIS*).

### E.
### CODICES EPITOMAE MONACHI.

62) Codex Reg. Bibl. Par. 4419[344]), olim 5942 et Colbertinus 3606, membranis 78 in quadri minoris formam plicatis haec comprehendit: fol. 1ª Ex Isidori Originum Lib. IX. tit. VI. de Agnatis; fol. 1ᵇ *Karoli caput decimum. Legis Salicae LX.*[345]) *De Falsis Testibus Convincendis;* fol. 2—76ᵇ Breviarium Alarici a Monacho quodam in breve compendium contractum cum prologo Monachi[346]); fol. 76ᵇ—78 a) *Cap. de Meretricibus Et Infamibus*[347]); b) Interpretationem Novellae Theodosii Ne Curialis et appendicem Breviarii[348]), quam librarius his vv. terminat: *Explicit Liber Legū Romanorum Domino Gratias Amen Feliciter;* c) Versus, quos in memoriam *Richardi* nescio quis posteriore tempore adiecit[349]). Scriptus est in Gallia saeculo X., memorabilis autem est, non solum propter compendium, quod continet, Monachi et appendicem Breviarii, quam in paucis codicibus inveniri supra dixi, verum etiam quia solus prologum Epitomae habet. Subscriptiones saepe desunt. *Petri Pithoei* fuisse codicem, perspicitur ex tegumento, ubi intus *Pithoeus* nomen suum notavit. Verba illa primae paginae „*a.* 1585 *contuli*" a *Cuiacio* adscripta esse, apparet ex §. 2 Pauli de Seditiosis (V, 24), ubi ex codice Pithoei addidit *vel qui convellunt bodones*, quem locum Epitome Monachi sola habet. Denique[350]) in ultima pagina *Petrus Capetius Possessor* nominatur. Transscripsi hunc codicem in tabellas meas anno 1823.

63) Codex Reg. Bibl. Par. 4403ᴮ, olim Mazarinaeus, postea Reg. $\frac{1151}{5181}$[351]), partim saeculo VIII., partim saeculo IX.[352]) in Gallia scriptus, constat ex 115[353]) membranis quadruplicatis, quibus haec continentur: a) fol. 1—95ª Eadem Epitome Breviarii, quae in codice 62 inest; b) fol. 95ᵇ Hymnus latinus. Prima folii 96 pagina vacat; c) fol. 96ᵇ—111 Lex Salica; d) fol. 112—115 Fragmentum homiliae in caput primum Evangelii S. Lucae, graecis et uncialibus, quae dicuntur, literis scriptum[354]). Ordo membranarum usque ad 55. turbatus est[355]). Ceterum hic codex subscriptiones habet, quas antecedens omittit[356]) aut omittit, quae in illo insunt. Idem de verbis sententiarum nonnunquam dicendum est, ut mittam, rubricas hic aliter scriptas et glossas additas esse. Prologus deest. Librarius saepe erravit. Contuli hunc codicem cum codice Parisiensi 4419 anno 1827.

64) Codex Bibliothecae Phillippsii 1735, olim Corbiensis[357]), tum Claromontanus 618[358]), denique *Meermani*

*) Cf. supra p. XLVIII n. 10. 344) *Catalogus Codicum Manuscript. Bibliothecae Regiae.* T. III. p. 591. *Savigny* l. c. T. II. p. 59 (ed. I.), p. 61 (ed. II.). *Haubold* in *Promuls.* cit. p. 12 et in *Opusc.* T. II. p. CX n. 24 et p. 914. 345) Scriptum esse puto in codice *LX;* in schedis meis pallore numerus fere evanuit. 346) Descripsi hoc a. 1823. 347) Cf. *Haenel* ad C. Theod. p. 839 not. sup. 348) Cf. supra p. XIX et infra p. 452. 349) Versus hi sunt: *Ecclesiae clyppeus patriae defensio nostrae | Magnus Richardus hoc iacet in tumulo | Belli potens ductor clarus virtute fideque | Iustitia atque armis publica iura regens | Mille animā voluit per vulnera dedere morti | Quo possent populi ꝑpete pace frui | Orbita septembrem ꝓduxerat annua mensem | Multorum lacrimis carne solutus obit | P̄sulis ergo Lupi meritis sanctaeque columbae | Semper propitium possit habere Deum | Possit habere Deum. |* 350) Praeterea saeculo XVI. nescio quis haec apposuit: *Liber Theodosii imperatoris de constitutionibus principum id est iuris civilis* et recentissimo tempore: *Theodosius de constitutionibus principum.* Sub Pithoei nomen autem posteriore tempore scriptum est: *Breviarium Codicis Alarici ab incerti nominis monacho Abbatis iussu compositum ut indicat praefatio.* 351) *Catalogus Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Regiae* l. c. p. 589. *Haubold* in *Opp.* p. CIII n. 9 et p. 901 not. c, ubi, quae de Summis ex literis meis *Wenck* narravit, corrigenda sunt, neque enim Summa ab Aegidio divulgata hoc codice comprehenditur. *Pertz*, *Archiv.* T. VII. p. 48, 730. *Pardessus* l. c. p. X n. II et p. 35, 67, 271 sqq., 422 sq. et in not. p. 70, 73 sq., 77, 80, 83, 86, 91, 94 sq., 97 sqq., 104—106, 108, 110—112. 352) Secundum *Catalogum* cit. et *Pertzium* saec. VIII. scriptus est. *Pardessus* distinguit et recte quidem. Priores enim septem membranae saeculi VIII. sunt, reliquae IX. 353) *Pardessus* 114 membranas esse dicit. Vid. not. sq. 354) Secutus sum *Catalogum* cit. *Pardessus* l. c.: „*les derniers*, inquit, *f*ᵒˢ 112 *à* 114 *inclusivement sont des fragments grecs tirés de l'évangile selon saint Luc et de sermons ou d'homélies des Pères.*" 355) Etenim is debet esse: fol. 1—15, 25, 26, 23, 24, 29, 30, 27, 28, 16—22, 31—38, 47—54, 39—46, 55—115. 356) Cf. int. al. C. Th. I, 1, 4; I, 10, 3; I, 11, 2; II, 3; II, 17, 5; II, 18, 3; III, 5, ult. 357) Cf. *Catalogus Librorum in Biblioteca Corbiensi*, saec. XII., quem typis exprimendum curavi in *Serapeo.* Lips. 1841. p. 107 sqq. Ibi p. 108 commemoratur *Lib Alarici Regis auctoritas*, quae verba fere conveniunt cum Commonitorio, quod initio huius codicis legitur: — *Regis Alarici — Exemplar Auctoritatis.* Corbiensis autem bibliothecae multi libri transierunt in Claromontanam. Cf. etiam *Nouveau Traité de Diplomatique.* T. VI. p. 243. 358) Nam in margine inferiore primae paginae haec scripta sunt: *Collegii Par. Soc. Iesu* et in aversa eiusdem membranae

565[359]), ex 163 membranis quadruplicatis[360]) constat, sed in fine mutilus est, desunt enim undecim membranae[361]). Complectitur a) fol. 1ᵃ Psalmum quendam; b) fol. 1ᵇ—156 omisso prologo Epitomen Breviarii, quam in codicibus 62, 63 esse dixi; c) *Innovationes Legū Novellarum Divi Memoriae Iustiniani De Ordine Ecclesiastico*, usque ad XXXI. Decr. *De Abbate Creando. Abbatis ordinatio non secundum ordinem vel*, quae sunt ultima codicis verba. Omnia saeculo IX. in Gallia nitide scripta sunt, versus autem graphio ducti, XXII in singulis paginis. Sicuti codex 63 non omnino concordat cum 62, ita hic quoque ab eodem differt. Nam pro prologo Commonitorium habet, pro appendice Breviarii subscriptionem Breviarii: *Anianus vir exspectabilis* etc.[362]) et fragmenta Novellarum Valentiniani tit. XIV. de Pretio Solidi, titulique XXIII.[363]) de Negotiatoribus. Praeterea multas rubricas exhibet[364]), quae desunt in codice 62, quamquam nonnullas omittit[365]), quae ibi sunt, neque, quae in utroque codice sunt, ubique verbis concinunt[366]). In subscriptionibus plerumque convenit cum codice 63, etsi nonnullae desiderantur[367]). Denique interpretationibus interdum verba addita sunt[368]) aut demta[369]). Contuli hunc codicem cum apographo codicis Parisiensis 4419 anno 1826.

## F.
## EPITOME CODICIS SELDENI.*)

## G.
## CODICES EPITOMAE, QUAM CANCIANI EDIDIT.

65) Codex tabularii Metropolitanae Ecclesiae Utinensis, olim Aquileiensis, quem *Canciani* divulgavit, diu latuit[370]), usque dum nuper a *Bonturinio*[371]) iterum protractus est in lucem. Quum vir doctissimus non dixerit, qui sit codicis habitus, hic *Cancianii* verba recitemus opus est: „*In Archivio*, inquit, *Metropolitanae Ecclesiae Utinensis asservatur pervetustus legalis Codex membranaceus*, *principio et fine mutilus*, *quem non uno tempore scriptum fuisse innuit membranarum et scripturae diversitas*, *cuius in fronte codicis specimen exhibemus. Post bene multas Constitutiones Iuris Iustinianaei*, *magna ex parte in epitomen redactas*, *codicem complent interpretationes Iuris Theodosiani*“ et paulo post: „*Doleo*, *mutilum hoc manuscriptum in secundo libro Sententiarum Pauli deficere. Amplius doleo*, *illud innumeris soloecismis ac barbarismis scatere*, *atque insuper frequentibus amanuensis sphalmatibus.*“ Fuisse codicem IX. saeculi, docet scripturae specimen, quod *Canciani* dedit, et certo quidem aetas probari posset, si *Canciani* compendia scripturae et orthographiam in libro suo conservasset. Prior pars ex Iuliani epitome Novellarum constitit[372]), eo enim pertinent, quae in specimine illo exhibentur[373]). Iulianum sequebatur compendium Breviarii. Membranae, quae ultimam eius partem post §. 6 tit. Pauli

pagina: *Paraphé au desir de L'arret du* 5 *Juillet* 1763 | *Mesnil.* In *Catalogo Manuscriptorum Codicum Collegii Claromontani*, Paris. 1764. 8., n. 618 ita exponitur: *Codex membranaceus in fol.* (174 *foliorum*) *saeculo IX exaratus. Ibi continentur* 1) *Imagines* (*ut fert titulus*) *sive species Iuris de Theodosiano sicut praeceptum est*, *exemplar gloriosissimi Regis Alarici hordinante*, *feliciter exemplar autoritatis.* 2. *Novellae.* 3. *Iulii Pauli Sententiarum Libri V.* 4. *Liber Gregoriani.* 5. *Liber Papiniani.* 6. *Incipiunt Innovationes Legum.* 7. *Novellarum divi memoriae Iustiniani A. sub quo quinta Synodus Constantinopoli congregata est de ordine ecclesiastico* (*Desunt viginti duo postremi articuli*).

359) *Catalogus Bibliothecae Meerman.* T. IV. p. 97 n. 565: 1. *Imagines* (*ut fert titulus*) *sive species Iuris de Theodosiano secut praeceptum est*, *explanatae gloriosissimi Regis Alarici hordinante*, *feliciter exemplar autoritatis. Novellae. Iulii Pauli Sententiarum Libri V. Liber Gregoriani. Liber Hermogeniani. Liber Papiniani.* 2. *Incipiunt innovationes Legum novellarum divi memoriae Iustiniani A. sub quo quinta Senodus Constantinopoli congregata est de ordine ecclesiastico.* (*Desunt XXII postremi articuli.*) *In membr. saec. IX. fol.* 174. *p. c.* Cf. *Haenel* in *Ephemerid. literar. Lips.* a. 1828. n. 42. T. I. col. 332 et ibid. not. 8 et in *Catalogo Librorum Mss.* p. 854. *Haubold* l. c. p. CXXXIV n. 62. 360) Forma quidem octava maior s. fol. min. videtur esse; revera membranae in quaterniones plicatae sunt. 361) Fuisse olim 174, perspicitur ex Claromontano Catalogo. 362) Vid. infr. p. 4 not. *y*. 363) Cf. *Haenel*, *editio Novellarum* p. 170 et 204. 364) Cf. int. al. C. Th. I, 2, 2; II, 1, 1; II, 6, 4; II, 24; II, 27; III, 1, 5; III, 5, 3 et ult.; III, 7, 2; III, 8, 2; III, 10; III, 13, 1; III, 17, 4; IV, 4, 4—6; IV, 8, 2; IV, 18, 2; IV, 20, 1, 2—4, 6; V, 1, 5; V, 10, 1; VIII, 3; VIII, 5, 1, 2; VIII, 9, 1, 4, 5; IX, 1, 3, 4, 9—11; IX, 2, 3; IX, 4, 1, 5, 6; IX, 11, 2; IX, 33; X, 5, 2; XI, 11, 2 et 5; XI, 14, 3—5; Nov. Th. tit. IX.; Nov. Val. tit. IV., IX.; Nov. Maior. I. et Severi I.; Gai. tit. I., III., IV., IX., XI., XV—XVII.; Paul. I, 4, 2; I, 7, 4; I, 10; I, 13; II, 1, 3; II, 12 i. f.; II, 14; II, 18 i. f.; II, 20, 4; II, 24, 2; II, 26 i. f.; II, 30, 2; III, 6; III, 7; IV, 1; IV, 3, 3; IV, 8; V, 2; V, 4—8; V, 10; V, 12—14; V, 18; V, 19; V, 24; V, 25; V, 27; V, 28; V, 31; V, 35. 365) Cf. C. Th. I, 1, 2; II, 14; Nov. Val. tit. XII., ubi, ut in cod. 63, literae pro rubr. positae sunt. 366) Cf. C. Th. II, 31; Paul. V, 1 et 23 et 35, al. 367) Cf. C. Th. II, 1, ult.; II, 3; II, 8; III, 1, 9; IV, 20, ult.; XI, 3, 1, al. 368) Cf. C. Th. III, 13, 3; III, 19, ult.; Gai. tit. VI.; Paul. III, 6; V, 24; V, 27. 369) Cf. C. Th. III, 1, 4; IX, 32, 2; Paul. IV, 8; V, 6; V, 7, 14; V, 14; Cod. Greg. tit. VI. c. 2, al. *) Cf. supr. p. LV n. 19. 370) Cf. *Blume* (*Pertz*, *Archiv*) T. V. p. 626. *Stieber* l. c. T. II. p. CXLVII n. 15. 371) *Bonturini* de codice locutus est in Conventu publico eruditorum Italiae, qui anno 1847 Venetiis habitus est; verum adhuc non potui impetrare dissertationem eius. In Ephemeridibus Augustanis (*Beilage der Allgemeinen Zeitung.* Nr. 269. d. 26. Sept. 1847. p. 2146) haec scripta sunt: „*Herr Bonturini hat in Udine die Handschrift der von Canciani unvollständig und uncorrect herausgegebenen Lex Romana gefunden.*“ 372) Id iam *Canciani* vidit p. 463 not. 3: „*Has esse reor Novellas a Iuliano Antecessore breviatas.*“ 373) Nimirum Const. LXXII. (Pith. LXXI.) c. 256 (Pith. 257) et Schol. ad Const. XV. c. 52. *Savigny* l. c. T. I. p. 363 not. 229 (ed. I.) s. T. I. p. 426 not. *a* (ed. II.). *Haubold*, *Zeitschrift für geschichtl. Rechtswissenschaft.* T. IV. p. 148. *Stieber* l. c.

de Nuptiis (II, 20) comprehenderunt, iam *Cancianii* aetate perierunt et videntur ultimae quoque laceratae fuisse, quum inde a titulo IV. libri II. punctis lacunae codicis in prima editione indicatae sint. Verbis hic codex, nisi quando *Canciani* falso legit et compendia male explicavit aut aliquid omisit, plerumque concinit cum codice[374])

66) sive codice 722 Bibliothecae Monasterii S. Galli[375]), olim D. n. 84[376]), qui constat ex 134 membranis diversorum codicum octuplicatis sive ex 268 paginis et comprehendit[377]) pag. 1 et 2 S. Hilarii Expositionem Psalmorum minusculis, quae dicuntur, romanis literis saeculo VI. scriptam; pag. 3—16 XIX capita Iuliani de rebus ecclesiasticis per XV capita saeculo X. distributa; pag. 17—256 eandem Epitomen Breviarii, quam *Canciani* ex Utinensi codice edidit; pag. 257—268 alterum S. Hilarii expositionis fragmentum. Verum folia, quibus Epitome continetur, rescripta sunt; nam librarius aliquis saeculi IX. supra Hilarii expositionem, quam haec quoque folia complectuntur, Epitomen Breviarii per transversum posuit. Compendiorum scripturae magna copia est, numerus versuum in singulis paginis non ultra XXIV sive XXV. Deesse nihil videtur, quum ultimus ipsius Epitomae locus §. ult. Pauli de Interdicto utrum vi (V, 7) sit, idem igitur, quo liber terminatur in sequenti codice et addatur formula: *Explicit Pauli Liber Vtus Feliciter.* Post ultimam paragraphum statim subiuncta sunt duodecim capitula adhuc incognita, quae primus divulgavi in *Richteri et Schneideri Annalibus Criticis*, anno 1838, p. 583—586 et infra p. 455 sq. Codices Gregorianus, Hermogenianus et Papiniani fragmentum desunt. Ceterum pars illa Pauli, quae incipit in verbis *suum sponsi ducere* (II, 19) et terminatur verbis *hoc sciendum comparaverit* (IV, 4), indicibus libri III. et IV. exceptis, in hoc solo codice servata est. Praeterea supplentur lacunae titulorum VIII., X., XIII—XVII. libri secundi Pauli, qui in *Cancianii* editione mutilati sunt.

67) Codex olim Monasterii Beatae Virginis Mariae ad Favariam 208, II, sive 6[378]), iam vero, postquam monasterium illud a. 1838 sublatum est, in Bibliothecam Monasterii S. Galli translatus, complectitur 78 folia membranacea in minoris quadri formam plicata. In primo et in ultimo tractatus de rebus theologicis saeculo X. scripti particula exhibetur, in reliquis tertium Epitomae a *Cancianio* editae exemplum, quod *Orsicinius* quidam, Subdiaconus, ultimis videtur saeculi IX. lustris[379]) calamo pinxit. Etsi nonnullae membranae ablatae sunt[380]), tamen Epitome eodem modo atque in S. Galli codice terminatur, nisi quod librarius in vacua folii 76 parte et in fol. 77, pro capitulis, quae Paulo illic adiecta sunt, §. 3 Pauli Si quadrupes (I, 15) et titulum VIII. Novellarum Valentiniani de Triginta ann. praescr. posuit, tum vero ex Isidori Originum Libro I. cap. 1 sqq. et nonnullas Codicis Gregoriani leges, quas ex Aegidiana Epitome sumsit. Praeterea Favariae codex cum codice S. Galli saepe discrepat; nam librarius voces barbaras, interdum etiam latinas cum latinis commutavit[381]), alias ad latinum sermonem correxit[382]), nonnullos titulos aliter

374) Pleraque enim verba, quae compendiis expressa erant in codice, plene scripsit, neque vero ubique recte, alia compendiorum signa ponere omisit, quo factum est, ut ederet *hominem* pro *homines*, *princeps* pro *principes*, *causa* pro *causā*, *fretu* pro *fretū*, alia. Inter res omissas sunt nonnullae rubrice Codicis Theod. 375) *Haubold* l. c. p. CXXV n. 48 et p. 899 not. *b*, num. *c*. *Haenel*, *Catalogi Librorum Manuscriptorum* p. 707. *Savigny* l. c. T. IV. p. 470 (ed. I.) s. T. I. p. 429 (ed. II.) et *Zeitschrift f. gesch. Rechtsw.* T. XI. p. 213. 376) Utrum antiquitus 84 an 184 fuerit, incertus sum. Illum numerum notavi in apographo meo. Totum enim codicem accurate transscripsi in tabellas meas, retentis compendiis et reliquis scripturarum modis, a. 1825. 377) Clar. *Ildephonsus ab Arce* (*v. Arx*) in charta a bibliopega tegumento adglutinata haec notavit de codice: „*Codex Rescriptus S. Hilarii expositionem Psalmorum saeculo VI scriptura minuscula romana exaratam referebat prim. hic codex. Excepto N. capitali omnes literae scripturae minori adpertinent etsi plures inprimis C. et i sursum plurimum prolongentur. Textus saeculo IX rescriptus a tergo inscribitur continere decretá Iustiniani Imperat., complectitur autem a pagina* 3 *usque* 15 *excerpta Iuliani Epitome Novellarum Iustiniani et posthinc sic dictum Breviarium Alaricianum, ut in adiecta scheda videre est.*“ In qua enumerantur capita illa Iuliani. Praeterea p. 3 haec vidi scripta: „*Continentur in hoc antiq*^mo *Codice* 1) *Constitutiones Iustiniani Imperatoris de rebus ecclesiasticis num. XXXIII.* 2) *Authenticae seu Constitutiones variorum Imper.* 3) *Compendium Novellarum.* 4) *Sententiae Pauli et Caii I. C. Romanorum* | *P. P. K.* | 1753.“ Vid. supr. not. 320. *Weidmann* l. c. p. 10. Nonnullae membranae lavando et radendo ita attenuatae sunt, ut in alterutra tantum pagina scribi posset. Ibi nihil deest. Cf. p. 127 codicis. 378) A. 1837 praenobilissimus Dominus de *Lassberg* mihi nuntiavit, codicem aliquem Breviarii, qui monasterii Favariensis esset, apud se asservari. Eum precibus meis adductus mihi misit Lipsiam, equidem vero, quem compendium a Canciano editum continere videbam, cum apographo meo S. Gallensis codicis contuli. Res ex eo collectas communicavi cum *Savignio*. Cf. *Zeitschr. f. geschichtl. Rechtsw.* T. XI. p. 213 sq. *Pertz*, *Archiv.* T. IX. p. 594. 379) Haec enim ipse notavit in extremo fol. 77: *Sic ē scriptori novissimus versus quomodo* | *naviganti novissimus portus* | *Qui nescit scribere nullū putat esse laborē* | *tres digiti scribunt totum corpus laborat* | *Ego Orsicinius Subdiaconus Hunc* (sic) | *Legem Scrips. Qxk lfgks prb prpscrkp* | *tprf. sk dfxm hbfbs rfdfmptprfm* . . | 380) Fol. 47 terminatur vv. *ubi ipse homo* c. 1 C. Th. de Accusationibus (IX, 1) et pergitur fol. 48 cum verbis *ad principem suum exinde noticiam faciat* c. 1 C. Th. de Curionibus (XII, 1) et fol. 70 ultima verba sunt *ad nullus patro* (Paul. II, 8), prima autem folii 71 *quod ipsa res alteri fuisset* (Paul. IV, 4). Utroque igitur loco nonnullae membranae ablatae sunt. In libro III. C. Th. interdum versus aut verba desunt; e diverso hic et illic pauca verba addita sunt. 381) Librarius enim codicis Favariensis scripsit *accipere* pro *prendere* C. Th. I, 10 et III, 1; Nov. Val. tit X.; *memorari* pro *dismentire* C. Th. I, 11, ult.; *legitimus* pro *stabilis* C. Th. III, 7 in f.; *virgines* pro *pulliclas* C. Th. III, 11. Saepe *virum* et *mulierem* pro *maritum* et *uxorem* et *ex his* pro *de ista* C. Th. III, 16; *recipere* pro *praehendere* C. Th. IV, 16; *facultates* pro *bona* saepe; *praeceperit* pro *demandaverit* C. Th. IV, 4; *ecclesia* pro *basilica* C. Th. IV, 7; *sciret* pro *saperet*

scripsit aut omisit[383]), compendia explicavit et romanos numeros literis expressit. Isidori capitula manca sunt, quum membranae magna pars avulsa sit.

## V.

### CODICES IN QUIBUS EXIGUA BREVIARII PARS INEST.

Superest, ut de libris breviter dicam, qui segmenta quasi Breviarii habent. Huc pertinent

68) Codex Vaticanus Reginae Sueciae 982, olim X, 49, 88, 244 et 704[384]), foliis octuplicatis, saeculi X., qui de Breviario nihil continet, nisi in fol. 18—32 indicem titulorum Breviarii interpretatione instructum et sub finem interpretationem c. 4 C. Th. de Legit. hered. (V, 1)[385]).

69) Codex Regius Parisiensis 1730[386]), olim Colbertinus, membranis duplicatis, saeculi XIV. Is complectitur fol. 128 *Excepta de Legibus Theodosianis quas interpretatur Paulus cap. XXXV*, *XXVI* (sic) *caplm* 1, *XXVII cap. de Iniusta Appellantium pena*, hoc est Sententiarum Pauli lib. V. tit. 35 §. 1 interpr.; tit. 36 §. 1; tit. 37 §. 2 interpr.; tit. 38 §. 2; tit. 39 §. 1. Eas antecedunt nonnulla scripta S. Ambrosii et Petri Exceptiones Legum Romanarum; sequuntur nonnullae Decretales et constitutiones Codicis Iustiniani, sine ordine et nexu congestae.

70) Codex Regius Parisiensis 7710, olim Colbertinus 2951, Regius 5517, subscripto numero 13, ubi fol. 10 Ciceronis Topicis tit. Gaii Quibus modis filii exeunt de patria potest. et nonnullae sententiae ex Pauli titulis II, 3 et V, 3 casu quasi subiunctae sunt.

70*a*) Codex Reg. Par. 4482. Is habet interpretationem §. 2 Pauli de Reb. cred. (II, 1), tit. Pro Socio (II, 16), §. 16 de Iniuriis (V, 4) et interpretationem §. 4 de Donat. (V, 12).

71 et 72) De codicibus Phillippsii 1741 et S. Germani 366 retuli in *Hauboldi Opusculis*[387]) et in Praefatione XVIII Constitutionum Sirmondi a me editarum[388]). Est autem codex Phillippicus[389]) scriptus exeunte saeculo X.

C. Th. IV, 8; *expendiderunt* pro *spensaverunt* C. Th. IV, 15; *adprehenderit* pro *p̄serit* et *p̄set* Nov. Th. tit. V.; *sepulchra* pro *tumbas* Nov. Val. tit. V.; *rogavit* pro *voluerit* Nov. Val. tit. IV.; *diiudicent* pro *deliberentur* Nov. Val. tit. VII.; *vir* pro *baro* Nov. Val. tit. VI.; *esse*, *excusare*, *patronum* pro *essere*, *scusare*, *patronem*, al. E diverso ponit *adficiunt* pro *adfigunt* C. Th. II, 14; *basiaverit* pro *osculaverit* C. Th. III, 5 et ita saepius *basiasset* pro *osculasset*, *basiata* pro *osculata*. 382) Veluti *suus* in *suos*, *filius* in *filios*, *filias* in *filiabus*, *de suos* in *de suis* etc.

383) Verbum quoque *Intp* saepe omisit post *It̄ alia*.

384) *Haubold* l. c. T. II. p. CXVIII n. 38. 385) *Montfaucon*, *Bibl. Bibl.* T. I. n. 19 haec inesse in codice dicit: *Tituli Legum Ex Corpore Codicis Theodosiani explanati. Charta Sancti Aniani. Decretum Urbani Papae e Concilio Nemausensi.* In charta a bibliopega tegumento addita haec scripta sunt: *ex hoc codice ablatae nonnullae quaterniones pro Archivo*, *continentes Bonifacii* 8 *et aliorum Pontificum Constitutiones et eorum loco ex codice* 211 *positae aliae quaterniones continentes concilia Galliae.* Insunt fol. 1—4 a) Hieronymi et aliorum fragmenta de Clericis; b) Bonifacii constitutio super iurisdictione ecclesiastica ecclesiae Sandonensis; c) nomina urbium, quae in tribus partibus sitae sunt orbis huius, id est Asiae, Africae, Euruppae; fol. 4—18ª Hieronymi aliqua; fol. 18—34ª Breviarii reliquiae et quatuor distycha de re morali; fol. 34ᵇ Donatio Uuillelmi Comitis Roberti ad fratres S. Aniani; fol. 35 pars Concilii Nemausensis. 386) *Catalogus Codicum Manuscript. Bibl. Regiae.* T. III. p. 180. *Savigny* l. c. T. II. p. 132 not. 144 (ed. I.), p. 140 not. *b* (ed. II.). *Haubold* l. c. p. CII n. 6. Num huc pertineat cod. Reg. Par. 4628, qui teste *Pardessusio* l. c. p. XX continet *deux fragmens de Code Theodosien*, *relatifs aux privilèges des églises*, nescio. 387) T. II. p. XCIII—XCVI. 388) Bonnae 1844. 4. Cf. etiam *Haenel*, *Diss. de Constitutionibus Quas Iacobus Sirmondus Parisiis A.* 1631. *Edidit.* Lipsiae 1840. 4. 389) Codex Phillippicus in *Catalogo Manuscriptorum Codicum Collegii Claromontani*, n. 496 et in *Catalogo Bibliothecae Meermanianae* l. c. p. 98 n. 571 ita describitur: „Codex membranaceus in fol. quadratae formae, saeculo IX exaratus. Ibi continentur: 1.° S. Gregorii Papae Rescripta quaedam cum epistolis ad ipsum directis. 2.° Excerpta ex capite 8° libri Novellarum D. Valentiniani (Imperatoris). 3.° Caput XIIᵘᵐ earundem ex interpretatione sententiae de Episcopali Iudicio. 4.° Capitula ex Romanis Synodis Apostolicorum Eugenii et Leonis. 5.° Canones Apostolorum, quibus praeponuntur Glossae (hic ad marginem legitur recentiori manu scriptum: Hinc incipit Collectio Canonum antiqua, quae vulgo Corpus canonum dicitur et edita habetur Moguntiae ann. Christi 1525 sub titulo: Canones Apostolorum etc.). Is codex fol. 205 complectens fuit olim S. Remigii Remensis.“ — Recte, nam vv. *Liber S. Remigii* inveni quinquies, fol. 35ᵇ, 36ᵇ, 37ᵇ, 38ª et fol. 83, ubi scriptum est: *Līb. Scī. Remigii Rem̄. Vol. XXIIII.* Priora septemdecim codicis folia desunt, praeterea duo folia in medio codice; insunt autem: fol. 1 Gregorii epistolae quaedam; fol. 2 Epistola ad Maximum, Benedictum et ceteros Hispaniarum in partibus constitutos episcopos Melciadis; fol. 2ᵇ Constitutio Dionysii de distantia parrochiae et Diocesis; fol. 3ª Epistola Gregorii III. ad Bonifacium „Desiderabilem mihi a te“; fol. 3ᵇ Epistola Felicis ad Gregorium P., ubi in m. annotatur: „*Non est edita*“; fol. 5ª Rescriptum S. Gregorii P. ad Felicem: „Caput nostrum“; fol. 7ᵇ Novella Valentiniani de Triginta annorum praescriptione; fol. 9ª Interpretatio Nov. Valentinianae de Episcopali Iudicio; fol. 11ª Epistolae diversae Gelasii, Augustini de adulterio et fornicatione; cap. 21 Concil. Toletani et cap. 7 Concilii Vasensis; fol. 13ª Epistola Hincmari ad Carolum Calvum Regem: „Sacrum carth. concilium dicit“; fol. 16ᵇ Capitula novem ex Romanis synodis Apostolorum Eugenii atque Leonis Quarti; fol. 17ᵇ ex Iuliani Epit. Novell. cap. 366 et 511; fol. 18 Nicolai P. decret. c. 220; Conc. Tolet. V. c. 35, 70, 71; c. 2 ex Conc. Matiscon.; ex Gelasio P. c. 11; cap. ex Conc. ap. Altheiam habito; c. 6 Conc. Remensis; c. 47 Conc. Carthag.; c. 54 Conc. Arausici; Epistolae P. Pii, Augustini, Alexandri; cap. Augustini de Civitate Dei; cap. ex Decretis P. Iulii; cap. Augustini ex eius dictis; quod tricennalis possessio firma sit; de presbyteris nihil habentibus; de libertinis, qui a patrocinio ecclesiae discesserunt; de consuetudinibus ecclesiasticis, quae nunc sunt contra fidem; de sacramento corporis et sanguinis domini; de cottidiana perceptione eucharistia; fol. 19ª Glossae Canonum Apostolorum; fol. 22ª Notae Iuris; fol. 28ª Canones Apostolorum, veterum Conciliorum constitutiones, decreta pontificum eodem ordine, quo sunt in editione *Io. Wendelsteini*, Moguntiae 1525. fol. (Canones Apostolorum Veterum Conciliorum etc.), sed omisso Concilio Ephesino et tractatu de primatu Ecclesiae Romanae. Legitur haec collectio usque ad fol. 176ᵇ, ubi dicitur: *Iste liber finitus est Deo Gratias Amen.* Fol. 176ᵇ Enumeratio Conciliorum Apostolorum; fol. 177ª Epistola Augustini consacerdoti Senisanctippo: „Officio

in membranis quadruplicatis, quarum 208 supersunt. Codex S. Germani[390]) ex 237 membranis, itidem quadruplicatis constat, et aetate paulum superat Phillippicum. Uterque legum et sententiarum ex Breviario Alarici, Theodosiano Codice et constitutionibus Sirmondi descriptarum magnam copiam, quae, si codices integri essent, inter se non differret, continet, et ut codices primae classis Dionysianam collectionem, eam vero aliis rebus adiectis, ad Dionysium non pertinentibus, aliis omissis, quae in codicibus primae classis aut omittuntur aut adduntur. Lacuna, quae in codice Phillippsii post membranam 189 est, suppletur duabus membranis codici Vaticano Reg. Sueciae 1283[391]) assutis, quas invenit *Heimbach*, amicus suavissimus, et postea descripsit mihique transmisit *Urlichs*, vir officiosissimus. Sunt illae eiusdem formae, scripturae, aetatis, atque codex Phillippicus, incipiunt eodem loco, quo hic desinit, desinunt, quo incipit. Quare dubitari non potest, quin membranae Vaticanae a Phillippico codice avulsae sint, neque plures quam duo hoc genus codices ad nos pervenerint, S. Germani 366 et additis membranis Vaticanis Phillippicus 1741, uterque continens septem primas Sirmondi constitutiones[392]).

debito meritis tuis"; fol. 177ᵇ Epistola Paulini episcopi Foroiuliensis contra Felicem hereticum de Heistulfo qui uxorem suam occidit causa adulterii propter unius testimonium; fol. 178ᵇ Enumeratio sex Conciliorum universorum; fol. 179ᵃ add. rubrica *Incipit Liber XVI.* et sequuntur: I. c. 2, 3 C. Th. de Fide Cathol. (XVI, 1); II. c. 2, 12, 23, 35, 39, 44 cum interpr. C. Th. de Episcopis (XVI, 2 s. Br. Al. XVI, 1, c. 1—6); III. c. 1—4, 8, 10, 14, 16, 19, 20, 26, 29, 30, 31, 34, 36, 38, 40, 41, 47 eiusd. tit. et c. 2 C. Th. de His, qui super relig. (XVI, 4); IV. c. 1, 4, 51—53, 60, 59, 63 C. Th. de Haeretic. (XVI, 5); V. c. 4 C. Th. Ne Sanct. Baptisma (XVI, 6); VI. c. 3, 1 C. Th. de Apostatis (XVI, 7); VII. c. 1, 5, 7, 6, 16, 27, 28 C. Th. de Iudaeis (XVI, 8); VIII. c. 1, 2, 5 C. Th. Ne Christianum mancip. (XVI, 9); IX. c. 10, 21 C. Th. de Paganis (XVI, 10); X. c. 1—3 C. Th. de Relig. (XVI, 11); XI. c. 1, 2 et pars c. 3 Sirmond. usque ad vv. *sibi nomina vindicant* sub tit. de Episcopali iudicio. Post haec inter fol. 189 et fol. 190 desunt duo folia, et pergitur in folio 190 in vv. c. 4 C. Th. de Accus. (IX, 1) *proposita sit, si vera detulerit.* Haec sequuntur c. 5 C. Th. de Accusation. (IX, 1); interpretatio tit. I. Novellarum Martiani et sub finem interpretationis haec vv.: „*Secundum has leges decrevit carthaginense concilium capitulum XXX*"; c. 6, 7, 8, 9, 10, 11 C. Th. de Accusation. (IX, 1) cum interpr.; c. 1, 2 C. Th. de Constitt. pr. (I, 1); interpretatio Novellae Valent. de Episcopali iudicio et Novella ipsa; fol. 192 Epistola S. Gregorii ad Iohannem et Hilarii Leontio, Verano, Victorio episcopis; 193ᵃ Epistola Symmachi P. ad Caesarium epm; 194—208 Collectio septem Conciliorum Africae, quae finiuntur c. 85 Concilii Carthaginiensis IV.; folio 208 assuta sunt duo folia literis quadratis scripta cum vita S. Theodorae.

390) Codice S. Germani 366, de quo nonnulla dicta sunt in Conciliorum Galliae Collectione l. c. p. VIII n. XXI, haec continentur: fol. 1, 2 Notitia Provinciarum ecclesiasticarum; fol. 2 c. f. Isidori Mercatoris praefatio; fol. 7 Praefationis alterius Collectionis, quam Petrus de Marca in monasterio Rivipullensi invenit, fragmentum; fol. 8ᵇ Constitutio Dionysii de distantia parochiae; fol. 9 Collectionis, quam Pasc. Quesnellus sub finem operum Leonis edidit, praefatio, sed pluribus Rufini verbis descriptis auctior; fol. 10ᵇ Isidori Hispalensis Orig. lib. VI. c. 15; fol. 12ᵇ Glossarium seu interpretatio quarundam vocum, quae in canonibus adhibentur; fol. 13—151ᵃ Collectio a *Wendelsteino* edita (ut in cod. Phillippico); fol. 151 Ordo veteris testamenti; fol. 153ᵃ Poenitentiale Theodori; fol. 156ᵇ Martini Bracarensis episcopi capitula; fol. 163ᵃ Hadriani P. capitula Angilramno episcopo tradita; fol. 167ᵃ Symmachi P. epistola; fol. 167ᵇ Concilium Carthaginiense I—VI.; fol. 185 Tractatus anonymi de coniugio et viduis; fol. 187ᵇ Series constitutionum ex C. Th. et ex Novellis depromtarum, ut in cod. Phillippico, hac differentia, ut hic, quia folium unum excidit, desint c. 59, 63 C. Th. de Haeret. (XVI, 5) et c. 4 C. Th. Ne Sanct. Baptisma (XVI, 6; cf. *Haenel* ad Cod. Th. XVI, 5, 60 not. *i*); contra codex S. Germ. amplius habeat part. c. 3, c. 4—7 Sirmond., quarum c. 4 et 5 dicuntur esse *tit. XII.*; c. 6 *tit. XIII.*; c. 7 *tit. XIV.*; c. 1, 3 et part. c. 4 C. Th. de Accus. (IX, 1), et sub finem primo loco ponatur Novella Valent. de Episcop. iudicio, deinde Novella de Triginta ann. praescr. et ultimo loco interpret. Novellae Valent. de Episc. iud.; fol. 201ᵇ Gelasii P. aliorumque testimonia pro tricennali lege et de aliis principum legibus servandis; fol. 203 Fragmentum Augustini lib. II. de Adult.; fol. 204ᵇ Leonis Bituricensis episcopi, Victorii et Eustachii epist. de causis et iudiciis clericorum; fol. 208 Fragm. epist. Gregorii M. ad Iohannem, prim. Lusitaniae archiepiscopum; fol. 209ᵃ Gregorii epist. ad Felicem Serdicae episcopum, ad Columbum et Victorem; fol. 210 c. 1 cum interpr. C. Th. Fin. reg. (II, 26); Nov. 1, 2 Valentin. de Invasoribus; fol. 211 ex Pauli Sent. cum interpret. §. 7, 8, 10, 13, 14, 16, 22 de Iniuriis (V, 4); §. 1, 5, 6, 7, 8, 10 de Effectu sentent. (V, 5); §. 1, 2 de Delator. (V, 15); tit. de Quaest. habendis (V, 16); §. 1, 3 de Testibus (V, 17); §. 1, 3 de Servor. quaest. (V, 18); §. 1 de Abolit. (V, 19); fol. 213ᵇ cum interpr. c. 1 C. Th. de Re iudic. (IV, 16); c. 1, 2 C. Th. de Sententiis ex per. rec. (IV, 17). Hunc igitur codicem intelligit Go. in Comm. c. 2 C. Th. de Sententiis ex per. recit. (IV, 17): „Illud non abnuo, in MSS. Sirmondi, quem ipse vidi, cum in Comitatu Regis Christianissimi agerem, hanc vocem ita expressam, etiam in *Rubrica huius* tituli." Post interpr. c. 1 haec leguntur in fol. 214: *Secundum has leges decreverunt canones cartagn. concilii cap. XV cap. XVIIII et cap. XX et africani concilii cap. LXV et cap. LXXII et cap. LXXXVIII et LXXXVIIII et XC et Sanctus Gregorius multoties sicut subsequitur Gregorius:* „romano defensori Siciliae Pervenit ad nos", et sequuntur excerpta ex Gregorio. Fol. 216ᵇ c. 1—7 C. Th. de Fide testium (XI, 14) partim sine interpretatione; fol. 217 tit. ex Pauli Sent. Quando appell. (V, 34) cum interpr.; §. 1, 2, 4 de Cautionibus (V, 35) cum interpr.; tit. de Dimiss. Literis (V, 36); et seqq. libri quinti tituli, ut sunt in codicibus Breviarii primae classis. Post interpretationem ult. tit. haec vv. leguntur: „*In Africano Concilio cap. LXVIII de Sententia ferenda in contumacem in libro IX Theodosianae legis cap. XXVIII,*" et sequitur c. 3 C. Th. de Calumniat. (IX, 29) cum interpr.; c. 1, 3 C. Th. Quorum appellat. non rec. (XI, 11) cum interpr. et c. 4 eiusd. tit. sine ipsius legis vv. Interpretationi c. 4 haec vv. add. in fol. 219ᵇ: „*Et in subscriptione synodi Calcedonensis de dioscoro alexandriae urbis epo scriptum est. Qui tertio conventus per reverentissimos patres et coepiscopos nostros admonitione canonica venire contemsit conscientiae detentus archano ipse contra se damnationis sententiam provocavit. Verum patrum saepius statuta conculcans. Epistola Sixti P. Leonis Quod ergo*" etc.; fol. 220ᵇ c. 1, 2 C. Th. de Fructibus et lit. exp. (IV, 16) cum interpr.; c. 1 C. Th. de Usur. rei iud. (IV, 17) cum interpr.; c. 1, 2 Qui bonis ex L. Iulia (IV, 18) cum interpr.; c. 1 C. Th. Quor. bonor. (IV, 19) cum interpr.; c. 1—6 C. Th. Unde vi (IV, 20) cum interpr.; Novellae Valentinianae de Episcopali iudicio §. 1, 2 cum interpr.; fol. 224 Epistola P. Gelasii ad Anastasium de Acacio; fol. 224ᵇ Decretorum Gregorii Papae urbis Romae et epistolarum, aliorumque pontificum et conciliorum decretorum, ut refert nova manus in codice: „excerpta ex iis quae ad causas praesertim clericorum attinent accommodata. Postrema vero ad virgines, viduas, monachos a proposito discedentes pertinent"; fol. 237ᵃ Iuliani epit. Novell. cap. 366 et 511. — Depromsi haec ex indice codici adscripto, exceptis iuris Romani locis, quos negligenter ibi indicatos correxi et supplevi. 391) Insunt in cod. Vaticano: pars c. 3 Sirm. inde a vv. *perpetrata contra leges*; c. 4, 5 Sirmond. add. num. *XII.*; c. 6 Sirm. add. num. *XIII.*; c. 7 Sirm. add. num. *XIV.*; c. 1, 3, 4 C. Th. de Accus. (IX, 1) usque ad vv. *coeperit urgere aut vindicta.* Incipiunt igitur haec fragmenta eodem loco, quo desinit fol. 189 codicis Phillippici, desinunt, ubi incipit fol. 190 eiusdem codicis, quare non dubito, quin hae membranae ipsae illae sint, quae desunt in codice Phillippico. Cf. de codice Vaticano *Mar. Marini*, degli Aneddoti di *Gaetano Marini.* Rom. 1832. 4. pag. 113. 392) Possunt praeterea cum huius classis codicibus alii coniungi, veluti Reg. Par. 4406, 4412, Basi-

Quoscunque codices commemoravi, eos fere omnes ipse contuli cum libris editis, sed codicum 11, 16, 17ᵃ expositionem *Vesmio* et *Zenckero*, viris clarissimis, me debere supra dixi*). Praeterea his ipsis ultimis annis quatuor alii in meam notitiam venerunt, quos ut inspicerem, mihi non contigit, nimirum

73) Codex Weissenaugensis olim Monasterii, ab anno 1816 servatus in arce Liebenau prope *Ravensburg*, oppidum non longe a lacu Brigantino situm, tum circiter annum 1842 simulata venditione in collegium, quod Friburgi a patribus Societatis Iesu regebatur, cum aliis Weissenaugensis bibliothecae libris translatus, de quo *Pertz*[393]) sic disserit: „*membr. in 4^to sec. noni exeuntis vel X post Ansegisi libros I—IV continet Codicis Theodosiani interpretationem Wisigothicam, aliquot Iustiniani Novellas* (*Savigny*, *Zeitschr.* II. p. 160), *Erchanberti Breviarium — et pp.* 173—200 *duplicem capitulorum titulum scilicet primo pagg.* 173—183 *capitibus signatis* 1—33 *Ansegisi IV.* 13. 14. *Capitulare de exercitu promovendo Ansegisi capitula* (quorum ordinem exponit *Pertz*) — *Quod ad Ansegisum attinet appendices eius tres desunt. Quae hic illic correcta sunt ab eadem manu profecta videntur. Scribit intellegere, negare pro necare, rettulit; h. saepe omittitur. Collationem eius cum editis V. Cl. Maier I. U. D. Eslingensis benignissime nobis obtulit. Codex ipse est, cui Heroldi editio capitularium praecipue innititur.*“ Videtur hoc exemplum Breviarii constitutionum verbis et inscriptionibus aut subscriptionibus multisque sententiis Pauli carere.

74) Codex publicae Bibliothecae Claromontanae in Arvernia[394]). Descriptionem codicis et specimen scripturae in carta pellucida accurate pictum benevolenter obtulit mihi *Gonod*, bibliothecae praefectus clarissimus, qui doctrinam, quam libris eleganter scriptis probavit, humanitate aequare studet. Secundum ea, quae mecum communicavit vir officiosissimus, videtur liber saeculo X. in Gallia, sed ab imperito homine literis minusculis scriptus esse et ex 101 membranis in formam quadri plicatis constare. Prima 10 folia explet index titulorum; eum subsequitur ipsum Breviarium. Verba constitutionum initio Codicis Theodosiani adsunt, paulo post autem desunt, tum interdum subscriptiones quoque. Pauli sententiae, quas Visigothi interpretati sunt, plerumque desiderantur. Proprius est codici titulus: *In Nomine* | *Dñi Incip̄* | *Libellu*[395]) *Legis*[396]) | *Docto* | *rum*, quem altis et partim lapidariis, partim uncialibus literis minioque coloratis in fronte totius libri librarius posuit, neque enim eum in aliis inveni codicibus. Similiter huic libro propria est formula: *Incipit Liber Legis* | *Doctorum*, Codici Theodosiano praemissa. Ea constat ex literis uncialibus minio pictis. Eodem modo habet v. *Intp̄.* Denique prima quaeque singulorum librorum litera maxima est et ad formam plantarum artificiose delineata, interdum etiam milto picta. In ultima pagina tritu literae paene omnes deletae sunt; tamen tit. *XXI. de Sacrilegiis* libri V. Pauli adhuc discernitur.

75) Codex Vaticanus Reginae Sueciae 846[397]), olim *Alexandri Petavii* et pristinis numeris 1170, 1029, 1287 insignitus, ex 114 membranis in formam quadri plicatis constat. Insunt a) fol. 1—67 Epitome Breviarii ab *Aegidio* edita usque ad rubrum tit. VII. Codicis Gregoriani Si sub alterius nomine; b) fol. 68—79ᵃ Isidori Originum Lib. V. cap. 1 sqq.; c) fol. 79ᵇ Series Regum Francorum usque ad Pippinum et deest unum folium; d) fol. 80—97 Lex Salica inde a 24 capite indicis; e) fol. 98 Capitula Synodi alicuius; f) fol. 99—114 Collectanea de vitiis, virtutibus et aliis rebus, scripta partim notis Tyronianis. Epitome Breviarii saeculi XI. est et titulorum indicem constitutionum-

leensis, verum propter res, quas comprehendunt, iam supra a me explicati sunt. Regium Paris. 4420 in rubricarum indice habere etiam rubricas Novellarum Theodosii et Valentiniani in Breviarium receptarum, exposui in Novellarum editione p. VIII, XXXII. Fortasse huc quoque pertinet codex ille Dublinensis, qui commemoratur inter libros Collegii S. Trinitatis in *Catalog. Libror. Manuscript. Angliae et Hiberniae.* T. II. p. II. p. 36 n. 430, 289: „*Cod. Theodosian. de Paganis, Sacrificiis et Templis.*“ Librum non inveni a. 1827, quo bibliothecam collegii perlustrabam. Denique *Grosley*, *Vie de Pierre Pithou.* T. II. p. 286 mentionem facit codicis Pithoeani *De Accusationibus* et alterius *De Maleficiis.*

*) Cf. etiam Praefat. Constit. Sirmondi p. 411 sq. 393) *Pertz*, *Monument.* T. III. p. 267 n. 4 et *Archiv.* T. VII. p. 763 n. 5. *Haenel*, *Serapeum* 1847. n. 3 p. 43 et 1848. n. 1 p. 127. 394) *Catalogue Des Livres imprimés Et Manuscrits de la Bibliothèque de la Ville de Clermont — Ferrand* (*Puy - De Dome*) *mis en ordre par B. Gonod. Clermont Ferrand.* 1839. 8. p. 525 *Manuscrits.* 2. *Droit.* 175. *Pauli liber legis doctorum. In* 4., *vél.*, 101 *feuillets, écriture du XI^e ou du commencement du XII. siècle. Le volume commence par ces mots: „In nomine Domini incipit liber legis doctorum.“ Suit une espèce de table du Code théodosien et des Sentences de Paul: „De constitutionibus principum et edictis; de diversis rescriptis, etc.“ Elle occupe* 11 *feuillets. Des fragments correspondant à ces diverses titres, remplissent le reste du volume.* 395) Litera *s* deest. 396) Litera *e* v. *Legis* a recenti manu add. est. Prior litera *I* verbi *Incipit* sub forma rami arboris a superiore usque ad imam primae paginae marginem descendit. 397) *Montfaucon*, *Bibliotheca Bibliothecarum.* T. I. p. 38 n. 1170. *Pardessus* l. c. p. XLIX sq. n. XLVIII. *Alexandri Petavii* nota est in primo folio: *Alexander*, *Pauli filius*, *Petavius Senator Parisiensis anno* 1647.

que subscriptiones habet. Legem Salicam circiter annum 779 scriptam esse, *Pardessus* dicit, quod ad annum, quo facta, non ad annum, quo hoc exemplum eius scriptum sit, referendum esse arbitror. In Epitome, quae contra indolem plurimorum librorum mss. inscriptiones et subscriptiones habet, videntur nonnulla folia excidisse; nam fol. 8 terminatur index titulorum cum cap. 26 libri V. Pauli; fol. 9 autem incipit a vv.: *quod ipsa lex declarat* c. 2 C. Th. de Integr. rest. (II, 16).

76) Codex Vaticanus Reg. Suec. 1050[398]), olim 379 et *Alexandri Petavii*, constat ex 165 membranis in formam maioris quadri plicatis et scriptus est duplici versuum serie circiter initium saeculi XI.[399]) Detexit eum *Eugen de Rozière*, vir de veteris iuris libris emendandis egregie meritus. Libri usum praefecti bibliothecae Vaticanae mihi et *Pertzio* denegarunt. Insunt a) fol. 1—4 res theologicae; b) fol. 5—14ª col. *a* Isidori Originum Lib. V. cap. 1 sqq.; c) fol. 14ª col. *b De Arbore Iuris hoc ē cognatio — Expl̄ arbor iure annū XX regnū domni nr̄i alarici regis datur sub die. IIII non̄ februar.;* d) fol. 14ᵇ col. *a* — fol. 118ª Breviarium Alarici cum indice titulorum; e) fol. 118ᵇ — fol. 124 Legis Romanae Burgundionum priores 22 tituli et rubrum tit. XXIII. de Sacramentis; f) fol. 125—134ª Lex Ribuariorum; g) fol. 134ᵇ—139 Lex Alamannorum, usque ad vv. *inter se nulla praesumtione* cap. 39; h) fol. 140—147 Lex Salica, usque ad vv. *et hoc parentes illius* cap. 38; i) fol. 148—159 nonnulla ex Isidoro; k) fol. 160—161 secundum et tertium caput Capitularium anni 803; l) fol. 162 Fragmentum Isidori de Legibus sive Originum Libri V.; m) fol. 162ᵇ — 163ª Historia gentis Francorum et *Pactus Salicus;* n) fol. 163ᵇ pauca verba a recenti manu scripta; o) fol. 164 Iuridica de donationibus in sponsam factis et de mandato. Fol. 165 vacat. In Codice Theodosiano et in Novellis plerumque solae interpretationes supersunt. In secundo Codicis Theodosiani libro unum folium excidit, secundus etiam Pauli liber mancus est. Sub fin. col. 1 fol. 118ᵇ haec adnotata sunt: „*Hic continentur explan̄t | vetere et nova. In vetere | ex corpore Theodosiano | Liber XVI. In Novellarum | Divi Theodosiano Liber. I. | Valentiniani Liber. I. | Marciani Liber. I. | Maioriani Liber. I. | Severi Liber. I. | Gai Liber. I. | Pauli Sententiarū Liber. V. | Gregoriani Liber. I. | Ermogeniano Liber. I. | Papiano Liber. I. | Hoc sunt insimul Liber. XXX. | et auctores. X. qui hoc exposuer. Imp. Leo et Severus aa Basilio* etc. — *cognoscitur*" et sequitur Severi Novella *de Corporatis*, verbis cum *Cuiacii* editione discrepans. Ulpianus non inest in hoc codice. Accuratam utriusque codicis Vaticani explicationem benevole transmisit mihi *Brunn*, vir doctissimus et Instituti archaeologici, quod Romae est, socius clarissimus.

Codices, quos descripsi, certo scimus, hoc nostro tempore in bibliothecis esse; at vero praeter eos ab editoribus veteris potissimum iuris romani librorum complures nominantur, quorum alii videntur adhuc esse, alii periisse, alii denique latent, quum, qui sint et ubi nunc sint, demonstrari nequeat[400]). Et quia de illis disserui, nunc de his quoque disseram. Nam quamquam de iis *Stieber*, vir doctissimus, disputavit[401]) et a me quoque disputatum est[402]), tamen, ut perfecta sit haec codicum expositio, *Stieberi* et mea disputatio necesse est in unum conflentur, praesertim quum hic et illic aliquid emendandum vel augendum sit. Et *Aegidii* quidem codicis nec vola nec vestigium apparet, neque enim ab *Aegidio* memoratur et ex multis, quos inveni, hoc genus codicibus nullus eodem modo atque ille terminatur. Videtur autem codex eius similis fuisse codicibus 49, 51, 53, quippe qui initio tit. C. Th. ad L. Iuliam de Adulteriis (IX, 4) eundem Pauli apostoli locum habeant, quem *Aegidius* habet. Similiter obscurum est, ex quo codice *Bouchardus* Gaium et Paulum ediderit, quamquam eum codice Reg. Par. Suppl. Lat. 399ᴮ, olim Sorbonnensi 336, usum esse mihi persuasum habeo[403]). Significantius *Sichardus* in praefatione tres codices nominat, Argentoratensem, Moguntinum, Morpacensem et quartum in ultimo libri sui folio, Augustensem. Ex quatuor illis codicibus duos, Augustensem et Morpacensem, latere aut periisse, reliquos Bernae et Gothae hoc tempore asservari, ex iis elucebit, quae infra de *Sichardi* editione dicam. Sicuti *Sichardus*, ita *Tilius* antiqua exempla manuscripta congessit, ut priores octo Codicis

398) Videtur etiam habere numeros antiquos 410, 422. *Montfaucon* l. c. p. 22 n. 379. *Amadutius* l. c. p. LII, LXXI, 134, 214. *Pertz, Archiv.* T. V. p. 7. *Pardessus* l. c. p. LIV n. LII. Hic quoque codex *Alexandri* notam fol. 6 prae se fert. 399) Secundum *Pardessusium* scriptus est saec. X., fortasse quatenus Legem Salicam comprehendit. 400) Neque igitur exponam de codicibus, quos adhibuerunt *Ritter*, Corporis Iuris Berolinensis editores, *Meerman*, *Roever*, *Clossius*, denique ipse. Nam qui sint, certum est. 401) In *Hauboldi Opp.* T. II. p. CXL—CXLVIII. 402) In praefatione Codicis Theodosiani p. XII, XXVI sq., XXX sq. 403) Vid. infr. Praef. c. V., ubi de Bouchardi libro loquar.

Theodosiani libros *emendatiores*, *quam eos Germanica editio haberet*, faceret. Verum quum ea nominare omiserit, ex correctis tantum scripturis in margine libri adnotatis conici potest, num eorum codicum, quos ipse contuli, aliquo usus sit. Crebro autem codices Reg. Par. 4405 et Suppl. Lat. 398 et 399, sed inprimis Vaticanus Reg. Suec. 1128 cum locis illis consentiunt, eos igitur a *Tilio* inspectos et adhibitos esse verisimile est. *Cuiacium* in editione Pauli a. 1558 Breviarii codices consuluisse, certum est, at quos consuluerit, incertum, excepto Ranconeti codice. Quod ad *Cuiacii* primam Codicis Theodosiani editionem attinet, dicam de iis tantum codicibus, quorum ope quinque priores libros et XVI. librum Codicis Theodosiani, Novellas et Paulum novis rebus locupletavit[404]). Ii ubi nunc sint, ignoro, nisi quod Novellas Maioriani ex codice Regio Paris. Suppl. Lat. 779 auctas esse alio loco docui[405]). Titulum quidem Codicis Theodosiani ad Senatusconsultum Claudianum *Cuiacius* accepit a *P. Pithoeo*[406]), alterum de Longi Temporis Praescriptione reliquasque constitutiones et sententias, quas pariter atque clausulam Commonitorii primus protulit, invenerat, si non in *Ranconeti*[407]) sive *Pithoei* codice, certe in locupletiore quodam et appendicibus instructo Breviarii Alarici libro manuscripto. Sed quamquam magnum numerum librorum manuscriptorum cum editis accurate contuli, tamen nullum deprehendi, qui titulos illos et ultima verba Commonitorii haberet; appendicum autem, quas inveni, verba a constitutionibus illis tantopere differunt, ut *Cuiacius* codicem aliquem adhibuerit necesse sit adhuc incognitum[408]), at qui propter librum XVI. Codicis Theodosiani a *Cuiacio* suppletum videatur Regio Parisiensi 4406 simillimus fuisse. Vesontinum codicem[409]), ex quo *Cuiacius* anno 1585 in Observationum libro XXI. Pauli Sententias multum auxit, investigare non potui: nec mihi contigit, ut codicem illum invenirem, ex quo anno 1566 Novellarum Severi titulum secundum de Corporatis protulit: codex Vaticanus Reg. Suec. 1050 eodem quidem titulo auctus est, sed verbis cum Cuiacii editione omnino discrepat*). Vesontinum *Gothofredus* quoque adhibuit; nam ad Codicem Theodosianum XVI, 1: „*In vetustis*, inquit, *exemplaribus et quidem Vesontino*, *hic titulus est secundus huius libri*“[410]) et ad c. 1 de Episcopali iudicio: „*In Veteribus quibusdam*, *Vesuntino aliisque Imppp. Arcadius*, *Honorius et Theodosius AA.*“[411]) Ex quibus locis apparet, in codice illo Theodosii libros et constitutiones de Episcopali iudicio primum a *Cuiacio* editas haud secus atque in Regio Parisiensi 4406 fuisse, verisimiliter igitur Breviarium Alarici, sed, quod ad Paulum attinet, titulis et sententiis auctum. Codice aliquo, qui lateat, in altera Theodosiani Codicis editione *Cuiacium* usum esse, colligo ex c. ult. de Officio Vicarii (I, 15), quae in codicibus quidem Vaticano Reginae Sueciae 1023 et in Regio Parisiensi 4412 invenitur, sed apud *Cuiacium* partim aliter se habet, neque igitur ex his hausta est[412]). Codicem, quem *Sirmondus* in *Quaestione Triplici* suum appellat et in extremo Breviario Aniani subscriptione munitum esse dicit, *Gothofredus* vidit, quum in comitatu Regis Christianissimi ageret[413]). Is utrum nunc sit *Phillippsii* 1741 an S. Germani 366, dubitari potest. Hunc esse, olim putavi[414]) propter verbum *pariculo*, quod in *Sirmondi* codice deprehendit *Gothofredus* et S. Germani codex habet, neque vero *Phillippsii*. Verum duos videtur *Sirmondus* codices possedisse, alterum, qui *Phillippsii* 1741 est et antequam folia amisit, c. 2, quam dixi, cum compluribus aliis legibus comprehendit; alterum *Phillippsii* 1735 subscriptione Breviarii insignem. Illum *Gothofredus* vidit, hunc *Sirmondus* commemoravit. A *Sirmondo* uterque videtur pervenisse in bibliothecam Collegii Claromontani patrum societatis Iesu, in quam *Sirmondus* adscriptus erat. Praeterea *Sirmondus* de codice Parisiensi 1097 loquitur[415]), quem mihi non contigit, ut inter Regios

404) Sed vid. supr. cod. Par. 4414 et 4415. Codex, ex quo *Cuiacius* Leg. Rom. Burg. edidit, pariter ignoratur. Vid. supra p. LXXXVIII cod. Vat. Reg. Suec. 1050. 405) In praefatione Novellarum p. XIV. 406) *Cuiacius* in praef.: *Constitutiones perelegantes de S. C. Claudiano — contulit ultrò Petrus Pitheus.* 407) Quod *Stieber* l. c. p. CXLII n. 5 de pluribus *Ranconeti* codicibus narrat, qui serventur in bibliotheca Regia Parisiensi, id equidem nego. Ceterum vid. supr. cap. I. not. 104 p. XXII. 408) Nisi forte is est, cuius fragmentum ex cod. Berolin. fol. 270 clar. *Klenze* edidit. Is olim *Pithoei* erat. Nonnulli docti *Cuiacium* appendice cod. Regii Par. 4403 usum esse putant; sed ea manca est. Si illo quidem codice usus esset, sine dubio invenisset fragmenta illa, quae primus inveni et *Hauboldo* edenda tradidi. 409) Vid. supr. p. XVII not. 78. Fortasse idem est, quem commemorat *Grosley* l. c. T. II. p. 286: „*Constitutiones Novellae.*“ *) Cf. *Haenel* in *Praef. Novellarum* p. IX de cod. Par. 4420 et p. XXXII. 410) Cf. *Haenel* in ed. Cod. Theodosiani p. XXXI not. 182, ubi vero corrige, quae de codice *Comitis de Rosanbó* dicta sunt. Est enim quasi altera pars cod. Regii Parisiensis 4406. Cf. *Haenel* in Praef. ad Novell. Theod. etc. p. XIV. 411) Cf. *Gothofredus* l. c. T. VI. p. 315 not. *b* (ed. *Ritter*. p. 340 not. *b* et *Haenel* ad Constitutiones Sirmondi p. 445 not. *b* ad c. 1 Sirm.). 412) *Haenel*, Praef. C. Th. cit. p. XXX et not. super. ad tit. de Off. vic. (I, 15) p. 148. Aliter sentit *Vesme*. 413) Cf. *Sirmondi* Opp. ed. Par. 1696. fol. T. IV. p. 393 sq. et *Gothofredus* ad c. 2 C. Th. de Sent. ex per. rec. (IV, 17). 414) In praef. C. Th. p. XXXI not. 179 et *Constitutionum Sirmondi* p. 418 not. 23. *Gothofredus* ad C. Th. IV, 17. Si quidem *Sirmondi* fuerunt codices, nam docti illius aetatis solebant suos appellare codices, quibus utebantur tantum. 415) *Savigny* l. c. T. II. p. 43 not. 26 (ed. I.), p. 44 not. *g* (ed. II.).

Parisienses reperirem, sed clar. *Stieber* Reg. Paris. 4409 esse putat, quum antiquitus Reg. 1197 fuerit. *Cuiacium* imitatus multos conquisivit *Gothofredus* libros manuscriptos Breviarii Alarici, quos *Aniani* nomine appellare solebat. Ad eos pertinent Anianus Regius[416]), Anianus Puteani[417]), Anianus Rhemensis[418]), Anianus Andegavensis[419]), codex Aurelianensis[420]), qui maximam partem hodie ignorantur, quia negligenter iis *Gothofredus* usus est et scripturae ab eo notatae aliae cum aliis, quos contuli, codicibus congruunt. Solum Puteanum nunc Reg. Parisiens. 4403ª esse arbitror[421]). Neque certior est codex *Danielis*, ex quo *Gothofredus* c. 8 C. Th. de Officio rect. prov. (I, 16) protulit, nam quod *Septier*[422]) de *Danielis* codice in bibliotheca Vaticana asservato narrat, iam Vaticanis codicibus a me perlectis, a quibus omnibus c. 8 abest, refellitur, nisi forte Vaticanus 1321 fuit, qui desideratur[423]). *Seldeni* vero liber manuscriptus in prioribus potissimum secundi libri titulis a Gothofredo adhibitus hodie Oxoniensis 3362 sive Seldeni 32 est[424]). De codicibus Vesontino et Regio Parisiensi 4406, quos *Gothofredus* consuluit, iam a me dictum est pariter atque de *Sirmondi* codice et de codice Regio Parisiensi 4419[425]). *Menardi* quoque codicem Codicis Theodosiani editum, non manuscriptum exemplum fuisse, demonstravi in Codice Theodosiano[426]). *Til.* denique codicem a *Gothofredo* nominatum non *Tilii* librum manuscriptum, sed editionem esse, recte contendit *Stieber**). Proxime a *Gothofredo* *Montfaucon* multos codices in Bibliotheca Bibliothecarum memorat, quos nec nominare, nec explicare possum[427]), quum negligenter numerati sint et veteres numeri cum novis commutati. Sed quidquid est, de Vaticanis libris alii a me reperti sunt, alii a *Pardessusio*[428]) et quos *Zirardinus*[429]), *Amaduzzius*[430]), *Arevalus*[431]) nominaverunt, eos supra recensui. Periisse codicem *Ioannis Cottoni Baroneti*[432]), doleo. Praeterea aliorum codicum vestigia inveniuntur. Etenim Breviarii codex commemoratur in Catalogo bibliothecae *Thuani*[433]). Tum *Dominicus Brichierius* Breviarium edere voluit, adiecto *Jacobi Gothofredi* et *Theodori* fratris eruditarum epistolarum fasciculo ex *Ioannis* Liberi Baronis *de Roth* codice[434]), quem *Savigny* frustra quaesivit[435]). Deinde nescio, quid factum sit de codice bibliothecae Gronovianae, qui Summas Breviarii continuit et ultimo eius possessore, *Abrahamo Gronovio*, a. 1775 Lugduni Batavorum defuncto publica auctione cum reliquis bibliothecae libris venditus est[436]). Denique *Pez*[437]) in monasterio Tegernsee libros VIII priores Codicis Theodosiani fuisse nuntiat, at *Gerken*[438]), quocum consentit

416) Cf. int. al. c. 1 C. Th. de Mand. pr. (I, 3) not. *i*; c. 3 C. Th. de Off. rect. pr. (I, 7) not. *g*; c. 1 C. Th. de Dominio (II, 5) not. *n*; c. 1 C. Th. de Iurisd. (II, 1) not. *f*; c. 5 C. Th. de Denunt. (II, 4) not. *o*; c. 9 de Fide test. (XI, 39) not. *d* ed. Ritt. 417) Cf. Proleg. c. V. §. 6 (Reg. N. XCVII, nisi est Reg. 4409); c. 1 C. Th. de Mand. pr. (I, 3) not. *b*, *i*; c. 5 C. Th. de Div. rescr. (I, 2) not. *g*; c. un. de Respons. prud. (I, 4) not. *r*; c. 3 C. Th. de Off. rect. prov. (I, 7) not. *b*; c. 4 C. Th. de Denunt. (II, 4) not. *p*; interpr. c. 1 C. Th. de Dominio (II, 5) not. *p*; c. 1 C. Th. de Temp. (II, 6) not. *b*; c. 3 C. Th. de Dilat. (II, 7) not. *a*; c. 1 C. Th. de Cognit. (II, 12) not. *b* et c. 3 not. *c* et c. 6 not. *b*; c. 1 C. Th. de Rei vind. (II, 23) not. *b*; c. 2 C. Th. de Fam. herc. (II, 24) not. *b* et *c*; c. 1 C. Th. Si certum (II, 27) not. *c*; c. 2 C. Th. Ne praeter (IX, 2) not. *b*; c. 6 C. Th. ad L. Iul. de Adult. (IX, 7) not. *h* ed. Ritt. 418) Cf. Chron. C. Th. p. XXV not. *e*; c. 5 C. Th. de Divers. rescr. (I, 2) not. *g*; c. 2 C. Th. de Off. iud. om. (I, 10) not. *o*; c. 2 C. Th. de Legit. her. (V, 1) not. *b*; c. 1 C. Th. de Bonis cler. (V, 3) not. *d*; c. 1 C. Th. de Bonis mil. (V, 4) not. *b*; c. 1 C. Th. de Postliminio (V, 5) not. *c*; c. 1 C. Th. de His, qui sanguin. (V, 8) not. *l*; c. 2 C. Th. de Fugit. col. (V, 9) not. *f*; c. 1 C. Th. de Annona (XI, 1) not. *m* ed. Ritt. 419) Cf. c. 5 C. Th. de Divers. rescr. (I, 2) not. *f*; c. 1 C. Th. de Respons. prud. (I, 4) not. *p*; c. 3 C. Th. de Off. rect. prov. (I, 7) not. *g*; c. 1 C. Th. de Tempor. (II, 6) not. *b*; c. 5 C. Th. de Inoff. test. (II, 19) not. *h*, *i*; c. 1 C. Th. de Rei vind. (II, 23) not. *y*; c. 2 C. Th. Si certum (II, 27) not. *b*; c. 1 C. Th. de Ingenuis (V, 6) not. *p*; c. 11 C. Th. de Accus. (IX, 1) not. *a* ed. Ritt. 420) Cf. Go. ad c. 1 C. Th. de Emend. prop. (IX, 13) not. *e* ed. Ritt. Ex eodem codice puto protractam esse c. 3 C. Th. de Off. iud. omn. (I, 19), quam a se inventam esse dicit ad finem codicis alicuius, in appendice igitur, quam Aurel. codex habet. 421) Cf. c. 1 C. Th. de Cognit. (II, 12) not. *b*; c. 2 C. Th. Fam. herc. (II, 24) not. *b*; c. 1 C. Th. Si certum (II, 27) not. *c*. 422) Cf. *Haenel*, Praef. C. Th. p. XXX not. 174. *Manuscrits de la Bibliothèque d'Orléans*. A Orléans 1820. 8. p. 12—16. 423) Cf. *Stieber* l. c. p. CXLVI. 424) Cf. supr. p. LV n. 19. 425) Vid. supr. p. LXXXII. 426) Praef. p. XXXI. *) l. c. p. CXLV. Cf. c. 2 C. Th. de Divers. rescr. (I, 2) not. *g*; c. 7 e. t. not. *a*; c. 8 e. t. not. *b*; c. 1 C. Th. de Off. praef. pr. (I, 6) not. *a*; c. 1 C. Th. de Off. mag. mil. (I, 7) not. *g*; c. 4 e. t. not. *a*; c. 1 C. Th. de Temporum (II, 6) not. *b*; c. 2 C. Th. de Feriis (II, 8) not. *l* ed. Ritt. 427) Aliquos nominavi. Praeterea *Montfaucon* numerat inter codd. Reginae Sueciae n. 373, 481, 1166—1169 et de *Alexandri Petavii* in Bibl. Reginae translatis 184, 321, 373, 376, 636, 932, 939, 940, 1166, 1179. Negligenter hi numeri consignati sunt; nam nonnulli bis commemorantur, ut eodem numero sint inter Reginae Sueciae libros, quo sunt inter Alexandrinos, veluti 373, 377, 378, 379, 1166, 1170, et vel inter Alexandrinos bis nominantur codices 1170. 428) l. c. p. XLIX n. 48 et p. LIV n. 52. 429) l. c. p. 6, 26, 408, 421, 427. 430) l. c. p. XXXVIII, XLIV, LII, LXXI, 134. 431) Cf. *Stieber* l. c. p. CXXI, CXLVI n. 12. 432) Cf. *Catalogus librorum mss. Bibliothecae Cottonianae, scriptore Thoma Schmito.* Oxonii 1696. fol. *Montfaucon* l. c. T. II. p. 637. *Stieber* l. c. p. CXLV n. 11. Eum flammis combustum esse, mihi scripsit *Zachariae* XVII. Kal. Nov. a. 1835. 433) *Catalogus Bibliothecae Thuanae.* Paris. 1679. 8. T. II. p. 431: „*Codex Theodosii Aniani* etc. *Lex Salica. Constit. Iustiniani. Leges Burgundionum. Chronicon Wisigothorum. Leges Wisigothorum.* fol. Differt igitur a cod. Reg. Par. 4412. *Russardus* quidem in Corpore Iuris ed. 1561 Codicem Iustiniani ex Codice Theod. emendavit, dubito autem, an librum mss. adhibuerit, ut nonnulli docti putant. 434) Cf. *Mazuchelli*, *Scrittori d'Italia.* Bresciae 1763. fol. Vol. II. P. IV. p. 2087. 435) *Zeitschr. f. gesch. Rechtsw.* T. III. n. XV. p. 402—407. 436) *Catalogus Bibliothecae Gronovianae.* Lugd. Bat. 1785. 8. T. II. p. 28 n. 38. *Haubold*, *Inst. Lit.* cit. Lips. 1809. T. I. p. 227 not. *b*. 437) *Bern. Pez*, *Diss. Isagogica in Primum Tom. Thesauri Novissimi Anecdotorum. Augustae Vindelic. et Graecii* 1721. fol. p. XV: „*Codicis Theodosiani Libri VIII. in folio a mille propè annis exarati.*“ 438) *Reisen.* Stendal 1783. T. I. p. 392: „*Wenn dieser Codex derselbige ist, wie ich glaube, den Pezius — anführt und ihn über* 1000 *Jahr alt schätzt, so irret er sehr, indem alle Data nur das XII. Jahrhundert anzeigen. Es kann aber ein älterer Codex seyn, den ich nicht gesehen habe.*“ Quum *Zapf* et *Gerken* a. 1781 una perlustraverint bibliothecam Tegern-

*Zapf*[439]), Novellarum Imperatoris Theodosii codicem membranaceum saeculo XII. scriptum, Theodosiani Codicis non item. Ubi nunc sint illi codices, ignoro, nam neutrius mentio fit neque in indice librorum manuscriptorum monasterii Tegernseeensis, quem edidit *Aretin*[440]), neque in catalogo librorum Bibliothecae Monacensis[441]). Multos igitur apparet Breviarii libros manuscriptos latere aut periisse, multos contra hac aetate e latebris in lucem protractos esse, itaque damnum, quod illorum iactura fecerit, his sarciri. Ceterum non supervacaneum est, hoc loco addere, codicum, quos supra explicavi, undecim continere librarii nomen, totidem seriem chronologicam regum Francorum, sedecim corpus quasi veteris iuris Germanici, sed viginti et sex Legem Salicam, septendecim titulos libri V. et IX. Originum Isidori, tres denique Epitomen Iuliani[442]).

## CAP. IV.
### DE USU ET AUCTORITATE BREVIARII[1]).

Explicitis codicibus consentaneum est, de usu et auctoritate Breviarii disputare. Eius enim auctoritatem everso Visigothorum in Gallia imperio non obsolevisse, probant ipsi illi codices, quos modo exposui et fere omnes in Gallia scriptos esse demonstravi, probant etiam veteres leges et libri; nam aliquot loci ex eo translati sunt in Leges Barbarorum et perplures in libros iuris, quos privati homines confecerunt[2]). In scholis quoque et ab iuris studiosis adhibitum esse Breviarium, si non omnino ex glossis codicum[3]), tamen ex iis intelligitur, quae veteres scriptores de iuris studio tradunt[4]). Etenim *Andarchius* quidam *libertus*, qui saeculo VI. Sigiberti I. regis aetate in Arvernia vixit, *de operibus Virgilii*, *legis Theodosianae libris arteque calculi adplene eruditus fuisse dicitur*[5]) et *S. Bonitus*, Claromontanus ultimis saeculi VII. lustris episcopus, *Grammaticorum imbutus initiis nec non Theodosii edoctus decretis*[6]), quapropter probabile est, quod Patres Congregationis S. Mauri in schola Claromontana de Theodosiano quoque Codice expositum esse narrant[7]). Neque silentio praetereundum esse puto testimonium *S. Desiderii*, intra annos 629—654 episcopi Cadurcensis, qui in libro, ubi de vita sua agit, *se romanarum legum indagationi studuisse* scribit[8]). Et quamquam in locis illis Theodosianus Codex et Lex Romana, non ipse Alarici liber commemoratur, tamen hunc intelligendum esse hac de causa credo, quia viri illi in regione vivebant, ubi Breviarii non vilis erat auctoritas*).

Pergo ad reliqua. Etenim ne quid accuratae disputationi desit, in singula vestigia Breviarii, quae extra codices, quibus comprehenditur, supersunt, inquirendum est et primum quidem in *leges*, quarum antiquissima dicitur esse *Edictum Theodorici*. Constat enim, de tempore, quo factum sit, nostra aetate in diversas partes disputatum esse a iurisconsultis. Nam *Carolus de Savigny* Edictum anno 500 p. Ch. n., ante Breviarium igitur factum esse contendit;

seeensem, eos *Pezio* rectius nuntiasse arbitror, quamquam codex Boethii de Consolatione, quem *Pezius* post C. Th. in libro suo consignavit, nunc Monaci est, recte igitur commemoratus est.

439) *Litterarische Reise*. Augsburg 1796. T. I. S. 83. 440) *Beiträge*. 1803. n. 2. p. 54—74; 1804. n. 5. p. 79. 441) Id benevole me docuit amicissimus *Heimbach* literis Venetiis VII. Kal. Nov. a. 1831 ad me datis. *Gerbert*, *Iter Alemannicum. Typis Blasianis* 1765. p. 415 sq., ubi de bibliotheca monasterii Tegernsee loquitur, codicem tacet. 442) Quorum duo in Italia sunt. *Savigny* l. c. T. II. p. 270 (ed. II.), ex quo Breviarium in Italiam a Francis deportatum esse, nihil colligi potest. Vid. cap. IV. not. 46.

1) Cf. *Gothofredus*, *Prolegom. C. Th.* c. VII. 2) Vid. Indicem infra p. 464 adiectum. 3) Cf. supr. p. XXIV et infra p. 459. 4) Cf. *Savigny* T. I. p. 465 sqq. (ed. II.). 5) *Gregorius Turonensis* lib. IV. c. 47. *Gothofredus*, *Prolegom.* c. VII. *Savigny* l. c. T. II. p. 120 (ed. I.) et p. 123 (ed. II.). *Guizot*, *Histoire de la Civilisation en France. Onzième leçon.* Cf. etiam *Eiusdem Quatrième Leçon.* 6) Cf. Vita eius saec. VII. scripta cap. I. n. 3 in *Actis Sanctorum Ianuarii* T. I. Antverp. 1643. fol. p. 1070. *Gothofredus* l. c. *Guizot* l. c. *Savigny* l. c. 7) *Histoire Literaire de France — par des Religieux Benedictins de la Congrégation de S. Maur*. T. III. Paris 1735. 4. Sect. *Septième Siècle. Etat des Letres dans les Gaules en ce siècle*, p. 431: „*Ce qu'on a dit du mérite et du scavoir de deux Evêques de Clermont en Auvergne, S. Prix et S. Bonet, fait présumer qu'ils prirent un soin particulier de soutenir l'Ecole de leur Eglise. On parle avec quelque détail d'une autre Ecole de la même ville, comme différente de celle de la Cathédrale. Elle devoit être célebre, puisqu'outre la Grammaire et la Rhétorique, on y enseignoit le Droit Romain en se servant du Code Théodosien, ce qu'on ne lit point dans l'histoire d'aucune autre Ecole de France*" et nominatur *Mabillon*, *Anal.* T. III. p. 90 n. 33. — *Oefele*, *Scriptores Rerum Boicarum* et *Günther*, *Geschichte der literarischen Anstalten in Baiern*, iam X. saec. ius romanum in schola monasterii S. Benedicti Buroni expositum esse scribunt, quod unde sciant, nescio, neque enim illos libros potui impetrare. Alios locos, qui huc non pertinent, recitat *Savigny* l. c. T. I. p. 404 sq. not. 17 et p. 407—409 (ed. I.) et p. 465 not. *b*, p. 469 sq. (ed. II.). 8) *Savigny* l. c. T. II. p. 121 not. 111 (ed. I.) et p. 124 not. *b* (ed. II.). *) E diverso *Isidorus* Origin. Lib. V. cap. §. 7 videtur ipsum Codicem Theodosianum, non Breviarium indigitasse. De *Legis Romanae* notione cf. *Savigny* l. c. T. I. p. 106 sq. (ed. I.) et p. 130 (ed. II.).

atqui nuper *Ivan de Gloeden*[9]) post Breviarium; denique vero *Walch*, perillustris Ienensis antecessor, pristinam sententiam a *Gloedenii* oppugnatione non minus acriter quam sagaciter tuitus est[10]) et ita quidem tuitus est, ut quin vera sit eius sententia, dubitari nequeat, controversia igitur, utrum Breviarium ad Edictum componendum adhibitum sit, per se diremta sit. Tamen quasi aetas Edicti adhuc incerta sit, singulos eius locos, quibus *Gloeden* opinionem suam stabilire studet, investigabo, ut omnis dubitatio tollatur. Huc vero pertinent illa capita Edicti, quae *Gloeden* ex interpretatione Visigothorum duxit et ita per librum suum distribuit, ut duodecim exscripserit additis interpretationis verbis, quinque nominet[11]) tantum. Iam vero *Walch*[12]) demonstravit, Edicti compositorem Romanum iurisconsultum, non Gothum fuisse et ex veteris iuris libris, quos novisset, potius, quam ex Visigothorum interpretatione materiam scribendi conquisivisse; causam autem similitudinis verborum saepe sitam esse in constitutionum ab iis, qui Codicem Theodosianum confecerint, in breve contractarum ambigua et contorta oratione, quam Edicti et interpretationis auctoribus cum verbis sua aetate receptis in legibus iudiciisque commutare necesse fuerit; denique de XII illis capitibus quinque art., nimirum 14, 17, 77, 134, 37, quibus *Gloeden*, ut sententiam suam fulciret, potissimum usus est, ex Theodosiano Codice, nec vero ex interpretatione eius descriptos esse[13]). Restat igitur, ut in reliquos inquiramus. Et primum quidem art. 5 et 42 delendi sunt, quum interpretationes Pauli, quibuscum eos *Gloeden* putat convenire, non ex ipso Breviario, sed ex Epitome eius, quam *Aegidius* edidit, ab Aurelianensi demum Pauli editore saeculo XVI. additae sint, itaque falsae; neque rectius habent, quae de nexu sententiarum ad art. 5 exposuit. Concedo quidem, nexum §. 6 et 7 Pauli epitomati de Effectu sent. (V, 5) eundem esse, qui in Edicto sit; debebat autem hoc demonstrare, duas illas paragraphos, quae in recentioribus Pauli editionibus inter 6 et 7 interiectae sint, eodem loco in ipso Paulo fuisse. Quod quum nequeat, ex nexu illo argumentum ducere nullo modo potest. Deinde art. 120, 152, 20, 68, 74, 82, 108 ex lege hausti sunt, veluti articulus 20 ex c. 2 C. Th. de Raptu (IX, 19), art. 68 ex Nov. Val. tit. IX., et tantillum cum interpretatione concinunt, ut hoc fortuito, neque vero consilio evenisse manifestum sit. Quae quum ita sint, solus articulus 54 videtur in *Gloedenii* rem converti posse. Etenim secundum c. 1 C. Th. de Repud. (III, 16) uxor marito repudium mittere potest, quem probaverit *medicamentarium* vel *sepulcrorum dissolutorem* esse, contra maritus uxori *moechae* vel *medicamentariae*. Secundum interpretationem et Edictum Theodorici repudium mitti potest, si uxor maritum *maleficum* et *sepulcri* (Edict. *sepulcrorum*) *violatorem* esse *convicerit*, maritus uxorem *adulteram* et *maleficam*[14]). Videatur igitur propter verborum concentum Edictum ex interpretatione ductum esse. Atqui ille ipse concentus duorum tantum verborum me movet, ut hoc negem. Nam iisdem legis verbis eadem fere verba in utraque Burgundionum lege substituta sunt, neque tot legibus unum solum locum ex interpretatione appositum esse, facile crediderim: ex quo apparet, obsolevisse verba illa legis apud Gothos atque Burgundiones et commutata esse cum aliis, quae legibus iudiciisque communia et vulgari atque populari usui accommodata essent, nec dubito *Walchio* assentiri, qui inter libros ad componendum Edictum Theodorici adhibitos negat fuisse Alarici Breviarium.

Quae hactenus de Edicto Theodorici exposita sunt, maximam partem in Legem Romanam Burgundionum quoque quadrant, de qua similiter in diversas sententias disputatur. Nam ut mittam superioris saeculi iurisconsultos[15]), nostra aetate *Savigny* et *Barkow*[16]) legem illam tum ex veteris iuris tum ex Breviarii Alarici fragmentis com-

9) *Das Römische Recht im Ostgothischen Reiche — von Iwan von Gloeden.* Jena 1843. 8. inpr. §. 5 p. 22—34. 10) In *Diariis Liter. Ienensibus* 1845. mens. Ian. n. 10—12, 14—16, p. 39—48 et p. 53—62. Cf. etiam *Heimbach* in *Gersdorfii Repert.* 1845. T. I. p. 417 sqq. 11) 1) Paul. V, 5, §. 6—7 cum interpr. et Ed. Th. art. 5; 2) C. Th. IX, 1, 9 cum interpr. et Ed. Th. art. 14; 3) C. Th. IX, 19, 1 cum interpr. et Ed. Th. art. 17; 4) C. Th. V, 3, un. et Ed. Th. art. 27; 5) Paul. Sent. Rec. V, 17, 5 cum interpr. et Ed. Th. art. 42; 6) C. Th. III, 16, 1, 2 cum interpr. et Ed. Th. art. 54; 7) C. Th. IX, 7, 3 cum interpr. et Ed. Th. art. 77; 8) Paul. II, 32, 11 et Ed. Th. art. 117; 9) Paul. II, 32, 12 cum interpr. et Ed. Th. art. 120; 10) Paul. I, 13, 5 cum interpr. et Ed. Th. art. 152; 11) C. Th. II, 33, 4 et Ed. Th. art. 134; 12) C. Th. III, 8, 1 et Ed. Th. art. 37. Praeterea nominat Ed. Th. art. 20 coll. c. C. Th. IX, 19, 2, interpr. (*filii legitimorum*); art. 68 coll. C. Th. V, 10, 1, interpr. (*Novellae legis*); art. 74 coll. C. Th. IV, 16, 1, interpr.; art. 82 coll. C. Th. IV, 8, 2, interpr.; art. 108 coll. C. Th. IX, 13, 2 et 3. 12) l. c. p. 59. 13) l. c. p. 59—61. 14) Ad v. *maleficum* s. *maleficam* cf. C. Th. IX, 16, 3 et 6; IX, 38, 3 et 8 (*veneficus* s. *maleficus*). Est vero *medicamentarius*, qui venena parat. Ad vv. *sepulcrorum violatorem* cf. C. Th. IX, 17; Nov. Val. tit. XXII.; Paul. I, 21, 5 sqq. Praeterea incerta est scriptura C. Th.: *sepulchrorum dissolutorem.* Ostrogothos saepe falso cepisse sententiam, hic ipse locus demonstrat; nam in c. 1 C. Th. de Repud. cit. dicitur de uxore: *si praeter haec tria crimina repudium marito miserit, oportet eam usque ad acuculam capitis in domo mariti deponere.* Ostrogothi autem §. 54 Edicti totam sententiam everterunt: *Maritus quoque*, inquiunt, *his criminibus convictam merito dimittat uxorem, si adulteram, si maleficam vel etiam quam vulgus adpellat aggagulam in iudicio potuerit adprobare.* 15) *Schulting*, Praef. Iurispr. Anteiust. p. III. 16) *Savigny* l. c. T. II. p. 31 sq. et in *Indice fontium.* *Barkow* l. c.

positam, atqui *Gaupp*[17]), vir de historia iuris Germanici meritissimus, ante Breviarium promulgatam esse dicit. Et recte quidem dicit. Verum quum omiserit sententiam explanare, opus mihi esse videtur, inquirere in eos locos Legis Romanae Burgundionum, quibus nisus *Barkow* contrarium affirmavit, et deinde exponere, cur Romanam Burgundionum legem Breviario antiquiorem esse credam. Ac primum miror, quod *Barkow* dubitat, utrum hic vel ille locus ex Breviario an aliunde haustus sit; deinde similitudinis singulorum verborum, ex qua *Walch* argumentum unquam duci posse recte negat, eandem esse originem in hac lege arbitror atque in Edicto Theodorici; tum *Barkow* de libris Breviarii Gaium eximit, Codices Gregorianum et Hermogenianum Papinianique Responsum, quibus Novellae addendae[18]) sunt, sed cur, quisquis hanc legem scripserit, interpretationem Theodosiani tantum Codicis atque Pauli, et ne unum quidem reliquorum Breviarii librorum interpretationis locum adhibuerit, non perspicitur[19]). Postea ex interpretatione Codicis Theodosiani viginti, e Pauli quinque, neque vero plures locos excerptos esse *Barkow* concedit. Denique vero vel inter hos locos quatuordecim de hac disputatione excludendi sunt; nam duodecim ex ipso Codice Theodosiano sumtos esse, verborum concentus demonstrat, et unus, nimirum tit. XXIV., cum interpretatione c. 18 C. Th. de Poenis (IX, 40; Brev. IX, 30) solo verbo *conscii* congruit, §. 2 autem Pauli de Iudiciis (I, 12), quae dicitur ad tit. XIX. Legis Rom. Burgund. assumta esse, sine interpretatione est, neque igitur Breviarii, sed ipsius Pauli sententia[20]). Et quamquam subducto calculo de locis illis *Barkowii* tot detrahendi sunt, ut, qui remanent, per se in suspicionem veniant, tamen, ne ullus scrupulus evellendus restet, eos quoque explicabo. Et primi quidem tituli Legis Romanae Burgundionum verba: *probatis apud iudicem laesionum causis* et *ad secundas nuptias transierit*, non multum recedunt ab interpretatione c. 4 C. Th. de Revoc. don. (VIII, 13; Breviar. VIII, 6, 3), ubi *probatis a. i. laesionis causis — ad s. n. transierit* scriptum est. Verum in Lege Romana Burgundionum ipsae c. 2 et 4 tit. cit. C. Th. nominantur tribuunturque, quae coniuncta sunt in interpretatione, partim c. 2 (*probatis — causis*), partim c. 4 (*ad — transierit*), neque igitur interpretationem c. 4 adhibitam esse crediderim. Praeterea titulus ille ex diversis legibus compositus est, habet enim, quae non sunt in c. 2 et 4. Quare qui titulum ex legibus illis congessit, res diversis verbis descriptas uno nomine comprehendere debebat. Posuit igitur *probare* pro *declarasse in iudicio*, *detegitur*, *edoctis manifestissimis causis constabit*, *discuti in iudicio oportebit*, quae titulus C. Th. habet, *laesionis* autem verbum pro *impiis*, *ingratis*, *scelestis*, *flagitiosis animis*, *contra pietatem venire*. Iam vero verba illa *probare*, *laesio* in his rebus usitata sunt, quorum alterum planum est, alterum pro *iniuria*, *impietate* in Pandectis et aliis veteris iuris libris saepe invenitur et vel dictione *ad secundas nuptias transire* pro *convenire in secundas nuptias* imperatores usi sunt in c. 2 C. Th. de Secund. nupt. (III, 8). Itaque non quod interpretationem c. 4 ante oculos habuit, sed quia vulgari sermone usus est, qui titulum primum scripsit, inde evenit, ut illius tituli verba cum interpretatione c. 4 prima specie videantur concordare. Quod titulum VII. Legis attinet, ei inesse c. 8 C. Th. de Accus. (IX, 1) hac de causa puto, quia verba c. 8 *poena dominorum*, quae subobscura erant, debebant explicari. Materiam explicandi continet principium c. 8: „*non prius cuiuscunque caput accusare* permittitur, *quam* accusator *vinculo legis adstrictus pari coeperit poenae conditione iurgare*", quae verba et Legis Romanae auctor et interpres videntur respexisse: quid mirum igitur, si uterque locus de *poena capitis* loquitur? Neque in tit. XIX. invenio, quo *Barkowii* sententia firmetur, quum mutata verborum structura *nec* et *vindicetur*, quod verbum Codici Theodosiano et Paulo commune est, pro *animadvertere*, *punire*, necessario ponendum esset; e contrario propter verba *Iudaeus* Christianam *accipiat* et *vice adulterii*, quippe quae sunt in c. 4 C. Th. ad L. Iul. de Adult. (IX, 4)

praef. p. XLII—LIII et ad singulos titulos. *Barkowio* assentitur *Schneider*, *die subsid. Klagen.* Rostock 1834. 8. S. 387 flg. *Gothofredum* eandem, quam *Schulting*, sententiam habere nego. „*Haec vero collectio*, inquit, *variis nominibus designata*, *modo Corpus Theodosianum dictum*, *modo Lex Theodosiana*, *modo — Lex Romana*, *atque ita saepe allegat Papianus Resp. et veterum auctores formularum — Quare quaecunque medii aevi scriptores a legibus Theodosianis vel e Corpore Theodosiano vel e lege Romana laudant*, *ea ex eo Breviario desumta sunt.*" Quaecunque igitur a legibus Theodosianis nominentur, nec alia, ex Breviario esse dicit in Proleg. C. Th. c. V. §. 9.

17) *Das alte Gesetz der Thüringer.* Breslau 1834. 8. §. 2. p. 14 sq.; *Comm. de Occupatione et Divisione Provinciarum Agrorumque Romanorum.* Vratislav. 1841. 4. p. 19 et *Die Germanischen Ansiedlungen und Landestheilungen.* Breslau 1844. 8. p. 295 sq. 18) *Haenel* ad *Novellas* cit. 1844. 4. p. XXXI not. 258. 19) Cur Edictum Theod., si quidem ex Breviario haustum esset, Gaii, Codd. Greg. et Hermogeniani, Papiniani, nihil contineat, explicari potest, de paucis enim capitibus iuris agit. 20) Praesertim quum §. 2 in multis libris mss. Breviarii desit. Titulus XVII. an ex interpr. §. 2 Paul. de Serv. (I, 17) haustus sit, *Barkow* ipse dubitat.

et in tit. XIX. cit., hunc locum ex lege ipsa haustum esse manifestum sit. Praeterea similitudinem, quae intercedit inter tit. XXI. et interpr. c. 1 C. Th. de Repud. (III, 16), haud aliter, atque ad art. LIV. Edicti Theodorici a me factum est, explicandam esse puto: praesertim quum in Lege Romana *venefica* scriptum sit, ubi interpretatio *malefica* habet. Denique vero v. *tributa* tit. XL., quod *Barkow* urget et ex interpretatione c. 5 C. Th. Sine censu (XI, 3; Brev. XI, 2, 2) sumtum esse dicit, reperitur in c. 4 eiusdem tituli, vox autem *suscipiendi* in his rebus, de quibus titulus ille agit, trita est, e diverso quod *censum statim*, qui agros compararunt, suscipere debent, illud Codicem Theodosianum adhibitum esse demonstrat. Quibus ex causis ad Burgundionum Legem Romanam conscribendam Codicis Theodosiani interpretationem adsumtam esse nego, etsi non sum nescius, esse in tit. XI. illius Legis, quae cum interpretatione c. 2 C. Th. de Feriis (II, 8) videantur convenire et *Barkowii* sententiam stabilire. Utroque enim loco desunt feriae, quae instituuntur in c. 2 C. Th., aut sunt, quae illic desunt; aliae nominantur mutato nomine vel tempore, veluti *dies dominicarum* pro *diebus solis*, *vindemiales et messivae feriae* pro *diebus*, *quos geminis mensibus ad requiem laboris indulgentior annus accepit*, *aestivis fervoribus mitigandis et autumnis foetibus decerpendis.* Desunt autem *dies natalicii Romae et Constantinopoleos*, *diesque Kalendarum Ianuarii*, commemorantur *dies Epiphaniae*, quorum nihil est in constitutione. Verum quamquam interpretatio et Legis Romanae Burgundionum titulus inter se concinant, tamen etiam discrepant. Nam ut mittam verborum diversitatem, *natalem principis diem vel initium regni* inter ferias interpretatio memorat, Lex Romana Burgundionum non ita, e contrario *fiscalia negotia dici etiam feriaticis diebus* et *Quinquagesimae ferias* Lex Romana Burgundionum concedit, nec vero interpretatio. Praeterea quae causa similitudinis sit, facile demonstrari potest. Utroque enim loco eae feriae ex Codice Theodosiano[21]) conquisitae sunt, quae pro *provinciarum qualitate faciendae erant*[22]); atqui Gallia, cuius partem Burgundiones occupaverant, utriusque legis patria est. — Quum exposuerim sententiam meam de Theodosiani Codicis interpretationibus, quae dicuntur adhibitae esse in Lege Romana Burgundionum, superest, ut perquiram titulos illius Legis, quos cum Pauli interpretatione congruere ferunt. Quod ad tit. XIII. attinet, et titulo illi et interpretationi §. 1 tit. Pauli Si Quadrupes damnum intulerit (I, 15) communia quidem sunt verba *damnum intulerit* et *animal.* Verum illa ex ipsa rubrica Pauli: *Si damnum intulerit* sumta esse arbitror, verbum autem *animal* positum, quia vulgare erat hoc tempore magis quam *quadrupes*, quae ratio etiam in v. *noxae* quadrat, quod Paulus §. 11 de Furtis (II, 32) habet, tit. IV. autem Legis Romanae Burgundionum et interpretationis auctores cum *vindicta* commutaverunt. At vero inesse in titulo XIII. sententiam Pauli, cognoscitur ex verbis *aut damni aestimationem solvat aut animal cedat*, quae §. 1 Pauli l. c. habet[23]). Deinde tit. XXXIII. tantum abest, ut cum materia §. 1 Pauli de Cautionibus (V, 35) discrepet, ut cum ea concordet. Verbis autem et a sententia et ab interpretatione diversus est, nisi quis urgere velit illud *intra* quinque dies *appellet*, quod interpretatio quoque habet. Denique vero unus solus scrupulus videtur residere in titulo XIV. Scribit enim Paulus §. 1 Quemadmodum actiones (I, 19): *Quasdam actiones*, *si a reo infitientur*, *duplari*, *velut iudicati*, *depensi*, *legati per damnationem relicti*, *damni iniuria legis Aquiliae;* ex damno igitur iniuria dato Legis Aquiliae actionem, neque vero omnes illas actiones, si infitientur, lege Aquilia duplicari. Aliter interpres, qui *omnia superius comprehensa secundum Legem Aquiliam duplicari* dicit, et Lex Romana Burgundionum, secundum quam *lex Aquilia negantes debitum dupli satisfactione condemnat.* Utroque igitur loco Aquiliae legi aliquid tribuitur, quod Paulus tacet. Verum aut ambiguitas verborum Pauli utrumque, et legis et interpretationis auctorem, in errorem duxit, aut, quod mihi arridet, intercidit Sententiarum locus, in quo Paulus deperditum aliquod Legis Aquiliae caput de actionibus, quae propter rei infitiationem duplicarentur, universe egisse scripsit*),

21) Cf. c. 18, 24, 25 C. Th. de Feriis (II, 8), c. 5 C. Th. de Spectac. (XV, 5). 22) Veluti *messivae et vindemiales fer.*, quas L. Vis. quoque (II, 1, 10) habet. Cintasvintus l. c. easdem ferias constituit, sed pro provinciarum qualitate in Hispania alias addidit et messivarum vindemialiumque feriarum spatium in Carthaginiensi provincia mutavit. 23) *Solvat* habent nonnulli Pauli codd., *cedat* autem et codd. et editiones. *) Cf. etiam tit. XXIX. L. R. B. et cf. *Huschke*, *Kritische Bemerkungen zum vierten Buch der Institutionen des Gaius* (*Zeitschr. f. geschichtl. Rechtswissensch.* T. XIII. Berlin 1846. 8. S. 266 flg.). Ansam videtur dedisse auctori legis ad scribendum hoc caput secundum legis caput. Gai. III, 215, 216. Dixi, mihi placere hanc sententiam. Gaius enim l. c.: *nisi quod ea lege*, inquit, *adversus infitiantem in duplum agitur;* similiter l. 2, §. 1 ad L. Aquiliam (IX, 2): *Et infra deinde cavetur*, *ut adversus infitiantem in duplum actio esset* et tit. XXIX. Leg. Rom. Burg.: *secundum legem Aquiliam qua infitiantes duplo tenentur*, qui loci omnes non de certa quadam specie loquuntur, in qua infitiantes duplo ex L. Aquilia puniantur, sed Legem Aquiliam universe statuisse de infitiantium poena declarant. Quid? quod Iustinianus in Nov. 18, c. 8, ubi de infitiationis poenis loquitur, solam Aquiliam legem nominat.

nisi vel in illa ipsa §. 1 hoc fecit, quae videtur a Visigothis male truncata esse. Quibus ex causis minime vereor, ne in temeritatis suspicionem incurram, si Breviarium Legi Romanae Burgundionum nihil suppeditasse affirmaverim. Scio quidem, fore, qui sententiae meae Burgundionum legem adversari et §. 1 tit. XXIV. ex interpretatione c. 2 C. Th. de Secundis nupt. (III, 8), §. 3 tit. XXXIV. ex interpret. c. 1 C. Th. de Repud. (III, 16) haustas esse dicant. Etenim secundum tit. XXIV. §. 1 *mulier — ex omni coniugio donationem nuptialem dum advivit usufructu possideat*, secundum interpretationem c. 2 *mater dum advixerit acquisitam — medietatem tantummodo in usufructu possideat*, in ipsa autem c. 2 *ad* sive *in diem vitae* scriptum est, et in §pho 3 tit. XXXIV. convenienter cum interpretatione verba *adultera*, *malefica* pro *moecha*, *medicamentaria* posita sunt, quae c. 1 C. Th. de Repudiis (III, 16) habet. Iam vero Burgundionum Lex fertur ante Romanam Burgundionum Legem scripta esse; quum igitur illa, quae Barbarorum tantum fuerit, Breviarii locos contineat, hanc quoque, quae in Romanorum usum postea scripta sit, ex eodem libro partim haustam esse probabile est. Sed probabile tantum est, non verum; nam in titulum XXXIV. ea cadunt, quae supra de capite LIV. Edicti Theodorici dixi, neque concentus ille verborum utriusque tituli eiusmodi est, ut ad rem aliquid faciat. Est enim in tit. XXXIV. *sepulchrorum violatrix* posita, ubi secundum Theodosianum Codicem eiusque interpretationem *conciliatricis* vox exspectanda erat, in titulo XXIV. autem praeter duo vel ad summum quatuor verba reliqua omnia ab interpretatione differunt. Et quod aetatem spectat, Legem Burgundionum ante Romanam Legem Burgundionum promulgatam esse, concedo quidem, nego autem eam Breviario recentiorem esse. Verum quum a Gundobaldo potissimum eiusque successoribus, Sigismundo et Gundomaro, aucta sit, quicquid ex Breviario fortasse comprehendat, id ultimis demum regni Burgundionum lustris additum esse arbitror, si quidem Breviarii aliquid comprehendit.

Hactenus in refutanda *Barkowii* sententia ita versatus sum, quasi Legem Romanam Burgundionum post Breviarium factam esse concederem. Sequitur, ut, quod modo posui, eam Breviario antiquiorem esse, explanem. Quod cur contendam, haec habeo. Gundobaldus in prologo Legis Burgundionum Romanis subditis peculiarem legem biennio, postquam regno potitus est, his verbis promisit: *Inter Romanos vero —*, inquit, *Romanis legibus praecipimus iudicari, qui formam et expositionem legum conscriptam qualiter iudicent, se noverint accepturos*, quae quidem verba Romanis spem fecerunt, fore, ut mox accepturi sint legem illam. A Gundobaldo autem priorem Burgundionum Legis partem iam anno 472 latam esse, *Gaupp*[24]) luculente probavit. Videtur igitur Romana Burgundionum Lex paulo post annum 472, neque vero post Breviarium Alarici promulgata esse, nam si aliter esset, tantum temporis, quod excederet XXXV annos, intervallum non quadraret in verba illa. Et fortasse Romana Lex Burgundionum ante Burgundionum Legem facta est et post eam demum promulgata. Nam praeter v. *conscriptam* et totius loci habitum, qui rem perfectam esse significat, movet me, ut ita credam, mira illa convenientia utriusque Legis titulorum, quae iam a *Savignio* exposita[25]) et tanta quidem est, ut tituli non solum verbis, sed etiam serie et ordine multum inter se congruant, alterius igitur legis auctor ex altera hauserit necesse sit. Inter titulos autem illos perplures Romanam originem prae se ferunt. Itaque duplex tantum modus cogitari potest, quo in utramque Legem pervenerint. Etenim eos aut Burgundionum Legis auctor ex libris iuris Romani sumsit, tum vero Romanae Legis auctor ex illa Lege, aut Romanae

Haec enim eius verba sunt ex interpretatione *Osenbrüggii*: „*Studium vero, quo aliqui ad infitiationem feruntur, necessitatem nobis imposuit denuo comprobandi veterem plebis legem, a quodam tribuno eius scriptam, quae Aquiliae nomen ab illo accepit, ex qua ob infitiationem poenae dupli* (leg. *dupli poenis: διπλαῖς ταῖς εἰσπράξεσι*) *eos subiecit, qui tergiversari et infitiari* (*quid*) *conabantur, quum etiam aliae quaedam actiones ad eundem locum* (*τάξιν*) *tenderent.*“ *Rudorff*, *über die Litiscrescenz* (*Zeitschrift f. d. geschichtl. Rechtswissenschaft.* T. XIV. p. 357 et 392 sq.), Legis Romanae Burgundionum et interpretationis auctores haud secus ac Iustinianum in Nov. 18, c. 8 Legem Aquiliam male retulisse opinatur. Quum enim vixissent multo postquam Lex lata sit, facile evenisse, ut errarent. Praeterea cum *Goeschenio* pro Lege *Aqlia* apud Gaium IV, 21 legi vult *aliqua*. Sed illud est negare, neque vero contrarium probare, praesertim quum nullo modo explicatum sit, unde ortus sit mirus ille diversarum regionum, Occidentis nimirum et Orientis, et diversae aetatis scriptorum quasi consensus relationis atque concentus. Goeschenii autem coniectura vereor, ne Gaius, celeberrimus ille iurisconsultus, ignorationis arguatur. Boni enim Icti est, scire, quae fuerit lex. De lege *aliqua* loquuntur, qui leges nesciunt. Falsa quoque est compendii scripturae explicatio, neque reperitur similis locus in Commentariis Gaii.

24) l. c. p. 298 sqq. *Warnkönig*, *französische Staats- und Rechtsgeschichte.* Basel 1848. 8. T. II. p. 10, primam Legis Burgundionum compositionem tribuit Chilperico, qui una cum Gundobaldo regnaverit, usque ad ann. 491. Postea Legem a Gundobaldo auctam esse et ab eo nomen accepisse opinatur. Scribi enim, inquit, in vita S. Lupicini (*Bouquet* II. p. 446): *Lupicinus — coram Hilperico, sub quo ditionis regiae ius publicum, tempore illo redactum est*, *utitur defensore* etc. Aetate igitur, qua facta sit lex, nobiscum consentit. Ceterum Gregorius Turonensis II, 33: *Gundobaldus*, scribit, *Burgundionibus leges mitiores restituit, ne Romanos opprimerent.* *Türk* l. c. II. Fasc. Rostock u. Schwerin 1829. 8. p. 32 sqq., inprimis p. 36.
25) l. c. T. II. p. 13 sq. (ed. I.) et p. 14 sqq. (ed. II.).

Legis auctor ex libris illis, tum Burgundionum Legis auctor ex Lege Romana. Haec coniectura probabilior illa est, quum Romanam Legem Burgundionum ex veteris iuris Romani libris congestam esse certum sit. Quae quum ita sint, non mirandum est, esse locos Breviarii, qui verbis et nonnunquam sententiis cum Edicto Theodorici cumque Lege Romana Burgundionum congruant et vel cum utraque lege, veluti interpretationem c. 1 C. Th. de Repudiis (III, 16). Supra quidem causam similitudinis internis quasi rationibus explicare studui, veram autem in aetate sitam esse puto, quandoquidem utraque Lex, et Edictum et Romana Burgundionum, antiquior Breviario est; utraque igitur ad componendam interpretationem ab Alarici prudentibus adhiberi poterat*). Denique vero cur Legis Romanae auctor, si Breviarium quidem exscripsit, hoc tacuerit, reliquos autem libros, quibus usus sit, Theodosianum dico Codicem, Novellas, Paulum, alios nominaverit, explicari nullo modo potest. Et Edicti quoque Theodorici scriptor nonnunquam videtur rem suam ex Lege Romana Burgundionum sumsisse, veluti cap. LIV., quod non multum differt ab interpretatione c. 1 C. Th. cit., communem igitur cum ea fontem habet.

Hactenus demonstravi, ex libris ad componendum Edictum Theodorici congerendamque Legem Romanam Burgundionum adhibitis Breviarium eximendum esse**). Aliter res se habet in Visigothorum Lege[26]), quae multas tum veteris iuris Romani, inprimis Codicis Theodosiani, Novellarum et Pauli, tum Breviarii sententias comprehendit[27]). Quae quo tempore receptae sint, ex inscriptionibus cognoscitur, secundum quas aut *Antiquae*[28]) leges sunt, aut Cintasvinti regis sive Recesvinti aut incertae originis. Sed unde promtae sint *Antiquae* illae, utrum, si non omnes, tamen haec et illa, ex Breviario an aliunde, id ambigitur inter iuris peritissimos. Equidem vero nullum inter eas Breviarii locum inveniri contendo. Neque enim si qua lex in Breviario quoque reperitur, propterea ex eo sumta sit necesse est, nisi cum interpretatione convenit. Et frequenter quidem leges in editionibus Legis Visigothorum *Antiquae* nominantur, quae et re et verbis non multum differunt ab interpretatione[29]), verum quum in vetustis quibusdam codicibus, quos vel Matritenses editores inspexerunt vel ipse contuli, verbo *Antiqua* non sint distinctae, *Incertis* legibus[30]) annumerandae sunt, neque vero *Antiquis*[31]). Contra non dubito, quin Cintasvintus et Recesvintus e Breviario hauserint. Illum enim Visigothorum leges in novum ordinem redegisse, utrumque autem auxisse[32]) et statuisse: *ne Visigothi Romanis legibus sive alienis institutionibus amplius amodo convexarentur*, notum est, probabiliter igitur Romani iuris praecepta, quibus leges eorum abundant, maximam partem ex Epitome iuris Alarici, Visigothorum regis iussu facta, neque vero ex antiquis iuris Romani libris in novum codicem translata cumque eo coniuncta sunt. Quapropter, ut, quod de iuris Romani capitibus in Visigothorum Legem receptis proposui, brevi complectar, Breviarii locos inter *Antiquas* illas esse

*) Hoc iam vidit *Gaupp* l. c. p. 302 sq. not. 2. **) De Consultatione Veteris Iurisconsulti non opus est dicere, quum omnium locorum, eorum quoque, qui in Breviario sunt, habitus eos sumtos esse demonstret ex ipsius iuris romani libris, neque vero ex Breviario Visigothorum regis iussu scripto. Nuspiam enim invenitur, quod interpretationi simile sit. Quare libri auctorem ante Breviarii compositionem vixisse puto, *Rudorffii* sententiam secutus. Vid. infr. p. 338 not. *a*. 26) *Fuero Iuzgo Castellano por la Real Academia Española.* Madrid 1815. fol. *Discurso* cap. I—III. p. VII—XVII. *Karl Türk, Forschungen auf dem Gebiete der Geschichte. Erstes Heft. Ueber das westgothische Gesetzbuch.* Rostock und Schwerin 1829. 8., qui liber egregium eruditionis documentum continet. Vid. infr. p. 466 v. *L. Vis.* 27) Cf. *Heineccii Antiq. German.* T. I. p. 245 sq. *Savigny* l. c. T. II. p. 73 (ed. I.), p. 76 (ed. II.). *Türk* l. c. p. 73 sq. 28) De *Antiquis* cf. *Savigny* l. c. p. 67 sq. (ed. I.) et p. 70 sq. (ed. II.). *Fuero Iuzgo* l. c. p. V. *Türk* l. c. p. 67 sq. *Roth, über die Entstehung der Lex Baiuvariorum.* München 1848. 8. p. 20 sq. et 38 sq. Impetravi hunc librum, quum in eo esset, ut prolegomena typothetae traderentur. 29) Vid. L. Vis. III, 2, 1; IV, 1, 3—6; V, 5, 9. 30) Huc inter al. pertinent L. Vis. IV, 3—6, quae capit. omnia ex Pauli Sent. lib. IV. tit. II. sumta sunt, una cum c. 1, 2 et 7, ex toto enim Pauli titulo primus libri IV. titulus Legis Visig. factus est. Verum cap. 1, 2, 7 eiusdem tituli non prae se ferunt lemma: *Antiqua*, neque igitur reliquorum eiusdem tituli cap. lemma: *Antiqua* recte habet. Leges, quae in nonnullis codicibus et editionibus interdum dicuntur noviter emendatae esse, *incertis* annumerandae sunt. 31) *Blume, die westgothische Antiqua oder das Gesetz Reccareds I.* (s. l.) 1847. 8. p. X sq., *Antiquas* a se editas Reccaredo I. quidem vindicat, sed esse inter eas Breviarii locos, id non probavit, quamquam lib. V. tit. 5, cap. 8, apud *Blum.* cap. CCLXXXV., videtur ex interpretatione c. 2 C. Th. de Usuris (II, 33) derivatum esse propter siliquarum mentionem. Fuerunt autem siliquae illae iam multo ante Reccaredum in usu, neque eas ex Breviarii interpretatione in Legem Vis., sed potius ex vetere Lege Vis. in Breviarii interpretationem translatas esse hac de causa puto, quia in Vis. Lege poena quadrupli deest, quam interpretatio memorat, contra interpres formula *hoc est* se legitimae centesimae explicationem per tres siliquas aliunde sumsisse significat. Non supervacaneum est, h. l. repetere, quod in *Gersdorffii Repertorio* a. 1847. T. IV. n. 9342. p. 167 dixi, nimirum inveniri inter *Antiquas* illas pleraque Legis Baiuvariorum capita, quae in Legis Visigothorum codice quoque sunt (cf. L. Baiuvar. tit. XI, 4; XIV, 1—7, 9; XV, 2—10, et *Roth*, qui l. c. p. 76 sqq. in duplici versuum serie verba Legis Baiuvar. et Antiquae a *Blumio* editae, ex qua capita illa L. Baiuv. sumta esse putat, p. 35, repraesentavit), unde patet, non Visigothos ex Baiuvariorum Lege, sed hos ex illorum vetere codice capita iuris hausisse, nisi utriusque legis capita nonnunquam ex L. Rom. Burg. proficiscuntur. Cf. cap. 6 tit. XIV. L. Baiuv. et L. Vis. V, 4, 9 cum L. Rom. Burg. tit. XXXV. et *Gaupp* in *Ephemerid. Ienens. Literariis ann.* 1848. n. 41 et 42 (mens. Febr. d. 17 et 18, p. 161—168), ubi de *Blumii* libro iudicium tulit. Praeterea *Roth* l. c. p. 30 et 33 sq. consignavit locos, qui Legi Burgundionum cum Baiuvariorum et Visigothorum Lege communes sunt. 32) *Türk* l. c. p. 49 sq. Supra p. XII.

nego, *Incertas* autem et veteris iuris Romani et Breviarii sententias comprehendere existimo, at vero Breviarii tantum Cintasvinti et Recesvinti leges[33]. De novissima autem totius Legis Visigothorum compositione sic statuo. Secundum inscriptiones, quas Matritensis editio habet, singulae leges aut antiquae sunt, aut datae a Cintasvinto, Recesvinto, Wamba, Ervigio, Egica[34] regibus, aut nullum nomen prae se ferunt, plerisque tamen, si quid eis inscriptum est, v. *Antiqua* aut Cintasvinti aut Recesvinti nomen appositum est. Iam vero Euricus primum legum Codicem in Visigothorum usum ex diversis iuris fontibus congessit, eum alii reges diversis temporibus postea auxerunt emendaveruntque, tum novum Codicem Cintasvintus composuit, neque dubito, quin Cintasvintus leges, quas suo tempori accommodatas esse perspiceret, et *Antiquas* quidem ex Eurici Codice[35], reliquas, quae nomen non habent, incertae igitur sunt, ex accessionibus eius depromserit, cum suis legibus coniunxerit et in formam novi legum Visigothorum libri mutato veteris codicis ordine redegerit[36]. Is Codex, quocum Recesvintus suas leges connexuit[37], mansit. Movit autem Ervigium vel multitudo vel dissensus legum, quas Recesvintus et Wamba deinceps tulerant et vel ipse promulgaverat, ut eum corrigeret et novas illas leges eo, quem aptum esse censeret, loco interponeret[38]. Denique Egica suas eodem modo adiecit[39].

Sed haec satis sunt, neque enim ratio huius libri me sinit explicate et abundanter de tota re disserere. Iam quod ad reliquas Barbarorum leges attinet, tit. XIV. c. 12 Legis Salicae Antiquae, et cap. 2 Decretionis *Childeberti* a. 595 ex interpretatione c. 3 Cod. Theodos. de Incestis nuptiis (III, 12) proveniunt, utrum autem constitutioni

33) Memorabiles sunt leges hic et illic a librariis codicum ex Brev. Alar. additae. Vid. Leg. Vis. lib. II. tit. 4 (Matrit. ed. p. 24 n. 13), ubi inter cap. 5 et 6 interpr. C. Th. XI, 14, 2 interiecta est. 34) De *Wambae* legibus cf. V, 1, 6 (Antiqua) et 7 (Recesvind. s. Antiqua); IX, 2, 8 (Nova lex) et 9 (Ervigius, Noviter emendata, Antiqua); XII, 2, 18 (ed. Matrit. p. 147, not.); de *Ervigii* legibus II, 1, 1 et IX, 1, 8 (Antiqua s. Vamba); XII, 3, 3 (Recesvint.), 4 (5—8, 10 sine inscr., sed vid. not. ed. Matrit.), 11 (12 sine inscr., sed vid. not.), 13, 14 (sine inscr.), 16, 17 (sine inscr., sed vid. not.), 18 (19—21 sine inscr., sed vid. not.), 22 (sine inscr., et 23, 24 sine inscr., sed vid. not.), 25 (sine inscr. et 26 sine inscr., sed vid. not.), 27 (sine inscr., 28 sine inscr., sed vid. not.). Praeterea cf. edit. Matrit. not. ad p. 15, 25, 81 et 162; de *Egicae* denique legibus II, 5, 2 (Antiqua, sine inscr.); III, 5, 4 (Egica, Antiqua) et 6 (Fls. Rcdus. Rex. Antiqua); V, 1, 5 (est in solo codice Vigiliano); V, 7, 19 et 20 (Egica et Vitiza reges. Antiqua); IX, 1, 21; X, 2, 7 (Wamba); XII, 2, 18. Praeterea cf. edit. Matrit. p. 7 not. ad II, 1, 6, ubi duae leges Egicae, et p. 147 tit. de Conviciis (Antiqua). Ut probarem, inscriptiones illarum legum maximam partem incertas esse, diversitatem scripturae ad singulas quasque apposui et uncis inclusi. Inscriptionibus capitum Leg. Vis. caute utendum esse, iam monuit *Wilh. Schaeffner*, *Geschichte der Rechtsverfassung Frankreichs*. Frankf. a. M. 1845. 8. T. I. p. 129. Cf. etiam *Eichhorn* l. c. T. I, §. 34, p. 106. Aliter sentit *Roth* l. c. p. 22. Leges, quibus superscriptum esset nomen *Sisebuti*, quem commemorat *Türk* l. c. p. 42, non inveni in Matritensi editione. Commemorari Sisebutum concedo. Cf. L. Vis. XII, 3, 12, al. Prologum omitto, quum diligentissimus ille legum Hispan. perscrutator *Ios. Mar. de Zuaznavar*, *Ensayo historico-critico sobre la legislacion de Navarra*. San Sebastian 1827. T. I. p. 158, suppositum esse docet. 35) Quatenus scilicet revera *Antiquae* sunt. Vid. supr. Obstare videntur huic sententiae L. Vis. II, 5, 3; V, 5, 1; V, 5, 3; V, 4, 16; V, 4, 7; V, 4, 9; V, 4, 8; V, 4, 1, quas, etsi *Antiquae* sint, *Türk* l. c. p. 80 ex Baiuv. Lege sumtas esse dicit (*enthalten die antiquae Sätze des bairischen Rechtsbuchs*). Sed vid. not. 31 anteced. et de *Schaeffneri* et *Eichhornii* sententia not. 34. Neque *Blumii* sententia obstat, quum capita ab eo edita inscriptionibus inspectis maximam partem non *Antiquae*, sed *Incertae* leges sint, neque capita illa a Reccaredo I. proficisci probaverit. Cf. *Gaupp* l. c. (vid. not. 31), qui vir doctissimus videtur mutasse sententiam in libro, quem *De Occupatione* etc. scripsit, p. 29 pronuntiatam, ubi: *quae Antiquae*, inquit, *dicuntur, mea quidem sententia vel ex regis Eurici vetere codice, qui paulatim auctus esse videtur — vel ex Breviario Alariciano in eum, qui nunc est, codicem translatae sunt;* et recte quidem mutavit, nam illud quidem verum esse puto, sed hoc nego. 36) Cf. cap. 8 de Iudiciis (II, 1), cap. 4 de Mandat. (II, 3) et *Türk* l. c. p. 49. 37) *Türk* l. c. p. 32 seq., 40, 42, 49, 51, 53 quinque legum collectiones sive codices ab Eurico, Levvigildo, Cintasvinto, Recesvinto, Ervigio, Visigothorum regibus, editos esse scribit, tres ultimos igitur intra quadraginta et vel pauciorum annorum spatium, quod mihi non probatur. Etenim Recesvintum novum Codicem fecisse nego. Novellas leges, quibus veteres emendaverat, collegit quidem et coram sacerdotibus et officiis palatinis audientium universali consensu promulgavit (cf. Conc. Tol. VIII—X., L. Vis. c. 5 de Iudiciis (II, 1) et appendicem c. 1 e. t., in Matrit. ed. p. 5 not. 9 — *leges, quas nostri culminis fastigium — edidit et formavit* — cap. 12 c. t. — *antequam istae leges a nostra gloria emendarentur*), verum ab eo novum Codicem, quo Cintasvinti librum abrogaverit, editum esse nusquam narratur. E contrario in append. cap. 1 cit.: *ideo*, inquit Recesvintus, *leges in hoc libro conscriptas ab anno secundo divae memoriae domini et genitoris mei Chindasvinthi regis — omni robore valere decernimus ac iugi mansuras observantia consecramus, ita ut — hae solae valeant leges, quas aut ex antiquitate iuste novimus aut tenemus aut idem genitor noster — visus est non immerito condidisse, prolatis seu connexis aliis legibus, quas nostri culminis fastigium iudiciali praesidens throno coram universis Dei sacerdotibus sanctis cunctisque officiis palatinis audientium universali consensu edidit et formavit, ac suae gloriae titulis adnotavit.* Tantum igitur abest, ut novum Codicem a se promulgatum esse dicat Recesvintus, ut Cintasvinti legum librum confirmaverit connexueritque cum eo librum suum Legum Novellarum, ad quam coniunctionem videtur spectare c. 9 e. t. Mecum partim consentit *Gaupp*, *die Germanischen Ansiedlungen* p. 389 sqq., quem legi, postquam haec scripseram. 38) L. Visig. II, 1, 1; VI, 2, 3 (ed. Matrit. p. 81 not.). Postrema illius legis verba spectant ad ultimum totius libri titulum *De Novellis Legibus Iudaeorum*, qui praeter incertae originis nullas continet leges, nisi quas tulerat Ervigius ipse, et exceptis illis constitt. nulla est in codice lex Ervigii, quae sit extra librum XII., in quo de rebus ecclesiae et Iudaeorum agitur. Nam c. 8 de Fugitivis (IX, 1) propter concentum codicum sine dubio *antiqua* est, ex quo v. fictum est nomen *Vambae* in nonn. codd. Novam igitur Legum Visigothorum collectionem ab Ervigio institutam esse nego. 39) Potestatem adiiciendarum legum dedit Recesvintus in cap. 12 de Iudiciis cit.: *Sane leges adiiciendi, si iusta novitas causarum exegerit, principalis electio licentiam habebit, quae ad instar praesentium legum vigorem plenissimum obtinebunt.* Mecum partim sentit *Schaeffner* l. c. p. 128. Addo, sententiam meam de Ervigii legibus confirmari subscriptione, quam in fine lib. XII. cod. Escor. I. (vid. Matrit. edit. p. 162 not. 25) et cod. P. Pithoei (vid. pr. ed. p. 244) habent: *Lectae Sunt Leges Suprascriptae Omnibus Iudaeis In Ecclesia Sanctae Mariae Toleto sub die VI. Kalendas Februar. anno feliciter primo regni gloriosissimi domini nostri Ervigii Regis.* Cod. Escor. I. add. *S·ūt.*

Chlotarii a. 560 tituloque LVIII. Legis Ripuariorum, denique Legis Baiuvariorum tit. VI. cap. 1, quocum tit. XXXIX. Legis Alamannorum concinit, et tit. XIV. cap. 5 interpretatio subsit, ex verborum conceptione non omnino apparet, imo constitutio *Chlotarii* videtur partim ex titulo Novellarum Valentiniani de Triginta Annorum Praescriptione sumta esse: legis autem Baiuvariorum tit. VI. cap. 1 ex vetere aliquo Concilio*). Neque de locis, qui in veteris Anglici iuris libros dicuntur ex iure romano transiisse, certi quicquam constitui potest, quandoquidem verbis plane diversis scripti sunt. Verum esse in Capitularibus vestigia Breviarii, inter omnes constat, quid? quod Aegidii Epitome ad Capitul. a. 744 componendum contribuit. Denique complures Conciliorum Hispaniae atque Galliae canones ex Alarici Lege sumtos esse**), iam alii demonstrarunt. Dixi de Legibus. Venio ad libros et instrumenta sive documenta. Et primum quidem in *Marculphi* formulis reliquisque, quae *Sirmondi*, *Lindenbrogii* et aliorum virorum industria ex vetustis membranis erutae sunt, Breviarii ratio habita est haud secus quam in instrumentis publicis, veluti in Documentis Francicis ann. 804 et 838, quamquam eius, quod anno 838 scriptum est, capita ex Scintilla, de qua supra dixi, nec ex Breviario ipso originem ducunt. Permagni autem in hac disquisitione faciendi sunt breves illi libri, qui Breviarii novam quasi speciem comprehendunt et glossae atque explanationes libris *Breviarii* in Gallia scriptis adspersae. Praeterea *Angilramnus*[40]), *Ps. Isidorus*[41]), *Hincmar* et auctor Collectionis canonum, quae inest in codicibus Phillippsii atque S. Germani, sumserunt aliquot capita ex Breviario, at permulta, quum ex Lege ipsa, tum ex Epitome eius, quae Aegidiana vulgo vocatur, *Benedictus Levita*, cuius operam in commodum suum converterunt *Isaac* et *Ivo*, etsi hic nonnunquam ad ipsum fontem rediit. Neque *Regino*[41a]) dubitavit ei libro, quem de Disciplina Ecclesiastica scripsit, hunc et illum locum Breviarii admiscere. *Burchardus* denique videtur Benedictum, Reginonem, interdum etiam Ps. Isidorum et Angilramnum consuluisse*). E contrario *Herardus*, *Algerus*, *Polycarpus* raro usi sunt Breviario, si quidem eo ipso usi sunt, *Abbo* autem *Floriacensis* et *Petrus* semel tantum, neque multo crebrius *Alcuinus*. Sententias autem iuris romani, quae dicuntur inesse in Documentis Francicis saeculi X., ex librorum, quos modo commemoravi, aliquo depromtas esse arbitror.

Sed nolo augere exempla, quibus usus Breviarii Alariciani illo tempore comprobatur, quod intra VI. et XII. saeculum sexcentos circiter annos complectitur. Summa autem disputationis meae haec est: Breviarii auctoritatem ea fere aetate, qua Iustiniani iuris studium in Gallia coeptum est propagari[42]), consenuisse, neque unquam ultra fines imperii Francorum Visigothorumque processisse[43]). Utrum autem in totam Galliam omnesque provincias a Francis occupatas penetraverit, an manserit intra fines provinciarum, quae sub Visigothorum ditione olim erant[44]), id quoque ambigitur. Mihi quidem illud probabile est propter Epitomen in Rhaetia scriptam et usum eius, quem fecerunt Benedictus Levita, Regino, alii, et non solum ad ius docendum discendumque et ad libros iuris componendos, sed etiam

*) Cf. *Roth* l. c. p. 74, ubi etiam de reliquis L. Baiuv. cap., quae iuris rom. vestigia habent, dictum est. **) Vid. infr. p. 464 sq. 40) *Laferrière* l. c. T. III. p. 445 sq. *H. Wasserschleben*, *Beiträge zur Geschichte der falschen Decretalen.* Breslau 1844. 8. p. 13 sq. 41) Inter al. cf. *I. A. Theiner*, *de Pseudo-Isidoriana Canonum Collectione.* Vratislaviae 1826. 8. p. 9, 14. *Biener*, *Kritische Zeitschrift f. Rechtswissensch.* T. III. Fasc. I. *F. H. Knust*, *de Fontibus et Consilio Ps.-Isidorianae Collectionis.* Gotting. 1832. 4. *Wasserschleben* l. c. *Eichhorn*, *die spanische Sammlung der Quellen des Kirchenrechts* (*Zeitschr. f. geschichtl. Rechtswissensch.* B. XI. S. 119 flg.). Librum: *Gfrörer*, *Geschichte der Ost- und Westfränkischen Karolinger vom Tode Ludwigs des Frommen bis zu Ende Konrads I.* I. Thl. Freiburg im Breisgau 1848. 8., ubi dicitur de Ps. Isidoro disputari, nondum impetravi. Neque dubito ad eorum sententiam accedere, qui Ps. Isidori originem in Gallia quaerunt. 41a) *Wasserschleben*, *Reginonis libri duo de Synodalibus Causis et Disciplinis Ecclesiasticis.* Lipsiae 1840. 8. et *Beiträge zur Geschichte der vorgratianischen Kirchenrechtsquellen.* Leipzig 1839. 8. p. 1—33. *) Utrum titulum Pauli de Gradibus ex Lege Vis. sumserit, an ex ipso Breviario aut aliunde, ignoro. 42) Libros, ex quibus *Giraud* l. c. T. I. p. 231 XIII. adhuc saeculo in Marca Hispanica Leges Romano-Gothicas valuisse comprobare studet, non potui impetrare. 43) *Figueiredo* l. c. p. 528 interpretationem in iudiciis Lusitaniae Theodosianae legis nomine adhibitam esse scribit; neque vero rationem addit, qua rem probet. Praeterea non possum adstipulari *Wenckio*, *Magister Vacarius.* Lips. 1820. 8. p. 58, qui Breviarium, quamvis nunquam in Anglia vim legis nactum, tamen diu ante Vacarii aetatem Angliae esse illatum opinatur, propter nexum, qui a Conquistatoris tempore illi regno cum Anglia intercesserit. Lex quidem XXXIII. Henrici III. regis dubia est. Verum unus locus non sufficit ad probandam illam sententiam, partim etiam tota quaestio incidit in aetatem, quae ea, de qua loquor, recentior est. Vid. not. 46. 44) Diversae sunt et fere innumerabiles de iuris Romani et Breviarii per Galliam propagatione sententiae virorum doctorum. Cf. *Vaissette*, *Histoire de Languedoc.* Paris 1730. fol. T. I. p. 240 sqq. et al. *C. G. Biener* l. c. T. I. p. 292. *Eichhorn* l. c. T. I. p. 366. *Pardessus* l. c. p. 447, 511 sqq., 556, 578 sqq., 603 sqq., 641 sqq. *Laferrière* l. c. T. II. p. 102, 417 sq.; T. III. p. 251 et 362 sqq. *F. A. Biener*, *die Verbreitung des römischen Rechts im Mittelalter und Einfluss desselben auf das englische* (cf. *Zeitschrift für Rechtswissenschaft und Gesetzgebung des Auslandes.* Heidelberg 1847. 8. T. XIX. p. 161). De eadem re dicitur egisse *Ant. Dominicus de Praerogativa allodiorum in Narbonnensi et Aquitania provincia.* Librum non vidi. *Ianus a Costa*, *de Origine iuris in Gallia*, parvi habendus est.

in iudiciis ad lites decidendas[45]) Breviarium adhibitum esse arbitror, neque vero a Francis in Italiam introductum debellatis Longobardis in Italia. Sunt quidem inter viros doctos, qui Epitomen Breviarii a Cancianio divulgatam in Italia factam esse et c. 2 Codicis Iustiniani de Feriis (III, 12) sententiae meae adversari dicant[46]). Verum illa in Rhaetia scripta est, hanc posteriore demum tempore Codici illi interiectam esse aliorum virorum industria ostendit. Quid quod veteres glossatores videntur Breviarium ignorasse[47]) et vel ii, qui ecclesiastici iuris regulas saeculo XI. et XII. in Italia collegerunt, non Alarici regis librum[48]), sed Ps. Isidorum, Benedictum Levitam, Ivonem aut Iustiniani iuris codices consuluisse.

## CAP. V.
## EDITIONES.

Persecutus ea, quae de codicibus Breviarii deque auctoritate eius dicenda erant, nunc editiones explicabo, quarum quatuor sunt: *Petri Aegidii*, Lovanii 1517; *Almarici Bouchardi*, Parisiis 1525; *Sichardi*, Basileae 1528[1]); *Cancianii*, Venetiis 1789[2]). Neque vero editiones illae inter se congruunt; nam Epitomas tantum divulgarunt *Aegidius* et *Canciani*, ipsum quidem Breviarium, sed nihil amplius, nisi Gaium et Paulum *Bouchardus*, totum denique *Sichardus*. Praeter has editiones nulla est[3]), quamquam non sum nescius, quicquid ad Breviarium pertineat, voluminibus quoque illis comprehendi, in quae *Cuiacius* et post eum alii scripta et codices Iuris Anteiustinianei con-

45) Vid. supr. p. XXVII et XXXVIII. Mecum consentit *Warnkönig* l. c. T. II. p. 26 sq. Non possum non duos locos maxime memorabiles hic apponere. In gestis enim iudiciorum in Gallia saec. X. habitorum commemorantur *una cum abbatibus, presbyteris, iudices, scabini et regimburgi, tam Goti quam Romani seu etiam et Salici, qui iussi sunt causas audire, dirimere et legibus definire. Warnkönig* l. c. T. I. *Urkundenbuch* II. A. B. p. 8—12. Et Pipinus rex in Capit. a. 768 noviter reperto iubet, *ut omnes homines eorum leges habeant tam Romani quam et Salici et si de alia provincia venerit, secundum leges ipsius patriae vivat. Pertz, Monum.* (Leg. T. II. p. 14 et 140). 46) *Ritter* in f. *Praefat. C. Th.* T. I. p. XVII, *Savigny*, *Hollweg*, alii. Pervenisse quidem Breviarium in Italiam, demonstrant complures codices, qui in veteribus Italiae bibliothecis reperti sunt, veluti in Eporediensi; at vero eos a Francis in Italiam portatos esse nego. De codice Utinensi iam supra dixi p. XXXIX; reliqui codices, nimirum Mediolanenses, Vaticani et Taurinensis, aut recenti demum tempore in Italiam pervenerunt aut recentiores sunt Francorum aetate. Francorum gens versus ultima saeculi IX. lustra paulatim evanuit. *Un peuple nouveau était désormais constitué*, inquit *Martin*, *Histoire de France.* T. III. p. 656, *par la fusion des Franks occidentaux avec leurs sujets gallo-romains; il n'y avait plus ni Franks ni Romains en Neustrie, il n'y avait plus que des Français.* 47) *Savigny* l. c. T. III. p. 388 et 467 (ed. I.), p. 420 et 504 sq. (ed. II.); T. IV. p. 316. Aliter videtur sentire vir perillustris *F. A. Biener*, *Beiträge zur Revision des Iustin. Codex.* Berlin 1833. 8. p. 5 et 79 propter c. 2 Cod. Iust. de Feriis (III, 12), quum Pistoriensi quoque codici adscripta sit. Adscripta quidem est, sed multo post. Quo libro sit usus *Azo*, incertum est. 48) Capitula Breviarii, quae *Anselmus* habet, sunt etiam in Ps. Isidori, Angilramni, Benedicti Levitae, (Herardi, Hincmari?) Reginonis libris et in Const. Chlotarii a. 560; his igitur libris, neque vero Breviario ipso videtur usus esse. Similiter statuo de *Gratiano*, quum in Decretum eius Breviarii nihil transierit, nisi quod in iisdem libris et apud Ivonem inveniretur. Collectio Canonum Anon. saec. XI., ex qua complures locos *Savigny* primus eruit, ubique fere cum Ivone concordat, quare eam Ivonis Decretum comprehendere et saeculi XII. esse puto.

1) *Sichardi* igitur editio recentior est Bouchardiana. *Schulting*, praef. *Iurisprud. Vet.* Lugd. Bat. 1717. 4. p. 4, Sichardi editionem *tanquam principem laudari* dicit, i. e. totius Breviarii, nam paulo ante: „*Caius ergo*, inquit, *et Paulus primi in lucem emissi sunt ab Almarico Bouchardo: et quidem Parisiis, biennio ante quam Sichardi editio Basileae prodiit.*" Falso *Hugo*, *Civilistisches Magazin.* T. II. Berlin 1804. 8. p. 252: „*Auch der jüngere Godefroi hielt Sichard's Ausgabe für älter als die Bouchardische. S. Biblioth. iur. civ. als der zweyte Theil seines Manuale S.* 50 *und* 53 (*Genf* 1654. 12.)." *Gothofredus* enim annum non addit: „*Et haec*, inquit, *Excerpta* (Pauli) *una cum reliquis Codicis Theodosiani fragmentis Ulpiani* (sic!) *et Gaij*, *Codicis Hermogeniani et Gregoriani*, *in Germania primus in lucem revocavit Joh. Sichardus — Basileae: in Gallia Almaricus Bouchardus, una cum Gaio ad Antonium Pratensem Galliarum Cancellarium*", recte. *Eduard Böcking*, *Institutionen.* Bonn 1843. 8. T. I. p. 53 not. 31: „*Bis jetzt die einzige Ausgabe der westgothischen Lex Romana.*" Debebat dicere: „*der vollständigen und ächten westgothischen* u. s. w." Contra quidem disputavit *Hugo*, *Göttingische gelehrte Anzeigen.* 62. Stück. Den 18. April 1842. 8. p. 619 sqq. Sed cf. *Haenel* in ed. *Novellarum* p. XVI not. 136. *Haubold*, *Institutiones Liter.* cit. p. 81 Sichardum Codicis Theodosiani primum editorem appellat; neque hoc recte, nam ante Sichardum per *Aegidium* forma habitusque Codicis et sententiae legum innotuerant. *Haenel* ad *Codicem Theod.* p. XI. 2) *Walter* Cancianium ad verbum repetiit, novam libri editionem non curavit. Vid. supr. p. XXXI not. 97 et infr. not. 62. 3) *Hugo* quidem in *Indice Editionum Fontium Corporis Iuris Civilis* cit. p. 133—135 Aegidii Epitomen post Sichardum iterum Antverpiae typis excusam esse opinatur. Nititur *Hugo Cuiacii* praef. ad Ranconetum Paulo praemissa et notis ad Paul. I, 17, 1; II, 20, 1; I, 15, 1, qui, postquam *Bouchardi* et *Sichardi* libros Lutetiae et Basileae editos commemoravit, *de Aniani Interpretationibus*, *quae Antverpiae in lucem prodierint* et *de Aegidii libro Antverpiae excuso* loquitur. Ex temporis igitur serie, quam *Cuiacius* observaverit, hanc Antverpiensem editionem Bouchardiana et Sichardiana recentiorem esse colligit, praesertim quum *Cuiacius* accurate dixerit, *Bouchardi* editionem duobus annis Basileensem antecessisse (cf. infr. not. 27). Praeterea primam, quam diximus, Aegidianam editionem Epitomen tantum comprehendisse; exemplar Auctoritatis, interpretationes et scripturam a *Cuiacio* prolatam (*solo derelicto*) non item. Sed obiter tantum *Cuiacius* editiones commemoravit. Deinde in Aegidii Epitome a. 1517 reperitur non solum *Auctoritatis* exemplar, verum etiam scriptura (Paul. II, 20, 1, ap. Aeg. II, 21, 1) *solo derelicto.* Denique Aniani interpretationum nomen convenit cum Aegidii Epitome, quae fere tota ex interpretatione sumta est. Quas ob causas in *Cuiacii* verbis nihil esse arbitror, quod ad *Hugonis* sententiam corroborandam faciat, praesertim quum ad hunc usque diem Antverpiensis illius editionis exemplum inveniri non potuerit. Error *Hugonis* situs est in loco, quo *Aegidii* liber, quem tunc non viderat, dicitur editus esse. Vid. not. 18 sq. Postea *Hugo* errorem suum correxit: *Lehrbuch der Geschichte des römischen Rechts seit Iustinian.* (III. ed.) Berlin 1830. 8. p. 220 sq. et *Götting. gel. Anzeigen* l. c. p. 620—623. Cf. etiam *Ferd. Kämmerer*, *Beiträge zur Geschichte und Theorie des Römischen Rechts.* Rostock und Schwerin 1817. 8. S. 234.

gesserunt. Sed docti illi viri constituerant Anteiustinianeum ius, quantum possent, restituere, neque vero Breviarium edere et tantum abest, ut in his voluminibus Breviarium praecipuo loco sit, ut inter multas res, quibuscum mixtum est, perexiguam eorum partem compleat, quod etiam cadit in eos Breviarii libros, qui post Sichardum separatim editi sunt. In Gaii quidem Epitomen multi industriam suam expromserunt, neque vero ut Breviarii aliquam partem, sed ut iuris romani librum perpolirent, qui, antequam praenobilissimi Icti Commentarii Germanorum studio in lucem prolati sunt, magni habebatur a iuris romani cultoribus. Quas ob causas mihi, cui in animo est Breviarium et Epitomas, neque vero fontes eius aut alia iuris romani scripta divulgare, exponendum est de solis illis quatuor editionibus; praetermittam igitur reliquos libros, quibus Breviarium vel totum vel partim interpositum est[4]).

Iam quod ad *Aegidii* editionem attinet[5]), complectitur liber praeter sex folia, quae sine numeris sunt, quadraginta quatuor, quae numeros I—XLIIII habent. In illis haec sunt: a) In adversa folii primi pagina titulus: SUMMAE SIVE ARGUMENTA LE | GUM DIVERSORUM IMPERATO | RUM, EX CORPORE DIVI THEODO | SII, NOVELLIS DIVI VALENTINIANI | AUG. MARTIANI, MAIORIANI, SEVE | RI, PRETEREA CAI ET IULII PAULI | SENTENTIIS NUNC PRIMUM DILI | GENTISSIME EXCUSA, CAESAREI | IURIS STUDIOSIS VTILITATEM AL | LATURA NON MEDIOCREM, EX VE | TUSTISSIMO ARCHETYPO. (Est spatium septem versuum.) *Cum gratia et privilegio.* | A CAESARE MAX. AUG. ET CAROLO | AVS. HISPANIARUM REGE. | Titulus inclusus est duabus columnis, quae ligno incisae sunt et ornamentis supra inter se cohaerent, infra autem disiunctae sunt duobus angelis scutum, in quo nihil pictum est, exhibentibus. b) In aversa folii primi pagina epistola: MAGNIFICO D. IOANNI SYLVAGIO BURGUN | DIAE CANCELLARIO. PETRUS AEGIDIUS | ANVERPIENSIS. S. D. | — *Anuerpiae Idibus Februarii Anno supra Millesimum Quin- | gentesimo decimo septimo.* | c) In adversa folii secundi pagina *Autoritas Alarici Regis.* d) Reliquas novem paginas complet *Elenchus Titulorum.* Eum subsequuntur folia, quae numeros habent et Breviarii libros comprehendunt. Eorum ordo hic est: a) Fol. I. usque ad tricesimum et secundum versum adversae folii XXI. paginae *Tituli Legum Ex Corpore Theodosii Selecti;* b) Abhinc usque ad undecimum adversae folii XXVI. paginae versum *Tituli Novellarum Legum;* c) Ab XII. eiusdem paginae versu usque ad tricesimum aversae folii XXVIII. paginae, *Gai Iureconsulti Liber Primus;* d) A XXXI. huius paginae versu usque ad XVII. adversae folii XLIII. paginae *Tituli Sententiarum Pauli Iureconsulti;* e) tum *Capitula Libri Gregoriani*, cuius *Finis* est in sexto adversae folii XLIIII. paginae versu; f) Ultimo loco post v. *Finis* sex versibus comprehenditur *Capitulum Libri Hermogeniani*, post quod in media pagina magnis literis haec scripta sunt: RELIQUA PARS HUIUS LIBRI | HERMOGENIANI DEERAT | IN EXEMPLARI. | APUD THEODORICUM MARTINUM ALUS | TENSEM. ANNO M. D. XVII. Reliqua pars folii vacat. Forma libri maior est, neque vero maxima. Omnia impressa sunt in charta splendida et forti, non venustis quidem, verum conspicuis literis aeri incisis. Inter eas sunt multa compendia, et videtur typotheta, etsi perspicuitatis causa signa distinguendi adhibuit, codicem, quanta poterat fide, libro suo repraesentasse, quare orthographiam et errores codicis retinuit*). Numerus versuum in singulis paginis non idem est; prout paucae aut multae titulorum et librorum rubricae, quae ex maioribus literis constant, ponendae erant; fluctuat igitur inter 34 et 37 versus. Signaturas[6]) posuit typotheta, non item custodes, qui dicuntur, contra in margine paginarum numeros titulorum atque hic et illic glossas[7]). Utrum *Lovanii* an *Antverpiae Theodoricus Martinus Alustensis*[8]) has *Summas sive Argumenta*

4) Perpusillae particulae illae Epitomes Monachi et codicis Guelpherbytani, quas *Gothofredus*, *Conradi* et *Spangenberg* publicaverunt (vid. supr. cod. 61 p. LXXXI), huc non pertinent. 5) Liber rarissimus est. Eum possident biblioth. Basileensis, Heidelbergensis, Monacensis et ex libris *Kämmereri* Rostockiensis. Adhibui exemplum Bibliothecae Basileensis, quod *Gerlach*, vir doctissimus et eiusd. Bibl. praefectus, humanissime mecum communicavit. Possedit id olim *D. Bonifatius Ammerbachius*, nam in inferiore tituli marg. scriptum est: *D. Bonifatio Ammerbachio, Basileae.* Quod ad rem literariam spectat, cf. *Cuiacius* in edit. Pauli Parisiis 1558. 4. praef. p. 3: „*Ac in eligendis*, inquit, *quidem iis Aniani viri spectabilis eum opera usum ex subscriptione Auctoritatis a Petro Aegidio Antuerpiae primum editae, liquido constat*", deinde p. sq.: „*Conservatur in officinis — Antuerpiae*" et p. 21 ad Paul. I, 17, 1: „*Legitur — in Aegidii libro Antverpiae excuso.*" Cf. etiam *Ger. Meerman*, *Novus Thesaurus Iuris Civilis Et Canonici.* T. VII. Hagae Comitum 1753. fol. p. 673 sq. *Hugo*, *Index* p. 127 sq. (s. err. typ. 123) et *Lehrbuch* cit. pag. 220. *Haubold*, *Institutiones Literar.* cit. p. 228 not. c. *Savigny* l. c. T. II. p. 37 sqq. et p. 57 sq. (ed. I.), p. 38 sqq. et p. 59 sq. (ed. II.); T. VI. p. 395. *Ferdin. Kämmerer* l. c. p. 227—235. *Hugo* (vid. not. 3 antec.) l. c. *Böcking* l. c. S. 93, Note 20. *) Nonnunquam typotheta quoque erravit; veluti in marg. sup. fol. XXVI., ubi *Novella Gai iureconsulti.* 6) Has inveni in prioribus sex foliis *A II*, *A III*, in reliquis *a I*—*a III*, *b I*—*b IV*, *c I*—*c III*, *d I*—*d III*, *e I*—*e III*, *f I*—*f III*, *g I*, *g II*, *h I* et *h II.* 7) Fol. I., fol. II$^{b}$., fol. XXV$^{a}$., fol. XXX$^{a}$., fol. XXXI$^{a}$., fol. XXXIII$^{a}$., fol. XXXIV$^{b}$., fol. XLI$^{a}$. Signa officinae, ex qua provenit charta, non potui omnia inter literas distinguere, sed tamen distinxi avem, ovem et in ultimo folio perspicue apparet cameli figura. 8) Cf. de *Theodorico Martino* Alustensi (*Dietrich Märtens* aus *Aalst* in Flandern) *P. Lambinet*, *Origine de L'Imprimerie.* T. II. Paris 1810. p. 97—170, sed, quod miror, *Lambinet* neque has Summas commemorat, neque Everardi Topicorum librum, quem Martinus a. 1516 Lovanii edidit. *Van der Meersch* in egregio libro: *Recherches sur la vie et les travaux de quelques imprimeurs belges.* (I. cah.) Gand 1844.

*Legum* divulgaverit, dubium est; neque enim locum nominat, in utraque autem civitate officinas habuit. *Cuiacius*, *Kämmerer* Antverpiam agnoscunt. *Meerman*, qui *Aegidio* usus est in *Animadversionibus Criticis ad Gaii Institutiones*, quid sentiret, non declaravit; neque *Böcking* sententiam suam aperuit. *Carolus de Savigny* sibi non constat; nam in prima secundi Historiae suae voluminis editione*) librum Lovanii divulgatum esse negat, postea in sexto volumine incertus est[9]), denique in altera voluminis secundi editione ad priorem sententiam videtur rediisse[10]). *Hugo* Lovanii *hanc editionem prodiisse* contendit[11]), annis enim MDXVI. et MDXVIII. Lovanii alios libros a *Martino* editos esse[12]). *Hugoni* assentitur *Haubold*[13]), obloquitur *Kämmerer*[14]), nam *Aegidium*, inquit, epistolam ad *Sylvagium* Antverpiae scripsisse, dubitari igitur non posse, quin, quo tempore epistola typis exprimeretur, eodem Antverpiae fuerit; praeterea in *Thom. Mori Utopia*[15]) legi *epistolam Petri Aegidii datam Antverpiae mens. Nov. a. MDXVI.* et *aliam Paludani scriptam Lovanii mens. Dec. eiusdem anni ad Aegidium*, ex quo appareat, *Aegidium* officinam Antverpiae iam ultimis anni MDXVI. mensibus habuisse, probabiliter igitur subsequenti quoque anno; denique *Cuiacii* de hac re sententiam magni faciendam esse. Et videbatur quidem a *Kämmerero* controversia diremta esse, usque dum *Hugo*[16]) anno huius saeculi XLII. contradixit; male enim a *Kämmerero Aegidium* haberi typothetam; neque ex *Maittairii* libro, quem falso interpretatus sit, neque ex epistolis illis id colligi posse, quae Antverpiae *Aegidium* fuisse quidem, neutiquam librum edidisse demonstrent[17]); *Cuiacii* denique sententiam nullius ponderis esse, quum ordinem annorum confuderit, quibus editiones Breviarii ex officinis prodierint. Arguit praeterea *Kämmererum* negligentiae, quod omisit tertiam Historiae Iuris Romani usque ad Iustinianum editionem nominare. Nihilosecius *Kämmereri* opinionem non omnino ausus est evertere, nam aut Lovanii, ubi Literarum Universitas fuerit, neque vero in Antverpiensi tantum civitate, emporio insigni, aut Lovanii et Antverpiae simul librum divulgatum esse concessit[18]). Quam sententiam ut confirmaret, provocavit ad *Erasmi Utopiam, arte Theodorici Martini Alustensis, Typographi Almae Lovaniensium Academiae nunc primum accuratissime* (anno MDXVII.) editam[19]) et ad alium eiusdem anni librum, quem Martinus Alustensis *Lovanii e regione scholae iuris civilis* vendendum proposuerit iuris studiosis; quae omnia, inquit, optime conveniunt cum verbis tituli *Summarum:* „*Caesarei iuris studiosis utilitatem allatura non mediocrem.*" En doctorum opiniones! Equidem Summas illas Lovanii divulgatas esse puto, nego Antverpiae aut simul Lovanii et Antverpiae, quod improbabile est*). Ut sic statuam, moveor anno, quo divulgatae sunt; nam *Martinus* ab anno MDXII. Lovanii potissimum videtur artem suam exercuisse[20]). Ibi divulgavit *Erasmi Institutionem Principis Christiani mens. Aug. a. MDXVI.* et *mens. Febr. e. a. Everardi Topicorum* librum[21]); tum anno MDXVII.[22]) *Utopiam* illam et anno MDXVIII.

8. p. 214, de Martino quidem loquitur, neque vero de libris XV. saec. ab eo editis. Alterum librum: *Recherches historiques et critiques sur la vie et les éditions de Thierry Martens par feu M. I. De Gand, d'Alost.* Alost 1845. 8., non vidi. Eum extraxit *Scheler*, *Leben und Wirken des Buchdruckers Theodoricus Martinus Alustensis* (cf. *Serapeum.* 1846. n. 14—17). Ibi (l. c. n. 16 p. 243) commemorantur *Petri Aegidii tituli legum ex codice Theodosiano*, sed commemorantur tantum, non explicantur.

*) p. 57: *in Antwerpen (nicht in Löwen) gedruckt.* 9) pag. 395, not. 46: *Es bleibt ungewiss, ob die Ausgabe in Löwen oder in Antwerpen erschienen ist.* 10) l. c. p. 59. 11) *Index* l. c. p. 123 (s. potius 127) et 133. *Lehrbuch* cit. p. 220. 12) Provocat ad *Maittairii Annales typogr.* T. II. p. 1. p. 291 et 324. Idem sensit iam *Panzer*, *Annales Typographici.* Vol. VII. Norimberg. 1799. 4. p. 262 ad ann. 1517 n. 39, ubi ad *Aegidii* Summarum titulum haec add.: *Lovanii apud Theodoric. Martin.* 1517. fol. *Panzer* librum non vidit, sed illud *Lovanii* hausit ex *Valerii Andreae Desselii I. C. Bibliotheca Belgica.* Lovanii 1644. 4., qui p. 719 sq., de vita *Aegidii* agens, *Primus quoque*, inquit, *edidit Titulos Leg. ex Cod. Theodosiano, Lovanii typis Theodorici Martini* 1517. *fol.* Quum titulum libri negligenter descripserit, videtur locum de suo addidisse, neutrius igitur, neque *Panzeri* neque *Desselii* auctoritas in decidenda controversia quicquam valet. 13) l. c. p. 228, not. *c.* 14) l. c. p. 231 sq. 15) Hunc librum non vidi. 16) *Göttingische gelehrte Anzeigen* l. c. p. 621 sq. 17) Recte, nam ex *Desselio* apparet, *Aegidium* doctissimum quidem virum fuisse cumque *Erasmo* et aliis familiaritate coniunctum, nusquam vero typothetam. Quid? quod *Dessel: qui*, inquit, *anno* 1510 *demortuo Adriano Blict, qui primus fuit S. P. Q. Antverpiensi ab Actis consentientibus Senatorum omnium suffragiis fuerit suffectus.* Iurisconsultus igitur erat. Mortuus est anno 1533. Ex epistolis *Aegidii* nihil colligi posse, perspicitur ex libro: *Rudolphi Agricolae Phrysii — nonnulla opuscula — Antverpiae Prid. Cal. Feb. anno MDXI. — Theodoricus Martinus Alosteñ imprimebat.* Ei add. *Aegidianus Anverpianus epistolam Martino Dorpio Theologo — Prid. Id. Dec.* (1510) scriptam. *Martinus* igitur typotheta huius libri est, *Aegidius* editor; a se impressum esse librum, nusquam dicit. Librum, quem possidet Bibliotheca Universitatis Lipsiensis, mecum communicavit *Gersdorf*, vir eruditissimus et bibliothecae praefectus. 18) l. c. p. 622: „*Ein Beweis aber, dass die Ausgabe unseres Auszuges entweder bloss, oder doch auch in Löwen, als der Universitäts-Stadt, und entweder gar nicht oder doch nicht allein in Antwerpen, der Haupthandelstadt erschienen sei*" etc. 19) *Lambinet* l. c. p. 140. *) Editionem libri curavit quidem *Aegidius* Antverpiensis, tamen impressit Lovanii *Martinus.* Cf. *Scheler* l. c. p. 243. 20) *Lambinet* l. c. p. 131 sqq.: „*Mais il paroît qu'il ne prit maison dans cette ville que l'an* 1512, *dans le quartier de l'école du droit civil. La il imprima.*" 21) Titulus libri perrari hic est: *Clarissimi viri domini Nicolai Euerar | di de Middelburgo insignis Louanieñ. Academiae iuris utri- | usq; Doctoris Ac illustrissimi et serenissimi Hispaniarū Princi | pis Caroli Archiducis Austrie ducis Burgundie Brabantie. | etc. Consularis Pre-*

*decim. Kal. Mart. Theodorici Gazae librum secundum de Ling. Latin.* multosque libros, quos consignavit *Lambinet*[23]). Praeterea solebat in libris, quos Lovanii edidit, stationem typographiae suae his verbis designare: *Venundantur* sive *prostant e regione iuris civilis*, quid? quod anno MDXVII. in Utopia se *typographum almae Lovaniensium Academiae* esse dixit[24]). Quapropter verisimile est, *Summas* quoque, quas *Iuris studiosis utilitatem allaturas* esse sperabat, in Lovaniensi Literarum Universitate divulgatas esse, ubi iuris studiosis facilius quam Antverpiae vendi poterant. Num charta et literis omnes illi libri, quos nominavi, cum *Aegidii Summis* conveniant, nescio, hoc solum scio, chartam ad *Everardi* et *Aegidii* libros adhibitam ex eadem officina sumtam esse.

*Bouchardi* liber[25]) ex 72 foliis in quaternionum formam complicatis constat, quorum nonum et sequentia numeros I—LXIIII habent, octo priora nullos. In adversa folii primi pagina est titulus libri: TITI GAII | INSTITUTIONUM IV- | *liiq; Pauli Sententiarum cum titulo- | rum omnium, indice in easdemq; | præfatione recẽs opus, quod ubi | introspexeris lector vigilãtissi | me haud te poenitebit quan- | tum fructus in eo decerpse | ris summa cum diligen- | tia excussum in lu- | cem foelici omi- | ne prodit. | AN. M. D. XXV. | Vaenũdatur apud insigne scuti Basilien | sis Parisijs via ad divum Iacobum.* | CUM PRIVILEGIO. | *) Titulum typotheta circumdedit duabus columnis inter se iunctis et aeri artificiose incisis. In aversa eiusdem folii pagina sequitur epistola *Bouchardi: Almaricus Bouchardus An | tonio Pratensi*[26]) *Gallia | rum Cancellario.* | *S.* | Scripta est *Ex Angeria pridie | octavo Calendas Apriles*[27]), quibus verbis in aversa folii quinti pagina versus XXIII. terminatur. Tum fol. VI. et VII. complet *Elenchus Rubricarum Utriusq; libri.* Octavum vacat. In foliorum, quae numeros habent, primo incipit *Titi Gaii Institutio | num Liber Primus.* Gaius terminatur fol. XI.; reliqua folia Paulum comprehendunt, praeterquam quod in aversa folii LXIIII. pagina post XV. versum Paulo haec subiuncta sunt[28]): „*Lectori.* | *Si quid usquam occurret tibi Lector, quod sto- | macho tuo non faciet satis, noli protinus typo- | graphũ, vel emẽdatorem prælo adscriptum im | peritiæ vel socordiæ damnare. Exemplaris uni | ci ad nos missi fidem ubiq; pene secuti sumus, nisi ubi | intoleranda quaedam videbantur a descriptore vel ad- | missa, vel omissa. An vero exemplar, quo usi sumus ab | Almarico Bochardo Santonum Praeside Doctissimo reco | gnitum fuerit, affirmare nõ possumus. In eo certe pau | cula quaedam mutavimus. In aliis veriti sumus a vetu- | stis codicibus dissentire. Vale, et boni con-*

*sidis Hollandie Selandie et Phrisie ad ma- | gnificum et celeberrimum virum dñm Ioãnem le Sauuaige | dominũ de Scaubeke equitem auratum eiusdem serenissimi | Principis Cancellariũ topicorũ seu de locis legalibus Liber.* | (Sequitur scutum *Martini.* Duo leones erecti ad pedem arboris unguibus tenent scutum, in quo picta est crux appositis literis *T. M.* et stella, infra in fascia scriptum est: *Theodoric' Martini.*) *Venundantur Lovanii in aedibus Theodorici Martini Alustensis e regiõe | scholae iuris civilis, qui exacte, et exquisitis characteribus excudit.* | Verba, quae disiunxi intervallo literarum, rubro colore picta sunt. Post titulum sunt quinque folia sine numeris, quae praefationem, *Epigramma Ioannis Munterii Gandaui in hanc locorum centuriam* et *Locorum legalium indicem* comprehendunt. Liber ipse complet CVIII folia; ei addita est in XIII foliis *Tabula*, quam conscripsit *Ioannes Munterius Gandavus.* In ultimo folio, quod itidem numerum non habet, exhibetur privilegium bibliopolae et scutum, ni fallor, Archiducis Austriae. In fine haec sunt: *Cum gratia et privilegio.* | *Theodoricus Martinus Alustẽsis Lovanii imprimebat sua cura, suaq; unius opera.* | *sed impensis, cum Henrico Eckert ab Humburch, communibus, Anno Millesimo* | *Quingentesimo decimo sexto a Natali Christiano, Mense Februario.* | Ultima pagina vacua est et libri forma ea, quae fol. min. dicitur. Bibliopega voluminis Bibliothecae Basileensis, in quo Summae *Aegidii* sunt, *Everardi* Topic. primo loco posuit. Comprehendit igitur idem volumen duos libros a *Martino* divulgatos. Inter eos interposita sunt *Topica | Claudii Cantiunculae Iuris | consulti, In Basileensi | Academia Legum | Professoris.* | *Ex Inclyta Basilea* et in f. libri: *Basileae, Apud | Andre | am Cartandrum, | Mense Iunio. An | no M.D.XX.* | 22) Hunc annum habet *Lambinet* l. c. p. 140.

23) l. c. p. 136—143. *Scheler* l. c. p. 230 sqq. 24) Martinum iam a. 1513 Lovanii fuisse, perspicitur ex Pauli Epistolarum exemplo a Martino impresso, quod vidi in Bibliotheca Senator. Lipsiens. cura *Naumanni*, viri humanissimi et bibliothecae illius custodis doctissimi. Titulus libri is est: *Epistolae Beati Pauli Apostoli — Veneunt Lovanii In Aedibus Theodorici Alostensis e regione scholae iuris civilis, ubi impressae sunt (XVII. Kal. Aug. MDXIII.).* Lovanii igitur, neque Antverpiae *Martinus* impressit libros, quos *e regione iuris civilis* divulgavit. 25) Cf. *Ger. Meerman* in praef. ad *Gaii Institutiones.* Thes. Tom. VII. p. 673. *Hugo*, *Civilistisches Magazin.* II. B. Berlin 1804. 8. p. 251—256. Eiusd. *Index Editionum* cit. p. 128—129 (qui post priorem illam *Hugonis* diss. apparuit), et *Lehrbuch* l. c. p. 221. *Haubold*, *Institutiones* l. c. p. 59. *) *Schulting* Bouchardi editionem non vidit: „*ipsam*, inquit, *editionem illam Parisiensem oculis usurpavi nunquam*“ l. c. p. IV. *Meermanus* quidem eam possedit, neque vero adhibuit in Novi Thesauri T. VII., ubi Paulum edidit. Ibi enim pag. II. praefat.: *Contextum*, inquit — *Pauli imprimi curavi iuxta — Schultingii editionem — etsi in eo non pauca corrigi potuissent ex Codicibus, quos vidi, MSS. — itemque ex Editione principe Alm. Bouchardi, Parisiis apud Petrum Vidoveum MDXXV. in 4°. excusa quam adservo, Cl. Schultingio invisa. Haec vero conferre hominis est otiosi, non autem publicis negotiis — distracti.* 26) *Du Prat.* 27) *Hugo*, *Lehrbuch* l. c. aut propter haec vv. aut propter diem, quo scripta est praefatio, librum a *Bouchardo* anno 1526 editum esse putat: — „*Gaius und Paulus gab Alm. Bochard* — 1525 (*eigentlich, da es im März war*, 1526) *zu Paris heraus*“; alio loco, *Civilist. Mag.* l. c. p. 251, scribit: „*dass selbst Schulting nicht einmal das Jahr genau anzugeben weiss.*“ *Schulting* enim in *Iurispr. Vet.* praef. pag. IV haec scribit: „*Caius ergo et Paulus primi in lucem emissi sunt ab Almarico Bouchardo et quidem Parisiis, biennio ante quam Sichardi editio Basileae prodiit.*“ *Schulting* secutus est *Cuiacium*, qui in ed. Pauli cit. p. 19 not. ad lib. I. tit. 15, §. 1: „*In Libro Lutetiae*, inquit, *edito, curante Almarico Bouchardo, duobus annis, antequam Basiliensem editionem Io. Sichardus procurasset*“ etc. Cf. etiam *Hugo*, *Index* cit. p. 134. Consentit igitur *Schulting* de anno cum *Hugone.* Sed quomodo ex mense Mart. annus 1526 colligi debeat, quum bis, et in titulo et in fine, scriptum sit 1525, non percipio. 28) Haec non omnino accurate descripta sunt apud *Hugonem* l. c. p. 255.

*sule.* (Est unius versus spatium.) *Petrus Vidoue̾us excudebat Luteti⁊. Impensis | Conradi Reschi. Anno D. M. XXV. | Calendas. Martias.*" | Charta splendida est[29]), literae quoque nitore excellunt, nec multum differunt ab iis, quae gothicae dicuntur. Prima quaeque singulorum librorum atque titulorum litera permagna est et floribus exornata, qualis solet esse in codicibus eleganter pictis. Verba *Interpretatio* sive *Imperatio* quadratis literis expressa sunt, similiter atque prima verba rubricarum, quae libros Gaii et Pauli antecedunt. Signaturae adsunt[30]), desunt custodes. Quomodo actum sit in edendo libro, apparet ex verbis typothetae, quae protuli. *Bouchardus* parum operae in eum impendit. Dedit apographum codicis, quem invenerat, typothetae, ut prelo excuteretur, ipse nihil addidit, nisi praefationem. Quum igitur typotheta exprimendo tantum apographo operam navaverit, factum est, ut orthographia, compendia remanserint et totus liber codicis descripti speciem prae se ferat, nisi quod typotheta puncta et commata hic et illic interposuit et pauca mutavit[31]). Neque in epistola ad *Antonium Pratensem Bouchardus* quidquam habet, quo diligentiam suam probet. Ibi enim inter lugubres querelas de depravato iuris, in Gallia potissimum, studio, de codice quidem loquitur, ex quo Gaium et Paulum sumserit et de divulgandis veteris iuris libris, neque vero de iis accurate. De huius libri editione: „*Ego autem*, inquit[32]), *dum in excutiendis nonnul- | lis antiquis officinis summo quondam studio, non minoreque impensa ela- | boratis nauarem operam, inciderunt in manus, Theodosij imperatoris le | ges non mutilae quidem aut mancae*[33]) *quales vulgo circumferuntur. aut sum- | matim truncatae sunt, sed integerrimae, copiosissimae, et consulum sub | quo latae sunt singulis sanctionibus imposito nomine, Nouellae Item divi Va | lentiniani, Augusti, Maioriani, et Severi, Codex Gregorianus et her- | mogenianus, Ex libris denique Iulij Pauli Sententiae receptae sunt, institu- | tionumque Titi Gaij liber unus, quem cum sententiis Pauli imprimendum | curavi, et tanquam πρόδρομους emisi in lucem*" etc. Demonstrant tantum haec verba, ut totius libri habitus, ex Breviarii Alariciani codice totam rem ductam esse[34]) et *Bouchardum* ad reliquas Breviarii partes edendas animum induxisse: *et tanquam πρόδρομους*, inquit, *emisi in lucem* Paulum et Gaium[35]). Quo codicum, qui supersunt, exemplo usus sit, subobscurum quidem est, neque vero omnino incertum, nam plura habeo, quibus dubitatio tolli potest, elenchum dico rubricarum, Gaii exordium[36]) et ambitum, formulas, quae singulis libris Pauli praefixae aut subiunctae sunt, errores denique librarii. Et in totius quidem libri elencho tituli a primo *de statu hominum* deinceps nominantur usque ad ultimum *de Meritis appellationibus*, sed qui Gaii sint, quive Pauli, non dicitur; deinde Gaii exordium hoc est[37]): *Titi Gaij Institutionum Liber Primus;* praeterea Gaius ex uno tantum libro aut, quum desit titulus *de Substitutionibus*, ex XVII titulis constat, neque ex duobus libris; formulae autem diversae sunt, veluti: *Incipit Primus Liber Iulij Pauli Sententiarum, Iulij Pauli receptarum Sententiarum Liber primus explicit* aut *Iulij Pauli Sententiarum ad filium Libri quinti finis.* Denique quod errores spectat, scriptum est nonnunquam *Imperatio*, ubi *Interpretationis* verbum ponendum erat, aut commutantur inter se sententiae et interpretationes, et coniunguntur sententiae cum antecedente interpretatione, a qua discernendae erant, ut mittam alios errores*). Iam vero illis rebus paene omnibus cum *Bouchardo* conveniunt duo codices, nimirum Regiae Bibliothecae Parisiensis 4405 sive 5 et Sorbonnensis 335 sive 9. Elenchus enim rubricarum eodem modo ibi scriptus est; deinde congruunt in exordio de Gaii nomine, neque plures, sed unum solum librum Gaii habent totidemque titulos atque *Bouchardus*, praeterea formularum nulla est differen-

29) Signum officinae formam amphorae habet. 30) *A II — B III* in prioribus octo foliis, in reliquis *a — q IIII.* 31) Errores typographicos detexi, v. g. *intepretatio*, *coparat* pro *comparat*, *admnistratio*, *singuili*, *bauleum*, *Fasia Caumea.* In folii XII., ubi Paulus incipit, superiore margine falso scriptum est *Liber Primus.* | *Titi Gaij Institutionum* etc. 32) In aversa folii III. pagina v. 7—16. 33) Vidit ergo alios codices Breviarii, in quibus verba legum deerant, aut fortasse intellexit Epitomen ab *Aegidio* editam. 34) Hoc apparet etiam ex primis praefationis verbis: *Scripta est in ueteribus commentariis Theodo | sij principis querela illa literarum omnium beneficio insignis. Qua non parum miratur in- | numeros homines iuris ciuilis cultu et com- | mendatione ditatos, oppido tamen paucos qui | syncerae doctrinae huius latices imbiberit, aut soliditatem artis ex puris fontibus haurire co | nentur.* Respicit Nov. de Theodosiani Codicis Auctoritate. 35) *Hugo*, *Lehrbuch* cit. p. 221, a Bouchardo, inquit, Gaium et Paulum editos esse *als Vorläufer eines vollständigen Theodosischen Codex.* Quo loco hoc dixerit *Bouchardus*, ignoro. Ex vv. *Theodosij — nomine* id colligi nequit, nam quae subiunxit de Novellis et de Codd. Gregoriano atque Hermogeniano, faciunt, ut totus ille locus de Breviarii, nec de ipsius Codicis Theodosiani editione intelligendus sit. Num Codicem Theodosianum a Visigothis truncatum pro vero Theodosiano Codice acceperit, ex verbis eius non satis apparet. Vid. not. 33 antec. 36) Vid. Gaii init. not. *a.* 37) Cf. *Caii Institutionum Sive Potius Epitomes Institutionum Libri II — Ex Recensione Ant. Schultingii Cum Animadversionibus Criticis Ger. Meermani — Lipsiae* 1792. 8. (Praef. *Ger. Meermani* p. 4 sq. et eiusd. *Thesaur.* l. c. p. 675 sq.). *) Veluti *Constantinopoli* pro *Constantino Praefecto*, *Praeposito* pro *Ppō*, *Publio* sive *Publium* pro *Pū* sive *PM*, *et cetera* sive *ceteris* pro *et C* sive *et Caes*, *Donato* pro *DD. NN.* etc.

tia, denique Bouchardianae editionis errores paucis exceptis inveniuntur in illis quoque codicibus**). Ex alterutro igitur codice videtur *Bouchardus* rem suam duxisse; at vero, si quaeritur, ex Regio Parisiensi duxerit an ex Sorbonnensi, ex Sorbonnensi, non dubito, quin duxerit. Habet enim Sorbonnensis diversas scripturas et lacunas***), quae sunt in *Bouchardi* editione, neque vero in Parisiensi codice. Praeterea recens apographum est codicis Parisiensis; ex apographo autem alicuius codicis Gaium et Paulum editos esse typotheta affirmat[38]).

*Sichardi* liber[39]) comprehendit 184 folia forma maxima, quorum priora sex, quae numeris carent, titulus, praefatio et titulorum index complent, fol. 1 — 167 Breviarium Alarici, 168 et 169 Volusii Metiani distributio, 170 — 173ᵃ Iulius Frontinus, 173ᵃ — 177 Aggeni Urbici In Iulium Frontinum Commentarius, folii 178 adversam paginam scripturae et emendationes Breviario a *Sichardo* additae[40]). Aversa eiusdem folii pagina vacat. In fronte libri haec sunt: „CODICIS THEO | DOSIANI LI | BRI XVI. | QUIBUS SUNT IPSORUM PRIN | CIPUM AUTORITATE ADIE | CTAE NOVELLAE. | *Theodosij.* | *Valentiniani.* | *Martiani.* | *Maioriani.* | *Seueri.* | *Caij Institutionum lib. II.* | *Iulij Pauli Receptarum sententiarum lib. V.* | *Gregoriani Codicis lib. V.* | *Hermogeniani lib. I.* | *Papiniani Tit. I.* | HIIS NOS ADIECIMUS EX VE | *tustissimis Bibliothecis, eò quod ad ius civile pertinerent, et al* | *terius etiam responsa passim in Pandectis legerentur,* | *L. Volusij Metiani lib. de Asse.* | *Iulij Frontini lib. de Controuersijs limitum,* | *cum Aggeni Vrbici Commentarijs.* | EXCUDEBAT BASILEAE HEN | RICUS PETRUS, MENSE | MARTIO, ANNO | M. D. XXVIII. | *Cum gratia et privilegio Caesareo.*“ | In aversa pagina nihil est. Praefatione, quae sequitur, librum dedicat SERENISSIMO | FERDINANDO, HUNGARIAE, | BOHEMIAE, DALMATIAE, CROATIAE | *etc. Regi, huius nominis primo, Infanti Hispaniae, Archiduci* | *Austriae, Duci Burgundiae, Styriae. Principi optimo,* | *atque potentissimo, Io. Sichardus.* Scripta est praefatio *Basileae*, *Mense Martio* e. a.[41]). Tum sequitur ab adversae folii quarti paginae versu XVIIII. Titulorum Index totius libri binis columnis in quaque pagina. Ei in aversa folii sexti pagina subiuncti sunt *Codicis Theodosiani Lib* | *Primi Tituli.* Haec folia sine numeris esse, supra dixi. Libri, ex quibus Breviarium constat, ita distributi sunt: Fol. 1 Novella de Theodosiani Codicis Auctoritate; fol. 2—84 Codex Theodosianus; fol. 85—94ᵃ Novellae Theodosii; fol. 94ᵇ—109 Novellae Valentiniani; fol. 110—115ᵃ Novellae Martiani; fol. 115ᵇ—119 Novellae Maioriani; fol. 120 Novella Severi; fol. 121—129ᵃ Gaius; fol. 129ᵇ—163 Paulus; fol. 164—167ᵃ Codex Gregorianus; fol. 167ᵃ—167ᵇ Codex Hermogenianus; fol. 167ᵇ Papiniani titulus. Singulis libris index titulorum praemissus est. In extremo totius libri folio haec leguntur: „*Cum iam supremā operi manū essemus imposituri, Humaniss. lector,* | *commodū ad nos est aliud exemplar è bibliotheca Augustensi opera Si* | *gismundi Ilsungi allatū, ad quod cū priores tres terniones, quos benefi* | *cio Ioan. Cochlaei humanissimi viri è bibliotheca Mogontinēsi obtinu* | *eramus, contulissemus, deprehendimus quaedā non indigna notatu. Ea, ne vel ulla*

**) Cf. Gai. II, 3, 6 not. *s*; II, 7, 6 not. *m*; Paul. I, 5, 2 not. *e*; I, 7, 6 not. *l*; I, 8, 1 not. *c*; I, 13, 10 not. *r*; I, 15, 1 not. *e* et 2 not. *f*; I, 19, 2 not. *d*; II, 15 not. *a*; II, 25, 2 not. *c*; IV, 1, 5 not. *i*; IV, 8, 7 not. *l*; V, 17, 3 not. *e*; V, 35, 2 not. *h* et 5 not. *n*, al. ***) Gai. I, 4, 3 not. *i* et 9 not. *q*; Paul. I, 2, 1 not. *a*; I, 3, 2 not. *d*; I, 9, 3 not. *f*; I, 12, 5 not. *f*; II, 18, 8 not. *m*; II, 25, 5 not. *g*; II, 27, 3 not. *e*; II, 32, 9 not. *h* et 28 not. *h*; III, 2, 4 not. *e*; III, 6, 15 not. *g*; V, 12, 2 not. *d*; V, 18, 2 not. *e*; V, 35, 4 not. *l*; V, 38, 1 not. *d* et 2 not. *e*, al. 38) *Exemplaris unici - fidem - secuti sumus, nisi ubi intoleranda quaedam videbantur a descriptore vel admissa vel omissa. An vero exemplar ab Almarico Bouchardo — recognitum fuerit, affirmare non possumus.* *Stieberus* quidem l. c. p. CIV, n. 11 Sorbonnensi codice usum esse *Bouchardum* negat. *Tamen*, inquit, *hic vix tam antiquus est, quam quo Bouchardus uti potuerit.* Quum saeculi XVI. sit codex, *Bouchardus* autem 1525 librum suum divulgaverit, cur id fieri non potuerit, non video. Vide supr. p. XLVIII. Bouchardo non ea, qua debebat fieri, diligentia usi sunt recentiores Pauli editores, neque accuratius egit *Meerman* in *Animadversionibus Criticis ad Gaium.* Liber perrarus est; usus sum exemplo, quod *Carolus de Savigny* possidet. 39) Cf. *Tilius* in praef. C. Theod. p. 1. *Cuiacius* in ed. Pauli l. c. p. IV., ad I, 17, 1; II, 20, 1 et in praef. C. Theod. ann. 1566 p. II. *Gothofredus*, *Proleg. C. Th. ed. Ritt.* p. CCXXIV. *Schulting* l. c. Sed hi obiter tantum Sichardi librum commemorant. Ex Schult. hauserunt *Brunnquell*, *Hoffmann*, alii. *Hugo*, *Index* l. c. p. 130—133. *Haubold*, *Institutiones* cit. p. 226 not. *f* et p. 81. *Savigny* l. c. T. II. p. 62 (I. ed.); p. 64 (ed. II.). *Haenel*, *Praefatio C. Theodos.* p. XI sqq., p. XXVI sq. 40) Hic et illic numeri foliorum et paginarum falsi sunt, ex quatuor enim foliis, quae 104 sequuntur, octo paginae (105—112) factae sunt et ex duobus, quae 116 sequuntur, quatuor paginae (117—120), quibus reductis ad folia, sex numeri a numero 120 deducendi sunt. Positi sunt num. 104 et 105, ubi 114 et 115 ponendi et 57 pro 87, 103 pro 102, 147 pro 174. Fol. 147, 168 numeri des. in meo exemplo. Ubi nullae sunt interpretationes, singulae paginae habent 39 versus, plures, ubi interpretationes sunt, pauciores, si novus titulus incipit. 41) Alucinari nonnunquam bonum Sichardum in praefatione, iam alii viderunt: inter alia haec dicit: „*Theodosii — exemplū, eius dico cuius nunc nos Codicē sub tui no* | *minis auspicio ꝓferimus veluti ex orco, Sereniss. Rex, non possum nō probare, qui* | *alia via ingressus gregarios quosdā iuris civilis autores in ordinē coēgit, nonnullorū* | *autē dignitatē pretiūꝗ suspiciendū in sublimi constituit: omniū tamen scriptis nihilo* | *minus in medio relictis — Quae — Caij, Pauli, Grego* | *riani, Hermogeniani adiecimus, ea coniunctim quoꝗ in omnibus, quos in hunc diē* | *vidimus codicib. legebanī, quae sunt haud dubie a Theodosio in unū cumulū cōge* | *sta hoc animo, ut esset quasi promptuariū, unde Praefecti iudiciorū, si res postularet* | *haurirēt, quae in quavis causa ad dirimēdas lites adferrent momentū. Maluit em̄ pu* | *dentissimus Princeps aliena legi, quam hijs loco motis sua substitui. — Quas* (interpretationes) *nō possumus equidē alias nobis in animū inducere, quàm* | *Principū autoritate loco paratitlorū adiectas fuisse, quorū in edicto suo Iustinianus* | *quoꝗ meminit.*“

*parte nos cessasse volentes criminari queas, adiecimus. Caete | ra vero emendatiora paulo ex Argentoratensi et Morpacensi biblio | thecis mutuati sumus. Vale.*" Sequitur diversa scriptura, eam haec vv.: „*Caetera sunt emendatiora.. Excudebat*" etc. (ut supra). Literae formosae sunt. et chartae venustae. Prima quaeque singulorum librorum vel titulorum litera maxima est et nitidis floribus aliisque ornamentis circumdata. Maioribus etiam literis distinctae sunt rubricae librorum titulorumque et inscriptiones in superiore margine paginarum. Custodes et signaturae*) adsunt. Menda codicis[42]), compendia et reliqui modi scribendi maximam partem manserunt. Lacunas[43]) *Sichardus* non solum diligenter indicavit, verum etiam in margine saepe explevit. Eodem loco, quae emendaret[44]), proposuit, aut breves glossas[45]) et diversas diversorum, quos inspexerat, codicum scripturas exhibuit et nonnunquam iuris locos[46]) nominavit atque codices[47]). Subducto Commonitorio et nonnullis libri XVI. Codicis Theodosiani locis, qui desunt, Breviarium integrum edidit, constitutiones igitur, Novellas, sententias earumque interpretationes; quid? quod hic et illic aliquid habet, quod abest a plerisque codicibus, veluti interpretationem c. 1 et 2 C. Th. de Dilationibus (II, 7) et c. 1 C. Th. de Incestis nupt. (III, 12), c. 3 C. Th. de Religione (XVI, 5), titulum Legis Romanae Burgundionum de Homicidio Voluntario post interpretationem Novellae Valentiniani de Homicidiis. Codicem suum secutus transposuit Novellam de Theodosiani Codicis Auctoritate ex Theodosii Novellis, quarum prima esse solet, ante Theodosianum Codicem, Sententias autem Pauli v. *Alia* distinxit. Quibus codicibus usus sit, dixi supra p. LXXXVIII[48]). Horum codicum Argentoratensem ipse invenerat anno 1527[49]); Moguntinensem accepit a *Io. Cochlaeo*[50]); copiam vero Morpacensis ei fecit *Bonifacius Amorbachius*[51]), pariter atque codicis Augustensis notitiam non suo, sed *Sigismundi Ilsungi* studio habuit[52]). Morpacensis apographum quarta Basileensis codicis parte continetur[53]). Augustensis ubi nunc sit, ignoratur, sed Argentoratensis Bernae, Moguntinensis Gothae hoc tempore asservatur. Argentoratensem enim, ex quo *Sichardus*, quia legum sententiae et inscriptiones desunt, subscriptionum et interpretationum diversas scripturas in margine libri sui notavit, iam Bernensem esse, scripturarum illarum in plerisque locis convenientia cum Bernensi codice probat[54]). Gothanus autem olim Moguntiae fuit[55]). Iam vero prima Basileensis codicis pars,

*) In foliis prioribus, quae numeros non habent, hae sunt: *α* 2—4; in reliquis *a*, *a* 2, *a* 3 etc. — *Z* 3 et *A. A* 2, *A* 3 — *D. D* 2, *E*, *E* 2, *F* — *G. G* 2, *H*—*X* 4 et sequuntur fol. 177, 178. Officinae, ex qua provenerit charta, tria signa vidi, neque vero ea in meo exemplo potui distinguere. 42) Mendorum tanta copia est, ut facile quisque ea inveniat; id solum h. l. dicam, titulorum numeros nonnunquam falsos esse aut omitti. Cf. inter al. C. Th. lib. I. et XVI. 43) Vid. fol. 5, 32, 36, $42^b$, $60^b$, $66^b$, 82, 88, $92^b$, 93; 94, $98^b$, $101^b$, al. 44) Vid. fol. 6, 7, 11, 15, 17, 19, $41^b$, 89, $110^b$, 160, al. 45) Cf. int. al. fol. $2^b$, $3^b$, 14, $34^b$, $64^b$, $85^b$, 86, 57 (87), $88^b$, 89, 91, $95^b$, 96, 98, $99^b$, $104^b$, $113^b$, 114, $116^b$, 117, 122—129, $154^b$, al. 46) Vid. fol. $88^b$. 47) Vid. fol. 8, $11^b$, 16, 19, 32, 33, 51, 55, 84, 132, 137, 138, 140, 141, 149, $153^b$. 48) *Melchior Adam* dicitur in vita Sichardi (Vitae Germanorum Iurisconsultorum. Francof. ad M. 1706. fol.) nuntiasse, C. Theodosianum a Sichardo ex codice Ferdinandi ducis Austriae editum esse, quod falsum est: „*A Ferdinando*, inquit Adam, *tum Archiduce Austriae diploma impetravit* (Sichardus) *ad omnes ecclesiarum suae ditionis bibliothecas perscrutandas — Incidit tum fortè in Codicem Theodosianum, à multis iam saeculis desideratum. Itaque eum primus edidit et Ferdinando, ut se gratum declararet, inscripsit.*" (*Io. Lomeier*) *de Bibliothecis. Accessio Altera Collectioni Maderianae adiuncta a I. A. S. D. Helmstadii* 1705. 4. p. 166 Adami verba repetit, nonnullis omm. 49) *Quē cum supe | riore anno sacris tuis diplomatis fretus, è situ, ut pleraq; alia, primū eruissem Argēto | rati, eūq; beneficio amicorū facile obtinuissem, lectus per ociū tantū edēdi sui deside | riū incussit, ut nulla re interim maiorē me apud nostrae aetatis eruditos gratiā initurum | conſiderē, nisi ut editionē toto, ut sic dixerim, pectore urgerē. Sed voluntati huic sic | publicis studijs gratificari aestuanti, repugnabat liber ita scriptus, ut praeter mendas, | q̄bus planè scatebat, id tamē q̄d' est in vetustis solenne, maximā iusto libro deprehen | deremus deesse partē, atq; id nec obscure ex Datis, quae cum titulorū essent vice satis | accurate apposita, legibus omissis scriptor in Interpretationes solas incubuerat, q̄ppe | clariores aliquāto.* Epistola Sichardi ad Ferdinandum. 50) l. c. *Effecit haec incōmoditas, ut de ablegādo rursum libro cogitarē: Cō | modū vero dum sic animi pendeo, è Mogontia ad me exēplar aliud Io. Cochlaeus, ne | quidē praemonitus misit.* In ultima pag. 178 dicit: *ad quod cū priores tres terniones, quos beneficio Ioan. Cochlaei humanissimi viri è bibliotheca Mogontinēsi obtinueramus, contulissemus* etc. Hoc loco nonnullos terniones, supra totum codicem se a Cochlaeo accepisse memorat. Discrepantiam ita explico, ut primum apographum illorum foliorum acceperit, deinde totum codicem. 51) *Paulo post facta est et copia Morpacensis, beneficio Bonifacij Amorbachij — et q̄d' vel solū poterat ad hoc quod agerē satis videri, nisi duobus primis libris mutilū, fine quoq; caruisset.* Sich. in praef. l. c. 52) Cf. supr. et omnino de *Sichardi* codd. doctissimus *Stieber* l. c. p. CXL sq. 53) Initio enim mutilus est et in fine. Cf. *Haenel*, *Varietas scripturae ex Pauli a Visigothis epitomati codicibus collecta* etc. Bonn. 1834. 8. p. 71 et infra ad Paul. lib. V. tit. 20 §. 2, ubi codici Basil. haec adscripta esse dixi: „*Collatū cum argentinens. | Hactenus Morbacen | se, quod deinceps mutilum et mancū*" | et paulo post: „*Reliqua ex ar | gentinens. Notae in Marg. sunt | exemp. Moguntin.*" Vid. etiam supr. p. XLVII. 54) Vid. *Haenel.* ad C. Th. IV, 14, 1, not. *d*, *e*; IV, 16, 2, not. *t*; IV, 21, 1, not. *l*; IV, 22, 1, not. *k*, *n*; I, 1, 2, not. *v*; IV, 22, 2, not. *c*; III, 30, 5, not. *r*; V, 1, 6, not. *e*; III, 1, 4, not. *r*; c. 3 eod., not. *m*; c. 6 eod., not. *v*; c. 7 eod., not. *v*; III, 2, 1, not. *b*; III, 4, 1, not. *n*; I, 19, 2, not. *y*; I, 20, 1, not. *m*; I, 21, 2, not. *v*; II, 9, 3, not. *g*; II, 10, 4, not. *z*; II, 1, 11, not. *x*; V, 1, 1, not. *n* et not. *t*; c. 2 eod., not. *m*; c. 3 eod., not. *v*; c. 4 eod., not. *c*; c. 7 eod., not. *n*; V, 8, 1, not. *y*; V, 11, 1, not. *x*, *y*; II, 4, 4, not. *q*; III, 10, 1, not. *l*; III, 8, 1, not. *b*; III, 12, 1, not. sup.; II, 7, not. sup.; III, 13, 2, not. *t*; III, 17, 2, not. *m*; c. 4 eod., not. *i*; IV, 10, 1, not. *g*; V, 3, 1, not. *k*; VIII, 2, 5, not. *v*, *q*; VIII, 12, 1, not. *m*, *o*; VIII, 15, 2, not. *q* (hic locus maxime memorabilis est); IX, 1, 9, not. *g*; c. 14 eod., not. *a*; IX, 7, 2, not. *c*; IX, 11, 1, not. *v*, *a*; IX, 34, 9, not. *b*; IX, 37, 4, not. *r*, *s* et centum alios locos. Postrema etiam pars Breviarii post §. 2 Pauli cit. cum Bernensi codice convenit, nisi quando Moguntin. codex corrigendi causa adhibitus est. Cf. etiam *Hufeland*, *vorläufige Nachricht von den juristischen Schätzen der Wirzburger Universitätsbibliothek.* Bamberg und Wirzburg 1805. 8. p. 96 sqq. Nonnunquam in margine ex Codice Iustiniani diversa scriptura

quae *Cochlaei* apographum ex Moguntinensi codice depromtum continet, et Gothanus codex mirum quantum inter se concordant et congruunt; quare dubitari nequit, quin Moguntinensis codex idem sit, qui nunc Gothanus est. Eo usus est *Sichardus* in reliquis etiam libris, ut diversas scripturas adnotaret, Morpacensi, ut Breviarium ipsum divulgaret, praeterquam si quid ex Iustiniani Codice hausit aut emendavit[56]). Rem ita habere, perspicitur ex ultimis codicis Basileensis verbis, quae infra exhibui*), maxime vero ex Novellis. Nam lacunae Novellarum eaedem sunt apud *Sichardum* atque in Basileensi libro, et titulus II. Legis Romanae Burgundionum de Homicidio Voluntario, quem *Sichardus* interpretationi tit. III. Novellarum Valentiniani de Homicidiis subiecit, altera quasi tituli interpretatio esset, in solo Morpacensis codicis exemplo Basileensi superest, et eodem quidem plane loco iisdemque verbis.

Quae hactenus commemoratae sunt Breviarii editiones, rarae sunt, partim rarissimae; crebra contra Epitomes exempla, quam primus divulgavit *Paulus Canciani*[57]). Ei hunc titulum praefixit: *Codex* | *Legis Romanae* | *Barbaris Regnantibus Observatae* | *Facile In Italia.* | *Ex Archivio Metropolitanae Ecclesiae Utinensis.* | Titulum sequitur *In Codicem* | *Legis Romanae* | *Monitum Collectoris* |, monitum tabula aeri incisa et codicis, quo usus est *Canciani*, imaginem explicans[58]), quae res octo paginas complent, nisi quod aversae tituli paginae nihil impressum est. Pag. 469—510 comprehenditur *Lex Romana* usque ad §. 6 tit. de Nuptiis Pauli Sent. (II, 20)[59]). Compendia, sigla codicis plerumque omissa sunt, qua negligentia non dubito, quin errores in librum irrepserint, praesertim quum orthographia mutata sit. Notae, legem explicantes codicisque scriptionem emendantes, in infima margine hic et illic positae sunt. Charta vilis est, neque literarum forma insignis. Custodes, qui dicuntur et signaturae adsunt. Singulis libris antecedunt *Capitula Libri*, quae *Canciani*, ut nonnulla, quae de institutione huius Epitomes dixi, videtur ex codice in librum suum transtulisse. In *Monito*, quod barbaro sermone scriptum est, explicatur, quis et cuius regionis homo Breviarium in compendium contraxerit, quid recte fecerit, quid peccaverit, quae denique causa contrahendi Breviarii fuerit. Praeterea commemoratur, ex quo codice liber divulgatus sit et quis operam *Cancianio* navaverit. Codex fuit *Archivii Metropolitanae Ecclesiae Utinensis*[60]). Commodatus est *Cancianio* gratia *Comitis Hieronymi Asquini*, qui non solum *Cancianio* nuntiavit eum et a *Nobilissimis Praelatis Metropolitanae Ecclesiae Utinensis Archivio Praefectis*[61]) impetravit, ut describeretur, verum etiam apographum cum codice diligenter contulit. In Germania Epitomen *Cancianii* *Ferdinandus Walter*[62]) accurate[63]) quidem, sed sine Monito editoris, typis describi curavit, neque vero quicquam addidit aut mutavit aut emendavit.

notata est. Cf. *Haenel* ad C. Th. IX, 40, 13, not. *y*. 55) Inscriptum est in primo folio codicis Gothani: *Iste liber pertinet ad librariam S. Martini ecclesiae Moguntinensis M. Sindicus sp* 1479. Siglum *sp*, cuius lineae multiplici modo contortae sunt, hic exprimere nequeo. Puto esse pro *scripsi*. Verba *S. Martini ecclesiae Moguntinensis* radendo fere deleta sunt. Eadem vero verba ab eadem manu inscripta sunt aliis Gothanae bibliothecae libris mss., veluti 58 membr. form. mai., qui Augustinum de Civitate Dei continet.

56) Cf. *Haenel* ad C. Th. III, 2, 1, not. *d;* V, 5, 2, not. *z, c;* IX, 15, 1, not. *u, v, c;* IX, 18, 1, not. *h;* IX, 19, 4, not. *r;* IX, 36, 2, not. *k, m*, al. *) Vid. not. 53. 57) *Barbarorum Leges Antiquae.* Venetiis 1789. fol. Vol. IV. p. 461—510. 58) In ea sunt tria specimina: a) Ex Iuliani Epit. Novell. const. LXXII. (ed. Pith. LXXI.), c. 256 (ed. Pith. 257); b) Schol. ad const. XV. c. 52 eiusd. Epit.; c) Princ. Legis Romanae usque ad V. tit. Indicis titulorum: *De Officio Praefectorum Praetorio.* *Savigny* l. c. T. I. p. 363 not. 229 (ed. I.) et p. 426 not. *a* (ed. II.) Iulianum quoque in brevem librum contractum esse putat, quod nego propter numerum constitutionis et capituli in specimine illo prolat. superstitem. 59) In singulis paginis per duas columnas distributa est. 60) Vid. supr. descriptionem codicis 65. 61) Cf. *Cancianii Monitum* cit. ult. pag. 62) Vid. supr. not. 2 h. cap. 63) Nonnunquam errores inveni, veluti in Paul. II, 1, 1: *persona* (*personas*), in C. Th. II, 15, 2 (p. 698) om. est *aut per scripta* post *homo* etc.

Haec videbantur dicenda esse de compositione et historia, de codicibus et editionibus Breviarii; superest, ut breviter exponam, qua ratione id edere instituerim. Et primum quidem id maxime studui, ut forma ipsius habitusque compendiorum, in quae contractum est, in singulis quibusque locis uno quasi conspectu perciperetur, quod quomodo faciendum esset, animo mecum diu volutavi. Verebar enim, ne, si *Caroli de Savigny*[64]) consilium[65]) sequerer, liber ultra modum cresceret, praesertim quum particula eius, quam anno 1838 experiundi causa edideram[66]), in duabus plagulis et dimidia exile tantum fragmentum totius Legis complecteretur. Contra nolebam Legem Visigothorum et compendia, quae dixi, ita disiungere, ut illam primo loco ederem, post eam haec. Quis enim unquam ea seorsum legerit? aut singulos singulorum locos cum Lege contulerit, ut, in quam formam redacta sint, cognosceret? Et si quis faceret, profecto multi et molesti laboris rem in se susciperet, ne dicam, oleum et operam perderet, quum nunquam eo perveniret, ut, quae fuerint libri fata et vicissitudines, discere aut certo demonstrare posset. Tandem igitur perstiti in *Savignii* consilio, sed omni modo curavi, ut libri ambitus intra iustos fines revocaretur[67]), quod ita mihi successit, ut tota Lex LVII foliis absoluta sit. Primum igitur in aversa cuiusque folii pagina Legem Romanam ipsam continua serie scripsi, ut appareret, esse eam totius libri quasi fundamentum. Ad interpretationem autem, ut discerneretur a legibus et sententiis, quibus subiecta est, literas inclinatas adhibui. Quare maiorem paginae partem, immo nonnunquam totam paginam Lex Romana explet, prout Epitomis maius vel minus spatium relinquendum erat. Tum Epitomas typis minoribus expressas ad latus Legis sive Breviarii, partim, si propter spatium quidem opus erat, in eadem pagina, partim in adversa proximi folii posui lineisque inclusi et in summa paginarum margine, quae sint, rubricis dixi. Curandum autem erat, ut, quo pertinerent, intelligeretur: singulos igitur quosque locos ita disposui, ut essent e regione legis sive interpretationis, ex qua ducti sunt. Evenit quidem hoc modo, ut in omnibus fere Epitomarum paginis spatia sint literis vacua, verum, quum ex ipso Breviario, quomodo singuli loci inter se cohaereant, per se pateat, non vereor, ne quis offendat in his intervallis. Potius apta sunt ad cognoscendum, quid omissum, quid additum sit. Verum ut ad Breviarium ipsum regrediar, partes eius ad eum modum divulgavi, quo in codicibus scriptae sunt; ergo primo loco Commonitorium sive Auctoritatem Alarici, deinde Indicem titulorum[68]) cum Explanatione, tum Codicem Theodosianum reliquosque libros secundum ordinem, quo supra enumerati sunt, denique Appendices.

Neque vero hoc satis erat fecisse, nam ut Breviarium integrum restitueretur, opus erat removere, quicquid post *Sichardum Cuiacius* et alii ex veteris iuris Romani libris aut ex appendicibus codicum inculcaverant. Placuit quidem nonnullis viris, quibuscum consilium meum communicavi, ut haec supplementa retinerem ac diversa literarum forma discernerem. Sed quamquam virorum illorum iudicium magni facio, tamen hac in re eis obtemperare non potui. Etenim vix appareret Breviarium inter magnum cumulum librorum titulorumque adiectorum, neque ea erat officii mei ratio, ut demonstrarem conditionem librorum, ex quibus Breviarium haustum sit, sed quid compositores eius ex illis sumserint. De iuris igitur Anteiustiniani editoribus non usus sum nisi *Bouchardo*, *Sichardo* et *Tilio*, quippe qui soli Breviarium nullis rebus interpositis vel totum vel partes eius divulgaverint[69]). Difficilius erat statuere, qui locus tribuendus esset illis legibus atque titulis, quos in paucis tantum codicibus inveniri dixi; ambiguum enim erat mihi, essentne retinendi eodem loco, ubi in codicibus sunt, an ab eo removendi atque in notas coniiciendi. Denique postquam multum, quid faciendum esset, animo mecum reputavi, illud praetuli, quia mihi proposueram, ut ubique codices, quan-

64) *Savigny* l. c. T. II. p. 63 sq. (ed. I.) et p. 64 sq. (ed. II.). 65) Quod *Wenckio* probatur in *Ephemeridibus Literariis Lipsiensibus*. 1836. n. 136. p. 1083. 66) *Legis Romanae Visigothorum Particula cum codd. Monacens. et Phillipps. imagine lapide expressa.* Lipsiae 1838. 4. 67) Ne fallerer opinione, alteram particulam diversis et compressis literis a typotheta sumtibus meis exscribendam curavi: quo facto subductoque calculo de *Sichardi* libro, cognovi, quot folia expletura esset tota Lex. 68) Scio quidem, in nonnullis codicibus et in Sichardi editione ad singulum quemque librum indicem adscriptum esse, sed hoc arbitrio librariorum factum est et repugnat vetustissimis codicibus. In Epitomis tantum, sicubi titulos in principio librorum habent, nihil mutavi, ne quid formae earum detraheretur. 69) Vid. pag. XCIX.

tum in me esset, repraesentarem; iam vero ibi inter medias Breviarii leges omnes illi loci interpositi sunt. Neque vero neglexi incertam eorum originem demonstrare, nam numeros iis praepositos inclusi uncis et propterea subsequentibus titulis sive legibus, si quae plures eiusdem tituli sunt, duplices numeros apposui, alterumque, nimirum eum, qui accessit, uncis similiter inclusi, ut nemo, quid adiectum sit, ignoret, praesertim quum pauci tantum loci interiecti sint. In Gaii quoque Epitome inde a titulo De Rebus eodem modo procedendum erat[70]. Quod singulae constitutiones et sententiae Pauli Gaiique numeris discretae sunt, id quidem codicibus Breviarii adversatur, tamen necesse erat facere, ut qui libro uterentur, eas nominare possent, neque omnino absonos esse a veteribus codicibus hos legum numeros, nonnulli codices docent, veluti Reg. Par. Suppl. Lat. 215, Guelpherbytanus, Lugdunensis. E diverso omisi annos constitutionibus in recentibus Theodosiani reliquorumque Codicum et Novellarum editionibus subiunctos, quum nullius utilitatis sint in Breviario et ex Codicibus illis series chronologica constitutionum discenda sit. Textum, qui dicitur, Breviarii sumsi ex recentissimis Codicum, Gaii et Pauli editionibus, nihilque mutavi, nisi quod Alarici prudentes consilio visi sunt mutasse[71]. Inscriptiones et subscriptiones constitutionum integras reposui, quamquam plerumque in codicibus corrupte scriptae sunt. Quod quidem librariorum accidisse socordia, perspicitur ex magna cura, quam Alarici prudentes in conservandas inscriptiones impenderunt; nam sicubi in Codice Theodosiano *Id. A.* scriptum erat, quia eiusdem imperatoris lex antecedebat, prudentes illi ipsius nomen reposuerunt. Iidem formulas, quibus veteres scriptores libros suos soliti sunt ordiri aut terminare, adhibuerunt in eundem finem. Eas postero tempore librarii, prout libuit, in alias converterunt, et interdum anceps erat diiudicare, quae formula illorum, quae horum inventum esset. Sed mox perspexi, vetustissimos libros manu scriptos in Codice Theodosiano formulas continere, quae cum antiquis eius exemplis convenirent. Hos igitur secutus sum.

Sed quoniam de libro ipso, quomodo eum componere instituerim, disserui, non possum quin de annotatione et de Epitomis quoque eius, quam brevissime res patitur, exponam. In annotatione, ut parcerem spatio, codices numeris, quorum significationem in Signorum Explicatione interpretatus sum, expressi atque exposui, quicquid librarii omiserint vel novaverint, nam non solum Pauli potissimum atque Gaii sententias omissas esse, verum etiam permultas constitutionum inscriptiones atque subscriptiones, ex quo diversae codicum classes ortae sint, supra commemoravi*). Quare accurate et eodem quidem ordine, quo in capite III. hac de re disputatum est, in constitutionum libris ad unamquamque legem explicavi, primum, in quibus codicibus integra sit, tum in quibus mutila et si mutila, quid desit, utrum solus textus an etiam inscriptio aut subscriptio, aut num lex cum interpretatione conflata sit, quod in Pauli quoque Sententiis nonnunquam opus erat explanare. Similiter exposui, quae leges in codicibus de loco in locum translatae sint. Deinde ut manifestum sit, quotam partem veterum iuris librorum compositores Breviarii elegerint et ex quot titulis libri, tituli vero ex quot constitutionibus ibi constiterint, quotusquisque titulus, quota quaeque lex olim fuerit, demonstravi et ubi incertum erat, quem locum in veteribus illis libris habuerit, interrogandi signum apposui. Praeterea ibidem consignavi omnes leges, quas interpres vel mea vel aliorum virorum sententia mutavit, emendavit, auxit aut falso intellexit. Denique eos quoque libros sive formularum iuris auctores commemoravi, qui ex Breviario prioribus sex saeculis, postquam promulgatum est, hunc et illum locum sumserunt, et vel recentiorum sententias, sicubi utile erat, narravi aut, ubi inveniantur, indicavi. Multas igitur res annotatione comprehendi apparet et providendum erat, ne modum eius excederent, quapropter scripturae diversitatem ex codicibus addere omisi, praesertim quum maximam partem ex erroribus librariorum orta sit atque in recentissimis Codicum et Pauli editionibus a me collecta.

Quod ad Epitomas attinet, omnes eo ordine a me positae sunt, quem patria et aetas earum videbatur flagitare. Primo igitur loco collocavi in Gallia scriptas, tum S. Galli Epitomen, quae, quamquam e regione a Francis subacta originem ducit, tamen extra Galliam scripta est. Ex illis *Aegidii* Epitome reliquas antecedere debebat, quia omnium

70) Supplementa quoque nonnullarum constitutionum uncis inclusi. 71) Vid. not. * post 26 Capit. I. supr. pag. IX. *) Vid. pag. XIII, XL et pag. LIX.

antiquissima est. Eam ob parem causam subsequuntur codicis Reg. Paris. Suppl. Latin. 215 codicisque Guelpherbytani Epitomae. Quae proximo post eas loco ponenda esset, utrum monachi Epitome an Lugdunensis, aliquando dubius eram, usque dum ex toto habitu perspiciebam, Lugdunensem illa antiquiorem esse et post Guelpherbytanam exhibendam. Seldeniani codicis Epitome, ut recentissima, ultima est. Orthographiam, compendia verborum, signa interpungendi ad nostrae aetatis modum scribendi revocavi, quum qui Epitomas illas scripserint, raro ab ipsius Breviarii sermone discesserint. Guelpherbytanam tantum et S. Galli Epitomen, quarum auctores diversa ratione egerunt, alio modo divulgavi. Notas multis rebus implere inutile erat, quamquam Aegidiani libri multi codices sunt, monachi tres, totidem eius, quem *Canciani* edidit. Verum hic quoque pleraeque scripturae diversitates errores sunt librariorum, quare principales tantum diversitates poteram enotare et narrare, quid omissum esset, quid additum quidve mixtum ex diversis Breviarii locis. In sola S. Galli Epitome scripturas ex codicibus ut diligentius eruerem, movit me barbarus eius sermo, quem, qualis esset, omni cura demonstrandum esse censui. Denique explicavi numeros, quibus diversi Breviarii loci in his libris interdum inter se conferuntur, in Lugdunensi inque Guelpherbytana potissimum Epitome, et insuper commemoravi, quicquid posteri iuris auctores elegissent. Haec de Epitomis universe; iam quomodo singulas quasque tractaverim, exponam. Et Aegidianam quidem ita restitui atque de vitiis purgavi, quemadmodum cum plerisque codicibus videbatur convenire, quorum nullus reliquis auctoritate praestat, etsi antiquior fortasse est. *Aegidii* editionis, quae naevis laborat, in annotatione tantum mentionem feci. Scintilla codicis Par. Suppl. Lat. 215 scienter facta est, quare totam fere, uti erat, divulgare poteram, paucosque tantum locos emendare opus erat. Titulos Codicis Theodosiani ultimis eius libris adiectos eodem loco edidi, quo sunt in codice. In describendo codice Guelpherbytano conservavi quum orthographiam, compendia scripturae, etsi sermonis structurae adversantur, puncta inter media verba posita, ut penitus cognoscatur indoles libelli, tum signa, quibus similes leges ab auctore eius ex Breviarii libris enumerantur. In edenda Epitome Lugdunensi pariter versatus sum atque in Scintilla, etsi Summaria librorum, ut chartae parceretur, nonnunquam ad antecedentem paginam revocavi, ubi prior liber terminabatur. Neque vero propterea ordo rerum unquam perturbatus est, quid? quod hoc modo, quid reliquis Epitomis amplius habeat codex Lugdunensis, ante oculos positum est. E contrario reieci in annotationem omnes numeros, quibus in margine codicis similes leges nominantur, quum alium locum non invenirem, quo eos exponerem. Reliquas glossas discrevi, prout aut ad historiam spectant, aut verba explicant. Illas in eadem annotatione descripsi, has cum reliquis glossis in Appendicibus libri coniunxi. Monachi quoque Epitomen, quum satis bene scripta esset, haud secus quam Aegidianam et Lugdunensem poteram ad huius aetatis morem scribendi divulgare. E diversa codicum scriptura optimam elegi; sicubi res anceps erat, secutus sum codicem Regium Parisiensem 4419, qui, quia prologum habet, ex ipso monachi libro videtur ductus esse; quare etiam complures rubricas removi ex contextu, quae in codice 64 interpositae sunt; desunt enim in illo[72]). Et has quidem Breviarii Epitomas omnes ita curavi edendas, ut integrae sint. Aliter tractavi Seldeni codicem, cuius auctor Gaium et Paulum in breve contraxit, non reliquos Breviarii libros. Neque vero illos eodem, sed diverso modo tractavit, quare pro consilio editionis Gaium totum reddidi, Pauli eas solas debebam sententias recipere, quas mutaverat, et omissas in annotatione commemorare[73]). Uberius mihi dicendum est de ea Epitome, cuius vetustissimus codex in bibliotheca monasterii S. Galli asservatur. Is veram Epitomen repraesentat. Proxime ad eum accedit Utinensis codex a *Canciano* divulgatus, nam verbis et orthographia plerumque cum illo convenit. Favariensis autem iam correctus est et mutatam quasi speciem libri prae se fert. Quae quum ita sint, primo loco habui S. Galli codicem, postposui Favariensem. Utinensem autem minoris habere debebam quam S. Galli codicem, quia a *Canciano* negligenter redditus est. Divulgavi igitur Epitomen ex S. Galli codice et conieci in notas reliquorum codicum diversas scripturas. Praeterea in animo habui, hanc Epitomen, quantum possem, repraesentare, quod perficere non poteram, nisi conservatis compendiis scripturae, orthographia, interpunctionibus, nam propter peculiarem et confusum sermonem periculosum

72) Vid. inter al. infr. p. 63 ad C. Th. II, 23, not. *c*; II, 24, not. *a*, *c*. 73) Vid. supra p. XXXI et infra p. 339, not. *a*.

erat, orthographiam mutare aut verborum compendia explicare, et multos quidem errores *Canciani* evitasset, si abstinuisset a mutandis verbis et compendiis scripturae. Quas ob causas codicem S. Galli, utut scriptus est, in hanc editionem transtuli et reliquorum codicum in paucis tantum locis rationem habui, ubi illius librarius aperte erravit. Habuit autem hoc consilium id utilitatis, ut imago quasi Epitomes conservata et natura atque indoles eius ante oculos posita sit, nec vereor reprehensionem obscuritatis; nam satius est, retinuisse, quae obscure scripta sunt in Epitome, quam cum periculo falsi emendare; praesertim quum ex Breviario pleraque facile explicari aut divinari possint. Ex Walteri editione, quae novi quicquam non continet, nihil notavi nisi gravissimos errores typothetae.

Verum etiam Breviario ipsi Appendices subieci. Statim enim cum Papiniani fragmento coniunxi delectum illum locorum veteris iuris Romani, quem in nonnullis codicibus Breviario subiunctum esse dixi[74]), sed ita, ut antiquiorem primo loco ponerem, recentiorem secundo. Eum subsequuntur Capitula, quae codici S. Gall. 722 adiecta sunt; multum enim conferunt ad patriam eius definiendam. Post Capitula interieci sex stemmata sive formas graduum cognationis affinitatisque aut *Lege Quemadmodum Hereditates Redeant*[75]), quae quominus coniungerem cum Pauli titulo de Gradibus (IV, 10), me impediebat paucitas codicum, ubi sunt et diverso quidem loco[76]). Glossas similem ob causam et ut classes earum discernerentur, in Appendices conieci. Verendum etiam erat, ne annotatio nimis augeretur, si ibi locum caperent. Sed memorabiles tantum recepi, inutiles aut omnino aut eatenus omisi, ut verbum, sub quo in veterum Grammaticorum libris inveniuntur, retinerem apponeremque locum, ubi sunt. Iis addidi Glossarium Latinitatis ex interpretatione[77]) a me conscriptum indicemque, in quo enumeravi librorum posterioris aetatis locos, quos ex Breviarii legibus haustos esse dixi et ipsas illas Breviarii leges[78]). Illius brevitate spero fore ut vindicentur interpretationis auctores a rusticitatis accusatione, quum diligenter ab eo segregaverim ea verba, quae in veteris iurisprudentiae romanae libris inveniuntur; indicem autem probari puto illorum librorum studiosis. Sed iam satis mihi videor exposuisse de consilio, quod in edenda Lege Romana Visigothorum secutus sum, nam in Prolegomenis quid egerim, res ipsa docet. Fortasse autem erunt, qui me vituperent in codicibus 17, 19, 20, 35 — 37, 45, 71, 72, quos in Theodosiani Codicis et Novellarum editionibus descripseram et iisdem fere verbis hic quoque descripsi. Quibus, quae respondeam, haec habeo. Primum enim totius libri concinnitas flagitabat, ut haud secus quam de reliquis codicibus, de his quoque dissererem; praeterea sic mihi persuasi fore, ut multi, qui hunc librum emant, neque vero Theodosianum Codicem aut Novellas, cupiant scire, quid codices illi complectantur. Ne quid igitur deesset, eos iterum describere necesse erat et iisdem quidem verbis, quum materia verborum delectum non admitteret. Nihil igitur restat, nisi ut suavis officii partes expleam et *Cramero* meo debitas gratias agam, qui in hunc quoque librum operam suam assidue contulit; ingenue enim fateor, me sine auxilio egregii viri vix potuisse magni fastidii laborem exantlare.

Scribebam Lipsiae a. p. C. n. MDCCCXLVIII.

**Gustavus Haenel.**

74) Pag. XXI. 75) Cf. pag. XXIV. 76) Veluti in codd. Vat. Reg. Suec. 1023 et in Reg. Par. 4412 in Gaii Epit. 77) Verba barbara, quae insunt in Epitomis, inprimis in Epitome S. Galli, hac de causa exclusi ab hoc Glossario, quia coniuncta cum illarum explanatione melius intelligi possunt. 78) *Savigny* similem quidem in extremo volum. II. indicem edidit, sed aliis rebus additis, aliis omissis. Alterum, quem secundo loco posuit, non repetii, quum in annotatione huius libri contineatur.

# LEX ROMANA

# VISIGOTHORUM.

AD LXXIII LIBRORUM MANU SCRIPTORUM FIDEM RECOGNOVIT, SEPTEM EIUS ANTIQUIS EPITOMIS, QUAE PRAETER DUAS ADHUC INEDITAE SUNT, TITULORUM EXPLANATIONE AUXIT, ANNOTATIONE, APPENDICIBUS, PROLEGOMENIS


INSTRUXIT

**GUSTAVUS HAENEL**

LIPSIENSIS.


EDITIO POST SICHARDUM PRIMA.

FASC. I. CODICIS THEODOSIANI LIB. I—IX. TIT. XXVIII. EXHIBENS.


A. MDCCCXLVII.

PROSTAT BEROLINI APUD GUILELMUM BESSERUM.

De legibus everso Romano imperio barbarorum, qui dicuntur, regum iussu in utilitatem Romanorum scriptis maxime memorabilis est *Lex Romana Visigothorum.* Excellit enim ratione, qua composita est et amplitudine, valuit auctoritate in iudiciis et in scholis, saepe numero in codices transscripta est, in diversas formas redacta glossisque instructa, denique etiam ea aetate, qua iuris colendi ars in Occidente adhuc rudis et inculta erat, crebro adhibita ad componendos iuris libros. Neque postquam Romani iuris studium in eum penetraverat, parvi habita est, quum complures veteris iuris librorum reliquias adhuc complectatur sola; nam quamquam incredibilem in modum doctos excitavit ad libros illos undique conquirendos divulgandosque, tamen ut omnes aut integri invenirentur non contigit. Quare ipsam Legem dumtaxat semel aeneis typis expressam esse, a Sichardo a. p. C. n. 1528, mirum est. Sed ne is quidem quicquam curasse videtur, nisi ut codicem, quo uteretur, divulgaret et scripturae diversitatem ex aliis libris manu scriptis in margine hic illic apponeret. Quas vicissitudines habuerit Lex, ex Sichardo perspici nequit. Praeterea liber perrarus est, paucique veram eius notitiam habent, praesertim quum a iuris Anteiustiniani cultoribus repetitus quidem, sed cum rebus alienis commixtus sit. Quae quum ita sint, cum huius aetatis, quae magnum studium contulit in veteres leges emendandas, ingenio non dubito quin congruat nova *Legis Romanae Visigothorum* editio, in qua non solum Sichardiani libri vitia et maculae purgentur, res alienae removeantur, ambitus et forma singulorum quorumque locorum demonstretur, explanationes titulorum et epitomae Legis adiiciantur, sed etiam exponantur com-

positio, historia, vicissitudines et fata eius, codicum denique, quibus conservata est editionumque habitus et indoles. Verum de his omnibus explicate disserui in praefatione, quam coniungam cum tertio fasciculo, quominus autem praeponam huic, multis impedior Legis locis a me nominandis.

Scrib. Lipsiae XVI. Kal. Dec. MDCCCXLVII.

**GUSTAVUS HAENEL.**

---

# LEX ROMANA

# VISIGOTHORVM.

# [a]AUCTORITAS ALARICI REGIS.[b]

IN [c] HOC CORPORE CONTINENTUR LEGES SIVE SPECIES [*] IURIS DE THEODOSIANO ET [d] DIVERSIS LIBRIS ELECTAE ET [e], SICUT PRAECEPTUM EST, EXPLANATAE ANNO XXII. [f] REGNANTE DOMINO [g] ALARICO [h] REGE, ORDINANTE VIRO ILLUSTRI GOIARICO [i] COMITE. EXEMPLAR AUCTORITATIS. COMMONITORIUM TIMOTHEO [k] V. S. COMITI.

Utilitates [l] populi nostri propitia divinitate [m] tractantes hoc quoque, quod in legibus videbatur iniquum [n], meliori deliberatione corrigimus [o], ut omnis legum Romanarum [p] et antiqui iuris obscuritas, adhibitis [q] sacerdotibus ac nobilibus viris [r], in lucem [s] intelligentiae melioris deducta resplendeat, et nihil habeatur ambiguum [t], unde se diuturna aut diversa iurgantium [u] impugnet obiectio. Quibus omnibus enucleatis [v] atque in unum [x] librum prudentium [y] electione collectis [z], haec, quae [a] excerpta sunt [b] vel clariori interpretatione composita, venerabilium [c] episcoporum vel electorum provincialium nostrorum roboravit [d] assensus. Et ideo secundum [e] subscriptum librum, qui in thesauris nostris habetur, oblatum librum [f] tibi [g] pro distringendis [h] negotiis nostra iussit clementia destinari, ut iuxta eius [i] seriem universa causarum sopiatur intentio: nec aliud cuilibet [k] aut de [l] legibus aut de iure liceat in disceptationem proponere [m], nisi quod directi [n] libri et subscripti viri [o] spectabilis Aniani manu [p],

a) Est Commonitorium in viginti et quinque codicibus Breviarii Alariciani: quorum quinque, 4, 5, 9, 17 et partim 15 verum Breviarium comprehendunt, novem, nimirum 21, 25, 28—30, 35—37 et partim 38 id quidem comprehendunt, sed plerumque omissis constitutionum verbis et inscriptionibus sive subscriptionibus, multisque sententiis Pauli; undecim, 46—48, 50—57 epitomen, quam edidit AEGIDIUS. Editionum undecim praecipue nominandae sunt: 1) initio *Summarum sive Argumentorum Legum edit.* a *Petro* AEGIDIO s. l. 1517, fol.; 2) initio *Cod. Theodosiani Par.* 1550, 8. (ed. TILIUS); 3) initio *Cod. Theodosiani Lugd.* 1566, fol. (ed. CUIACIUS); 4) initio *Cod. Theodosiani Aurelianae Allobrogum* 1586 (*Lugd.* 1593), 4.; 5) initio *Cod. Theodosiani Paris.* 1586 (1607), fol. (ed. CUIACIUS); 6) initio *Cod. Theodosiani Lugd.* 1665, fol. (cura RITTERI *Lips.* 1736, fol.); 7) in *Collectione Conciliorum Galliae Paris.* 1789, fol. (cur. LABAT.) col. 689, 690; 8) in *Iure Civili Anteiustinianeo Berol.* 1815, 8. Tom. I. p. 277 (ed. BECK.); 9) in libro, cui inscribitur: *Geschichte des römischen Rechts im Mittelalter von Friedrich Carl von* SAVIGNY. T. II. ed. I. *Heidelberg* 1816 p. 37 sqq., ed. II. ibid. 1834 p. 38 sqq.; 10) *Gustavus* HAENEL, in libro, quo *Gustavo Hugoni* gratulatus est: *Legis Romanae Visigothorum Particula cum codd. Monac. et Phillipps. imagine in lapide expressa. Lipsiae* 1838, 4.; 11) VESMIUS, in *Codice Theodosiano Taurini* 1839 (revera 1842), 4. p. 13 sq., *Haenelii* libro usus, ex quo diversas codicum scripturas hausit. *Gallice* comm. interpretati sunt GUIZOT, *Histoire de la Civilisation en France, onzième leçon* et LAFERRIÈRE, *Histoire du Droit Civil de Rome et du Droit Français. Paris* 1846. T. II. p. 392 sq. Reliquae editiones factae sunt ad hanc illam priorum editionum. *Caroli de Savigny* l. c. sententia est, ad tres priores editiones tres diversos codices adhibitos esse et ad tertiam quidem *Ranconeti* codicem (cf. *Cuiacii praef. ad Paulum Paris.* 1558, 4. et *Schulting.* p. 189); praeterea in altera *Cuiacii* editione tertiae codicem videri accuratius collatum; Gothofredum autem nullo codice usum. Vesmius putat Aegidianam et Tilianam editionem ex diversis codicibus petitas esse, inscriptionem et subscriptionem in Cuiaciana prima ex Ranconeti quidem codice, ceteras vero res ex Aegidio, Tilioque et ex nonnullis Aegidii codicibus; Lugdunensem anni 1593 ex prima Cuiaciana, ex Lugdunensi Marvillianam neglectis codicibus, qui Gothofredo ad manus fuissent, denique Cuiacium in altera editione non solum Ranconeti codicem diligentius contulisse, sed etiam nonnullis Aegidii codicibus et alio quodam libro manu scripto usum esse, qui a Vesmio quidem litera φ notatur, at vero mihi ignotus est, cum in meo Vesm. editionis exemplo signorum explicatio desit. — Car. de Savigny ad manum habuit superiores editiones, sed in secunda libri sui editione insuper tres codices: 15, 28, 56. Iam ego profero diversitates scripturae ex omnibus, quos enumeravi codicibus et ex editionibus. Commentarium doctissime, ut solet, scripsit Savigny l. c. p. 40—44 (ed. I.) et p. 41—45 (ed. II.). b) Ita (s. *Autoritas*) 17, 25, 28, 29, 30, 36, 37, 46—48, 50—57, Aeg.; sed in plerisque codd. praemittuntur nonnulla verba, veluti in 29, 35, 36, 50, 57: *In Christi Nomine Incipit Liber Legum A. A. R.*; Aeg. *In Christi Nomine Incipit Praefatio Legum Romanarum* (h. v. deest in codd. 52, 53, alii ut 56 habent *Romanorum*) *Autoritas Alarici Regis* (56 *Salarici*) et add. in nonn. codd. v. *feliciter* aut *et feliciter.* Solus codex 54 *In Xpi Nomine Incipit Liber Legum Auctoritas Alarici Regis ab Aniano collecta.* Vesm. add. *In Christi Nomine* ex codd., quos nominavi. Cod. 21 *In Hoc Corpore Continetur Tota Lex Romana. Incipit Ex Corpore Theodosiani Commonitorium Adnepoti* (sic!) *Amen.* 48 *In Christi Nomine Incipit Liber Legis Auctoritatis Alarici Regis.* Til. *Alarici Gotthorum regis praefatio ἀνεπίγραφος, quam praeposuerat breviario Theod. Cod.* Cui. 1566. Aur. Lugd. Go. et Be. om. *A. Al. R.* Cui. 1586. Lab. pro his habent *Incipit Lex Romana.* Ri. *Habes hic L. B. Exemplar auctoritatis, quam Alaricus Rex Compilationi Legum suarum praefixit.* Sav. *Alarici Regis Exemplar Auctoritatis.* c) Seqq. usque ad *V. S. Comiti* des. in omnibus fere codicibus, ap. Aeg. et Til. Primum edita sunt in Cui. 1566 e codice Ranconeti. Inventa sunt a me in sex tantum codicibus, 5, 9, 29, 35, 36, 37. In aliis vv. *Domino-Comite* mixta sunt cum subscr. et des. reliqua. *) 29 *leges s. mores.* Savigny l. c. p. 44, not. 30 (ed. I.), p. 46, not. *b* (ed. II.). d) 5 *vel de div.* 29, 35, 37 *vel diversis.* Aur. Lugd. *diuersi.* e) 5, 29, 35, 36 *vel sicut.* 37 *edictae vel sicut.* f) 29, 35, 36, 37 *explanari anno XXI.* et 37 *regni.* g) 5 *domno.* 35, 36, 37 om. *dom.* Vesm. add. *nostro*, quam scripturam probari dicit inscriptionis indole, subscriptionis collatione, huius erroris frequentia in msstis, denique codicum hanc inscriptionis partem subscriptioni intermiscentium auctoritate. Verum alia est indoles inscriptionis quam subscriptionis. Illa pars est ipsius Commonitorii, haec Aniani verba continet, qui regem Alaricum aliter nominare non poterat, nisi *dominum nostrum*; in inscriptione, ubi Alaricus in universum nominatur, non a certa persona, satis erat dicere *Dominum.* Quare omisi *Nostro*, etsi concedo, in libris msstis sigla verborum *Domino* et *Domino Nostro* saepe inter se commutari. Denique codd., in quibus inscriptio subscriptioni intermixta est, nihil probant; fortuito enim id accidit. h) 35—37 *Alarici* et om. *rege.* 29 *Alarici.* i) 5, 9 *inlustre* et 9 *Goriarico.* 29, 35, 36, 37 *vir inluster Gotarico comite* (sed 37 *Gotharico*). *Feliciter Expl̄t. Tituli Legum Ex Corpore Theodosiani Explanati* (36 om. *Expl.*). *Gothofredus, Proleg. C. Th. cap.* V. §. 6 falso em. *a Goiarico Comite.* k) 5 *Timotheo Spectabili Comiti.* l) Multi codd. *Utilitatis.* 25, 51 *Utilitas populi* et coniuncta sunt haec vv. cum antecedd. *In Christi — Alarici Regis Feliciter* in cod. 51. Cod. 52 *Utilitatem.* 29 *Utilitatis est.* m) 48 *pr. devitate.* 56 *pr. divitatem.* 51 *pr. addivinitate.* n) 17, Cui. in ed. 1586 *in iure habebatur iniquum.* 4 *in iure habebantur i. meliora.* 25, 28, 30 *in iure habeatur iniq. meliore.* 21 *vid. esse iniquum.* 55 *vid. inicū mulieri deliberationem.* Aeg. *meliore.* o) 9 *correximus*; alii *corregimus, corregemur.* Mox nonn. codd. *omnes*, ut Til., aut *omne.* p) 25, 50, 56 *Romanorum.* 48, 57 *legum Novellarum.* q) 56 *antiqua iuret obsc. acbitis.* 25 *iuri.* 17, 30 *adebitis.* 9 *adhibitas.* 25 *adeditis.* Savigny l. c. p. 41. Mox nonn. codd. *hac* pro *ac.* r) Aeg. et nonn. codd. Summae Aeg. om. *viris.* s) 21 *in legem.* t) Vv. *et nihil hab. ambig.* des. ap. Be. 17 *quod et nuper habebatur ambiguum*; ita etiam 25, 28, 30, sed om. v. *quod.* 56 *habeat ambuguum.* Antea 50 *deducata.* u) 48, 54, 57 *iurgantia.* Nonn. codd. *impugnat.* v) 4 *involutis.* 17, 25, 28, 30 *inoblegatis.* Ceterum 25 *hominibus inobl.* 21 *quibus annibus enucl.* x) 52 *in hunc librum.* y) Codd. epitom. Aeg. et Aeg. *prudentius.* 56 *elationem.* 21 *electionem.* z) 48 *adlectis.* 52 *collegimus.* Nonn. codd. *collectus.* a) Aeg. *nec quae.* 52 *haec quoque quae.* b) 17, 25, 28, 30 *scripta sunt.* 37, 48, 50, 51, 53, 54, 55, Aur. Lugd. Aeg. *excepta sunt.* 52 *et cl.* 56 *exercita sunt.* 17 om. *vel.* Mox multi codd. *clariore*, alii *interpretationem.* c) Nonn. codd. epit. Aeg. *venerabili.* d) Aeg. *roboraverit.* 25, 52, 56 *rob. absensus.* Cf. ad h. l. Savigny l. c. p. 41, not. 21 (I. ed.), p. 42, not. *b* (II. ed.). e) Scripsi *Et ideo secundum subscr. — in thesauris nostris habetur, oblatum librum tibi pro* cum Vesm.; rell. edd. praeter Aeg. habent: *Et ideo subscriptum librum, qui in tabulis habetur collectus, Goiarico comiti.* Vid. not. *f, g, h.* Malo *tibi* quam *Goiarico comiti*, nam Timotheo, non Goiarico inscriptum est Commonitorium. Savigny l. c. p. 43 (ed. I.) s. p. 44 (ed. II.) aliter sentit. In codd. 4, 5, 17, 21, 25, 28, 30, 52 est *secundum*, sed in 4 *secundum scriptum*; a rell. codd. abest *secundum.* In cod. 25 om. *librum* post *subscr.* f) 4, 5, 9, 17, 21, 25, 28, 29, 30, 35, 36, 37, 46—48, 51—57 *qui* (21 *quae*) *in thesauris nostris* (28 *vestris.* 29, 35, 36, 37 et codd. epit. Aeg. om. *nostris*) *habetur oblatus* aut *oblatū* (28 *oblatos.* 55 *oblatum.* 50 *qui in sacris habentur obl.*) et in 4, 5, 17, 25, 28, 30, 46, 50, 52—54 post *oblatus* add. *librum* et in cod. 21 *librus.* In 37 post *oblatus* est lacuna quatuor literarum. Aeg. *et ideo subscriptum librum qui in thesauris habetur, oblatū Goiarici comiti pro.* De edd. vid. not. anteced. et not. *h.* g) 4, 5, 9, 17, 21, 25, 28, 29, 30, 35—37 *tibi* pro *Goiarico comiti*, quod edd. ante Vesm. habent. Aeg. eiusque codd. epit. *Goiarici Comiti*, sed 56 *eo arici*, ap. Sav. *Eoarico.* 54 *Gogariaco comitis.* Nonn. codd. *comite.* 46 *comites.* h) 4 *discingendis.* 5, 9, 21 *distinguendis.* 17, 25, 28, 30, 52 *discutiendis* s. *discutientis.* 47 *distr. necessariis nostra.* Totus locus ita legitur in m. Cui. 1566 *qui in thesauris nostris habetur oblatū tibi pro*; in m. Aur. Lugd. Go. *qui in thesauris nostris habetur oblatum tibi pro* et in m. Cui. 1586 *qui in thesauris nostris habetur oblatū tibi pro discutiendis.* i) 54, 57 add. *ordinem longissimum.* 21 *nostras i. destinare* (*destinare* complures codd.) *et iuxta.* Mox nonn. codd. *sapiatur.* 37, Aeg. et codd. epit. Aeg. *universarum*, sed 53 om. *universarum — aliud.* k) 4, 5, 9, 17, 21, 25, 29, 30, 35, 36, 37, Aeg. et eius epit. codd. Vesm. *cuicunque*, sed 54 *sapiatur int. Ut nullus contra alium iudicet legem. Nec aliud cuicunque.* 56 *aliut cūque.* In cod. 28 inde a v. *cuicunque* tritura pars reliqua Commonitorii periit. l) Nonn. codd. om. *de.* 56 *leg. audeiuret lic.* Vid. supra not. *. m) Nonn. codd. et Aeg. eiusque codd. epit. *disceptatione.* Rell. *disceptationem.* 9 *deceptatione.* Alii codd. *proponi.* 56 *disceptionem ponere.* Aeg. *praeponere*, sed etiam 46, 48, 50, 55, 57 *proponere* (53 *proponi*), quod praeferendum est. n) 17, 25, 30 *relicti.* 56 *recti.* 52—54 *directo libro.* o) 46, 50, 51, 53, 55, 56 *suprascripti viri.* 48, 57 *suprascripti libri.* Aeg., 47, 52, 54 *infrascripti.* Lugd. *suscepti viri.* p) Multi codd. *exspectabilis* et *Anniani.* 21 *subscriptionem v. illustris Aniani.* 25 *manus.* Cf. Savigny l. c. p. 42, not. 25 (ed. I.), p. 43, not. *f* (ed. II.).

## EPITOME AEGIDII.

*In Christi Nomine Incipit Praefatio Legum Romanarum.* [a])

# AUCTORITAS ALARICI REGIS.

Utilitates populi nostri propitia divinitate tractantes, hoc quoque, quod in legibus videbatur iniquum, meliore [b]) deliberatione corrigimus, ut omnis legum Romanarum [c]) et antiqui iuris obscuritas adhibitis sacerdotibus ac nobilibus [d]) in lucem intelligentiae melioris deducta resplendeat et nihil habeatur ambiguum, unde se diuturna aut diversa iurgantium [e]) impugnet obiectio. Quibus omnibus enucleatis atque in unum [f]) librum prudentius [g]) electione collectis, nec [h]) quae excepta [i]) sunt vel clariori interpretatione composita, venerabilium [k]) episcoporum vel electorum provincialium nostrorum roboraverit [l]) assensus. Et ideo [m]) subscriptum librum, qui in thesauris [n]) habetur, oblatum [o]) Goiarici Comiti [p]) pro distringendis [q]) negotiis nostra iussit clementia destinari, ut iuxta eius [r]) seriem universarum [s]) causarum sopiatur intentio. Nec aliud cuicunque [t]) aut de legibus aut de iure liceat in disceptatione praeponere [u]), nisi quod directi [v]) libri et infra [x]) scripti viri spectabilis Aniani manu (sicut iussimus) ordo complectitur. Providere ergo te convenit, ut in foro tuo nulla alia lex neque iuris formula proferri vel recipi praesumatur. Quod si factum fortasse constiterit, aut ad [y]) periculum capitis tui aut ad dispendium tuarum [z]) noveris facultatum. Hanc vero praeceptionem directis libris iussimus adhaerere [a]), ut universos ordinationis nostrae et disciplina teneat et poena constringat.

### ANIANUS VIR SPECTABILIS.

*Ex praeceptione* [b]) *gloriosi Alarici regis hunc Codicem de Theodosiani legibus atque speciebus* [c]) *iuris vel diversis libris electum Aduris anno XXII. eo regnante edidi atque subscripsi.* [d])

a) Vid. Commonit. not. *b.* b) Vid. Comm. not. *n.* Aeg. *iniqum.* c) Vid. Comm. not. *p.* d) Vid. not. *r.* e) Vid. not. *u.* f) Vid. not. *x.* g) Vid. not. *y.* h) An *hec*, i. e. *haec*? Vid. Comm. not. *a.* i) Vid. not. *b.* k) Vid. not. *c.* l) Vid. not. *d.* m) Vid. not. *e.* n) Vid. not. *f.* o) Vid. not. *f.* p) Vid. not. *g.* q) Vid. not. *h.* r) Vid. not. *i.* s) Vid. not. *i.* t) Vid. not. *k.* u) Vid. not. *m.* v) Vid. not. *n.* x) Vid. not. *o.* y) Vid. not. *u.* z) Suppl. potest *factum esse*, sed vid. not. *v.* a) Vid. not. *x.* b) Vid. not. *a.* c) Vid. not. *c.* d) Vid. not. *d.*

## EPITOME COD. REG. PAR. SUPPL. LAT. 215.

In Nomine Sanctae Trinitatis. Incip. Scaedule [a]) Legis Romane, quae ideo Scintilla vocatur, quia sicut modeca scintilla legis [b]) ignis lumen magnum nutrita ministrat, ita haec diligentius perscrutata multam intellegentiam legentibus praebet. Est enim capitolatio declarata, causas ostendens sub titulo. [c])

a) Leg. *schedula.* b) Del. *legis.* Fortasse antiquitus scriptum erat *scintilla ignis — ita haec scintilla legis diligentius* etc. c) Sequitur continuo Cod. Theodosianus, omisso Commonitorio.

## PROLOGUS COMPENDII, IN QUOD MONACHUS IGNOTUS [a]) LEGEM ROMANAM VISIGOTHORUM CONTRAXIT.

Quisquis oportuna vacatione minime perfruitur aut capacitate sensus vel prudentia plene imbutus non invenitur, ut iura librorum [b]), id est leges Romanorum plenissime perscrutentur [c]), hoc quod a nobis parvum [d]) volumen, quasi de magnis silvis surculum abscissum videtur integre perlegi non aborreat [e]), et videbitur [f]) sibi non parvum in huius operis brevitatis [g]) inesse compendium, dum sublatis pragmaticis vel longissimis assertionibus et [h]) tamen omnes eorum [i]) definiciones in hac nostra reperiantur scedula. Volumus etiam omnia capitula legis huius integra admonitione contexere, ut si qua [k]) aliqua requirenda sunt, absque mora de hoc Breviario [l]) nostro possis [m]) in auctorem volum [n]) transire. Dignum videtur, ut hoc [o]) nostra exemplaria quasi edita subolis suae matris [p]) imitetur: Et si cui haec forte, quae a nobis sunt quasi inchiridion adstricta, displicuerint [q]), aut ad plenissimum iuris [qq]) convertat laborem, aut si excerpta ei placuerint ipse propria manu ut liber [r]) adscribat et tunc [s]) nobis inputet inprudenter et in vacuum [t]) laborasse, cum ipse ex suo labore confecerit [u]). Et tamen ego non ingenii mei fretus [v]) aut temeritate propria haec scribenda arripui, sed obedientiam abbatis mei [x]) obsecutus etsi ignaviter, tamen ut potui adimplere curavi.

a) Pro *Auctoritate Alarici Regis* posuit Monachus hunc Prologum, de quo cf. Savigny l. c. p. 59, not. 56 (ed. I.), p. 61, not. *f* (ed. II.). Eum GOTHOFREDUS edidit in Proleg. cap. VI. et partim descripserunt ex Go. CONRADI in *Parerg.* p. 101, not. *g*, SPANGENBERG in libro, cui inscribitur: *Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissenschaft, T. V. p.* 293. Exstat prologus in solo cod. 62. b) Go. *Romanorum.* Spang. *iura Romanorum* et om. *id est leges Roman.* c) Go. *perscrutetur*, recte. d) Go. *plenum.* e) Go. *absc.* (om. *videtur*) *integre perlegere non abhorreat.* Scrib. *surculus - perlegere.* f) Go. *videbit*, recte. g) Go. *brevitate*, recte. Spang. om. *inesse*, err. h) Go. om. *et*, recte. i) Go. *earum*, recte. Idem mox *schedula.* k) Go. *quando*, recte, nisi delendum est *aliqua*, quod v. videtur glossa esse v. *qua.* l) Savigny l. c. p. 44, not. 28 (I. ed.), p. 45, not. *i* (ed. II.). m) Spang. *possis nostro*, err. n) Go. *voluminis*, recte. Cum v. *transire* terminatur prolog. apud Conrad. et Spang. o) Go. *haec*, recte. p) Go. locum corruptum ita em.: *ut haec n. e. q. e. suboles suam matrem*, recte. q) Go. *in enchiridium adscripta, displiceant;* recte *in enchiridion.* qq) Go. add. *se.* r) Go. *ut libet*, recte. s) Go. *et hoc.* t) Go. *in vanum.* u) Go. *conferet.* v) Go. *Et tamen nec ego ingenii vi fretus.* Scrib. *ingenio meo.* x) Go. *obedientid abbati meo.*

sicut iussimus, ordo complectitur [q]). Providere ergo te convenit, ut in foro tuo nulla alia lex neque iuris formula proferri vel [r]) recipi [s]) praesumatur. Quod si factum fortasse [t]) constiterit, aut ad periculum [u]) capitis tui aut ad dispendium tuarum pertinere [v]) noveris facultatum. Hanc vero praeceptionem directis libris iussimus adhaerere [x]), ut universos ordinationis nostrae et disciplina teneat et poena constringat. [y]) *Anianus vir spectabilis* [z]) *ex praeceptione D. N. gloriosissimi* [a]) *Alarici regis hunc codicem de Theodosiani* [b]) *legibus atque sententiis* [c]) *iuris vel diversis libris electum Aduris, anno XXII. eo regnante, edidi atque subscripsi.* [d])

RECOGNOVIMUS. *Dat. sub die IV. Non. Feb., anno XXII. Alarici regis, Tolosae.* (506.)

*— Et iterum anno XX. regnante Karolo, rege Francorum et Longobardorum, et patricio Romanorum.*

q) 4 ***complectetur.*** 56 ***compleatur.*** Mox nonn. codd. om. ***te.*** Nonn. codd. a sec. man. ***tibi.*** r) 25 ***proferre aut.*** 50 ***p̃ferri.*** Nonn. codd. ***proferre aut rec. s. recipere.*** s) Nonn. codd. ***recipe s. recepi.*** 50 ***praesumebatur.*** t) 5 ***Q. fact. fort. si.*** 17 ***Quod si facti forte.*** 9 ***Q. factum si f.*** 46 ***forsitasse.*** 48 ***forsitan.*** u) 4 ***tam ad per.*** 21 ***ut ad per.*** 54 ***aut de periculo*** et 53 ***capitis sui.*** 17 om. ***ad*** post ***aut.*** v) ***pertinere*** add. in codd. 5, 9, 21; deest in rell. codd., ap. Aeg. et in edd., sed a Vesm. quoque receptum est. Mox 56 ***praeceptio nec,*** alii codd. ***praeceptione.*** x) Restitui ***adhaerere*** ex codd., quorum nullus habet ***cohaerere***, quod edd. proferunt; Aeg. quoque ***adhaerere.*** Vesm. nobis assentitur. 57 om. ***adhaerere.*** Nonn. codd. ***disrectis, universis, universus, constringit, constringet.*** 21 ***Hanc ergo p̃ceptionis directi libri secuti iussimus adhaerere ut universus ordinationes n. e. d. teniat et poena.*** y) Subscriptio deest in codd. 17, 21, 28, 35—37, pars subscriptionis usque ad v. ***Recognovimus*** in codd. 4, 25, 30 et usque ad v. ***electum*** in codd. 5, 9. Vid. not. ***d*** infra. Dicendum est praeterea, hanc subscr. solam in tribus codicibus haberi in fine totius Breviarii Alar., in cod. 15 post enumerationem regum Francorum, in cod. 38 et in cod. 64. Eodem loco invenit Sirmondus (Opp. T. IV. p. 266) hanc subscr. in duobus codicibus, in suo quidem et in codice, quem dicit Reg. Bibl. 1097 fuisse. Eundem esse codicem 38, qui antiquitus Reg. 1197 fuit, STIEBERUS putat in HAUBOLDI Opp. T. II. p. CV sq. not. *. In cod. 52 subscriptio praeposita est ipsis Commonitorii vv. statim post vv. ***In Christi nomine — Alarici Regis.*** Vid. supra not. ***c*** et Savigny l. c. p. 39, not. 19, p. 43, not. 26 (I. ed.) et p. 41, not. ***v,*** p. 44, not. ***g*** (II. ed.) et praeterea p. 40, not. 20, p. 42, not. 22 (ed. I.), p. 41, not. ***a,*** p. 42, not. c (II. ed.). z) Nonn. codd. ***Annianus.*** 15, 38 ***scolasticus;*** plerique codd. et in m. Aur. Lugd. ***expectabilis.*** a) Til. om. ***D. N. gloriosissimi.*** Aeg. eiusque epit. codd. (om. ***D. N.***) ***gloriosi***, sed 47 om. ***gloriosi.*** Ceterum 50 ***exceptione*** et 56 ***exceptionem.*** Seqq. ita scripta sunt in cod. 38 (quem Gothofredum suspicor in ***Prol. cap. V.*** §. 6. nominasse Reg. N. XCVII.) et ap. Sirmond. ***regis Alarici, ordinante viro magnifico et illustri Goiarico comite hunc codicem legum secundum Authenticum subscriptum vel in thesauris editum subscripsi et edidi sub die III. Non. Febr. a. XXII. regnante dom. nostro Alarico rege.*** Similiter cod. 15, sed tamen his-diversitatibus ***regis — legum iuris secundum authenticum scriptum v. in thesauris traditum s. et dedi sub die*** (sec. Sav. 15 om. ***sub die***) ***IV Nonas*** etc. In cod. 64 haec verba ita habent: ***regis — magnifico*** (om. ***et***) ***inl̃. G. c.*** (om. ***hunc***) ***c. l. iuris s. — XXII.*** (om. ***regnante***) — ***regis Dõ Gratias Am̃.*** b) 57 ***teodosianis.*** c) 46, 47, Aeg. ***speciebus;*** rell. codd. epit. Aeg. ***species,*** praeter 48, qui ***specie.*** Mox 54 ***electus.*** Nonn. codd. ***aelectum.*** d) 57, Aur. Lugd. ***edidit atque subscripsit.*** Seqq. des. in codd. epit. Aeg., ap. Aeg. Til., sed add. in nonn. codd. ***explicit*** aut, ut in codd. 55, 56 ***explicit praefatio.*** Denique pro tota subscr. haec sola vv. ponuntur in codd. 4, 5, 9, 25, 30 et in cod. 4 quidem ***Dat. s. die III Nonas Februarias anno XXII tholose regnante alarico rege;*** in codd. 5, 9 ***Recognovim. Dat. IV. Non. Febr. anno XX scdo Alarici Regis Tolosae;*** in cod. 30 ***Dat. sub die IV. Non. Febr. anno XXII regnante Alarici rege Tolose. Expl.*** et in cod. 25 ***Dat. — Alaricis*** (om. ***regis***) ***Tolosa. Explicit Commonitorius.*** Gothofredus in ***Proleg. Cod. Theod.*** cap. V. §. 9 in nonnullis MS. esse dicit: ***Data secundo Nonas Februarij anno vigesimo*** (hoc sec. Car. de Savigny errore) ***Tolosae regnante Alarico Rege***, quibus vv. Ducange T. IV. p. 155 in errorem inductus est. Savigny l. c. p. 40, not. 20 (ed. I.), p. 42, not. ***a*** (ed. II.). Ergo vv. ***Et iterum — Romanorum*** des. in omnibus, quos vidi codicibus et in edd. Aeg. Til. Lab., et desideratur adhuc Ranconeti codex. Vesm. ad h. vv. „quae cum manifesto a Br. sint aliena, miror, inquit, tot editores, et ipsum Haenelium retinuisse. Nec etiam Haenelio assentiri possum, tradenti (in epistola ad me conscripta) haec pertinere ad novam editionem Br. Al., Caroli Magni aetate factam; cum vix dubitem ea ex arbitrio ab amanuensi Carolo Magno coaevo adiecta fuisse, nec ad ullam veterum legum confirmationem publica auctoritate factam (de qua prorsus silent historici) referenda. Utroque tamen casu vel in notas reiicienda, vel alio quovis modo ab ipso Commonitorio erant distinguenda.“ In notas non sunt reiicienda; nam dum codex Ranconeti invenitur, ex quo Cuiacius haec vv. sumpsit, ipso illo loco retinenda videntur, quo sunt in prima editione. Aliis literis discernenda esse concedo; idque feci. Ceterum miror Vesmium vulgasse, quae a me familiariter scripta sunt. Nam saepe mihi accidit, ut inter gravissima negotia literis nescio quid raptim exaraverim. Cf. Praefatio et Savigny l. c. T. II. p. 155 sq. (ed. I.) et p. 164 sq. (ed. II.).

# INCIPIUNT TITULI DE LIBRO LEGUM EXPLANATI [a].

## INCIPIUNT TITULI DE LIBRO PRIMO THEODOSII EXPLANATI.

### LIBER I.

Tit. I. De constitutionibus principum et edictis, *hoc est, si auctoritas fuerit prolata, sub die et consule sit; — hoc est, ut quaecunque leges sine die et consule fuerint prolatae, non valeant* [b]).

— II. De diversis rescriptis, *hoc est, ut falsa suggestio non valeat* [c]); — *hoc est, si auctoritas fuerit prolata et causa non dicatur, non valeat.*

— III. De mandatis principum, *hoc est, si aliquis cum mandatis dominorum se asserat venire secretis, nemini* [d]) *quicquam credatur, nisi certis scriptis probaverit esse credendum* [e]).

— IV. De responsis prudentum, *hoc est, quorum iuris conditorum leges datae valeant* [f]).

— V. De officio praefectorum praetorio, *hoc est, ut contra iudicium quis non facile veniat; — hoc est, ut c. i. q. n. facile, id est leve non veniat. Quod si fecerit, medietatem bonorum eius fiscus habeat* [g]).

— (VI.) De officio vicarii.

— VI. (VII.) De officio rectoris provinciae, *hoc est, ut causas publice discutiant* [h]).

— VII. (VIII.) De officio iudicum civilium, *hoc est, ut honorati ex curiae corpore, si in lite sunt constituti, cum iudice non resideant, nec litigatores iudicem meridianis horis salutent* [i]).

— VIII. (IX.) De officio iudicum militarium, *hoc est, ut nulli in civilibus causis militaris tuitio* [k]) *vel exsecutio deputetur* [l]).

— IX. (X.) De officio iudicum omnium, *hoc est, ne matronam vel pupillos sive aegrotos per exsecutionem abstrahi liceat* [m]).

— X. (XI.) De defensoribus civitatum, *hoc est, ut sine electione civium nemo ordinetur et nemo innocentem condemnare aut verberare praesumat* [n]).

— XI. (XII.) De assessoribus, domesticis et cancellariis, *id est, ut quaecunque militans acquisierit sibi extra partem vindicet; — hoc est, ut quaecunque m. a. s. e. p. vindicet et ut nullus iudicum de alia provincia cancellarium sibi coniungat* [o]). — *Hic et de rapina dicit* [p]).

EXPLICIUNT TITULI [q]) LIBRI PRIMI.

### INCIPIUNT TITULI LIBRI II. *)

Tit. I. De iurisdictione et ubi quis conveniri debeat, *hoc est, de disciplina iudicis* [a]); — *hoc est, ut iudex nullum venalitate negotium suspendere praesumat* [b]) *et ut nulli liceat arma tenenti suum conferre negotium* [c]) *et si crimen cuicunque obiectum fuerit, iudices ab ambabus partibus eligantur* [d]).

— II. Ne in sua causa quis iudicet [e]), *neque sibi testimonium in causa sua praebeat* [f]).

— III. De omissa actionis impetratione, *hoc est, qui iusta suaserit, audiatur; — hoc est, ut nullus praeiudicium incurrat, quod in cuiuscunque audientia causa sua non accepit effectum, si rationabiliter prosequitur* [g]).

Tit. IV. De denuntiatione vel editione rescripti, *hoc est, qui contra pupillos actionem habeat; — hoc est, ut pupillorum causae in ipsa civitate discutiantur, ubi tutores ipsorum consistunt* [h]) *et ne mortui vel absentis nomen in contestatione recipiatur* [i]).

— V. De dominio rei, quae poscitur (vel consortibus ab eo, cui denuntiatum fuerit, postulandis [k])), *hoc est, ut nullus per absentiam consortis differat petitorem; — hoc est, ut nullus per alium se excuset, nisi per semetipsum.*

— VI. De temporum cursu et reparationibus denuntiationum, *hoc est, si necessitate intercedente vel casu causa promissum tempus excesserit et principis beneficio eam litigator meruerit reparare, non amplius quam quatuor mensium spatium et reliqua* [l]).

— VII. De dilationibus, *hoc est, de transmarinis partibus, novem mensium spatium tradatur; — hoc est, ubi probatio in transmarinis partibus requirenda est, novem mensium spatia tradantur* [m]).

— VIII. De feriis, *hoc est, ut die sancto dominico omnes lites quiescant, mancipare tamen ac manumittere liceat* [n]) *et quibus temporibus, diebus feriatis, causae quiescant* [o]); *ut Iudaei die Sabbati non distringantur* [p]).

— IX. De pactis et transactionibus, *hoc est, quicunque post XXV. aetatis suae annum adversus pactionem suam vel definitionem venerit, qualiter condemnetur* [q]).

— X. De postulando, *hoc est, de eis, qui causas alienas suscipiunt agendas* [r]).

— XI. De erroribus advocatorum, *hoc est, ut si advocatus per errorem aliquid in causa dixerit, praeiudicare ei, cui adhibitus est, non debeat* [s]).

— XII. De cognitoribus et procuratoribus, *hoc est, ut qui mandatum et dominium rei susceperit, mandatum suum apud acta alleget; — hoc est, procurator, qui per mandatum causam suscipiat alienam, cognitor, qui sine mandato* [t]).

— XIII. De actionibus ad potentes translatis, *hoc est, qui cautiones exigendas potentibus dederint* [u]).

— XIV. De his, qui potentiorum nomina in lite praetendunt, aut titulos praediis affigunt, *hoc est, qui causas suas per potentes personas voluerit excusare* [v]).

— XV. De dolo malo, *hoc est, de falsis scripturis; — hoc est, quoties per aliquam scripturam vel fraudem, quae definita sunt, mutantur* [x]).

— XVI. De integri restitutione, *hoc est, de pupillis et procuratoribus; — hoc est, de minoribus viginti et quinque annorum* [y]).

— XVII. De his, qui veniam aetatis impetrarunt, *hoc est, de eis, qui honestam habent conversationem; — hoc est, qualiter adolescentes praedia sua in aliena iura conferre possint* [z]).

a) In nonn. codd. om. hic versus; in aliis hic et infra scriptum est *Capitula — Explanata;* in aliis nihil nisi *Incipiunt Capitula* s. *Tituli Theodosiani;* in cod. 60 *Capitula ex Lege Romana;* in aliis denique *Ex Corpore Theodosiani* pro *De Libro Primo Theodosii.* Sich. *Titulorum Index. Codicis Theodosiani Liber I.*, sed in Indice libro primo praefixo *Codicis Theodosiani Libri Primi Tituli.* Epit. Aeg. *Incipiunt Tituli Theodosiani Libri Primi.* 59, 60 *In Nomine Sanctae Trinitatis Incipiunt Capitula Libri Primi Legis.* 61 *Incipiunt Capitula.* — Car. de Savigny l. c. p. 54, not. *a* (ed. II.). b) 59—61 om. *et edictis.* Interpr. c. 1 h. t. c) Interpr. c. 4 h. t. d) Nonn. codd. *minime.* e) Interpr. c. un. h. t. f) Interpr. c. un. h. t. Cf. Summa Aegid. In nonn. codd. ex Interpr. add. *Papiani Paulli — Marcelli.* g) Interpr. c. un. h. t. h) Cf. c. 2 h. t. i) Interpr. c. un. h. t. k) Nonn. codd. *militare studium.* l) Interpr. c. un. h. t. m) Interpr. c. 1 et 2 h. t. n) Interpr. c. 1 et 2 h. t. o) Interpr. c. 1 et 2 h. t. Summa Aeg. p) Ex cod. 60. q) Nonn. codd. *capitula;* alii *Expl̃ Lib. I.* Similibus formulis sequentes libri terminantur in titulorum indicibus.

*) Nonn. codd. Sich. *Lib. II.* aut *Incip. Lib. II.* aut *Incip̃. Capitula Lib. II.* Similiter initio seqq. librorum, solo mutato numero libri scriptum est, quod semel moneo. a) c. 1 h. t. b) Interpr. c. 6 h. t. c) c. 2 h. t. d) Interpr. c. 10 et c. ult. h. t. e) Epit. Aeg. *De caussa propria non iudicanda.* f) Nonn. codd. Sich. Til. *iudicet, neque* (s. *aut* ut Aeg.) *testimonium dicat.* Int. c. un. h. t. g) Int. c. un. h. t. Aeg. *actione et imp.* h) c. 1 h. t. i) Interpr. c. 2 h. t. Nonn. codd. *respiciatur.* In cod. 60 add. *et de ecclesiarum causis* ex c. ult. h. t. k) Aeg. *notandis*, sed in ind. tit. *nominandis.* Cf. Haenelii editio C. Th. p. 198, not. *e.* l) Interpr. c. 1 h. t. Nonn. codd. veluti 34, 68 *Si dilationum tempus et excesserit — reliqua si fiscus privato sex menses et si fiscus privato quattuor* ex interpr. c. 3 tit. sq. de Dilationibus; alii, veluti 4, *reparari et de quattuor menses spatio et reliqua.* m) c. 3 h. t. Cf. Epit. Aeg. Nonn. codd. *tribuantur.* n) Int. c. 1 h. t. o) c. 2 h. t. p) c. 3 h. t. q) Int. c. 1 h. t. Cf. Epit. Aeg. r) Nonn. codd. *De eo — suscipit — exsequendas.* Int. c. 2 h. t. s) Int. c. un. h. t. t) Int. c. 1 et 7 h. t. u) Interp. c. un. h. t. Nonn. codd. *executiones.* Cf. Epit. Aeg. A nonn. codd. haec explan. abest. v) Int. c. un. h. t. x) Int. c. un. h. t. y) c. 2 h. t. z) Int. c. un. h. t. Cf. Epit. Aeg.

Tit. XVIII. De iudiciis, *hoc est, de intellectu et cautela iudicis; — hoc est, ut iudex litigatorum assertiones patienter accipiat et diligenter inquirat et nullus audiatur, qui causam suam apud duos iudices partire voluerit* [a]).

— XIX. De inofficioso testamento, *hoc est, ut fratribus uterinis de inofficioso non liceat contra testamentum fratris agere* [b]).

— XX. De inofficiosis donationibus.

— XXI. De inofficiosis dotibus [c]).

— XXII. De hereditatis petitione, *hoc est, de hereditatibus libertorum; — hoc est, qualiter facultas libertorum ad eorum debeat pervenire patronos.*

— XXIII. De rei vindicatione, *hoc est, si militans in solo publico aedificium construxerit* [d]); *— hoc est, si aedificia per aliquam utilitatem reparantur.*

— XXIV. Familiae herciscundae, *hoc est, quando facultas patris vel matris inter filios vel nepotes dividitur* [e]); *— hoc est, qui testamento patris vel avi etiam imperfecto fuerit sui heredis obtinet firmitatem* [f]).

— XXV. De communi dividundo, *hoc est, ut mancipia, quae coniuncta fuerint, non debeant separari; — hoc est, quomodo uxor a marito, neque filii a parentibus separentur* [g]).

— XXVI. Finium regundorum, *hoc est, qui invaserint rem alienam; — hoc est, si quicunque pervasor finium fuerit approbatus, quod male invasit, in duplum reddat* [h]).

— XXVII. Si certum petatur de chirographis, *hoc est, de debitis et cautionibus; — hoc est, de cautionibus quid debeat observari* [i]); *— hoc est, si absente creditore quis moriatur, infra quinquennium suam publicet cautionem et si praesente creditore defecerit, infra biennium eam non differat publicare* [k]).

— XXVIII. De pecuniae sequestratione prohibita, *hoc est, si pecuniam quis ab alio repetat; — hoc est, qui debitum debet, non solvat, antequam probetur sibi deberi; — hoc est, qualiter debitorem suum convincat* [l]).

— XXIX. Si certum petatur de suffragiis, *hoc est, ut, si quicunque aliquid pro praestandis sibi, quae petiit, dederit, non habeat licentiam repetendi* [m]); *— hoc est, si aliquis in militia positus ei aliquid datum fuerit, firmum teneat, et si ei fuerit sublatum, qualiter fuerit, reformetur, et si alicuius res mobilis ei data fuerit, sine scriptura valeat, et si res immobilis, qualiter firmari oporteat* [n]).

— XXX. De pignoribus, *hoc est, qui causa pignoris pro fiscali debito aliquid tulerit et reliqua* [o]).

— XXXI. Quod iussu [oo]), *hoc est, de pecunia praestita; — hoc est, qui absque permissu domini colono vel servo pecuniam commodaverit.*

— XXXII. De peculio, *hoc est, si actor vel servus sive procurator pecuniam a creditore susceperit* [p]).

— XXXIII. De usuris, *hoc est, de annona, vino, oleo vel centesima solidorum* [q]).

## EXPLICIUNT TITULI [r]) LIBRI II.

## INCIPIUNT TITULI LIBRI III. *)

Tit. I. De contrahenda emtione, *hoc est, de venditionibus et ut nulli Iudaeo servum christianum habere liceat* [a]).

— II. De commissoria rescindenda, *hoc est, de cautionibus debitorum; — hoc est, de cautionibus dolo malo conscriptis* [b]).

— III. De patribus, qui filios distraxerunt, *hoc est, vendiderunt; — hoc est, qui filios suos necessitate faciente distraxerint* [c]).

— IV. De aedilitiis actionibus [d]), *id est, de mancipii venditione; — hoc est, de emtore et venditore* [e]).

Tit. V. De sponsalibus et ante nuptias donationibus [f]), *hoc est, ut omnes istae donationes gestis debeant allegari et reliqua plura de sponsalibus et nuptiis* [g]).

— VI. Si provinciae rector vel ad eum pertinentes sponsalia dederint, *hoc est, de puella, quae per fortiam sponsata fuerit; — hoc est, si iudices per potestatem filiis suis aut propinquis puellas sponsaliorum nomine obligaverint* [h]).

— VII. De nuptiis, *hoc est, viduae, si intra XX. et V. annum fuerint, qualiter per patrum potestatem ad secundas nuptias transire possint et ut ne Iudaeus christianam accipiat uxorem* [i]).

— VIII. De secundis nuptiis, *hoc est, viduae, quae se aut intra annum aut expleto anno aliis viris coniunxerunt* [k]).

— IX. Si secundo nupserit mulier, cui maritus usumfructum reliquerit [l]).

— X. Si nuptiae ex rescripto petantur [m]), *hoc est, si quicunque ordinatione principis, non voluntate parentum, sibi petat uxorem* [n]).

— XI. Si quacunque praeditus potestate nuptias petat invitae, *hoc est, si iudices per potestatem invitis parentibus puellas vel viduas ad nuptias suas adduxerint* [o]).

— XII. De incestis nuptiis, *hoc est, quicunque aut fratris uxorem aut unus vir duas sorores aut proximam parentem vir aut mulier virum sororis suae maritum sibi coniunxerit* [p]).

— XIII. De dotibus.

— XIV. De nuptiis gentilium, *hoc est, ne Romani cum barbaris in matrimonio socientur.*

— XV. De fideiussoribus dotium.

— XVI. De repudiis, *hoc est, si vir mulieri vel mulier viro divortium facere voluerit* [q]); *— hoc est, ut certis causis inter coniuges repudium locum habeat* [r]) *et quid ex hoc debeat observari.*

— XVII. De tutoribus et curatoribus creandis [s]), *hoc est, custodes parvulorum; — hoc est, si pupillis actio inferatur* [t]) *et qualiter eis tutores adhibeantur vel si matres tutelam ipsam voluntate susciperent* [tt]).

— XVIII. Qui petant, *id est, avus* [u]) *vel aviae per negligentiam de successione parvulorum habeantur extraneae.*

— XIX. De administratione et periculo tutorum et curatorum, *hoc est, ut nihil de rebus parvulorum depereat* [v]).

## EXPLICIUNT TITULI LIBRI III. [x])

## INCIPIUNT CAPITULA LIBRI IV. *)

Tit. I. De cretione vel bonorum possessione [a]), *hoc est, de hereditate infantis, qui loqui non potest; — hoc est, infans, qui necdum fari potest, hereditatem sibi debitam capiat.*

— II. Unde liberi, *hoc est, de familia* [b]) *a patre donata; — hoc est, ut filia, quae tempore nuptiarum percepit, divisionem repraesentet.*

— III. De Carboniano edicto, *hoc est, de muliere, si post mortem viri prigna* [c]) *remanserit; — hoc est, ut mulier, quae praegnans morte mariti resederit, a parentibus custodiatur.*

— IV. De testamentis et codicillis [d]), *hoc est, si moriens per testamentum aut codicillos vel epistolam deliberaverit aliquid, observandum* [e]).

— V. De litigiosis, *hoc est, ut rem in lite positam non liceat nec vendere nec donare.*

— VI. De naturalibus filiis et matribus eorum [f]).

— VII. De manumissionibus in ecclesia [g]), *hoc est, de libertatibus; — hoc est, quomodo liberti defendi queant* [h]).

— VIII. De liberali causa, *hoc est, si quis in libertate positus vel agnatione colonarum ad servitium requiratur; — hoc est, si liberti ad servitium repetuntur vel si parvulus ingenuus male venditus fuerit* [i]).

a) Int. c. 1 et 2 h. t. b) Int. c. 1 h. t. In codd. 4, 5 add. *et reliqua de inofficioso.* c) Titulo XX. et XXI. nulla interpretatio addita est. d) Int. c. un. h. t. e) Int. c. 1 h. t. f) Ita cod. 27. g) Int. c. un. h. t. h) Int. c. un. h. t. Vv. *quod — reddat* absunt a nonn. codd. i) Ita cod. 27. k) Ita 34, 68, alii codd. Int. c. un. h. t. l) Ita 34, 68. m) Int. c. un. h. t. n) Ita 34, 68 ex int. c. 1 et 2 h. t. o) Int. c. 1 h. t. oo) Epit. Aeg. in ind. titt. *De his, qui pecuniam suam servo alieno crediderunt.* p) Int. c. un. h. t. q) Int. c. 1 h. t. r) Vid. in f. lib. I., not. *q*.

*) Vid. lib. II. init. not. *. a) Explan. I. classis deest. Int. c. 5 h. t. b) Int. c. un. h. t. In cod. 24 add. *Req. Q. Des. In Medio Libro.* c) Int. c. un. h. t. d) 59, 60 *De comparatione mancipiorum.* e) Int. c. un. h. t. f) A titulis V., VII., VIII. explanatio I. classis abest. g) Int. c. 1 h. t. h) Int. c. un. h. t. i) Int. c. 1 et 2 h. t. k) Int. c. 1, 2 h. t. l) In omnibus codd. deest explan. titt. IX., XIII., XV. m) Nonn. codd. add. *et si mentitus fuerit iudici.* n) Int. c. un. h. t. Explan. I. class. deest in codd. et hic et in sq. tit. o) Int. c. un. h. t. p) Int. c. 2 et 4 h. t. q) Int. c. 2 h. t. r) Int. c. 1 h. t. s) Aeg. *Qui petant tutores vel curatores*, ut Cod. Iust. t) Int. c. 1 h. t. tt) c. 4 h. t. u) Nonn. codd. *Ne avus.* Int. c. 1 h. t. v) Int. c. 2 h. t. x) Cf. not. *q* in f. libri I.

*) Vid. lib. II. init. not. *. a) Int. c. 1 h. t. b) Leg. *filia.* Int. c. un. h. t. c) i. e. *praegnans.* d) Int. c. un. h. t. e) Int. c. 2 h. t. f) 66 add. *id est, de legitimis vel non legitimis*; a mult. codd. explanatio abest. g) 60 *De m. ecclesiae.* h) Nonn. codd. *debeant.* i) Int. c. 1, 2 h. t.

Tit. IX. De his, qui a non domino manumissi sunt [k]), *hoc est, qui alienum servum manumisit; — hoc est, si aliquis mancipium alienum libertare praesumserit.*

— X. De libertis et eorum moribus, *hoc est, si libertus patronum laeserit* [l]).

— (XI. Ad senatusconsultum Claudianum.) [m])

— XI. (XII.) De vectigalibus et commissis, *hoc est, evectione fiscali, navibus, angariis, paraveredis; — hoc est, vectigalia sunt, quae fisco vehiculorum subvectione praestantur* [n]).

— XII. (XIII.) De actionibus certo tempore finiendis [o]), *hoc est, de tricennio et vicennio, decennio et de quinquennio; — hoc est, de tricennii praescriptione et ut pupillis, quamdiu sub tutoribus agunt, non debeant imputari et reliqua* [p]).

— XIII. (XIV.) De quinquennii praescriptione, *hoc est, qui rem fiscalem per quinquennium possederit; — hoc est, si quis rem f. p. q. quietus possedit* [q]).

— XIV. (XV.) De re iudicata, *hoc est, ut nullus alterius iudicis nisi sui sententia teneatur* [r]).

— XV. (XVI.) De sententiis ex periculo recitandis, *hoc est, ut iudicis sententia, quam dederint, praesentibus partibus recitetur* [s]); *— hoc est, ut iudex causam deliberatam scribat, item praesentibus partibus recitetur; — hoc est, ut sententia praesentibus partibus recitetur* [t]).

— XVI. (XVII.) De fructibus et litis expensis, *hoc est, qui rem alienam male possedit, duplos fructus ex tempore, quo pervasit, reddet et reliqua de expensis litis* [u]).

— XVII. (XVIII.) De usuris rei iudicatae, *hoc est, de debitis tarde reddendis, quomodo duplentur* [x]); *— hoc est, qui victus fuerit et debitum implere neglexerit.*

— XVIII. (XIX.) Qui bonis ex lege Iulia cedere possunt, *hoc est, de debitis fiscalibus; — hoc est, causae cessiones per scripturam vel testamentum fieri praecepit et reliqua* [y]).

— XIX. (XX.) Quorum bonorum, *hoc est, de reddenda hereditate, ut quae auctor tenuerit, petentibus heredibus reformetur, actione servata* [z]).

— XX. (XXI.) Unde vi, *hoc est, ut nullus absente domino rem suam praesumat invadere et qui secrete causam suam agere voluerit, vel qui aliquid pervaserit et quod in militia constitutis absentibus pervasum fuerit vel de recipiendo momento* [a]).

— XXI. (XXII.) Utrubi [b]), *hoc est, si colonus ad alium confugerit, mox a domino debeat revocari* [c]).

## EXPLICIUNT TITULI LIBRI IV. [d])

## INCIPIUNT TITULI LIBRI V. *)

Tit. I. De legitimis heredibus [a]).

— II. De bonis decurionum [b]), *hoc est, hereditas curialium; — hoc est, si curialis intestatus sine propinquis heredibus moriatur* [c]).

— III. De bonis clericorum et monachorum [d]), *hoc est, si episcopus vel quilibet religiosi intestati sine heredibus moriantur* [e]).

— IV. De bonis militum, *hoc est, si intestati decesserint* [f]).

— V. De postliminio, *id est, post captivitatem reversis* [g]).

— VI. De ingenuis, qui tempore tyranni servierunt, *ut ingenuitati reddantur* [h]).

— VII. De expositis, *hoc est, de infantibus, qui ante ecclesias iactantur; — hoc est, qui expositos scientibus dominis vel parentibus collegerit vel nutrierit* [i]); *— hoc est, si quis homo infantem in platëis demiserit vel in ecclesia.*

Tit. VIII. De his, qui sanguinolentos emtos vel nutriendos acceperint, *hoc est, similiter de infantibus; — hoc est, qui infantem a sanguine emerit vel nutrierit* [k]).

— IX. De fugitivis colonis, inquilinis et servis [l]).

— X. De inquilinis et colonis, *hoc est, de agnatione eorum; — hoc est, qui colonum alienum in fuga positum triginta annos in re habuerit* [m]).

— XI. Ne colonus inscio domino suum alienet peculium, vel litem inferat ei civilem [n]).

— XII. De longa consuetudine, *hoc est, longa consuetudo pro lege servanda* [o]).

## EXPLICIUNT TITULI LIBRI V. [p])

## INCIPIUNT TITULI LIBRI VI. *)

Tit. I. Ut dignitatum ordo servetur, *hoc est, ut nullus sibi honorem, quem a principe non meruit, praesumat imponere; — hoc est, ut honores vel dignitatem, quae non meretur, non praesumat accipere* [a]).

## EXPLICIUNT TITULI LIBRI VI. [b])

## INCIPIUNT TITULI [a]) LIBRI VII.

Tit. I. De re militari, *hoc est, qui cum quibuslibet praedas egerit; — hoc est, quicunque cum quibuslibet hostibus praedas egerit* [b]).

## EXPLICIUNT TITULI LIBRI VII. [c])

## INCIPIUNT TITULI LIBRI VIII. *)

Tit. I. De tabulariis, logographis et censualibus [a]), *hoc est, qui rationes publicas tractant, ut ingenui esse debeant* [b]).

— II. De cursu publico, angariis et parangariis, *hoc est, qui per se evectionem publicam occupare praesumserit* [c]).

— III. De exsecutoribus et exactionibus [d]), *hoc est, de diebus sanctis dominicis; — hoc est, ut die sancto dominico actio conquiescat et nullum debitum requiratur* [e]).

— IV. Ne quid publicae laetitiae nuntii ex descriptione vel ab invitis accipiant [f]), *hoc est, nihil invitis per gaudia publica exigatur* [g]).

— V. De donationibus.

— VI. De revocandis donationibus [h]).

— VII. De ingratis liberis, *hoc est, de impiis filiis; — hoc est, si filii iniuriam patri intulerint* [i]).

— VIII. De iis, quae administrantibus vel publicum officium gerentibus distracta sunt vel donata [k]), *hoc est, de venditionibus extortis; — hoc est, qui regi vel potentibus obsequuntur, si aliquid donum vel vendita acceperint.*

— IX. De maternis bonis, et materni generis, et cretione sublata [l]), *hoc est, ut res orphanorum nullatenus alienentur; — hoc est, ut pater filiorum res cum studio gubernare debeat et materna bona usufructu possideat et reliqua* [m]).

— X. De bonis, quae filiisfamilias ex matrimonio acquiruntur [n]), *hoc est, quod avi nepotibus in patria potestate constitutis donaverint; — hoc est, si avus vel avia nepotibus vel pronepotibus aliquid dederit vel si maritus uxori aut uxor marito* [o]).

## EXPLICIUNT TITULI LIBRI VIII. [p])

k) Haenel ad C. Th. not. *s* h. t. Int. c. un. h. t. Nota v. *libertare* pro *liberare.* l) C. Th. *De l. et eorum liberis.* Expl. I. class. abest. Int. c. 1 h. t. m) Cf. Haenel in ed. C. Th. not. sup. et praef. huius libri. n) Int. c. un. h. t. o) Hoc rubrum abest a cod. 60. p) Int. c. un. h. t. q) Int. c. un. h. t. r) Int. c. un. h. t. s) Int. c. 1 h. t. t) Ita cod. 27. Int. c. 1 h. t. u) Int. c. 1 h. t. A nonn. codd. abest v. *duplos.* x) Int. c. un. h. t. y) Int. c. 2 h. t. z) Int. c. un. h. t. a) Int. c. 1, 2, 4, 6 h. t. b) Vid. Haenel. ad C. Th. not. *ee* h. t. c) Int. c. un. h. t. Cod. 27 *id est, ut colonorum mox a domino d. revocare.* d) Vid. lib. I. in f. not. *q.*

*) Vid. lib. II. init. not. *. a) Explanatio h. t. abest a codd. b) Aeg. *De b. curionum i. e. curialium.* 60 *De b. curialium. De curiales.* c) Int. c. un. h. t. d) Aeg. *De clericorum et monachorum.* 60 *De bonis clericorum.* Expl. I. classis deest. e) Int. c. un. h. t. f) Int. c. un. h. t. g) Ita fere omnes codd. et Sich. Til., sed Sich. Til. *regressis.* Cf. Haenelii edit. C. Th. not. *m* h. t. h) Int. c. un. h. t. i) Int. c. 1 h. t. k) Int. c. un. h. t. l) Explan. deest in codd. m) Int. c. un. h. t. Ap. Aeg. pro tit. similiter scriptum est *Si quis c. a. in re sua t. a. h. ac si suum vendicet.* n) 59, 60 *domino suo.* Expl. h. t. deest. In Epit. Aeg. pro rubr. haec scripta sunt: *Ut coloni terram, quam subigunt, alienandi potestatem non habeant.* o) Expl. II. classis om. vv. *longa consuetudo.* Interp. c. un. h. t. p) Cf. lib. I. in f. not. *q.*

*) Vid. lib. II. init. not. *. a) Int. c. 1 h. t. b) Cf. lib. I. in f. not. *q.*

a) Cf. lib. II. init. not. *. b) Int. c. un. h. t. c) Cf. lib. I. in f. not. *q.*

*) Cf. lib. II. init. not. *. a) Epit. Aeg. *De tabellariis et log.* 59—61 *De t. locograffis censualibus id est scribis.* Sich. Til. *De T. holographis, id est censualibus scribis.* Nonn. codd. *De t. l. id est cens. et scriptis*, sed plerique *De t. l. et c. id est scribis*; alii *De t. et olographis, id est censualibus* aut *id est scribis censualibus.* b) Int. c. un. h. t. c) Explanatio I. cl. deest. d) Nonn. codd. *actionibus* aut *exactoribus;* alii *de Excusationibus et actoribus.* e) Int. c. un. h. t. f) 59, 60 *Nec quid publice leticie ex discripcionib.* g) Int. c. un. h. t. h) A titt. V. et VI. explanatio abest. i) Int. c. un. h. t. k) Sich. Til. in ind. tit. om. *vel donata.* Int. c. un. h. t. l) Nonn. codd. om. *et cretione sublata.* m) Int. c. 1 et 2 h. t. n) Sich. Til. *contrahuntur* in ind. tit. o) Int. c. un. h. t. p) Cf. lib. I. in f. not. *q.*

## INCIPIUNT TITULI LIBRI IX.*)

Tit. I. De accusationibus et inscriptionibus[a]), *hoc est, ut, qui de crimine accusatur, ubi crimen admissum est, vindicetur et ut feminis, nisi in sua causa, accusare non liceat, vel qui iratus alii crimen obiecerit et reliqua plura*[b]).

— II. De custodia reorum, *hoc est, ut viri et mulieres non in unius carceris custodia teneantur et si*[c]) *de carcere reus fugerit, ab eo, cui traditus est, requiratur*[d]) *et ut diebus dominicis rei de carceribus sub custodia educantur*[e]).

— III. Ne praeter crimen[f]) maiestatis servus dominum vel patronum libertus seu familiaris accuset, *hoc est, si accusaverint, non credantur, sed magis puniendi sunt*[g]).

— IV. Ad legem Iuliam de adulteriis[h]), *hoc est, si uxor tabernarii vel eius ancilla, quae ministerium tabernae praebuit, in adulterio fuerint deprehensae, pro vilitate dimittantur et ut extraneam mulierem in adulterio nullus accuset*[i]), *et reliqua etiam de Iudaeis*[k]).

— V. Si quis eam, cuius tutor fuerit, corruperit, *hoc est, puella violata.*

— VI. De mulieribus, quae se servis propriis iunxerunt, *hoc est, capitaliter puniantur*[l]).

— VII. Ad legem Iuliam de vi publica et privata[m]), *hoc est, si quis alii vim fecerit et homicidium ibi cesserit*[n]); — *hoc est, qui violentiam intulerit et qui alium violentum accusaverit et non convicerit et si servi inscio domino convicti fuerint*[o]) *violentiam admisisse;* — *hoc est, fortia facta.*

— VIII. De privati carceris custodia, *hoc est, qui reum in domo sua custodierit*[p]).

— IX. De emendatione servorum, *hoc est, de disciplina;* — *hoc est, si servus, dum culpam dominus vindicat, mortuus fuerit*[q]).

— X. De emendatione propinquorum, *hoc est, de disciplina in propinquis;* — *hoc est, ut culpas adolescentium propinquorum seniores privata districtione, etiam verberibus, corrigant*[r]).

— XI. Ad legem Corneliam de sicariis[s]), *hoc est, qui infantes suos necaverit vel qui nocturnis incursibus armis resistunt*[t]); — *hoc est, si quis infantem necaverit, aut qui rapinam iter agenti intulerit vel in domo nocturnus exspoliator aggreditur*[u]).

— XII. De parricidio, *hoc est, qui patrem aut matrem vel propinquum parentem occiderit*[v]).

— XIII. De maleficis et mathematicis et ceteris similibus[x]), *hoc est, qui tempestates emittunt vel qui daemones divinos aut auguriatores*[y]) *consuluerint vel nocturna sacrificia daemonum celebraverint, vel qui per invocationem daemonum mentes hominum turbant.*

— XIV. Ad legem Fabiam[z]), *hoc est, qui filios involant alienos*[a]).

— XV. Ad legem Corneliam de falso[b]), *hoc est, curialis, qui de falsitate fuerit accusatus et reliqua de falso*[c]); — *hoc est, si cancellarius de falsa scriptura fuerit accusatus*[d]); — *hoc est, qui de falso accusare voluerint*[e]).

— XVI. Victum civiliter agere et criminaliter posse[f]), *hoc est, de possessione recipere et de suppresso testamento;* — *hoc est, ut causae permixtae, prius civiles, deinde criminales, agi possint*[g]).

— XVII. De falsa moneta[h]).

— XVIII. Si quis solidi circulum exteriorem inciderit, vel adulteratum in vendendo subjecerit[i]).

Tit. XIX. De raptu virginum vel viduarum[k]).

— XX. De raptu vel matrimonio sanctimonialium virginum vel viduarum[l]).

— XXI. Ad legem Iuliam repetundarum, *hoc est, iudices, quod male rapuerint, si ipsi non reddiderint, heredes eorum reddere debeant*[m]); — *hoc est, iudices, qui fures sunt, omni honore exuantur et inter viles deputentur*[n]); — *hoc est, ut iudices rei habeantur, qui seu fortis*[o]) *vel sceleribus maculans reprobantur*[p]).

— XXII. De his, qui latrones vel aliis[q]) criminibus reos occultaverint.

— XXIII. De his, qui plebem audent contra publicam colligere disciplinam, *hoc est, qui seditionem concitant*[r]).

— XXIV. De famosis libellis, *hoc est, qui cartam famosam in alterius iniuriam secrete conscripserit et in publico recitaverit, adfixerit vel qui legerit et publicaverit*[s]).

— XXV. De quaestionibus[t]), *hoc est, de quadragesimis;* — *hoc est, ut quadragesimis diebus criminalis actio conquiescat*[u]).

— XXVI. Ut intra annum criminalis actio[v]) terminetur, *hoc est, de reo accusato*[x]).

— XXVII. De abolitionibus, *abolitio est oblivio obiecti criminis, hoc est, si quemcunque poenituerit accusasse, quod probare non potuerit*[y]) *et reliqua.*

— XXVIII. De indulgentiis criminum, *hoc est, ut sacrilegus, adulter, incesti reus, raptor, sepulcrorum violator, veneficus, adulterator monetae, homicida diebus Paschae non absolvantur*[z]).

— XXIX. De calumniatoribus, *hoc est, qui causas ad se non pertinentes sine mandato proposuerint*[a]); — *hoc est, qui causas ad se non pertinentes persequuntur infamia*[b]).

— XXX. De poenis, *hoc est, ut iudex criminosum non damnet, antequam convincatur*[c]) *aut si honoratae*[d]) *personae vocantur in crimen et si princeps ira commotus quemquam occidi praesumserit et reliqua.*

— XXXI. Ne sine iussu principis certis iudicibus liceat confiscare.

— XXXII. De bonis proscriptorum seu damnatorum[e]), *hoc est, ut crimen cum auctore deficiat et quid de rebus illius damnati sit agendum;* — *hoc est, ut crimen cum auctore deficiat aut si damnatus praegnantem relinquat uxorem et ut ab eius facultate bona uxoria sequestrentur vel ut proscripti bona intra biennium non competantur*[f]).

— XXXIII. De sententiam passis et restitutis et liberis eorum, *hoc est, si quis pater in exilium missus filium in maiore aetate vel in annis minoribus constitutum reliquerit*[g]); — *hoc est, qui in exilium mittitur et filium vel in maiore aetate vel in minore reliquerit;* — *hoc est, qualiter post captivitatem filii et facultas recipiantur*[h]).

— XXXIV. De his, qui ad ecclesias confugiunt, *hoc est, qualiter de eis agi oporteat*[i]).

## EXPLICIUNT TITULI LIBRI IX.[k])

## INCIPIUNT TITULI LIBRI X.*)

Tit. I. De iure fisci, *hoc est, si cuicunque de iure fisci donatum fuerit aliquid*[a]).

— II. De locatione fundorum iuris emphyteutici et reip. et templorum[b]), *hoc est, ut nullus curialis agrum publicum conducat*[c]).

*) Cf. init. lib. II. not. *. a) Epit. Aeg. *rescriptionibus.* Nonn. codd. *subscriptionibus.* b) Int. c. 1—3 h. t. c) Explan. I. cl. omittit vv. *et si — educantur.* Nonn. codd. *custodientur* pro *custodia teneantur.* d) Int. c. 1 et 2 h. t. e) Int. c. 3 h. t. f) Epit. Aeg. *Crimen laesae maiest.* g) Int. c. 1 h. t. Explan. I. classis abest ab hoc et sq. titulo IV. h) Multi codd. *adulteris.* i) Int. c. 1, 2 h. t. k) Int. c. 4 h. t. l) Int. c. un. h. t. m) 59—61 *tit. VII. De via publica et privata.* n) Ita 35. Leg. *fecerit* pro *cesserit.* o) c. 1 et Int. c. 2, 3 h. t. p) Explan. II. cl. deest. In cod. 60 om. hic titulus. q) Int. h. t.; ita etiam Aeg. r) Int. h. t. s) 59 *et se ipsis defendend.; Ad l. C.* abest a cod. 60. t) Ex cod. 27. Int. c. 1 et 2 h. t. u) Int. c. 1 et 2 h. t. v) Int. c. un. h. t. x) Aeg. om. *et math.; et his s.* edd. 1550., 1566., Aur. 1586., 1593. y) vv. *aut auguriatores* absunt ab Explan. II. cl.; vv. *vel nocturna s. d. celebr.* desunt in nonnullis codd., in aliis vv. *vel qui — turbant.* Interp. c. 1—3. z) Cf. Haenel ad Cod. Th. not. *a* h. t. a) Ex not. *a* cit. patet, hanc explan. in omnibus codd. Br. Al., ap. Sich. et in edd. Cui. 2—Be. Aeg. huic titulo adiectam esse. b) Int. c. un. h. t. c) Int. c. 1 h. t. d) Int. c. 1 h. t. e) Ita 35. c. 2 h. t. f) 59—61 *De eo qui alium hominem per violentiam de sua facultate excutit.* 60 *agi.* g) Int. c. un. h. t. Cf. Aeg. Epit. h) Titt. XVII., XVIII., XIX., XX., XXII., XXXI. explanatio non est addita. i) Epit. Aeg. *De eo q. s. c., ut pondus minuatur, inciderit.* k) Cod. 60 *De raptoribus.* l) Tit. XX. abest ab Epit. Aeg. m) Int. c. 2 h. t. n) c. 1 h. t. o) i. e. *furtis.* p) Ex cod. 35. q) *Vel in aliis* complures codd. 60 *latrones vel criminosos celaverint.* r) Explan. II. classis deest. Int. c. un. h. t. 60 om. *colligere disciplinam.* s) Int. c. 1 et 2 h. t. t) *De q. imperatorum* multi codd. et Epit. Aeg. u) Int. h. t. v) Multi codd. *criminalis quaestio t.* cf. Haenel ad Cod. Th. not. *i, k* h. t. Nonn. codd. *infra.* Cod. 60 om. *Ut intra.* x) Explan. II. classis deest. y) Int. c. 1 h. t.; vv. *hoc est etc.* absunt ab Explan. nonn. codd. In ipso Br. Al. in multis codd. add. vv. *abolitio est oblivio obiecti criminis.* Haenel in editione C. Th. not. *mm.* z) Explan. II. ita: *violator et reliqui malefici diebus.* Int. c. un. h. t. a) Int. c. 1 h. t. Explan. II. classis abest. b) Ita 27. c) *Conveniantur* complures codd. d) 35 *honestae.* Explan. I. class. *honorati vocantur.* Nonn. codd. om. *in crimen.* Int. c. 1—3 h. t. e) 37 *Damnandis XXX diebus ad iudice servetur,* et deest expl. Leg. *Damnandus — a iudice servetur.* f) Int. c. 1—4 h. t.; vv. *relinquat — competantur* absunt a nonnullis codd. g) Int. c. un. h. t. h) Ita 35. i) Explan. II. classis deest. k) Vid. lib. I. in f. not. *q.*

*) Vid. lib. II. init. not. *. a) Int. c. un. h. t. b) Vv. *et templorum* absunt a Sich. in ind. et a compluribus codd. c) Nonn. codd. *Hoc e. si curialis* etc. Explan. II. classis om. Int. c. un. h. t.

Tit. III. De actoribus et procuratoribus et conductoribus rei privatae[d]), *hoc est, qui causas ad se non pertinentes prosequuntur.*

— IV. De bonis vacantibus[e]), *hoc est, ut non inquietentur, quibus aliqua pro suo labore a principe sunt donata*[f]).

— V. De petitionibus et ultro datis et delatoribus[g]), *hoc est, qualiter prosequantur delatores et qui in crimen maiestatis inventus fuerit et de eius facultatibus; — hoc est, qualiter prosequi debeant delatores et qui in crimen maiestatis inventus fuerit, ut nullus aliquid de eius facultate sibi munificentiae iure audeat postulare*[h]).

— VI. Si petitionis socius sine herede defecerit, *hoc est, qui a principe aliquid acceperunt; — hoc est, si unus ex illis, qui ex munere principis aliquid acceperunt, intestatus decesserit*[i]).

— VII. De advocato fisci, *hoc est, ut ita serviant, ne calumniam alicui faciant*[k]).

— VIII. De fisci debitoribus, *hoc est, ut nulla cautione exsolvantur*[l]).

— IX. De fide et iure hastae, *hoc est, qui publice debitum debet, reddere cogatur; — hoc est, qui publice debet, enormitate, ut reddat, constringatur*[m]).

— X. De thesauris[n]), *hoc est, sive in propria sive in aliena terra; — hoc est, qui in terra sua vel in aliena thesaurum invenerit*[o]).

— XI. De metallis et metallariis, *hoc est, ne alienum aedificium effodiant; — hoc est, qui metallum sub alienis aedificiis effodiendum crediderit*[p]).

EXPLICIUNT TITULI LIBRI X.[q])

INCIPIUNT TITULI LIBRI XI.[a])

Tit. I. De annona et tributis, *hoc est, publico inferendum*[b]).

— II. Sine censu vel reliquis fundum comparari non posse, *hoc est, ut qui fundum comparaverit vel cui datus fuerit, tributum solvat; — hoc est, ut qui fundum comparaverit vel cui donatus fuerit, tributum vel publicas functiones suscipiat*[c]).

— III. De superindicto, *hoc est, ut nullus rector provinciae super ordinatione principis provincialibus aliquid imponat solvendum*[d]).

— IV. De exactionibus, *hoc est, qui agrorum suorum tributa implere contemserit et ut ad exigendas tributorias functiones idoneae personae mittantur; — hoc est, de tributis, quae ex agris debentur, implere possessor non contemnat et ut ad exigendum idoneae personae mittantur*[e]).

— V. Ne damna provincialibus infligantur[f]), *hoc est, ne aliquis rusticanus quolibet munere exigendo spolietur; — hoc est, si quicunque de exactoribus alicui rusticano quaelibet munera crediderit exigenda vel si oblata non recusaverit*[g]).

— VI. De extraordinariis sive sordidis muneribus, *hoc est, ut nihil provincialibus de superindictitiis titulis peti debeat, nisi ea tantum, quae a principibus fuerint ordinata*[h]).

— VII. De discussoribus, *id est, de fiscalibus et exactoribus*[i]).

— VIII. De appellationibus, et poenis earum, et consultationibus[k]), *hoc est, qui appellat, non patiatur iniuriam et iudex ad suam originem non revocet; — hoc est, non debere appellantem aut carceris custodia aut alicuius iniuriae afflictione constringi et ut iudices assertiones appellantium ad suam iniuriam non revocent*[l]).

— IX. De reparationibus appellationum, *hoc est, ut, qui videtur in causa sua victus, ante tertium mensem temporibus agere non moretur; — hoc est, ut qui videtur causam suam repetere, intra tres menses agere non moretur*[m]).

Tit. X. Si pendente[n]) appellatione mors intervenerit, *hoc est, heredes, cuius auctor mortuus est, heredibus eius quatuor menses tribuantur; — hoc est, heredibus eius, cuius auctor mortuus est, quatuor menses ad negotium tractandum debere praestari*[o]).

— XI. Quorum appellationes non recipiantur[p]).

— XII. Si de momento fuerit appellatum, *hoc est, restituto momento intra annum causae meritum ex integro debere cognosci*[q]).

— XIII. De possessione ab eo, qui bis provocaverit, transferenda, *hoc est, qui in una causa duobus iudiciis fuerit superatus*[r]).

— XIV. De fide testium et instrumentorum, *hoc est, qualiter iurent et qui scripturam detulerit, probet et petitor testes imponat et ex suo sumtu adducat et qui absentem accusaverit et de presbyterorum testimonio; — hoc est, qui de una re venditionem et donationem proferat, et testes, priusquam de causa interrogentur, sacramento debere constringi et qui scripturam in audientiam protulerit et qui absentem accusaverit et de testimoniis presbyterorum, et de probatione requirenda*[s]).

EXPLICIUNT TITULI LIBRI XI.[t])

INCIPIUNT TITULI LIBRI XII.[a])

Tit. I. De decurionibus, *hoc est, de curialibus; — hoc est, ut nullus ab officio curiae possit absolvi*[b]).

— II. De susceptoribus, praepositis et arcariis[c]), *hoc est, ut publicas functiones non secrete, sed praesentibus aliis, suscipiant et non debere exactores, qui uno anno exegerint, secundi anni exactionem suscipere*[d]).

EXPLICIUNT TITULI LIBRI XII.[e])

INCIPIUNT TITULI LIBRI XIII.*)

Tit. I. De lustrali collatione, *hoc est, qui rem, quam non emit, vendat; — hoc est, si quicunque rem, quae ei nata*[a]) *est, aut quam non emit, vendat*[b]).

— II. De censu sive[c]) adscriptione, *hoc est, si, quibus exactionis libri traduntur, voluerint relevare et qui per absentiam suam se gravatum esse reclamat; — hoc est, si, quibus exactionis libri traduntur, potentiores voluerint relevare, aut qui in causa publica occupatus per absentiam suam adscriptione se gravatum esse suggesserit*[d]).

EXPLICIUNT TITULI LIBRI XIII.[e])

INCIPIUNT TITULI LIBRI XIV.*)

Tit. I. De collegiatis, *hoc est, de peculio et agnatione eorum*[a]); *— hoc est, ut fugitivi ad civitatem, unde fuerint, reddantur cum peculio suo et ut partus ancillae matris sequatur conditionem*[b]); *si de civitatibus suis forte discesserint vel de agnatione eorum*[c]); *— hoc est, ut ad eam civitatem, unde venerant, cum peculio revertantur, et de filiis eorum, cuius agnationis sint*[d]).

EXPLICIUNT TITULI LIBRI XIV.[e])

INCIPIUNT TITULI LIBRI XV.*)

Tit. I. De operibus publicis[a]).

— II. De aquaeductu, *hoc est, ut, sicut antiquitus, ita permaneat*[b]).

— III. De infirmandis[c]) his, quae sub tyrannis aut barbaris gesta sunt, *hoc est, qui terrorem mortis timent excipere, ad praedam se*

d) Haenel ad C. Th. not. *a* h. tit. 60 *De — rei publicae et privatae.* e) Haec rubr. deest in nonn. codd. veluti 65—67. f) Int. c. un. h. t. g) Nonn. codd. add. *et qui in crimine maiestatis inventus fuerit.* h) Int. c. 1 et 4 h. t. i) c. un. h. tit. k) Explan. II. classis deest. l) Explan. II. classis deest. m) Haec explan. a nonn. codd. II. classis abest. Int. c. un. h. t. n) Epit. Aeg. *De thesauris inventis.* o) Int. c. un. h. t. p) Int. c. un. h. t. q) Lib. I. in f. not. *q.*

a) Cf. lib. II. init. not. *. b) Int. c. 1 h. t. c) Int. c. 1 et 2 h. t. d) Int. c. un. h. t. Nonn. codd. *imputet;* in aliis deest *provincialibus.* e) Int. c. 1 et 2 h. t. f) 60 *inferantur.* g) Int. c. un. h. t. h) Int. c. un. h. t. i) Explan. II. class. abest. Hunc tit. sequitur in cod. 60 *Tit. VIII. de Indulgentiis debitorum.* k) Epit. Aeg. *et conbolationibus.* Haenel in Cod. Theod. not. *m* h. tit. l) Int. c. 1, 2 h. t. 68 addit *et reliqua de criminibus.* m) Int. h. t. n) Epit. Aeg. *Si pendente adhuc appellatione m. i.* o) Int. h. t. p) Explanatio huius tit. deest. Ordo seqq. titt. mutatus est in codd. 65—67. q) Int. c. un. h. t. Vv. *causae meritum* desunt in Explan. I. classis. Nota vv. *intra annum.* r) Int. c. un. h. t. s) Int. c. 1—6 h. t. t) Lib. I. in f. not. *q.*

a) Lib. II. init. not. *. Mox Aeg. *De Curionibus.* b) c. 1 h. t. c) Nonn. codd. *et arcariis publicis.* 60 addit rubr. *III. Si curialis relicta civitate rus habitare malluerit,* quae est Cod. Theod. tit. XVIII. d) Int. c. 1 et 2 h. t. 35 *Exactorum publicae citra conscientiam iudicis fieri non debere.* Explan. I. class. abest. e) Lib. I. in f. not. *q.*

*) Lib. II. init. not. *. a) 35 et alii codd. *donata.* 28 *commendata.* b) Int. c. un. h. t. In cod. 60 ex C. Th. adduntur tituli *II. de Medicis et professoribus. III. de Excusatione artificum.* c) Nonn. codd. et in ind. titt. Cui. 1. Aur. Lugd. Be. *sine.* d) Int. c. 1 et 2 h. t. 34, 68, alii: *si — tradunt — occupatus persisterit adscriptione segregatum fuisse cognoscat.* 35 om. *libri-suggesserit.* In cod. 60 ex Cod. Th. add. tit. *de Censitoribus et perequatoribus et inspectoribus.* e) Lib. I. in f. not. *q.*

*) Lib. II. init. not. *. a) Ita 40. b) Ita 24, 28. c) 34, 39 add. *si — eorum.* Int. c. un. h. t. d) Ita 5. In plerisque codd. omnis explanatio deest. Dissentiunt igitur codd. in explanatione huius tit. In cod. 60 ex C. Th. add. tit. *de Mendicantibus.* e) Lib. I. in f. not. *q.*

*) Init. lib. II. not. *. a) 60 sic: *Ut si in rem fiscalem aedificaverit homo.* Codices explanationem h. t. non suppeditant. b) Explanatio II. classis deest. c) v. *infirmandis* deest in multis codd.

*hostibus iungunt; — hoc est, qui terrore compulsus, dum mortem timet excipere, ad praedandum se fortasse cum hoste coniunxerit* [d]).

EXPLICIUNT TITULI LIBRI XV. [e])

INCIPIUNT TITULI LIBRI XVI. [a])

Tit. I. De episcopis, ecclesiis [b]) et clericis, *hoc est, ut clerici nec exactores nec allecti fieri praesumantur et ut nullus audeat apud iudices publicos episcopum accusare* [c]) *et reliqua plura de clericis.*

— II. De apostatis, *hoc est, qui Christianae religionis et nominis dignitatem neglexerint* [d]).

— III. De Iudaeis, Coelicolis et Samaritanis [e]), *hoc est, si ex Iudaeo factus fuerit Christianus certe et si ex Christiano Iudaeus* [f]).

— IV. Ne Christianum mancipium Iudaeus habeat [g]).

— V. De religione, *hoc est, ut de religione episcopus agat, ceteras causas legibus oportet audiri; — hoc est, de religione episcopos convenit agitare, ceteras causas legibus oportet audiri* [h]).

EXPLICIUNT TITULI EX CORPORE THEODOSIANI [i]).

## INCIPIUNT TITULI LEGUM NOVELLARUM DIVI THEODOSII A. [a])

Tit. I. De Theodosiani Codicis auctoritate [b]), *hoc est, ut omni firmitate subsistat* [c]).

— II. De confirmatione legum novellarum Theodosii A. [d]), *hoc est, qualiter legum novellarum constitutiones praecipit observari* [e]).

— III. De Iudaeis, Samaritanis, haereticis et paganis, *hoc est, ut nullus ex his honorem administrationis accipiat nec synagogam faciat; — hoc est, ut nullus ex his ullum militiae vel administrationis honorem accipiat et nullam denuo audeat construere synagogam et reliqua* [f]).

— IV. Ne curialis praedium alterius conducat, aut fideiussor conductoris existat [g]), *hoc est, terram alterius non liceat locare curiali* [h]).

— V. De tutoribus, *hoc est, si transierit, ipsa et maritus teneantur obnoxii; — hoc est, ut, si mater tutelam filiorum susceperit et ad alias nuptias transierit, non solum eius bona, si debitrix exstiterit, sed et secundi mariti, loco pignoris, filiis teneantur obnoxia* [i]).

— VI. Contra sententias praefectorum praet. [k]) iniustas post successionem intra biennium supplicandum, *hoc est, iudex cum amotus fuerit, qui voluerit contra eum aliquid dicere, intra biennium licebit; — hoc est, ut, si contra potentiam iudicis non licuerit appellare, cum privatus fuerit, intra biennium agere non moretur* [l]).

— VII. De paternis sive maternis bonis, *hoc est, ut, si mulier post mortem mariti nupserit, omnia, quae de priore marito habuit, totum filiis cedat* [m]).

— VIII. Ne decurio ad senatoriam dignitatem vel ad aliquem honorem adspiret [n]), *hoc est, ut tantum officio curiae subiiciatur* [o]).

— IX. De testamentis [p]), *hoc est, qualiter fiat testamentum cum testibus.*

— X. De alluvionibus et paludibus et pascuis [q]), *hoc est, si fluvius alveum mutaverit, vel qui suo studio paludes ad culturam agri perduxerit; — hoc est, ut, si fluvius alveum suum mutaverit alibi, illi acquiratur, cuius finibus spatium terrae dignoscitur contulisse* [r]).

Tit. XI. De bonis decurionum [s]) et de naturalibus filiis eorum in curiam mittendis, heredibusque scribendis, *hoc est, si voluerit naturales filios vel matribus eorum octavam hereditatis partem relinquat; — hoc est, si quis habuerit legitimos filios et naturales, exstantibus legitimis filiis, octavam hereditatis naturalibus vel matribus eorum pater, si voluerit, derelinquat* [t]) *et reliqua de hac re.*

EXPLICIUNT TITULI LEGUM NOVELLARUM DIVI THEODOSII A. [u])

## INCIPIUNT TITULI LEGUM NOVELLARUM DIVI VALENTINIANI A. [a])

Tit. I. De fructibus inter maritum et uxorem expensis filiis vel heredibus minime imputandis [b]), *hoc est, inter maritum et uxorem quod in commune expensum est, a communibus heredibus non requiratur* [c]).

— II. De manichaeis, *hoc est, de exsecrabilibus hominibus; — hoc est, ut si manichaeus inventus fuerit, cuilibet personae arguere sit facultas* [d]), *sed et ut nec aliquis celare eum praesumat.*

— III. De homicidiis casu an voluntate factis [e]).

— IV. De testamentis, *hoc est, ut in coniugio positi, si filios non habuerint, seu maritus uxorem seu uxor maritum per testamentum relinquat heredem et si cui fuerit testandi voluntas et testes defuerint, voluntatem suam propria manu perscribat* [f]).

— V. De sepulcri violatoribus [g]), *hoc est, qui sepulcrum violaverint, qualiter debeant condemnari* [h]).

— VI. De libertis et successionibus eorum [i]), *hoc est, ut si liberti facultates acquisierint, heredibus relinquant suis, qui si non habuerint filios, medietatem patroni heredes accipiant* [k]).

— VII. De indulgentiis reliquorum [l]).

— VIII. De triginta annorum praescriptione omnibus causis opponenda [m]), *et qui mutaverit, triginta librarum auri poena mulctetur* [n]).

— IX. De colonis vagis, vel agnatione eorum, et de advenis [o]), *hoc est, si colonus proprio domino per XXX annos et colona per XX, positi in fuga, fortasse latuerint* [p]).

— X. De confirmandis his, quae administrantibus vel publicum officium gerentibus distracta sunt vel donata, et de advocatis vel de ceteris negotiis [q]).

— XI. De parentibus, qui filios suos per necessitatem distraxerunt, et ne ingenui barbaris venumdentur, neque ad transmarina ducantur [r]), *hoc est, qui eos comparare probantur, quale debeant recipere pretium* [s]).

— XII. De episcopali iudicio, et de diversis negotiis [t]), *et de dotibus et de tricennii praescriptione et ut petitori pro reverenda iudicis sententia contumaces deferre non liceat — et de dotibus et de tricennii praescriptione et ut petitorem deferre non liceat pro metuenda sententia contumacis et ut pupillis et postliminiis triginta annorum spatium concedatur.*

EXPLICIUNT TITULI LEGUM NOVELLARUM D. VALENTINIANI A. [u])

d) Int. c. un. h. t. e) Lib. I. in f. not. *q*.

a) Lib. II. init. not. *. 60 in h. libro omnes habet Cod. Th. titulos, praeter *III. De monachis* et *V. De Haereticis*, et addit post tit. *X. de Religione* tit. *XI. de Episcopali iudicio. De sacerdotibus innoxiis et de inquietis atque deiectis ut ab episcopis iudicentur. De his qui pestis tempore necessitatis collecti sunt. Ut praeter quinque cap̄ crimina* etc. Haenel ad Sirmond. const. p. 411, 419, 430, 445, 449, not. *b*, 456, not. *n*, 460, not. sup. ad c. VIII. b) Epit. Aeg. *De episcopis ecclesiae et cl.* c) Int. c. 1 et 2 h. t. Vv. *et ut — accusare* absunt ab Explan. II. cl. d) Explan. I. class. *religionis et fidem negl.*; vv. *et n. d. n.* absunt a nonn. codd. Cf. c. 1 h. t. e) Haec rubrica abest a Sich. Nonn. codd. habent *De — Samaritanis Christianis factis vel si ex Christiano Iudaeus sit.* f) c. 1, 2 h. t. 4 *ex Christiano mancipio Iudaeus.* g) Explan. h. t. non est in codd. Epit. Aeg. *habeat Iudaeus.* h) c. 1 h. t. i) Ita plerique codd., reliqui eodem modo inter se differunt, quo initio titulorum totius Codicis Theod., ubi vid. not. *a*.

a) Ita plerique codd. *Nonn. Theodosiani* et om. *A.* Epit. Aeg. *Incipiunt Tituli Libri XVII*, nempe totius legis Romanae. Sich. in ind. titt. *Legum Novellarum D. Theodosii A.* b) Haenel in Novv. Theod. edit. tit. I. not. sup. et not. *a*. c) Int. h. t. d) Haenel in Novv. Th. edit. tit. II. not. *c*. e) Ita etiam Epit. Aeg.; Int. h. t. f) Int. h. t. g) 60 om. *aut f. c. e.* h) Explan. II. class. deest. i) Int. h. t. k) v. *praet.* abest a cod. 60. l) Int. h. t. m) Explan. I. class. deest. Int. h. t. n) Haenel in Theod. Novv. ed. tit. XV. not. *a*. o) Explan. II. class. deest. Int. h. t. 60 *Ne d. ad s. transeat d. nec ad a. h. a.* p) Explan. II. class. deest. q) Aeg. om. *et pascuis.* r) Int. h. tit. s) Haenel in Novv. Th. edit. tit. XXII. not. sup. et not. *a*. Epit. Aeg. *De Bonis curionum et naturalibus* etc. 60 *De Bonis curionum — heredibusque instituendis* et sequitur *tit. XII. de Mulieribus quae se servis propriis iunxerint*, errore ex C. Th. lib. IX. tit. 6. Ceterum cum hoc tit. terminatur index rubricarum cod. 60. t) Int. nov. 1 h. t. u) Nonn. codd. *Explicit Novellarum Liber I.* Haenel l. cit. p. 98, not. *s*.

a) Ita plerique codd.; alii in ind. titt. *Incip̄ Novellarū Divi Valentiniani secundus.* Aeg. nullo numero addito: *Incipiunt Tituli Novellarum Divi Valentiniani A.* Haenel ad Novv. Valent. p. 121 et 122, not. *a*. b) Vv. *filiis v. h. m. i.* desunt in Epit. Aeg. c) Explan. II. cl. abest ab hoc titulo. Int. h. t. d) Cf. ipsa Novell. e) Haenel ad Novv. Valent. not. *a* h. tit. p. 186. Omnis explan. h. t. deest in codd. Ap. Aeg. hic tit. positus est post sq. f) Int. nov. 1 et 2 h. t. g) Aeg. *De sepulcrorum v.* Haenel ad Novv. Valent. not. *a* h. t. h) Haec expl. deest in multis codd. i) Epit. Aeg. *successibus e.* Haenel ad Novv. Val. not. *a* h. tit. k) Int. h. t. l) Huius tit. Expl. deest. m) Cf. Haenel ad Novv. Valent. not. *a* h. t. n) Explan. II. class. deest. o) Aeg. *et advenis.* p) Vv. *positi i. f. f.* desunt in Expl. II. cl. Int. h. t. q) Haenel ad Novv. Valent. not. *a — e* h. tit. Epit. Aeg. *advocandis vel c. n.* Explan. h. tit. deest. r) Haenel l. cit. not. *a — d* h. t. s) Explan. I. class. et Sich. *ducantur et qui eos comparant quale d. r. p.* t) Cf. Haenel ad Novv. Val. not. *a*, *b* h. t. u) Ita plerique codd.; nonn. *Explicit Lib.* (nonn. add. *I*) *Novellarum Valentiniani.*

## INCIPIUNT TITULI LEGUM NOVELLARUM DIVI MARTIANI A.[a])

Tit. I. Neminem exhiberi de provincia ad comitatum, nisi ad relationem iudicis, a quo fuerit appellatum [b]), *hoc est, qui adversarium suum qualibet obiectione pulsaverit, in provincia sua ille, qui pulsatur, suas exerceat actiones* [c]).

— II. De indulgentiis reliquorum, *hoc est, ut, si provinciae beneficio principis tributa fuerint relaxata, reliqua non quaerantur; — hoc est, ut si alicui per beneficium principis tributa fuerint relaxata, a reliquis non quaerantur* [d]).

— III. De praediis civitatum omnium [e]), *hoc est, si quid de fiscalibus agris vel aedificiis donatione principis ad aliquos pervenerit; — hoc est, si quid de fiscalibus agris vel aedificiis donatione vel venditione principis aut qualibet ratione ad privatos pervenerit* [f]).

— IV. De matrimoniis senatorum, *hoc est, ut senatores de inferiore linea dummodo honestas, si voluerint, ducant uxores; — hoc est, senatores, si de inferiore linea sunt, si voluerint, honestas ducant uxores* [g]).

— V. De testamentis clericorum, *hoc est, ut si vidua vel sanctimonialis seu quaelibet religiosa matrona clericis aliquid donaverit* [h]).

EXPLICIUNT TITULI LEGUM NOVELLARUM D. MARTIANI A. [i])

## INCIPIUNT TITULI LEGUM NOVELLARUM DIVI MAIORIANI A.[a])

Tit. I. De curialibus et agnatione vel distractione praediorum eorum et de diversis negotiis [b]).

— II. De episcopali iudicio et ne quis invitus clericus ordinetur vel de ceteris negotiis [c]).

EXPLICIUNT TITULI LEGUM NOVELLARUM DIVI MAIORIANI A.[d])

## INCIPIUNT TITULI DIVI SEVERI A. [a])

Tit. I. De abrogatis capitibus iniustis legis Divi Maioriani A. *ad locum* [b]), *id est, de sanctimonialibus viduis, de hereditatis tertia vel de ceteris negotiis* [c])*; — id est, de viduis et sanctimonialibus et de hereditatis tertia parte et de dotibus et donationibus maritorum* [d]).

EXPLICIUNT TITULI LEGUM NOVELLARUM D. SEVERI A. [e])

## INCIPIUNT TITULI GAII INSTITUTIONUM. [a])

Tit. I. De libertatibus servorum [b]). *Gaius Institutionum Lib. I. dicit, quod omnibus non* [c]) *liceat manumittere et quod quatuordecim annorum testari possint, manumittere non possint et de statu ingenuorum et libertorum* [d])*; — Gaius Institutionum Libro I. dicit, quid sit manumissus Latinus, quid civis Romanus, quid deditiicius, et quod omnes manumittere, id est ingenuos facere non possint* [e])*; — hoc est, quod non omnes manumittere possint et de statu ingenuorum et libertorum* [f]).

Tit. II. De numero servorum testamento manumittendorum [g]).

— III. De iure personarum, *hoc est, ut distringendi servos domini licentiam habeant, non occidendi, iudicibus tradantur, similitei filii, qui in potestate patrum sunt* [h]).

— IV. De matrimoniis [i]), *hoc est, ut nullus de propinqua parentela sibi coniungat uxorem vel femina maritum; — hoc est, ut nullus vir ex propinqua parentela ad coniunctionem sibi iungat uxorem, sed nec feminae ex propinquitate maritos accipiant* [k]).

— V. De adoptionibus, *hoc est, qualiter adoptivi filii colligantur* [l]).

— VI. Quibus modis filii exeunt [m]) de potestate patris.

— VII. De tutelis [n]), *hoc est, qualiter pupilli tutores accipiant.*

— VIII. De curatione [o]), *hoc est, cum pupillares excesserint anni, ut tutores absolvantur, ad curatores ratio minorum incipiat pertinere* [p])*; — hoc est, peractis XXV annis procuratores absolvantur et eversores vel insani omni tempore habeant curatores* [q]).

(EXPLICIT. [r]))

Tit. I. (IX.) De rebus [s]), *hoc est, publicis sive ecclesiasticis vel privatis et iura rustica vel urbana* [t])*; — hoc est, cuius fuerit terra, ipsius erunt, quae superposita sunt vel omnia, in cuius re facta esse probantur* [u]).

— II. (X.) De testamentis, *hoc est, quia non omnibus licet facere testamentum* [v]).

— III. (XI.) De exheredatione liberorum [x]), *hoc est, qualiter filii per testamentum aut heredes aut exheredes scribuntur et reliqua.*

— IV. (XII.) De substitutionibus et faciendis secundis tabulis [y]).

— V. (XIII. s. XII.) De legatis [z]), *hoc est, qui in testamento scriptus est legatarius, hereditatem percipiat* [a])*; — hoc est, qui in testamento scriptus legatarius, quod ei deputatum est, voluerit, non exspectato herede sibi praesumat et reliqua.*

— VI. (XIV. s. XIII.) De lege Falcidia [b]), *hoc est, qui Falcidiam non reservaverit* [c]).

— VII. (XV. s. XIV.) De fideicommissis, *hoc est, qui hereditatem suam alii per fideicommissum dare rogat et reliqua* [d]).

— VIII. (XVI. s. XV.) De intestatorum hereditatibus [e]), *hoc est* [f]), *de legitimis heredibus, filiis et nepotibus et de naturalibus filiis et adoptivis* [g]).

— IX. (XVII. s. XVI.) De obligationibus, *hoc est, qualiter ex contractu nascuntur aut ex culpa; — hoc est, qualiter ex contractu nascuntur aut ex culpa et qualiter ab heredibus obligatio debiti exigatur* [h]).

— X. (XVIII. s. XVII.) Quibus modis obligatio tollitur [i]), *hoc est, aut soluto debito aut etiam si aliud, quam cautum fuerat, a debitore creditori redditur et reliqua plura; — hoc est, aut soluto — redditur et de quatuor generibus furtorum, id est, manifesto, non manifesto, concepto et oblato* [k]).

EXPLICIT GAII LIBER. [l])

a) Ita plerique codd. Nonn. *Incipit Lib. I Novellarum Divi Martiani.* Aeg. *Incipiunt Novelle Divi Martiani.* Haenel ad Novv. Mart. p. 267, not. *a.* b) Epit. Aeg. *Nemini exhiberi.* Haenel l. c. not. *b, bb.* c) Vid. Aeg. Explan. I. class. *definiat actiones.* Int. h. t. In 34 errore explan. seq. tit. ad hunc tit. transponitur. d) Int. h. t. e) Vid. not. *c.* f) Int. h. t. g) Int. h. t. h) Explan. I. class. deest. i) Ita plerique codd.; alii *Explicit Liber* (nonn. add. *I*) *Martiani.*

a) Ita plerique codd. Nonn. *Incipit Lib. I Novellarum Maioriani.* Epit. Aeg. *Incipiunt Novelle Divi Maioriani.* Haenel ad Novv. Maior. p. 291, not. *a.* b) Epit. Aeg. *De Curionibus Et De Actione vel* etc. Haenel l. c. p. 315, not. *a—f.* Explan. deest. c) Epit. Aeg. om. *et ne—negotiis.* Haenel l. cit. p. 330, not. *a, b.* Explan. deest. Novv. titt., quae in ipsa Epit. Aeg. add. (Haenel ad Novv., Praef. p. XIV—XVII, XXVII, XXXII), desunt in ind. rubr. d) Nonn. codd. *Expl. Lib. I Maioriani.*

a) Ita plerique codd.; alii *Incipit Liber* (nonn. add. *I*) *Novellarum Divi Severi.* Epit. Aeg. *Incipiunt Novelle Divi Severi.* Haenel in ed. cit. p. 335, not. *a.* b) Epit. Aeg. *De Abrogatis capitibus* et des. reliqua. Haenel l. cit. p. 335, not. *b, c.* c) Ita fere omnes codd. d) Ita 40. e) Ita plerique codd.; alii *Explicit Liber Novellarum Divi Severi.*

a) Nonn. codd. *Incipiunt capitula Gaii, Lib. I.;* alii *Incipiunt capitula Gaii s. Gagi;* nonnulli, ut 39, 40 *Ex corpore Theodosiani Lib. VI.* 65, 66 *Capitula de Libro XXII.* 61 *De Libro XXII.* Aeg. *Incipit Gai Liber Primus.* Bouch. *Elenchus Rubricarum utriusque libri* i. e. *Gaii et Pauli,* cohaerent enim Tituli Gaii et Pauli. Vid. Titulos Pauli, not. *a.* Sich. f. 121 *Caii Institutionum Liber Prior De Personis. Tituli Libri Prioris.* Cf. Haenel, Specimen Legis Romanae p. 16, not. 1 et infra Gaium, init. not. *a.* In duos libros dividitur Gaius a Sich. Schulting. Haub. Böcking. De codd. 1, 2, 6, 8, 27, 29 vid. not. *r.* b) Bouch. et Sich. *De Statu Hominum.* Codices, qui Explan. habent, omittunt rubricam, praeter cod. 24. c) *Non* abest a codd. 34, 68. d) §. 5, 7, pr. h. t. e) pr., §. 1—3, 5 h. t. f) Ita 24. §. 5, pr. h. t. g) Explanatio h. t. deest in codicibus. h) Expl. II. class. *trad. et de filiis qui* etc. §. 1, 2 h. t. i) Nonn. codd. *De incestis matrimoniis.* k) Vv. *ad coniunctionem* desunt in nonn. codd. §. 1, 6 h. t. l) Explan. II. class. deest. m) *Exeant* Aeg. Sich.; Cui. 1, 2 *exeunt,* sed 67 *de pot. parentis.* Nonn. codd. et Sich. *e* pro *de.* Explan. h. t. non inveni. n) 65, 66 *De Tutore. Aut Legitimi Sunt, Aut Testamentorum. Legitimi Sunt.* Explan. II. class. deest. o) Epit. Aeg. Sich. in m. *De curatoribus.* Multi codd. *De Curationibus.* Nonn. codd. *de Curatore* aut *de Procuratoribus.* p) pr. h. t. q) pr. et fin. h. t r) Vid. infr. Gaii tit. de Rebus, not. *a.* Bouch. continuo numerat. Sich. *Tituli Libri Posterioris.* Codd., ubi Gaius uno libro continetur, om. *Explicit—X.* s) Sich. *De rerum divisione.* t) §. 1, 3 h. t. u) §. 4 h. t. v) §. 1 h. t. Explan. II. classis deest. x) Nonn. codd. *De Exheredatione filiorum.* y) Hic tit. sed sine explan. est in solis codd. 8, 15, 38—40. Sich., ex quo transiit in posteriores edd., videtur eum ex Basil. cod. sumsisse. z) Hic titulus deest in nonn. codd. a) §. 1 h. t. b) Bouch. *De Falcidia.* c) Explan. II. class. deest. d) Explan. II. class. deest. pr. h. t. e) Sich. *haeredibus,* sed in m., ubi index ante Gaium repetitur, *haereditatibus.* f) pr. h. t. g) Explan. II. class. deest. h) pr. et §. 7 h. t. i) Aeg. Sich. *tollatur.* Edd. Lugd. 1559 et Aleand. Böcking ad §. 1 h. t. add. rubr. *De Obligationibus, Quae Ex Delicto Nascuntur,* quae sumta sunt ex §. 1 h. t. Edd. Aur. Lugd. *De Obligationibus Ex Culpa.* A mss. libris hae rubricae absunt. k) pr., §. 2 h. tit. l) Nonn. codd. *Explicit Gaii Liber I.*

## INCIPIUNT TITULI SENTENTIARUM IULII PAULI LIBRI I. [a])

Tit. I. De pactis et conventis [b]), *hoc est, omne pactum posteriore pacto dissolvitur et quod contra leges pacisci non possumus vel qualiter post rem iudicatam pacisci debeamus* [c]).

— II. De procuratoribus et cognitoribus [d]).

— III. De procuratoribus [e]), *hoc est, qualiter actio possit mandari et reliqua.*

— IV. De negotiis gestis, *vel qui pecuniam exercet alienam* [f]).

— V. De calumniatoribus, *hoc est, qui de calumniae fuerint obiectione convicti* [g]).

— VI. De reis institutis, *hoc est, qui de criminibus fuerit accusatus* [h]).

— VII. De integri restitutione [i]), *hoc est, ut, quod alicui sublatum est, reformetur; — hoc est, si res vel causa, quae perierat, in priorem statum reparatur vel quod alicui sublatum est* [k]).

— VIII. De dolo malo [l]), *hoc est, si aliud agitur, aliud simulatur* [m]).

— IX. De minoribus XXV annorum [n]).

— X. De plus petendo, *hoc est, causam perdit; — hoc est, qui plus petit, quam debet, causam perdat* [o]).

— XI. De satisdando, *hoc est, quicunque hereditatem ex defuncti voluntate possidet, quam alter sibi debitam esse contendit et qui usufructuariam rem possederit* [p]).

— XII. De iudiciis omnibus, *hoc est, qui in causis suis falsa principum rescripta detulerint* [q]) *et qui falsum nesciens allegavit* [r]) *et ut in caput domini nec servus nec libertus interrogetur et praegnantes neque torqueri neque damnari* [s]) *vel qui de se confessus est, in alium torqueri non posse* [t]).

— XIII. De iudicato, *hoc est, qui cartam vitiaverit et virginem violaverit* [u]); *— hoc est, qui exhibiturum se aliquem iudicio caverit et mortuus fuerit, et qui quodcunque genus scripturae sua praesumtione turbaverit, et qui rem vendiderit et tradere noluerit vel qui de petitione hereditatis sibi debitae silentium gesserit et reliqua* [v]).

— XIV. De via publica, *hoc est, qui eam exaraverit* [x]).

— XV. Si quadrupes damnum intulerit [y]), *et si feram bestiam vel quamcunque quadrupedem contra se incitaverit* [z]).

— XVI. De finium regundorum, *hoc est, qui per vim terminos deiecerit* [a]).

— XVII. De servitutibus, *hoc est, qui ad eundum ad rem suam uti solet via et ad hauriendam aquam vel aquaeductu biennio usus fuerit; — hoc est, de via, qua adeundo ad rem suam quis uti solet et servitus hauriendae aquae vel ducendae si biennio destiterit vel biennio in usu non fuerit* [b]).

— XVIII. De familiae herciscundae [c]), *hoc est, de divisione celebranda* [d]).

— XIX. Quemadmodum actiones per infitiationem duplentur [e]), *hoc est, ea, quae a debitoribus repetuntur, si negata fuerint, duplentur* [f]).

— XX. De fideiussore et sponsore [g]).

— XXI. De sepulcris et lugendis, *hoc est, ut corpora non inferantur in civitatem et qui luget abstineat a conviviis* [h]); *— hoc est, ut corpora, quae alibi transferenda sunt, redditis sacrificiis, noctibus transferantur et quod ii, qui lugent, a conviviis et alba veste debeant abstinere et ea, quae in sepulcris expensa fuerint, de mortui hereditate reddenda et qui alienum mortuum sepelierit, id, quod impenderit, ab herede recipere potest* [i]).

EXPLICIUNT TITULI LIBRI I.

## INCIPIUNT TITULI PAULI SENTENTIARUM LIBRI II. [a])

Tit. I. De rebus creditis et iureiurando [b]), *hoc est, qui pecuniam alteri crediderit et si is, cui credita est, alteri denegaverit et reliqua* [c]).

— II. De pecunia constituta, *hoc est, qui alterius debitum se promiserit redditurum* [d]).

— III. De contractibus, *hoc est, si quis verborum obligatione se spoponderit aliquid impleturum* [e]).

— IV. De commodato*), et deposito pignore, fiduciave, *hoc est, si aliquis rem susceptam aliquo casu perdiderit aut si facto pretio rem vendendam cuiuscunque susceperit* [f]).

— V. De pignoribus, *hoc est, qui pro pignore aliquod mancipium vel pecus dederit* [g]).

— VI. De exercitoribus et institoribus [h]).

— VII. Ad legem Rhodiam, *id est, de nautis* [i]); *— hoc est, de navali commercio.*

— VIII. De institoribus*), *hoc est, qui aliquam personam ad exercendum negotium, servum vel mercenarium miserit; — hoc est, qui aliquam personam aut exercendo negotio aut pro qualibet ratione praeposuisse dignoscitur, si quid damni per eius actum accesserit, ad eum, qui instituit, pertinebit* [k]).

— IX. De in rem verso, *hoc est, qui pecuniam susceperit alienam; — hoc est, qui rem susceperit alienam et in utilitatem patris vel domini eam impenderit* [l]).

— X. De senatusconsulto Macedoniano, *hoc est, si filius inscio patre pecuniam susceperit; — hoc est, qui filio cuiuspiam inconsulto patre aliquid praestiterit, nullatenus recipere potest* [m]).

— XI. Ad senatusconsultum Velleianum, *hoc est, ut mulieri in fideiussione non credatur; — hoc est, feminae in nulla fideiussione admittantur, nisi tantummodo in tutelis filiorum* [n]).

— XII. De deposito, *hoc est, de rebus commendatis; — hoc est, si aliquid de rebus agitur commendatis* [o]).

— XIII. De lege commissoria*), *hoc est, de creditoribus pecuniarum.*

— XIV. De usuris.

— XV. De mandatis [p]).

— XVI. Pro socio [q]), *sicut lucrum, ita et damnum inter socios communicatur* [r]).

— XVII. Ex emto et vendito, *hoc est, si quis rem alienam vendiderit* [s]).

— XVIII. De modo [t]), *id est de spatio, de diversis venditionibus et qui, contemto fideiussore, debitorem suum tenere maluerit.*

— XIX. De locato et conducto [u]).

— XX. De nuptiis, *hoc est, si sine voluntate patrum matrimonia copulantur et qui sani iunguntur et postea unus ex his infirmari coeperit, et vir absens uxorem ducere potest, aut si libertus ad coniunctionem patronae adspirare tentaverit* [v]).

— XXI. De concubinis, *hoc est, qui uxorem habet, a concubina separetur* [x]).

— XXII. De dotibus, *hoc est, et ante nuptias et post dari potest dos* [y]).

— XXIII. De pactis inter virum et uxorem.

— XXIV. De donationibus inter virum et uxorem [z]).

a) Ita plurimi codices; alii *Incipiunt Capit.* s. *Cap. Sententiarum Pauli Liber I.* aut *Incipiunt Cap. Titulorum Pauli Sententiarum Lib. I.* Epit. Aeg. *Incipiunt Tituli Sententiarum Pauli.* Apud Bouch. nulla est rubrica et cohaerent tituli omnes Pauli cum Gaio, quasi ad eum pertineant; nec sequentium librorum tituli rubrica distinguuntur. Vid. titulos Gaii not. *a.* Apud Sich. tituli duabus columnis ante hunc librum positi sunt, ut invicem tituli, qui subsequuntur, in hanc vel illam columnam translati sint et prima specie converso ordine videantur positi esse. Id fortasse ansam dedit ad ordinem tit. in priore indice turbandum. Idem accidit in V. libro. Sich. fol. 129 *Iulii Pauli Sententiarum Receptarum ad Filium Liber Primus. Tituli Libri Primi*, sed in ind. titt. *Iulii Pauli Sententiarum Receptarum Liber I.* b) *De p. et conventionibus* Sich. c) §. 2, 4, 6 h. t. Explan. I. class. deest. d) Nonn. codd. *De p. et pro c.* Bouch. *De procurationibus et c.* Sich. *De curatoribus et c.* Omnis Expl. abest ab h. tit. e) Haec rubrica deest ap. Bouch.; Epit. Aeg. *De procurationibus.* Expl. II. class. deest. §. 1 h. t. f) Explan. II. class. deest. Int. §. 3 h. t. g) Explan. II. class. deest. Int. §. 2 h. t. h) Explan. II. class. deest. i) Multi codd. *De Integra rest.* k) Int. §. 2 h. t. l) *Malo* abest a multis codicibus et a Bouch. m) §. 1 h. t. Explan. II. class. deest. n) Omnis Explan. deest. o) Int. h. t. p) Int. §. 1, 2 h. t. q) Int. §. 1 h. t. r) §. 3 h. t. s) §. 4, 5 h. t. t) §. 7 h. t. Nonn. codd. *confessus est, alium non vituperet.* Explan. I. class. deest. u) §. 3, 6 h. t. v) §. 1. Int. §. 3 h. t. §. 4 et Int. §. 10 h. t. x) §. 1 h. t. Explan. II. class. deest. y) Bouch. *Intulit.* z) Int. §. 3 h. t. Explan. II. class. deest. a) Nonn. codd. *tulerit.* Explan. II. class. deest. b) Int. §. 1, 2 h. t. c) Multi codd. Sich. *De familia herciscunda.* Bouch. om. *De.* d) Int. h. t. e) Epit. Aeg. *per infitigationem.* Bouch. *actione.* Multi codices Epit. Aeg. Bouch. *duplicentur.* f) Int. §. 1 h. t. g) Explan. h. t. abest. Aeg. *et desponsore.* h) §. 2, 3 h. t. i) §. 1, 3, Int. §. 4 h. t. et §. 5 h. t. Vid. supra not. *a.*

a) Vid. lib. I. Pauli init. not. *a.* In ed. Bouch. deest rubrum, quo indicetur initium sec. libri. Vid. Gaii titulos not. *a* et Paul. lib. I. titulos not. *a.* Ep. Aeg. *Incipiunt Libri Secundi Pauli Tituli.* b) Bouch. *et de iureiur.* c) Explan. II. class. deest. d) Int. §. 1 h. t. Explan. II. class. deest. e) Int. §. 1 h. t. *) Sich. in m. ind. f. 134 *commendato.* f) Expl. II. class. abest. §. 2 et Int. §. 4 h. t. g) Int. §. 2 h. t. Int. II. class. deest. h) Omnis Expl. abest ab hoc titulo. i) Ita etiam Epit. Aeg. Nonn. codd. *de Nauticis.* *) Sich. *De institutoribus.* k) Int. §. 2 h. t. l) Int. §. 1 h. t. m) Int. h. t. n) §. 1 et Int. §. 2 h. t. o) Int. §. 2 h. t. *) Bouch. *commissaria.* p) Explan. tit. XIV. et XV. deest. Deest etiam ap. Bouch. rubr. *de Mandatis.* q) Epit. Aeg. *De sociis.* r) §. 1 h. t. Explan. II. class. deest. s) Int. §. 1 h. t. Explan. II. class. deest. t) Nonn. codd. *De modo et spatio.* Epit. Aeg. Sich. Explan. I. class. *De modo id est de spatio* et des. rell. §. 1 sqq. et Int. §. 12 h. t. u) Huius tit. omnis explan. deest. v) Int. §. 2, 4 h. t. §. 5 h. t. Int. §. 6 h. t. Explan. I. classis deest. x) Int. h. t. Explan. II. class. deest. y) §. 1 h. t. Explan. II. class. deest. z) Omnis explan. abest a titt. XXIII. et XXIV.

Tit. XXV. De liberis agnoscendis, *hoc est, de filiis ancillarum et liberarum; — hoc est, mulieres, quae tempore manumissionis a partu fuerint absolutae et quae, matrimonio per divortium dissoluto, praegnantes se esse senserint et marito vel parentibus non indicaverint et si de mulieris praegnatione dubitatur et de obstetrice, quae partum alienum attulit, ut supponi possit*[a]).

— XXVI. Quemadmodum filii sui iuris efficiuntur[b]).

— XXVII. De adulteriis, *hoc est, si mulier fuerit in adulterio deprehensa*[c]).

— XXVIII. De excusationibus tutorum, *hoc est, ut inimico paterno parvulorum defensio non committatur et reliqua*[d]).

— XXIX. De potioribus nominandis, *hoc est, si potior ad tutelam eligitur; — hoc est, qui potior ad tutelam eligitur, non solum pupillo generis affinitate propinquior, sed et facultate debet idoneus approbari*[e]).

— XXX. Qui potiores nominare non possint[f]), *hoc est, si libertus tutor fiat; — hoc est, libertus si a patre filiis tutor fuerit deputatus.*

— XXXI. Ad orationem[ff]) Divi Severi, *hoc est, si tutor aliquid distraxerit; — hoc est, si dolo tutores aut curatores aliquid minoris perdiderint.*

— XXXII. De furtis, *hoc est, de generibus furtorum, quorum poena quadrupli est; — hoc est, quanta genera sint furtorum, qualiter condemnentur*[g]).

— XXXIII. De operis*) libertorum, *hoc est, ut, si patronus egens fuerit effectus, pro modo facultatum suarum eum sustinere debeat*[h]).

EXPLICIUNT TITULI LIBRI II.

## INCIPIUNT TITULI PAULI SENTENTIARUM LIBRI III.[a])

Tit. I. De Carboniano edicto, *hoc est, qui contra duos fratres causam habuerit; — hoc est, ut si contra duos fratres, unum puberem et alterum impuberem, causa orta fuerit, senior frater se per personam iunioris, id est pupilli, penitus non excuset*[b]).

— II. De bonis liberti, *hoc est, si libertus duos patronos habuerit*[c]); — *hoc est, qualiter patroni in facultate liberti succedant.*

— III. De lege Fabiana[d]), *hoc est, si libertus de bonis suis aliquid alienaverit; — hoc est, si libertus aliqua de rebus suis sub fraude, ut in iura patroni non veniant, alienavit*[e]).

— IV. De testamentis, *hoc est, quae personae testamentum facere possint*[f]).

— V. De eo cui moribus interdicitur, *hoc est, qui bona sua disperdit et filios suos ad egestatem perducit et reliqua plura de testamentis*[g]).

— (VI. Item de testamentis.)[h])

— VI. (VII.) Ad senatusconsultum Silanianum[i]), *hoc est, qui a familia sua occisus fuerit; — hoc est, qui a familia sua occisus fuerit, hereditas illius ab heredibus adiri non potest, nisi prius mors sua fuerit vindicata et reliqua plura de occisis*[k]).

— VII. (VIII.) De legatis, *hoc est, quibus aliquid per testamentum fuerit deputatum*[l]).

— VIII. (IX.) De usufructu, *sed plura etiam de testamentis, hoc est, de usufructuario multis modis expositum.*

— IX. (X.) De mortis causa donationibus[m]).

— X. (XI.) Ad legem Falcidiam, *hoc est, qui facit testamentum vel mortis causa donationibus heredem instituit, quartam reservet portionem et reliqua*[n]).

EXPLICIUNT TITULI LIBRI III.

## INCIPIUNT TITULI PAULI SENTENTIARUM LIBRI IV.[a])

Tit. I. De fideicommissis, *hoc est, qualiter ex testamento legati titulo hereditas relinquatur*[b]).

— II. De senatusconsulto Trebelliano[c]), *hoc est, ne solus heres omnibus actionibus hereditariis oneretur*[d]).

— III. De senatusconsulto Pegasiano[e]), *hoc est, de hereditate fideicommissaria.*

— IV. De repudianda hereditate[f]).

— V. De inofficiosi querela[g]), *hoc est, si filius post testamentum factum nascitur*[h]).

— VI. De vicesima, *hoc est, qualiter testamentum praesentibus nobilibus fiat et relegatur coram idoneis personis; — hoc est, qualiter testamenta praesentibus his, qui signaverint, post mortem defuncti vel inter horam secundam et decimam diei debeant recitari et ut post mortem testatoris statim debeant aperiri*[i]).

— VII. De lege Cornelia, *hoc est, qui testamentum falsum scripserit, signaverit vel scriptum celaverit; — hoc est, qui testamentum falsum scripserit, signaverit, suppresserit, deleverit, exilio deputandum*[k]).

— VIII. De intestatorum successione[l]), *hoc est, qualiter hereditas per posteros dividatur et de monstruosis, id est deformiter natis*[m]).

— IX. Ad senatusconsultum Tertullianum, *hoc est, de matribus, quae ius liberorum habuerint; — hoc est, si Latina ingenua ter peperit, ius liberorum acquirat*[n]).

— X. De gradibus, *hoc est, qualiter omnia propinquorum nomina continentur, inter quos legitima possit esse successio; — hoc est, qualiter nomina propinquorum per successionem legitimam capiant hereditatem.*

— XI. De manumissionibus, *hoc est, si quis servum communem manumiserit et reliqua plura*[o]).

— XII. De fideicommissis libertatibus[p]), *hoc est, qui filium emancipaverit vel servum manumiserit et de tutore a patre commisso*[q]).

— XIII. Ad legem Fusiam Caniniam[r]), *hoc est, quanti servi manumitti possint; — hoc est, ut servi per testamentum aut codicillum nominatim debeant manumitti, et qualiter aut qualis numerus manumitti possit, similiter et qualis ratio de his, qui per testamentum aut per codicillos manumissi sunt*[s]).

EXPLICIUNT TITULI LIBRI IV.

## INCIPIUNT TITULI PAULI SENTENTIARUM LIBRI V.[a])

Tit. I. De liberali causa, *hoc est, qui filios suos vendiderint aut qui ingenuos manumiserint; — hoc est, qui filios suos vendiderint, aut qui ingenuos manumiserint, aut qui ingenuos inter fiscalia mancipia descripserint vel si assertor causam deseruerit et reliqua plura de ingenuis*[b]).

— II. De usucapione, *hoc est, qui rem emtam decennio vel vicennio tenuerit; — hoc est, de viginti et decem annorum praescriptione et qualiter possessio acquiratur*[c]).

— III. De his quae per turbam fiunt[d]), *hoc est, qui collecta multitudine aut concitata seditione damnum cuicunque intulerit; — hoc est, qui collecta multitudine aut concitata seditione cuicunque damnum intulerit vel qui per malitiam incendium cuicunque miserit et reliqua*[e]).

— IV. De iniuriis, *hoc est, qui alteri crimen imposuerit vel convicium seu canticum de aliquo composuerit*[f]).

— V. De effectu sententiarum et finibus[g]) litium, *hoc est, de excom-*

a) §. 1, 2 et Int. §. 4, 5, 6, 8 h. t. §. 9 h. t. b) Multi codd. Sich. in ind. *efficiantur.* Explan. h. t. deest. c) §. 1 et 2. Explan. II. class. deest. d) Int. §. 1 h. t. e) Int. §. 2 h. t. f) Bouch. Sich. *Qui potior nominari non possit.* Epit. Aeg. *Qui p. nominari n. possunt.* Int. h. t. ff) Sich. in ind. *De oratione*, sed in m. ind. qui lib. II. Pauli antecedit *Ad rationem*, ut Bouch. §. 1 h. t. g) §. 2—10 et Int. §. 10 et §. 16 h. t. *) Epit. Aeg. *operibus.* h) Explan. I. class. deest. Int. h. t.

a) Vid. init. libri I. Pauli not. *a.* Aeg. *Incipiunt Pauli Libri Tertii Tituli.* b) Int. §. 1 h. t. c) Int. §. 2 h. t. d) Sich. *de Lege Fabia*, sed f. 140 in m. *Fabiana.* e) Int. h. t. f) §. 1 h. t. g) §. 1 h. t. h) Interponitur hic titulus in multis et antiquissimis quidem codd., quare eum retinui, sed uncis inclusi, cum ex ultimis antecedentis explanationis verbis videatur ortus esse et desit ap. Bouch., in Epit. Aeg., codd. 9, 10, 21, 22, 26, 27—29, 30, 32—34. i) Epit. Aeg. *De senatusconsulto silaniano.* Bouch. *Ad s. Sileyanum.* Sich. *Ad s. Syllanianum.* k) Int. §. 1 h. t. l) Explan. II. class. deest. m) Explan. h. t. deest. n) Int. §. 1 h. t.

a) Vid. lib. I. Pauli not. *a.* b) Expl. II. class. deest. Int. §. 1 h. t. c) Nonn. codd. *De Sc. Tribelliano*, ut Epit. Aeg., aut *Tripelliano.* d) §. 1 h. t. Expl. II. class. deest. e) Nonn. codd. *De S. Pacasiano s. Pag.*, ut Ep. Aeg. Explan. II. class. deest. f) Omnis explanatio abest ab h. t. Bouch. *repudienda.* g) Nonn. codd. *Veneficiosa querella.* h) Int. II. class. deest. Int. §. 2 h. t. i) §. 1—3 h. t. k) §. 1 h. t. l) Multi codd. *De i. hereditate.* m) §. 7 et 10 h. t. Explan. II. class. deest. n) §. 1 et 2 h. t. Nonn. codd., Epit. Aeg. *tertulianum*, ut Bouch. o) Int. §. 1 h. t. Explan. II. class. abest ab hoc et a seq. tit. p) Nonn. codd. *De fideicommissariis lib.* Bouch. *De Fideicommissi l.* q) §. 1, Int. §. 2 et 3 h. t. r) Multi codd. *Fufiam* et ut Epit. Aeg. Bouch. *Caninam.* s) §. 1, 2, 4 h. t.

a) Vid. lib. I. Pauli not. *a.* b) §. 1—3, 5 h. t. c) Int. §. 3, 4 h. t. d) *De h. qui t. faciunt* Bouch. e) Int. §. 1, 6 h. t. f) Explan. II. class. deest. §. 11, 15 et 16 h. t. g) Sich. *fine.* Bouch. *et finibus titulorum.*

*promisso et de confessionibus debitorum et sententia contumacis* [h]).

Tit. VI. De interdictis, *hoc est*, *de momento petendo et ut via publica nemo prohibeat* [i]).

— VII. De interdicto utrubi [k]), *hoc est*, *de recuperandis bonis*, *unde quis expellitur* [l]).

— VIII. De obligationibus, *hoc est*, *de firmitate stipulationis vel sponsionis* [m]).

— IX. De novationibus, *hoc est*, *quoties cautio renovatur* [n]).

— X. De stipulationibus, *hoc est*, *de procuratoribus*, *institutoribus obligatis* [o]).

— XI. De contrahenda auctoritate [p]), *hoc est*, *si vicinus paries ruinosus fuerit;* — *hoc est*, *si vicinus paries ruinae metum videatur ostendere* [q]).

— XII. De donationibus, *hoc est*, *tempore nuptiarum;* — *hoc est*, *de donationibus et si aliquis donationem duobus fecerit* [r]).

— XIII. De iure fisci et populi, *hoc est*, *si quis sibi pro aliquo admisso crimine mortem intulerit et reliqua;* — *hoc est*, *si aliquis se ipsum occiderit*, *facultas eius fisco addicatur* [s]).

— XIV. De fisci advocato, *quoties sine auctoritate officium aliquis occupat* [t]).

— XV. De delatoribus, *hoc est*, *omnis delator puniatur et servus dominum suum non accuset* [u]).

— XVI. De quaestionibus habendis, *hoc est*, *ut criminosi prius interrogentur*, *quam damnentur;* — *hoc est*, *ut criminosi non statim tormentis*, *sed prius argumentis interrogentur* [v]).

— XVII. De testibus, *hoc est*, *nec suspecti*, *nec filii adversus parentes testimonium dicant;* — *hoc est*, *nec hi*, *qui suspecti fuerint*, *sed nec adversus se parentes et filii vel liberti testimonium dare non possunt* [x]).

— XVIII. De servorum quaestionibus, *hoc est*, *ut nullus servum supra dominum inquirat* [y]).

— XIX. De abolitionibus [z]), *hoc est*, *quando reus repeti debeat et de modis suppliciorum;* — *hoc est*, *post abolitionem publicam a delatore suo reus intra tricesimum diem repeti potest et reliqua de suppliciis* [a]).

— XX. De abactoribus, *hoc est*, *qui aliquod pecus tollit et unde furtum imputatur;* — *hoc est*, *qui unum equum*, *duas equas*, *totidem boves*, *decem capras aut porcos quinque abegerint*, *poena furti teneri placuit* [b]).

— XXI. De sacrilegis [c]), *hoc est*, *qui aliquid per vim de ecclesiis tulerit;* — *hoc est*, *qui noctu vel die aliquid de ecclesiis in furtis abstulerint.*

— XXII. De incendiariis, *hoc est*, *qui noctu frugiferas arbores manu facta ceciderint* [d]).

— XXIII. De vaticinatoribus et mathematicis [e]), *hoc est*, *qui de futuris aliquid simulant veri dicere;* — *hoc est*, *qui novas et incognitas religiones inducunt vel qui de salute principis mathematicos*, *ariolos consulunt vel si servi de salute dominorum eos consuluerint* [f]).

— XXIV. De seditiosis, *hoc est*, *qui scandala concitant aut terminos effodiunt alienos;* — *hoc est*, *qui seditiones concitant*, *aut qui terminos effodiunt et arbores terminales evertunt aut qui se Iudaico ritu vel servos suos circumciderint et reliqua de Iudaeis* [g]).

— XXV. Ad legem Corneliam de sicariis et veneficis [h]), *hoc est*, *qui hominem ferro vel veneno occidunt;* — *hoc est*, *lex Cornelia poenam deportationis infligit iis*, *qui hominem occiderint et furtum fecerint et reliqua multa his similia* [i]).

Tit. XXVI. Ad legem Pompeiam de parricidiis [k]), *hoc est*, *qui patrem vel proximum parentem occiderit;* — *hoc est*, *qui patrem aut matrem*, *avum*, *aviam*, *fratrem*, *sororem*, *patronum vel patronam occiderit* [l]).

— XXVII. Ad legem Corneliam testamentariam, *hoc est*, *qui testamentum scripserit;* — *hoc est*, *qui testamentum quodve aliud instrumentum falsum sciens dolo malo scripserit*, *suppresserit aut resignaverit*, *aut qui monetam adulteraverit*, *vel iudex*, *qui oblatas sibi in iudicio leges audire noluerit et si quis instrumenta sua a procuratore vel cognitore adversario prodita esse convicerit et reliqua de instrumentis et de iudicibus* [m]).

— XXVIII. Ad legem Iuliam de vi publica et privata, *hoc est*, *qui reclamantem ad principem occiderit;* — *hoc est*, *ut pro violentia publica damnetur iudex*, *qui appellantem*, *ut ad principis praesentiam ducatur*, *torserit aut damnaverit vel qui cum armis quemquam de domo sua eiecerit aut incendium fecerit* [n]).

— XXIX. Ad legem Iuliam peculatus, *hoc est*, *qui fiscalem pecuniam attrectaverit;* — *hoc est*, *qui fiscalem pecuniam attrectaverit*, *subripuerit vel in suos usus converterit* [o]).

— XXX. Ad legem Iuliam repetundarum, *hoc est*, *ut iudices*, *qui leges audiunt*, *contra iustitiam non faciant;* — *hoc est*, *si iudices*, *qui ex delegatione causas audiunt*, *in audientia causae corrupti*, *contra iustitiam iudicasse convicti fuerint* [p]).

— XXXI. Ad legem Iuliam maiestatis, *hoc est*, *qui adversus principem aliquid egerint;* — *hoc est*, *cuius ope vel consilio adversus principem vel rem publicam arma mota sunt* [q]).

— XXXII. Ad legem Iuliam [r]) ambitus, *hoc est*, *petiturus magistratum si turbam concitaverit;* — *hoc est*, *petiturus magistratum vel provinciae sacerdotium si turbam suffragiorum causa conduxerit*, *convictus in insulam deputatur* [s]).

— XXXIII. De poenis militum, *hoc est*, *si de custodia miles aliquem dimiserit;* — *hoc est*, *si miles accepta pecunia reum dimiserit aut qui ei custodiam prosequenti magna manu excusserit* [t]).

— XXXIV. Quando appellandum sit, *hoc est*, *quoties iusiurandum postulatur;* — *hoc est*, *quoties iusiurandum postulatur*, *eo tempore appellandum est*, *quo defertur*, *non quo iuratur* [u]).

— XXXV. De cautionibus et poenis appellationum, *hoc est*, *ut*, *qui appellare vult*, *intra quinque annos faciat* [v]).

— XXXVI. De literis dimissoriis [y]), *hoc est*, *ab eo*, *qui appellat*, *literas habeat* [z]).

— XXXVII. De reddendis causis appellationum, *hoc est*, *qui in causa status sui appellat*, *ipse respondeat;* — *hoc est*, *qui in causa status sui appellat*, *non per procuratorem*, *sed ipsis praesentibus esse agendum et reliqua* [a]).

— XXXVIII. Post provocationem quid observandum sit [b]), *hoc est*, *si aliquis alium de possessione repetit* [c]).

— XXXIX. De meritis appellationum [d]), *hoc est*, *si iniusta appellatio comprobatur*, *qui pulsat*, *in quadruplum litis expensas reformet;* — *hoc est*, *si cuiuscunque appellatio iniusta comprobatur*, *sumtus*, *quos post appellationem adversarium suum compulit sustinere*, *in quadruplum reformet* [e]).

EXPLICIUNT TITULI PAULI SENTENTIARUM LIBRI V. [f])

h) §. 1, 4, 7 h. t. Explan. II. class. deest. i) Int. §. 1 h. t. §. 2 h. t. k) Plerique codd. Epit. Aeg. Sich. *Utrum vi.* Bouch. *Unde vi.* l) Explan. II. class. deest. m) Explan. II. class. deest. n) Bouch. *de Donationibus.* Int. h. t. Explan. II. class. deest. o) Explan. II. class. deest. p) Multi codd. *authoritate* ut Bouch. aut *autoritate.* q) Int. h. t. r) §. 1 et Int. §. 4 h. t. s) Int. §. 1 h. t. t) Explan. II. class. deest. §. 2 h. t. u) Aeg. *De dilatoribus.* Explan. II. class. deest. §. 1 et 2 h. t. v) §. 1 h. t. x) §. 1 et Int. §. 3 h. t. y) Explan. II. class. deest. §. 5 h. t. z) Bouch. Sich. in m. sec. ind. *De absolutionibus.* Nonn. codd. *De oblationibus hoc est de postulatione publica a delatore.* a) §. 2, 3 h. t. b) §. 1 h. t. c) Nonn. codd. *De sacrilegiis.* §. 1 et Int. h. t. Nonn. codd. om. *noctu vel die.* d) §. 1 h. t. Explan. II. class. deest. e) Sich. *De vaticinationibus et vat. et math.* f) Int. §. 1 h. t. §. 2, 3, 4 h. t. g) §. 1—4 h. t. h) Vv. *et veneficis* des. in multis codd. Nonn. codd. et Bouch. *veneficiis.* i) §. 1 h. t. k) Nonn. codd. et Sich. *de Paricidis.* In Bouch. ed. hunc tit. antecedit tit. *ad L. Corn. Testament.* l) §. 1 h. t. m) §. 1, Int. §. 3 h. t. §. 7 h. t. n) Int. §. 2 h. t. §. 3 h. t. o) §. 1 h. t. p) Int. h. t. q) §. 1 h. t. r) Bouch. om. *Iuliam.* s) §. 1 h. t. Vv. *convictus in i. d.* add. in codd. 21, 24. t) §. 1 et 2 h. t. u) §. 1 h. t. v) Omnes *annos.* §. 1 h. t. *dies.* Explan. II. class. deest. y) Nonn. edd. post Sich. *De d. l.* z) §. 1 h. t. Explan. II. class. deest. a) Int. §. 1 h. t. b) Bouch. *Quid observandum post provocat.* Aeg. *est* pro *sit.* c) Explan. II. class. deest. d) Bouch. *appellationibus.* e) Int. h. t. f) Bouch. *Elenchorum utriusque libri finis.*

## INCIPIUNT TITULI [a]) EX CORPORE GREGORIANI [b]).

Tit. I. De transactionibus [c]), *hoc est, qui per mandatum procurator fuerit institutus; — hoc est, qui per mandatum procurator litis fuerit institutus, si in mandato de compositione causae nihil continetur, litigare potest, componere non praesumat* [e]).

— II. Si adversus donationes sponsis [f]) factas in integrum quis restitui velit, *hoc est, si quid minores per coniunctionem matrimonii sponsalitia largitate donaverint* [g]).

— III. Si maior fuerit probatus [h]), *hoc est, qui incipienti maiorem postea voluerit excusare; — hoc est, qui decipiendi animo maiorem se instrumentis quibuscunque esse conscripserit et postea per veniam aetatis contra hoc venire tentaverit* [i]).

— IV. De inofficioso testamento, *hoc est, si pater pro filia dotem tradiderit; — hoc est, si pater pro filia dotem tradiderit aut gener pro ipsa dote fecerit cautionem et mortis tempore Falcidiam filiae pater per testamentum non reliquerit* [k]).

— V. De petitione hereditatis, *hoc est, perceptum malae fidei possessores restituere* [l]).

— VI. De rei vindicatione, *hoc est, qui vineas in aliena terra posuerit; — hoc est, qui vineas in aliena terra posuerit, pariter et de aedificiis vel reliquis rebus et reliqua* [m]).

— VII. Si sub alterius nomine res emta fuerit [n]).

Tit. VIII. De familiae herciscundae et communi dividundo [o]).

— IX. Si cum eo, qui in aliena potestate est, negotium gestum esse dicitur [p]), *hoc est, ut filiofamilias pro studio literarum tantum pecuniae tradi possit* [q]).

— X. Si debito persoluto instrumentum apud creditorem remanserit [r]).

— XI. Si amissis vel debitori redditis instrumentis creditum petatur [s]).

— XII. Quibus res iudicata non noceat [t]).

— XIII. De patria potestate [u]).

EXPLICIUNT TITULI EX CORPORE GREGORIANI.

## INCIPIUNT TITULI [a]) EX CORPORE HERMOGENIANI [b]).

Tit. I. De cauta et non numerata pecunia [c]).

— II. Ex delictis defunctorum quemadmodum conveniantur successores, *hoc est, si in criminalibus causis quis, antequam moriatur, fuerit convictus* [d]).

EXPLICIUNT TITULI EX CORPORE HERMOGENIANI.

## INCIPIT TITULUS EX [a]) PAPINIANI LIB. I. RESPONSORUM.

Tit. I. De pactis inter virum et uxorem [b]).

EXPLICIUNT TITULI [c]) LIBRI LEGUM.

a) Nonn. codd. *cap̃.* Aeg. *Incipiunt Tituli Libri Gregoriani.* b) Vid. quae dixit Haenel in praef. Codicis Greg. ed. et ad libr. I. not. *a.* c) Cf. Haenel l. c. p. 1, not. *a.* e) Int. h. t. In nonn. codd. add. *Expl. Lib. I. Incip̃. Lib. II.* et praefixi sunt titulis II—IV. numeri I, II, III. Sich. f. 164 *Tituli Libri Secundi*, neque vero titulis numeros add. f) Aeg. Epit. *in sponsis*. Apud Sich. deest *quis*. g) Int. h. t. Explan. II. class. deest. h) Epit. Aeg. Sich. et multi codd. *Provocatus.* i) Int. h. t. k) Int. c. 2 h. t. In nonn. codd. add. *Gregoriani Lib. III.* et praefixi sunt titulis V—IX. numeri I—V. Sich. f. 165 *Tituli Libri Tertii*, neque vero titulis numeros add. l) Explan. II. class. deest. c. un. h. t. m) Int. c. 1 et 2 h. t. n) Explan. abest ab hoc et a sq. tit. o) Cf. Haenel in ed. Cod. Greg. not. *v* init. h. tit. p. 20. p) Cf. Haenel l. c. p. 25, not. *. q) Int. h. t. Nonn. codd. add. *Gregoriani Lib. IIII.* et tit. X. et XI. numeros *I, II.* Sich. f. 166 *Tituli Libri IV.*, neque vero numeros add., etsi tit. X—XII. hoc libro comprehendit. r) Explan. abest ab hoc et a seqq. Codicis Greg. titulis. s) Add. in nonn. codd. *Gregoriani Lib. V.* t) Add. in nonn. codd. *Greg̃. Lib. VI.* u) Epit. Aeg. *De paterna pot.* Nonn. codd. et Sich. *Lib. XIII. De p. p.*

a) Nonn. codd. *Cap̃.* b) In nonn. codd. add. *Lib̃. I.* Cf. Haenel ad Cod. Herm. not. *a* p. 65. Aeg. *Titulus Libri Hermogeniani.* c) Explan. h. t. deest. d) Explan. II. class. abest. Int. h. t. Apud Aeg. deest hic tit.

a) Nonn. codd. om. vv. *Titulus ex* et habent *Inc. Papinianus* s. *Papianus.* In ind. titt. Sich. et ap. Aeg. hic titulus deest; in ipsa ed. Sich. *Papiniani Titulus*, omissa tituli rubrica. b) Explan. deest. c) Nonn. codd. *Cap̃.* s. *Capitula*, alii *Expliciunt Tituli Iuris Quae Ex Lege Romana Consistunt*, ut 13, alii subscriptionem omittunt. 18 *Explicit Breviarium De Diversis Causis.* Aeg. *Finis Titulorum.* Sich. *Tit. Finis* post Hermogeniani Corporis titt.

# INCIPIT

# CODICIS THEODOSIANI

## LIBER PRIMUS [a]).

## TITULUS I. [b]) DE CONSTITUTIONIBUS PRINCIPUM ET EDICTIS.

1. [c]) *Imp. Constantinus A. ad Lusitanos.* Si qua posthac edicta sive constitutiones sine die et consule fuerint deprehensa, auctoritate careant. *Dat. VII. Kal. Aug. Sabariae, Probiano et Iuliano VV. CC. Coss.*

INTERPRETATIO. *Quaecunque leges sine die et consule fuerint prolatae, non valeant.*

2. [d]) *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Flaviano Pf. P. Illyrici et Italiae.* Perpensas serenitatis nostrae longa deliberatione constitutiones nec ignorare quemquam, nec dissimulare permittimus. *Dat. VI. Kal. Iun. Vincentiae, Tatiano et Symmacho Coss.*

INTERPRETATIO. *Leges nescire nulli liceat, aut quae sunt statuta contemnere.*

3. [e]) *Iidem AAA. Aureliano Pf. U.* Omnia constituta non praeteritis calumniam faciunt, sed futuris regulam ponunt. *Dat. III. Kal. Mart. Constantinopoli, D. N. Theodosio A. III. et Abundantio V. C. Coss.*

INTERPRETATIO. *Omnes leges non ea, quae anteriore tempore acta sunt, damnant, sed in futurum observanda constituunt.*

4. [f]) *Iidem AAA. Victorio Proconsuli Asiae.* Generale praeceptum beneficio speciali anteferendum est. *Dat. XII. Kal. Sept. Constantinopoli, Theodosio A. III. et Abundantio V. C. Coss.*

INTERPRETATIO. *Legem, quae communiter omnes tenet, unius persona vel una causa non vacuet* [g]).

## TITULUS II. [a]) DE DIVERSIS RESCRIPTIS.

1. [b]) *Imp. Constantinus A. ad Populum.* Contra ius rescripta non valeant, quocunque modo fuerint impetrata. Quod enim publica iura praescribunt, magis sequi iudices debent. *PP. IV. Kal. Sept. Romae, Constantino A. IV. et Licinio IV. Caes. Coss.*

INTERPRETATIO. *Quaecunque contra leges a principibus fuerint obtenta, non valeant.*

2. [c]) *Idem A. Crepereo Donatiano.* Rescripta, quibus usi non fuerint, qui in fata concedunt, heredes possunt allegare, ut congrue impetrata successoribus emolumenta conquirantur. *PP. Id. Dec. Constantino A. V. et Licinio V. Caes. Coss.*

INTERPRETATIO. *Beneficia principum, quae illi, qui meruerunt, interveniente morte, non fuerint consecuti, successoribus eorum exsequi liceat, ut beneficia heredes ab auctoribus suis impetrata percipiant.*

3. [d]) *Idem A. Severo Pf. U.* Quoties rescripto nostro praeiudicium vel moratoria praescriptio remittitur, aditus supplicandi pandatur: quod autem totius negotii cognitionem tollit et vires principalis negotii exhaurit, sine gravi partis alterius dispendio convelli non potest. Nec praescriptionis igitur peremtoriae relaxatio petatur, nec contra edictum supplicetur. *Dat. X. Kal. Iun. Nicaeae, Paulino et Iuliano VV. CC. Coss.*

a) Plerique codd. *Incipit Theodosiani* aut *Theodosii Liber Primus* aut *Incipit Liber Legum Theodosii De C. P. Et Ed.* Til. *Theodosiani Codicis Liber Primus.* Ceterae edd. *Codicis Theodosiani Liber Primus.* In Codice Theodosiano huius libri XXXV, fortasse plures fuisse titulos, demonstravit Haenel ad C. Th. p. 166 sq. not. sup. tit. XVII. et pag. 174 not. sup. tit. XXVII. b) Tit. I. C. Th. *Tit. I.* In Br. codd. edd. Sich. Til. h. t. sunt quatuor constitutiones, sex in rec. edd. L. Visig. II, 1, 9 et 11 ? c) c. 1. C. Th. *c.* 1. Hincm. Opp. T. II. p. 527. Integra est cum interpr. in codd. 1, 3—9, 12, 14, 18, 22, 25, 29, 31, 32, 35—37, 40, 43. Omnia desunt praeter interpr. in codd. 42, 45, textus et inscript. om. in codd. 21, 23, 24, 34, 45ᵃ, solus textus in codd. 26, 27, 30, 38, 39, sola inscriptio in cod. 20 et subscriptio in codd. 28, 44. Ap. Hincm. om. inscriptio, subscr. et interpr. d) c. 2. C. Th. *c.* 2. L. Vis. II, 1, 3. Hincm. Opp. T. II. p. 780, 796. Integra cum interpr. est in codd. 1, 3—9, 12, 14, 18, 20, 22, 25, 32, 43. Tota const. deest in codd. 27, 42, 44, qui interpr. tantum habent; inscr. et textus in codd. 21, 23, 24, 31, 38—40, 45ᵃ; inscr. et subscr. cum interpr. in cod. 45; solus textus in codd. 26, 29, 30, 34—37; subscr. in cod. 28 et ap. Hincm. De interpr. cf. L. Vis. II, 1, 3, inscr. Hincm. l. c. e) c. 3. C. Th. *c.* 3. Hincm. Opp. T. II. p. 780. Ivo, epist. 203. Integra c. interpr. est in codd. 1, 4—9, 12, 14, 18, 20, 22, 25, 27—29, 32, 43; omnia praeter interpr. des. in codd. 21, 44; inscr. et textus in codd. 23, 24, 31, 35—40, 45, 45ᵃ; solus textus om. in codd. 26, 30, 34; subscr. deest in cod. 28 et ap. Hincm. Interpr. est ap. Hincm. l. c. f) c. 4. C. Th. *c.* 4. Integra est cum interpr. in codd. 1, 4—9, 12, 14, 18, 20, 22, 25, 32, 44; tota const. praeter interpr. om. in codd. 23, 28, 31, 42; inscriptio et textus des. in codd. 21, 24, 27, 35—37, 39, 40, 45ᵃ (ubi vero Amerbach ex cod. quodam, quae deerant, adscripsit); solus textus om. in codd. 26, 29, 30, 34, 38; interpr. ap. Sich. g) Cui. in prima C. Th. ed. et Aur. Lugd. edd. h. l. summam ponunt, quam ed. Aegidius.

a) Tit. II. C. Th. *Tit. II.* In Br. codd. et ap. Sich. Til. septem sunt h. t. constt., duodecim in rec. edd. Nonn. codd. ut 1, 5, 9, 12, 14 rubricam ex titt. explanatione augent. b) c. 1. C. Th. *c.* 2. Integra cum interpretatione est in codd. 1, 4—9, 12, 14, 18, 20, 22, 25, 32, R.; omnia desunt praeter interpr. in codd. 42, 44, 45; inscr. et textus in codd. 21, 23, 24, 38; solus textus in codd. 26, 28, 29, 30, 34, 40, 45ᵃ; textus et subscr. in codd. 27, 31. Ad int. cf. Doc. Franc. ann. 838. c) c. 2. C. Th. *c.* 4. Integra est cum interpr. in codd. 1, 4—9, 12, 14, 18, 20, 25; omnia praeter interpr. ut in rell. h. t. constt. des. in cod. 28 et 44; inscriptio et textus in codd. 21—24, 27, 31, 32, 35—40, 45ᵃ, R.; solus textus om. in codd. 26, 29, 30, 34. d) c. 3. C. Th. *c.* 5. Integra est cum interpr. in codd. 1, 4—9, 12, 14, 18, 20, 24, R., ponitur vero textus pro interpr. in cod. 24; inscript. et textus desunt in codd. 21—23, 25, 27, 31, 32, 35—40, 45ᵃ; solus textus om. in codd. 26, 29, 30, 34. Interpr. non omnino convenit cum lege, sed nonn. vv. explicat sine dubio Icti alicuius ope.

| EPIT. AEG. | EPIT. SUPPL. LAT. 215. | EPIT. GUELPH. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|---|
| | | | INCIPIT LIBER PRIMUS. | IN NOMINE SCĒ TRINITATIS. INCIPIUNT CAPITULA LIBRI PRIMI LEGIS[a]). |
| | | | De Constitutionibus Principum et Edictis. De Diversis Rescriptis. De Mandatis Principum. De Responsis Prudentum. De Officio Praefectorum Praetorio. De Officio Rectoris Provinciae. De Officio Iudicum Civilium. De Officio Iudicum Militarium. De Officio Iudicum Omnium. De Defensoribus Civitatum. De Assessoribus Domesticis Et Cancellariis *). | I. De Constitutionibus Principum. II. De Diversis Rescriptis*). III. De Mandatis Principum. IV. De Responsis Prudentium. V. De Officio Prefectorum Pretorio[b]). VI. De Officio Rectorum Provincie. VII. De Officio Iudicum Civilium[c]). VIII. De Officio Iudicum Militarium. IX. De Officio Iudicum Omnium. X. De Defensoribus Civitatum. XI. De Assessoribus Et Domesticis Vel Cancellariis. |
| INCIPIUNT TITULI LEGUM EX CORPORE \| THEODOSII SELECTI \| THEODOSII LIBER PRIMUS. \| DE CONSTITUTIONIBUS PRINCIPUM \| ET EDICTIS. TITULUS I.[a]) | THEODOSII LIBER PRIMUS IN TITULIS. IMP. THEŪ. ET VALENTINIANUS HIERIO PŪ. | INCIP̄T[a]) TITULI LEGŪ EX CORPORE THEUDOSIANI[b]), DE CONSTITUCIONE PRINCIPUM. | INCIPIT THEODOSII IMP̄S. LIBER PRIMUS. DE CONSTITUTIONIBUS PRINCIPUM ET EDICTIS. | INCIPIT TEUDOSIANI LEGIS LIBER PRIMUS[d]). I DE CONSTITUTIONIB; PRINCIPŪ ET EDICTIS. |
| Prolatae leges principum sine die et consule non valebunt. | Prolatae leges principis sine die et consule non valebunt. | .I. Legem. sine die. et console non vale[c]). | *I Imp̄. Constantinus ad Lusitanos.* Si quae leges post haec edicta sine die et consule fuerint prolate auctoritate careant. Dat. VI. Kal. aug. Probiano et Iuliano coss.[a]) | Imperatō Constantinus augustus ad lusitanus data. VII. kl̄. agust. *Interpre;*[e]) Quecūq; leges sine die et csl̄s fuerint ꝓlate n̄ valeant. |
| Leges nescire nulli liceat, aut quae sunt statuta contemnere. | Leges nescire nulli liceat, aut quae sunt statuta contemnere. | Legis ignorare nulli permissum. | *De Lege*[b]). Nec ignorare quemquam leges nec dissimulare permittimus. | *Item Alia.* Imp̄rt valentinianꝯ et theudosius et archadius auggḡ. Data VI.[f]) kāl. iul. *Int̄pr.* legē[g]) nescire nulli homini liceat et que secundū lege ē iudicatu[h]). Om̄ homo sciat ut hec. custodire debeat. |
| Leges non praeterita damnant, sed futura constituunt[b]). | | III. Legem in futurum tantum[d]) valere et quae ante acta fuerunt damnat. | Omnes leges non praeteritis sed in futurum observanda constituunt. | *Item Alia* augustus teudhosius auriliano[i]) p̄p̄o data. III. kāl mār; *Interp̄r;* hec lex anteriores leges non vetat sed et in presenti[k]) et in futuro confirmat. |
| Legem, quae generaliter omnes tenet[c]), in unius causa eam non posse vacuari. | Legem, quae communiter omnes tenet, unius persona vel unius causa non vacuet. | IIII. Legem unius personā non vacuat[e]). | Legem que omnes communiter tenet[c]), unius persona vel unius causa non evacuet. Dat. XII. Kāl. Sēp. v̄c coss.[d]) | *Item* Auggḡ. victorio data. XI kāl septem̄b. *Interp̄* legis quē om̄ tenere debent nec p̄p̄t unū hominē nec p̄p̄t unā causam non inmutet; |
| [a]) TIT. II. DE DIVERSIS RESCRIPTIS. | TIT. II DE DIVERSIS RESCRIPTIS. | II. DE DIVERSIS RESCRIPTIS. | II DE DIVERSIS RESCRIPTIS. | II. DE DIVERSIS RESCRIPTIS. |
| Contra leges impetrata non valeant. | Contra leges impetrata non valeant. | I Rescripta cuius[a]) data valere non possunt. | Quaecunque contra legem fuerint a principibus obtenta non valeant. | Imp̄r constantini auggḡ. ad populū. *Interp̄.* Quicūq: homo qui de qualecūque causa ad iudicē contra lē[a]) inpetraverit non valeat firmitatem. |
| Quod consors meruerit, a consorte vindicandum. | Quod consors meruerit a consorte vindicandum si unus ex eis sine herede defecerit. | II Rescripta eciam heredibus conpetere. LIIII ꝛ XVIIII[b]) PL XVIII Ł VII.[c]) | *De Beneficiis principum*[a]). Beneficia principum quae illi qui meruerunt interveniente morte non fuerint consecuti, beneficia impetrata heredes percipiant. | *Item alia;* Quicūque homo beneficio de qualecūque re[b]) ad principē ꝑ servicio suo recipere si mortuus fuerit antequā ipsa causa consequat heredes eius ipso beneficio ꝑ principē habere liceat. |
| a) 52 *Incipit Liber Primus Legum Theodosiani Codicis I. De Constitutionibus Principum Et Edictis.* Aeg. in m. libri titulorum numeros notat. b) Aeg. in m. „*Vide . l. leges et cōstitutiōes. C. de le. et cōstit. ti. eodem.*" c) Aeg. *quam-tenent.* Est etiam in *Deflo-ratione Sententiarum Theodosianae Legis*, quam fol. 3 codicis Guelpherbit. (olim Helmstad. 1062. 4. saec. X.) complectitur. <br> a) Huius tit. loci sunt etiam in fol. 3 cod. Guelpherb. | | a) In cod. sub *P* litera *i* posita est, quae om. in tabula aeri incisa ap. Conradium. Spangenberg (*Zeitschr. für geschichtl. Rechtswissensch.* T. V. p. 299) *Incipiunt — Legum.* b) Falso in dicta tabula *Theodosiani.* c) Id e. *valere,* nam virgula literae *e* adiecta est. d) Sav. *futuris* et Spang. *nondum.* e) Sp. *personae non curat.* <br> a) Sp. cj. *contra ius.* b) Id e. C. Th. c) Hunc numerum non potui explicare. Falso et hic et ubique fere Sp. *t. VII;* est in cod. *L* cum virgula traiecta. | *) Cf. Praefatio c. f. a) 62, 63 *VIII* et om. *Prob. — Coss.* b) *De lege* om. in 63, 64. c) Codd. *tenent.* d) Om. 62, 64 subscr. <br> a) Om. 62, 63. | a) Haec vv. praeter *Incipiunt Capitula* om. 67. Vid. not. *d.* *) 67 *scriptis.* b) 66 *p̄dorio.* 67 *predorio* et *perfectorum.* c) In cod. 66 cohaerent rubr. VI. et VII., quo fit ut sqq. rubr. uno numero minuantur et XI. tit. sit decimus. 65 *De Officia i. c.* et sic in rubr. VIII. et IX. et VI. d) 67 pro his vv. literis uncialibus: *In Nom̄ Scē Trin̄ Incip̄ Lib̄ \| Legum Item Teudosii Lib. I.* e) 67 pro *Interpr.* habet *Incipit* et infra *diem — prolata.* f) Ita 65, 67. 66 *VII.* g) 65 *lege.* h) 65 *legem iudicatum est.* Infra 67 *debeant.* i) 65, 67 *Aureliano.* k) 65 *sed in perpetuo in futuro confirmet.* <br> a) Ita 66. 65 *Constantinus — legem.* 67 *lege.* b) 65 *rem — servitium suum reciperit — principe.* |

LEX ROM. VISIGOTH.

INTERPRETATIO. *Moratoria praescriptio*[e]) *dicitur, quae causam prolongat, id est, quando induciae a litigatore petuntur a principe: peremtoria, quae causam principalem tollit, id est, si litigator beneficio principis sine iudicio causam velit exstingui. Et ideo moratoria praescriptio per rescriptum principis supplicantibus concedi potest; peremtoria concedi non potest, et si concessa fuerit a principe, non valebit.*

4. [f]) *Idem A. ad Barbarum Pompeianum Consularem Campaniae.* Etsi non cognitio, sed exsecutio mandatur, de veritate precum inquiri oportet, ut, si fraus intervenit, de omni negotio cognoscatur. *Dat. III. Id. Nov. Aquis, Dalmatio et Zenophilo VV. CC. Coss.*

INTERPRETATIO. *Quicquid non vera, sed falsa petitio a principe obtinuerit, quia fraus intervenit, non valebit.*

5. [g]) *Idem*[h]) *A. et Iulianus Caesar ad Taurum Pf. P.* Mulctabuntur iudices, qui rescripta contemserint aut distulerint. *Dat. III. Non. Iul. Mediolano, Constantio A. VIII. et Iuliano Caes. Coss.*

INTERPRETATIO. *Feriantur iudices damno, qui data secundum leges principis praecepta contemserint aut colludio* *) *quocunque distulerint.*

6. [i]) *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Floro Pf. P.* Universa rescripta, quae in debitorum causis super praestandis dilationibus impetrata sunt, rescindantur, cum sit acerbius perurgendus, qui, mansuetudinis nostrae pudore fatigato, non quid utilitatibus publicis, sed quid suis fraudibus conveniret, adspexit. *Dat. VIII. Kal. Mart. Constantinopoli, Antonio et Syagrio VV. CC. Coss.*

INTERPRETATIO. [k]) *Si cuiuslibet rei debitor convictus, propter differendam solutionem a principe inducias*[l]) *impetraverit, beneficium, quod obtinuerit, non valebit, sed cautionem*[m]) *suam implere cogatur.*

(7.) [n]) *Iidem AAA. Principio Pf. P.* In fraudem annonariae rei ac devotionis publicae elicitum damnabili surreptione rescriptum, manifestum est, iure non posse vires sortiri. Circa omnes igitur par atque aequalis illationis forma teneatur. *Dat. VIII. Kal. Octob. Aquileiae, Arcadio A. I. et Bautone V. C. Coss.*

INTERPRETATIO. *Si quis principis beneficio impetraverit, ut cum reliquis possessoribus tributa non solvat, haec impetratio penitus non valebit: circa omnes enim possessores leges aequalem illationis formam servare praecipiunt.*

7. (8.) [o]) *Impp. Arcadius et Honorius AA. Remigio Pf. Augustali.* Dubium non est, contestationem intelligi etiam, si nostrae fuerint tranquillitati preces oblatae; easque adversus heredem quoque eius, in quem porrectae sunt, vel ab herede eius, qui meruerit, exerceri. Nam sicut ex causis numerosis etiam haec actio transmittitur ad heredem, quae testatori competiisse monstratur, sic et e diverso definitione iuris consultorum omnium consona responsione firmatur, ab herede actionem non incipere, quae non competierit testatori. *Dat. III. Kal. April. Constantinopoli, Arcadio IV. et Honorio III. AA. Coss.*

INTERPRETATIO. *Si quis principi de negotio suo preces obtulerit, litem contestatus esse cognoscitur. Et si defunctus fuerit is, qui preces obtulerit, vel is, contra quem obtulit, actio et heredibus defuncti et contra heredes pulsati*[p]) *salva permaneat: quia causa actione contestata, ea, quae competebat defuncto, competit et heredi. Si vero auctor quolibet ordine repetitionem suam praesens non publicaverit, heres eius, unde auctor actionem non proposuit, agere prohibetur.*

## TITULUS III. DE MANDATIS PRINCIPUM[a]).

1. *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Eusignium Proconsulem Africae.* Si quis asserat, cum mandatis nostris se venire secretis, omnes sciant, nemini quicquam, nisi quod scriptis probaverit, esse credendum, nec ullius dignitate terreri[b]), sive ille tribuni sive notarii sive comitis praeferat potestatem, sed sacras nostras literas esse credendas[c]). *Dat. XV. Kal. Iul. Verona. Accepta prid. Kal. Aug. Merobaude iterum et Saturnino Coss.*

INTERPRETATIO. *Si quis asserat, cum mandatis dominorum*[d]) *se venire secretis, omnes sciant, nemini quicquam, nisi quod scriptis probaverit, esse credendum, nec ullius dignitate terreri, sed in omnibus scriptis principis esse credendum.*

e) In m. cod. 7 haec vv. adscripta sunt: *Ordo verborum a principe moratoria perscriptio, que causam prolongat. concedi potest supplicantibus. peremtoria vero. que causam tollit principalem. concedi non potest. aut si concessa fuerit nihil valet.* f) c. 4. C. Th. c. 6. Integra cum interpr. est in codd. 1, 4—9, 12, 14, 18, 20, R.; inscriptio et textus desunt in codd. 21—25, 27, 31, 32, 36—40, 45[a]; solus textus om. in codd. 26, 29, 30, 34; subscr. deest in cod. 44. Omnia des. praeter interpr. in cod. 45. Invenitur h. c. etiam in cod. 42, sed corrupte cum interpr. mixta. In cod. 35 omnia desunt, etiam interpr., praeter subscr., quae conflata est cum interpr. const. 5. Interpr. profertur in Docum. Franc. a. 838. g) c. 5. C. Th. *c.* 7. Integra cum interpr. est in codd. 1, 4—9, 12, 14, 18, 20, R.; omnia desunt praeter interpr. in codd. 27, 35, 38, 40, 45[a]; inscript. et textus in codd. 21—25, 31, 32, 36, 37, 39; solus textus om. in codd. 26, 29, 30, 34; subscr. in cod. 44. h) Rep. *Imp. Constantius.* Cum male interpretarentur scripturae compendium (*const.*), quo utriusque imperatoris, *Constantini* et *Constantii,* nomen designabatur, Visigothi posuerunt *Idem A.* *) *Colludium* add. interpres. i) c. 6. C. Th. *c.* 8. Integra cum interpr. est in codd. 1, 4—9, 12, 14, 18, 20; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 44; inscr. et textus in codd. 21—25, 31, 32, 35—40, 45[a]; solus textus in codd. 26, 29, 30, 34. k) Interpr. falsam esse dicit Go. l) *Induciae* i. e. dilationes. m) *Cautio* i. e. promissio. n) (c. 7.) C. Th. *c.* 9. Primum cum int. *Ne quis possessor* edita est in Cuiacii prima C. Th. ed. Lex ipsa deest in omnibus codd., quos contuli. Solam interpr.: *Si quis principis,* quae primum prostat in altera C. Th. ed. Cuiacii, inveni in cod. 44; subscr. cum int. in cod. 25. Expunxi int. *Ne quis*, quum ex Summa Aeg. hausta, falsa igitur sit, etsi const. aliquam h. l. in C. Th. et in nonn. Br. Al. codd. fuisse probet. Gothofr. et Ritter utramque interpr. habent. o) c. 7. (8.) C. Th. *c.* 10. Codd. 25, 44 *c.* 8; rell. codd. Sich. Til. *c.* 7. Integra est in codd. 1, 4—9, 12, 14, 18, 20; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 38, 40, 45[a]; inscr. et textus in codd. 21—25, 28, 31, 32, 35—37, 39; solus textus om. in codd. 26, 29, 30, 34. p) Cf. Paul. I, 19, 2.

a) Tit. III. C. Th. *Tit. III.* In cod. 41 positus est in extremo Br. Al. post Papiniani Responsum. Integra cum interpr. est in codd. 7, 8, 12, 18, 20. In codd. 1, 5, 6, 9, 14 mira est commixtio textus et interpr. Omnia des. praeter interpr. in codd. 28, 41. Totus tit. exc. in cod. 27, librarii culpa, quum in eod. cod. tit. de Resp. prud. huius libri quartus sit. Inscr. et textus des. in codd. 21—25, 38, 39; solus textus om. in codd. 26, 29—32, 34—37, 40, 45[a]; subscr. in codd. 1, 4, 5, 9, 14. Interpretationis duplex species est in altera Cuiacii, in Gothofred. et Ritter. C. Th. edd. Priorem: „*Si quis asserat*“ etc. habet Sich.; alteram „*Nulli debere*“ etc. Cuiac. in prima C. Th. ed., ex qua transiit in Aur. Lugd. Expunxi eam, quum falsa sit, est enim sumta ex Summa ab Aeg. edita. Ceterum etiam interpr. *Si quis* miro modo concinit cum lege ipsa. b) Post v. *terreri* desunt omnia in codd. 1, 5, 6, 9, 14 et sequitur statim interpr. inde a vv. *sed in omnibus.* Similiter videtur in cod. Put. et Reg. ap. Go. legi. Est ergo h. c. in illis codd. ita scripta: *Si quis — terreri, sed in omnibus scriptis principis esse credendum* et desunt vv. *sive ille tribuni — Coss.* et ex interpr. *Si quis asserat — terreri.* Solus codex 6 addit subscr. Quae diversitas videtur nata esse ex errore librarii scribentis exemplum, ex quo codices illi ducti sunt. Facile enim eum similitudo interpretationis, quae ex iisdem fere verbis atque constitutio ipsa constat, inducere poterat, ut interpretationem pro constitutione haberet. Ceterum interpretatio valde suspecta est. c) Cf. Haenel ad C. Th. h. l. not. *s.* d) i. e. regum Gothorum.

EPIT. AEG.

Induciae[b]), quae a principe contra leges fuerint impetratae, non valeant.

Quicquid petitio falsa a principe obtinuerit, quia fraus intervenit, non valebit.

Ut damnentur iudices, qui data iuxta legem principis praecepta contemserint aut colludio quocunque distulerint[c]).

Ut debitor remoto iudicis patrocinio cautionem suam implere cogatur.

Ne quis possessor principis beneficio solvere tributa recuset.

Actionem, quae ab auctore inchoata est, ab herede peragendam, et quae ab auctore non fuerit incepta, ab herede minime sit requirenda[d]).

TIT. III. DE MANDATIS PRINCIPUM.

Nulli debere credi, qui secreto sibi aliquid dicit a principe esse mandatum, si principis praecepta non dederit.

b) Aeg. in m. „Induciae vulgo treugae dicuntur.“ c) Aeg. in m. „Conludiū per n habebat archetypum.“ d) Aeg. in m. „Auctor̄ scriptū erat ī vetusto codice, forte actor̄ legendū, aut certe auctorē sentit prim̄ actorē caē.“

| EPIT. SUPPL. LAT. 215. | EPIT. GUELPH. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|
| Induciae quae contra leges a principe fuerint impetratae non valeant. | III. Per rescriptum praeiudicium et moraturia relaxari hoc est etsi ad principem moras praeiudicii petitas. fuerunt non valeant. L. IIII ꝛ VII Ł·I.[d]) | *De Moratoria Epla* Moratoria perscriptio est quae causam prolongat[b]). Moratoria perscriptio a principe concedi potest peremtoria non potest et si concessa fuerit non valebit. | *Item alia. Interp̄.* Quicūque de aliqua causa ꝑ fraudolenta suggestionē[c]) homo ad principē aut inducias aut concessionem reciperet, inducias aliquantū concedi potē. Nā talis concessio non valeat*). |
| Quicquid petitio falsa a principe obtinuerit quia fraus interfuit non valebit. | IIII De falsa peticionem. a principē[e]) non valere. PL·I·ꝛ XII Ł I ꝛ V ꝛ XXVII Ł VIIII.[f]) | *De Falsa suggestione* Quicquid non vera sed falsa petitio a principe obtinuerit, quia fraus[c]) intervenit non valebit. | |
| Ut damnentur iudices, qui data iuxta legem principis beneficia contemserint aut colludio quocunque distulerint. | V. Iudices si praecepta contemnent, damnandus. PL ꝛ XXVII Ł. IIII.[g]) | *De Iudicibus.* Damnentur iudices qui praecepta principis secundum legem datam contemserint vel distulerint[d]). | *Item alia Interp̄.* Omnis iudex qui hec[d]) non custodierit quod principes ꝑ legē iudicant ad stimacione principis ipso iudice damno condemnet: |
| Ut debitor remoto patrimonio cautionem suam implere cogatur. | VI Si ꝑ[h]) solvendum debitum inducie petantur, non valere. L. II ꝛ IIII. Ł. III.[i]) | | *It̄ alia intep̄* Quicūque alicui aliquā rem debet et ꝑ principē aut ꝑ iudicē eum dilatare voluerit et ipsum debitū n̄ reddat et nec si iudex ei exinde licenciā dederit talis suggestio secundū legem n̄ optineat firmitatē;[e]) |
| Ne quis possessor principis beneficio solvere tributa recuset. | | | |
| Actionem, quae ab auctore inchoata est, ab herede peragatur. | VII Auctor. dum de negucio contestatur. aut si selencium[k]) gerens moriatur. accio heredibus servandā PL· I ꝛ XIII· Ł· VIIII.[l]) | *De Actione ante Principem* Si quis principi de negotio suo preces obtulerit, litem contestatus esse cognoscitur. Et si ipse defunctus fuerit vel ipse, contra quem obtulit, actio heredibus defuncti et contra heredes pulsati salva permaneat. Quod si auctor petitionem suam praesens non publicavit, heredes eius haec agere prohibentur. *Dat. XII. Kal. April. Arcadio Aug. IIII. et Honorio*[e]) *Coss.* | *It̄ alia. Interp̄* Si duo heredes de sua facultate ante iudicem causam*) habuerint et dū ipsa causa int̄ se habuerint[f]) mortui fuerint ipsorum heredes ipsa causa de p̄sente[g]) inter se agere debeant. qd̄ si ea tacere voluerint ut de p̄sente eā int̄ se non deliuerint post longū tēpus secundū legē ipsā causā[h]) agere non possunt. |
| TIT. III. DE MANDATIS PRINCIPUM. | III DE MANDATIS PRINCIPUM. | DE MANDATIS PRINCIPUM. III.[a]) | III. DE MANDATIS PRINCIPUM. |
| Nulli debere credi, qui secreto si aliquid dicit a principe esse mandatum, si principis mandata non monstrat. | Nisi per rescriptum principis nihil credendum. | Si quis asserit, cum mandatis dominorum se venire secretis, omnes sciant[b]), nemini nisi quod scriptis probaverit, esse credendum, nec ullius dignitate terreri. *Dat. prid. Aug. Merobaudo et Saturnino Coss.* | Imperā gracianus et valentinianus et teudhosius. data X kāl. iūl. *Interp.* Quicūque homo se com[a]) mandatis principum in secreto aut de puelle sponsalias vel nupcias vel qualecumque[b]) se ꝑ iussionē principis accipere dicere non sit ei credendū nisi si[c]) specialit̄ aut cū litteras aut cū tale iussione de suo principe venerit ut om̄ sciant set si sic fecerit postea ei credendū ē. |

EPIT. GUELPH.: d) Incertus numerus. e) Spang. *a principe.* f) Cf. Paul. I, 12, 1. V, 27, 8. g) Paul. V, 27, 3. Spang. *XXVIII.* h) Spang. *propter* et *petuntur.* i) Cf. C. Th. II, 4, 4. Om. c. 7. k) Sp. *se leicium re suis.* l) Paul. I, 13 i. f.

EPIT. MONACHI.: b) 62 add. *si.* 64 *prolongat hec a principe.* c) 64 om. *non vera sed* et *quia fraus interv.* d) om. c. 6 et 7. e) 64 add. *III.*
a) 64 *Gratian̄ Valentin̄ 2 co. III De m. p.* b) 64 *nemінem* et om. *omnes sciant.*

EPIT. S. GALL.: c) 65 *per fraudulentia suggestione.* Cf. int. c. 4. 67 om. *reciperet.* *) c. 4 om. d) 67 *legē* pro *hec* et om. *non.* Mox *princeps.* e) c. 7 om. *) 65 *causa.* 66 *iudice causa.* f) 65 *habuerant.* 67 *habent* et mox *heredū ipsā causā — si eā.* g) 66, 67 add. *agere.* h) 65 *causa.*
a) 65 *con.* b) 66, 67 *qualecum rem.* c) 65 om. *si.* Idem mox *iussionem* et *omnes.*

## TITULUS IV.[a]) DE RESPONSIS PRUDENTUM.

1. *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. ad Senatum urbis Romae. Post alia:* Papiniani, Pauli, Gaii, Ulpiani atque Modestini scripta universa firmamus ita, ut Gaium quae Paulum, Ulpianum et cunctos comitetur auctoritas, lectionesque ex omni eius opere recitentur. Eorum quoque scientiam, quorum tractatus atque sententias praedicti omnes suis operibus miscuerunt, ratam esse censemus, ut Scaevolae, Sabini, Iuliani atque Marcelli, omniumque, quos illi celebrarunt, si tamen eorum libri, propter antiquitatis incertum, codicum collatione firmentur. Ubi autem diversae sententiae proferuntur, potior numerus vincat auctorum, vel, si numerus aequalis sit, eius partis praecedat auctoritas, in qua excellentis ingenii vir Papinianus emineat, qui, ut singulos vincit, ita cedit duobus. Notas etiam Pauli atque Ulpiani in Papiniani corpus factas, sicut dudum statutum est, praecipimus infirmari. Ubi autem pares eorum sententiae recitantur, quorum par censetur auctoritas, quod sequi debeat, eligat moderatio iudicantis. Pauli quoque Sententias semper valere praecipimus etc. *Dat. VIII. Id. Nov. Ravenna, DD. NN. Theodosio XII. et Valentiniano II. AA. Coss.*

Interpretatio. *Haec lex ostendit, quorum iuris conditorum sententiae valeant; hoc est, Papiniani, Pauli, Gaii, Ulpiani, Modestini, Scaevolae, Sabini, Iuliani atque Marcelli: quorum si fuerint prolatae diversae sententiae, ubi maior numerus unum senserit, vincat. Quod si forsitan aequalis numerus in utraque parte sit, eius partis praecedat auctoritas, in qua Papinianus cum aequali numero senserit: quia ut singulos Papinianus vincit, ita et cedit duobus. Scaevola, Sabinus, Iulianus atque Marcellus in suis Corporibus non inveniuntur, sed in praefatorum opere tenentur inserti.* [b]) *Gregorianum vero et Hermogenianum ideo lex ista praeteriit, quia suis auctoritatibus*[c]) *confirmantur ex lege priore, sub titulo de Constitutionibus Principum et Edictis*[d]). *Sed ex his omnibus iuris consultoribus, ex Gregoriano, Hermogeniano, Gaio, Papiniano et Paulo, quae necessaria causis praesentium temporum videbantur, elegimus*[e]).

TIT. IV. DE RESPONSIS PRUDENTIUM[a]).

Haec lex ostendit, quorum iuris conditorum sententiae valeant: hoc est Papiniani, Pauli, Gaii, Ulpiani, Modestini, Scaevolae[b]), Sabini, Iuliani atque Marcelli, quorum si fuerint prolatae diversae sententiae, ubi maior numerus unum senserit, vincat. Quod si forsitan aequalis numerus in utraque parte sit, eius partis praecedat auctoritas, in qua Papinianus[c]) cum aequali numero senserit, quia ut singulos Papinianus vincit, ita cedit duobus. Scaevola, Sabinus, Iulianus atque Marcellus in suis corporibus non inveniuntur, sed in praefatorum opere tenentur inserti. Gregorianum vero et Hermogenianum ideo lex ista praeteriit, quia suis auctoritatibus confirmantur ex lege priori sub titulo de constitutionibus principum et edictis. Sed ex his omnibus iuris consultoribus, ex Gregoriano, Hermogeniano, Gaio, Papiniano et Paulo, quae necessaria causis praesentium temporum videbantur, elegimus[d]).

## TITULUS V.[a]) DE OFFICIO PRAEFECTORUM PRAETORIO.

1.[b]) *Imp. Constantinus A. ad Bassum Pf. P.* Super his, qui a praeside vel a quolibet alio iudice sententiam dictam infirmari deposcunt, sub eo fine sublimitatis tuae succedat examen, ut, si internis negotii usquequaque decursis ex evidenti claruerit, sententiam a iure iustitiaque discedere, ea penitus explosa, controversia de aequitate terminum capiat. Quod si consentanea sit legibus iam promta sententia, eius pronuntiationis improbus oppugnator, si patrimonio circumfluit, biennio in insulam relegatione plectatur, eiusque bonorum media portio fiscalibus compendiis addicta cedat: quod si agrestis vitae sit aut etiam egentis, ad biennii tempus in metallum detrudendus est. Quam legem in annotationibus quoque nostris de iterando post sententiam iudicio custodire debebis. *Dat. XIII. Kal. Nov. Basso et Ablavio Coss.*

Interpretatio. *Quicunque causa dicta discussoque negotio a quocunque fuerit superatus et hanc ipsam litem postea reparare tentaverit, si pro*[c]) *ipso, qui antea addictus est, fuerit legibus lata sententia, prius iudicium non valebit. Nam si et apud alium iudicem fuerit superatus, si digna*[d]) *idoneaque persona est, biennio in exsilium deputetur, et medietatem facultatum suarum fiscus acquirat. Si vero indigna*[e]) *et pauperior persona est, in metallum biennio deputetur*[f]).

TIT. V. DE OFFICIO PRAEFECTORUM PRAETORIO[a]).

De his victo: ut persona[b]) melior in exilium[c]) deputetur et mediam facultatum suarum fiscus acquirat. Pauperior biennio in metallum deputetur.

a) Tit. IV. C. Th. *Tit. IV.* In cod. 20 et in rec. edd. tres sunt h. tit. leges. In codd. 20, 22 exc. rubrica, legitur vero in indice titulorum. In cod. 23 totus titulus deest. — c. 1. C. Th. cod. 20 c. 3. De re literaria cf. Haenel ad C. Th. p. 110, not. sup., sed add. Sanio, Rechtshist. Abhandl. T. I. fasc. 1. Königsberg 1845. 8. p. 25 sqq. Integra cum interpr. est in codd. 1, 4—9, 12, 14, 18, 20. Omnia des. praeter interpr. in codd. 38, 42, 44, 45; inscr. et textus in codd. 21, 22, 24, 25, 39; solus textus om. in codd. 26, 30, 34; particula tantum textus adest in codd. 27—29, 31, 32, 35—37; textus et subscr. desunt in codd. 40, 45[a]; particula interpr. in cod. 45. b) Hinc add. ab interprete. c) Nota v. *auctoritatibus.* d) Cf. c. 5 C. Th. de Const. pr. (I, 1). e) Interpres igitur composuit Br. Al.

a) Tit. V. C. Th. *Tit. V.* Eius quatuordecim sunt const. Sich. errore typ. *Tit. IV.* b) c. 1. C. Th. cod. 20 *c.* 3. Integra cum interpr. est in codd. 1, 4—9, 12, 14, 18, 20; omnia des. praeter interpr. in codd. 42, 43, 45; inscr. et textus in codd. 21, 22, 24, 25, 39; textus et subscr. in codd. 28, 45[a]; solus textus om. in codd. 26, 27, 29—32, 34—38, 40. Interpr. prima pars discedit a lege. c) Haec add. interpres. d) i. e. honesta. e) i. e. agrestis, humilis. f) Post h. tit. Visigothi omis. novem titt.

a) In Aeg. add. „*Hoc est quorum iurisconditorum leges et sententiae valeant.* Quum desint in nonn. codd. et ex explan. titt. sumta sint, delevi haec vv. b) „Scaebulae scriptum erat in archetypo.“ Aeg. c) Aeg. ann. „In Archetypo scriptum erat Papian' pro Papiniano idque perpetuo. Hunc historiae iuris asylum vocant.“ d) Vv. *diversorum si fuerint prolatae* habet fol. 3 cod. Guelpherb.

a) Aeg. Sich. *Praetorii.* b) Aeg. ann. „Melior dixit pro ditiore aut honestiore.“ c) Aeg. *exilio.*

| EPIT. SUPPL. LAT. 215. | EPIT. GUELPH. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|
| TIT. IV. DE RESPONSIS PRUDENTUM. | IV. DE RESPONSIS PRUDENCIUM. | IV. a) DE RESPONSIS PRUDENTUM. | IIII. DE RESPONSIS PRUDENTIUM a). |
| Haec lex ostendit, quorum iuris conditorum sententiae valeant. Hoc est Papiani, Pauli, Cai, Ulpiani, Modestini, Scaevolae, Sabini, Iuliani atque Maresilli, Gregoriani, Hermogeniani, Pauli. Si intercede*) iudicium causae discordant, ubi maior numerus unum senserit, vincat. Si aequales partes fuerint, illa pars vincat, ubi Papinianus habetur. | Quorum iuris conditorum. sentencie valeant. hoc est papiani a). pauli gai ulpiani modestini scevole sabini iuliani adque marcelli quorum si fuerint prolate valeant. | Hoc est quorum iuris conditorum sententiae valeant: id est Papiani, Pauli, Gai, Ulpiani, Modestini, Scebulae, Sabini, Iuliani atque Marcelli. Quorum si fuerint prolatae diversae sententiae, ubi unum maior numerus senserit, vincat. Quod si aequalis sit numerus, eius partis praecedat auctoritas, in qua Papianus est, quia, ut singulos Papianus vincit, ita cedit duobus. Scebula, Sabinus, Iulianus, Marcellus in suis corporibus non inveniuntur, sed in praefatorum opere tenentur inserti. Gregorianum vero et Ermogenianum ideo lex ista praeteriit, quia suis auctoritatibus confirmantur ex lege priore sub titulo de constitutionibus principum, sed ex his omnibus iuris consultoribus, ex Gregoriano, Hermogeniano, Gaio, Papiano et Paulo quae necessaria causis praesentium temporum videbantur, elegimus. *Dat. VI. Id. Novemb. Theodosio et Valeñ coss.* b) | Imp̄r tehudosius. data. VII. id̄. novemb̄. urbis rome. *Interp̄.* Hec causa sīc papiani pauli gagii ulpiani b). modestini et scifola savini iuliani adq; marcelli isti vero clem̄ consl c) in suis corporib; melius ēē ñ cognoverunt et in his libris sic continent; Ubi de accionē iudiciarie contendiī l ubi inī duos heredes de ipsorum facultatem intencionē d) inī se habuerint si unus de illis habuerit amplius homines qui eius causam teneant quā ille alius qui maiorē numerū habuerit de bonus e) homines ipse in iudicio secundū legē sua causa vincat et si forsitan de homines equalē numerū habuerint p̄cedat eius auctoritas qui in lege papiani ꝑ se f) alicū titulū invenerit ipsa causa vincat. |
| TIT. V. DE OFFICIO PRAEFECTI PRAETORIO. | V. DE OFFICIO SUPRADICTORUM PRETURIO a). | DE OFFICIO PREFECTORUM PRETORII a). V. | V. DE OFFICIO P̄FECTORŪ PREDORIO a). |
| Hoc est, ut male indicata sententia cadat et qui contra rectum iudicium reclamaverit. Bis victus si persona melior exilio deputetur et mediam facultatum suarum acquirat. Pauperior biennio in exilium deputetur. | I. Post iudicium. datum si causa iteretur aput ipsum iudicem. priore iudicium non valere. et si aput alium iudicem. fuerit superatus. amissa medietate facultatis in fis..m exilio depotandus*). L. XI. ꝛ VIII. I. XIII. b) NL· I. ꝛ VI c) L II ꝛ XII d) pl. V. ꝛ V. e) l. V. VIIII ꝛ XLII. f) | Cuiuscunque causa discussa in iudicio vel iudicata fuerit et hanc ipsam litem reparare tentaverit, si legibus iudicata non fuit, prius iudicium non valebit. Quod si apud eos qui iudicaverunt vel apud alium iudicem ipse qui reclamat. Iterum legibus fuerit superatus, si digna persona est, biennio exilio deputetur et mediam facultatum eius fiscus adquirat. Si vero indigna pauperiorque persona est, in metallo biennio deputetur. *Dat. XVI. Kal. Nov. Basso et Ablavio Coss.* | Imp̄r. conš. data XVI. kl̄. novēb; *Interp̄.* b) Quicūque ingenuus homo ante indicē qualecumq; causa habuerit et ante ipsum iudicē de c) ipsā causā convictus fuerit. si postea ante alium iudicē venire voluerit ñ eum veteī venire si forsitan ante d) illum suam causā p lege recuperare potuerit suam iusticiam habeat et qd̄ si ibidem iterū de ipsa causa convictus fuerit si bona psona ē duos annos in exilio mittatur et medietatem de sua facultate e) fiscos adquirat. et qd̄ si minor psona fuerit duos annos in metallo teneatur. |
| *) Ita codex, qui h. l. male scriptus est. An *inter se de iudicio ?* | a) Sp. *Papiniani.*<br>a) Sp. *De Officio. Supradictorum prosecutio.* Falso seiungit *Suprad. pr.* a rubro. *) Sp. *si causa instituitur* (?) *apud — insuper in exilio deportandus,* falso. b) Cf. ipsius C. Th. XI, 30, 16. c) Nov. Th. tit. VI. d) Cf. C. Th. II, 18, 2. e) Paul. V, 5. f) Incertus numerus. Spang. ꝛ *X. L. II.* | a) 64 *Theūd Valentin āa IIII De R. P.* b) 64 om. *et V. c.*<br>a) 64 om. *Pretor.* | a) 66 *ꝑdendū.* b) 65 *Vulpiani.* c) 65 *clemens consilium — cognoverint.* d) 65 *intentione.* e) 65 *bonos — suam c.* f) 67 om. *ꝑ se.*<br>a) 67 *predonū.* b) 67 *Incp̄.* c) 65 addit *illa.* 65 *ipsa causa.* d) 67 *per.* e) 65 *facultatem fiscus.* |

## (TITULUS VI.[a]) DE OFFICIO VICARII.)

1.[b]) *Iidem AA. Messalae Pf. P.* Virum spectabilem, vicarium Africae, quem totius collationis ac transmissionis cura constringit, iudicibus volumus imminere, ut, quantum singulis quibusque mensibus collatum sit quidve transmissum, maiore cautione disquirat, in eos procul dubio vindicaturus, quorum fuerit devota desidia etc. *Dat. III. Kal. Octob. Altino, Vincentio et Fravitta Coss.*

## TITULUS VI. (VII.) DE OFFICIO RECTORIS PROVINCIAE[a]).

1.[b]) *Imp. Constantinus A. ad provinciales.* Cessent iam nunc rapaces officialium manus, cessent inquam: nam si moniti non cessaverint, gladiis praecidentur. Non sit venale iudicis velum, non ingressus redemti, non infame licitationibus secretarium, non visio ipsa praesidis cum pretio: aeque aures iudicantis pauperrimis ac divitibus reserentur. Absit ab inducendo eius, qui officii princeps dicitur, depraedatio. Nullas litigatoribus adiutores eorundem officii principum concussiones adhibeant; centurionum aliorumque officialium, parva magnaque poscentium, intolerandi impetus oblidantur, eorumque, qui iurgantibus acta restituunt, inexpleta aviditas temperetur. Semper invigilet industria praesidalis, ne quicquam a praedictis generibus hominum de litigatore sumatur. Qui si de civilibus causis quicquam putaverint esse poscendum, aderit armata censura, quae nefariorum capita cervicesque detruncet, data copia universis, qui concussi fuerint, ut praesidum instruant notionem. Qui si dissimulaverint, super eodem conquerendi vocem omnibus aperimus apud comites cunctos provinciarum aut apud praefectum praetorio, si magis fuerit in vicino, ut his referentibus edocti, super talibus latrociniis supplicia proferamus. *Dat. Kal. Nov. Constantinopoli, Basso et Ablavio VV. CC. Coss.*

INTERPRETATIO. *Officiales omnium iudicum venales esse non audeant, neque pretium de introitu occurrentium aut litigantium vel*[c]) *egressu requirant. Sed interpellantes tam divites, quam sine ullo praemio pauperes audiantur. Quod si rapaces esse voluerint, gladio puniantur, aut certe de eorum rapacitate dominicis auribus*) referatur.*

2.[d]) *Impp. Valentinianus et Valens AA. Have Arthemi, carissime nobis.* Iudex sibi hanc praecipuam curam in audiendis ac discingendis litibus impositam esse non ambigat, ita ut non in secessu domus de statu hominum vel patrimoniorum sententiam ferat, sed apertis secretarii foribus, intro vocatis omnibus, aut pro tribunali locatus et civiles et criminales controversias audiat, ne congruae ultionis animadversio cohibeatur. Absit autem, ut iudex, popularitati et spectaculorum editionibus mancipatus, plus ludicris curae tribuat quam seriis actibus. *Dat. Kal. Oct. Aquileia, Divo Ioviano et Varroniano Coss.*

INTERPRETATIO. *Iudex hanc sibi praecipuam curam in audiendis litibus*[e]) *impendendam esse cognoscat, ut litigantium causas iugiter, adhibita aequitate, discutiat: sciturus, non se in secretis domus aut in quibuscunque angulis finitivam sententiam prolaturum, sed apertis domus suae ianuis intromissisque turbis, ut neminem lateat, quicquid secundum legum vel veritatis ordinem fuerit iudicatum*).*

3.[f]) *Iidem AA. ad Valerianum Vicarium Hispaniarum.* Libellos iudicibus, postquam se receperint, vetamus offerri, ne super alienis causis vel statu pronuntient, quando ab officii conspectu atque ab oculis publicis recesserint. *Praelata VI. Id. Sept. Veronae, Valentiniano et Valente AA. Coss.*

INTERPRETATIO. *Iudices, postquam se de consessu publico in domum suam receperint, libellos a litigatoribus non accipiant, nec sine officio suo de causis alienis vel de statu aliquid cognoscant*[g]).

4.[h]) *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Probum Pf. P.* Provinciis praesidentes per omnium villas sensim atque usitatim vicosque cunctos discurrant et ultro rimentur a singulis, quid unusquisque compulsor insolenter egisset aut cupide. Is enim, de quo aliqua ad nos querela pervenerit, ad ultimam poenam rapietur. *Dat. Kal. April. Treviris, Valentiniano N. P. et Victore V. C. Coss.*

INTERPRETATIO. *Iudices provinciarum operam dare debebunt, ut per singulos agros et loca sollicita inquisitione discurrant et per se, qualiter in solutione publici debiti cum possessoribus agatur, agnoscant. Cuius rei curam si implere neglexerint, querelam civium non dubitent in se severissime vindicandam.*

(5.)[i]) *Imppp. Valens, Gratianus et Valentinianus AAA. ad Antonium Pf. P.* Ne quis domum iudicis ordinarii postmeridiano tempore

a) (Tit. VI.) C. Th. *Tit. XV.* Est hic tit. in codd. 20, 23, 24 et in exemplo Paris. editionis C. Th. ann. 1566, quod numerum habet F. 6. Primum editus est in Cui. 2 ed. C. Th., ubi et in sqq. eiusdem Codicis ante Clossium edd. *Tit. VI.* est. In cod. 20 et ap. Closs. Wenck. est *XV. Titulus.* Esse XV. tit. in cod. 20 apparet ex serie titulorum, nam numeri titulorum in indice titulorum omissi sunt, rubrica vero tituli h. l. in codice deest. Ipsum autem numerum *XV* habent codd. 23, 24. Videntur igitur librarii illorum codd., etsi Br. Al. tantum exemplum idque mutilum scripserunt, librum aliquem adhibuisse, cuius scriptor ipsum Codicem Theod. ante oculos habuit. In F. 6, omisso numero, manu P. Pithoei scriptum est *Ex V. C. meo* | *De Officio Vicarii* (*Lex* 1). In cod. 20 et in rec. C. Th. edd. huius tit. sunt *XVII* constitutiones; in codicibus 23 et 24 et in editionibus *una* tantum c., i. e. *XVII.* (ult.), sed in codd. illis omissa inscriptione et praescripto v. *Intrpr.*, quasi *Interpretatio* legis alicuius esset, quod falsum esse nunc cod. 20 demonstrat. Praeterea teste Zirardinio (l. c. p. 26, not. *G.*) Ruggerius invenit hunc tit. in cod. quodam Reginae Sueciae. Codicem Reg. Suec. 1023 (24) non illum esse, ex quo Cuiacius hunc tit. cum c. un. ediderit aut Pithoeus transscripserit, neque pro eo haberi posse codicem 23, etsi Pithoei fuerit, quum is cum codice 24 concinat, exposuit Haenel in Codice Theod. ad hunc tit. Vesmius quidem a me dissentit, neque vero ad sententiam eius accedere possum. b) c. Th. *c.* 17.

a) Tit. VI. (VII.) C. Th. *Tit. XVI.* Numerum XVI. habent codd. 23, 24, quamquam ibi sec. seriem titulorum *VII. Tit.* est. In cod. 20 est *XVI. Tit.* secundum seriem titt., ipso numero om. et rubr. h. l. erasa. Vid. tit. anteced. Rell. codd. Br. Al. Sich. (quamquam ap. Sich. numerus tit. om.) Til. *VI. Tit.* Huius autem tituli et sequentium titt. numeri XVII—XXI. videntur orti esse ex errore librarii alicuius, qui noverat numerum tituli *De Officio Vicarii* et proinde reliquos continua serie numeravit, quod partim transiit in codd. 23, 24. In rec. C. Th. edd. h. tit. sunt XIV constitutiones, quinque in plerisque Br. Al. codd. et apud Sich. Til., sed sex in nonn. codd., undecim in cod. 20. In nonnullis codd., ut 35, 37 subscriptiones transpositae sunt. Deest enim in his subscriptio c. 1 et posita est ad interpr. c. 1 subscr. c. 2, ad interpr. c. 2 subscr. c. 3, ad interpr. c. 3 subscr. c. 4, ad interpr. c. 4 subscr. c. 5, om. autem interpr. c. 5, ut hi codd. quatuor tantum constitt. contineant, quamquam id errore librarii videtur accidisse. b) c. 1. Cod. Th. *c.* 7? 20 *c.* 7. Integra cum interpr. est in codd. 1, 4—9, 12, 14, 15, 18, 20, R.; omnia praeter interpr. des. in codd. 28, 37, 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—25, 27, 39, 43; textus et subscr. in cod. 45ª; solus textus om. in codd. 26, 29—32, 34—36, 38, 40. In hac const. incipit cod. 15. Post h. c. Gothofredus ex Ms. Danielis aliisque codd., quos omisit nominare, constitutionem interposuit, quae deest in omnibus codd., quos vidi. Quum destituta sit interpretatione, videtur aliena esse a Br. Al. Neque ei Go. numerum apposuit. c) Hoc add. ab interpr. *) i. e. regum auribus. Cf. tit. III, not. *d.* d) c. 2. C. Th. c. 9? 20 *c.* 8. Integra cum interpr. est in codd. 1, 4—9, 12, 14, 15, 18, 20; inscr. et textus des. in codd. 21—25, 31, 35—37, 39; textus et subscr. in cod. 28; solus textus om. in codd. 26, 27, 29, 30, 32, 34, 38, 40; omnia, praeter interpr., des. in codd. 43, 45, 45ª. e) *In aud. lit.* om. in plerisque codd., ut 1, 4, 5, 12, 14, 20, 34, 36, 37, aliis. Mox nota vv. *iugiter*, *domus* i. e. secretarii, *turba* i. e. multitudinis. *) Aliter lex, cuius etiam partem neglexit interpr. f) c. 3. C. Th. *c.* 10? 20 *c.* 9. Integra cum interpr. est in codd. 1, 4—9, 12, 14, 15, 18, 20, 30, 32; inscr. et textus des. in codd. 21—25, 27, 31, 35—40; solus textus om. in codd. 26, 29, 34; omnia des. praeter interpretationem in codicibus 28, 42, 45ª. g) Multi codd. *agnoscant.* h) c. 4. C. Th. *c.* 12? 20 *c.* 10. Integra cum interpretatione est in codicibus 1, 4, 5, 7—9, 14, 15, 18, 20, 30, 32; inscr. et textus des. in codd. 21—25, 27, 31, 35—37, 39, 40; solus textus om. in codd. 26, 29, 34; omnia praeter interpr. des. in codd. 28, 38, 43, 45ª. In codd. 6, 12 om. interpr. i) (c. 5.) C. Th. *c.* 13? Haec lex, sed sine interpr. primum edita est a Cuiacio in Obs. VI, 34 ex fonte ignoto et deinde recepta in Cui. 1 C. Th. edit. cum interpr. *Ut meridianis horis,* ex Aeg. desumta, quam etiam Aur. Lugd. edd. C. Th. habent. Interpretatio *Ne quis notus* primum ed. est in Cui. 2. Ad Br. Al. eam pertinere intelligitur cum ex interpr. addita, tum ex Summa Aegidiana, ubi in epitomen redacta est; praeterea etiam ex cod. 25, ubi inscriptio et subscr. cum interpr. *Ne quis notus* exstant et ex cod. 45, qui partic. interpr. *Ne quis notus* exhibet. In reliquis omnibus, quos inspexi codd., constitutio deest. Hunc vero locum legi tribuendum esse et Summa Aeg. docet, in qua eius summarium h. l. legitur, et codd. 25, 45, ubi, quae adsunt, eodem loco posita sunt. In cod. 20 om. h. c. Utramque interpr., quam dixi, habent altera Cuiacii, Gothofredi, Ritt. edd. Ego omisi posteriorem interpr.

| EPIT. AEG. | EPIT. SUPPL. LAT. 215. | EPIT. GUELPH. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|---|
| TIT. VI. DE OFFICIO RECTORIS PROVINCIAE[a]). | TIT. VI. DE OFFICIO RECTORIS PROVINCIAE. | VI DE OFFICIO RECTORIS PROVINCIE. | DE OFFICIO RECTORIS PROVINCIAE VI. | VI. DE OFFICIO RECTORŨ P̧VINCIE. |
| Hoc est, ut iudex omnes litigantes absque praemio audiat et si rapax esse voluerit, gladio puniatur. | A. Ut oficiales omnium iudicum de introitum aut egresso litigantium praemia non praesumant accipere. Quod si rapaces esse voluerint, gladio puniantur. | Oficiales. iudicium venales. non esse: Pl. V. V. L XX VII Ł. XII.[a]) | Officiales iudicum venales esse non audeant. Ut nullum pretium a litigantibus recipiant aut pro introitu vel egressu, sed tam divites quam pauperes sine ullo prémio audiantur. Quod si iudices rapaces esse voluerint, gladio puniantur aut dominicis auribus referatur. | Imp̃r. cons̃. data kl̃ novб̃. *Int.* Si iudices contra racionẽ de qualecumq; hominẽ ipsorũ pecunia in sportulo tollere voluerint, secundũ legem gladio puniant̃; |
| Ut non secrete, sed publice causas vel[b]) chartas audiat. | B. Ut iudex non clausis ianuis, sed apertis audiat causas. | II Ut iudex. sentenciam publice fuerat[b]). | Ut iudex non in secessum vel angulis de statu hominum vel patrimoniorum sententiam ferat, sed in publico omnes controversias audiat. Et ne iudex spectaculis et ludicris[a]) se tribuat et leges neglegat. Ut iudex omnia iudicia in publico terminet, ut neminem lateat, quod secundum legem fuerit iudicatum. | *It̃ alia. Intp̃.* Quicũq: iudex sciat se cũ[a]) causas iudicaverit ñ se abscondat in remoto loco neque ipse[b]) solus iudiciũ donet sed cũ bonus[c]) homines et in apto domo ut quicũque intrare voluerit licenciam habeãt et ante plures homines suum iudiciũ[d]) donet et qd̃ rectũ ẽ iudicet. |
| | C. Ut iudices non secrete, sed publice causas audiant. | IIII.[c]) Iudex libellus vel causam. secrete a p̧te non agnus.cat[d]). L˙ XI. ꝛ XIIII Ł III.*) | Ut iudices postquam de consessu publico in domos venerint, a litigatoribus literas non recipiant. | *It̃e alia Interp̃* iudices p̧vinciarũ hoc scire debent ut de omne homine causas talem curã habere debeant[e]) ut nullũ hominẽ p̧ suã potenciam vel p̧ gracia de suo seniore pauperes op̃mere non p̃sumant*) sed ipse iudex int̃ potentẽ et pauperẽ equalit̃ int̃ eos iustum iudiciũ donet. |
| Ut possessores super publicis functionibus non graventur. | D. Ut iudices studeant, ne possessores super publicis functionibus graventur. | IIII. Exactoris. depredacionis.[e]) iudicis. inquirere et vindicare debere. L. XI. ꝛ III. Ł III.[f]) | Provinciis praesidentes per omnia loca rimentur, neque quibuscunque exactoribus fisci superbe aut cupide agatur. Quod si de talibus ad nos aliqua querela pervenerit, ad ultimam penam rapiantur. | *It̃ alia interp̃.* iudices p̧vinciarũ operra dare[f]) debent ut p̧ singulos agros et loca tales ordinet actores ut sic̃ de publica causa curã habent sic de omnes pauperes sine omni iniquitate vel p̃miũ agere debeant si hoc facere neglexerint pena iudicis vel*) civiũ in se noverint ẽẽ vindicandã. |
| a) Priores quatuor h. t. leges habet etiam fol. 3 cod. Guelpherb. b) *vel chartas* add. epit. ex sq. c. quam om. | | a) Incertus num. b) Pro *ferat.* Spang. *publice sue edat.* c) Scrib. *III.* d) Sp. *cognoscat.* *) Sp. *IIII.* Incertus numerus. e) Sp. *Exactores depredaciones.* f) C. Th. XI, 4, 2. | a) 62 *lucris.* Vid. legem ipsam, nam in inter pret. haec sententia non expressa est. | a) 67 *dum.* b) 65 om. *ipse.* c) 63 *bonos.* d) 67 *sua iudicia.* e) 65 *tale.* 67 *habeant.* Infra *pauperem et potentem.* *) 67 *p̃sumat.* f) 67 *hoc ordinare.* *) 65 *cura habeant, si — et pr. — poenas iud. et.* |

ex occasione secreti ingredi familiariter affectet, eiusdem duntaxat provinciae, sive notus iudici, sive etiam ignotus gestet tamen honores auctoritatem praeferens. *Dat. V. Kal. Aug. Mogontiaco, Gratiano A. IV. et Merobaude Coss.*

INTERPRETATIO. *Ne quis notus aut ignotus, eius tamen provinciae homo meridianis*[k]*) horis aut secretis iudicem videat.*

**Ut meridianis horis suggerentum iudex causas non praesumat audire.**

5. (6.)[l]) *Impp. Honorius et Theodosius AA. Theodoro Pf. P.* Moderatores provinciae curam gerere iubemus, ne quid potentium procuratores perperam illiciteque committant. *Dat. VIII. Kal. Dec. Ravenna, Basso et Philippo VV. CC. Coss.*

INTERPRETATIO. *Iudices provinciarum summam sollicitudinem habere debent, ne actores potentum aliquid circa inferiores personas illicite iniusteque committant.*

**Sollicite pauperes defendant iudices, ne ab actoribus potentum opprimantur iniuste.**

## TITULUS VII. (VIII.)[a]) DE OFFICIO IUDICUM CIVILIUM.

**TIT. VII. DE OFFICIO IUDICUM CIVILIUM.**

1.[b]) *Imppp. Arcadius, Honorius et Theodosius AAA. Curtio Pf. P.* Honorati, qui lites habere noscuntur, his horis, quibus causarum merita vel facta panduntur, residendi cum iudice non habeant facultatem: nec meridianis horis a litigatoribus iudices videantur. Quina itaque pondo auri tam iudici, quam eius officio et honoratis parem mulctam adscribendam esse cognoscas, si quis contra praeceptum huiusmodi venire tentaverit. *Dat. III. Non. Febr. Roma, Basso et Philippo VV. CC. Coss.*

INTERPRETATIO. *Honorati provinciarum (id est, ex curiae corpore*[c]*)), si et ipsi in lite sunt constituti, tempore, quo causae aliorum a iudicibus ventilantur, cum iudice non resideant: et litigatores meridianis horis iudicem non salutent. Si aliud praesumserint, mulctam supra scriptae legis exsolvant.*

**Hoc est ut litigatores, etiam si honorati sint, tempore, quo litigant, cum iudice non resideant, et meridianis horis eum non salutent. Si aliud praesumserint, quina itaque pondo auri mulctam exsolvant.**

## TITULUS VIII. (IX.)[a]) DE OFFICIO IUDICUM MILITARIUM.

**TIT. VIII. DE OFFICIO IUDICUM MILITARIUM.**

1.[b]) *Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius AAA. Comitibus et Magistris utriusque militiae.* Nunquam omnino negotiis privatorum vel tuitio militis vel exsecutio tribuatur. *Dat. prid. Id. Febr. Constantinopoli, Theodosio A. III. et Abundantio V. C. Coss.*

INTERPRETATIO. *Nulli penitus in civilibus causis militaris vel tuitio vel exsecutio deputetur.*

**Hoc est nec comes nec miles*) nec magister in civilibus causis inter negotia privatorum exactor nec executor esse praesumat.**

## TITULUS IX. (X.)[a]) DE OFFICIO IUDICUM OMNIUM.

**TIT. IX. DE OFFICIO IUDICUM OMNIUM[a]).**

1.[b]) *Imp. Constantinus A. ad Domitium Celsum Vicarium.* Nemo iudex officialem ad eam domum, in qua materfamilias agit, cum aliquo praecepto existimet esse mittendum, ut eandem in publicum protrahat, quum certum sit, debita eius, quae intra domum, considerato sexu, semet contineat, domus eius vel cuiuscunque rei habita distractione, publicis necessitatibus posse servari. Quod si quis in publicum matremfamilias posthac crediderit protrahendam, inter maximos reos, citra ullam indulgentiam, capitali poena vel exquisitis potius exitiis suppliciisque plectatur. *Dat. III. Id. Ian. Treviris, Sabino et Rufino Coss.*

INTERPRETATIO. *Nullus iudicum matronam in domo sua residentem per quemcunque apparitorem ad publicum existimet protrahendam, sed circa eam, pro sexus reverentia, conventio honesta servetur: quum, si quid eam debere constiterit, constrictis eius auctoribus possit*) exsolvi. Nam si quis contra fecerit, summo supplicio se afficiendum esse cognoscat.*

k) Lex *postmeridiano tempore.* l) c. 5. (6.) C. Th. *c.* 14? Br. Al. *c.* 5 aut 6, sed in plerisque codd. Sich. Til. *c.* 5. Vid. c. anteced.; 20 c. 11. Integra est cum interpr. in codd. 1, 4—9, 12, 14, 15, 18, 20; inscriptio et textus des. in codd. 21—24, 31, 36, 37, 39, 40; solus textus om. in codd. 25—27, 29, 30, 32, 34, 35, 38; omnia des. praeter interpr. in codd. 42, 45ª; interpretatio deest in codd. 28, 37. Iam videntur Visigothi tres titt. omisisse.

a) Tit. VII. (VIII.) C. Th. *Tit. XX?* Num. *XVII.* habent codd. 23, 24, quamquam ibi sec. seriem titulorum *VIII. tit.* est. Vid. tit. VI. In cod. 20 est *XVII. tit.,* ipso numero et rubrica tit. omm. Rell. codd. Sich. (sed om. numero) Til. *Tit. VII.* b) c. 1. C. Th. c. 1. Integra cum interpr. est in codd. 1, 4—9, 12, 14, 15, 18, 20, 26; omnia praeter interpr. des. in codd. 45, 45ª; inscr. et textus in codd. 21—24, 38, 39; textus et subscr. in cod. 28; solus textus om. in codd. 25, 27, 29—32, 34—37, 40; sola subscr. in cod. 44. c) Ad sui temporis rationem interpres explicavit v. *Honorati.* Savigny l. c. T. I. p. 265 (ed. I.) et p. 308 (ed. II.).

a) Tit. VIII. (IX.) C. Th. *Tit. XXI?* Cod. 24 *Tit. IX.,* propter add. tit. de Off. vic. In cod. 20 est *Tit. XVIII.* sec. seriem titt., ipso numero et rubrica omm. Totus titulus om. in cod. 23, uno folio exsciso, est autem numerus *XVIII.* in ind. titt. Vid. tit. VI. Rell. Br. Al. codd. Sich. Til. *Tit. VIII.* Cf. Haenel l. c. p. 169, not. sup. b) c. 1. C. Th. *c. un.?* Integra cum interpr. est in codd. 1, 4—9, 12, 14, 15, 18, 20; omnia praeter interpr. des. in codd. 28, 42, 45; inscr. et textus in codd. 21, 22, 24, 30, 39, 40, 45ª; inscr. et interpr. in cod. 25; solus textus om. in codd. 26, 27, 29, 31, 32, 34—38. Duplici interpr. instructa est h. c. in altera Cuiacii, in Gothofredi, Ritt. C. Th. edd., quarum posterior, quam nos cum Sich. exhibemus, Br. Alariciani est; prior „*Nec comes*“ etc., quae sola in prima Cuiacii, Aur. Lugd. C. Th. edd. invenitur, ex Aegidio sumta est, qua de causa h. l. om.

a) Tit. IX. (X.) C. Th. *Tit. XXII?* Cod. 24 *Tit. X.,* propter add. tit. de Off. vic. In cod. 20 est *Tit. XIX.* sec. seriem titt. Totus titulus om. in cod. 23, sed est numerus *XIX.* in ind. titt. Vid. tit. VI. Rell. Br. codd. Sich. Til. *Tit. IX.* b) c. 1. C. Th. *c.* 1. Integra est in codd. 1, 4—9, 12, 14, 15, 18, 20; omnia des. praeter interpr. in codd. 42, 45, 45ª; inscriptio et textus in codd. 21, 22, 24, 30, 39, 40; subscr. et textus in codd. 27, 28; solus textus om. in codd. 25, 26, 29, 31, 32, 34—38. *) Cf. Go. ad h. l.

*) Aeg. *ne comes vel miles.*

a) Huius tit. interpretationes omnes epitomator in unam contraxit.

| EPIT. SUPPL. LAT. 215. | EPIT. GUELPH. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|
| E. Ut meridianis horis suggerentum causas iudex non praesumat audire. | | | |
| F. Sollicite iudices defendant pauperes, ne ab actoribus potentum opprimantur iniuste. | V. Ne potentum. procuratores inferiores. premant iudicum. erit cura[g]);. | Quia summam curam iudices habere debent, ne actores[b]) circa inferiores personas iniuste aliquid committant. *Dat. XIIII Kal. Dcbr. Basso et Filippo coss.* | *It̃ alia interp̃.* iudices[g]) ꝓvinciarũ hoc sciant ut sũma sollicitudinẽ habeant ꝑ omni loca ne actores potentũ aliquit circa pauperes homines inlicite aut iniuste faciant. |
| TIT. VII. DE OFFICIO IUDICUM CIVILIUM. | VII. DE OFFICIO IUDICUM CIVILIUM[a]). | VII[a]). DE OFFICIO IUDICUM CIVILIUM. | VII. DE OFFICIO IUDICŨ CIVILIŨ. |
| Honorati ex curiae corpore si in lite fuerint constituti*) tempore quo causae aliorum a iudicibus ventilantur cum iudice non resideant nec meridianis horis a litigatoribus iudices videantur. Quina itaque pondo tam iudici, quam eius officio et honoratis parem mulctam adscribendam esse cognoscat, si quis contra praeceptum huius modi temptaverit. | Honorati quorum cause ventilantur. cum iudicem. non sedeant et iudex. secrite.[b]) a litigatore non videndus. | Honorati ex curia si et ipsi in lite sunt constituti, tempore quo causae eorum a iudicibus ventilantur, cum iudice non resedeant. Et litigatores meridianis horis a iudice non videantur. Si aliud praesumserint, quinque[b]) pondo auri tam iudici quam eius officio et honoratis exsolvant. [c])*Dat. VI. Non̄. Feb̃. Rom̄. et Fylippo con̄sl.* | Imp̃. archadius data t̃cio. nonas. feprũ.[a]) romae *Intef̃.* Si quicũq; ꝑsonã de qualecũq: actu aut dignitatẽ ꝑ principẽ onoratus fuerit sed cum altero hominẽ de quacũque omine[b]) causam habuerit et ante iudicem venerit ille honoratus dũ ipsã causam agit cum iudice non resedeat sed ipso ordine iudicet̃ sic̃ et alias ꝓsonas qui in illa[c]) patria manent. et nec post meridie non liceat causas ante iudice reclamare q: contra hoc p̃ceptum fecerit. V. pondus[d]) auri solvat; |
| TIT. VIII. DE OFFICIO IUDICUM MILITARIUM. | VIII DE OFICIO IUDICUM MILITARIUM. | DE OFFICIO IUDICUM MILITARIUM VIII.*) | VIII. DE OFFICIO IUDICŨ MILITARIŨ. |
| Hoc est, ne comes vel miles nec magister in civilibus causis atque inter negotia privatorum exactor nec executor esse praesumat. | .I. Militi. vel exsecucio. vel tonior*) causa non tribuendam. hoc est nulla. ex hoc milicia habeturus. de civilibus causis. | Nulli penitus in civilibus causis militaris vel tuitio vel executio deputetur. *Dã p̃r. id. Feb. abundancio vc̃. conss.* | Imp. theudosius data II.[a]) id̃ febr̃. *Interp̃.* Nulli penitus in cibilib;[b]) causis militaris vel tuicio vel[c]) execucio tribuat̃ similit̃ om̃ iudices aut fescales sint aut privati hoc sciant ut ad nullũ ominẽ non liciat aliut facere nisi int̃ ipsos de recta iusticia iudicare. |
| TIT. IX. DE OFFICIO IUDICUM OMNIUM. | VIIII. DE OFICIO IUDICUM. OMNIUM. | DE OFFICIO IUDICUM OMNIUM VIIII[a]). | VIIII DE OFFICIO IUDICŨ OMNIŨ. |
| Hoc est, non matrona pro ullo debito teneatur, sed actor. Nam per officialem iudicis nec pupilli, nec viduae, nec aegroti*) etiam nec per praecepta commoveantur in aliam provinciam ire dicere causam. Qui contra hoc egerit, capitali poena vel suppliciis vindicetur. | I. Ne mater familias. ab aparitoribus. protrahatur., Si q ficerit. supplicio. subdendus. hoc est de matrona. in domu suam. resedente[a]) si iniuriaverit. | Nullus iudicum matronam de domo sua per apparitorem ad publicum audeat attrahere. Sed pro sexus reverentia conventio honesta servetur. Cum si quid eam debere constiterit, constrictis eius auctoribus possit exsolvi. Si quis contra haec fecerit, summo supplicio addicatur. | Imp̃. con̄s. data. III. kal̃ ian. *Inter̃*: Nullus iudex nec nullo omini liceat nulla puella ad raptum ꝓtrahere nec nullã mulierẽ in domo suã[a]) sedentem ꝓ nullo publico nec ꝓ nulla causa inquietare ñ p̃sumat sed si aliquid ei requirere voluerit ad actores eius reqrat et illa femina ꝓ reverentiae sexus eius ñ inquietet sed sũma honore ad eã servare p̃cipimus si quis contra hoc fecerit sciat se sũmũ suplicium affaciendus ẽẽ. |
| *) Cod. *consecuti.*<br>*) Haec hausit epit. ex sq. c. | g) Sp. *potentium — curare*<br>a) In cod. et ap. Sp. vv. *Iudicum civilium* seiuncta sunt a rubro. b) Sp. *meridie* (?).<br>*) Sp. *toitio.*<br>a) Sp. *domum — resedentem.* | b) 62 *auctores* et om. subscript. Ea in 64 erasa est.<br>a) 64 *Arcãd Honõri theũd aũa VII.* b) Ex lege ipsa. c) 62, 64 om. subscript.<br>*) Err. 62 *VII.* 64 *Honori arcad theũd aũa. VIII De offitium etc.* Subscriptio deest in codd. 62, 63.<br>a) Err. 62 *VIII.* | g) 65 *iudex.*<br>a) 65 *Febr. — persona — actum — principe — causa hab.* b) 67 *re.* c) 67 *ipsa* et postea om. *nec.* Idem *ante iudicẽ* et 65 *iudices.* d) Ex c. ipsa.<br>a) 65, 66 *III.* b) 67 *civitatibus.* c) 65 *et.*<br>a) 65 *sua sedente.* |

2. [c]) *Idem A. Andronico.* Si contra pupillos, viduas vel morbo fatigatos et debiles impetratum fuerit lenitatis nostrae iudicium, memorati a nullo nostrorum iudicum compellantur comitatui nostro sui copiam facere. Quin imo intra provinciam, in qua litigator et testes vel instrumenta sunt, experiantur iurgandi fortunam, atque omni cautela servetur, ne terminos provinciarum suarum cogantur excedere. Quod si pupilli vel viduae aliique fortunae iniuria miserabiles iudicium nostrae serenitatis oraverint, praesertim cum alicuius potentiam perhorrescunt, cogantur eorum adversarii examini nostro sui copiam facere. *Dat. XV. Kal. Iul. Constantinopoli, Optato et Paulino Coss.*

Interpretatio. *Quicunque adversus pupillos, viduas et aegrotos nostra praecepta meruerit, eos de locis suis commovendi vel extra provinciam suam usquam penitus protrahendi licentiam summovemus, ut ibi causam suam dicant, ubi instructiores esse et testimonia possint facilius invenire. Sane si ipsi, quorum fatigationi consulimus, nos crediderint expetendos, huic voluntati eorum veniendi aditum non negamus; ita ut adversarii eorum sub praesentia principis adesse per rectorem provinciae compellantur.*

[Epit. Aeg.:] Hoc est ut neque matrona neque pupilli neque viduae neque aegroti pro ullius rei debito in aliam provinciam ire cogantur. Sed per actores eorum causas, quas habuerunt, exsolvant. Sane si ad principem voluerint, sponte veniant, coactis adversariis a iudice.

3. [d]) *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Pars Actorum habitorum in Consistorio Gratiani Augusti. Gratianus Augustus dixit:* Det operam iudex, ut praetorium suum ipse componat. §. 1. Ceterum neque comiti, neque rectori provinciae plus aliquid praestabitur, quam nos concessimus in annonis seu cellariis etc. *Actum in Consistorio, Merobaude II. et Saturnino Coss.*

Interpretatio. *Iudicem praetorium suum de proprio* [e]) *debere componere et nihil a provincialibus aliquid amplius petere, quam ei in annonis vel cellariis a principe fuerit deputatum.*

[Epit. Aeg.:] Ut iudex tamen domum, quod dicitur praetorium, de proprio componat et nihil a provincialibus extra functionem publicam requirat [b]).

## TITULUS X. (XI.) [a]) DE DEFENSORIBUS CIVITATUM.

[Epit. Aeg.:] TIT. X. DE DEFENSORIBUS CIVITATUM [a]).

1. [b]) *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Eusignio Pf. P.* Hi potissimum constituantur defensores, quos decretis elegerint civitates. Quod si quis ad locum defensionis ambitione pervenerit, confestim eum sinceritas tua reiectum quinque libras auri fisci utilitatibus cogat inferre. *Dat. VIII. Kal. Feb. post Consulatum Honorii N. P. et Euodii V. C.*

Interpretatio. *Hi instituantur civitatum defensores, quos consensus civium et subscriptio universorum*) elegisse cognoscitur. Quod si quis defensorum ad hanc rem cupiditate propria, non interveniente decreto* [c]), *pervenisse probabitur, pro hac praesumtione quinque libras auri fisco inferre cogatur.*

2. [d]) *Iidem AAA. Potamio Praefecto Augustali.* Defensores nihil sibi insolenter, nihil indebitum vindicantes, nominis sui tantum fungantur officio: nullas infligant mulctas, nullas exerceant quaestiones. Plebem tantum vel decuriones ab omni improborum insolentia et temeritate tueantur, et id tantum, quod esse dicuntur, esse non desinant. *Dat. III. Non. Mart. Constantinopoli, Arcadio A. II. et Rufino V. C. Coss.*

Interpretatio. *Defensores secundum suum nomen curiam vel plebem sibi commissam cum omni iustitia et aequitate defendant; nullum de innocentibus aut condemnare aut verberare praesumant* [dd]).

3. [e]) *Iidem AAA. Tatiano Pf. P.* Per omnes regiones, in quibus fera et periculi sui nescia latronum fervet insania, probatissimi quique atque districtissimi defensores adsint disciplinae et quotidianis actibus praesint, qui non sinant crimina impunitate coalescere. Removeantur patrocinia, quae favorem reis et auxilium scelerosis impertiendo, maturari scelera fecerunt. *Dat. V. Id. April. Constantinopoli, Arcadio A. II. et Rufino V. C. Coss.*

Interpretatio. *Per omnes provincias tales pro studio disciplinae* [f]) *iudices ordinentur, ut cum omni sollicitudine in reos et latrones, remotis potentum patrociniis, districtionem* [g]) *debitam exercere non differant: ne per negligentiam suam aut venalitatem crimina, quae debent puniri, proficiant.*

[Epit. Aeg.:] Ut absque praemiis recipiantur honores et nullas mulctas infligant provincialibus, et sui nominis non oppressores, sed defensores appareant: et remotis patrociniis potentum districtionem secundum leges in latrones exercere non differant, ne per negligentiam suam crimina crescant.

c) c. 2. C. Th. *c.* 2. Integra cum interpr. est in codd. 1, 4—9, 12, 14, 15, 18; omnia praeter interpr. mutil. des. in cod. 45; textus et inscr. in codd. 21, 22, 24, 27, 30, 31, 35—37, 39, 40; textus et subscr. in codd. 28, 45[a]; solus textus om. in codd. 25, 26, 29, 32, 34, 38; sola inscr. in cod. 20. In Haenelii C. Th. ed. post h. l. add. lex Iuliani. d) c. 3. C. Th. *c.* 4? Integra cum interpr. est in codd. 1, 4—9, 12, 14, 15, 18, 20; omnia praeter interpr. des. in codd. 22, 38, 40, 45[a]; inscr. et textus in codd. 21, 24, 27, 31, 35—37, 39; textus et subscr. in codd. 26, 28, 32; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 34. e) In lege est *ipse.*

a) Tit. X. (XI.) C. Th. *Tit. XXIX?* Numerum *XX.* habent codd. 23, 24, quamquam ibi secundum seriem titt. *tit. XI.* est. Vid. tit. VI. In cod. 20 est *XX. tit.* sec. seriem titt., numero et rubr. omm. Rell. Br. Al. codd. Sich. Til. *Tit. X.* In rec. edd. C. Th. h. tit. sunt octo leges. b) c. 1. C. Th. *c.* 6. Integra cum interpr. est in codd. 1, 4—9, 12, 14, 15, 18, 20; omnia praeter interpr. des. in codd. 45, 45[a]; inscr. et textus in codd. 21—24, 39; textus et subscr. in cod. 28; solus textus om. in codd. 25—27, 29—32, 34—38, 40. *) Explicantur vv. legis *quos decretis elegerint civitates.* c) Vv. *cupid.—decreto* vituperat Go. d) c. 2. C. Th. *c.* 7. Integra cum interpr. est in codd. 1, 4—9, 12, 14, 15, 18, 20; omnia praeter interpr. des. in codd. 28, 45, 45[a]; inscr. et textus in codd. 21—24, 27, 31, 35—39, 40; textus et subscr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32, 34; interpr. om. in reliquis codd. et sequitur interpr. c. 3 h. t. Interpretatio brevior est lege. dd) Haec pertinent ad vv. legis *nullas—quaestiones.* Lex non modo de innocentibus loquitur, sed generaliter. e) c. 3. C. Th. *c.* 8. Integra cum interpr. est in codd. 1, 4—9, 12, 14, 15, 18, 20; tota c. deest in codd. 28, 29, 32, 38, 40, 45[a]; omnia praeter interpr. des. in cod. 42; inscr. et textus in codd. 21—24, 31, 35—37, 39; textus et subscr. in cod. 27; solus textus om. in codd. 25, 26, 30, 34. f) Aliter lex. *Iudices* pro defensoribus. g) Nota v. *venalitatis* et *districtionis.* Recte explicatur v. *patrocinia.*

[Epit. Aeg.:] b) Ap. Aeg. haec cohaerent cum antec. int. In cod. 54 iterum ponitur rubr. *de Off. rect. prov.*

a) Huius quoque tit. interpretationes epitomator in unum locum contraxit.

| EPIT. SUPPL. LAT. 215. | EPIT. GUELPH. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|
| Quod si ipsi pro sua causa ad principem ire voluerint adversarii eorum coacti a iudice ante principem praesententur. | II. Pupillus viduas vel debelis pro[b]) causam. ad publicū n̄ trahendus; | *De pupillis aegrotis.* Quicunque adversum pupillos, viduas, aegrotos nostra praecepta meruerint, eos de locis suis commovendi vel extra provinciam ducendi licentiam non habeant, ut ibi causam suam dicant, ubi testimonia facilius possint invenire. Si tamen ipsi ad nos voluerint expetere, non negamus et tunc adversarii eorum sub nostra praesentia per rectorem[b]) compellantur venire. | *Ĩt alia. intp̃.* Si[b]) quicũque omo pupillos aut viduas vel[c]) egrotos aut orfanus vel qđ hec lex conservat foras patria eos de suas causas ante iudices non tradant[d]) nisi in illa loca cũ eos suas causas agant ubi in suo placito testimoniales de p̃sente invenire possint. et si forsitan in ipsā patriā ubi cũ manent suas causas fenire ñ possint licenciam habeant si voluerint ubi sui principes fuerint ambulare et ipsorum causatores ante ipsos principes cum eos ambulare faciant[e]). |
| Ut iudex tam domum quam convivium de praetorio componat et nihil a provincialibus extra functionem publicam requirat. | III Ut iudex p̃turia sua de propriu conponat n̄ in ꝓ[c]) annonis. suis. superflua ꝗrat. | *De Praetorio*[c]). Iudex praetorium suum de proprio componat et nihil a provincialibus amplius petere, quam ei in annonis vel cellariis a principe fuerit deputatum. | |
| TIT. X. DE DEFENSORIBUS CIVITATUM. | X. DE DEFENSORIBUS CIVITATUM. | [a])X. DE DEFENSORIBUS CIVITATUM. | X. DE DEFENSORIB; CIVITATŨ. |
| Ut absque praemio recipiantur honores. | Defensoribus per civium consens[a]) uel legendi. | Hi constituantur defensores, quos consensus civium et subscriptio universorum elegerit. Quod si quis non interveniente decreto ad hanc dignitatem suam*) praesumtione pervenerit, quinque libras auri fisco inferre cogatur. | Imp̃ valentinianus. data kal̄ febr̄. *Int̄.* Quicumque iudex qui in patria constituitur p consensũ illorũ qui in ipsa patria sunt ipsa iudiciaria recipere debent qđ si ipse iudex[a]) illa iudiciaria sine consenso bonorũ hominũ de ipsa patria ꝓ sua cubiditate prendere[b]) ꝓsumserit secundũ legem. V. libras auri fiscũ solvere cogatur[c]). |
| Nullas infligant mulctas, nullas exerceant quaestiones. Plebem et innocentes*) non opprimant, sed defensores existant. | II. Defensores. nominis sui tantum[b]) funguntur. oficiu nullus de innocentibus condemnare p̃sumant. | Defensores secundum suum nomen plebem cum omni iustitia defendant. Nullum innocentem condemnare praesumant. | *Ĩt alia Intp̃.* Om̃ iudices qui patriam habent cōmissa nullũ hominẽ sine culpā aut damnare aut verberare p̃sũmant. |
| Ut latrones a iudice patronorum favore remoto puniantur. | III. Criminosis. defensionem. vel patrociniu. a[c]) nullu prestandu nec crimina. que debent. punire proficiant. | Per omnes provincias tales ordinentur defensores, ut cum omni sollicitudine in reos et latrones remotis potentium patrociniis districtionem debitam exerceant. [b])Dat. VI. id. apr̄l. arcadio ā II. et rufino vc̄. coss. | *Ĩt alia Intp̃.* In homni loca tales iudices elegantur ut ubi malefactores vel latrones invenerint nullo hominũ[d]) patruciniũ reveriscant sed ubi ipsos reus invenerint de p̃sente de illos iustitiam faciant. |
| *) Cod. *plebi et sui momentis.* | b) Sp. *propter.* In cod. est *pro* et supra *o* linea per circulum ducta et contorta. Ibi *II — debelis* cinnabari picta sunt. c) Sp. *praetorium* (?) *de proprium comp. nec in đ.* a) Sp. *consensu ellegendi;* recte ad sent. em. b) Sp. *tenorem f. oficium.* c) Sp. *est nullum.* | b) 64 om. *per rect.* c) 64 om. *de Praetorio.* Idem addit hanc subscript.: *Dāt. XV. k̄ Iulī optato et Paulino coñss.*, quae est c. 2. a) 64 *Valent̄ Theōd. Arcadius āāa. XI De — Hic constituatur d. q. c. civitatum.* *) Leg. *sua.* b) Subscr. deest in 62. | b) 66 add. *quis.* c) 65 *et — orfanos — presentem i. possent.* d) 67 *traant*, credo pro *trahant.* e) c. 3 deest. a) 65 *consensu eorum qui — quod sub se iudex — consensu.* b) 67 *accipere.* 65 *per sua — presumpserit.* c) 67 *comp̃* pro *solvere cogatur.* d) 65 *nullum hominem.* Infra idem *reos.* 66 *iustia.* 67 *iusticia.* |

## TITULUS XI. (XII.) [a]) DE ASSESSORIBUS, DOMESTICIS ET CANCELLARIIS.

1. [b]) *Impp. Honorius et Theodosius AA. Eustathio Pf. P. Post alia:* Velut castrense peculium filiifamilias assessores post patris obitum vindicent, qui consiliis propriis administratores iuvare consueverunt, si quid licitis honestisque lucris coadunare potuerint. *Dat. X. Kal. April. Constantinopoli, DD. NN. Honorio XIII. et Theodosio X. AA. Coss.*

Interpretatio. *Si quis vivo patre cuiuscunque iudicis consilio adhaeserit, quicquid ex iustis et bonis causis acquisierit, hoc sibi sic vindicat, sicut et ille filius, qui aliquid vivo patre in armis constitutus acceperit.*

2. [c]) * *Iidem AA. Asclepiodoto Pf. P.* Nullus iudicum ad provinciam sibi commissam quemquam secum ducere audeat, cui domestici vel cancellarii nomen imponat, nec profectum ad se undecunque suscipiat, ne famae nota cum bonorum publicatione plectatur. Periculo enim primatum officii, cancellarios sub fide gestorum electos iudicibus applicari iubemus, ita ut post depositam administrationem per continuum triennium nec militiam deserant, et provincialibus praesentiam sui exhibeant, quo volentibus sit accusandi eos facilitas. Si enim idonea causa exegerit, ad detegenda iudicis flagitia et quaestioni eos subdi oportet etc. *Dat. pridie Kal. Iun. Constantinopoli, Asclepiodoto et Mariniano VV. CC. Coss.*

Interpretatio. *Omnes iudices evidenter agnoscant, nullum in provinciam sibi commissam, de eadem, de qua venit, provincia vel alia regione, sibi cancellarium aut domesticum fortasse coniungere, nisi qui ei publice fuerit civium electione* [d]) *deputatus. Ita ut postquam fuerit iudex ille remotus, is qui consiliarii vel domestici gessit officium, triennium sub alio iudice de provincia non discedat* [e]), *ut, si quis accusator fortasse exstiterit, reddat accusantibus rationem. Et si forte facta iudicis celare usquequaque voluerit, subdatur publicae quaestioni.*

## EXPLICIT CODICIS THEODOSIANI LIBER PRIMUS.

a) Tit. XI. (XII.) C. Th. *Tit. XXXV?* In cod. 20 est *Tit. XXI.* sec. seriem titt., numero et rubrica omm.; 24 *Tit. XII.* Totus tit. om. in cod. 23, sed est numerus *XXI.* tit. in ind. titt. Vid. tit. VI. Sunt enim nonnulla folia exscissa, in quibus hic tit. et exordium libri II. C. Th. usque ad interpr. c. 7 tit. de Denunt. vel ed. rescr. (II, 4) exstiterunt. In cod. 44 hic tit. legitur post Nov. Val. de Sepulcri viol. Rell. Br. Al. codd. Sich. Til. *Tit. XI.* In Brev. codd., ap. Sich. Til. hic tit. duas habet leges; ei Cuiac. unam add. ex append. codd. b) c. 1. C. Th. *c. 2?* Integra cum interpr. est in codd. 1, 4—9, 12, 14, 15, 18, 20; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 44, 45; textus et inscr. in codd. 21, 22, 24; textus et subscr. in cod. 28; solus textus om. in codd. 25—27, 29, 30, 31, 34—40, 45[a]; textus, subscr. et interpr. in cod. 32, et ponitur interpr. c. 2. c) c. 2. C. Th. *c. 3?* Integra cum interpr. est in codd. 1, 4—9, 12, 14, 15, 18, 20; omnia praeter interpr. des. in codd. 31, 35, 42, 45[a]; inscr. et textus in codd. 21, 22, 24, 39, 40; subscr. et textus in codd. 25, 27, 28, 34, 36, 37; solus textus om. in codd. 26, 29, 30, 32, 38. Interpr. in cod. 32 scripta est ad c. 1. A verbis *erant* (deserant) *et provincialibus* incipit cod. 2. d) et e) Mutavit haec interpr. ad suae regionis morem. Cf. Savigny l. c. T. I. p. 260 et 266 (ed. I.) et p. 303 et 309 (ed. II.).

---

**EPIT. AEG.**

TIT. XI. DE ASSESSORIBUS*), DOMESTICIS ET CANCELLARIIS.

Hoc est ut filius, quicquid vivo patre acquisierit cum iudice, vel quicquid in armis constitutus acceperit, extra consortium fratrum vindicet.

Ut nullus iudex de alia provincia sibi cancellarium vel domesticum coniungat, et post discessum illius triennio sub alio iudice de provincia non discedat.

*) Aeg. *Accessoribus.*

## EPIT. SUPPL. LAT. 215.

### TIT. XI. DE ASSESSORIBUS DOMESTICIS ET CANCELLARIIS.

Si quis vivo patre cuiuscunque iudicis consilio adhaeserit, quicquid ex iustis et bonis causis adquisierit hoc sibi vindicet, sicut et ille, qui aliquid vivo patre in armis constitutus acceperit.

Omnes iudices evidenter agnoscant, nullus de eadem de qua venit provincia vel de alia regione sibi cancellarium vel domesticum fortasse coniungere, nisi illum, qui ei publice civium electione fuerit deputatus. Ita ut postea, quam fuerit iudex ille remotus, is qui cancellarii vel domestici gessit officium triennio sub alio iudice de provincia non discedat. Ut si quis accusator fortasse exstiterit accusantibus rationem et si fortasse facta iudicis usque quaque celare voluerit, subdatur publicae quaestioni.

## EPIT. GUELPH.

### XI. DE ASCENSORIB;[a]) DOMESTICIS ET CANCELLARIIS.

I. Id quod filiis, familias. dum adsertorē[b]) adqrit non patri sed ipsi adqueritur. L II. ʔ X Ł III.[c])

II. Iudices non de alia provencia sed per electionem. oficiales. abeant[d]).

### EXPŁC LĪB. ·I· TEOꝺ.

a) Sp. *Assessoribus.* In cod. et ap. Sp. *Domesticis* etc. disiuncta sunt a rubr. b) Sp. *familiar. dum ad . . rectorem.* (?) Leg. *dum assessor est.* c) C. Th. II, 10, 3. d) i. e. *habeant.* Sp. *provincia — officiales — Explicit. Lib. I. Co. incipit Lib. II de iurisdictione.*

## EPIT. MONACHI.

### XI. DE ADSERTORIBUS, DOMESTICIS ET CANCELLARIIS.

Si quis vivo patre militans quicquid iuste acquisierit, hoc sibi extra partem vindicet.

Nullus iudex de alia regione, nisi quam ipse regit, sibi cancellarium vel domesticum faciat, nec alium, nisi qui ei publica civium[a]) electione fuerit deputatus. Ita ut postquam fuerit iudex ille remotus, is qui consiliarii vel domestici gessit officium, triennio sub alio iudice de provincia non discedat, ut si quis accusator exstiterit, reddat accusantibus[b]) rationem. Et si facta iudicis usque quaque celaverit, subdatur publicae quaestioni. [c]) Dat. prid. K. Iun. Asclipiodoto et Mariniano Cons.

### EXPLICIT THEODOSIANI LIB. I.

a) 62, 63 om. *civium.* b) 64 om. *accus.* c) Subscript. deest in 62, 64.

## EPIT. S. GALL.

### XI. DE ASSESSORIBUS ET DOMESTICIS VEL CANCELLARIIS.

Imp̄. Onorius data. X. kal̄. april̄. *Intp̄.* Si filius antequam ad patrem mancipet̄ cuiuscūque indices consiliarius adheserit quidquit ꝓ suo servicio aut ex iustis et bonis causis adq:sierit hoc sibi vindicit sic̄ et ille filius si aliquit vivo patre in armis positus acciperet[a]) aut adquesierit.

*It̄. alia Intp̄.* Om̄ iudices sciant ut de alia regionē nec domesticū nec consiliariū nec cancellarium peculiare sine consensu de suos patrianus recipere debeat ut si ipsum iudicē de illa iudiciaria tollerent[b]) aut si forsitan mortuos fuerit et alium iudicem in suo loco miserit ipse cancellarius vel consiliarius aput illū aliū iudicē tres annus conversare debet ut si quicūq: homo ante illū alium iudicem de sua causa mendacium reclamaverit ille cancellarius hoc dismentire[c]) debet qd̄ si forsitam et ille cancellarius ad ipsū hominē[d]) consintire voluerit ut rectū non dicat iudex eum diligenter inquirere debet.

### XP̄LI TEŪD LĪB. I.

a) 65 *vindicet — acceperit.* b) 67 *tulerint.* Mox 65 *mortuus* et 65, 67 *annos.* c) 67 *conservari — ꝓclamaverit — hoc memorari debeat.* d) 67 add. *si.*

# INCIPIT

# CODICIS THEODOSIANI

## LIBER SECUNDUS [a]).

INCIPIT LIBER SECUNDUS.

### TITULUS I. [b]) DE IURISDICTIONE, ET UBI QUIS CONVENIRI DEBEAT.

TIT. I. DE IURISDICTIONE ET UBI QUIS CONVENIRE DEBEAT.

1. [c]) *Imp. Constantius A. ad Eustathium Pf. P.* Iudices provinciarum volumus vim debitae auctoritatis assumere, ut una actores ceterosque rei privatae nostrae, quae provinciales, teneat disciplina. Sceleratos convictosque carceres teneant, tormenta dilacerent, gladius ultor interimat. Eo enim modo licentia inveteratae desperationis inhibetur, si intelligant, uno sibi ac pari studio vivendum esse cum ceteris etc. *Dat. VIII. Id. Mart. Limenio et Catulino Coss.*

INTERPRETATIO. *Quicunque in provinciis iudices ordinati sunt, hoc sibi sciant esse permissum, ut, si aliquos rei dominicae servos vel colonos reatus involverit, sicuti et privatos* *), *comprehendendi eos et puniendi, ut culpa exegerit, nullo contradicente patrimoniorum nostrorum ordinatore* [d]), *habeant liberam potestatem.*

Hoc est, ut iudex fiscalem servum aut colonum criminosum, nullo contiadicente, ut privatum puniat.

2. [e]) *Idem A. ad Taurum Pf. P.* Definitum est, provinciarum rectores in civilibus causis litigia terminare, etsi militantes exceperint iurgia vel moverint. Ne igitur usurpatio iudicia legesque confundat aut iudicibus ordinariis adimat propriam notionem, ad provinciarum rectores transferantur iurgia civilium quaestionum. In criminalibus etiam causis, si miles poposcerit reum, provinciae rector inquirat. Si militaris aliquid admisisse firmetur, is cognoscat, cui militaris rei cura mandata est. *Dat. VIII. Kal. Aug. Mediolano, Arbetione et Lolliano Coss.*

INTERPRETATIO. *Etsi civilia negotia ad provinciarum rectores iussimus pertinere, tamen, quoties criminalis actio intercesserit inter illos, qui in armis nostris militant, atque privatos* [f]), *si militans privatum in iudicium vocaverit, rector provinciae audiendi et iudicandi habeat potestatem. Si vero privatus servientem nobis in armis vel militantem forte pulsaverit* [g]), *ille causam audiat, ad cuius ordinationem* [h]) *is respicit, qui militat, vel cui arma tenuerit.*

[a]) Si causa criminalis inter privatum et militem vertitur, si miles accusaverit, ad privati iudicem pertinet discussio causae. [b]) Si vero privatus servientem nobis pulsaverit, ille causam audiat, cui militat vel arma tenet.

3. [i]) *Idem A. et Iulianus C. ad Taurum Pf. P.* Non solum in agentes in rebus, sed in alios etiam cuiuslibet homines conditionis competentes vigoris aculei exserantur, si modo fuerit declaratum, delicto eos

a) Vid. supra tit. de Const. pr. et ed. (I, 1) not. *a.* 19 *Lib. I.* Deest enim liber primus in cod. 19 et numerantur quindecim tantum C. Th. libri, sed ab initio posita est Nov. Theod. II. de Theod. Cod. Auctorit. Cf. Haenel ad Nov. Theod. p. XIII. In edd. C. Th. tot sunt huius libri tituli, quot sunt in Br. Al., nimirum XXXIII. b) Tit. I. C. Th. *Tit. I.* In cod. 20 huius et seqq. titt. rubrum abest, sed servatur in indice titt. c) c. 1. C. Th. *c.* 1. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 12, 14, 15, 18—20; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 43, 45; inscr. et textus in codd. 21, 22, 24, 38—40, 45[a]; textus et subscriptio in codd. 26, 28, 31; solus textus om. in codd. 25, 27, 29, 30, 32, 34—37. *) Haec pertinent ad vv. legis *actores—provinciales.* d) *Ordinator,* i. e. actor r. pr. n. e) c. 2. C. Th. *c.* 2. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 12, 14, 15, 18—20; omnia praeter interpr. des. in codd. 28, 38, 40, 42, 43, 45, 45[a]; inscr. et textus in codd. 21, 22, 24, 27, 31, 32, 35—37, 39; solus textus om. in codd. 25, 26, 29, 30, 34. f) i. e. cives. g) Paul. I, 19, 2. h) i. e. iurisdictionem. i) c. 3. C. Th. c. 3. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 12, 14, 15, 18—20; omnia praeter interpr. des. in cod. 45; textus et inscr. in codd. 21, 22, 24, 27, 31, 32, 35—40, 45[a]; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 34.

a) 52 add. *De militibus in iudicia.* b) 52 add. *De Pudicitia*, sed vid. c. sq.

## EPIT. SUPPL. LAT. 215.

LIBER II.

A. *Imp Constantinus ad Eustadium ppo* Hoc est ut iudex fiscalem criminosum ut privatum puniat. *Dat. VII. Id. Marcias Liminio et Catilinio Coss.*

B. *Id. ag. ad Taurum ppo.* Cum causa criminalis inter privatum et militem vertitur, si miles accusaverit, ad privati iudicem pertinet discussio causae. Si vero privatus accusaverit ad iudicem militantis. *Dat. VIII. Kal. agt. Mediolano Arbitione et Lolliano Coss.*

## EPIT. GUELPH.

INCP̃T LĪB II
DE IURISDICCIOÑ Et[a]) ubi quis convenire debeat. de criminosis. omnibus. tȽ ·I· ꝛ X ꝉ III I II ꝛ ·I· LVII II. XXVII. XXXLXI. ꝛ VIII Ƚ III[b]) pl. I ʔ VI. VII.[c]) Ƚ IIII T V ꝛ XIII· Ƚ I. LV. ꝛ III. ꝛ XV. Ƚ III. ꝛ XVI. XVIII. XVIIII. XXXVII hermogiani. ꝛ II..

I. Ad rei private ius pptinentes. si criminosi. sint. ad iudice damnandi. Ƚ XI.

Si militans. II. cum privato iurgium intendat.

a) Usque ad *E* cinnab. pict. b) Aeri incidendum curavit Conradi hunc locum, sed om. sculptor totum versum *LV.* — *XXXVII.* C.Th. (Br.) I, 10 (9?) 3; II, 1, 7; II, 7, 27 et 30? XI, 8, 3. c) Incert. num. Seqq. numeris indicantur Pauli tituli.

## EPIT. MONACHI.

INCIPIT EIUSDEM SECUNDUS.

De Iurisdictione Et Ubi Quis Convenire Debeat. Ne In Sua Causa Quis Iudicet Vel Testis Sit. De Omissa Actionis Impetratione. De Denuntiatione. De Dominio Rei Quae Poscitur Vel Consortibus Ab Eo Cui Denuntiatum Fuerit Nominandis. De Temporum Cursu Et Reparationibus Denuntiationum. De Dilationibus. De Feriis. De Pactis Et Transactionibus. De Postulando. De Erroribus Advocatorum. De Cognitoribus Et Procuratoribus. De Actionibus Ad Potentes Translatis. De His Qui Potentiorum Nomina In Lite Praetendunt Vel Titulos Praediis Affigunt. De Dolo Malo. De Integri Restitutione. De His Qui Veniam Aetatis Impetrarunt. De Iudiciis. De Inofficioso Testamento. De Inofficiosis Donationibus. De Inofficiosis Dotibus. De Hereditatis Petitione. De Rei Vindicatione. Familiae Herciscundae. De Communi Dividundo. Finium Regundorum. Si Certum Petatur De Chirographis. De Pecuniae Sequestratione Prohibita. Si Certum Petatur De Suffragiis. De Pignoribus. Quod Iussu. De Peculio. De Usuris.

I DE IURISDICTIONE ET UBI QUIS CONVENIRE DEBEAT[a]).

Hoc sibi sciant provinciales iudices permissum, ut si aliquos rei dominicae servos vel colonos reatus[b]) involverit sicut et privatos comprehendendi puniendi iuxta culpam nullo contradicente nostrorum habeant liberam potestatem.

*De Militibus.* Quoties criminalis actio inter illos, qui armis nostris militant, atque privatos fuerit, si militans privatum in iudicio provocaverit, audiatur. Si vero privatus servientem nobis in armis pulsaverit, ille causam eius iudicet, ad cuius ordinationem aspicit, qui militat vel cui arma tenuerit.

a) 64 add. *De Servis Fiscalibus.* b) 64 *aliquis — servus v. colonus crimen inv. — culpa.*

## EPIT. S. GALL.

CAPITULA[a]) DE LIBRO SECUNDO.

I. De iuresdiccione et ubi quis convenire debeat. II.[b]) Ne in sua causa quis iudicet. III. De amissa accionē inpetraciones. IIII. De denunciacione et edicioni[c]) rescripti. V. De dominio res qui poscit̄ vel consortib; ab eo cū denunciatū fuerit nominandis vel de temporū cursū et reparacionib; denunciacionū. VI. De dilacionib; VII. De feriis[d]). VIII. De pactis et transactionib;[e]) X. De postulandū. XI. De errorib; advocatorū. XII. De cognitorib; et ꝓcuratorib; XIII. De revendicacione*). XIIII. De is qui potentū nomina in lite p̃tendunt[f]) vel titulus p̃dii adfigunt. XV. De dolo malo. XVI. De integris restitucionib; XVII. De is qui veniā[g]) etatis inpetraver̃. XVIII. De iudiciis. XVIIII. De inoficioso testamento. XX. De inoficiosis donationib; XXI. De inoficiosis dotib;[h]) XXII. De hereditatis pedicionib; XXIII. De rei vindicatione. XXIIII. De familia herciscunde. XXV. De commune devitendum. XXVI. De finio regendorum. XXVII. Si certū petit' de cirografis. XXVIII. Si certū petitur de sufragiis. XXVIIII. De donatione si possit sine carta. XXX. De pingnorib; XXXI. De qd̄ iusso ī de peculio. XXXII. De usuris.

INCIPIT LIBER SECUNDUS.

I. DE IURESDICTIONŪ UT UBI QUIS CONVENIRE DEBEANT.

Imp̃ coñs. data. VIII. id̄ Mar; *Intp̃*: Om̃ iudex in illa ꝓvincia ubi constitudus ē. et colonus et servus de principes[a]) ipso ordine p̃pt̄ mala sua facta et distringere ī ponire[b]) faciat sic̄ et de alteros homines servos. nec de eorum patronus nr̃e potens[c]) sed secundum legem eos distringant ut eorū patrocinio illos qui rei s̄ non liberentur.

*It̃. alia. Intp̃.* Si int̄ patrianum privatū et militē qui cotidie in servicio principis adstat si int̄ eos de qualecumq; rem causam advenerit si ille miles illum privatum patrianum amallaverit iudex de ipsa patria exinde int̄ eos iusticiam faciat et si forsitam ille privatus homo illū militem accusaverit ille cui militat ipse de eo[d]) iusticiam faciat.

a) 67 om. *Capitula.* Idem mox *I De iuresdiccionū — inpetracionis — V De dominioris.* b) 66 add. *secunda.* c) 65 *edictione* et mox *cursu.* d) 66 *De furtis,* err. e) Tit. IX. om. In cod. 67 titulis *X—XII.* add. num. *VIIII—XI.* *) II. t. om. 66, 67 et in cod. 67 add. tit. *XIV—XX.* num. *XII - XVIII.* f) 65 *pertendunt.* Idem et 67 *De his,* hic et infra. 67 *inlicite p̃t.— titulos pr. adfaciunt.* g) 65 *venia.* h) 67 om. hoc rubr. et add. sequentibus titulis numeros *XVIIII — XXVIIII.* Idem infra *De — peticionem — dividendum — De Donatione ut non sit.*

a) 65 *servus ipso ord. proprius* (pro p̃pt̄ i. e. *propter*) *de principes, mala.* 67 *colonos et servos.* b) 65 *et ponere.* c) 65 *non reputent, si sec. lege.* 67 *patronos nr̃e putent sed.* Supra 66 *deorum.* d) 67 *deo.*

obnoxios detineri. Quicunque igitur aliquid improbe turpiterque commiserit aut libidinis macula forte polluerit pudicitiam, debet ad eum ultio severitatis congruae propagari: quum tamen direptionem videantur esse conquesti, qui gravia testantur esse admissa, quae obnoxios claruerit invasisse, in duplum restituere compellantur. *Data et accepta VIII. Kal. Oct. Constantio A. IX. et Iuliano C. II. Coss.*

Interpretatio. *In omnibus personis, quas etiam praesentiae nostrae dignitas comitatur, hanc volumus observari sententiam: ut, si quis cuiuscunque pudicitiam violaverit, poenam statutam iure suscipiat. Et quicunque direptionem admiserit, in duplum violenter praesumta restituat.*

4. [k]) *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Terentium Correctorem Tusciae.* Actor rei forum sequatur, ita ut, si senatores aliquid a provincialibus poscunt, eo, qui provinciam regit, cognitore confligant. Si vero provincialis non suscipiat, sed inferat actiones, praefecto urbis disceptante decertet. *Dat. Kal. Iun. Med., Divo Ioviano et Varroniano Coss.*

Interpretatio. *Si quis alium crediderit lite pulsandum* [l]), *apud provinciae illius iudicem, ubi is habitat, quem pulsat* [m]), *negotium suum noverit proponendum.*

5. [n]) *Iidem AA. ad Felicem Vicarium Macedoniae.* Si quis rem nostram coeperit lite pulsare, rationali praesente confligat: quo defensante et controversia omnis agitetur, et iudex eam sententiam decernat, quam iuris aequitas postulaverit. *Dat. Kal. Dec. Valentiniano et Valente AA. Coss.*

Interpretatio. *Quoties a fisco nostro aliqua repetuntur, res apud provinciae iudicem sub praesentia nostri ordinatoris* [o]) *agatur: ut illo praesente, quicquid iustitiae ordo suaserit, iudicetur.*

6. [p]) *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Neoterio Pf. P.* Exceptis his, quibus extra ordinem subvenitur, omnes iacturam litis incurrant, qui non ante in proprio foro iurgaverint, si quidem possint venire ad altioris iudicis notionem, quum iudicatum, quod displicet, appellatio excluserit: ita ut, si quis litigator se vel fastidio vel gratia cognitoris aut non auditum aut dilatum docuerit, et eius litis, quae protracta est, aestimationem fisco nostro iudex praestet, et in primores officii poena deportationis illico depromatur. *Dat. prid. Kal. Mart. Mediolano, Arcadio A. I. et Bautone V. C. Coss.*

Interpretatio. *Quicunque apud alium et non apud suum iudicem negotium, quod habuerit, in initio litis crediderit proponendum, exceptis aetate minoribus, quibus lege consultum est, litis ipsius, de qua agitur, actione damnetur: nisi forsitan contra sententiam, quae adversus eum dicta fuerit, crediderit appellandum**), *ut apud maioris dignitatis iudices audiatur. Sane si quis causam habens, a iudice suo se vel per superbiam vel propter amicitiam adversarii sui probaverit non auditum, iudicem tantum, quantum res, de qua agitur, valuerit, fisco nostro iubemus exsolvere: et qui consiliis suis adhaerent* [q]), *exilii poenam pro districtione sustineant.*

7. [r]) *Impp. Theodosius et Arcadius AA. Martiniano Comiti Orientis.* Mulieres honore maritorum erigimus, genere nobilitamus. Iisdem forum ex eorum persona statuimus et domicilia mutamus. *Dat. IV. Id. Nov. Constantinopoli, Arcadio A. II. et Rufino Coss.*

Interpretatio. *Feminas secundum honorem, quem mariti earum meruerunt, volumus appellari, ut, ad cuius domum nupta transierit, eius proficiat* [s]) *dignitate et pro negotiis suis in eodem foro, ubi est maritum secuta, respondeat.*

8. [t]) *Impp. Arcadius et Honorius AA. Pasiphilo suo Salutem.* Causas plurimi instituentes de fugaci servo, aut manifesto furto aut non manifesto, direpti etiam animalis, servi, vel rei mobilis ac moventis, vel vi bonorum raptorum, parvulae etiam terrae, finium et parvulae casae, sub specie criminis tuum pulsant iudicium. §. 1. Momentariae etiam possessionis interdictum, quod non semper ad vim publicam pertinet vel privatam, ut mox audiri, interdum etiam sine inscriptione, mereatur, abacti etiam animalis causa proponitur. §. 2. Quum igitur de his rebus parvis ac minimis tuae sit iniuria potestatis iudicare, decretum est, eas tantum causas criminales a sinceritate tua audiri, quas dignus et meritus horror inscriptionis impleverit, quae magnitudinem videlicet criminis tempusque designat, ut alterutram partem digna legum tenere possit austeritas. §. 3. Quod statutum si fuerit forte contemtum, hi, qui ex officio ingrediuntur secretarium, quinque librarum auri condemnatione feriantur. *Dat. VIII. Kal. Ian. Mediolano, Olybrio et Probino Coss.*

Interpretatio. *Quoties de parvis criminibus, id est, unius servi fuga, aut sublati iumenti, aut modicae terrae, seu domus invasae, vel certi furti, id est, detenti aut praeventi, sub criminis nomine actio fortasse processerit, ad mediocres iudices, qui publicam disciplinam observant, id est, aut defen-*

[c])Si [d]) quis cuiuscunque pudicitiam violaverit, debet ad eum ultio severitatis congruae propagari [e]) et quicunque direptionem admiserit, in duplum violenter praesumta restituat.

Si aliquis alium crediderit accusandum, apud provinciae illius iudicem negotium suum proponat [f]).

[g]) Omnem iacturam litis incurrat, qui non ante in proprio foro iurgaverit. Ut si per negligentiam iudicis causa definita non fuerit, tantum eum fisco nostro iubemus exsolvere, quantum ipsa res, de qua agitur, valuisse cognoscitur [h]), et qui consiliis suis adhaerent, exilio deputentur [i]).

Mulier pro negociis suis in eodem foro, ubi est maritum secuta, respondeat.

Si actio de parvis criminibus fortasse processerit, ad mediocres iudices iussimus pertinere. Ubi de personarum inscriptione agitur vel maior causa fuerit, ante rectorem provinciae [k]) celebretur. Quod praeceptum

k) c. 4. C. Th. *c.* 4. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 12, 14, 15, 18, 19. Particula textus profertur in cod. 30. Omnia praeter interpr. des. in codd. 31, 35, 36; textus et inscr. in codd. 21, 22, 24, 27, 32, 37—40, 45a; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 29, 34. Subscr. in codd. 38, 40, 45a translata est ad c. 6 h. t. Ep. 1 Anacleti. Ben. Lev. III, 220 ex interpr. h. et c. 6 h. t. nec non ex interpr. c. 2 C. Th. de Temporum cursu (II, 6) rem suam hausit. Add. IV. Capit. c. 17. l) Vid. c. 2 not. *g.* m) Vid. Paul. I, 19, 2. *n*) c. 5. C. Th. *c.* 5. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 12, 14, 15, 18—20; omnia praeter interpr. des. in codd. 28, 31, 35, 36; textus et inscr. in codd. 21, 22, 24, 27, 37—40, 45a; inscriptio, textus et interpr. in cod. 32, sed addita interpr. c. 6 ad subscr. h. c.; textus et subscr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 34. o) Vid. c. 1 h. t. not. *d.* p) c. 6. C. Th. *c.* 6. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 12, 14, 15, 18—20; omnia praeter interpr. des. in codd. 31, 32 (vid. supra ad c. 5), 38, 40, 45a (vid. supra ad c. 4), 35, 36; textus et inscr. in codd. 21, 22, 24, 27, 37, 39; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 34. Ad interpr. Ben. Lev. III, 220. Vid. c. 4 h. t. *) Savigny l. c. p. 262 (ed. I.), p. 305 (ed. II.). q) Est interpr. v. *primores.* Ad v. *districtione* cf. I, 10, 3. r) c. 7. C. Th. *c.* 7, sed 19 *Tit. II, De Honore Mulierum, c. un.* Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 12, 14, 15, 18—20; omnia praeter interpr. des. in codd. 31, 35, 36, 42, 43, 45; textus et inscr. in codd. 21, 22, 24, 27, 37—40, 45a; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32, 34. s) i. e. crescat. t) c. 8. C. Th. *c.* 8, sed 19 *Tit. III, De Criminosis Et Negligentibus Iudicibus,* c. 1. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 12, 14, 15, 18—20; omnia praeter interpr. des. in codd. 31, 35, 36, 43; textus et inscr. in codd. 21, 22, 24, 27, 37—40, 45a; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32, 34.

c) 52 add. *De Direptione.* d) Hic epitomator et ex lege et ex interpretatione hausit. Vid. c. 6 h. t. e) 52 add. *de Pulsantibus*, sed vid. c. 4 h. t. f) Ben. Lev. III, 220. c. 5 om. g) 52 add. *de Iudicibus fisci.* Ben. Lev. III, 220. h) Nonn. codd. *agnoscatur.* Supra Aeg. *diffinita.* i) Cf. not. *d.* k) 57 *rectores ecclesiae.*

| EPIT. SUPPL. LAT. 215. | EPIT. GUELPH. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|
| C. Si quis cuiuscunque pudicitiam violaverit debet ad eum ultio congrua propiciationē[a]) admiserit in duplum violenter praesumpta restituat. *Dat. VIII. Kl. Oct. Constantio VIIII et Iuliano Caesare Coss.* | III Nullum criminosum. ad pena excusandum et derepta in duplu redenda. | *De Pudicitia*[c]). Quicunque pudicitiam violaverit, poenam statutam iure suscipiat. Qui direptionem fecerit violenter, in duplum restituat. | *It̄ alia. Intp̄.* Ꝗcūque homo qualecūq: feminam pudicicia p forcia violaverit pena instatuta suscipiat et quicūq: alicui p violenciā qualecūque rem tulerit. sine culpa in dublo[e]) restituat. |
| D. *Impp̄. Valentinianus et Valens aā ad Terentium Correctorem Tusciae.* Pulsatus ante suum iudicem causam dicat. | IIII. Pulsatus. ad suum iudicem. audiendus. TL IIII. ꝛ XIIII NL III ⁊ I[d]). | *De Pulsatoribus.* Si quis alium pulsare voluerit, apud provinciae illius iudicem, ubi is habitat, quem pulsat, proponat. | *It̄. alia Intp̄.* Si int̄ duos homines qui in duas patrias coversant aut inhabitant si int̄ eos de qualecumqꝫ causa contentio fuerit, ille qui ipsam[f]) causam acusat ad illū iudicem petat iusticiā ubi suos debitur commanet[g]). |
| Quotiens a fisco aliquid repetitur, res apud provinciae iudicem sub praesentia dominici ordinatoris[b]) agatur. | V. Cum ad fisco aliqua repetuntur racione presente confligendum. | *De Iudicibus Fisci.* Quoties a fisco nostro aliqua[d]) repetuntur, apud provinciae iudicem sub praesentia nostri ordinatoris agatur, ut iuste iudicetur. | |
| Quicunque[c]) apud alium et non apud suum iudicem initium litis crediderit proponendum, nisi minor aetate fuerit, litis ipsius de qua agetur, actione damnetur nisi forsitan iniuste contra se datam sententiam apud maioris dignitatis iudices voluerit reclamare. Quod si quis causam habens a iudice suo se vel propter superbiam vel propter amicitiam adversarii sui probaverit non auditum iudicem tantum, quantum res de qua agitur valuerit fisco nostro iubemus exsolvere et consiliis suis adhaerentes exilii poenam pro districtione sustineant*). | VI Si q suo iudice contemptu aliu abiat exceptū exceptis. et a te minoris. iudicis sentencia damnandus. et iudicis. si p superbia sibi litigatores detullerint quantum res de qa agetur damnandus. ⁊ 4 Ł II[e]). | *De Initio Litis.* Quicunque apud alium quam apud suum iudicem initium litis proposuerit, exceptis aetate minoribus, quibus lex propitiat, litis ipsius, de qua agitur, actione damnetur. Nisi forte iudicium reclamare voluerit, ut a maiore iudice audiatur. [dd]) Sane si a iudice suo vel pro superbia aut propter amicitiam adversarii sui probaverit se non auditum aut dilatum[e]), iudex ille, quantum res valuerit, de qua agitur, fisco nostro exsolvat et qui consiliis suis adhaerent, exilio deportentur. | *It̄. alia. Intp̄.* Ad nullū hominē liceat ad extraneum iudicē suā causā agere nisi forsitā si ei suos*) iudex suā causā dilatare voluerit postea liceat eis suas causas ad principē reclamare. |
| | VII. UT FEMINĀ MARITI[f]) dignitate et forum sequatur. | *De Feminis*[f]). Feminas secundum honorem, quem viri eorum habent, volumus appellari et pro negotiis suis in eodem foro, ubi est maritum secuta, respondeat. | |
| Quotiens de parvis criminibus, id est, unius servi fuga aut sublati iumenti aut modicae terrae seu domus invasae vel certi[d]) furti id est detenti aut praeventi sub criminis nomine actio fortasse processerit in mediocres iudi- | VIII Minores cause a personis minoribus audiende oficialibus pena. proposita V. liberas. auri damnandus. | *De Iudicibus*[g]). Quoties de parvis criminibus id est unius servi fuga aut sublati iumenti aut modicae terrae seu domus invasae aut furti, non maiores, sed mediocres iudices, id est defensores et[h]) assertores haec legaliter definiant. Ad rectores vero provin- | *It̄ alia Intp̄*: Minores causas int̄ privatus iudices ipsi privati discuciant et iudicent[h]). De furtivo cavallo aut de modice trē aut de invaso[i]) domo[k]) de istas vel de alias minores causas mediocres |

a) Leg. *congrua propagari et qui direptionem.* b) Cod. *domneci ordenatoris.* c) Codex *Quecumque.* *) c. 7 om. d) Cod. *certe.*

d) C. Th. XI, 14, 4. Nov. Mart. tit. I. e) An huius libri tit. VI. l. 2? f) Haec cinnab. scripta sunt et liter. maior.

c) 64 add. *vel de reptione* i. e. *direptione.* d) 62, 63 *aliquid.* dd) 62 add. *De Iudicibus.* e) 64 om. *aut dilatum.* f) 64 *De Honore Feminarum.* g) 64 add. *et minores criminibus.* h) 62, 63 om. *et.*

e) 67 *tul. q. rem — duplum.* f) 65 *ipse causa.* g) 67 *debitor manet.* 65 *suus debitor.* c. 5 et 7 des. *) 65, 67 *suus.* h) 67 *Minoris — inter privatos* (ita etiam 65) — *et iudicem.* i) 66 *invoso.* 65 *vaso.* k) 65 et 67 *domi.*

*sores aut assertores pacis* [*]), *vindictam eius rei decernimus pertinere. Ad rectorem vero provinciae illud negotium criminale perveniat, ubi de personarum inscriptione agitur, vel maior causa est, quae non nisi ab ordinario iudice, recitata legis sententia debeat terminari. Quod praeceptum si fuerit praetermissum, officiales, qui negotia intromittunt, quinque libras auri se noverint esse damnandos.*

9. [u]) *Iidem AA. Archelao Praefecto Augustali.* Si quis neglectis iudicibus ordinariis sine coelesti oraculo causam civilem ad militare iudicium crediderit deferendam, praeter poenas ante promulgatas intelligat, se deportationis sortem excepturum, nihilominus et advocatum eius decem librarum auri condemnatione feriendum. *Dat. VIII. Kal. Dec. Constantinopoli, Caesario et Attico Coss.*

Interpretatio. *Quisquis contemto provinciae iudice, ad illos, qui armatis praeesse noscuntur, causam suam crediderit transferendam, exilio se deputandum esse cognoscat, et eum, qui causam illius susceperit proponendam, decem libras auri esse damnandum.*

10. [v]) *Iidem AA. ad Eutychianum Pf. P.* Iudaei Romano et communi iure viventes in his causis, quae non tam ad superstitionem eorum, quam ad forum et leges ac iura pertinent, adeant solenni more iudicia omnesque Romanis legibus inferant et excipiant actiones: postremo sub legibus nostris sint. Sane si qui per compromissum, ad similitudinem arbitrorum, apud Iudaeos vel patriarchas ex consensu partium, in civili duntaxat negotio, putaverint litigandum, sortiri eorum iudicium iure publico non vetentur: eorum etiam sententias provinciarum iudices exsequantur, tanquam ex sententia cognitoris arbitri fuerint attributi. *Dat. III. Non. Febr. Constantinopoli, Honorio A. IV. et Eutychiano V. C. Coss.*

Interpretatio. *Iudaei omnes, qui Romani esse noscuntur, hoc solum apud religionis suae maiores agant, quod ad religionis eorum pertinet disciplinam, ita ut inter se, quae sunt Hebraeis legibus statuta* [x]), *custodiant. Alia vero negotia, quae nostris legibus continentur et ad forum respiciunt, apud iudicem provinciae eo, quo omnes, iure confligant. Sane si apud maiores legis suae consentientes ambae partes, de solo tamen civili negotio audiri voluerint, quod, interveniente compromisso, arbitrali iudicio terminatur, tale sit, quasi ex praecepto iudicis fuerit definitum.*

11. [y]) *Iidem AA. Theodoro Pf. P. Post alia:* Minime provinciae rector exspectet in reos criminosos actorem dominicum, sed habeat exhibendis noxiis potestatem: utatur legibus nullo interposito rationali. E latebris reus potestate ordinarii iudicis protrahatur, ne per colludium actorum iudiciorum fiat dilatio. *Dat. IX. Kal. Iun. Mediolano, Honorio A. IV. et Eutychiano Coss.*

Interpretatio. *Si quis in domibus dominicis* [z]) *criminosus potuerit inveniri, provinciae iudex praesentiam non exspectet actoris, sed mox reum comprehensum, ne aliquo colludio effugiat, subdi iubeat publicae disciplinae.*

12. [a]) *Impp. Honorius et Theodosius AA. Consulibus, Praetoribus, Tribunis* [b]) *plebis, Senatui suo salutem dicunt. Post alia:* In criminalibus causis senatus, statuta iam dudum quinqueviralis iudicii forma servabitur. In quo quum perfacile esse credamus, optimos legere de summis, sortito tamen ad iudicium vocabuntur, ne de capite atque innocentia alterius iudicio electi iudicent etc. *Dat. VIII. Id. Aug. Ravenna, Asclepiodoto et Mariniano Coss.*

Interpretatio. *Quum pro obiecto crimine aliquis audiendus est, quinque nobiles viri iudices de reliquis sibi similibus* [c]) *missis sortibus eligantur: ne studio videantur electi et de capitali re aut innocentia alterius videatur facile iudicari* [d]).

## TITULUS II. [a]) NE IN SUA CAUSA QUIS IUDICET [b]).

1. [c]) *Imppp. Valens, Gratianus et Valentinianus AAA. ad Gracchum Pf. U.* Promiscua generalitate decernimus, neminem sibi esse iudicem debere. Quum enim omnibus in re propria dicendi testimonii

**EPIT. AEG.**

**si fuerit praetermissum, officiales in quinque libras auri condemnentur.**

**Ut non liceat ulli privato praetermisso provinciae iudice ad militem causam suam transferre. Quod qui fecerit, exilio deputetur et is, qui causam illius suscepit, in decem libras auri condemnetur [1]).**

**Ut Iudaei inter se eorum legem custodiant: alia vero negotia, quae nostris legibus continentur et ad forum respiciunt, apud iudicem provinciae eo quo omnes iure confligant.**

**Ut iudex ad puniendum reum fiscalem actoris praesentiam non exspectet.**

**De capitali crimine, quod sine quinquevirali nobilium numero causa iudicari non possit.**

**TIT. II. DE CAUSA PROPRIA NON IUDICANDA [a]).**

*) Vv. *id est — pacis* interpr. add. ex suae terrae ration. De assertore pacis cf. L. Vis. II, 1, 26. Savigny l. c. T. I. p. 260 (ed. I.) et p. 303 (ed. II.). u) c. 9. C. Th. *c.* 9, sed 19 *Tit. III, c.* 2. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 12, 14, 15, 18, 20; omnia praeter interpr. des. in codd. 28, 31, 35, 36, 38, 40, 42, 43, 45, 45ª; textus et inscr. in codd. 21, 22, 24, 27, 37, 39; textus et subscr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32, 34; sola interpr. in cod. 19. v) c. 10. C. Th. *c.* 10, sed 19 *Tit. III, c.* 3. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 12, 14, 15, 18—20; omnia praeter interpr. des. in codd. 31, 35, 36; textus et inscr. in codd. 21, 24, 27, 37—40, 45ª; textus et subscr. in codd. 22, 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32. Interpretatio partim falsa est. x) Haec add. ab interpr. y) c. 11. C. Th. *c.* 11, sed 19 *Tit. III, c.* 4. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 12, 14, 15, 18, 20; omnia praeter interpr. des. in codd. 31, 35, 36, 42, 43; textus et inscr. in codd. 21, 22, 24, 27, 37—40, 45ª; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32, 34. In codd. 34, 38, 40, 45ª subscriptio mutila est. Interpr. om. in cod. 19, sed add. vv. *Explanatione non indiget.* z) Aliter lex, sed recte interpres. a) c. 12. C. Th. *c.* 12, praeter cod. 19, ubi est *Tit. III, c.* 5. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 12, 14, 15, 18—20; omnia praeter interpr. des. in codd. 28, 31, 35, 36, 40, 42, 43, 45ª; textus et inscr. in codd. 21, 22, 24, 27, 37—39; textus et subscr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32, 34. b) In cod. 4 vv. *Tribunis — alia* transposita sunt in subscr. et in cod. 7 v. *dicunt* transl. in textum. c) Cf. Savigny l. c. T. I. p. 265 not. 37 (ed. I.), T. II. p. 309 not. *k* (ed. II.). Guizot, Hist. de la Civilisation en France, XI. leçon. d) Hic aliquantulum mutata est sententia legis.

a) Tit. II. C. Th. *Tit. II.* 19 *Tit. VII.*, ubi duo folia transposita et proinde seqq. titulorum constitutiones converso ordine positae sunt. Ordo enim titt. et constitutionum is est: c. 3, 4 de Tempor. cursu II, 6 (19 *Tit. III, c.* 6, 7); c. 5 de Temp. cursu II, 6 (19 *Tit. III, c.* 8); c. 1, 2, 3 de Dilat. II, 7 (19 *Tit. IV,* c. 1, 2, 3); *c.* 1, 2 de Feriis II, 8 (19 *Tit. V, c.* 1, 2); c. 1 de Pactis II, 9 (19 *Tit. VI, c. un.*); c. un. Ne in sua causa II, 2 (19 *Tit. VII, c. un.*); c. 1 de Omissa act. imp. II, 3 (19 *Tit. VIII, c. un.*); c. 1—7 de Denunt. v. edit. rescr. II, 4 (19 *Tit. IX, c.* 1—7); c. un. de Dominio rei II, 5 (19 *Tit. X, c. un.*); c. 1, 2 de Temporum cursu II, 6 (19 *Tit. XI, c.* 1, 2); c. 1—3 de Postul. II, 10 (19 *Tit. XII, c.* 1—3) etc. b) 20, 25, 38—40, Sich. ex explan. titt. add. *aut* (Sich. in titt. ind. *neque*) *testimonium dicat*, quae Til. uncis inclusit annotans in m. „*alias haec desunt.*“ c) c. 1. C. Th. *c. un.?* Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 12, 14, 15, 18, 20; omnia praeter interpr. des. in codd. 22, 38, 40, 42, 43, 45, 45ª; textus et inscr. in codd. 21, 24, 27, 39; textus et subscr. in codd. 26, 28, 31, 35—37; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32, 34; sola interpr. in cod. 19.

1) In cod. 51 om. haec summa.

a) Rubr. om. codd. praeter codd. 49, 54; totus tit. deest in cod. 50.

| EPIT. SUPPL. LAT. 215. | EPIT. GUELPH. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|
| ces, qui publicam disciplinam observant, decernimus pertinere[e]). Ad rectorem vero provinciae illud negotium criminale proveniat, ubi de personarum inscriptione agitur vel maior causa est, quae non nisi ab ordinario iudice recitata legis sententia debeat terminari[f]), quod praeceptum si fuerit praetermissum, officiales qui negotia intromittunt quinque libras auri condemnentur. | | ciae illa perveniant, ubi vere de personarum inscriptione agitur vel maioris causae est. Quod si officiales suprascripti illa, quae diximus, neglexerint[i]), V libris auri damnentur. | iudices definiant. Maiores vero causas int̃ altas ꝑsonas. qui ꝑscripta in causatione[kk]) veniunt ante seniores principes definiantur et si forsitan privati iudices alciores causas ad principes fraudare voluerint. V. libras auri solvant. |
| Si quis contempto provinciae iudice ad illos, qui armatis praeesse noscuntur, causam suam crediderit transferendam, exilio deputetur, et eum, qui causam illius susceperit proponendam, decem libras auri damnandum | VIIII Si contempto. ordinario. iudice. ad eos qui armis p̃st causam. quis. proponat exilio deputandu̇ et qui causam susceperit adsertor. X liberas. auri damnandus. | *De Iudicibus*[k]). Si quis contemto provinciae iudice ad militares causam suam transferre voluerit, exilio damnetur; et ille qui causam ipsius susceperit, X libras auri exsolvere cogatur. | *It̂. alia. Intp̃.* Ꝗcumq: homo q; suos iudices qui in sua ꝓvincia cõmanent[l]) posposuerint et ad milites qui in obsequio principũ s̃ suas causas agere p̃sumserint ipse ꝗ eã causã inquirit in exilio deputet̃ et ille miles qui ipsã causã iudicat. X. libras auri solvat. |
| I. Iudaei omnes hoc solum apud religionis suae maiores[g]) agant, quod ad religionis eorum pertinet disciplinam. Alia negotia apud iudicem provinciae agant. Sane per compromissum de civili negotio liceat inter illos arbitrali negotio definiri. | X De Iudeis. romanis. legibus audiantur. int́ suis. regionibus vivant. tl III ʔI Ł V. ʔVII Ł II· L. VIIII· ʔIIII Ł· XVI. ʔII T III NLIII[g]). | *De Iudaeis.* Iudaei omnes negotia, quae inter se habent, lege sua definiant, quae vero cum Christianis habent, nostris legibus apud iudicem provinciae confligant[l]). Quod si consentientes ambae partes civili negotio audiri voluerint, tale sit, quasi ex praecepto iudicis provinciae fuerit definitum. | *It̂ alia. Intp̃.* Iudei qui aput romanus conversant in habitandũ[m]) suam legem int̃ se ipsos costodiant. nam om̂s[n]) alteras causas que[o]) aput xp̃ianus[p]) habuerint iudices xp̃ianoru int̃ eos iudicent. |
| K. Ut iudex ad puniendum reum fiscalis praesentiam non exspectet actoris. | XI. Si in domibus dominicis. criminosis inveniatur. non expectato. auctorem. a iudice publico. subdare disciplinis. L· I.[h]) | *De Provinciae Rectoribus.* Provinciae rector non spectet in criminosis, etiam si in domibus dominicis inveniantur, praesentiam auctoris, sed mox apprehensum subdi iubeat publicae disciplinae. | *It̂. alia. Intp̃* in domus principũ si iudex ꝓvinciales qualecũq: malefactorẽ ibidem invenire potuerint nec actorẽ[q]) nec nullũ hominẽ expectet sed de p̃sente ipsum conp̃hendat et de eo secundum legem iusticiã faciat[r]). |
| M. Quum pro obiecto crimine aliquis audiendus est, quinque nobilissimi viri[h]) iudices missis sortibus eligantur, ne studio videantur electi et de capitali re aut innocentia alterius videantur facile iudicare. | XII Senatoris acusati a quibus iudicibus audiatur., Id est quinque nubilissimis. viris et de reliquis. militibus. sortibus electis. | *De Obiecto Crimine.* Quum pro obiecto crimine aliquis audiendus est, quinque nobilissimi viri sortibus eligantur, ne studio videantur electi, nec de capitali re aut innocentia alterius videatur facile iudicari. *Dat. VIII. Id. Aug. Rav. Asclipiodoto et Mariniano Coss.*[m]) | |
| TIT. II. NE IN SUA CAUSA QUIS IUDICET AUT TESTIMONIUM DET[a]). | II. N' IN SUA CAUSA' QUIS IUDICET[a]). | NE IN SUA CAUSA QUIS IUDICET VEL TESTIS[a]) SIT. II. | II. NE IN SUA CAUSA QUIS IUDICIT[*]). |

e) Leg. *obs. vindictam eius rei dec. pert.* Cod. *decernemus.* Infra leg. *perveniat.* f) Cod. *ad ordinarios iudices — terminare.* g) Cod. *meciores.* Infra *pertenit.* h) Codex *alequis — nobelissime — sortebus elegantur.*
a) Lex ipsa om.

g) Cf. C. Th. III, 1, 5. III, 7, 2. IX, 4, 4. XVI, tit. 2 et 3. Nov. Th. tit. 3. h) L. 1 h. t.
a) Om. lex.

i) 64 *definiant. Ubi — agitur ad rectores prov. perven. vel illa ubi maiores causa est — suprascripti hec suprascripta neglex.* k) 64 *De Iudicum contemptu.* l) 62 supra lin. *contendant.* m) Subscr. add. cod. 64.
a) 64 *aut testis.*

kk) 65 *in accusationem.* l) 66 *commanet.* 65 *postpos.* m) 65 *inhabitandum.* Supra 65, 67 *Romanos.* n) 65 *omnia.* 66 *hom̃.* o) 67 *quod aput.* p) 65, 67 *Christianos* et infra 65 *Christianorum.* q) 65 *domos — provincialis — potuerit — actore.* r) Ultima const. deest.
*) 65, 67 *Iudicet.*

LEX ROM. VISIGOTH.

facultatem iura summoverint, iniquum admodum est, licentiam tribuere sententiae. *Lecta Kal. Dec. Valente V. et Valentiniano AA. Coss.*

INTERPRETATIO. *Omnes praeceptio nostra constringat, ut nullus in sua causa iudex sit: quia, sicut testimonium unusquisque pro se dicere non potest, ita nec pro se poterit iudicare.*

## TITULUS III.[a] DE OMISSA ACTIONIS IMPETRATIONE.

1.[b] *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Hierio Pf. P. Post alia:* Nulli prorsus non impetratae actionis in maiore vel in minore iudicio agenti opponatur exceptio, si aptam rei et proposito negotio competentem eam esse constiterit etc. *Dat. X. Kal. Mart. Constantinopoli, Felice et Tauro Coss.*

INTERPRETATIO. *Nullus per hoc praeiudicium negotii videatur incurrere, quod in cuiuscunque audientia causae suae actio non pervenerit ad effectum. Solum est, ut vox sua rationabilis, quum proposuerit, approbetur.*

## TITULUS IV.[a] DE DENUNTIATIONE VEL EDITIONE RESCRIPTI.

1.[b] *Imp. Constantinus A. ad Symmachum.* Si quando minoribus vel adultis inferenda lis erit, vel ab ipsis minoribus vel adultis cuidam quaestio movenda sit, non alias cursus temporis inchoetur, nisi ab universis, quos officii sollicitudo constringit, hoc est tutoribus, sive testamento sive decreto dati sunt, vel curatoribus, per quos minores defenduntur, vel iisdem omnibus solenni more lis fuerit intimata. §. 1. Quod si divisum administrationis periculum per provincias sit, his tantum omnibus insinuari convenit, et ab ipsis inferri litem, qui in ea provincia tutelae vel curae officium sustinent, ne de aliis provinciis defensores minorum ad iudicia producantur. *Dat. prid. Non. Febr. Sirmio. Accepta VIII. Id. Mart. Corinthi, Constantino A. V. et Licinio Caes. Coss.*

INTERPRETATIO. *Si quis contra eos, qui in annis minoribus constituti sunt, litem forte commoverit, aut si a parte ipsorum reus aliquis arguatur, ex eo tempora computanda sunt, ex quo tutor sive curator minoris aut per iudicem aut per curiam*[c] *intulerit seu exceperit actionem: ita tamen, ut si in diversis provinciis istius officii homines sunt, id est, curatores vel tutores, qui minorum causas tueantur, qui in eadem provincia fuerint, ubi intentio nata probatur, ipsi aut ingerant aut excipiant actiones: quia nolumus, ut ad aliam provinciam defensores minorum pro audientiae necessitate ducantur.* [d]*Hic de iure adiectum est.*

2.[e] *Idem A. ad Maximum Pf. U.* Denuntiari vel apud provinciarum rectores vel apud eos, quibus actorum conficiendorum ius est, decernimus, ne privata testatio, mortuorum aut in diversis terris absentium aut eorum, qui nusquam gentium sint, scripta nominibus, falsam fidem rebus non gestis affingat. *Dat. X. Kal. Iun. Sirmio, Probiano et Iuliano Coss.*

INTERPRETATIO. *Contestari apud rectores provinciae vel defensores*[f] *aut omnes, apud quos gesta conficiuntur, litem iubemus, ne*[g] *ullus nomen absentis aut mortui vel qui non potuerit inveniri, in litis contestatione recipiat, ne falsitatis inveniatur occasio.*

3.[h] *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Ampelium Pf. U.* Exigendae denuntiationis locus non est, quum quis ad luendum debitum evidenti chirographo convenitur. *Dat. IV. Kal. Aug. Contionaci, Gratiano A. II. et Probo Coss.*

INTERPRETATIO. *Contestatio locum habere non potest, quando aliquis ad solvendum debitum certa cautione convincitur.*

4.[i] *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. ad Romulum Consularem Aemiliae et Liguriae.* Post celebratam denuntiationem, editione[k] rescripti (quod tamen iure

a) Tit. III. C. Th. *Tit. III.* 19 *Tit. VIII.* Vid. tit. II. not. *a.* b) c. 1. C. Th. *c. un.?* Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 12, 14, 15, 18—20; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 43; textus et inscr. in codd. 21, 22, 24, 27, 38—40, 45ª; textus et subscr. in codd. 26, 28, 31, 35, 36; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32, 34. Interpres erravit.

a) Tit. IV. C. Th. *Tit. IV.* 19 *Tit. IX.* Vid. tit. II. not. *a.* b) c. 1. C. Th. *c.* 1. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 12, 14, 15, 18—20; omnia praeter interpr. des. in cod. 45; textus et inscr. in codd. 21, 22, 24, 27, 35, 38—40, 45ª; textus et subscr. in codd. 26, 28, 31, 36, 37; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32, 34. c) Memorabilis locus ad cognoscendam iurisdictionem curiae. Savigny l. c. T. II. p. 309 (ed. II.). d) Sqq. habent 1, 2, 4—6, 9, 10, 12—15, 18, 20. Cf. c. 6 h. t. et int. c. 2 de Inoff. dot. (II, 21). e) c. 2. C. Th. *c.* 2. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 12, 14, 15, 18, 20; omnia praeter interpr. des. in codd. 28, 31, 35, 36, 38, 40, 45, 45ª; textus et inscr. in codd. 21, 22, 24, 27, 37, 39; textus et subscr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32, 34; sola interpr. in cod. 19. In cod. 40 interpr. est tertia h. tit. f) Recte *vel defensores* add. int. Savigny l. c. p. 261 (ed. I.) et p. 304 (ed. II.). g) Non cepit interpres sententiam legis. h) c. 3. C. Th. *c.* 3? Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 12, 14, 15, 18, 20; omnia des. in cod. 38; omnia praeter interpr. des. in codd. 31, 35, 36, 45ª; inscr. et textus in codd. 21, 22, 24, 27, 37, 39; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32, 34; sola interpr. in cod. 19. In cod. 40 interpr. est secunda h. tit. i) c. 4. C. Th. *c.* 4? sed 38 *c.* 3. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 12, 14, 15, 18—20; omnia praeter interpr. des. in codd. 31, 35, 36, 42; inscr. et textus in codd. 21, 22, 24, 27, 28, 37—40, 45ª; textus et subscr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32, 34. Hanc et sqq. c. usque ad II, 6, 3 habet cod. 3. k) Haenel ad C. Th. h. t. not. *x.*

EPIT. AEG.

Ne in sua causa quis iudicet aut testimonium dicat[b].

TIT. III. DE OMISSA ACTIONIS IMPETRATIONE[a].

Nullus per hoc praeiudicium negotii videatur incurrere, quod in cuiuscunque audientia[b] causae suae actio non pervenerit ad effectum. Solum est, ut vox sua rationabilis, quum proposuerit, approbetur.

TIT. IV. DE DENUNTIATIONE[a] VEL EDITIONE RESCRIPTI.

Qui curatores voluerint esse minorum, absque dilatione et ingerant et excipiant eorum actiones.

Ut in chartis nomen mortui nec absentis vel qui non potuerit inveniri, non ponatur[*].

b) Cf. Explanatio titt. Fabiani ep. 2 (Knust l. c. p. 54). Ben. Lev. III, 152.

a) Nonn. codd. et Aeg. *actione et.* b) Plerique codd. *audientiam.* Aeg. *audidentiam.*

a) Aeg. *Enuntiatione.* *) Om. c. 3.

### EPIT. SUPPL. LAT. 215.

TIT. III. DE OMISSA ACTIONIS IMPETRATIONE.

Nullus per hoc praeiudicium videatur incurrere, quod in cuiuscunque audientiam causae suae actio non pervenerit ad effectum. Solum est ut vox sua rationabilis approbetur.

TIT. IV. DE DENUNTIATIONE VEL EDITIONE RESCRIPTI.

A. Si quis contra pupillos litem commoverit, ea tempora ad respondendum computentur, quo tutor sive procurator minoris legibus ante curiam aut iudicem exceperit actionem et exinde oratio deducatur, nam quod antea actum est, ad tempus legitimum exspectetur. Quod si in diversis [a]) provinciis procuratores habuerint, illi exerant actiones, qui in ea provincia fuerint, ubi intentio nata probatur. Nec defensores minorum ad aliam provinciam pro audientiae necessitate ducantur.

B. Ut in gestis vel reliquis chartis non ponatur nomen nec mortui nec absentis.

C. Cautione salva contestationem non esse necessariam.

a) Cod. *in diversas provincias.* Infra *audiente.*

### EPIT. GUELPH.

[a])DE OMISSA. ACCIONIS INPETRACIONEM.

Nihil praeiudicat. quod ab uno iudice. causa non finiatur. tantummodo. vox illius. racionabilis adprobetur.

IIII. DE DENONCIACIOṈ VEL EDICCIONEʾ RESCRIPTI.

De popillorum. negucia et temporum cursum. cui quomodoꝭ. conputentur. ex eo tempoꝭ conpotandum. ex quo tutores. vel curatores. instituuntur. et ut ad aliam. provinciam negucia eorum. nova detrahantur. ʔVI L IIII ʔXVI. Ⱡ III L III· ꝛVI.[a]) VIIII Ⱡ V. ʔXIII L. IIII.

IN LITIS contestacionē mortui. nomen vel absentis. non recipiendam.

III Si qꝭ ꝑ certaꝭ caucionem. conuincitur. contestacio locum abere non potest ꝛ pl II ꝛ I Ⱡ V.[b])

a) Omissa est tituli nota et literarum forma maior.

a) C. Th. II, 6, 4. II, 16, 3. III, 5, 4. Seqq. numeri incerti sunt. Puto intelligi hanc illam legem titul. 17—19 libri III. C. Th. b) Paul. II, 1 in f., ubi haec lex nominatur.

### EPIT. MONACHI.

*Imppp. Valens Gratianus et Valentinianus AAA. ad Gracchum Po.*[b]) Nullus suam causam iudicet, neque testis[c]) in sua esse potest quis causa. *Lecta Kal. Dec. Valente V. et Valentin. AA. Cons.*[d])

III DE OMISSA ACTIONIS IMPETRATIONE.

Nullus praeiudicium incurrat, si in cuiuscunque audientia causa sua non pervenerit ad effectum. Sed quum proposuerit rationabile negotium statim approbetur. *Dat. X. Kal. Mart. Felice et Tauro Cons.*[a])

DE DENUNTIATIONE IIII.

[a])Si quis contra eos, qui in minori aetate sunt, causam habeat vel ipsi contra alios, ex eo tempore computentur, ex quo tutor ipsorum aut per iudicem aut per curiam intulerit actionem. Ita tamen, ut si in diversis provinciis istius officii homines sunt, id est tutores vel curatores, qui[b]) minorum causas tuentur[c]), qui in eadem provincia fuerint, ubi intentio nata est, ipsi aut ingerant aut excipiant actiones, quia nolumus, ut ad aliam provinciam defensores minorum pro audientia ducantur.

*De Testibus.* Iubemus, ne ullus nomen absentis aut mortui vel qui non poterit inveniri in litis contestatione recipiant[d]).

*De Cautionibus.* Contestatio locum habere non potest, quando aliquis ad solvendum debitum certa cautione convincitur.

b) Inscr. add. cod. 64. c) 64 *in sua causa iudicet aut testimonium ferat.* d) Subscript. add. cod. 64.

a) Subscript. deest in 62, 64.

a) 64 add. *De Minore aetate.* b) 62 add. *in*, quod rell. omitt. c) 63, 64 *tueantur.* d) Ita 62. 63, 64 *recipiatur.* Leg. *recipiat.* Supra 63, 64 *poterunt invenire.*

### EPIT. S. GALL.

Imp̃r valens; data kal̃ dec̃b *Intp̃.* Nullus homo in [a]) sua ꝓpria causa iudex ẽẽ non debet quia sic̃ testimoniũ ꝓ se dare non potẽ sic nec[b]) ꝓ se sua causa ñ potẽ. iudicare [c]).

III DE AMISSA ACTIONE INPETRATIONIS.

Imp̃r. teudosius. data X kal. marcias: *Intp̃;* Quicũq; homo ante iudicem causam abuerit si iusticiam habet et ipse iudex ei suaꝭ iusticiam non fecerit exinde ꝑ iudiciũ [a]) qui sua causa querit non habeat sed videat ut [b]) veritatem ꝓsequatur.

IIII DE ADNUNCIACIONẼ[a]) ET EDICIONẼ RESCRIPTI[b]).

a) 65 om. *in.* b) 67 *et.* c) 65 *iudicare non potest.* 67 om. *iudicare.*

a) Leg. *praeiudicium.* 65 *periudicium* et supra *ante iudices;* infr. *quaerit,* recte. b) 67 *non ferit — videat et.*

a) 67 *denunciacionẽ.* b) c. 1—4 des.

sit impetratum) lis exordium auspicatur, inter iustas videlicet legitimasque personas. Et si quis perennitatis nostrae pendentibus temporibus responsa protulerit, non modo tempora, quorum erunt curricula, non dilatentur, sed et quicquid elicitum erit, frivolum iudicetur. *Dat. XIII. Kal. Iul. Mediolano, Arcadio A. I. et Bautone V. C. Coss.*

INTERPRETATIO. *Posteaquam per scripturam lis fuerit contestata, et per publicam conventionem, quisquis ille est, qui pulsatur, agnoverit, tunc lis inchoata dicatur, si tamen litigantium perfectae*) probantur aetates. Nam si quis principis beneficio contra rationem legis causae suae tempora supplicaverit prolongari, quicquid pro hac re meruerit, non valebit.*

Tunc causa inchoata videtur, quando per scripturam aut per publicam conventionem eam cognitam fecerit. Et[b]) si quis per principis beneficium extra rationem legis contra adversarium suum tempora speraverit prolongari, quicquid pro hac re meruerit, non valebit.

5.[l]) *Iidem AAA. ad Claudium Consularem Tusciae.* Universa quidem negotia, quae ex rescriptorum auctoritate sortiuntur exordium, ad cursum temporum pertinere, decretum est: ante omnia vero procurandum est, ne pervasionibus improborum[ll]) protelandae cognitionis praebeatur occasio. Idcirco, si quis possessione deiectus auxilium nostri poscat oraculi, nullis eum temporum, quae ex rescriptorum editione defluunt, moris esse ludendum, hac lege decernimus, ne iuris suffragium, quod in celeri reformatione consistit, beneficiorum imperialium decreta suspendant. *Dat. VI. Non. Mai. Mediolano, Timasio et Promoto Coss.*

INTERPRETATIO[m]). *Licet in negotiis, quae per actionem elicitam inchoari videntur, legitimus ad respondendum temporum semper cursus observandus sit, specialiter eos, qui aliqua pervaserint, non patimur per quamcunque occasionem differre negotium. Ideoque quum ille, qui fuerit de possessione deiectus, audientiam impetraverit, iuxta iuris ordinem intra annum ad recipienda, quae perdidit, nullatenus differatur. Nec aliqua pervasori dilatio concedatur, etiamsi pro hac re differenda beneficium principis potuerit obtinere.*

Ut pervasori nullum dilationis spatium tribuat iudex, sed infra annum mala pervasa restituat[c]).

6.[n]) *Imppp. Arcadius, Honorius et Theodosius AAA. Aemiliano Pf. U.* Si quis debiti, quod ex foenore vel mutuo data pecunia sumsit exordium vel ex alio quolibet titulo in literarum obligationem facta cautione translatum est, seu fideicommissi dirigat actionem, aut momentariam possessionem pervasione violatam vel quodlibet interdictum efflagitet, seu inofficiosum arguat testamentum, vel tutelae seu negotiorum actionem intendat, ruptis denuntiationum ambagibus, inter ipsa cognitionum auspicia rationem exprimere[o]) ac suas allegationes iubeatur proponere, denuntiatione et temporum observatione remota, quam in ceteris civilibus causis, quarum tamen aestimatio centum solidorum summam excedat, volumus custodiri. *Dat. XIII. Kal. Aug. Constantinopoli, Arcadio A. VI. et Probo V. C. Coss.*

INTERPRETATIO. *Pro repetendo debito, unde certa scriptura profertur, seu de eo, quod alicui fideicommissum est, ut daretur, aliquis[oo]) agat, aut aliquid sibi alleget fuisse pervasum, aut quodlibet intra annum beneficium momenti requirat, aut testamentum dicat non esse legitimum, vel de tutela aliquid proponat, non exspectetur, ut prius, quod repetit, apud acta proponat, aut ordo ipsius causae petatur scriptus, sed mox apud iudicem sine ulla temporum mora, quae per hoc videtur afferri, causam suam proponat et[p]) omnes partes suae probationis exhibeat. Quam rem etiam in civilibus negotiis praecipimus observari, quae tamen minus quam centum solidorum summam valere constiterit.* [q]) *Hoc de iure adiectum est.*

De repetendo debito, unde certa scriptura profertur seu de hoc[d]), quod alicui fideicommissum est, ut daretur, aliquis agat aut aliquis sibi alleget fuisse pervasum aut quodlibet intra annum beneficio momenti requirat aut testamentum dicat non esse legitimum vel de tutela aliquid proponat aut ordo ipsius causae petatur scriptus: sed mox apud iudicem sine ulla temporum mora, quae per haec videtur afferri, causam suam proponat et omnes partes suae probationis exhibeat. Quam rem etiam in civilibus negotiis praecipimus observari, quae tamen minus quam centum solidorum summa est valere constiterit.

7.[r]) *Impp. Honorius et Theodosius AA. Iovio Pf. P. Post alia:* Quaecunque forte ecclesiae venerabilis[s]) negotia sunt, vel esse poterunt actiones, celeri, legum ordine servato, iudicantum disceptatione finiantur. Nec enim decet, defensione loci nominisque venerabilis suscepta, publica diu secretaria praestolari. *Dat. VI. Kal. Iul. Ravenna, Honorio VIII. et Theodosio III. AA. Coss.*

INTERPRETATIO. *Ecclesiarum negotia, pro reverentia sanctitatis ac fidei, oportet, quum ad publicum prolata fuerint, sine aliqua dilatione finiri. Nec debent defensores loci venerabilis ulla tarditate suspendi.*

De ecclesiarum negotiis, ut absque dilatione ulla continuo audiantur a iudice[e]).

## TITULUS V.[a]) DE DOMINIO REI, QUAE POSCITUR (VEL[b]) CONSORTIBUS AB EO, CUI DENUNTIATUM FUERIT, POSTULANDIS).

## TIT. V. DE DOMINIO REI, QUAE POSCITUR VEL CONSORTIBUS AB EO, CUI DENUNTIATUM FUERIT, NOMINANDIS.

1.[c]) *Imp. Iulianus A. Secundo Pf. P. Post alia:* Explosis atque reiectis praescriptionibus, quas litigatores sub obtentu consortium, studio protrahendae disceptationis, excogitare consueverunt, sive

*) Recte *perfectae.* l) c. 5. C. Th. *c.* 5? sed 38 *c.* 4. Integra cum interpr. est in codd. 1—9, 12, 14, 15, 18—20; omnia praeter interpr. des. in codd. 28, 31, 35, 36, 45; inscr. et textus in codd. 21, 22, 24, 27, 37—40, 45ª; textus et subscr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32, 34. Particula textus est in cod. 44 post interpr. c. 2 de Assess. Interpr. a lege recedit. ll) 12 om. *improborum—nostri,* quae vv. in c. 6 post *rationem exprimere* translata sunt. Vid. c. 6, not. *o.* m) In cod. 12 huic interpr. praepon. tit. *De Invasuris.* n) c. 6. C. Th. *c.* 6? sed 38 *c.* 5. Integra cum interpr. est in codd. 1—9, 12, 14, 15, 18—20; omnia praeter interpr. des. in codd. 28, 31, 32, 35, 36; inscr. et textus in codd. 21, 22, 24, 27, 37—40, 45ª; textus et subscr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 33, 34. o) Hoc l. in cod. 12 inseruntur vv. *improborum—nostri,* quae in c. 5 deerant. Vid. c. 5, not. *ll.* oo) Leg. *aliquis si.* p) In vv. *proponat et* desinit cod. 20 et superest tantum index seqq. titt. q) 1, 2 *Hic de iure addendum est.* 5, 9 *Hic.* Ceterum haec vv. des. in plerisque codd. et ap. Sich. Cf. c. 1 h. t. r) c. 7. C. Th. *c.* 7? sed 38 *c.* 6. Integra cum interpr. est in codd. 1—9, 12, 14, 15, 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 31, 32, 35, 36, 38, 40, 45ª; inscr. et textus in codd. 21, 22, 24, 27, 37, 39; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 33, 34; sola interpr. in cod. 19. s) In cod. 12 post v. *venerabilis* sequitur cap. 15. Ed. Th. Deinde duo versus et dimid. vacui sunt.

a) Tit. V. C. Th. *Tit. V.* 19 *Tit. X.* Vid. supra tit. II. not. *a.* b) Uncis inclusi vv. *vel—postulandis,* quum om. in codd. 1, 2, 5, 6, 9, 14, 15, aliis, v. c. iis, quos Til. adhibuit. 20 om. *ab eo* etc. Videtur haec rubrica suspecta et a Visigothis mutata esse. Verus tit. fortasse latet in vv. cod. 19: *De Consortibus ab eo, cui denuntiatum fuerit, nominandis.* c) c. 1. C. Th. *c. un?* Integra cum interpr. est in codd. 1—9, 12, 14, 15, 18, 19, 21; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 45; inscr. et textus in codd. 22, 24, 25, 27, 31, 34, 37—40, 45ª; textus et subscr. in codd. 26, 28, 32, 35, 36; solus textus om. in codd. 29, 30.

b) Nonn. codd. om. *et.* c) Aeg. in m. *pervasorem vocat violentum invasorem.* d) Plerique codd. *id,* ut Aeg. e) Ben. Lev. I, 307.

EPIT. SUPPL. LAT. 215. | EPIT. GUELPH. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL.

D. Posteaquam per scripturam lis fuerit contestata et per[b]) publicam conventionem quisquis ille est, qui pulsatur, agnoverit, tunc lis inchoata dicatur, si tamen litigantium perfectae probantur aetates. Nam si quis per principis beneficium contra rationem legis causae suae tempora speraverit[c]) prolongari, quicquid pro hac re meruerit, non valebit.

P̦ENDENTE Lite p̲scriptu̓ tempora non prolongari.

*De Dilatione litis.* Posteaquam per scripturam lis fuerit contestata et per publicam conventionem quisquis se pulsatum agnoverit, tunc lis inchoata dicatur, si tamen litigantium perfectae probantur aetates. Nam si quis principum beneficio contra legem causae suae tempora speraverit prolongari, non valebit.

E. Ut pervasori nullum dilationis spatium tribuat iudex, sed compellente momento infra annum mala pervasa restituat.

Ut possessionem. deiectus. intra annum. momentum recipiat et acusatus. si eciam principes. mereatur. beneficium non valiat. Lib̄ IIII ʔ XX Ł VI TL VIIII LXVI Ł XI· ʔ XII pl V ʔ VI[c]).

*De Pervasoribus.* Quicunque aliqua pervaserint, non patimur, per quamcunque occasionem differre negotium et ille, qui fuerit de possessione deiectus, iuxta iuris ordinem intra annum recipiatur et ne aliqua dilatio pervasori concedatur, etiam si pro hac re differenda beneficium principis potuerit obtinere.

Imp̃r cons̃ data II. nonas febr̃.[c]) *Intp̃r* Si cuicũq: homini qualescũq: p̲sona facultatē suam contra rationem tullerit ille q̧ ipsam facultatem p̲dedit infra annũ ipsa causa requirere debet et ipse vero qui eã tullit et nec si ipse principes[d]) ipsam facultatē illi concessisset p̲ legē eam habere non debet[e]).

F. De repetendo debito, unde certa scriptura profertur, seu de eo[d]) quod alicui fideicommissum est, ut daretur, aliquis agat, aut si aliquid sibi alleget fuisse pervasum aut quodlibet intra annum beneficio momenti requirat aut testamentum dicat non esse legitimum vel de tutela aliquid proponat non exspectetur, ut prius quod repetit apud acta proponat aut ordo ipsius causae petatur scriptus, sed mox apud iudicem sine ulla temporum mora causam suam proponat et omnes partes suae probationis exhibeat. Quam rem etiam in civilibus negotiis praecipimus observari, quae tamen minus quam C solidorum summa est, valere constiterit.

IN quibus causis. opposicionem. contradicentem nulla mora fieri dibiat.

*De Debito.* Pro repetendo debito, unde certa scriptura ostenditur seu si fideicommissum sit, ut daretur, aliqui si agat[e]) aut aliquid sibi alleget fuisse pervasum aut quodlibet intra annum beneficio momenti requirat aut testamentum dicat non esse legitimum vel de tutela aliquid proponat, non exspectetur, ut[f]) prius, quod repetit, apud acta proponat aut ordo ipsius causae petatur scriptus, sed mox apud iudicem sine mora, quae per hoc videtur afferri, causam suam proponat. Hoc omnis partis suae probationem exhibeat. Quam rem etiam in civilibus negotiis praecipimus observari, quae tamen minus quam C solidorum summa est valere constiterit.

*It̃. alia Intp̃r;* In hac lege constituit, ut qui aliorũ facultatē malo ordine p̃vaserit[f]) adque ad illius qui in minore etate s̃ aliquid requirere voluerint et que contra testam̃tũ aliquid dicere voluerint. De tales causas qui infra C. solidorum ẽẽ potē infra anni spacio illas consequere et definire debet.

G. Ut ecclesiarum negotia absque dilatione aliqua continuo audiantur a iudice.

In eclesiasticis causis. moras temporum. non admitti.

*De Ecclesiae causis.* Ecclesiarum negotia quum ad publicum prolatae fuerint, sine aliqua dilatione finiantur. Nec debent venerabiles loci ulla tarditate suspendi. *Dat. VI. Kal. Iul. Theod. A. Cons.*[g])

*It̃. alia. Intp̃r.* De res haeclaesiarũ ubi ad ante iudices fuerit exinde qualescũq: causatio p̲ reverentiam de ipsa loca s̃corum sine omnē dilationē debent ẽẽ finitas[g]).

## TIT. V. DE DOMINIO REI, QUAE POSCITUR VEL CONSORTIBUS AB EO, CUI DENUNTIATUM FUERIT NOMINANDIS.

## V. DE DOMINO REI QUE POSCITUR VEL CONSORTIBUS AB EO CUI DENUNCIATUM FUERAT NOMINANDIS.

## DE DOMINO REI QUAE POSCITUR VEL CONSORTIBUS AB EO, CUI DENUNTIATUM FUERIT, NOMINANDIS. V.[a])

## V. DE DOMINIO RES QUE POSCIT̃ L̃ CONSORTIB; AB EO CUM DENUNCIATŨ FUERIT NOMINANDIS VEL DE TEPORUM CURSUM ET REPARATIONIB; DENUNCIATIONUM[a]).

b) Cod. *pro.* c) Cod. *superaverit prolongare.* d) Cod. *his* et mox *provasum aut a quolibet.*

c) C. Th. IV, 20, 6. IX, 16. XI, 12. Paul. V, 6, 1.

e) Ita 62, sed post *agat* add. *aut aliquid agat*, quae vv. 63 om., qui *aliquis agat.* 64 *aliquis agat et de momento de testamento de tutela sibi allegit f. p. a. quolibet.* Leg. *aliquis si.* f) 62, 63 *aut.* g) 62 om. subscript.
a) 63, 64 *Iuliañ ã V. De Dom.* etc.

c) Inscr. et subscr. sunt ex c. 1 h. t. d) 65 *qualiscumque — tulerit — perdidit* (ut 67) — *princeps — per lege ea.* 67 om. *ipse — tullit et.* e) 67 *potest.* Idem supra *ipsã causã.* f) 67 *p̃vaserit aut q̲ ad illos.* 65 *ordinem perinvaserit* et infra *spacium.* g) 65 *fuerint, ex. qualiscumque accusatio pro reverentia — dilatationem — definitas.* 67 *ecclesiasticorum — causationes.*
a) Deest c. h. t., rubrica autem sequentis cum hac coniuncta est. 67 *De dominioris* et om. *denunciationum.*

unius fori omnes sint, sive in diversis provinciis versentur, nec adiuncta praesentia consortis vel consortium, agendi vel respondendi iurgantibus licentia pro parte pandatur. Et amputata constitutione Constantini, patrui mei, quae super *consortibus* promulgata est, antiquum ius, quantum pertinet ad huiusmodi disceptationes, cum omni firmitate servetur, ut, interruptis artificiosis obstaculis, possidentum astutia comprimatur. *Dat. III. Non. Sept. Antiochiae, Mamertino et Nevitta Coss.*

Interpretatio. *Remotis obiectionibus, quibus se consortes ad respondendum invicem excusabant, ut si non in una provincia vel sub uno iudice omnes essent, dum praesentiam suam non simul esse causantur, repetentes videbantur illudere: unde dilationem hanc removentes, quam patruus noster Constantinus consortibus in hac parte praestiterat, iubemus secundum antiqui iuris ordinem, quicunque pulsatus fuerit, pro sua parte vel persona respondeat, nec diutius sub hac occasione repetentem differat ille, qui possidet.*

Epit. Aeg.: Ut quicunque de consortibus pulsatus fuerit, pro sua parte vel persona respondeat.

## TITULUS VI. [a]) DE TEMPORUM CURSU ET REPARATIONIBUS DENUNTIATIONUM.

Epit. Aeg.: TIT. VI. DE TEMPORUM CURSU ET REPARATIONIBUS DENUNTIATIONUM.

1. [b]) *Imp. Constantinus A. Iulio Vero Praesidi Tarraconensi.* Quum semel negotium necessitate vel casu temporibus fuerit exemtum, ac postea per indulgentiam clementiae nostrae redintegratio praestetur, intra quatuor menses iudicantis arbitrium, non ulterius litigatoribus praeberi oportet, etiamsi per obreptionem aliquid a nobis iterata supplicatione meruerint. *Dat. prid. Non. Mai. Vienna, Sabino et Rufino Coss.*

Interpretatio. *Quando aliqua causa, necessitate intercedente vel casu, promissum tempus excesserit, et principali beneficio eam litigator meruerit reparare, non amplius ad definiendum negotium iudices quam quatuor menses litigatoribus praestent. Quibus exactis, etiamsi aliud dominorum beneficio obtinuerint, nullatenus audiantur.*

Epit. Aeg.: [a])Quando aliqua causa promissum tempus casu vel necessitate excesserit et principali beneficio eam [b]) litigator reparaverit, non amplius ad definiendum detur spatium nisi quatuor menses tantum.

2. [c]) *Idem A. ad Felicem Praesidem Corsicae. Post alia:* Si petitores probaverint, interpellantes se saepius esse dilatos, atque ita lapsum temporis incurrisse per negligentiam atque desidiam, gravitate tua audientiam differente, indemnitas petitorum pro modo litis, quae in altercationem fuerit adducta, de tuis facultatibus sarciatur. *Dat. IX. Kal. Nov. Sirmio, Constantino A. V. et Licinio Caes. Coss.*

Interpretatio. *Si repetentem iudex per negligentiam usque eo distulerit, ut causam suam transactis legitimis temporibus perdat, omnia, quaecunque in illius iudicio iuste sibi potuit vindicare, ei de ipsius iudicis facultatibus, habita aestimatione, reddantur.*

Epit. Aeg.: Si repetentem iudex per suam negligentiam distulerit et causam perdiderit, quicquid iuste potuit vindicare, et de iudicis facultatibus reddatur.

3. [d]) *Idem A. ad Bassum Pf. P.* Altero ex litigatoribus in lite defuncto cursum temporis esse reparandum, latis iam dudum legibus continetur. *Dat. XIII. Kal. Iun. Sirmio, Crispo II. et Constantino II. Caess. Coss.*

Interpretatio. *Si unus ex litigatoribus, sive pulsatus sive petitor* [e]), *intra constitutum per scripturam tempus* [f]) *fortasse defecerit, tempora, quae fuerant statuta, successoribus renoventur.*

Epit. Aeg.: Si unus ex litigatoribus defecerit, a successoribus tempora, quae statuta fuerant, renoventur.

4. [g]) *Imppp. Constantinus, Constantius et Constans AAA. ad Acyndinum Pf. P.* Si quis iurgantium ante litis terminum ultimum diem obierit, non, ut ante statuimus, a decedentium primo die cursus temporis observari oportet, si successor legitimae aetatis sit, sed ex die petitae bonorum possessionis vel aditae hereditatis ei tempora renovari: ita tamen, ut ea res non lateat possidentem, nec clam, ut fraudem tempori faciat, pertentetur. Quod si successor minoris aetatis sit, postquam datus tutor sive curator solennia susceptae defensionis impleverit, tempus dinumerari conveniet. *Dat. et PP. VI. Kal. Ian. Antiochiae, Urso et Polemio Coss.*

Interpretatio. *Si quis de litigatoribus ab hac luce discesserit, heredi eius non ex die, qua ille defunctus est, sed ex quo hereditatem acceperit, actionis tempora, quae auctori ad litem constituta fuerant, renoventur: ita tamen, ut fraus tempori, ex quo res est possessa, non fiat, sed sciat, se rem tenere, qui petitur* [h]). *Quod si heres in annis sit minoribus constitutus, tutori vel curatori ex eo tempora supputentur, ex quo pro minore firmam personam defensionis accepit et rem tenuit* [i]).

Epit. Aeg.: Si quis de litigatoribus ab hac luce discesserit, heredi eius non ex die, quo ille defunctus est, sed ex quo hereditatem acceperit, actionis tempora, quae actori ad litem constituta fuerant, renoventur.

a) Tit. VI. C.Th. *Tit. VI.* 19 *Tit. XI.* Vid. tit. II. not. *a.* In codd. 1—9, 12, 14, 15, 18, 21—23, 26—30, 32, 34, 37—40, 42, 45ª, An. Put. Reg. sec. Go., ap. Sich. hic tit. ex quinque constat constitutionibus. In codd. 24, 31, 35, 36 sex eius sunt leges. Quinta enim const. duas in illis codd. efficit interpretationes. Similiter in cod. 25 sex sunt h. tit. leges, c. 1—5 h. tit., et interpr. c. 1 sq. tit. (sexta c.). In cod. 19 hic tit. duas tantum habet constitutiones, id est primam et secundam, reliquis in tit. *III. de Crim. et Neglig. Iudic.* translatis, ubi sexta, septima et octava sunt. Vid. tit. *II. not. a* et infra c. 3, 4 et 5. Una lex, id est interpr. c. 5, invenitur in cod. 45. Quintam h. t. c. Cuiacius in prima C. Th. ed. fonte ignoto usus transtulit in sq. tit. et tertio loco posuit. Eodem loco in sq. edd. est. Vesmius eam huc revocavit. b) c. 1. C. Th. *c.* 1. Integra cum interpr. est in codd. 1—9, 12, 14, 15, 18; omnia praeter interpr. des. in cod. 42; inscr. et textus in codd. 21—24, 27, 38—40, 45ª; textus et subscr. in codd. 26, 28, 31, 35; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32, 34, 37; interpr. in cod. 19. c) c. 2. C. Th. *c.* 2. Integra cum interpr. est in codd. 1—9, 12, 14, 15, 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 28, 31, 35, 36, 42; inscr. et textus in codd. 21—24, 27, 32, 37—40, 45ª; textus et subscr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 34; sola interpr. in cod. 19. Ben. Lev. III, 220. Vid. supra c. 4 de Iurisd. (II, 1). d) c. 3. C. Th. *c.* 3. 19 *c.* 6 *Tit. III. de Crim. et Neglig. Iud.* Vid. tit. II. not. *a.* Integra cum interpr. est in codd. 1—9, 12, 14, 15, 18, 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 28, 31, 35, 36, 42; inscr. et textus in codd. 21—24, 27, 32, 37—40, 45ª; textus et subscr. in cod. 26; solus textus in codd. 25, 29, 30, 34. e) Recte interpr. explic. v. *altero* et add. infr. *successoribus.* f) Delevi h. l. vv. *de hac luce,* quae 1, 2 et multi alii codd. om. g) c. 4. C.Th. *c.* 4. 19 *c.* 7 *Tit. III. de Crim. et Neglig. Iud.* Vid. tit. II. not. *a.* Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 12, 14, 15, 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 31, 35, 36, 42; inscr. et textus in codd. 21—24, 27, 37—40, 45ª; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32, 34; sola interpr. in cod. 19. h) Hic erravit interpres. i) Ad h. interpr. referenda est vetus glossa, quae in cod. 31 praemittitur interpr. c. 3 tit. seq. de Dilat.: *„Debet fieri ut hereditas longe post mortem auctoris in manu heredis veniat ergo iubetur ut illa tempora non computentur ad annos quibus causa secundum leges defenditur set hoc solum spatium ad annos praecessoris iungendum est ex quo heres ceperit possidere."*

Epit. Aeg. notes: a) In cod. 53 add. *Si repetenda iudex per suam negligentiam distulerit.* Vid. c. 2 h. t. b) Codd. et Aeg. *ea.*

| EPIT. SUPPL. LAT. 215. | EPIT. GUELPH. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|
| A. Ut quicunque de consortibus pulsatus fuerit, pro sua parte vel persona respondeat. | Consortem ad litem expectandum non esse sed qui p̓sens est respondere ꝛ XII Ł V.[a]) | Hoc est ut nullus per absentiam consortes deferat petitoris vel si non in una provincia vel sub uno iudice[b]) omnes sint, iubemus, ut secundum antiqui iuris quicunque pulsatus fuerit, absque dilatione respondeat. *Dat. III. Non. Sept. Mamertino et Nevita Conss.*[c]) | |
| TIT. VI. DE TEMPORUM CURSU ET REPARATIONIBUS. | VI DE TEMPORUM CURSUM ET SEPARACIONIBUS DENUNCIACIONUM. | [a]) DE TEMPORUM CURSU ET REPARATIONIBUS DENUNTIATIONUM VI. | |
| B. De dandis spaciis et reparatione negotii quatuor mensibus praestandum, amplius non nec per praeceptum regis nisi si mors intercesserit aut in transmarinis partibus habere quisquam se dixerit instrumenta. | In cause separacionibus IIII minsium tempora custodire quod decretum. pulsatus. si eciam principis p̃cepcionem deferre voluerit. nullatinus audiatur L'I ꝛ II Ł III.[a]) | Quando per aliquam necessitatem vel casu de causa promissum tempus excesserit et principis beneficio eam litigator reparare meruerit, non amplius ad definiendum quam quatuor menses permittantur. Quibus exactis, etiamsi aliud beneficium dominorum meruerit, nullatenus audiatur. | Data prid̃. nñ. maĩ. *ntp̃r.* Quicũq; homo tales causas habuerit que[b]) infra ani spacia ꝑagere debeat aut finire si ad iudicem suꝑ annũ inpetrare spaciũ quatuor menses suꝑ annum iudex ei licenciã dare potẽ. nam in amplius secundum legẽ ad nullũ principem[c]) ei[d]) nulla licencia detur. |
| B. Si repetentem iudex per placita delataverit, ut repetitionis tempus excedat, repetenti tantum de rebus propriis restituat, quantum sibi iure potuerit vindicare. | II. Si petitorem iudex deferat. ut temporum lapsum incurrat de ipsius iudicis facultatibus quod ei iniuste conpetebat satis esse faciendum, ꝛ I Ł VI.[b]) | *Si Iudex Causam Distulerit.* Si repetentem iudex per negligentiam usque eo distulerit, ut causam suam transactis legitimis temporibus perdat, omnia, quaecunque in illius iudicio iuste potuit vindicare, de iudicis ipsius facultatibus reddantur. | *Iť alia. Intp̃r;* Si quicumq: iudex aut ꝑ neglienciam aut ꝑ dilatacionem[dd]) aut ꝑ qualecũq: p̃miũ[e]) hominem de sua causa dilataverit[f]) infra legitimum tempus ipsius causa non definiat qđquid ille homo de ipsa causa dãnũ habuerit omnia de ipsius iudicis facultatẽ illi reddatur. qui aput eũ iusticiam non potuit invenire[g]). |
| C. Si mortuus fuerit, qui per scripturam placitum definitum fecit, tempora, quae fuerant statuta, denuo a successoribus renoventur et heredi*) eius non ex die, quo ille defunctus est, sed ex quo hereditatem acceperit, actionis tempora, quae actori ad litem constituta fuerant, renoventur. | Si causam pendentẻ unus. ex litigatoribus. moriatur a successoribus. renovandum, TL XI ꝛ X;[c]) | *De Litigatore Mortuo.* Si unus ex litigatoribus intra constitutum tempus defecerit, tempora statuta successores renovent. | |
| | IIII Heredibus cursum temporis ex die adicionis ꝑ sua persona reparari minoribus a quo tempore totoris. eorum accesserint responsurus, ꝛ IIII Ł I.[d]) | *Item.* Si quis ex litigatoribus ab hac luce discesserit, heredes eius non ex die, qua ille defunctus est, sed ex quo hereditatem susceperit, actionis tempora, quae auctori[b]) ad litem constituta fuerant, renoventur. Ita tamen, ut fraus tempori, ex quo res est possessa, non fiat, sed[c]) sciat se rem tenere, quae petitur.[d]) Quod si heres in annis sit minoribus, tutori vel curatori ex eo tempore supputentur, ex quo pro minore firmam personam defensionis accepit et retinuit. | *Iť. alia. Intp̃r.* Si quicũque homo dum sua causa ꝓsequit mortuus fuerit heredes eius de illa die qđ ipsa causa agere ceperant[h]) ꝓsequent nã non de ipsa die qđ eorũ heres[i]) mortuus ẽ et ipsa causa infra legitimũ tempus prosequanť et definiant. Similiť et de minorib; agendum[k]) ẽ ut tutores ipsorum de ipsa die de qđ ipsorũ[l]) tutilla reciperunt in antea eorũ[m]) causas agant nã ipsi minores etatibus quascumq; causas antea habuissent illi[n]) tutores de ipsas rationẽ addere non debent. |
| *) Haec epitomator sumsit ex sq. c. | a) C. Th. II, 12, 2?<br>a) C. Th. I, 2, 3. b) C.Th. II, 1, 6. c) C. Th. XI, 10. d) An C. Th. II, 4, 1? | b) 62, 63 *iudici.* c) Subscript. om. in 62.<br>a) 63, 64 *Constanti â VI De Temp. c.* etc. b) 62, 63 *actori.* c) 64 om. *sed—petitur.* d) 64 add. *De Tutore.* | b) Ita 65. Rell. *quem.* c) 67 *a nullo principe.* d) Ita 65 et 67. 66 *ej. et.* 65 *ad iudice—nullam licentiam* et 67 *licenciã.* dd) 66 *dilacione.* e) 65 add. *qualecumque.* Idem *homine.* f) 67 add. *et.* g) c. 3 deest. h) 65 *prosequid—coeperit.* 67 *ꝓsequens mortuus—coeper̃ ꝓsequant.* i) 65 *heredes—prosequant.* k) 67 *habendum.* l) 67 om. *de* et *ipsorum.* m) 65 *reciperint in antea, ipsorum* et infra *ratione.* n) 67 *qual'cumq; c. a. quã illi essent.* |

5.[k]) *Impp. Constantius et Constans AA. ad Petronium Vic. Africae.* Inter privatos et fiscum, si privatus actionem intendat, quatuor mensium tempora custodienda sunt: quum vero fiscus privato inferet aliquam quaestionem, sex mensium curricula serventur, utrique parti petendae dilationis per defensores suos copia non neganda, si hoc commoditatis ratio postulaverit. *Dat. V. Id. April. Aquileia, Acyndino et Proculo Coss.*

Interpretatio. *Quando inter fiscum et privatum possessorem de repetitione aliqua fuerit orta contentio, si privatus fiscum repetat, quatuor menses ad respondendum actor fiscalis habebit inducias: si vero fiscus aliquid a possessore crediderit repetendum, sex mensium ad respondendum dilatio non negetur, dummodo*[l]) *ad praestandas inducias iusta ratio cognoscatur.*

## [a]) TITULUS VII. DE DILATIONIBUS.

1.[b]) *Imp. Constantinus A. ad Ursum Vicarium.* Si quando quis rescriptum ad extraordinarium iudicem reportaverit, dilatio ei penitus deneganda est. Illi autem, qui in iudicium vocatur, danda est ad probanda precum mendacia vel proferenda aliqua instrumenta vel testes, quoniam instructus esse non potuit, qui praeter spem ad alienum iudicem trahitur. *Dat. II. Non. Mart. Volusiano et Anniano Coss.*

Interpretatio. *Quando ab aliquo principe praeceptio fuerit sperata, ut ad alium iudicem, quam cui commissus est, adversarium suum pertrahat audiendum, sicut ille, qui petitor est, inducias si petierit, accipere non debet, ita illi, qui ad iudicium adducitur, dilatio petita non negetur, ut facilius aut per scripturam aut per testes probare valeat, illum, a quo pulsatus est, falsa supplicatione meruisse, quod petiit.*

2.[c]) *Idem A. ad Iulianum Pf. U.* Petendae in integrum restitutionis temporibus, ut iam constitutum est, observatis, si dilatio ab actore petatur, quae intra metas lege comprehensas valet arctari, eandem, quocunque flagitante, causis cognitis tribui oportebit: sin vero eiusmodi postulantur curricula, quae intra spatium lege receptum angustari nequeunt (quippe si in confinio legitimi temporis petantur et eius terminos prorogabunt), dilationem petitori denegari conveniet; in eius enim arbitrio fuerat, tunc inferre litigium, quum petitae dilationis mora superstite spatio posset includi. §. 1. Quod si defensio possidentium dilationis suffragia postulaverit, eandem asserta causa, citra obstaculum temporis, deferri sancimus, quia nequaquam steterat in ipsius potestate, quando litigio pulsaretur. Dari igitur debet, etsi impetrata dimensio sese ultra constitutionis regulam proferat. Qua dilatione, si a possessore impetratur, etiam actor in requirendis probationibus uti minime prohibetur. *Dat. XIV. Kal. Aug. PP. Romae, Constantino Caes. V. et Maximo Coss.*

Interpretatio. *Licet quatuor mensibus constitutum, ut petentibus pro requirenda omni restitutione induciae concedantur. Unde si illud spatium requiratur, quod indultum est, id est, quod quatuor menses non possit excedere, praestari convenit. Si vero tales petantur induciae, quae tempus lege constitutum excedant, petitori debet dilatio negari, quia scire debuit actionem suam constituto tempore finiendam. Quod si ille spatium, qui rem possidet, fortasse petierit, dari sine mora temporis, quod petentibus datum est, omnino debet: quia scire non potuit, quando ab adversario provocaretur ad causam, et ideo possessor spatium, ut respondere possit, accipiat. Petitor etiam suis partibus necessaria poterit providere.*[cc])

3.[d]) *Impp. Arcadius et Honorius AA. Messalae Pf. P. Post alia:* De statu atque patrimonio litigantibus in transmarina etiam dilatione mensium novem spatia creditur posse sufficere etc. *Dat. XII. Kal. Dec. Theodoro V. C. Cos.*

Interpretatio. *Quoties de statu ingenuitatis vel de patrimoniis causa vertitur, si necessaria negotii in transmarinis partibus litigatores habere se dixerint, novem mensium spatium indubitanter accipiant.*

## TITULUS VIII. DE FERIIS [a]).

1.[b]) *Imp. Constantinus A. Elpidio.* Sicut indignissimum videbatur, diem solis, veneratione sui celebrem, altercantibus iurgiis et noxiis partium contentionibus occupari, ita gratum ac iucundum est, eo die, quae sunt maxime votiva, compleri. Atque ideo emancipandi et[c]) manumittendi die festo cuncti licentiam habeant, et super his rebus acta non prohibeantur. *PP. V. Non. Iul. Caralis, Crispo II. et Constantino II. Caess. Coss.*

Interpretatio. *Quamvis sancto die dominico omnes lites ac repetitiones quiescere iusserimus, emancipare tamen ac manumittere minime prohibemus, et de his rebus gesta*[d]) *confici pari ordinatione permittimus.*

k) c. 5. C. Th. *c.* 3 de Dilationibus. Vid. supra not. *a.* Verum in omnibus fere codd. huius tituli est *c.* 5. In cod. 19 est *c.* 8 *Tit. III. de Crimin. et Neglig. Iud.* Vid. tit. II. not. *a.* In cod. 43 est *c.* 2 *Tit. III. de Om. act. imp.;* in codd. 24, 31, 35, 36 duas ex ea factas esse interpretationes dixi supra not. *a.* Ponitur enim ibi textus h. c. cum interpretationis siglo post c. 4 et deinde interpr. h. c., quasi alius deperditae const. interpretatio sit. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 12, 14, 15, 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 43; inscr. et subscr. in codd. 24, 31, 35; inscr. et textus in codd. 21, 23, 27, 32, 38—40, 45ª; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 22, 25, 29, 30, 34; sola subscr. in cod. 36 et sola interpr. in cod. 19. l) Vitiosam appellat Go. hanc interpr.

a) Tit. VII. C. Th. *Tit. VII.* 19 *Tit. IV.* Vid. supra ad tit. II. not. *a.* In codd. 1, 2, 4—9, 12, 14, 15, 18, 21—24, 26—28, 30—32, 34—37, 39, 42, 43, ap. Til. hic tit. ex una tantum constat const., id est tertia, omissis prioribus duabus. Similiter in cod. 25, ubi primae quidem const. interpretatio exhibetur, sed in extremo tit. VI. legitur. Vid. tit. VI. not. *a.* In cod. 19 tres sunt huius tit. constitutiones. Codd. 29, 38, 40, 45ª et Sich. habent interpretationem (cod. 29 add. inscr. et subscr.) priorum duarum constt. et constitutionem tertiam. Illas sumsit Sich. ex cod. Argent., qui sine dubio nunc Bernensis est. Dicit enim Sich. in m. ad h. tit.: *„In Codice Moguntinensi deerant duae Leges, quantum colligere poteramus ex Codice Argentoratensi, unde Interpretationes huc transscripsimus solas."* b) c. 1. C. Th., 19, 29, 38, 40, 45ª, Sich. *c.* 1. In cod. 25 translata est interpr. in extremum tit. VI. Vid. not. *a* anteced. et ad tit. VI. not. *a.* Integra cum interpr. est in cod. 19; inscr., subscr. et interpr. invenitur in cod. 29; sola interpr. in codd. 25, 38, 40, 45ª et ap. Sich. Omnia desunt in reliquis codd. Haec et seq. const. in Br. Al. videntur exstitisse, quia interpr. habent; sed Vesm. aliter sentit. Ep. I. Felicis P. II. (Knust l. c. p. 71). c) c. 2. C. Th., 19, 29, 38, 40, 45ª, Sich. *c.* 2. Integra cum interpr. est in cod. 19; inscript., subscr. et interpr. exhibet cod. 29; sola interpr. est in codd. 38, 40, 45ª et ap. Sich. Omnia des. in reliquis codd. Interpretatio partim pertinet ad c. ult. antec. tit. cc) Post interpr. h. c. interponitur in Cuiacii prima C. Th. ed. et in seqq. edd. praeter Vesm., c. 5 tit. VI. anteced. Vid. ibi not. *k.* d) c. 3. C. Th. *c.* 4? Codd. 1, 2, 4—9, 12, 14, 15, 18, 21—28, 30—32, 34—37, 39, 42, 43, Til. *c. un.;* 19, 29, 38, 40, 45ª, Sich. *c.* 3. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 12, 14, 15, 18, ap. Sich.; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 38, 40, 42, 43, 45ª; inscr. et textus in codd. 21—24, 39; textus et subscr. in codd. 26, 28, 31, 35, 36; solus textus in codd. 25, 29, 30, 32, 34, 37; sola interpr. in cod. 19.

a) Tit. VIII. C. Th. *Tit. VIII.* 19 *Tit. V.* Vid. tit. II. not. *a.* In C. Th. huius tit. sunt XXVI constitutiones. b) c. 1. C. Th. *c.* 1? De interpr. h. c. et c. 2 h. t. cf. Savigny, Geschichte d. Röm. R. T. IV. p. 316; Witte, d. leges restitutae d. Iust. Cod. p. 166 sqq.; Biener, Revision d. Iust. Cod. p. 79 sq. (Zeitschr. f. gesch. Rechtsw. T. VII. p. 193). Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 12, 14—16, 18 (sed de cod. 16 vid. not. *c* sq.); omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 43, 45; inscr. et textus in codd. 21—24, 27, 38—40, 45ª; textus et subscr. in codd. 26, 28, 31, 35, 36; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32, 34, 37; sola interpr. in cod. 19. c) Vv. *et manumittendi* prima sunt cod. 16. d) Lex *acta.*

| EPIT. AEG. | EPIT. SUPPL. LAT. 215. | EPIT. GUELPH. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|---|
| Si privatus contra fiscum repetat, quatuor menses ad respondendum actor fiscalis habebit inducias. Si vero fiscus contra privatum repetat, sex mensium ad respondendum dilatio non negetur. | D. Quando inter fiscum et privatum intentio vertitur, si privatus contra fiscum repetat, quatuor menses actor fiscalis habebit inducias. Si fiscus adversus privatum, sex mensuum inducias pulsatus accipiat, dummodo iusta dilatio videat. | V. INT̆ FISCO et privatū de spaciū dando si privatus fiscum repetat quatuor minsis inducias. si fiscus privatū VI.[e]) | *De Causantibus Contra Fiscum.* Si privatus contra fiscum actionem intendat[e]), quatuor menses ad respondendum actor fiscalis habebit inducias. Quod si fiscus a possessore quaesierit, VI menses ad respondendum dilatio non negetur, dummodo ad praestandas inducias iusta ratio cognoscatur.[f]) *Dat. V. Id. April. Accendino et Probo Coss.* | *Ît alia Intpr.*[o]) Si inī actores fiscales et privatus homines de qualecūq: rē causationis fuerint si privatus homo illū fiscalem admallaverit ille fiscales quatuor mensis ad[p]) respondendū ad suā causā inducias recipere potē. Nā ille privatus si fescales actur eū admallaverit in sex menses ad respondendū placitū[q]) recipere potē; |
| TIT. VII. DE DILATIONIBUS.*) | TIT. VII. DE DILATIONIBUS.*) | [a]) VII DE DILACIONIBUS. | VII. DE DILATIONIBUS.*) | VI DE DILACIONIB;[a]). |
| Hoc est, ubi probatio in transmarinis partibus requirenda est, tam de rebus quam et de statu ingenuitatis novem mensium spatium pulsati detur. | Quotiens de statu ingenuitatis vel patrimoniis causa vertitur, si necessaria negotii in transmarinis partibus pulsatus habere se dixerit, novem mensuum spatium tribuatur. | Qua causam nove minsium de transmarinis partibus spacia tribuantur. | De statu ingenuitatis vel de patrimoniis causa si necessaria negotii in transmarinis partibus litigatores habere se dixerint, VIIII mensium spatium accipiant. *Dat. XII. Kal. Dec. Theod. V. C. Cos.*[a]) | Impr. archadius. data XII kal decemb. *Intpr.* Qui ad ingenuū hominē de suo stato aliquid dicere voluerit Ī[b]) de patrimonii causā habuerit si ipse dic̄ qui se ingenuum docere voluerit ad suā causam confirmandū ut antequā ultra mare ambulet hoc facere non possit nove menses ei licenciā det'. |
| TIT. VIII. DE FERIIS. | TIT. VIII. DE FERIIS. | VIII. DE FERIIS LVIIII LXX V XXVIII[a]) pl. II ʗ XXVI LIII.[b]) | DE FERIIS VIII. | VIII DE FIRIIS*). |
| Ut die dominico mancipare ac manumittere liceat. Reliquae causae vel lites quiescant[a]). | Ut die dominico causae non dicantur nisi tantum manumittere et emancipare vel gesta confici liceat. | I Dominico die emancipare et manumittere licet et gesta de his rebus confici. | Quamvis sancto die dominico omnes lites ac repetitiones quiescere iusserimus, emancipare tamen ac manumittere non prohibemus et[a]) de his rebus gesta conficere non negamus.[b]) *Dat. V. Non. Iul. Caralis Crispoli et Constant. Cons.* | Imp̄r. cons̄. data. VIII. id. ag̑. roma.[a]) *Intp̄.* die dominico nulla alia causa huc agere non[b]) debet nisi emancipare et livertare et manūmettere licenciam habeat. |
| *) c. 1 et 2 des.<br>a) Aeg. *quiescant, et* etc., cohaerent enim cum his, quae ad c. 2 h. t. spectant. | *) c. 1 et 2 des. | e) Id e. *sex mensium.* Ante *VI* est signum interp., literae ỹ non absimile, pro ;<br>a) Om. c. 1, 2.<br>a) Incert. num. An C. Th. VIII, 3, 1 (ipsius C. Th. VIII, 8, 3 et XI, 7, 13)?<br>b) Paul. II, 26, 3. | e) Haec et alia sumta sunt ex lege. f) Subscript. deest in 62, 63.<br>*) c. 1 et 2 om. a) Subscript. est in 63, 64, sed 64 *XV.* (pro *XII.*) et *theōd āg;* in 62 deest.<br>a) 62, 63 *neque.* b) Subscript. deest in 62, 64. | o) 65 *S. d. q. r. causationes f. i. a. f. et privatos h.* p) 65 *menses ad suam causam respondendum.* 66 post *causam* add. *respondendum.* q) 65 *actor—respondendum recipere spacium.*<br>a) c. 1 et 2 omitt. b) 65 *et.* Supra *statu,* infra *novem.*<br>*) 65 et 67 *Feriis.* a) 65 om. *Roma.* b) 65 om. *non,* sed 66, 67 add. *non.* 67 *debeat n. mancipare et liberare.* — Rell. h. t. c. desunt. Sed vid. infra tit. X. de Postulando not. *h.* |

2. [e]) *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Albino Pf. U.* Omnes dies iubemus esse iuridicos. Illos tantum manere feriarum dies fas erit, quos geminis mensibus ad requiem laboris indulgentior annus accepit, aestivis fervoribus mitigandis et autumnis foetibus decerpendis. §. 1. Kalendarum quoque Ianuariarum consuetos dies otio mancipamus. §. 2. His adiicimus natalitios dies urbium maximarum, Romae atque Constantinopolis, quibus debent iura deferre, quia et ab ipsis nata sunt. §. 3. Sacros quoque Paschae dies, qui septeno vel praecedunt numero vel sequuntur, in eadem observatione numeramus, nec non et dies solis, qui repetito in se calculo revolvuntur. §. 4. Parem necesse est haberi reverentiam nostris etiam diebus, qui vel lucis auspicia vel ortus imperii protulerunt. *Dat. VII. Id. Aug. Roma, Timasio et Promoto Coss.*

Interpretatio. *Causas per anni spatium omnibus diebus secundum leges audiri praecipimus. Et licet lex quatuor menses ad fructus colligendos indulserit, sed ita pro provinciarum qualitate et pro praesentia dominorum credidimus faciendum, ut a die VIII. Kalendarum Iuliarum usque in Kalendas Augusti messivae feriae concedantur, et de Kalendis Augusti usque in X. Kalend. Septembris agendarum causarum licentia tribuatur. A X. autem Kalend. Septemb. usque in Idus Octobr. vindemiales feriae concedantur. Dies etiam dominicarum, qui feriati sunt, ab audiendis negotiis vel exigendis debitis sequestramus. Sanctos etiam Paschae dies, id est septem qui antecedunt, et septem qui sequuntur. Nec non et dies natalis domini nostri vel Epiphaniae sine forensi strepitu volumus celebrari. Natalem etiam principis vel initium regni pari reverentia convenit observari.*

[Epit. Aeg.:] Et a die octavo Kalendarum Iuliarum usque in Kalendas Augustas messivae feriae concedantur et a Kalend. August. usque in decimum [b]) Kalend. Septembris agendarum causarum tribuatur licentia. A decimo autem Kalend. Septembris usque in Idus Octobris vindemiales feriae concedantur. Sancto etiam die Paschae nec non et die natalis domini vel Epiphaniae septem qui antecedunt et septem qui sequuntur sine forensi strepitu volumus celebrari [c]).

3. [f]) *Impp. Honorius et Theodosius AA. Ioanni Pf. P. Post alia:* Die Sabbato ac reliquis, sub tempore, quo Iudaei cultus sui reverentiam servant, neminem aut facere aliquid aut ulla ex parte conveniri debere praecipimus: quum fiscalibus commodis et litigiis privatorum constat reliquos dies posse sufficere etc. *Dat. VII. Kal. Aug. Ravenna, DD. NN. Honorio VIII. et Theodosio III. AA. Coss.*

Interpretatio. *Die Sabbati nullum Iudaeorum aut pro fiscali utilitate aut pro quolibet negotio volumus conveniri, quia religionis eorum dies non debet actione aliqua perturbari.*

[Epit. Aeg.:] Ut Iudaei die Sabbato nulla actione perturbentur.

## TITULUS IX. [a]) DE PACTIS ET TRANSACTIONIBUS.

[Epit. Aeg.:] TIT. IX. DE PACTIS ET TRANSACTIONIBUS.

1. [b]) *Impp. Arcadius et Honorius AA. Rufino Pf. P.* Si quis maior annis adversum pacta vel transactiones nullo cogentis imperio, sed libero arbitrio et voluntate confecta putaverit esse veniendum, vel interpellando iudicem, vel supplicando principibus, vel non implendo promissa ea, quae invocato dei omnipotentis nomine, eo auctore, solidaverit, non solum inuratur infamia, verum etiam actione privatus, restituta poena, quae pactis probatur inserta, earum rerum et proprietate careat et emolumento, quod ex pacto vel transactione illa fuerit consecutus. Quae omnia eorum mox commodo deputabuntur, qui intemerata pacti iura servaverint. §. 1. Eos etiam huius litis vel iactura dignos iubemus esse vel munere, qui nomina nostra placitis inserentes, salutem principum confirmationem initarum esse iuraverint pactionum. *Dat. V. Id. Oct. Constantinopoli, Olybrio et Probino Coss.*

Interpretatio. *Si quis post XXV. aetatis suae annum adversus pactionem vel definitionem suam, quam nulla potestate constrictus emisit, sed voluntate propria fecisse dignoscitur, aut interpellare iudices aut potestatum* [c]) *animos contra hoc, quod fecit, precibus adire praesumserit aut implere neglexerit ea, quae sub sacramenti interpositione definitionis* [d]) *suae scriptura testatur: non solum ex hoc facto pronuntietur infamis, sed nec causam ipsam agere permittatur et poenam, quam in pacto constituit, cogatur exsolvere: et quicquid partibus suis per eandem scripturam fuerit deputatum, illis continuo conferatur, qui emissae pactionis definitionem sine aliqua contrarietate servaverint. Illos quoque praecipimus similis poenae conditione constringi, qui dominorum* [e]) *nomina placitis inserentes, definita implere neglexerint: quod illis pro munere conservatae pactionis accrescat, qui sacramenta et definita servaverint.*

[Epit. Aeg.:] Hoc est ut quicunque post vicesimum quintum aetatis suae annum adversus pactionem vel definitionem suam venerit [a]), poenam, quam in pacto promisit, dissolvat et facta perdurent.

## TITULUS X. [a]) DE POSTULANDO.

[Epit. Aeg.:] TIT. X. DE POSTULANDO.

1. [b]) *Imp. Constantinus A. ad Bassum Pf. P.* Advocatos, qui consceleratis depectionibus suae opis egentes spoliant atque denudant, non iure causae, sed fundorum, pecorum et mancipiorum qualitate rationeque tractata, dum eorum praecipua poscunt coacta sibi pactione transscribi, ab honestorum coetu iudiciorumque conspectu segregari praecipimus. *PP. VIII. Id. Mart. Constantinopoli, Constantino A. VIII. et Constantio Caes. Coss.*

e) c. 2. C. Th. *c.* 19. De interpr. cf. L. R. B. tit. XI. L. Vis. II, 1, 10. Cf. Savigny, Witte, Biener ll. cc. et praef. huius libr. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 12, 14—16, 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 21, 31, 35, 36, 42, 45; inscr. et textus in codd. 22—24, 27, 37—40, 45[a]; textus et subscr. in codd. 26, 28, 43; solus textus om. in codd. 19, 25, 29, 30, 32, 34. In interpr. alia mutata, alia addita sunt. f) c. 3. C. Th. *c.* 26. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 12, 14—16, 18; omnia desunt in cod. 19; omnia praeter interpr. in codd. 31, 35, 36; inscr. et textus in codd. 21—24, 27, 38—40, 45[a]; textus et subscr. in codd. 26, 28, 37; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32, 34.

a) Tit. IX. C. Th. *Tit. IX.* 19 *Tit. VI.* Vid. tit. II. not. *a.* In C. Th. hic tit. tres complectitur constitt. b) c. 1. C. Th. *c.* 3. Form. Goldast. n. 31. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 12, 14—16, 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—24, 27, 37—40, 45[a]; textus et subscr. in codd. 19, 26, 28, 31, 35, 36; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32, 34. Ad interpret. cf. Form. Sirm. 25. c) i. e. magistratuum. Cf. infra interpr. ad II, 13, 1. d) Hoc add. interpr. e) i. e. regum.

a) Tit. X. C. Th. *Tit. X.* 19 *Tit. XII.* Vid. tit. II. not. *a.* Quot constitutiones huius tit. in C. Th. fuerint, ignoratur, sex autem supersunt in rec. edd. b) c. 1. C. Th. *c.* 4? Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 12, 14—16, 18; omnia praeter interpr. des. in cod. 42; inscr. et textus in codd. 21—24, 27, 37—40, 45[a]; textus et subscr. in codd. 26, 28, 31, 35, 36; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32, 34; sola interpr. in cod. 19.

[Epit. Aeg. notes:] b) Aeg. *a calèn. augustas usque in decimo.* c) In cod. 52 add. *In libro IX capit. XXV inuenies de XL,* §.

a) Vid. explan. tit.

| EPIT. SUPPL. LAT. 215. | EPIT. GUELPH. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|
| VIIII. ITEM DE FERIIS. Causae*) per anni spatium omnibus diebus audiantur praeter quod natalis domini, epiphania, paschales dies septem qui antecedunt, septem qui sequuntur, natale principis, initium regni, sed et ab octavo Kal. Iul. usque in Kal. Aug. messivae feriae concedantur et a Kal. Aug. usque in X. Kal. Sept., a X. autem Kal. Sept. usque in Idus Oct. vindemiales feriae concedantur. | II. Quibus diebus de negucia. et exaccionibus dentur Id est messive et vindimiales. dies scē pasce. hoc est XV natalis. domini et ephefania. Natale princepis. et dies domini carm agendarm vel exaccionum. causa removeri. | *De Remissione Temporum.* Causas per anni spatium omnibus diebus audire praecipimus et licet lex quatuor menses ad fruges colligendas indulserit, sed ita provinciarum qualitate et pro praesentia dominorum credidimus faciendum, ut ab VIII. Kal. Iulii usque in Kal. Aug. messivae feriae concedantur et a Kal. Aug. usque in X. Kal. Sept. causas liceat audire et a X. Kal. Sept. usque in Id. Oct. vindemiales feriae concedantur. Dies vero dominicos ab audiendis causis vel exigendis debitis sequestramus. Sanctos etiam Paschae dies VII qui antecedunt et VII qui sequuntur et dies natalis domini vel Epiphaniae sine forensi strepitu volumus celebrari. Natale etiam principis vel initium regni convenit observari. | |
| Dies sabbatorum iudaeis feriati habeantur. | II' Iudei. cum in observacionem sua feriatus abiant dies. non tenendi. | *De Sabbato Iudaeorum.* Die Sabbati nullus Iudaeorum aut pro fiscali aut pro quolibet negotio volumus convenire neque perturbari[c]). | |
| TIT. X. DE PACTIS ET TRANSACTIONIBUS. | VIIII DE PACIIS ET TRANSACCIONIBUS. pl. I· ꝛ I· Ƚ II[a]) ꝛ XXXII Ƚ. II.[b]) | [a])VIII. DE PACTIS ET TRANSACTIONIBUS. | VIII. DE PACTIS ET TRANSACTIONIB; |
| Ut post XXV. aetatis suae annum nullus contra pactum et definitionem suam agere praesumat; quod si fecerit multam statutam[a]) sustineat taliter agat, qui se poenam a dominorum iurando constrinxerit[b]). | ·I· Que maior annis paciscitur. nulla racionem. per sese rescindi quod si temtaverit. infamis. effectus parti instituta. servanti conferat que pactus. ē. | Si quis post viginti quinque annos aetatis suae adversus pactionem vel definitionem suam, quam nulla potestate cogente emisit, venire tentaverit aut implere neglexerit ea, quae sub sacramenti interpositione scriptura testatur, causam perdat, et poenam, quam in pacto constituit, exsolvat et quicquid partibus suis per eandem scripturam fuerit deputatum, illis conferatur, qui emissae pactionis definitionem sine aliqua contrarietate servaverint.<br>*De Eis Qui Dominorum Nomina Coniurant.* Illos quoque simul poena constringat, qui dominorum nomina coniurant et negligunt et illis pro munere conservationis accrescat, qui definita servaverint. [b]) *Dat. V. Id. Oct. Olibrio et Provino Conss.* | Imp̄. archadius. data V id̄ otub. *Intp̄.* Minorib; etatib; post XXV. annis[a]) qualecūq: carta aut conveniencia[b]) firmaverint si postea se exinde inmutare voluerint nullā exinde habeant potestatē et de qualecūque causa qui fecit et contra sua conveniencia agere voluerint infamia deputetur et ipsa causa agendi in antē ñ habeat potestatē et pena quē[c]) in ipso pactu posuit solvat similiī et illi qui sacramenta dant p nomina dominorū suorū et ipsa sacramīta minime custodiunt sic̄ superius de minorib; diximus simili racionē custodiunt[d]). |
| TIT. XI. DE POSTULANDO. | X. DE POSTOLANDO. | [a])X. DE POSTULANDO. DE ADVOCATIS. | X. DE POSTULANDUM. |

*) Cod. *causas.*
a) Cod. *multa statuta.* b) Haec confusa sunt.

a) Paul. I, 1. b) An C. Th. II, 33, 2 s. 3?

c) 63, 64 add. hanc subscript. *Dā VII id̄ ag̃ Timasio et Promoto conss.*, quae est c. 2 h. t. Leg. *nullum — conveniri.*
a) 63, 64 *Arcad. Honōr aā de P. et T.* b) Subscript. deest in 62. 64 om. *V.*
a) 63, 64 *Constante āa X De* etc.

a) Ita 66. 65 *annum.* 67 *añ.* b) 65 *concenientiam.* 67 *convencionē — suā conveniencīā a. voluerit.* c) Ita 66. 65 *quem.* 67 *quā.* 67 *pacto.* d) 65 et 67 *custodiant.*

LEX ROM. VISIGOTH. | EPIT. AEG. | EPIT. SUPPL. LAT. 215.

INTERPRETATIO. *Advocati, id est causas agentes, qui per iniquam cupiditatem susceptos, quorum causas acturi sunt, prius cogunt de rebus suis taliter scriptura intercedente pacisci, ut omnia, quae meliora sunt in agris aut in mancipiis aut in pecoribus, ad eos sub promissa defensione perveniant, et ideo qui tam scelerati in eos, quibus patrocinium promittunt, fuerint deprehensi, et a conventu honestorum virorum et iudiciorum communione praecipimus segregari.*

[EPIT. AEG.] Si advocatus in causa suscepta iniqua cupiditate fuerit repertus, a conventu honestorum[a]) et a iudiciorum communione separetur et videat, ne[b]) iudicis et assertoris personam accipiat[c]).

[EPIT. SUPPL.] A. Advocati, qui fraudulenter iniquum mandatum eliciunt a conventu honestorum virorum et a iudiciorum communione reddantur extranei.

2.[c]) *Impp. Valentinianus et Valens AA. Olybrio Pf. U.* Quisquis vult esse causidicus, ipsam solam sumat in causas agendo personam, nec idem in eodem negotio defensor sit et quaesitor, quoniam aliquem inter arbitros et patronos oportet esse delectum. *Acc. XII. Kal. Sept. ipsis AA. Coss.*

INTERPRETATIO. *Quicunque causas suscipere vel agere voluerit alienas, hoc sibi noverit vindicandum, ne velit in eo negotio, quod susceperit, et iudicis et assertoris habere personam.*

[EPIT. SUPPL.] B. Quod amplius advocatus non praesumat agere, nisi quantum ei per mandatum videtur esse commissum.

3.[d]) *Impp. Honorius et Theodosius AA. Eustathio Pf. P.* [De re necessaria ad locum.] Altero beneficio non solum per forum tuae magnitudinis, sed in universis iudiciis valituro, ut filiifamilias, quicquid ex huiuscemodi professione vel ipsius occasione conquisierint, id post patris obitum praecipuum, veluti peculium castrense, proprio dominio valeant vindicare: sub tali forma, quam militantibus, ex iure procinctis, cinguli praerogativa detulit. *Dat. X. Kal. April. Constantinopoli, DD. NN. Honorio XIII. et Theodosio X. AA. Coss.*

INTERPRETATIO. *Quicquid vivo patre filius advocatus de causarum susceptione acquisierit, sibi noverit vindicandum, sicut castrense peculium, quod in armis constituti filii probantur acquirere vel illi, qui iudiciariam vivis parentibus meruerint potestatem*[e]).

[EPIT. SUPPL.] C. Quicquid vivo patre filius de susceptione causarum quaesierit, sibi noverit vindicandum.

## TITULUS XI.[a])

# DE ERRORIBUS ADVOCATORUM.

[EPIT. AEG.] TIT. XI. DE ERRORIBUS ADVOCATORUM.

[EPIT. SUPPL.] TIT. XII. DE ERRORIBUS ADVOCATORUM.

1.[b]) *Imp. Constantinus A. Furio Felici.* Advocatorum errores in competenti iudicio litigatoribus non praeiudicant. *Dat. V. Kal. Aug. Constantino A. VI. et Constantino Caes. Coss.*

INTERPRETATIO. *Advocatus, si in suscepti causa aliquid in praeiudicium per errorem dixerit, praeiudicare ei, a quo adhibitus est, nullatenus debet: si*[c]) *continuo de ipso errore fuerit reclamatum.*

[EPIT. AEG.] Advocatorum errores non praeiudicant ei, qui adhibuit, si continuo fuerit reclamatum.

[EPIT. SUPPL.] Advocatus si in causa per errorem aliquid dixerit, et statim de ipso errore fuerit reclamatum, ei, qui illum elegit*), non noceat.

## TITULUS XII.[a])

# DE COGNITORIBUS ET PROCURATORIBUS.

[EPIT. AEG.] TIT. XII. DE COGNITORIBUS ET PROCURATORIBUS.

[EPIT. SUPPL.] TIT. XIII. DE COGNITORIBUS ET PROCURATORIBUS.

1.[b]) *Imp. Iulianus A. Secundo Pf. P.* Nulla dubitatio est, post causam in iudicio publicatam, utpote dominum litis procuratorem effectum, etiam post excessum eius, qui defensionem mandaverat, posse inchoatam litem iurgiumque finire: quippe quum et procuratorem posse eum instituere et ad heredes suos inchoata transmittere, veteres iuris voluerunt conditores. *Lecta apud acta prid. Non. Febr. Iuliano A. IV. et Sallustio Coss.*

c) c. 2. C. Th. *c.* 5? Integra cum interpr. est in codd. 4—9, 12, 16, 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 31, 35—37, 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—24, 38—40, 45ᵃ; textus et subscr. in codd. 26, 28; textus, subscr. et interpr. in cod. 32 et ponitur subscr. et interpr. c. seq.; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 34; sola subscr. in codd. 1, 2 (in quo cod. add. a sec. m.), 14, 15; sola interpr. in cod. 19. W. in C. Th. pro hac c. recepit pleniorem c. 6 Cod. Iust. de Postul. (II, 6). Illam enim a Visigothis truncatam esse, praeter formulam subscriptionis: *ipsis AA. Coss.*, in C. Th. non usitatam, tota eius forma ostendit et c. 6 Cod. Iust. cit. Cf. Haenel ad C. Th. c. 5 h. t. not. sup. d) c. 3. C. Th. *c.* 6? Hanc c. truncatam esse perspicitur ex vv. *De re n. ad locum.* Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 12, 14—16, 18, 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 31, 36, 37, 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—23, 32, 33, 38—40, 45ᵃ; textus et subscr. in codd. 26, 28, 35; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 34. e) 12 add. *requirendis Novellis similium.* Go. probantur extrema interpr. vv.

a) Tit. XI. C. Th. *Tit. XI?* 19 *Tit. XIII.* b) c. 1. C. Th. *c. un.?* Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 12, 15, 16, 18, 19; omnia praeter interpr. des. in cod. 42; inscr. et textus in codd. 21—24, 27, 37—40, 45ᵃ; textus et subscr. in codd. 26, 28, 31, 35, 36; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32, 34; sola subscr. in cod. 14. c) Haec aliunde sumsit interpres.

a) Tit. XII. C. Th. *Tit. XII?* 19 *Tit. XIIII.* b) c. 1. C. Th. *c.* 1? L. Vis. II, 3, 8. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 12, 14, 15, 16, 18, sed de cod. 16 vid. infra not. *c*; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—24, 27, 38—40, 45ᵃ; textus et subscr. in codd. 26, 28, 31, 35, 36; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32, 34, 37; sola interpr. in cod. 19.

[EPIT. AEG.] a) Nonn. codd. om. *honestorum.* b) Seqq. sunt ex int. c. 2. c) Ben. Lev. III, 157. Ivo, Decr. XVI, 355. c. 3 h. t. om.

[EPIT. SUPPL.] *) Cod. *pro errorem — illus elegit.*

EPIT. GUELPH.

Id est de advocatis. qui susceptus. p. paccionem. decipiunt. qui in tali. re fuerint deprehinsi a comunionem honestarum. iudicum segregandi.

EPIT. MONACHI.

Advocati, qui per iniquam cupiditatem, quorum causas acturi sunt, prius cogunt de rebus suis scriptura intercedente pacisci, ut[b]) quae meliora sunt ad eos perveniant, qui in tale scelus fuerint deprehensi, a conventu honestorum hominum et iudiciorum praecepimus segregari et infamia eos notari.

EPIT. S. GALL.

Imp̃ cons̃ data. VIII id̃. mar̃ *Intp̃.* plures sunt qui in suas causas qd̃ ipse agere non possunt advocatus inquir̃ qui suas causas[a]) agant ipsi vero advocati p iniqua cupiditatẽ de eorum res cuius causam agent qui[b]) ipsi p meliorẽ rẽ habent aut de tris̃ aut de mancipiis cartam ad eos querut si[c]) ipsi ipsa causa ante iudicẽ vendicant p mala cobiditate ipsius qui in suas causas eos habere voluerint dãnant se secundũ legẽ nec hoc qd̃ eos quesier̃ habere debent nec int̃ bonus homines nec int̃ alius iudices locũ habere non debent[d]).

II. Causedicum non posse et adsertorem esse et iudicem ·.· TL II ʔ III[a]).

*Qui Causas Suscipit Alienas.* Quicunque causas suscipit alienas, non liceat ei in eodem negotio et iudicis et assertoris habere personam.

III Filius qui vivo patrem. dum advocacionem adquerit sibi adquerit ≡ TL' I. ʔ XI. Ł I.[b])

*Quod Filius Vindicet.*[c]) Quicquid vivo patre filius advocatus de causarum susceptione acquisierit, sibi vindicet sicut castrense peculium, quod[d]) in armis acquisierit et velut illi, qui iudiciariam vivis parentibus meruerint potestatem.[e]) *Dat. X. Kal. April. D. N. Honorio XIII. et Theod. X. A. Conss.*

*It̃ alia Intp̃.* Si cuiuscũq; filius antequã mancipatus sit[e]) in suã causã eũ aliquis advocatum mittere voluerit et exinde aliqd̃ adquirere potuerint ipsũ modo suis iurib; vindicent[f]) qualit̃ et hoc vendicare potẽ qd̃ in armis hoc ẽ in oste adquirere potuerit nam alia causa qd̃ adquisierit[g]) aut habuerit omnia in potestate patris pmanebit.

*It̃ alia*[h]). De firiis. *Intp.* Causas in annis spacio om̃ dies secundum legem directum iudicare p̃cipimus nisi tantũ quat̃ menses ad fructus coligendus[i]) indulsimus hoc ẽ a die VIII kãl iulias. usque in kãl aug̃ messive[k]) ferie sunt et da kãl. augustas. usq; in X. kãl sep̃mb ad agendas causas licenciã damus. ad X. kal. sep̃br. usque in id̃. octũb. vindimie fieri[l]) concedimꝰ nã diem scm̃ dominicũ et scs̃ dies pascae. id ẽ VII.[m]) ante ea et VII qui secuntur. et die natales dnĩ vel epifania et natales principum vel iniciũ regni. hec dies sine om̃ causacionis celebrare precipimus[n]).

XI DE ERRORIBUS ADVOCATORUM.

DE ERRORIBUS ADVOCATORUM XI.

XI DE ERRORIB; ADVOCATORŨ.

I. Si per errorem. in preiudicia cause suscepte locutus fuerit. mandatori nihil p̃iudicat. PL. V. ʔ XXVII Ł VI[a]) Gaii XVI [b]) GR̃ II.[c])

Advocatus si aliquid per errorem praeiudicium in causa dixerit, praeiudicare ei, a quo adhibitus est, non debet, si continuo de ipso errore fuerit reclamatum. *Dat. V. Kal. Aug. Cõnst. A. et Cõnstio Cons.**)

Imp̃. cons̃. data. V. kãl aũg. *Intp̃.*[a]) Quicũq: homo ingenuus ante iudicem causã de sua[b]) erede agere potẽ si ipse suus heres hoc eum amittere voluerit. postea de ipsa causa nec iudex nec ipse contra quẽ causationẽ habet deiectare eum non potẽ set in quantũ[c]) melius potẽ causa de erede suo agat.[d])

DE COGNITORIBUS ET PROCURATORIBUS, L ʔ VIIII[a]) pl. I ʔ II III IIII Ł· I. L II ʔ XV.[b])

[a]) DE COGNITORIBUS ET PROCURATORIBUS XII.

---

a) C. Th. II, 2. b) C. Th. I, 11 (12), 1.

a et b) Incert. num. An Gaii tit. XVII. (s. XVI.) in f.? c) C. Gr. tit. I.

a) An huius lib. tit. X? b) Paul. I. tit. 2, 3, 4. §. 1 et II, 15.

b) Codd. *scripturam — vet.* c) 62 in m. *Quicquid filius *aut in eas trans in armis adquisier̃.* d) 62, 63 *aut.* e) Subscript. deest in 62, 64.

*) Subscript. deest in 62.

a) 63, 64 *Iuliañ ã XII De* etc.

a) 65 *causas suas — cupiditate.* 65 et 67 *advocatos* pro *advocatus.* b) 65 *quia.* 67 *qd̃ ipso.* c) 65 *si ut.* Supra *cartas.* 67 *ipsã causã.* d) 65 om. *non.* 67 *debeant.* Uterque *bonos — alios.* c. 2 deest. e) Ita 65. 66 *sed,* 67 *est* et 65 add. *si.* f) 65 *ipso — vindicet.* g) 67 *adq̃rere potuerit.* h) 65 add. *intpr.* Quae sequuntur ex c. 2 tit. VIII. de Feriis sumta sunt. i) 65 *anni spatium — fructos colendos indulgimus.* 67 *fructos coligendos.* k) 65 *mensesice* et ann. Canc. „hoc est: *messivae.*“ l) 67 *ferias.* m) 65 *octo ante ea et octo.* Ceterum *die sancto dominico — dies natalis — natalis — causationes.* n) 66 *p̃cimus.* 67 *precepim.*

a) Huius tit. c. deest. Quae sequitur, huc non pertinet, sed ex interpr. c. 1 seq. tit. de Cognitoribus sumta videtur esse. In seqq. etiam ordo Breviar. turbatus est, sed pono omnia, ut in codd. leguntur. Vid. not. *a* tit. seq. b) 65 *suo.* c) 66 duplicat vv. *set in quantum.* d) c. 2 om.

LEX ROM. VISIGOTH.

INTERPRETATIO. *Qui dominus et procurator de cuiuslibet rei petitione fuerit institutus et susceptam litem vivo mandatore per actionem repetendo fuerit*[c]) *contestatus, etiamsi ille, qui ei mandatum tale fecerat, de hac luce discedat, liceat ei rem, quam repetendam susceperat, sibimet ipsi defensare et alium procuratorem in hac causa, si voluerit, qui repetat, ut dominus ordinare atque actionem ad heredes suos successoresque transmittere: quia sicut in rebus, quae possidentur, procuratores tantum adversus pulsantes nec non et domini possunt firmiter ordinari, ita in rebus, quae repetuntur, dominos procuratoresque facere is, qui pulsat ac repetit, iure permittitur.* [d]) *Solum est, ut mandatum ad vicem donationis factum, actis habeatur insertum.*

2.[e]) *Impp. Valentinianus et Valens AA. Sallustio Pf. P.* Commune negotium et quibusdam absentibus agi potest, si praesentes rem ratam dominum habiturum cavere parati sunt, vel si, quod ab his petitur, iudicatum solvi satisdatione firmaverint. *PP. VI. Id. Dec. Divo Ioviano et Varroniano Coss.*

INTERPRETATIO. *Communes causas absentibus consortibus alii consortes agere possunt, si illi, qui praesentes fuerint, caveant acceptum esse illis, qui absentes sunt, quicquid fuerit iudicatum, aut in praesenti fideiussorem dederint, ut omnia, quae definita fuerint, implere non differant.*

3.[f]) *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Pancratio Pf. U.* In principio quaestionis persona debet inquiri, et utrum ad agendum negotium mandato utatur accepto. Quibus rite et solenniter constitutis, potest esse sententia: praeteritis autem his, nec dici controversiae solent, nec potest esse iudicium etc. *Dat. prid. Non. April. Constantinopoli, Antonio et Syagrio Coss.*

INTERPRETATIO. *Quum primum ad iudicem causa fuerit intromissa, personarum firmitas*[g]) *requiratur, ut is, qui causam alterius prosequitur, mandatum eius, cuius causam agendam susceperat, proferre procuret.*

4.[h]) *Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius AAA. Victorio Proconsuli Asiae.* Procurator, licet maritus sit, id solum exsequi debet, quod procuratio emissa praescripserit. *Dat. V. Kal. Iul. Theodosio A. III. et Abundantio V. C. Coss.*

INTERPRETATIO. *Qui uxoris suae negotium fuerit prosecutus, quamvis maritus sit, nihil aliud agat, nisi quod ei agendum per mandatum illa commiserit.*

5.[i]) *Iidem AAA. Rufino Pf. P.* Nullo pacto feminae aut amplius, quam sibi competit, agere aut pro aliis possunt intervenire personis. *Dat. IV. Kal. Oct. Constantinopoli, Theodosio A. III. et Abundantio V. C. Coss.*

INTERPRETATIO. *Nulla ratione feminae amplius quam suas agendi causas habeant potestatem: nec alicuius causam a se noverint prosequendam.*

6.[k]) *Impp. Arcadius et Honorius AA. Andromacho Pf. U. Post alia:* Nemo militantium fiat susceptor defensorve causarum, nec ad cognitionem alieni iurgii suffragator accedat etc. *Dat. prid. Non. Iul. Mediolano, Olybrio et Probino Coss.*

INTERPRETATIO. *Militantes non permittuntur legibus lites suscipere alienas, nec procuratores fieri possunt.*

7.[l]) *Imp. Theodosius A. et Valentinianus Caes. Asclepiodoto Pf. P.* Si lite contestata procuratorem vel cognitorem, qui litis minister est ordinatus, mori contigerit, minime eius quaerantur heredes, ne supervacua domino causae laboris occasio protendatur, sed statim ad eum migrent omnes, qui dominus causae fuerat, actiones. Et successoribus procuratoris nulla super eo petitio relinquatur, nisi tantum expensarum nomine vel factorum litis causa sumtuum. Nec sane videtur incongruum cognitori, quum manifestum sit, si cognitor vel praesentis procurator usus fuerit in iudicio prosperiore fortuna, vel eadem non flante devictus, iudicati actionem sine ulla cunctatione in dominum dari vel domino. Et haec quidem in actoris persona de litis ministro edixisse sufficiat; ceterum in rei quoque idem licere, non dubium est, quamvis abunde legum veterum observatione munita sit, quae, si in rem quoque suam cognitor vel procurator quis fuerit ordinatus, simili modo nihil novi requirere patiuntur etc. *Dat. XVIII. Kal. Dec. Constantinopoli, Victore V. C. Cos.*

INTERPRETATIO[m]). *Procurator est, cui per mandatum causa committitur. Cognitor est, cui sine mandato causam suam agendam praesens praesente iudice litigator iniungit. Si procurator aut cognitor tantummodo, non dominus et procurator effectus, post litem contestatam quolibet casu de hac*

c) Des. duo fol. cod. 16. d) Seqq. add. sunt legi. e) c. 2. C. Th. *c.* 2? Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 12, 14, 15, 18, 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 31, 35, 36; inscr. et textus in codd. 21—24, 27, 37—40, 45a; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32. In cod. 34 praeter inscr., subscr. et interpr. est textus usque ad vv. *agi potest.* f) c. 3. C. Th. *c.* 3? L. Vis. II, 3, 2. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 12, 14, 15, 18, 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 31, 35, 36, 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—24, 27, 37—40, 45a; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 34. In cod. 32 integra quidem est, sed textu mutilo. g) Lex *utrum—accepto.* h) c. 4. C. Th. *c.* 4? Interpr. transiit in Form. Sirm. 20. Cf. etiam L. Vis. II, 3, 6. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 12, 14, 15, 18, 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 31, 35, 36, 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—24, 27, 37—40, 45a; textus et subscr. in codd. 26, 28, 32; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 34. i) c. 5. C. Th. *c.* 5? L. Vis. II, 3, 6. Interpr. est ap. Regin. II, 174 et in Conc. Nannet. c. 8. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 12, 14, 15, 18, 32; omnia praeter interpr. des. in codd. 28, 31, 35, 36, 42; inscr. et textus in codd. 21—24, 37—40, 45a; textus et subscr. in codd. 26, 27; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 34; sola interpr. in cod. 19. k) c. 6. C. Th. *c.* 6? Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 12, 14, 15, 18, 27, 32; omnia praeter interpr. des. in codd. 31, 35, 36; inscr. et textus in codd. 21—24, 37—40, 45a; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 34; sola interpr. in cod. 19. l) c. 7. C. Th. *c.* 7? Cf. L. Vis. II, 3, 8. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 12, 14, 15, 18, 19, 27, 31, 32; omnia praeter interpr. des. in codd. 35, 36, 45; inscr. et textus in codd. 21—24, 37—40, 45a; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus in codd. 25, 29, 30, 34. Hanc c. a Visigothis deformatam esse W. opinatur, a quo dissentio. m) Explicationem vv. *procurator* et *cognitor* interpres aliunde hausit. In cod. 31 inter const. eiusque interpr. haec add.: *Int. Si procurator aut cognitor post litem contestatam perierit ad su | um nihil transmittit heredem, nisi tantum sumptuum re | petione* (l. *repetitionem*). *Lis vero ad mandatorem redit praesentis procuratore victo | vel vicente in dominum vel domino tribui actionem idē et in possessoris | procuratoris servandum, si in rem suam factus sit procurator.*

EPIT. AEG.

Cognitor est, cui sine mandato causam suam agendam praesens praesente iudice litigator iniungit. Procurator est, cui per mandatum causa committitur[a]). Si quis dominus et procurator fuerit institutus et ille, qui tale mandatum fecit, ab hac luce discesserit, liceat ei qui repetit rem vindicare et ad heredes successoresque eam transmittere.

Ut absentibus consortibus illi, qui praesentes sunt, cum consensu propinquorum[b]) et definitione communes causas agere possint[c]).

In principio causarum firmitas personarum requiratur et qui mandatum habet, ipsum proferre procuret.

Ut viri sine mandato de rebus uxoris suae nihil agere possint.

Ut alterius negotia suscipere feminae non praesumant.

Militantes non permittuntur causas suscipere alienas.

Ut exitus rei iudicatae in dominum respiciat[d]), non in actorem[e]).

a) Haec ex interpret. c. 7 h. tit. sumta sunt. b) i. e. praesentium. c) Multi codd. et Aeg. *possunt.* d) Aeg., plerique codd. *respicit.* e) Plerique codd. *auctorem.*

| EPIT. SUPPL. LAT. 215. | EPIT. GUELPH. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|
| A. Qui dominus et procurator per[a]) mandatum fuerit institutus et vivo mandatore causam exsequi coeperit, illo mortuo, qui mandavit, potest procuratorem et successorem ut dominus ordinare, et rem sibi metu indicare[b]) et ad suum heredem transmittere, tantum ut mandatum actis habuerunt[c]) insertum. | Qui dominus et procuratur. instituitur. eciam mortuo auctore accion̄[c]) potest agere. et in alio si voluerit mandatū facere potest si auctores mandatū gestis fuerit. allegatū; pl V ꝛ I Ł V[d]) ꝛ XXX Ł V. II.[e]) G III L XVI.[f]) | Qui dominus et procurator fuerit institutus et vivo mandatore causa in iudicio publicata fuerit, etiamsi ille, qui ei mandatum fecerit, de hac luce discedat, possit inchoatam litem finire, et alium procuratorem si voluerit posse instituere et ad heredes suos inchoatam[b]) litem transmittere. Solum est, ut mandatum ad vicem donationis factum hactenus habeatur insertum. | |
| B. Communes causas absentibus consortibus alii consortes agere possunt, si fideiussorem dederint, ut omnia, quae apud ipsos definita fuerint, transacta permaneant. | II Absentū negucia per consortem. agi posse. ꝛ V.[g]) | *De Communibus Causis.* Communes causas absentibus consortibus alii consortes agere possunt, si in praesenti fideiussorem dederint, ut omnia, quae definita fuerint, implere non differant. | |
| C. Quum primum a iudice causa fuerit intromissa personarum firmitas requiratur; inde mandatum in praesentia proferatur. | III Cause edico in principio. neguci. mandatū requirendū. | *De Causa Ante Iudicem Prolata.* Quum primum ad iudicem causa fuerit intromissa, personarum firmitas requiratur, ut is, qui causas alterius prosequitur, mandatum proferat. | *Ĩt. alia Intp̃.* Quicūq; causā alterius menare[e]) voluerit inprimis in ipsa causa eius ꝑsona requirat̄ si ingenuus ē aut non postea vero cuius causa minare voluerit ipsius mandatum p̃sentet cuius causā menat[f]) et sic incausationē intret.[g]) |
| D. Nihil aliud in causa uxoris suae maritus agat, nisi quod agendum ei per[d]) mandatum illa commiserit. | IIII Mandatum uxoris nec marito egredi licere nisi quod iniunctum est. | *De Procuratore.* Procurator licet maritus sit, id solum exsequi debet, quod ei ad agendum per mandatum permissum est[c]). | |
| E. Ut alterius causam feminae suscipere non praesumant. | Femine causā alterius. suscepere non licere. | *De Feminis.* Nullius causam femina nisi suam tantum prosequi permittatur. | |
| F. Ne militans ad agendum causam suscipiat alienam[e]). | VI Militari vero causam per mandatum. suscepere non per missum. | *De Militibus*[d]). Militantes non permittantur lites suscipere alienas, nec procuratores fiant. | *Ĩt alia. Intp̃.* Militē non ꝓmittitur nec advocatus[h]) nec ꝓcuratores in causas aliorum fieri non possunt. |
| | | | [a])XII DE COGNITURIB; ET ꝒCURATORIB; |
| G. Procurator est, cui per mandatum causa committitur. Cognitor est cui causa praesente iudice commendatur. Quodsi procurator aut cognitor tantummodo non dominus et procurator fuerit | VII Finem. cause ad mandatorem reddere, NL II ꝛ XII[h]) Pl' II. ꝛ XVIII L XII.[i]) | *De Procuratore Et Cognitore.* Procurator est, cui per mandatum causa committitur. Cognitor est, cui sine mandato praesens ad praesentem coram iudice causa committitur.<br>*De Procuratore Mortuo.* Si procurator aut cognitor post litem contestatam de hac luce discesserit, de causa ipsa nihil ad ipsum pertinebit heredem nisi tantum expensarum | Imp̃. Iulianus data. II. nn̄. febr̄. *Intp̃.* Ꝓcuratur ē cui causā p mandatum cummitt' cognitor ē cui sine mandato causa sua ad agendū p̃sente iudicē. ille qui causā habet et alterū hominē commendat si forsitan cognit̄ et ꝓcurat̄ mortui fuerint ipsa causa ipse homo in dinuo[b]) agat ad quē |

a) Cod. *pro* et mox *procurator.* b) Ita codex. Leg. *rem sibimet vindicare.* c) Cod. *habierunt.* d) Cod. *pro.* e) Cod. *agendam — alienum.*

c) Post n̄ add. *s.* d) Paul. V, 1, 5. e) Num. incerti; an huius libri tit. XXX. l. 2? f) Inc. num. An C. Gr. tit. VI. c. ult.? g) Huius lib. tit. V. h) Nov. Val. tit. XII. i) Paul. II, 18 in f.

b) 62, 63 *incoatum.* c) Ex lege et interpret. sententia haec composita est. d) 62 om. h. vv., sed add. post *suscipere.*

e) 65 *causa alt. minare.* f) Ita 67. 65 *causa minat.* 66 *cuius cominat.* g) c. 4, 5 desunt. h) 65 *Milites non permittitur — advocatos.*

a) Nunc demum sequitur rubrica h. t., quasi antecedentes tres sententiae ad tit. de Errorib. advocatorum pertineant. — 67 *De cognicionibus.* b) 65, 67 *denuo.* Supra 65 *Procurator — causa — sine mandatum — agendo — altero homine.*

*luce discesserit, de mandato sibi negotio ad suum nihil transmittit heredem: nisi tantum sumtuum vel expensarum repetitionem, quam auctorem suum in suscepta causa fecisse probaverit: lis vero ad mandatorem redit. Si praesentis procurator vincatur aut vincat, in dominum vel domino, non in procuratorem vel procuratori actio tribuetur iudicati. Idem est et in pulsati possessoris procuratore servandum, si aut vincatur aut vincat. Et si in rem suam quis factus fuerit dominus et procurator, et procuratorem ipse pro sua utilitate iam fecerit, similiter exitus rei iudicatae dominum respiciet, non actorem*[n]).

## TITULUS XIII.[a])
## DE ACTIONIBUS AD POTENTES TRANSLATIS.

1.[b]) *Impp. Honorius et Theodosius AA. Ioanni Pf. P. Post alia:* Si cuiuscunque modi cautiones ad potentum fuerint delatae personas, debiti creditores iactura mulctentur. Aperta enim credentium videtur esse voracitas, qui alios actionum suarum redimunt exactores etc. *Dat. V. Id. Iul. Ravenna, DD. NN. Honorio XIII. et Theodosio X. AA. Coss.*

INTERPRETATIO. *Qui cautiones exigendas potentibus dederint, omne debitum perdant: quia, ubi potest esse repetitio, potestas*[c]) *ad exigendum non debet a creditoribus invitari.*

EPIT. AEG.: TIT. XIII. DE ACTIONIBUS AD POTENTES TRANSLATIS.

Hoc est, ut qui cautiones exigendas potentibus dederint*), omne debitum perdant.

## TITULUS XIV.[a])
## DE HIS, QUI POTENTIORUM NOMINA IN LITE PRAETENDUNT AUT TITULOS PRAEDIIS AFFIGUNT.

1.[b]) *Impp. Arcadius et Honorius AA. Messalae Pf. P.* Animadvertimus, plurimos iniustarum desperatione causarum potentium titulos et clarissimae privilegia dignitatis his, a quibus in ius vocantur, opponere. Ac ne in fraudem legum adversariorumque terrorem his nominibus abutantur et titulis, qui huiusmodi dolo scientes connivent, afficiendi sunt publicae sententiae nota. Quod si nullum in hac parte consensum praebuerint, ut libelli aut tituli eorum nominibus aedibus affigantur alienis, eatenus in eos, qui fecerint, vindicetur, ut, affecti plumbo, perpetuis metallorum suppliciis deputentur. Quisquis igitur lite pulsatus, quum ipse et rei sit possessor et iuris, et titulum illatae solenniter pulsationis exceperit, contradictoriis libellis aut titulis alterius nomen crediderit inserendum, eius possessionis aut causae, quam sub hac fraude aut retinere aut evitare tentaverit, amissione mulctetur, nec repetendae actionis, etiamsi ei vel probabilis negotii merita suffragantur, habeat facultatem. Eos sane, qui se sponte alienis litibus inseri patiuntur, quum his neque proprietas, neque possessio competat, veluti famae suae prodigos et calumniarum redemtores notari oportebit. *Dat. V. Kal. Dec. Mediolano, Stilicone V. C. et Aureliano Coss.*

INTERPRETATIO. *Cognovimus, multos causas*[c]) *suas per potentium personas excusare vel prosequi, ita ut libellos vel titulos eorum nominibus, qui dignitate praeclari sunt, quo facilius terreant possessores*[d]), *in his domibus, quae ab eis repetuntur, affigant, aut certe, si aliquid repetatur, nomine magnorum et clarissimorum virorum prolatis libellis contradictoriis se specialiter excusare. Quod si ex eorum voluntate factum fuerit, quorum nomina libelli testantur, publice debet dignitas eorum pro omni vilitate notari. Illi vero, qui causas suas tali fraude agere praesumserint, plumbatis caesi, in metallum damnati perdurent. Unde quicunque de re conventus, in qua dominus esse dignoscitur, si alterius nomine se voluerit defensare aut alium alterius nomine inquietare praesumserit, causam perdat: et rei, de qua agitur, seu possessionem seu repetitionem*[e]) *amittat, quamvis boni meriti negotium possit habere.*

EPIT. AEG.: TIT. XIV. DE HIS, QUI POTENTIORUM[a]) NOMINA IN LITE PRAETENDUNT VEL TITULOS PRAEDIIS AFFIGUNT.

Quicunque de re, in qua dominus esse dignoscitur, se alterius nomine voluerit defensare, aut alium alterius nomine inquietare[b]) praesumserit, causam perdat et rei, de qua agitur, seu possessionem seu repetitionem amittat, quamvis boni meriti negotium possit habere.

## TITULUS XV.[a]) DE DOLO MALO.

EPIT. AEG.: TIT. XV. DE DOLO MALO.

1.[b]) *Imp. Constantinus A. ad Symmachum V. C.* Optimum duximus, non ex eo die, quo se quisque admissum dolum didicisse memoraverit, neque intra anni utilis tempus, sed potius ex eo die, quo asseritur commissus dolus, intra continuum tempus anni, eis, quibus esse decertandi ius invenitur, eiusmodi actionem

n) Ultima vv. interpr. erronea esse dicit Go.

a) Tit. XIII. C. Th. *Tit. XIII?* In cod. 19 est *Tit. XV.* b) c. 1. C. Th. *c. un.?* L. Vis. II, 2, 9 et II, 3, 9. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 12, 14, 15, 18, 19, 27, 32; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—24, 38—40, 45[a]; textus et subscr. in codd. 26, 28, 31, 35, 36; solus textus in codd. 25, 29, 30, 34, 37. c) i. e. qui potestatem habet.

a) Tit. XIV. C. Th. *Tit. XIV?* Cod. 19 *Tit. XVI.* b) c. 1. C. Th. *c. un.?* Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—7, 9, 12, 14, 15, 18, 32; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 44; inscr. et textus in codd. 21—25, 38—40, 45[a]; textus et subscr. in codd. 26—28, 31, 35, 36; solus textus om. in codd. 29, 30, 34, 37; sola interpr. in codd. 8, 19. c) In v. *causas* desinit prima pars cod. 8. Quarta eiusdem cod. pars incipit in interpr. tit. Comm. div. (II, 25). d) Hic errat interpres. e) Hinc (*petitionem amittat*) pergitur in cod. 16. Vid. supra II, 12, 1 not. *c.*

a) Tit. XV. C. Th. *Tit. XV?* Cod. 19 *Tit. XVII.* In cod. 44 interpr. h. tit. posita est post tit. de Off. iud. civ. (I, 7). b) c. 1. C. Th. *c. un.?* Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—7, 9, 12, 14—16, 18, 32; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 44, 45; inscr. et textus in codd. 21—24, 38—40, 45[a]; textus et subscr. in codd. 26, 28, 31, 35, 36; solus textus om. in codd. 25, 27, 29, 30, 34, 37; sola interpr. in cod. 19.

*) Aeg. *dederunt.*

a) Aeg. *potentum.* b) Aeg. *iniquietare.*

## EPIT. SUPPL. LAT. 215.

institutus et postquam causam agere vel respondere coeperit, de hac luce discesserit, de mandato sibi negotio nihil damni nec potestatis ad suum transmittit heredem; lis vero ad mandatorem redit et sententia iudicati ad mandatorem vel dominum respicit, non ad actorem.

TIT. XIV. DE ACTIONIBUS AD POTENTES TRANSLATIS.

Quicunque cautiones exigendas potentioribus dederint, omne debitum perdant.

TIT. XV. DE HIS, QUI POTENTIORUM NOMINA IN LITE PRAETENDUNT VEL TITULOS PRAEDIIS AFFIGUNT.

Ut nemo per patrocinia potentum possit causam excusando dilatare *). Quod si facere praesumserit, vel causam perdat vel mulctam, si pulsatur, sustineat. Si vero sub potentum nomine titulos vel in repetendis a se domibus vel contra se ab aliis repetitur quid, fixerint, ut facilius tereant possessores aut etiam repetentes aut sub nomine magnorum virorum per libellos contradictorios se conaverint **) excusare, plumbatis caesi in metallum perdurent et si hoc de nomine suo quilibet potens consenserit, eius dignitas pro omni vilitate notetur.

TIT. XVI. DE DOLO MALO.

*) Cod. *delatare.* Infra *multum — contradictorio — pro omne.* **) Not. v. *conaverint.*

## EPIT. GUELPH.

DE ACCIONIBUS XIII *)AD POTENTIS. TRIBUENDAS.

In causam. debita ad potenciorem. non convalendu qui vero fecerint debitum perdant.

XIIII DE HIS QUI POTENCIORUM. NOMINA LITE PRETENDUNT VEL TITOLUS PRAEDIIS ADFIGUNT.

Quod si eorum probatur volontas quorum nominali bella.[a]) testantur. dignitatis honore privati. vilitate notantur et rem ꝑ qua agetur amittant.

DE DOLO MALO Pl. I. ꝛ VIII.[a])

*) In cod. vv. *Ad pot. trib.* cum sententia ipsa coniuncta sunt.

a) i. e. *nomina libelli.*

a) Paul. I, 8.

## EPIT. MONACHI.

repetitionem, quam auctorem suum in suscepta causa fecisse probaverit. Lis vero ad mandatorem redit. *) Si praesens procurator vincatur aut vincat, in dominum vel domino, non in procuratorem vel procuratori actio tribuetur iudicati. Item esse et in pulsati possessoris procuratore servandum, si aut[e]) vincatur aut vincat; in rem suam qui factus fuerit dominus et procurator et procuratorem ipse pro sua utilitate iam fecerit, similiter exitus rei iudicatae dominum respicit et non actorem. *Dat. XVIII. Kal. Dec. Victore V. C. Cons.*[f])

[a]) DE ACTIONIBUS AD POTENTES TRANSLATIS. XIII.

Qui cautiones exigendas potentibus dederint, omne debitum perdant, quia ubi potest esse repetitio, potestas ad exigendum non debet a creditoribus invitari. *Dat. V. Id. Iul. DD. NN. Honorio XIII. et Theod. X. A. Conss.*[b])

[a])XIIII. DE HIS, QUI POTENTORUM NOMINA IN LITE PROTENDUNT VEL TITULOS PRAEDIIS AFFIGUNT.

Si quis titulos nominum potentium in domibus vel praediis, quibus ipsi repetuntur, affigant aut libellis contradictoriis eorum nominibus pro terrore praenotatis, quibus aliquid repetitur, protulerint, si eorum voluntate facti sunt, quorum nomina libelli testantur, dignitas eorum omni vilitate notetur[b]). Illi vero, qui talem fraudem detulerunt, plumbatis caesi in metallo damnati perdurent.

*De Alterius Nomine Se Voluerint Defensare*[c]). Et quicunque de re sua, in qua dominus est, si alterius nomine se voluerit defensare aut alium alterius nomine inquietare praesumserit, causam perdat et rem, de qua agitur, amittat, quamvis iuste videretur habere. *Dat. V. Kal. Dec. Stinonem V. C. Cons.*[d])

[a])XV. DE DOLO MALO.

*) 64 add. *De Procuratore.* e) 63 *sicut* et paullo post 62 *vincat hi rem.* f) Subscr. deest in cod. 62. 64 *VIII* pro *XVIII.*

a) 64 *Honor et Theod. aā XIII De* etc. b) Subscript. deest in 62.

a) 64 *Arcād. Honr XIIII De* etc. b) Ita 63. 64 *omni voluntate notetur* et 62 *omni utilitate fiat.* c) 64 om. *De — Defensare.* d) Subscr. deest in 62.

a) 64 *Constant ā de D. M. XV.*

## EPIT. S. GALL.

legitime ꝑtinet si vero ille mortuus fuerit qui aliū hominē cognitorē aut ꝓcuratorem rogavit in suā causā ipse ꝓcurat' vel cognitur tantum post mortem illius de ipsius rem recipiat. quantū ille ej et ante ea ꝓmisit qui eos in sua causa ꝓcuratorē aut cognitorem recipit[c]).

XIII. DE IS QUI POTENTŪ NOMINA IN LITE ꝑTENDUNT.[a]) VEL TITULUS ꝑDII ADFIGUNT.[b])

Imp̄ archadius. data. V. kāl decm. *Intp̄.* Quicum[c]) homines cū alius causas habent aut alii aput ipsos. si forsitam aliquas scripturas falsas de potentorū l de iudicū in iudicio p̄sentaverint ut p talem occansionem hominis qs suā iusticiā habent noguerint si ipsas psonas aut iudices quorum[d]) nomina in ipsa scripta continent si talē fraudem consentire voluerint omnē dignitatē suā pdant si vero sine ipsorū voluntatem hoc scripturas ille[e]) causatores protulerint plūbatis cedi et in metallo deputent' et causa pdant et ipsā facultatem unde causant admittant.

XV. DE DOLO MALO.

c) 67 *ei* (om. *et*) — *in suā causā — recepit.* Etiam 65 *recepit.* Tit. XIII. om.

a) 65 *De his — pertendunt et titulos.* b) 67 *XII De his — pr. adficiunt.* c) 65 *Quicumque* et paullo post *aliis causam.* 67 *cum alios causas — homines quo.* 65 *occasionem homines qui.* d) Ita 65, 67, sed hic *ad i. q.* 66 *eorum.* 65 *iudicem — tale.* e) 65 *illi accusatores.* Postea 67 *cesi* et 65, 67 *causam.*

causa cognita deferri; ita ut, si forte is, contra quem res agitur, longius ullo genere discesserit, nec denuntiandi necessitate petitor oneretur, nec eius, qui aberit, praesentia postuletur. Nec tamen assistere, si velit, quisquam prohibeatur examini, contra quem decernenda intentio huiusmodi fuerit expetita: ita ut, impetrata doli actione, lis ad suum iudicem translata intra biennii spatium decidatur, ratione temporis custodita, quum legitime fuerit apud suum iudicem coepta, exemplo litium ceterarum. Perpetuo vero silentio conquiescat, nisi ex die, quo impetrata fuerit actio, intra continuum biennium, quod sequitur, omnis lis fuerit decisa. Omnes igitur sciant, neque incipiendae post biennium, neque ante completum biennium coeptae, post biennium finiendae doli actionis concessam licentiam. *Dat. VIII. Kal. Aug. Naisso, Constantino A. V. et Licinio Caes. Coss.*

INTERPRETATIO. *Dolus malus est* [c]*, quoties per aliquam scripturam vel fraudem ea, quae definita sunt, per scripturae argumenta mutantur. Vel si quis per chartarum suppositionem aut per surreptionem aliquam id, quod contra se futurum sit, ut consentire videatur, inducitur, vel quum his similia discutiente iudice probantur admissa. Et ideo ille, qui queritur, dolo se fuisse gravatum, intra biennium suas et incipiat et definiat actiones: ultra sibi nec ad inchoandum, nec ad definiendum tempus noverit esse concessum. Nam si aut illum, qui dolum admisisse dicitur, aut illum, qui pertulit, absentem esse contigerit, a tempore, quo apud iudicem agere coeperit, biennium ad definiendam actionem sciat sibi esse permissum.*

[Epit. Aeg.] Quicunque de dolo malo vel de fraude vel de chartarum suppositione se gravatum dicere voluerit, intra biennium suas et incipiat et definiat actiones, ultra sibi nec ad inchoandum nec ad definiendum tempus noverit esse concessum. Et si infra biennium lis coepta fuerit, usque continuum biennii, quod sequitur, omnis causatio decidatur*), postea vero doli actio nullatenus audiatur.

## TITULUS XVI. [a]) DE INTEGRI RESTITUTIONE.

1.[b]) *Imp. Constantinus A. ad Populum.* In integrum restitutione minoribus adversus commentitias venditiones et adversus tutorum insidias sanctionum praesidio cautum esse, non dubium est: ac si quid forte iidem de suo in fraudem tutelae alienasse docerentur, fraudatorio interdicto prospectum esse minoribus declaratur. *Dat. III. Id. Mart. Sirmio, ipso A. VII. et Constantio Caes. Coss.*

INTERPRETATIO. *In annis minoribus constitutis multum legibus constat esse prospectum. Et ideo adversus tutorum*[c]) *fraudes vel venditiones, quas minoribus aliquibus commentis extorserint, aut quicquid sub tutelae nomine iniuste egerint, noverint legis beneficio revocandum.*

2.[d]) *Idem A. ad Bassum Pf. P.* Placuit, post completum quintum et vicesimum annum, ex eo, quo vicesimi et sexti anni dies illuxerit, ad interponendam contestationem in urbe Roma usque ad anni tricesimi extremum diem spatia prorogari, et intra centesimum urbis Romae milliarium, si tamen ab his iudicibus, qui Romae sunt, fuerit iudicandum: per omnem vero Italiam usque ad finem anni vicesimi et noni: in ceteris omnibus provinciis usque ad completum annum vicesimum et octavum. Quo transacto tempore manifeste omnes sciant, legum sibi deinceps praesidia denegari, quandoquidem, contestationis necessitate depulsa, finiendas integri restitutionum decidendasque causas certo genere clauserimus. §. 1. Eandem autem custodiri temporum convenit rationem, si forte quis beneficio nostro aetatis veniam fuerit consecutus, ex eo die, quo indulgentia nostra in iudicio competenti fuerit intimata, eique administratio rei propriae reserata, ut ad persequendas in integrum restitutiones finiendasque causas iuge tempus habeat praestitutum. §. 2. Si quando sane in minoris iura successerit minor, minime prohibeatur, quum quintum et vicesimum aetatis suae annum transierit, integri restitutionis beneficio uti, tempore illibato. §. 3. Quod si maioris fuerit minor iura nactus, quantum ad eas pertinet actiones, quas ex persona maioris fuerit consecutus, tantum temporis ad exponendas integri restitutiones decidendasque causas accipere debebit, quantum defuncto, cuius heres aut bonorum possessor docebitur exstitisse, reliquum fuerat. §. 4. Quum vero maior successionem fuerit adeptus minoris, siquidem civili iure ab intestato vel ex testamento successerit, mox quum creta fuerit vel adita hereditas, si vero honorario iure, ex quo bonorum possessio fuerit accepta, examinando integri restitutionis negotio solida, sine ulla deminutione, tempora supputentur, quae non pro locis, regionibus atque provinciis, in quibus morantur, qui heredes aut bonorum possessores sunt, observari iubemus, sed in quibus defuncti domicilia collocaverant. *Dat. VIII. Kal. Aug. Naisso. PP. Romae Non. Oct., Constantino A. VIII. et Constantino Caes. Coss.*

INTERPRETATIO. *Iustum videtur, ut post XXV. annum, ubi XXVI. annus fuerit ingressus, deposita apud iudicem contestatione petat, qui sibi voluerit ea, quae in annis minoribus aut per se aut per tutores vel curatores vitio male acta sunt, salva et integra pro aetatis infirmitate restitui. In his duntaxat provinciis, usque ad XXVIII. annum, si contestatus fuerit, integra ei, salvo principali negotio, quae male amiserat, reformentur. Nam et qui serenitati nostrae pro venia aetatis crediderit supplicandum, hoc sibi noverit esse concessum, ut sine praeiudicio indulgentiae nostrae, quod in sequenti lege comprehensum est, usque ad constitutum superius tempus liberum habeat in rerum, quas male gesserat, proprietatem restitui. Quod si forsitan minor annis in illius hereditate successerit, qui et ipse in annis minoribus ab hac luce discessit, non prohibendus est, quum ad XXVI. annum pervenerit, ut sibi, unde illi competebat, reparationem agendarum rerum interposita contestatione requirat. Sin vero minor hereditatem illius, qui plena et integra aetate defecit, acceperit, mox in integrum fuerit restitutus, ea tempora in ne-*

[Epit. Aeg.]

TIT. XVI.
DE INTEGRI[a]) RESTITUTIONE.

Mox ubi vicesimum sextum annum ingressi fuerint pupilli, liceat eis, ut quicquid aut per se aut tutoris vel curatoris vitio male actum sit, pro aetatis infirmitate legis beneficio revocare et infra vicesimum octavum annum[b]) quicquid contra legem gesserint, exsequantur.

c) Haec add. interpr. ex alio iuris libro.

a) Tit. XVI. C. Th. *Tit. XVI?* Cod. 19 *Tit. XVIII.* b) c. 1. C. Th. *c.* 1? Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—7, 9, 12, 14, 15, 16, 18, 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—24, 37—40; textus et subscr. in codd. 26, 28, 31, 35, 36, 45[a]; solus textus om. in codd. 25, 27, 29, 30, 34; sola subscr. in cod. 32. c) Hoc v. terminatur fol. 25 cod. 21 et exc. proximum fol. cum c. 2 et 3 h. t. d) c. 2. C. Th. *c.* 2? Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—7, 9, 12, 14, 15, 16, 18, 19, 27, 32, 40 (sed cum interpretationis siglo), 45[a]; omnia des. in cod. 21, quia folium exc. (vid. not. c); omnia praeter interpr. in codd. 31, 35, 36, 42, 45; inscr. et textus in codd. 22—24, 37, 38; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus in codd. 25, 29, 30, 34; sola inscr. in cod. 39.

*) 52 *causae actio perduret.* Paulo ante Aeg. *cepta.*

a) Aeg. *In integrum.* Om. c. 1 h. t. b) Hic err. epit.

## EPIT. SUPPL. LAT. 215.

Dolus malus est, si per falsitatem chartarum voluerit quis prius definita convellere [a]). Biennium tantum conceditur et postquam lis incepta fuerit contrarias agere falsitates.

### TIT. XVII. DE INTEGRI RESTITUTIONE.

Hoc est*) si circumventi parvuli et pupilli a tutoribus et curatoribus infra aetatem aliqua donaverint vel distraxerint, legis beneficio revocabunt, ita ut XXVI. anno aetatis suae deposita apud iudicem contestatione infra XXVIII. annum res suas, ut cum lege recipiant, exsequantur.

a) Hic locus est in Doc. Francico a. 838; scripta igitur videtur haec epitome ante hunc annum. Cf. Savigny l. c. T. II. p. 121 (II. ed.) not. *n*.

*) Conflatae sunt c. 1, 2 h. t. in unam.

## EPIT. GUELPH.

Ut intra biennium agi possit post biennium. nec incoari nec agi posse.

### XVI DE INTEGRIS RESTITUCIONIBUS. II ʔ VII Ł· l·[a]) ʔ IIII Ł I Pl.

Quod minorj. aetate. quis perperam egit revocari potest.

Qua etatem. rem. viciata repetit et si maior minori succedit.

a) Paul. I, 7, 1. Alter numerus incertus est. An Paul. I, 4, 1 s. I, 9?

## EPIT. MONACHI.

Dolus malus est, quoties per aliquam scripturam vel fraudem ea, quae definita sunt, mutantur [b]). Si quis per chartarum alienationem vel suppositionem aliquam id, quod contra se futurum sit, consentire videatur, inducitur vel his similia et ille, qui dolo se fuisse gravatum conqueritur, intra biennium tantum potest reclamare et postquam haec [c]) apud iudicem agere coeperit, non amplius quam biennium ei ad finiendam actionem conceditur. [d]) *Dat. VIII. Kal. Aug. nisso et conspl A. V. et Limenio vel C. Cons.*

### [a])XVI. DE INTEGRI RESTITUTIONE.

In annis minoribus constitutis adversus tutorem fraudes vel venditiones, quas eis aliquo [b]) ingenio extorserint aut quicquid sub iudiciali nomine iniuste egerint, legis beneficio revocentur.

Post viginti quinque annos, ex quo vicesimi sexti anni dies illuxerint, deposita apud iudicem contestatione petat, quae in annis minoribus aut per se aut per tutores vel procuratores male acta sunt, salva et integra restituantur. In his duntaxat provinciis usque XXVIII annis si contestatus [bb]) fuerit, integra ei salvo principali negotio, quae male amiserat, reformentur,*) et qui beneficio nostro pro aetate veniam fuerit consecutus, hoc sibi noverit esse concessum [c]), quod in sequenti lege constitutum est, usque ad constitutum superius tempus liberum [d]) habeat in rerum, quas male gesserat, proprietatem restitui. Quod si forsitan minor annis in illius hereditate successerit, qui et ipse in annis minoribus ab hac luce discesserit, non prohibendus est, quum ad XXVI annos pervenerit, ut sibi, unde ille compe-

b) 64 add. *vel.* c) Ita 64. 63 om. *haec.* 62 *post haec quam.* d) Subscr. deest in 62. 64 *VIIII* et 63 om. *et Lim. vel.*

a) 64 *Constantinus ã XVI.* b) 62 *alieno.* bb) 62 *sicut testatũ.* 63 *sic contestatus.* *) 64 add. *Qui veniam aetatis impetrant.* c) 62, 63 *consensum.* d) 62, 64 *liberam.*

## EPIT. S. GALL.

Imp̃. cons̃. data VIII kal̃ augustas. *Intp̃.* Dolus malus ẽ si quicũq; omines post causas inter se finitas si postea aut p aliquas scripturas aut pro qualecũq: fraudẽ postea ipsa causa removere voluerit [a]) qui illi qui eas agere volunt infra II. annus hoc faciant nã post II annus si illas causas agere voluerint non valebunt p̃t si ipsi liticantes aut p [b]) infirmitatẽ aut p forasticas anbascias ipsas causas agere non potuerint.

*It̃ alia Intp̃.* ad parvulus [c]) hoc ẽ qui in minore etate s̃ si aliquis aut tut' aut quicũque homo aut p scripta [d]) aut p qualequũq; ingenio eis dãnum de eorum res intullerit sciant se in ante ea [e]) omnia ei redditurum.

### XVI. DE INTEGRIS RESTITUCIONIB; [a])

Imp̃ cons̃ data. id̃. mar̃ *Intp̃.* Qui tutillã de eres [b]) parvulorũ recepit ad gobernandũ si eã forsitã ab integritatem in tempore expleto ad ipsos parvolus ñ reddiderit [c]) licet ei usque ad XXVIII annus [d]) hoc se reparare unde eis ipsorũ debitũ reddat.

a) 65 *voluerint* et 67 om. *qui.* Uterque infra *annos — annos.* b) 65 *per.* c) 65 *parvulis.* 67 *parvulos.* Haec sententia ex c. 1 seq. tit. hausta est. d) Walter om. *aut per scripta.* e) 65, 67 *antea.* Supra 65 *intulerint.*

a) De c. 1 cf. not. *c* antecedens. b) 66 *de eres,* credo pro *de res*, quod 67 habet; idem *integritate.* 65 *ad res,* sed ann. Canc.: „Huc, alibique non semel in hoc codice pro *res* scribitur *hores,* forte ex incuria scribae.“ c) 65 *parvulos* – *reddiderint.* d) 65 *annos.* — c. 3 deest.

*gotiis prosequatur, quae defuncto maiori legibus competebant. Quum autem maior minori seu ex testamento seu ex quocunque iure successerit, quum primum ad eum hereditas defuncti pervenerit, quicquid pupillo potuit pro integri restitutione competere, in illius transeat actionem: ita ut illius provinciae forum sequatur, in qua defunctus minor habitasse dignoscitur.*

3. [e]) *Impp. Honorius et Theodosius AA. Iuliano II. Proconsuli Africae.* Et mulieribus et minoribus in his, quae vel praetermiserint vel ignoraverint, innumeris auctoritatibus constat esse consultum. *Dat. prid. Non. Mart. Ravenna, Constantio et Constante VV. CC. Coss.*

Interpretatio. *Minoribus mulieribus, sicut et viris ita in causis omnibus subvenitur. Maioribus vero mulieribus, pro fragilitate sexus in multis rebus, quas per ignorantiam praetermiserint, sicut lex ipsa loquitur, iubet esse consultum; id est, ut si fideiussores pro quibuscunque accesserint, pro ipsa fideiussione non teneantur obnoxiae. Et si in difficilioribus causis ius vel leges nescientes, mandati chartulam pro negotiis suis forte subscripserint, ut earum, cui mandaverint, negotium exsequatur, et ille in charta non solum procuratorem, sed et dominum si se scripserit, deceptis per hanc fraudem mulieribus subvenitur. Reliqui autem contractus, quos firma aetate publice et solennibus scripturis gesserint, in sua firmitate perdurent.*

[Epit. Aeg.] Minoribus mulieribus sicut et viris ita in causis omnibus subvenitur. Maiores vero in his, quae praetermiserint vel ignoraverint, seu de fideiussione seu de subscriptione mandati, secundum quod lex ipsa declarat, non teneantur obnoxiae. Quicquid vero firma aetate gesserint, in sua firmitate perduret.

## TITULUS XVII. [a]) DE HIS, QUI VENIAM AETATIS IMPETRARUNT.

[Epit. Aeg.] TIT. XVII. DE HIS, QUI VENIAM AETATIS IMPETRARUNT.

1. [b]) *Imp. Constantinus A. ad Verinum.* Omnes adolescentes, qui honestate morum praediti paternam frugem vel maiorum patrimonia urbana vel rustica conversatione rectius gubernare cupiunt, et imperiali auxilio indigere coeperint, ita demum aetatis veniam impetrare audeant, quum vicesimi anni clausa aetas adolescentiae patefacere sibi ianuam coeperit ad firmissimae iuventutis ingressum: ita ut, post impetratam aetatis veniam, iidem ipsi principale beneficium allegantes, non solum praescriptorum annorum numerum probent, sed etiam testibus advocatis, honesta aut simili aut potiore dignitate praeditis, morum suorum instituta probitatemque animi testimonio vitae honestioris edoceant. Quod quum ea conditione effecerint, in alienatione praediorum ius tantum aetatis obtinebunt, quantum per annorum dimensiones ac temporum leges et natura singulis quibusque deferre consuevit. §. 1. Feminas quoque, quarum aetas biennio viros non sera pubertate praecedit, servato etiam in hoc temporis intervallo, decem et octo annos egressas ius aetatis legitimae mereri posse sancimus: sed eas, quas morum honestas mentisque solertia, quas certa fama commendat. Has vero propter pudorem ac verecundiam in coetu publico demonstrari testibus non cogimus, sed percepta aetatis venia annos tantum probare tabulis vel testibus misso procuratore concedimus: ut etiam ipsae in omnibus contractibus tale ius habeant, quale viros habere praescripsimus. §. 2. Ita ut senatores apud gravitatis tuae officium de suis moribus et honestate perdoceant, perfectissimi apud vicariam praefecturam, equites Romani et ceteri apud praefectum vigilum, navicularii apud praefectum annonae. §. 3. Cui aetati, quoniam inter plenam perfectamque adolescentiam et robustissimam iuventutem media est, firmatae aetatis appellationem imponimus, ut prima aetas pueritiae sit, sequens adolescentiae, firmata haec tertia, quarta legitima, quinta senectus habeatur. §. 4. In ipsis etiam contractibus hac appellatione consignanda, ut non nudum nomen venditoris inseratur tabulis emtionum, sed ab illo, qui firmatae aetatis sit et honestus vir habeatur, emisse illum significetur, et venditorem esse firmatae aetatis: ita tamen, ut, quia spes ademta perfidiae est, et in vendendis praediis diligentiores esse persistant, qui beneficium meruerunt principale, nec praedia sine decreto alienent. *Dat. V. Id. April. Thessal. PP. III. Kal. Iun. Romae, Crispo II. et Constantio II. Caess. Coss.*

Interpretatio [c]). *Adolescentes, qui honestis moribus esse probantur et ad gubernandas facultates suas idoneam cupiunt habere personam, oportet eos primum, antequam ad legitimam aetatem perveniant, id est, ubi vir viginti annorum esse coeperit, auxilium principis implorare, et accepto huius rei beneficio, eo ordine apud testificationem publicam allegare, ut probent, se viginti annorum implesse curricula et honesta conversatione transigere, et sic praedia sua in aliena iura cum decreti tamen interpositione, transferre liberam habeant potestatem. Feminae vero, sicut biennio in pubertate minores sunt, ita et transacto biennio, ubi ad XVIII. annum pervenerint, eas tamen, quas morum et honestatis commendat opinio, non in publico annos probare suos cogendae sunt, sed misso procuratore per scripturam annos eos, quos superius diximus, se habere demonstrent et similem, quam viri in contractibus habeant facultatem: ita ut qualis vel quam digna persona sit, apud talem iudicem haec, quae dicta sunt, debeat approbare. Ergo quum fuerint post adolescentiam hac aetate firmati, in ipsis quoque scripturis vel venditionum instrumentis, honestos se et firmatos aetate conscribant. Hoc tamen illis liceat, qui beneficium, ut diximus, principis pro confirmanda aetate meruerint, ne praedia sua sine iussu iudicis vel decreto, quod [d]) ex praecepto iudicum vel consensu curialium datur, alienare praesumant.*

[Epit. Aeg.] Hoc est, ut pupilli masculi quando ad vicesimum et puellae ad octavum decimum annum pervenerint, oportet eis auxilium principis implorare et cum consensu iudicis, probatis eorum annis, si necessitas eis fuerit, praedia eorum in aliena iura transferre.

## TITULUS XVIII. [a]) DE IUDICIIS.

[Epit. Aeg.] TIT. XVIII. DE IUDICIIS [a]).

1. [b]) *Imp. Constantinus A. ad Maximum.* Iudicantem oportet cuncta rimari et ordinem rerum plena inquisi-

e) c. 3. C. Th. *c.* 3? Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—7, 9, 12, 14—16, 18, 32; omnia des. in cod. 21 (vid. c. 1 h. t. not. *c*); omnia praeter interpr. in codd. 31, 35, 36, 42, 45; inscr. et textus in codd. 22—24, 27, 38—40; textus et subscr. in codd. 26, 28, 37, 45[a]; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 34. Lege amplior est interpretatio.

a) Tit. XVII. C. Th. *Tit. XVII?* Cod. 19 *Tit. XIX.* In cod. 45 hic tit. epitomatus est. b) c. 1. C. Th. *c. un.?* Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—7, 9, 12, 14, 15, 16, 18, 32; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—24, 27, 37—40, 45[a]; textus et subscr. in codd. 26, 28, 31, 35, 36; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 34; sola interpr. in cod. 19. c) Interpr. nonn. om. d) Haec add. interpr.

a) Tit. XVIII. C. Th. *Tit. XVIII?* Cod. 19 *Tit. XX.* In Haen. C. Th. ed. hic tit. ex tribus constat legibus, prob. Vesm. b) c. 1. C. Th. *c.* 1. Epist. Eleutherii et Iulii ep. 2 (Knust l. c. p. 46 et 69). Ben. Lev. I, 400 (partim ex lege partim ex interpr.). Capit. Angilramni c. 26. Ivo, Decr. VI, 316. Anselm. lib. III. i. f. int. cap. Hadriani c. 24. Grat. Decr. cau. 30, qu. 5, c. 11. Interpr. est ap. Ivon. l. c. VI, 317. Regin. II, 313 et in cod. Univ. Litt. Lips. 668, sed mut. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—7, 9, 12, 14, 15, 16, 18, 32; omnia praeter interpr. des. in cod. 42; inscr. et textus in codd. 21—24, 27, 37—40, 45[a]; textus et subscr. in codd. 26, 28, 31, 35, 36; solus textus in codd. 25, 29, 30, 34; sola interpr. in cod. 19. In cod. 45 haec c. in epit. redacta est.

a) 50 *de Iudicibus.*

### EPIT. SUPPL. LAT. 215.

B. Minoribus mulieribus, sicut et viris minoribus ita in causis omnibus subvenitur, et quod maiores mulieres, si fideiussores pro quibuscunque accerserint, pro ipsa fideiussione non teneantur obnoxiae, et si nescientes legem circumventae a procuratoribus per[a]) mandati chartulam non solum procuratorem, sed et dominum scripserint deceptis per hanc fraudem mulieribus subvenitur. Reliquae chartae quas publice necter[b]) ac legaliter fecerint, in sua firmitate perdurent.

TIT. XVIII. DE HIS, QUI VENIAM AETATIS IMPETRARUNT.

A. Hoc est, ut pueri vicesimo anno, si honestis moribus adprobantur, res suas gubernandas[a]) et possidendas recipiant. Hoc et puella octavo decimo obtineat anno et hoc agendum decretum iudicis expargo[b]).

TIT. XVIIII. DE IUDICIIS.

a) Cod. *pro — pro hanc — Reliquas cartas — produrent.* b) Ita codex.
a) Cod. *gubernantias.* b) Ita cod.

### EPIT. GUELPH.

III Mulieribus minoribus subvenire posse. maioribus in his tantum rebus si quem fidem. dixerint. vel in mandatu faciendũ per fraudem decepte fuerint subvenire potest.

XVII DE HIS QUI VENIAM. ETATIS. INPETRARUNT.

Per rescriptum principis, quo anno etates. venia inpetretur. et qđ sint etatis.

XVIII DE IUDICIIS.

### EPIT. MONACHI.

tebat, reparationem rerum interposita contestatione requirat. Si vero minor hereditatem illius, qui plena aetate defecit, acceperit et mox integrum fuerit restitutus, ea tempora prosequatur, quae defuncto maiore legibus competebant. Quum autem maior minori seu ex testamento seu ex iure successerit, quicquid pupillo potuit competere, in illius transeat actionem: ita ut illius provinciae forum sequatur, in qua defunctus minor habitasse dignoscitur.

Minoribus mulieribus sicut et viris ita in causis omnibus subvenitur. Maioribus vero pro fragilitate sexus in rebus, quas per ignorantiam admiserant, sicut lex loquitur, iubet esse consultum[e]): ut si fideiussores pro quibuscunque rebus accesserint, non teneantur obnoxiae, et si in difficilioribus causis ius vel leges nescientes, mandati chartulam forte subscripserint, quod earum commendaverint negotium, exequatur, et ille in charta non solum procuratorem, sed et dominum si se inscripserit, deceptis per hanc fraudem mulieribus subvenitur. Reliqua autem, quae firmitate publica gesserint, in sua firmitate perdurent. [f]) *Dat. prid. Non. Mart. Constantino V. C. Cons.*

XVII. DE HIS, QUI VENIAM AETATIS IMPETRANT.

Adolescentes, qui honestis moribus esse probantur, oportet eos ad gubernandas facultates suas, antequam ad legitimam aetatem veniant, id est ubi ad viginti annos pervenerit, auxilium principis implorare et testificationem publicam allegare[a]), ut probent, se viginti annorum implesse curricula et honesta conversatione transigere; et si praedia sua in aliena iura cum decreti[b]) interpositione transferre voluerint, liberam habeant potestatem. Feminae vero XVIII. anno eas, quas morum honestatis commendat opinio[c]), non in publico annos suos probari, sed per procuratorem scriptos mittere, tunc similem quam viri in contractibus habeant facultatem: ita ut qualis vel quam digna persona sit, apud talem iudicem haec, quae dicta sunt, debeant approbare et tunc in ea instrumenta, quae fecerint, honestas se et firmatas aetate conscribant. Hoc tantum illis liceat, qui beneficium, ut diximus, principis pro confirmanda aetate meruerint, ne praedia sua sine iusso iudicis vel decreto vel consensu curialium alienare praesumant. [d]) *Dat. V. Id. April. Crispo et Constantino V. C. Conss.*

DE IUDICIIS XVIII.

e) 64 add. *De mulieribus consolendis.* Paulo post 63 om. *rebus.* f) Subscr. deest in 62, in 64 legi non potest.
a) 64 *allegere* et om. *ut — transigere.* b) 64 *cum decreto transf. voluerit — habeat.* c) 64 *opinio et annus suus per procuratorem probaverit tunc similem* et infra om. *honestas se.* d) Subscr. deest in 62, in 64 legi non potest.

### EPIT. S. GALL.

XVII DE IS*) QUI VENIA˜ AETATIS INPETRAVERUNT

Imp̃. cons̃. data IIII kal̃ iunias roma: *Intp.* pupilli hoc ẽ qui in minore aetate s̃. quãvis a XXV annũ pupellares ann̹ impleant. tam̃ licet eis si voluerint in vicissimo aetate[a]) sue annũ ad principes se ipsum cõmendare et res suas cuiquũq. voluerint ad gobernandum dare possunt. similit̃ et puellas[b]) post X et VIII[c]) annus aetatis suae si voluerint ipsã rationẽ hoc facere poss̃. sic̃ superius de pupillis diximus.

XVIII DE IUDICIIS.

*) 65 *his.* a) 65 *vicesimo aetatis.* Etiam 67 *aetatis.* b) 65 *puellae.* c) Canc. ann.: „In codice est XXVIII. sed perperam.“ 67 *X et VIIII.* 65 *annos* et om. *aetatis suae* et infra *hoc.*

tione discutere, interrogandi ac proponendi adiiciendique patientia praebita ab eo: ut, ubi actio partium limitata sit, contentiones non occursu iudicis, sed satietate altercantium metas compresserint, saepius requiratur, et crebra interrogatione iudicis frequentetur, num quid novi resideat, quod annecti allegationibus in iudiciaria contentione conveniat? quum ad alterutrum hoc proficiat, sive definienda sit causa per iudicem, sive ad nostram scientiam referenda. Nec ad nos mittatur aliquid, quod plena instructione indigeat. *Dat. prid. Id. Ian. Sirmio, Crispo II. et Constantino II. Caess. Coss.*

Interpretatio. *Iudex quum causam audire coeperit, litigatorum assertiones vel responsiones patienter accipiat et omnia plena discussione perquirat. Nec prius litigantibus sua sententia velit obviare, nisi quando ipsi peractis omnibus, iam nihil amplius in contentione habuerint, quod proponant: et tam diu actio ventiletur, quousque rei veritas invenitur. Frequenter interrogari oportet, ne aliquid praetermissum fortasse remaneat: quia si apud ipsum finienda causa est, totum debet agnoscere. Sin vero ita res exigit, ut ad principis notitiam deferatur, plena discussis omnibus data relatione debet esse suggestio etc.*

Iudex quum[b]) causam audire coeperit litigantium, sua non obviet[c]) sententia et in tantum patienter audiat, quousque ad ordinem rei veritatis pervenitur.

2.[c]) *Idem A. ad Severum Pf. U.* Nulli prorsus audientia praebeatur, qui causae continentiam dividit et ex beneficii praerogativa id, quod in uno eodemque iudicio poterat terminari, apud diversos iudices voluerit ventilare: poena proposita, si quis contra hanc supplicaverit sanctionem atque alium super possessione, alium super principali quaestione iudicem postulaverit, ut, rei, quae petatur, integra aestimatione subducta, quintam portionem reipublicae eius civitatis inferat, in cuius finibus res, de qua agitur, constituta est. *PP. III. Kal. Aug. Iuliano et Paulino Coss.*

Interpretatio. *Nullus penitus audiatur, qui unius causae propositionem apud duos iudices partiri voluerit, ut apud unum de negotio principali proponat, et ab alio sibi momenti beneficio rem postulet consignari. Quod si quis hoc facere fortasse praesumserit, eiusmodi poena se noverit condemnandum, ut nec illud, quod repetit, ulla ratione recipiat, et quintam portionem facultatum suarum, de quantum ibi possederit, reipublicae civitatis illius cedat, in cuius finibus res, de qua agitur, fuerit constituta.*

Nulli liceat apud duos iudices causam partiri, quod in uno iudicio potuerat terminari[d]), ut apud unum de negotio principali proponat et ab alio sibi momenti beneficio rem postulet consignari. Quod si quis hoc fecerit, quod repetit perdat, et quintam portionem facultatum suarum, de quantum ibi possederit, reipublicae civitatis illius cedat, in cuius finibus res, de qua agitur, fuerit constituta.

## TITULUS XIX.[a]) DE INOFFICIOSO TESTAMENTO.

TIT. XIX. DE INOFFICIOSO TESTAMENTO.

1.[b]) *Imp. Constantinus A. ad Lucrium Verinum.* Fratres uterini ab inofficiosis actionibus arceantur, et germanis tantummodo fratribus adversus eos duntaxat institutos heredes, quibus inustas constiterit esse notas detestabilis turpitudinis, agnatione durante, sine auxilio praetoris, petitionis aditus reseretur. *Dat. Id. April. Sirmio, Constantino A. V. et Licinio Caes. Coss.*

Interpretatio. *Fratribus uterinis, id est*[c]) *diversis patribus et una matre natis, non liceat de inofficioso contra testamentum fratris agere. Sed germanis fratribus praetermissis, id est*[d]) *uno patre natis, si turpibus personis, id est infamibus fuerit hereditas derelicta, hoc est*[e]) *aut pro libidine meretricibus, aut pro inhonesto affectu naturalibus aut certe thymelicis, vel de libertis suis, agendi contra testamentum licentia reservatur: si tamen is*[f]) *ipse germanus non pro crimine suo exilio fuerit deputatus, aut per captivitatem fuerit servus effectus, aut per emancipationem successionis vel actionis iura perdiderit.*

Quod non uterinis sed ex uno patre fratribus liceat agere contra testamentum. Quod si in naturalibus, meretricibus[a]) infamibusque personis aut libertis fuerit defunctus ille testatus, non valebit.

2.[g]) *Idem A. ad Claudium Praesidem Daciae.* Licet legum auctoritas filiorum potius quam matrum personis voluit laborem incumbere, ut de inofficioso agentes intra praefinita tempora doceant, nullo suo vitio factum, nec offensionem se parentibus praestitisse, sed iugiter obsecutos, ut naturae ipsius religio flagitabat, disciplinam illaesam inoffensamque servasse, ut his probatis removeant parentum voluntatem: tamen si mater contra filii testamentum inofficiosi actionem instituat, inquiri diligenter iubemus, utrum filius nulla ex iusta causa laesus matrem novissima laeserit voluntate, nec luctuosam ei nec legitimam reliquerit portionem, ut testamento remoto matri successio deferatur, si tamen defuncto consanguinei agnati non sunt superstites: an mater inhonestis factis atque indecentibus votis filium forte obsedit, insidiisque eum vel clandestinis vel manifestis appetiit, vel inimicis eius suas amicitias copulavit, atque in aliis sic versata est, ut inimica potius quam mater crederetur: hoc probato, invita etiam acquiescat filii voluntati. *Dat. VIII. Id. Febr. Serdica, Crispo Caes. II. et Constantino Caes. II. Coss.*

Interpretatio. *Quamvis leges filiis, si praetermissi testamento fuerint, maiorem quam matribus agendi dederint potestatem, ut de inofficioso matris testamento proponant, id est, si quarta debitae portionis suae filio dimissa non fuerit: ita tamen, si probare potuerint, quod matris in nullo laeserint pietatem, sed se obsequium, ut decuit, praestitisse: sic testamentum matris, in quo praetermissi fuerint, non valebit. Nam si mater contra testamentum filii, quod inofficiosum dixerit, agat, debet diligenter requiri, si contra filium mater nihil egisse probatur, aut si nullis insidiis vel publice vel secrete eum*

Si mater filiis quartam non dimiserit, eius non valebit testamentum: ita tamen, si probare potuerint, matrem non laesisse. Si filius praetermissa matre fecerit testamentum et quartam non dimiserit, si tamen filii fratribus consanguinei aut eorum filii per virilem sexum non esse probentur, non va-

c) c. 2. C. Th. *c.* 3? De interpr. vid. Regin. II, 308. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—7, 9, 12, 14, 15, 16, 18, 32; omnia praeter interpr. des. in codd. 31, 36, 42; inscr. et textus in codd. 21—24, 27, 35, 37—40, 45ª; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus in codd. 25, 29, 30, 34; sola interpr. in cod. 19.

a) Tit. XIX. C. Th. *Tit. XIX?* Cod. 19 *Tit. XXI.* b) c. 1. C. Th. c. 1. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—7, 9, 12, 14—16, 18, 19, 27, 32; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—24, 38—40, 45ª; textus et subscr. in codd. 28, 31, 35, 36; solus textus om. in codd. 25, 26, 29, 30, 34, 37. c—f) Haec add. interpres. g) c. 2. C. Th. *c.* 2. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—7, 9, 12, 14—16, 18, 32; omnia praeter interpr. des. in codd. 28, 31, 35, 36, 38, 40, 42, 45ª (sed ne interpr. quidem integra est in codd. 38, 40, 45ª, tamen subscriptio c. 3 eiusdemque constitutionis particula textus addita interpretationi h. c. Vid. infra not. *h* et *k*); inscr. et textus in codd. 21—24, 37, 39; textus et subscr. in cod. 26; extrema pars textus et subscr. in cod. 27; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 34; sola interpr. in cod. 19. In cod. 42 omnia epitomata sunt.

b) Nonn. codd. *contra.* c) Aeg. *obviet̃.* d) Hoc ex lege.

a) 48 om. *meretricibus.*

## EPIT. SUPPL. LAT. 215.

B. Hoc est, ut iudex patienter audiat causam non anticipante sententia verba suggerentum excadat[a]).

C. Nulli liceat apud duos iudices causam[b]) ita partiri, ut apud unum de negotio principali[c]) proponat, et ab alio sibi momenti beneficio rem postulet[d]) signari. Quod si quis hoc facere fortasse praesumsit, quod repetit, perdat et quintam portionem facultatum[e]) suarum rei publicae cedat.

### TIT. XX. DE INOFFICIOSO TESTAMENTO.

A. Quod non uterinis, sed[a]) ex uno patre fratribus[b]) liceat agere contra testamentum. Quod si naturalibus filiis[c]), meretricibus infamibusque personis fuerit hereditas derelicta aut in servis vel libertis testamentum fuerit factum, non valebit. Si non tamen surget in procrimine aut servitio actionis iura proderunt[d]).

B. Quod non stabit testamentum, si sine iusta[e]) causa mater filiis aut filius matri[f]) quartam non reliquerit. Si tamen filio fratris consanguinei cognati[g]) id est uno patre nati[h]) aut eorum filii per virilem sexum deesse[i]) probantur.

a) Ita cod. An *exaudiat?* b) Cod. *iudices etsi ita.* c) Cod. *principalem ponat.* d) Cod. om. *postulet.* e) Cod. *facians.*

a) Cod. *quod.* b) Cod. add. *non.* c) Cod. *naturalis filius.* d) Leg. *Si non tamen ipse germanus pro cr. a. s. a. i. perdiderit.* e) Cod. *asionum.* f) Cod. *filium uteri.* g) Int. *agnati.* Cod. *cognoti.* h) Cod. *ut patrenasti.* i) Int. *non esse.*

## EPIT. GUELPH.

Ut iudex pacienter accipiat causam ꝑsequentē.

Qui aput unum iudicem de momento. et aput alium de proprietate agire voluerit nec illut quod repetit ulla racionem. recipiat et quinta partem bonorum perdat.

### XVIIII DE INOFICIOSO TESTAMENTO. L IIII ʔ V pl[a]) IIII ʔ ·I· Ł XV 7 V.

I Uterino. fratri de inoficioso. agere non conpotit.

II. Si filius matris. vel mater filii testamentum inofficiosum. haccessit. hoc est ut si in nullủ filii matris. pietate filii essesse[b]) probatur. aut mater contra filium

a) Paul. IV, 5. Seqq. numeri incerti sunt. Nescio utrum signific. Paul. IV, 1, §. 15 et 5; an C. Th. IV, 1. Neutro casu *L. XV.* et *V.* cum nostris libris conven.
b) Leg. *pietatem laesisse.*

## EPIT. MONACHI.

Iudicantem oportet cuncta rimari et litigatores patienter ex utraque parte accipiat et omnia plena discussione perquirat. Ne prius litigantibus sua sententia velit obviare, nisi quando ipsi non habuerint quod proponant et studiose eis omnia interrogentur, quae aut ipse iudex in praesenti definiat, aut, si res exigat, vera ad principem possit pervenire suggestio.

*Qui Causam Suam Duobus Iudicibus Suggesserint.* Nullus penitus audiatur, qui causam suam apud duos iudices partire voluerit, ut apud unum de negotio principali proponat et ab alio sibi momenti beneficio rem postulet consignari. Iste nec illud, quod repetit, recipiat et quintam partem facultatum suarum, quod ad eandem civitatem pertinet, ubi haec aguntur, amittat. *Dat. III. Kal. Aug. Paulino et Iuliano Coss.*[a])

### XVIIII. DE INOFFICIOSO TESTAMENTO.

Fratribus uterinis, hoc est ex una matre de diversis patribus generatis, non liceat contra inofficiosum testamentum agere, sed tantum germanis, id est ex uno patre natis. [a])Si infamibus personis fuerit hereditas derelicta, hoc est aut meretricibus aut pro inhonesto affectu naturalibus aut certe temellicis aut de libertis suis, agendi contra testamentum licentia reservatur. Si tamen is ipse germanus non pro crimine suo exilio fuerit deputatus aut per captivitatem fuerit servus effectus aut per emancipationem successionis vel actionis iura perdiderit.

Si filii de[b]) inofficioso matris testamento intra praefinita tempora proponant, si non quartam eis portionem dimiserit et filii probare potuerint, quod ei debitum obsequium praestitissent, tunc testamentum matris non valebit. Nam si mater contra testamentum filii, quod inofficiosum dixerit, agat, si filii defuncti aut filiae non fuerint, debet inquiri, si contra filium nihil ipsa

a) Subscriptio deest in 62.

a) 64 add. *De infamibus personis.* b) 62 *filii inde inofficio sum m. testamentum.*

## EPIT. S. GALL.

Imp̃ cons̃ data. II. kal̃ ianuarias *Intp̃.* Si qualescũq: homines qui int̃ se causas habuerint si ante iudicem venerint p singulas causas eos iudex discutere et eorum causas inquirere debet ne forte tales causas int̃ illos remaneant ut postea ille iũx exinde corrupcione non habiat quo ipsam causam[a]) bene non exquisiset et postea quomodo ipsorũ causam bene habet exquisita sic suo iudicio int̃ eos donet; et forsitã ipsi causatores poste ea ante ea[b]) ante iudices ambulare voluerint ille iudex p ordine exinde ad suũ principẽ rationẽ donet comodo int̃ eos iudicavit.

*It̃. alia.* Si quicomq: homo ad duos iudices ad publicum et ad privatũ hoc ẽ privatus. qui act' haeclesiarũ ẽ si ille omo de una facultatẽ ad ambos illos iudices causam habere voluerit ut ad unũ de illos iudices iuvenior sit et[c]) fretũ conponat et ad illũ alterũ iudicẽ actũ querit ille homo qui istũ fecerit ipsã rẽ Ī actum quẽq: rit[d]) ñ accipiat et insuper quintã partẽ facultatis sue de illas res ꝗ sub illũ iudicẽ habet ad illã[e]) civitatem det in cuius finib; res de quo agit' fuerit constituta.

### XVIIII. DE INOFICIOSO TESTAMENTO.

Imp̃; cons̃ Data id̃. aprl̃. *Intp̃.* Si mulier carta de sua facultate fecerit et forsitã aliquis de suos infantes exeretare voluerit hoc facere non potẽ. Si ipsi filii contra suã matrem graves culpas factas non habuerint[a]).

*It̃. alia. Intp̃.* Si quicũque homo testamentũ fecerit et in omnib; suus filius ibidem heredes constituat ut[b]) suã uxorem in ipsũ testamtu p̃tmittat si illa mulier docere potuerit ut ad filius suos neq;

a) 65 *quae ipsa causa.* 66 *debent.* Supra 67 *talis causa — remaneat — corrumpencia* et *quod si ipsa causa,* infra *causas b. h. exquisitas — donet etsi.* b) Ita 66. 65 *postea antea.* 67 om. *ante ea.* c) 65 *causa — silicet, fretu,* et ann. Canc.: „In codice scriptum videtur *sit. et;* sed legendum *scilicet.* Sensus enim legis esse innuitur, ne causa apud unum Iudicem fredo composita, apud alium requiratur. Primus Iudex dicitur hic *iurenior,* hoc est, *inferior.*“ Cf. Canciani l. c. p. 474. 67 *iunior sed ex fredũ.* d) 67 *quod requirit.* e) 67 *ipsam.* Canc. falso *quinque partes;* 66 *V partes* et ita sine dubio habebat etiam 65.
a) 65 *non habuerint factas.* 67 *cartã de suã facultatẽ — voluerit et hoc.* b) 65, 67 *suos filios.* Praeterea 65 *et* pro *ut.*

*laedere fortasse tentaverit: nec forsitan consilium adversus filium inimicis suis, quod impium est, auxiliumque praestiterit* [h]). *Quod si factum non fuerit, potest removere praetermissa mater, quia ei quartam de rebus suis portionem filius non dimisit, quod filius fecerat testamentum: si tamen filio fratres consanguinei agnati, id est* [i]) *uno patre nati, aut eorum filii per virilem sexum non esse probantur. Nam si mater, ut superius dictum est, pro manifestis inimicitiis suis praetermissa* [k]) *docebitur, invita acquiescat laesi filii voluntati.*

[EPIT. AEG.] lebit. Nam si mater praetermissa manifeste filium laeserit, acquiescat laesi filii voluntati.

3. [l]) *Idem A. ad Concilium Byzacenorum.* Servus necessarius heres instituendus est, quia non magis patrimonium quam infamiam consequi videtur. Unde claret, actionem inofficiosi fratribus relaxatam, quum infamiae aspergitur vitiis is, qui heres exstitit, omniaque fratribus tradi, quae per turpitudinem aut aliquam levem notam capere non potest institutus. Ita in hac quoque parte, si quando libertis heredibus institutis fratres fuerint alieni, inofficiosi actione proposita praevaleant in omnibus occupandis facultatibus defuncti, quas ille perperam ad libertos voluerat pertinere. *Dat. VII. Kal. Aug. Coloniae Agrippinae, Pacatiano et Hilariano Coss.*

INTERPRETATIO. *Si servo pro necessitate debiti a domino cum libertate hereditas fuerit dimissa, quia huiusmodi persona videtur infamis, germanis fratribus, qui praetermissi sunt, agendi contra testamentum datur facultas: ut remota infami persona, salva tamen, quam meruit, libertate, hereditatem germani fratres ad se debeant revocare. Nam et si praetermissis fratribus liberti per testamentum heredes fuerint instituti, simili modo germani defuncti eos a bonis fraternae hereditatis excludent, sibique omnia, quae reliquerit, vindicabunt.*

[EPIT. AEG.] Et si servo cum libertate a domino hereditas fuerit dimissa et fratres germani fuerint praetermissi, illi hereditatem acquirant: salva tamen servi gratia libertatis.

4. [m]) *Imp. Constantius A. et Iulianus Caesar Olybrio.* Quum scribit moriens, ut arbitratu boni viri, si quid minus filiis sit relictum, quam modus quartae, quae per successionem bonis tantum liberis debetur, efflagitat, id ipsum ab herede eisdem in pecunia compleatur, manifestum est, nullam iam prorsus nec super [n]) testamento, nec super donationibus querelam remanere, praesertim quum universam eadem repellat et reprimat, quae ad pecuniam redigit, iusta taxatio. *Dat. XIV. Kal. Iun. Tauro et Florentio Coss.*

INTERPRETATIO. *Quoties pater filiis per testamentum de facultatibus a se dimissis quartam dari praeceperit portionem, et hoc in nummo fieri bonorum virorum arbitrio crediderit committendum, seu hoc testamento sive donatione conscripserit, nullam contra voluntatem patris filius habeat actionem, dummodo quartam portionis suae, quam erat habiturus de omnibus, quae tempore mortis suae pater reliquerit, consequatur in nummo.*

[EPIT. AEG.] Si pater quartam portionem filiis [b]) in nummo reliquerit, nullo modo contra patris possunt surgere voluntatem.

5. [o]) *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Hypatio Pf. P.* Intra quinquennium, quod inofficiosis actionibus constitutum est, liberis quoque, parentum iudicia inofficiosa causantibus, eadem temporis curricula praestituta sunt. *Dat. V. Kal. Iun. Patavio, Merobaude II. et Saturnino Coss.*

INTERPRETATIO. *Intra quinque annos a die mortis defuncti, quicunque inofficiosum dicere voluerit testamentum, inchoandae actionis licentiam se noverit habiturum. Quod temporis spatium etiam filii sibi, si contra parentum testamenta ac voluntatem agere voluerint, agnoscant esse concessum. Quo transacto, si repetitio inchoata non fuerit, omnium personarum de inofficioso intentio conquiescat. Ceterum intra quinquennium inchoata, usque ad tricennium obtineat actionem.*

[EPIT. AEG.] Quod intra quinquennium etiam si filii contra testamentum patris nihil egerint, postea agere prohibentur. Nam si intra quinquennium lis inchoata fuerit, usque ad tricennium obtinet actionem.

6. [p]) *Impp. Honorius et Theodosius AA. Ioanni Pf. P.* Adversus iudicium omnibus integris atque servatis, quibus inofficiosi actio aut de immodicis donationibus coeperit forte competere, vel qui se praeteritum esse testatur. Nos enim ita huiusmodi institutiones firmandas esse concessimus, ut competentibus actionibus viam minime clauderemus. *Dat. XVI. Kal. Mart. Ravenna, post consulatum Honorii IX. et Theodosii V. AA.*

INTERPRETATIO. *Contra voluntatem defuncti ita omnia, quae superiore lege sunt statuta, serventur, ut et de inofficioso agere liceat, et, si quis se praeteritum dixerit, audiatur. Sed ita haec omnia observari praecipimus, ut, si qua alia propositio fuerit de testamento vel donatione, quae possit opponi, in omnibus audiatur.*

[EPIT. AEG.] Si quis se testamento praeteritum dixerit, audiatur.

7. [q]) *Imp. Theodosius A. Asclepiodoto Pf. P.* Si quis defuncti agnoverit voluntatem, de inofficioso agere prohibetur. *Dat. VII. Kal. Mart. Constantinopoli, Victore V. C. Cos.*

INTERPRETATIO. *Qui per testamentum sibi aliquid derelictum acceperit aut vindicaverit et voluerit contra voluntatem defuncti agere, licentiam penitus non habebit.*

[EPIT. AEG.] Quicunque per testamentum sibi aliquid relictum acceperit, contra voluntatem defuncti nihil agere praesumat.

h) Seq. des. in cod. 40 et additur textus c. 3 inde a vv. *Unde claret* una cum subscr. c. 3. i) Haec add. int. k) Seqq. des. in codd. 38, 45ª et sequitur textus c. 3 inde a vv. *Unde claret* una cum subscr. c. 3. l) c. 3. C. Th. *c.* 3. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—7, 9, 12, 14, 15, 16, 18, 32; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 28, 31; inscr. et textus in codd. 21—24, 35—37, 39; textus et subscr. in cod. 26; inscr. et particula textus in codd. 38, 40, 45ª (vid. c. 2 h.t. not. *h* et *k*); solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 34; sola interpr. in cod. 19. m) c. 4. C. Th. *c.* 4. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—7, 9, 12, 14, 15, 16, 18, 19, 32; omnia praeter interpr. des. in cod. 42; inscr. et textus in codd. 21—24, 27, 31, 35—40, 45ª; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus in codd. 25, 29, 30, 34. n) Seqq. des. in cod. 32 et annectitur verbo *super* interpretatio h. c. inde a vv. *testamentum de fac.*, quae omnia unam sententiam, interpretatione separatim addita efficiunt. o) c. 5. C. Th. *c.* 5? Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—7, 9, 12, 14—16, 18, 19, 32; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—24, 31, 35—40, 45ª; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 34. In interpr. add., quae non sunt in lege. p) c. 6. C. Th. *c.* 6? W. propter ablativos: *omnibus integris a. servatis* et propter interpr., quae respiciat *superiorem legem*, hanc c. non intactam esse putat. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—7, 9, 12, 14, 15, 16, 18, 19, 32; omnia praeter interpr. des. in cod. 27; inscr. et textus in codd. 21—24, 31, 35—40, 45ª; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 34. q) c. 7. C. Th. *c.* 7? Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—7, 9, 12, 14, 15, 16, 18, 31, 32; omnia praeter interpr. des. in codd. 36, 40, 45ª; omnia in codd. 27, 38, 39, 42, 45, est tamen in cod. 39 subscr. c. 1 seq. tit. ad hanc const. retracta. Inscr. et textus des. in codd. 21, 23, 24, 37; textus et subscr. in codd. 26, 28; textus et interpr. in cod. 35; particula textus et interpretationis una cum subscr. in cod. 22, ubi h. c. ita legitur: *Si quis — agere licentiam penitus non habebit.* Solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 34; sola interpr. in cod. 19. Interpr. habent Ben. Lev. III, 327 et Ivo, Decr. XVI, 234.

b) Aeg. et nonn. codd. om. *filiis.*

| EPIT. SUPPL. LAT. 215. | EPIT. GUELPH. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|
| | nihil egisse cognuscitur. testamentum inofficiosum dici potest. | male egisset, si aut occulte aut aperte ei aliquas insidias laedere tentaverit. Si factum non fuerit et quartam ei filius non reliquerit, potest testamentum filii removeri, hoc est destrui, quod si filius fecerat testamentum. Si tamen filio fratris ex uno patre nati aut eorum filii per virilem sexum non esse probantur. Nam si mater, ut dictum est, pro[c]) manifestis inimicitiis praetermissa docebitur, acquiescat filii voluntati etiam invita[d]). | p̱ se neq: p̱ alius[*]) homines p̱ nullū̂ malū̃ ingenium eis alicum malum fecisset si hoc non fecit ea de res[c]) mariti sui illa exheredare non potē̂. |
| Si servo cum libertate hereditas fuerit dimissa non valuit, salva gratia libertatis, quam[k]) valuit merito obtinere. | III Servo vel liberto herede demisso fratres germani permanente̓ libertatem in hereditatem. germani sui succedere. | Si servo cum libertate hereditas fuerit dimissa, quia talis persona recte vocatur infamis, salva ei tantummodo, quam meruit, libertate, hereditatem vero germani fratres omnem ad se revocent. Si vero libertus per testamentum heres fuerit institutus, similiter, ut de servo iudicavimus, non valebit. | |
| Si pater quartam portionem filiis in nummo reliquerit nullo modo contra patris possunt surgere[l]) voluntatem. | IIII Filiis quibus falcidia. relicta est inofficiosum. agere non possunt. | [e]) Quoties pater filiis minus quam[f]) quartam partem hereditatis dimiserit, si in nummo vel praesidio[g]) tantum fuerit aestimatum, ut ad quartam portionis possit implere, nihil contra patris testamentum vel donationes poterit opponere. | |
| Quod intra quinquennium etiamsi filii, quibus maxime sub.....[m]) contra testamentum patris nihil egerint[n]), postea agere prohibentur. Nam si intra quinquennium lis inchoata fuerit, usque ad tricennium obtinet actionem. | V De inoficiosū̓ intra quinquenio. a[c]) debere postea non debere. | [h]) Intra quinquennium tantum a die mortis defuncti si de inofficioso lis inchoata[i]) non fuerit, perpetuo conquiescat. | *Īt. alia. Intp̃.* Si filii aliquid contra testamtū̃. parentum suorum causare voluerint[d]) infra. V. annus ipsa causa menare debent ut postea usq: ad tridicē̂ annus ipsa causa agere possent. nā̂ si infra V annus contra ipsum testamentum nulla causaverint sciant se ut postea contra ipsum testamentum nulla pulsare possunt[e]). |
| Si quis se testamento praeteritum dixerit cum diligentia audiatur. | VI. Inoficiosi. accione electa alia accionis elictas non peremet[d]). | Contra voluntatem defuncti ita omnia, quae superiori lege sunt statuta, serventur, ut de inofficioso agere liceat et si quis se praeteritum dixerit, audiatur. Sed ita observandum est, ut si qua aliqua propositio fuerit de testamento vel donatione, quae possit opponi, audiatur. [k]) *Dat. XV. Kal. Mart. post Cons. VIIII et Honorio et Theodosio.* | |
| Quicunque per testamentum sibi aliquid relictum acceperit, contra voluntatem defuncti nihil agere praesumat, nisi[o]) si eius heredibus quarta legitima non fuerit derelicta. | Qui ex testamentū̓ aliquid tenet de inoficiosum acusare non liceat. ʔ ȽȽȽ IIII tL· III.[c]) | Qui per testamentum sibi aliquid derelictum vindicaverit et voluerit contra voluntatem defuncti agere, non valeat. | |
| k) Cod. *demissa—quem.* l) Cod. *sugerere.* m) Desunt quinque literae. An *subvenitur?* n) Cod. videtur habere *patris mihi eligere in*, in quibus literis latet, quod Aeg. habet, *nihil egerint.* o) Haec sumsit epitomator ex sq. tit. | c) pro *agi.* d) An *alia actionis electio non perimitur?* e) Non possum explicare hos numeros. Fortasse scriptor in mente habuit leges, quas initio h. t. nominaverat, aut C. Th. lib. IV. tit. IV. | c) 62 *per manifestas inimicitias.* Supra omnes codd. *ei aliquas insidias.* d) 64 om. *etiam invita.* e) 64 add. *de Falcidia.* f) 62, 64 om. *quam*, sed 64, ut 63, *quartae partis hereditatem.* g) An *pretio?* Mox codd. *exestimatum.* h) 64 add. *De Lite intra XXX annus.* i) 63 *defuncti de inoff. l. i. usque in XXX annis obtinet actionem; quod si intra quinquennium inchoata non.* k) Subscript. deest in 62, 64. | *) 65, 67 *alios.* c) 66 *eres.* — Desunt c. 3 et 4. d) 65 *causa revolverint.* Idem (ut saepe 67) supra om. *Interp.*, infra habet *annos — minare — annos — annos* et om. *ad* post *usque.* e) 67 *puls. n̄ possunt.* — c. 6 et 7 desunt. |

## TITULUS XX. [a]) DE INOFFICIOSIS DONATIONIBUS.

1. [b]) *Imp. Constantius A. et Iulianus Caesar Olybrio.* Illud omnino dubitare non convenit, quod immodicarum donationum omnis querela ad similitudinem inofficiosi testamenti legibus fuerit inducta, et sit in hoc actionis utriusque vel una causa vel similis aestimanda, vel idem et temporibus et moribus. *Dat. XIV. Kal. Iun. Tauro et Florentio Coss.*

INTERPRETATIO. *Certum est, quod donatio facta de inofficioso testamento querelae similis iudicatur, contra quam similiter praetermissus, etsi ei minus, cui haec actio competit, quam quartae portionis suae modus est, dimittatur, intra quinquennium superius constitutum agere permittitur. Et sicut de inofficioso testamento, ita potest agere, ut donatio evacuetur.*

### TIT. XX. DE INOFFICIOSIS DONATIONIBUS.

Quemadmodum de inofficioso testamento agitur, ita et de donatione, si quartam non dimiserit.

## TITULUS XXI. [a]) DE INOFFICIOSIS DOTIBUS.

1. [b]) *Imp. Constantius A. ad Maximum Praesidem Ciliciae.* Quum omnis hereditas dote dicatur exhausta, concordare legibus promptum est, ut ad exemplum inofficiosi testamenti adversus dotem immodicam exercendae actionis copia tribuatur, et filiis conquerentibus emolumenta debita deferantur. *Dat. XIV. Kal. Ian. Sirmio, Datiano et Cereale Coss.*

INTERPRETATIO. *Quoties per dotem ita omnis hereditas evacuata probatur, ut quarta hereditatis ipsius non fuerit reservata, liceat filiis ad similitudinem inofficiosi testamenti contra dotem agere et debitam sibi portionem ex lege repetere.*

2. [c]) *Idem A. et Iulianus Caesar Pomponiano.* Dote ab uxore marito data, filios ex priore matrimonio, si neque ultra dodrantem, neque in fraudem legis Papiae constituatur, de hac repetenda nullam habere constat actionem. *Dat. XVI. Kal. Ian. Sirmio, ipso Augusto X. et Iuliano Caes. III. Coss.*

INTERPRETATIO. *Si mulier marito secundo dotem dederit, et ex priore marito filios habuerit, et non eis tres uncias, id est quartam portionem de rebus suis reservaverit, dos, quae contra legem Papiam secundo marito data est, non valebit.* [d])*Hic de iure addendum, quid sit lex Papia.*

### TIT. XXI. DE INOFFICIOSIS DOTIBUS.

Si in donationibus[a]) aut dotibus quarta filiis non fuerit reservata, liceat filiis quartam sibi repetere portionem.

Si mulier marito secundo dotem dederit et prioris mariti[b]) filiis quartam non reservaverit, non valebit.

## TITULUS XXII. [a]) DE HEREDITATIS PETITIONE.

1. [b]) *Imp. Constantinus A. et Caesar ad Maximum Pf. U.* Si is, qui dignitate Romanae civitatis amissa Latinus fuerit effectus, in eodem statu munere lucis excesserit, omne peculium eius a patrono vel a patroni filiis sive nepotibus, qui nequaquam ius agnationis amiserint, vindicetur. Nec ad disceptationem veluti hereditariae controversiae filiis liceat accedere, quum eius potissimum status ratio tractanda sit, non quem beneficio libertatis indultae sortitus acceperit, sed is, in quo munere lucis excesserit. *Dat. III. Kal. Febr. Serdica, ipso Augusto VII. et Caes. Coss.*

INTERPRETATIO. *Si quis civis Romanus libertus, intercedente*[c]) *culpa, Latinus libertus fuerit effectus, si in eadem Latinitate, sine reparatione prioris status, ab hac luce discesserit, facultates illius patronus vel patroni filii vel nepotes, qui tamen per virilem lineam descendunt et emancipati non fuerint, sibimet vindicabunt. Nec si filios, quos*[d]) *civis Romanus generavit, fortasse dimiserit, aliquid de eius hereditate praesumant: quia non quaerendum est, in qua libertate nati fuerint, sed in qua pater eorum positus conditione defecerit.*

### TIT. XXII. DE HEREDITATIS PETITIONE.

Si quis civis Romanus libertus intercedente culpa Latinus munere lucis excesserit, facultatem illius patronus vel patronorum filii per virilem lineam descendentes vindicabunt, [a])filii tamen liberti de eius hereditate nihil praesumant[b]).

## TITULUS XXIII. [a]) DE REI VINDICATIONE.

1. [b]) *Impp. Honorius et Theodosius AA. Crispino Comiti et Magistro Equitum.* Quisquis armatae militiae stipendiis communitus in solo publico vel aedificium aliquod construxerit vel septis quibuslibet spatia certa concluserit, perpetuo iure et firmo dominio eadem ex nostra generali auctoritate possideat, nec per surre-

### TIT. XXIII. DE REI VINDICATIONE.

a) Tit. XX. C. Th. *Tit. XX?* Cod. 19 *Tit. XXII.* b) c. 1. C. Th. *c. un.?* Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—7, 9, 12, 14—16, 18, 19, 32; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 42, 43, 45, $45^a$; inscr. et textus in codd. 21—24, 37, 39; textus et subscr. in codd. 26, 28, 31, 35, 36; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 34, 38, 40. De cod. 39 vid. not. *q* ad c. 7 sup. tit. Interpr. lege amplior est.

a) Tit. XXI. C. Th. *Tit. XXI?* Cod. 19 *Tit. XXIII.* b) c. 1. C. Th. *c.* 1? Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—7, 9, 12, 14, 15, 16, 18, 19, 32; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 42, 43, 45; inscr. et textus in codd. 21—24, 37, 39; textus et subscr. in codd. 26, 28, 31, 35, 36, $45^a$ et ponitur in codd. 36, $45^a$ pro h. c. subscriptione sequentis const. subscr.; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 34, 38, 40. c) c. 2. C. Th. *c.* 2? Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—7, 9, 12, 14, 15, 16, 18, 19, 32, 40; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 36, 42, 43, 45, $45^a$; inscr. et textus in codd. 21—24, 31, 35, 37—39; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 34. Non cepit sententiam legis interpres. d) Seqq. des. in plerisque codd. et ap. Sich. In cod. 1 literis, quae dicuntur Merowingicis, addita sunt a sec. manu. Cf. Savigny l. c. T. II. p. 54 not. 46; p. 55 not. 49 (I. ed.); p. 55 not. *d* et p. 56 not. *g* (II. ed.); c. 1, 6 C. Th. de Denunt. (II, 4); c. 3 C. Th. de Leg. her. (V, 1); c. 2 C. Th. Ut dign. ordo (VI, 1); c. 1 C. Th. de Revoc. don. (VIII, 6).

a) Tit. XXII. C. Th. *Tit. XXII?* Cod. 19 *Tit. XXIV.* b) c. 1. C. Th. *c. un.?* Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—7, 9, 12, 14, 15, 16, 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 42, 43, 45; inscr. et textus in codd. 21—24, 39, $45^a$; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 29—32, 34—38, 40; sola interpr. in cod. 19. c) Recte ab int. add. *interc. culpa.* d) Recte hoc add. interpr.

a) Tit. XXIII. C. Th. *Tit. XXIII?* Cod. 19 *Tit. XXV.* b) c. 1. C. Th. *c. un.?* Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—7, 9, 12, 14, 15, 16, 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 42, 43, 45; inscr. et textus in codd. 21—24, 39; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 29—32, 34—38, 40, $45^a$; sola interpr. in cod. 19.

a) Quod de *donationibus* dicitur, sumtum est ex super. tit. b) Nonn. codd. *et ex priore marito.*

a) Seqq. om. cod. 46. b) 47 *providebunt.*

| EPIT. SUPPL. LAT. 215. | EPIT. GUELPH. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|
| TIT. XXI.<br>DE INOFFICIOSIS [a])<br>DONATIONIBUS. | XX. DE INOFFICIOSIS<br>DONACIONIBUS. | DE INOFFICIOSIS DONATIONIBUS XX. | XX.*) DE INOFFICIOSIS DONATIONIBUS. |
| Quod similitudine[b]) inofficiosi testamenti similis donatio vacuatur. | Ad exemplo̓ inofficiosi testamentu̓ qui praetermissi fuerint infra quinquennio pro quarta sibi dibitam agere possunt. | De inofficiosis donatio facta querela eius similiter ut testamenti inofficiosi iudicabitur. Si integro[a]) quinquennio superius constitutio reparatur. *Dat. XV. Kal. Iun. Tauro et Florentio Coss.* | Imp̄. cons̄ data IIIIX[a]) kāl Iuliās. *Intp̄.* Cuicumque homini si ei[b]) aliquid donat' si aliquid exinde agere voluerit ut dispeccionoso[c]) testam̄tum. Set qui quarta porcionē. Vee[d]) dimitatur sic̄ superius diximus infra. V. annus hoc agere debent. nā post V ann̄s exinde nullā agere potē; |
| TIT. XXII. DE<br>INOFFICIOSIS DOTIBUS. | XXI. DE INOFFICIOSIS<br>DOTIBUS. | [a])DE INOFFICIOSIS DOTIBUS XXI. | XXI.[a]) DE INOFFICIOSIS DOTIB; |
| Simili modo et dos facta cadit, si*) quarta filiis reservata non fuerit. | Sibi quarta̧ non reservaverit irrita̓ esse dotem.<br>ꝛV Ł VIII ꝛVII.[a]) | Quoties supra dotem quarta hereditatis non fuerit reservata, sicut contra inofficiosum testamentum liceat filiis debitam sibi portionem ex lege repetere*). | Imp. cons̄ data IIIIX[b]) kāl ianuar̄. *Intp̄.* Dotib; qui[c]) ē int̄ virū et uxorē si quarta porcio ad heredes reservata[d]) n̄ fuerit ipsa dotes firma stare non potē. |
| Similiter agitur[a]) et si mulier marito secundo totum dederit. | Si in secundo. marito. per dotem hereditas evacuetur si filiis quarta non reservetur dos facta non valebit. | [b])Si mulier secundo marito dotem dederit et ex priori marito filios habuerit et non eis tres uncias de rebus suis reservaverit, dos, quae contra legem Papiam secundo marito data est, non valebit. *Dat. XV. Kal. Ian. Sermio p̄po A. X. et Iuliano Caes. III. Coss.* | *It̄ alia. Intp.* Si mulier ad secundū maritū dotem fecerit et de primario marito filius habuerit si quarta parte de res sua ad illos n̄ reservaverit ipsa dotes firma non permanebit[e]). |
| TIT. XXIII.<br>DE HEREDITATIS<br>PETITIONE. | XXII DE HEREDITATIS<br>PETICIONĒ.<br>L IIII ꝛX.[a]) | DE HEREDITATIS PETITIONE XXII. | XXII[a]). DE HEREDITATES PETITIONES. |
| Hoc est si libertus civis Romanus intercedente culpa latinus fuerit mortuus, etiamsi filios cives romanos habuerit, omnem illius facultatem patronus vel patroni[a]) filii vel nepotes, qui per virilem descendunt lineam et emancipati non fuerint, sibimet vindicabunt. | I. Liberti per culpam. latini. effecti peculium ad patroni filius. venit ad nepotes ex filia non venit. | Si quis civis Romanus intercedente culpa Latinus libertus fuerit effectus, si in eadem latinitate sine reparatione permanserit, facultatem illius non filii eius, sed patronus vel patroni filii vel nepotes, qui per virilem lineam descendunt et emancipati non fuerint, sibimet vindicabunt. *Dat. III. Kal. Febr. Sirdicae ipso VII. et Coetera Cons.*[a]) | Imp̄. cons̄ data III kal̄ febr̄. Si quis homo livertum civincū[b]) romanum fecerit et postea p̱ sua culpa ad hoc venerit quid[c]) latinus liuertus fiat si in ipsa culpa mortuus fuerit suas res que[d]) habuit ipsi domni recipiant ꝗ virili sexsu pertinent et forsitan ipsi[e]) liverti filiuş habent[f]) qui contra hoç dicere aliquid voluerint ut du̓ pat̄ eorum cives romanu̓ fuisset sic ipsius[g]) generasset. secundum legem exinde nihil agere possunt. Quia in quale causa pat̄ eorum mortuus fuerit hoc requirit̄; nā non in illa libertate quando illus filius generabit. |
| TIT. XXIIII. DE REI<br>VINDICATIONE. | XXIII DE<br>REI VINDICACIONĒ.<br>L X ꝛIIII.[a]) | [a])XXIII. DE REI VINDICATIONE. | XXIII.[a]) DE RE VENDICATIONE. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| a) Cod. *Inoffensis;* ita in sq. quoque tit. b) Cod. *similitudinem.*<br>*) Cod. *Simile — an.* a) Cod. *igitur etsi.*<br>a) Cod. *patro filiis — discendunt.* | a) An C. Th. III, 5, c. 8 et III, 7, 3?<br>a) C. Th. IV, 10.<br>a) Inc. num. An C. Th. XV, 1? Nam C. Th. lib. X. tit. IV. non omnino quadrat. | a) 63, 64 *intra q. s. c. repetatur.* Leg. videtur *intra quinquennium superius constitutum repetatur.* Subscript. deest in 62.<br>a) 64 *Constant ā. De I. D.* *) 63, 64 *petere.* b) 64 add. *De Dote ad secundum maritum.* Praeterea 62 *Similiter* pro *Si mulier.* Subscript. deest in 62, in 64 legi nequit.<br>a) Subscript. deest in 62. Leg. *et C cons.* i. e. *et Caesare Cons.*<br>a) 63, 64 *Honor Theod āa XXIII.* | *) 67 *XVIII.* a) 65 et 67 *XIIII.* b) 67 om. *si ei;* idem *donator.* c) 67 *de suspicioso testamento sit q. quartā.* d) Hoc v. om. in 67. 65 *vete* et ann. Canc.: „Scriptura luculenta est, quam nec corrigere valeo nec explicare." Mox 65 *annos — annos — nulla.*<br>a) 67 *XVIIII.* b) 65 *IIII.* c) 65 *quid.* 67 *que.* d) 65 *servata.* e) 67 *filios — suas — dotis.* 65 *dote — maritum filios — res suas — ipsas.*<br>a) 67 *XX De hereditatib; p.* b) 65 *civencum.* 67 *civēq:* c) 65 *qui.* 67 *suā culpā — quod.* d) 65 *suas quam.* e) 65 *f. si ipsi l.* 67 *si f. ipsi.* f) 65 *filios habuerint — aliquid dicere — cive romanum.* g) 65 *ipsos generasse — libertatem q. illos filios.* 67 *et secundum — requiretur — illos filios gērit.*<br>a) 67 *XXI De rei vind.* 65 *vendicationem.* |

ptionem aliquis postea eadem loca a nostra clementia audeat postulare. §. 1. Illud quoque sancimus, si quisquam militum simili conditione ante hoc tempus loca publica possidenda detinuit, ac postea eadem per alias competitionum nebulas detectus fuerit amisisse, reformari eadem; ita tamen, si probatum fuerit, a nullo antea possessum solum hac, qua ostendimus, a milite ratione detentum: vel si, in alios forte eorum militum voluntate translatum fuisse, quod tenuerant, potuerit edoceri. §. 2. Ne quis sane post hanc definitionem nostri numinis surripiendo postulare audeat haec spatia, de quibus praesens oraculi nostri forma comprehendit, poenam viginti librarum auri iubemus adscribi. *Dat. V. Kal. Mart. Ravenna, Asclepiodoto et Mariniano Coss.*

INTERPRETATIO. *Quicunque militans in solo publico aedificium fortasse exstruxerit aut aliquid pro utilitate sua crediderit faciendum, per nullius calumniam penitus repellatur, sed hoc perpetuo in eius iure permaneat. Idem miles nostris utilitatibus serviens*[c]), *si locum publicum construxerit vel ad excolendum fortasse tenuerit, si hoc tamen nullus antea tenuit, cui miles ipse*[d]) *pervasor exstiterit, simili ratione possideat. Contra quam rem etiamsi surreptum principi fuerit, non solum impetrata non valeant, verum etiam improbus petitor viginti libras auri fisco cogatur exsolvere.*

Militanti vero in rebus publicis etiam et militi absque ambiguitate liceat aedificare in re fiscali, et si super eum aliquis competierit, quod reparavit vel aedificavit, si hoc ante tamen non tenuit, non solum petitor impetratis careat, verum etiam fisco nostro viginti libras auri cogatur exsolvere.

## TITULUS XXIV. a) FAMILIAE HERCISCUNDAE.

TIT. XXIIII. DE FAMILIA HERCISCUNDAE a).

1.[b]) *Imp. Constantinus A. ad Verinum.* Quum dividendae res erunt, dubitari non potest, ab heredibus suis consensum sine ulla controversia commodandum. Quod vero ad huiusmodi spectat scripturas, in quibus talis defunctorum fuisse mens invenitur, ut de testamento intelligatur tantummodo cogitatum, etsi repugnare ius videatur, huiusmodi quoque conscriptiones inter suos duntaxat heredes valere oportet, quemadmodum valent scripturae simpliciter inchoatae, quas nulla solennitatis adminicula defendunt, solis nixae radicibus voluntatis. Licet enim sub testamenti vocabulo coeptae, quum perfectae non sint, neque appellari aliter ullo modo possint, evanuisse videntur, tamen dispositiones ultimae, coloratam iuris imaginem referentes, iustius in se legum proclivem favorem debent provocare. Quamobrem, quum filiis ac nepotibus civili iure vel auxilio praetoris ut suis heredibus defuncti successio deferatur, etiamsi coeptum, neque impletum testamentum esse memoretur, vel si ab utilitate verborum vel solennitate iuris inanis scriptura esse dicatur, considerari specialiter voluntatem placet, et obsecundari protinus, quum res dividentur, nec retineri amplius, quam quod singulorum personis detegetur adscriptum, ut et memoria defuncti non violetur parentis, et occasiones litium dirimantur. *Dat. IV. Kal. Sept. Crispo II. et Constantino II. Caess. Coss.*

INTERPRETATIO. *Quando facultas patris inter filios vel nepotes dividitur, specialiter voluntas patris vel avi paterni debet in omnibus custodiri, cuius testamentum etiamsi non fuerit perfectum, aut si non legitimo numero testium subscribatur, nec gestis allegetur, tamen si agnoscitur defunctus, de quo supra dictum est, de facultate sua aliquid ordinasse, quicquid unumquemque de filiis ac nepotibus cuiuscunque sexus habere voluerit, hoc sibi sine consortis repetitione defendat: nec praesumat aliquis, quod alteri consorti auctor ille dimiserit. Sed hoc inter filios ac nepotes ex filiis masculis observetur, quod voluntate auctoris per quamcunque scripturam probabitur ordinatum*[c]).

Quando facultas patris vel avi paterni inter filios vel nepotes dividitur, eorum voluntas sine repetitione consortis in omnibus debet custodiri.

2.[d]) *Idem A. ad Constantium Pf. P.* Nulli quidem de bonis usurpandis vivorum, nec dividendi contra bonos mores concessa licentia est: sed si praecipiente matre bona eius inter se liberi diviserunt, placuit omnifariam nobis, huiusmodi divisionem durare, si modo usque ad extremum eius vivendi spatium voluntas eadem perseverasse doceatur. *Dat. III. Id. Iun. Constantinopoli, Constantino et Maximo Coss.*

INTERPRETATIO. *Licet vivorum bona, ut dividantur, iniustum sit, tamen si mater vivens facultates suas filiis praeceperit et permiserit dividendas, et usque ad exitum vitae suae in eadem voluntate perstiterit, divisio inter filios facta perduret.*

Similiter et si mater vivens facultatem suam inter filios diviserit et in eadem voluntate perseveraverit, divisio facta perduret *).

## TITULUS XXV. a) DE COMMUNI DIVIDUNDO.

TIT. XXV. DE COMMUNI DIVIDENDO.

1.[b]) *Imp. Constantinus A. Gerulo Rationali trium provinciarum.* In Sardinia fundis patrimonialibus vel emphyteuticariis per diversos nunc dominos distributis, oportuit sic possessionum fieri divisiones, ut integra apud possessorem unumquemque servorum agnatio permaneret. Quis enim ferat, liberos a parentibus, a fratribus sorores, a viris coniuges segregari? Igitur qui dissociata in ius diversum mancipia traxerunt, in unum redigere eadem cogantur: ac si cui propter redintegrationem necessitudinum servi cesserunt, vicaria per eum, qui eosdem susceperit, mancipia reddantur. Et invigilandum, ne per provinciam aliqua posthac querela super divisis mancipiorum affectibus perseveret. *Dat. III. Kal. Mai. Proculo et Paulino Coss.*

In divisione patrimoniorum seu fiscalium dominorum sive privatorum sollicitudo sit ordinantium, ut integra apud possessorem unumquemque servorum agnatio permaneat,

c) Interpres ad vasallos regis legem transfert. Cf. L. Vis. lib. V. tit. III. d) Recte interpres.

a) Tit. XXIV. C. Th. *Tit. XXIV?* Cod. 19 *Tit. XXVI.* b) c. 1. C. Th. *c.* 1. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—7, 9, 12, 14, 15, 16, 18, 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 42; inscr. et textus in codd. 21—24, 39; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 29—32, 34—38, 40, 45a, est tamen in cod. 34 particula textus usque ad v. *consensum* conflata cum inscr. In interpr. desinit cod. 45a. Marculphi Form. II, 10 et ad interpr. Form. Sirm. 21, 22. Lege brevior est interpr., etsi nonnulla explicat. c) Hic desin. cod. 45a. d) c. 2. C. Th. *c.* 2. Ben. Lev. III, 328. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—7, 9, 12, 14, 15, 16, 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—24, 31, 32, 35—37, 39; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 34, 38, 40; sola interpr. in cod. 19.

a) Tit. XXV. C. Th. *Tit. XXV?* Cod. 19 *Tit. XXVII.* b) c. 1. C. Th. *c. un.?* Ad interpr. cf. Regino II, 122. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—7, 9, 12, 14, 15, 16, 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 42, 45 et 8, cuius quarta pars (sine dubio ex Morpacensi codice) incipit ab interpr. h. t. Vid. supra II, 14, 1, not. c. Inscr. et textus des. in codd. 21—24, 38—40; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 29—32, 34—37; sola interpr. in cod. 19.

a) Ita codd. et Aeg. *) Hoc v. terminatur cod. 58.

| EPIT. SUPPL. LAT. 215. | EPIT. GUELPH. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|
| Militanti vero in rebus publicis liceat in re fiscali vel ......[a]) vel aedificium reparare, et si super eum aliquis competierit, quod aedificavit, si hoc[b]) tamen petitor ante non tenuit, petita non obtinent et XX libras auri fisco cogatur exsolvere. | I. Militans in loco publico edificando, occupare posse. | Quicunque militans in solo publico aedificaverit aut aliquid elaboraverit[b]), per nullius calumniam repellatur, sed hoc perpetuo in eius iure permaneat. [c])Si tamen ipsum solum nullus antea tenuit, cui miles[d]) ipse pervasor extiterit. Contra quam rem si subreptum principi aliquid fuerit, non solum impetrata non valeant, sed improbus petitor XX libras auri fisco cogatur exsolvere. *Dat. V. Kal. Mart. Asclipiodoto et Mariano Coss.* | Imp̃. honor̃. data V. kal̃. mar̃ *Intp̃.* Quicumq: milex in tr̃a dominicale̾ edificiũ fecerit. id est si ipsa tr̃a alĩ homo antea ꝑ pressa[b]) non habuit postea ipsum hedificiũ nullus homo ei tollere potẽ similĩ et de agro ubicũq; laborare potuerit. si ipsum agrum ante ea alĩ non habuit nullus homo ej tollere potẽ. qd̃ si ꝗcumq: principis vel iudex ꝑ sua forcia ei ipsum[c]) tollere voluerit aut alii omines[d]) illum dederit. pro ipsa causa eo qd̃ ei illum iniuste tollet XX libras auri solvat;[e]) |
| TIT. XXV. DE FAMILIA HERCISCUNDAE. | XXIIII DE FAMILIA HERCISCUNDE; pl˙ I ꝛ XVIII.[a]) | DE FAMILIA HERCISCUNDAE XXIIII. | XXIIII DE FAMILIA ERCISCUNDE[a]). |
| A. Quando facultas inter filios et nepotes dividitur voluntas patris vel avi paterni debet in omnibus custodiri ut quicquid unicuique filiorum delegaverint hoc unusquisque percipiat. Etiamsi testamentum non sit perfectum aut non legitimo testium numero roboratum, tamen manet in filiis et nepotibus ex masculis generatis. | I. In filio vel nepotes. voluntas patris. servanda non solemnitas. scripture querenda est ≡ pl. III ꝛ V[b]) L X L' IIII ꝛ nt IIII. | Quum dividundae res erunt inter heredes, specialiter voluntas illius defuncti, cuius res fuerat, debet in omnibus custodiri. Cuius testamentum etiamsi non fuerit perfectum, aut si non legitimo numero testium subscribitur, nec gestis allegetur, [a])tamen si agnoscitur, defunctum de facultate sua aliquid ordinasse, quicquid in unumquemque de filiis vel nepotibus cuiuscunque sexus habere voluerit, hoc sibi sine consorte defendant. Sed hoc inter filios et nepotes et[b]) filiis masculis observetur, per quamcunque scripturam auctoris probaverint ordinatum. | Imp̃. cons̃ data IIII kal̃ sep̃rs. *Intp̃.* Quicũq; homo[b]) faciens testamentũ et postea heredes sui dixerint qd̃ ips testam̃tus non sit legitime firmatus nec gesta ligatus.[c]) ipse vero qui illũ testamentũ fecit si voluerit ꝑ qualescumq: cartas ad suos filius ĩ ad[d]) suos nepotes de filio natus qd̃qd̃ ei[e]) donare voluerit liberã habeat potestatem. et si ꝑ qualecumque scriptam ad unũ plus dare voluerit[f]) quam ad aliũ hoc in sua ẽ potestate facere sic̃ volet[g]). |
| B. Si ex voluntate matris a filiis facultas materna dividatur et matris voluntas permanserit, divisio manet. | Si mater ꝑcipiat ut si viva filii bona eius dividant fieri posse. | [c])Si mater vivens facultatem suam permiserit filiis dividendam et usque ad mortem in eadem voluntate perstiterit, divisio inter filios facta perduret. *Dat. III. Id. Iun. Constantino et Maximiano Coss.*[d]) | *It. alia. Intp.* Quicũq; mulier post morte mariti sui vivens si suas res intĩ suos filius[h]) dividere voluerit ipsas res postea dũ vivit tenere potẽ et ipsa divisio post eius mortẽ[i]) firma ꝑmaneat. |
| TIT. XXVI. DE COMMUNI DIVIDENDO. | XXV DE CUMMUNI DIVIDENDO. | XXV. DE COMMUNI DIVIDENDO. | XXV.*) DE COMMUNE DIVITENDUM. |
| a) Des. nonn. literae. Fort. add. *exstruere.* b) Cod. *hos.* Infra leg. *obtinet.* | a) Paul. I, 18. b) An Paul. III, 4 et 6? et Nov. Val. tit. IV? | b) 63, 64 *elabor. nullus ei repellatur.* c) 64 add. *De militum Licentiam.* d) 63, 64 *milis.* 62 *cuius similiter ipse.* Subscr. deest in 62, 64. a) 64 add. *De Voluntate Defuncti.* b) An *ex?* c) 64 add. *Si mater inter filios dividat.* d) Subscr. deest in 62. | b) 65 *propressa n. habet — potuerint — antea — quiscumque Princeps.* 67 *presa — tollere ñ potest — agrum alter antea non — tollere ñ pot. — princeps.* c) 67 om. *ipsum.* d) 65, 67 *homini* et infra *tollit.* e) 65 *componat.* a) 67 *XXII. De f. hercisc.* b) 65 om. *homo.* 67 *et si.* c) 65 *ipse — iesta legatus,* sed ann. Canc.: „h. e. *gestis alligatus*". d) 65 *filios et ad suas filias et ad — natos.* 67 *natos.* e) 65 *quodquot eis — libera — scripta.* f) 65 *dar. vol. plus.* g) 67 *sua potestatem — pult.* h) 65, 67 *mortem — filios* i) 65 *mortem eius.* *) 67 *XXIII.* 65 et 67 *Dividendum* |

INTERPRETATIO. *In divisione patrimoniorum seu fiscalium domorum sive*[c]) *privatorum observari specialiter debet*, *ut*, *quia iniustum est*, *filios a parentibus vel uxores a maritis*, *quum ad quemcunque possessio pervenerit*, *sequestrari*, *mancipia*, *quae permixta fuerint*, *id est uxor cum filiis et marito suo*, *datis vicariis*, *ad unum debeant pertinere*, *cui necesse fuerit commutare*, *quod sollicitudo ordinantium debet specialiter custodire*, *ut separatio fieri omnino non possit.*

## TITULUS XXVI. [a]) FINIUM REGUNDORUM.

1. [b]) *Imp. Constantinus A. ad Bassum Pf. P.* Si constiterit, eum, qui finalem detulerit quaestionem, priusquam aliquid sententia determinetur, rem sibi alienam usurpare voluisse, non solum id, quod male petebat, amittat, sed quo magis unusquisque contentus suo rem non expetat iuris alieni, is, qui irreptor agrorum fuerit in lite superatus, tantum agri modum, quantum diripere tentavit, amittat. *Lecta apud acta XII. Kal. Iul. Gallicano et Symmacho Coss.*

INTERPRETATIO. *Si quis pervasor finium fuerit approbatus*, *eo quod*, *priusquam aliquid iudicio finiretur*, *id*, *quod alter tenuerat*, *invasisset*, *non solum illud*, *quod male praesumsit*, *amittat*, *sed ut non unusquisque rem alienam occupet*, *quum fuerit in causa devictus pervasor iuris alieni*, *tantum spatii restituat*; *quantum praesumsit invadere.*

## TITULUS XXVII. [a]) SI CERTUM PETATUR DE CHIROGRAPHIS.

1. [b]) *Imppp. Honorius*, *Theodosius et Constantius AAA. Palladio Pf. P.* Super chirographis mortuorum hanc servari volumus perpetua observatione sententiam, ut, qui inter absentes intra hoc iuge quinquennium, inter praesentes vero biennium iudiciis competentibus non publicaverit cautiones, nec convenerit debitoris heredes, actione privetur. §. 1. Hic tamen si intra tempora constituta processerit, absque ullo sequestrationis obiectu prius manum defuncti probare iubeatur: hoc enim toto iure cantatum est, ut scripturam prolator affirmet; quam tamen adstrui non sola manus collatione conveniet (quid enim aliud falsarius agit, quam ut similitudinem veritatis imitetur?), sed aliis multiplicibus documentis, ut probet, magnae securitatis fuisse, quod siluit. Nam si publicam iudiciorum aditionem amicitiarum forsitan impedivit affectio, privatam saltem conventionem testis audivit, libertus aut servus agnovit, admonere etiam potuit sub mortis vicinitate languentem. §. 2. Quod si se forsitan causetur absentem, maioribus adstrui potest conventio longinqua documentis, promissaeque solutionis epistolare rescriptum. Ac ne id ipsum, qui cautionem fingit, imitetur, producat in medium portitores, qui alternae partis scripta confirment, a quibus tamen verum vel sacramento dignitas vel suppliciis terror exploret: quamvis ad illuminandam hereditarii debiti fidem et causas oporteat foenoris approbari, et pecuniae baiulos hinc inde produci. His ac talibus si destituetur taciturnitas longinqua documentis, in evidenti est, veteratorum calumnias non solum repetitione privandas, verum etiam severitate cohibendas. §. 3. Sed si viventis ante hanc legem facta cautio proferatur, quam suam neget ille, qui petitur, sequestret pecuniam litigaturus ex falso. Cavendum est enim, ne inficiandi fomitem ministremus obnoxiis. Quod tamen tunc conveniet custodiri, si inter praesentes utrosque viventes necdum viginti anni, inter absentes necdum triginta doceantur emensi. Alioquin, si chirographi fides sub silentio iudiciariae conventionis statutum tempus excesserit, probari prius debitum conveniet, tunc reposci, sequestrationis necessitate summota. §. 4. Sin vero suam quidem manum fateatur obnoxius, sed nihil sibi numeratum pro hac obligatione causetur, tunc chirographi discuti oportebit aetatem, ut, si iure delata contestationibus tempora debitor taciturnus exegit, cavillationis istius perdat obstaculum. §. 5. De cetero vero sancimus, ut omnes deinceps cautiones intra duodecennium vim contestationis accipiant, quam debitor facta novatione promittat. §. 6. Sed si mediis temporibus peregrinetur obnoxius, quo novationi longior obsit absentia, volumus, creditorem ante duodecennium praestitutum aditis iudiciis edictum mereri auctoritatemque postibus debitoris affigere, domesticas etiam convenire personas: nullus enim per tanta contestationum poterit documenta mentiri. Quod ideo ante duodecennium iubemus agitari, ut per intervalla temporis longioris inclamatus advertat, confutari debere, si fides non agnoscitur petitorum, nec obesse iam post adscripta tempora creditori, si post has contestationum voces longa debitoris absentia vel redhibitio proteletur, vel notavio iusta ludatur. Et quamvis nescire promulgata non liceat, per omnem hunc annum pendere iubemus edictum. *Dat. V. Kal. Aug. Ravenna, Eustathio et Agricola Coss.*

INTERPRETATIO. *De cautionibus mortuorum hoc praecipimus observari*, *ut*, *si debitor absens defunctus fuerit*, *et mortuum eum creditor esse cognoverit*, *cautionem suam intra quinquennium iudici non differat publicare. Si vero praesente creditore defecerit*, *intra biennium defuncti publicet cautionem: ita tamen*, *ut manus mortui conferatur*, *et agnosci possit illius esse subscriptio*, *aut convenisse illum*, *dum viveret*, *aliquibus scientibus valeat approbare: et causas ipsius debiti*, *unde pecuniam contraxit*, *exponat. Quod si supra personam mortui detegitur fortasse mentiri*, *non solum pecuniam non recipiat*, *sed etiam severitatem legis incurrat. Nam de reliquo inter vivorum personas haec observanda decernimus*, *ut omnes cautiones debitorum intra duodecim annos debeant contestari: ita ut a debitoribus renoventur. Quod si forsitan ante duodecim annos debitorem peregrinari contigerit*, *iudicis mereatur edictum*, *quod in postibus debitoris sui pro contestatione debeat affigere*, *et homines illius convenire non desinat*, *ut quum fuerit taliter debitum contestatum*, *excusationem*, *qui peregrinatur*, *longi temporis habere non possit. Nec ideo se excuset*, *quod non renovaverit cautionem. Sane si debitor suam esse dixerit cautionem*, *sed nihil se de ipsa cautione asserat accepisse*, *tempus debet inspici cautionis*, *ut*, *si intra quinquennium cautio conscripta cognoscitur*, *et probatum fuerit*, *quod in cautione*

c) Hoc add. ab interpr.

a) Tit. XXVI. C. Th. *Tit. XXVI?* Cod. 19 *Tit. XXVIII.* Cod. Reg. Par., olim S. Germ. 366, ubi hic tit. una cum c. 1 profertur, *Ex libro II. Legis Theodosianae Tit. XXVII.* Edd. C. Th. inde a prima Cuiacii ed. h. tit. quinque habent leges. b) c. 1. C. Th. *c.* 2? L. Visig. VIII, 1, 2. Ad interpr. cf. Ben. Lev. III, 325. Ivo, Decr. XVI, 243 et 324. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 12, 14, 15, 16, 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—24, 39; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 29—32, 34—38, 40; sola interpr. in cod. 19. Legitur etiam haec c. cum interpr. in cod. Reg. Par., olim S. Germ. 366.

a) Tit. XXVII. C. Th. *Tit. XXVII?* Cod. 19 *Tit. XXIX.* Commemoratur hic tit. in interpr. ad tit. Cod. Herm. de Cauta et non numerata pecunia. b) c. 1. C. Th. *c. un.?* Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 12, 14, 15, 16, 18, 19, R.; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—24, 39; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 29—32, 34—38, 40.

---

**EPIT. AEG.**

ut separatio uxoris vel filiorum omnino non fiat: pro quibus commutatio non denegetur.

### TIT. XXVI. DE FINIUM REGUNDORUM.

Si quis pervasor approbatus fuerit, tantum spatii restituat, quantum praesumsit invadere, cum fructibus duplis*).

### TIT. XXVII. SI CERTUM PETITUR ET DE CHIROGRAPHIS[a]).

Si debitor absens defunctus fuerit, creditor[b]) cautionem suam intra quinquennium iudici publicare non differat: si vero creditore[c]) praesente defecerit, intra biennium publicetur: ubi non solum mortui subscriptionem[d]) approbet, sed etiam eum testibus convenisse probet. Vivorum vero cautiones intra duodecim annos debent renovari et si ipse debitor peregrinaverit, creditor iudici patefaciat. Qui cautionem deposuit et pecuniam non accepit, si intra quinquennium tradita non proban-

*) Ben. Lev. III, 160.

a) Rubr. deest h. l. in cod. 54 et interponitur post v. *patefaciat.* b) Aeg. *traditor.* c) Aeg. *creditori.* d) Ita codd. 46, 52. Rell. et Aeg. *subscriptione.*

## EPIT. SUPPL. LAT. 215.

Hoc est, quotiens mancipia dividuntur separatio non fiat, sed commutatio celebretur.

TIT. XXVII. DE FINIUM REGUNDORUM.

Hoc est, ut pervasor termini alieni tantum spatium restituat, quantum praesumsit invadere.

TIT. XXVIII. SI CERTUM PETIS*) DE CHIROGRAPHIS.

Si quis mortui cautionem protulerit, praesens infra biennium, absens intra quinquennium illam debet iudici publicare, ubi non solum**) mortui subscriptionem per manus collationem approbet, sed etiam cum testibus se convenisse eum pro debito probet. Vivorum vero cautiones intra duodecim annos debent contestari, ita ut a debitoribus renoventur. Quod si debitor in peregrinis fuerit, creditor per edictum iudicis in postibus debitoris sui cautionem appendat, ut debitor excusationem longi temporis habere non possit. Qui cautionem deposuit et pecuniam non accepit, si intra quinquennium

*) Ita codex. **) Cod. *soli*.

## EPIT. GUELPH.

In mancipiorum divisionẽ effectu̓ parentu̓ non separandus, TL V ꝸ X NL·II· ꝸ VIIII pl V ꝸ VII LXIII L· I· ꝸ XVIII[a]).

XXVI DE FINIUM REGUNTUR pl. I. XVI Ł V ꝸ XXIIII Ł II.[a])

I: Inreptor agrorum in lite superatus aliut tantum adversario reddat.

XXVII SI CERTUM PETITUR DE CYRͦOGRAFFIS pl. II ꝸ I herm̓ ꝸ I[a]).

De cyrografiis mortuorum. ac vivorum. vel qui negant et ut scriptura̓ ꝓplatur adfirmet L·XI. L XIIII. L IIII.[b])

a) C. Th. V, 10. Nov. Val. tit. IX. Paul. V, 7, 13. I, 18.

a) Paul. I, 16 et V, 24, 2.

a) Paul. II, 1. C. Herm. tit. I.
b) C. Th. XI, 14, 4.

## EPIT. MONACHI.

In divisione patrimoniorum vel emphyteuticariis hoc[a]) est scõrum seu et fiscalium sive privatorum observari debet, ut mancipia, quae permixta sunt, id est uxor cum filiis et marito datis vicariis ad unum pertineant, cui necesse fuerit commutari, ut separatio fieri omnino non possit. *Dat. III. Kal. Mai. Proculo et Paulino Coss.*

XXVI. DE FINIUM REGUNDORUM.

Pervasor finium non solum ipsud, quod pervasit, amittat, sed[a]) tantum spatii restituat, quantum praesumsit invadere. *Dat. XI. Kal. Iul. Gallicano et Simaco Coss.*

[a]) SI CERTUM PETITUR DE CYROGRAPHIS XXVII.

Super cautionibus mortuorum hoc praecipimus observari, ut si debitorem absentem creditor mortuum esse cognoverit, cautionem suam intra quinquennium iudici publicet. Si vero praesente creditore defecerit, intra biennium publicet cautionem, ut agnosci possit illius esse subscriptio[b]) aut testibus approbet et causam ipsius debiti exponat. Quod si super mortuum detegitur mentiri, non solum pecuniam non recipiat, sed etiam severitatem legum incurrat. Inter vivos vero decernimus, ut omnes cautiones intra duodecim annos debeant contestari, ita ut a debitoribus renoventur. Si vero ante duodecim annos debitorem peregrinari contigerit, iudicis mercatur edictum, quod in postibus[c]) debitoris sui pro contestatione debeat affigere, et homines illius convenire non desinat, ne ita se excusare possit ille, qui peregrinavit, quod non renovaverit cautionem. Sane si debitor suam esse dixerit cautionem, sed nihil se de ipsa asserat accepisse, tempus debet inspici cautionis, ut si intra quinquen-

a) 64 *est beneficia ecclesiae sive privatorum.* Subscript. om. in 62, 64.

a) 64 add. *de suo.* Subscript. deest in 62.

a) 64 *Honorio et theõd constañt ãa XXVII Si* etc. b) 64 interponit rubricae loco *De debito et cautione.* c) 62, 63 *portibus.* 64 *postebus.*

## EPIT. S. GALL.

Imp̃ coñs data III. kãl. mar. D.[a]) *Intp̃.* cũ post mortẽ parentum int̃ heredes familie dividuntur ille heres cui talẽ servũ in porcionẽ venit qui uxorẽ et filius parvulus habet ipsa uxor da marito suo nec ipsi infantes non separent’ et ꝓ eis vecarius[b]) det’; ut qui ipsum coniugiũ recipit in[c]) integrũ eu̓ habeat.

XXVI DE FINIŨ REGENDORŨ[a]).

Imp̃. coñs. acta[b]) XII kãl iul̃i. *Intp̃.* Quicũq: homo alterius trã malo ordine invaserit ipsã rẽ que[c]) male invasit in doplu restituat.

XXVII SI CERTŨ PETIT’ DE CIROGRAFIS[a]).

Imp̃ honorius. data. V. kãl. iun. *Intp̃.* Quicũq; homo ad alterũ[b]) hominẽ de suã rem aliquid dederit et exinde caucionẽ reciperit[c]) si ille homo mortuus fuerit qui illã cautionẽ fecit. Si ꝓpinqui vicini fuerint ille qui ipsam cautionem habet infra. II. anus ipsam causã ante iudicẽ mittat si vero unus da altero longe cõmanserint ille qui ipsam cautionẽ habet infra V annus ipsã ~~causã~~ ante iudicẽ agat si vero ãbo vixerint[d]) opportit ei qui ipsa cautionẽ recipit ut infra XII ann. ipsa cautionẽ refirmet. qđ si ille qui ipsam cautionem fecit in captivitatem ambulaverit ille ꝗ ipsã cautionẽ habet ad suã domũ veniat et ante suos heredes vel familia ipsã cautionẽ in suos postes de sua casa[e]) infica et forsitã ille qui ipsã cautionẽ fe-

a) 65 *Mad.* 67 *Mai—filios parvulos* (ut 65). b) 65 *vegarius*; h. e., inquit Canc., *vicarius.* 67 *separentur se pro eis vicarius.* c) 65 om. *in.* 65, 67 *recepit.*

a) 67 *XXIV—reverendorũ.* b) 65 *data.* c) 65 *quam.* 67 *quod.* Infra 67 *duplũ* et 65 *duplum.*

a) 65 *cyrograffis.* 67 *XXV.* b) 66, 67 *adulterum.* c( 65 *acciperit.* d) Canc. ann.: „Errate scriptum: *dixerint.*“ Etiam 66 *dixerint.* Sed 67 *vixerint.* e) 65 *causa. infica* est pro *inficat*, i. e. *infigat*, ut 65, 67. Praeterea 67 *postestates* (pro *postes*)—*revertet.*

*continetur acceptum, debitor suam impleat cautionem. Si vero, quae in cautione scripta sunt, intra quinquennium tradita non probantur, is, cuius cautio est, non teneatur obnoxius: nam transacto quinquennio, si de cauta et non consignata pecunia debitor dixerit, nullatenus audiatur.*

tur, cuius cautio est, non teneatur obnoxius. Nam transacto quinquennio si de cauta et non consignata pecunia debitor dixerit, nullatenus audiatur.

## TITULUS XXVIII. a) DE PECUNIAE SEQUESTRATIONE PROHIBITA.

1. b) *Impp. Honorius et Theodosius AA. Ioanni Pf. P. Post alia:* Quoties ex quolibet contractu pecunia postulatur, sequestrationis necessitas conquiescat: oportet enim debitorem primo convinci et sic solutioni succumbere. Quam rem quum iuris ratio, tum ipsa aequitas persuadet, ut probationes secum afferat debitoremque convincat pecuniam petiturus etc. *Dat. V. Id. Iul. Ravenna, Honorio XIII. et Theodosio X. AA. Coss.*

Interpretatio. *Quoties ab aliquo pecunia repetitur, non prius cogatur sequestrare pecuniam ille, qui petitur, quam ille, qui repetit, debitorem suum certa prius probatione convincat, et sic pecuniam, quam se dedisse convicerit, adhibita probatione recipiat.*

### TIT. XXVIII. DE PECUNIAE SEQUESTRATIONE PROHIBITA.

Hoc est, ut homo, qui pecuniam suam, quam praestitit, data probatione recipiat*).

## TITULUS XXIX. a) SI CERTUM PETATUR DE SUFFRAGIIS.

1. b) *Imp. Iulianus A. ad Populum.* Foedis commentis, quae bonorum merito deferuntur, quidam occupare meruerunt et quum meruissent in republica quolibet pacto versari, repetendam sibi pecuniam, quam inhoneste solverant, imprudentius atque inhonestius arbitrantur: alii etiam, quae tunc donaverant vel potius proiecerant ob immeritas causas, invadenda denuo crediderunt. Sed quia leges Romanae huiusmodi contractus penitus ignorant, omnem repetendi eorum, quae prodige nefarieque proiecerunt, copiam prohibemus. Qui itaque repetere nititur vel repetiisse convincitur, et, quod dedit, apud suffragatorem eius manebit vel extortum restituet, et alterum tantum fisci viribus inferre cogatur. *Dat. Kal. Febr. Constantinopoli, Mamertino et Nevitta Coss.*

Interpretatio. *Aliquanti pro sua voluntate suffragia dedisse probantur, et postea, quum ad*) militiam pervenerunt, ea, quae dederant, repetere vel auferre contra rationem inhoneste et illicite praesumserunt. Ideoque praecipimus, ut quicunque aliquid pro praestandis sibi, quae petiit, dedisse dignoscitur, non habeat licentiam repetendi: qui vero repetere fuerit conatus, hoc ille habeat, qui accepit, aut certe, si sublatum ei fuerit, reformetur, et aliud tantum ille, qui abstulit, fisco cogatur inferre.*

2. c) *Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius AAA. Rufino Pf. P.* Si qui desideria sua explicare cupientes ferri sibi a quoquam suffragium postularint, et ob referendam vicem se sponsione constrinxerint, promissa restituant, quum ea, quae optaverint, consequantur: si artibus moras nectent, ad solutionem debiti coarctandi sunt. §. 1. Sed si quid eo nomine in auro vel argento vel in ceteris mobilibus datum fuerit, traditio sola sufficiat, et contractus habebit perpetem firmitatem, quoniam collatio rei mobilis inita integra fide hac ratione cumulatur. §. 2. Quod si praedia rustica vel urbana placitum continebit, scriptura, quae ea in alium transferat, emittatur, sequatur traditio corporalis, et rem fuisse completam, gesta testentur; aliter enim ad novum dominum transire non possunt, neque de veteri iure discedere. §. 3. Quod si quis, dum solo commonitorio de suffragio nititur, bona duxerit occupanda, reus temeritatis ac violentiae retinebitur, atque in statum pristinum possessio reducetur, eo a petitione excluso, qui non dubitavit invadere, quod petere debuisset. *Dat. IV. Non. Mart. Constantinopoli, Arcadio III. et Honorio II. AA. Coss.*

Interpretatio. *Si quis, dum necessitates suas expedire desiderat, aliquid se commodi daturum esse promiserit, perceptis, quae voluit, constrictus hoc sine ulla dilatione implere cogatur. Quod si aliquid in auro vel in argento vel in ceteris rebus mobilibus obtulerit, firmum sine scriptura permaneat: quia res mobiles in suffragiis scripturam penitus non requirunt, sed sola traditione firmantur. Quod si loca urbana vel rustica dare placuerit, scriptura sequatur atque traditio, et de completis omnibus vel re tradita gesta confecta proferantur, nam aliter possessio ad alterum dominum transire non poterit. Sane si quis sine tali scriptura possessionem alterius crediderit occupandam, reus violentiae teneatur, et integrum, quod invaserit, reddat, omni sua repetitione damnata.*

### TIT. XXIX. SI CERTUM PETITUR a) DE SUFFRAGIIS.

Haec lex praecipit, ut quicunque aliquid pro praestandis b) sibi, quae petiit, dedisse dignoscitur, non habeat licentiam repetendi, ut ille implere cogatur, quod promisit, si ipse percepit, quod desideravit.

Ut in rebus mobilibus datis scriptura penitus non requiratur, sed sola traditione firmetur. Loca vero urbana vel rustica aliter non occupentur, nisi scripturis gesta confecta proferantur c). Nam aliter possessione occupata reus violentiae teneatur.

## TITULUS XXX. a) DE PIGNORIBUS.

1. b) *Imp. Constantinus A. ad universos Provinciales.* Intercessores a rectoribus provinciarum dati ad exigenda debita ea, quae civiliter poscuntur, servos aratores aut boves aratorios pignoris causa de possessionibus abstrahunt, ex quo tributorum illatio retardatur. Si quis igitur intercessor aut creditor vel praefectus pacis vel decurio in hac re fuerit

### TIT. XXX. DE PIGNORIBUS.

a) Tit. XXVIII. C. Th. *Tit. XXVIII?* Cod. 19 *Tit. XXX.* b) c. 1. C. Th. *c. un.?* Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 12, 14, 15, 16, 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 45; inscr. et textus in codd. 21—24, 37—39; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 29—32, 34—36, 40; sola interpr. in cod. 19.

a) Tit. XXIX. C. Th. *Tit. XXIX?* Cod. 19 *Tit. XXXI.* b) c. 1. C. Th. *c.* 1? Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 12, 14, 15, 16, 18; omnia praeter interpr. des. in cod. 27; inscr. et textus in codd. 21—25; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 29—32, 34—40; sola interpr. in cod. 19; in cod. 45 conflata est particula textus cum interpr. c. 2. *) Ita recte. c) c. 2. C. Th. *c.* 2? Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 12, 14—16, 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 31, 35, 36, 45, sed de cod. 45 vid. not. *b* anteced. Inscr. et textus des. in codd. 21—25, 37; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 29, 30, 32, 34, 38—40; sola interpr. in cod. 19.

a) Tit. XXX. C. Th. *Tit. XXX?* Cod. 19 *Tit. XXXII.*, in quo codice hic tit. e tribus constat constt., quum ibi c. un. seq. tituli, cuius rubrica omissa est, ad hunc tit. referatur. b) c. 1. C. Th. *c.* 1. Cum h. c. incipit cod. 33. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 12, 14, 15, 16, 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 42 et in cod. 45, in quo interpr. c. 1 et c. 2 conflatae sunt; inscriptio et textus in codd. 21—24, 35; textus et subscr. in codd. 26, 28; particula textus inde a vv. *poscuntur servos* in codd. 32, 33; solus textus om. in codd. 25, 29—31, 34, 36—40; sola interpr. in cod. 19.

*) 53 *Id est de praestuta pecunia ut data pr. rec.*

a) Aeg. add. *Et.* Idem *Suffragio.* b) Aeg. *praestando.* Nonn. codd. *praestanti* s. *praestandi.* Mox nonn. codd. *ut non — et ille.* c) Nonn. codd. *occupetur — proferatur — possessionem occupatam.*

**EPIT. SUPPL. LAT. 215.**

tradita non probantur, cuius cautio est non teneatur obnoxius. Nam transacto quinquennio, si de cauta et non consignata pecunia debitor dixerit, nullatenus audiatur.

### TIT. XXIX. DE PECUNIAE SEQUESTRATIONE PROHIBITA.

Hoc est, ut homo, qui pecuniam suam, quam praestitit, data probatione recipiat.

### TIT. XXX. SI CERTUM PETITUR ET DE SUFFRAGIO.

Hoc est, ut qui dant suffragia propter militiam, ut ea postea recipiant non adsurgant.

Si propter rem propriam vindicandam commoda aliqua dederint, non repetant. Si non dederint, quod promiserint, implere cogantur.

### TIT. XXXI. DE PIGNORIBUS.

**EPIT. GUELPH.**

XXVIII SEQUESTRACIONE ʔ a) VII Ł III I III ʔ XVIII pl. I· ʔ· IIII L III L II ʔ II ʔ I Ł·V Ł V ʔ V L II III. IIII ʔ VII L XVIIII GR͞. I. XXI.

Nisi convictus. debitur fuerit pecuniam solvere. non cogendus.

XXVIIII SI CERTUM PETITUR DE SUFFRAGIIS. pl. I. ʔ VII L IIII L V ʔ XII Ł VI.a)

I Ob suffragium data repeti. non posse.

II. Ob suffragium promissa debere dis. solvi.

DE XXX PIGNORIBUS Pl. II 2 V.a)

a) C. Th. II, 7, 3; IV, 18. Paul. I, 4, 3; II, 2; II, 1 in f.; V, 5, 2—4; V, 7 in f. C. Gr. tit. XII. Sed plerosque numeros incertos esse fateor.

a) Paul. I, 7, 4? V, 12 in f.

a) Paul. II, 5.

**EPIT. MONACHI.**

nium conscripta cognoscitur et probatum fuerit, quod in cautione continetur acceptum, debitor suam impleat cautionem. Si vero quae in cautione scripta sunt, intra quinquennium tradita non probantur, is, cuius cautio est, non teneatur obnoxius, nisi fide cauta et non consignata pecunia requiratur. *Dat. V. Kal. Aug. Eustaci et Agricola Coss.* d)

### a) XXVIII. DE PECUNIAE SEQUESTRATIONE PROHIBITA.

Quoties ab aliquo pecunia repetitur, non prius cogatur sequestrare pecunia*) ille, qui petitur, quam ille, qui repetit, debitorem suum certa probatione convincat et sic pecuniam recipiat. b)*Dat. VI. Id. Iun. Honorio XIII. et Theodosio AA. Coss.*

### SI CERTUM PETITUR DE SUFFRAGIIS XXVIIII.

Quicunque aliquid pro praestandis sibi, quae petit, dedisse dignoscitur, non habeat licentiam repetendi, et si ei, qui accipit, aliquid inde sublatum fuerit, reformetur et aliud tantum ille, qui abstulit, fisco cogatur exsolvere.

Si quis, dum necessitates suas expedire desiderat, aliquid se daturum promiserit, perceptis quae voluit sine ulla dilatione implere cogatur. Si vero in mobilibus rebus obtulerit, firmum sine scriptura permaneat. Quodsi in solo aliquid dare placuerit, scriptura sequatur atque traditio seu et gesta. Si quis sine a) tali scriptura possessionem alterius occupaverit, reus violentiae teneatur sua repetitione damnata. *Dat. IIII. Non. Mart. Arcadio et Honorio AA. Coss.*

### DE PIGNORIBUS XXX.

d) Subscr. deest in 62.

a) 64 add. *Honor̃ et theõd aã.* *) Leg. *pecuniam.* b) Subscript. deest in 62, 64.

a) 62 *Sive in mobilibus — Si quis ne* et om subscript.

**EPIT. S. GALL.**

cit de illa captivitatẽ revertit ut se bene debeat de ipsã cautionẽ rememorare et ipsũ debitũ creditori suo secundum legem solvat.*)

### XXVIIII.a) SI CERTŨ PETITUR DE SUFRAGIIS.

Imp̃. iulianus data kal. fbr̃. *Intp̃.* Si quis homo dũ in parva potestate ẽ positus si aliquid alicui homini donaverit et postea forsitam ad miliciã in maiore potestate venerit et si hoc qd̃ donavit p suã b) audaciã iterũ ipsã rem retollere voluerit hoc ei facere ñ liceat etsi hoc c) tullerit ipsã rẽ reddat. et alterũ tantũ in fesco conponat.

XXVIIII. Imp̃. cons̃ data kãl. iũl. *Intp̃.* d) Omnes pecunia quicũq: homo ad alterum hominẽ sine carta donare potẽ; nã mancipia et trã q alteri e) donaverit si cãr exinde ñ fecerit firmũ stare ñ potẽ. et qd̃ si hoc dicit possidere et infra XXX. anñ carta non ostendit sic f) hoc reddat qualiĩ et de violentia lex p̃cepit solvere.

### XXX a) DE PIGNORIB;

*) Tit. XXVIII. De Pec. Sequestrat. deest.

a) 67 *XXVI.* 65 *XXVIII.* b) 65 *potestatem — potestatem — iterum ipsa.* 67 *donavit ipsã audac.* c) 65 add. *ei.* d) 67 *XXVII. De Donatione ut non sit sine carta,* om. inscript. 65 *omnis.* e) 67 *alio.* f) 66, 67 *si.* 65 *precipit.*

a) 67 *XXVIII.*

detectus, a rectoribus provinciarum capitali sententiae subiugetur. *Dat. IV. Non. Iun. Sirmio, Constantino A. IV. et Licinio IV. Coss.*

INTERPRETATIO. *Multi pro fiscali debito servos cultores aut boves aratorios de possessionibus causa pignoris auferre praesumunt, de quorum laboribus tributa redduntur, et ideo si quis creditor vel curator pacis vel curialis aut quicunque exactor hoc facere praesumserit, a provinciae iudice puniatur.*

Hoc est ut quicunque exactor pro tributo aut functionibus reliquis boves aut servos causa pignoris auferre praesumserit, a iudice puniatur[a]).

2.[c]) *Impp. Honorius et Theodosius AA. Ioanni Pf. P. Post alia:* Nexum non faciat praediorum nisi persona, quae iure potuit obligari. Per servum autem vel procuratorem, colonum vel actorem seu conductorem praeiudicium possessioni invito vel inscio domino imponi non posse, et iuris et legum auctoritatibus decantatur etc. *Dat. V. Id. Iul. Ravenna, Honorio XIII. et Theodosio X. AA. Coss.*

INTERPRETATIO. *Non obliget possessionem nisi ille, qui proprius dominus esse dignoscitur: nam neque per servum, neque per procuratorem sive colonum aut actorem aut conductorem, si res fuerit obligata, praeiudicium domino poterit exhiberi.*

Ut neque per servum neque per actorem neque per procuratorem neque per colonum[b]) obligetur possessio dominorum.

## TITULUS XXXI.[a]) QUOD IUSSU.

TIT. XXXI. DE HIS, QUI PECUNIAM SUAM SERVO ALIENO CREDIDERINT[a]).

1.[b]) *Impp. Honorius et Theodosius AA. Ioanni Pf. P. Post alia:* Dominos ita constringi manifestum est actione praetoria, quae appellatur Quod iussu, si certam numerari praeceperint servo actorive pecuniam. Igitur in perpetuum edictali lege sancimus, ut, qui servo, colono, conductori, procuratori actorive possessionis pecuniam commodat, sciat, dominos possessionum cultoresve terrarum obligari non posse. Neque familiares epistolas, quibus homines plerumque commendantur absentium, in id trahere convenit, ut pecuniam quoque, quam non rogatus fuerat, impendisse se pro praediis mentiatur: quum, nisi specialiter, ut pecuniam commodet, a domino fuerit postulatus, idem dominus teneri non possit; creditaque quantitate mulctari volumus creditores, si huiusmodi personis non iubente domino, nec fideiussoribus specialiter acceptis fuerit commodata pecunia. *Dat. V. Id. Iul. Ravenna, Honorio XIII. et Theodosio X. AA. Coss.*

INTERPRETATIO. *Nullus dominum ad reddendum debitum, sicut hucusque fiebat, adstringat, nisi servo suo vel actori pecuniam rogante domino praestitisse convicerit. Et ideo si quis servo, colono, conductori, procuratori vel actori pecuniam non rogante domino dederit, sciat, dominos terrarum propter hoc debitum nullatenus posse teneri; sed qui non rogante domino pecuniam talibus personis crediderint aut fideiussores non acceperint, ea, quae commodata sunt, se noverint perdituros, nec a domino posse reposci.*

Si quis pecuniam suam servo vel colono non rogante domino crediderit, aut fideiussorem exinde non acceperit, perdat, quod commendavit[b]).

## TITULUS XXXII.[a]) DE PECULIO.

TIT. XXXII. DE PECULIO.

1.[b]) *Impp. Honorius et Theodosius AA. Ioanni Pf. P. Post alia:* Hoc quoque creditoribus non negamus, ut, si liber a rationibus fuerit, quas regebat, inventus actor, servus procuratorve praediorum, utilis actio pateat de peculio etc. *Dat. V. Id. Iul. Ravenna, Honorio XIII. et Theodosio X. AA. Coss.*

INTERPRETATIO. *Hoc sane creditoribus volumus esse praestandum, ut actor vel servus sive procurator possessionis, qui pecuniam a creditore susceperit, si nihil de rationibus suis domino debuerit, pro pecunia, quam accepit, de peculio, quod habet, creditoribus reddat.*

Ut actor[a]) vel servus, si nihil de rationibus, quas[b]) gerebat, domino debuerit[c]), pro pecunia, quam accepit, de peculio, quod habet, creditoribus debitum reddat.

## TITULUS XXXIII.[a]) DE USURIS.

TIT. XXXIII. DE USURIS.

1.[b]) *Imp. Constantinus A. ad Dracilianum Agentem vices Pf. P.* Quicunque fruges humidas vel arentes indigentibus mutuas dederint, usurae nomine tertiam partem superfluam consequantur, id est ut, si summa crediti in duobus modiis fuerit, tertium modium amplius consequantur. Quod si conventus creditor propter commodum usurarum debitum recipere noluerit, non solum usuris, sed etiam debiti quantitate privandus est. Quae lex ad solas pertinet fruges: nam pro pecunia ultra singulas centesimas creditor vetatur accipere. *PP. Caesareae XV. Kal. Mai., Paulino et Iuliano Coss.*

c) c. 2. C. Th. *c.* 2? Ivo, Pann. V, 109. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 12, 14—16, 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 42—44 (ubi ponitur post c. 5 C. Th. de Denunt. v. ed. rescr.), 45 (vid. ad c. 1 h. t. not. *b*); inscr. et textus in codd. 21—24, 31, 35—37; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32—34, 38—40; sola interpr. in cod. 19.

a) Tit. XXXI. C. Th. *Tit. XXXI?* In cod. 19 om. rubrica tituli. Cf. tit. XXX. not. *a*. b) c. 1. C. Th. *c. un.?* Cod. 19 *c.* 3 *tit. XXXII.* Vid. not. *a* ad tit. XXX. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 12, 14—16, 18, 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 42, 43, 45; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 29—40.

a) Tit. XXXII. C. Th. *Tit. XXXII?* Cod. 19 *Tit. XXXIII.* b) c. 1. C. Th. *c. un.?* Ed. Th. art. 121. L. Visig. V, 5, 6. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 12, 14—16, 18, 19, 31; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 42, 43, 45; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32—40.

a) Tit. XXXIII. C. Th. *Tit. XXXIII?* Cod. 19 *Tit. XXXIV.* b) c. 1. C. Th. *c.* 1. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 12, 14—16, 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in codd. 26, 28, 31; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32—40; sola interpr. in cod. 19. Interpr. est in L. Vis. V, 5, 9. In m. cod. 8 satis ampla h. c. explanatio a rec. man. scripta est.

a) 57 *audiatur.* b) Nonn. codd. add. *non.*

a) Plerique codd. *Quod iussu.* b) 46 *commodavit*, ut interpr. 48 *quem commend.*

a) Nonn. codd. *auctor.* b) Plerique codd. *quis* et 54 *gerebatur.* c) 52 *dederit.*

## EPIT. SUPPL. LAT. 215.

Hoc est, ut quicunque exactor pro tributo aut functionibus reliquis boves aut servos invaserit a iudice puniatur.

B. Non obliget[a]) possessionem non procurator non colonus, nec alia persona, nisi qui proprius dominus esse dignoscitur.

TIT. XXXII. QUOD IUSSU.

Si pecunia servis praestita fuerit, non tenebitur dominus, nisi forte convictus fuerit, ipse rogasse. Nam qui sine voluntate domini aut fideiussore pecuniam servo, colono, conductori, procuratori vel actori*) praestiterit, perdit pecuniam.

TIT. XXXIII. DE PECULIO.

Ut actor vel servus si de rationibus creditis nihil domino debuerit, pro pecunia, quam accepit, de peculio, quod habet, creditoribus debitum reddat.

TIT. XXXIV. DE USURIS.

a) Cod. *oblegit.*
*) Cod. *conductore — auctori.*

## EPIT. GUELPH.

I Pro debito fiscali non servos aratores. non boves auferendos. quicunque exactur hoc fecerit a iudice capite poniendus L· XI. ꝛ. V.[b])

II. Nisi dominus. oblegit. posessionem. a nullo. obligatur.

XXXI. QUOD IUSSU pl· I· ꝛ IIII L· V·[a]) L II ꝛ XXIIII L IIII.[b])

Non iubente dn̓o servo pecuniam commudari non debere eț ut creditur. pecuniam ad dnm̓ servi non recipiat.

XXII[a]) DE PECULIO GR̄ ꝛ VIIII.[b])

I Servus quod comodatū̓ accepiat de suo peculio restituet.

DE USURIS.

b) C. Th. XI, 5.
a) Paul. I, 4, 5. b) Numerus falsus est, nec scio, quis intelligatur.
a) Ita codex. Seq. tit. numerus omissus est. b) C. Greg. tit. IX.

## EPIT. MONACHI.

Quicunque exactor servos cultores aut boves aratorios causa pignoris de possessione abstulerit, de quorum laboribus tributa redduntur, a provinciae iudice puniatur.

Non obliget possessionem nisi ille, qui dominus est, quia neque per servum neque per procuratorem sive colonum, auctorem aut conductorem, si res fuerit obligata, praeiudicium non poterit domino generare. *Dat. Id. Iul. Honorio XIII. et Theodosio X. AA. Coss.*[a])

XXXI. QUOD IUSSO.

[a])Si quis servo, colono, conductori, procuratori, exactori pecuniam non rogante domino dederit, nullo modo potest dominus terrarum pro debitore teneri neque de ipsa pecunia repetere, nisi per manum fideiussoris data fuerint. *Dat. Id. Iun. Theodosio et Honorio Coss.*[b])

[a])DE PECULIO XXXII.

Si vero actor vel servus sive procurator pecuniam a creditore susceperit, si nihil de rationibus suis domino debuerit, pecuniam, quam accepit, de peculio suo reddat. *Dat. V. Id. Iul. Honorio et Theodosio AA. Coss.*[b])

[a])DE USURIS XXXIII.

a) Subscript. deest in 62, 64.
a) 64 add. *De Pecunia Commendata.* b) Subscript. deest in 62.
a) 63, 64 add. *Honor̄ et Theod ăa.* b) Subscript. om. in 62.
a) 64 *Constantinus ăāa De.*

## EPIT. S. GALL.

Imp̃ cons̃. ad universus ꝑvinciales intsessores ad rectorib; data. IIII. non̄. iunī. *Intp̃.* Quicûq; actor ꝑ fiscale debitū aut servus cultores aut boves aratiricius[b]) pignoraverit[c]) secundū legē ad iudicē puniat̄;[d])

XXXI. DE QD̄ IUSSU L̄[a]) DE PECULIO.

Imp̃. honorius data. V.[b]) id̃. iul̄i. *Intp̃.* Quicûq: homo ad servū l̄ ad colonū conducto[c]) p̃curatori l̄ actori alterius; n̄ rogante dominū aliquid eis dederit et si de ipsū servū fideiussorē n̄ acceperit[d]) si ille servus ipsū debitū reddere noluerit quāvis eū ille qui suā rem ei dedit ante suū dominū acuset eū exinde ꝑ legem nulla recipere non debet p̃t tantū si ille servus ad suū dominū nulla de suis racionib; n̄ debuerit in conposicionē postea de peculio[e]) suū ꝑ ipsa̓ rem quā accepit ipsū debitū[f]) creditori suo solvat.

[a])DE USURIB;

b) 65 *universos — araturicius.* 67 *servos — aratiricios.* c) Ita diserte 66, 67. 65 *pignorum,* sed ann. Canc.: „legendum reor: *pignoraverit.*" d) 67 *puniant̄.* — c. 2 h. t. deest.
a) 65 *iusso et.* 67 *XXIX.* Non solum rubricae h. tituli et sequentis in unam conflatae sunt, sed etiam utriusque tit. constit. in unam sententiam coactae. b) 65 *VI.* c) 67 *conductori.* 65 *conductum, procuratori et.* d) 67 *habuerit.* Infra 65 *rem suam ei — lege nullam.* e) 67 *acusasset* (om. *eū*) — *nullā — peculiū.* f) 65 add. *a*; supr. habet *suo pro ipsa.*
a) 65 add. *XXXII.* et 67 *XXX.*

INTERPRETATIO. *Quicunque fruges humidas, id*[c]) *est vinum et oleum, vel quodcunque annonae genus alteri commodaverit, non plus ab eo propter usuram quam tertiam partem accipiat, id est ut supra duos modios, qui accepit, tertium reddat. Quod si conventus fuerit ille, qui commodat, et pro maiore usura noluerit debitum suum, adiecto tertio modio, a debitore recipere, etiam debitum perdat. Quam rem ad solas fruges praecipimus pertinere. Nam quando pecunia fuerit commodata, nisi unam tantum centesimam a creditoribus exigi non iubemus.*

Ut praestitis frugibus humidis, id est duobus modiis[a]), tertius reddatur in usuris. Nam si creditor hoc sibi recipere noluerit, debitum perdat. Sed hoc de solis frugibus observandum[b]).

2.[d]) *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Cynegio Pf. P.* Quicunque ultra centesimam iure permissam quicquid sub occasione necessitatis eruerit, quadrupli poenae obligatione constrictus, sine cessatione, sine requie protinus ablata redhibebit. Hi vero, qui antea pari furore grassati uspiam detegentur, in duplum extorta restituant. *Dat. VIII. Kal. Nov. Constantinopoli, Honorio NB. P. et Evodio V. C. Coss.*

INTERPRETATIO. *Si quis plus, quam legitima centesima continet, hoc est*[dd]) *tres siliquas in anno per solidum, amplius a debitore sub occasione necessitatis accipere vel auferre praesumserit, post datam legem sine ulla dilatione ea, quae amplius accepit, constrictus quadrupli poena restituat. Ea vero, quae ante legem tali ratione data sunt, in duplum volumus reformari.*

Ut in usuris per solidum non plus quam tres siliquae in annum reddatur[c]), id est legitima centesima, ut qui plus pro hoc acceperit, constrictus a iudice quadrupli poena restituat.[d])

3.[e]) *Impp. Arcadius et Honorius AA. Eutychiano Pf. P.* Frustra debitores in annis minoribus constitutorum usuras se restituere non debere contendunt, quia senatoria eos dignitate praeditos esse testantur. Unde sortem cum usuris in stipulationem deductis restituant. *Dat. VIII. Kal. Dec. Constantinopoli, Caesario et Attico Coss.*

INTERPRETATIO. *Sine causa senatoribus in annis minoribus constitutis debitum cum usuris reddere dissimulant debitores, propter hoc, quod senatorio genere nati debitum cum usuris integris recipere non iubentur: et ideo, quod cautione per stipulationem promissum est, reformetur.*

4.[f]) *Imppp. Arcadius, Honorius et Theodosius AAA. Optato Pf. U.* Senatores sub medietate centesimae usurae ad contractum creditae pecuniae censemus admitti. Itaque omnes intelligant, nullum florentissimo coetui sociatum, foenus exercentem, ultra medietatem centesimae vel iure stipulari vel petere posse usuram: quin etiam, si quid praeter moderatam nostri numinis definitionem fuerit flagitatum, imminuendae sorti pro huius legis auctoritate cessurum. *Dat. prid. Id. Iun. Nicaea, Stilicone II. et Anthemio V. C. Coss.*

INTERPRETATIO. *Senatores, qui pecuniam ad centesimam praestare voluerint, non amplius usurae nomine quam medietatem legitimae centesimae a debitoribus suis accipiant, nec amplius ut caveant aut se cautione constringant, qui commodatam suscipiunt pecuniam, forte cogantur. Nam si ab eis amplius fuerit requisitum, sciant se senatores hoc, quod commodaverint, perdituros*[g]).

Ut si quis senatorum pecuniam praestiterit, non amplius in usuris quam media centesima exigatur.

## EXPLICIT CODICIS THEODOSIANI LIBER SECUNDUS.

c) Hoc addit interpres. d) c. 2. C. Th. *c.* 2? Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 12, 14, 15, 16, 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—24, 31, 35—37; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32—34, 38—40; sola interpr. in cod. 19. Vid. L. Vis. V, 5, 8. dd) Hoc addit interpres. e) c. 3. C. Th. *c.* 3? Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 12, 14—16, 18, 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 45; inscr. et textus in codd. 21—24, 31, 35—37; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32—34, 38—40. f) c. 4. C. Th. *c.* 4? Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 12, 14, 15, 16, 18, 19; omnia praeter interpr. des. in cod. 27; inscr. et textus in codd. 21—24, 31, 35—37; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 29, 30, 32—34, 38—40; sola inscr. in cod. 25. Gloeden l. c. p. 31 ex int. haustum esse putat art. 134 Ed. Th., sed cf. Walch in Diariis Lit. Ien. ann. 1845. p. 60. g) Mutavit interpres sent. legis.

a) Ita plurimi codd. Aeg. *mediis.* b) 47 om. *Sed—obs.* c) 48, 57 *reddantur.* d) c. 3 deest.

| EPIT. SUPPL. LAT. 215. | EPIT. GUELPH. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|
| A. Ut praestitis frugibus humidis, id est vino, oleo vel annona non amplius propter usuram, quam pars tertia requiratur, ita ut acceptis duobus modiis tres reddantur. Nam si creditor maiorem usuram requirens noluerit debitum suum, addito tertio modio, a debitore[a]) recipere ipsum debitum perdat. Sed hoc de solis frugibus observandum. | I. Usarā frugum terçia partē collegęre legitimā nūmi centissimā excedens. | Si quis qualemcunque fructum alteri commodaverit, non amplius usuram quam tertiam partem accipiat. [b])Si quis amplius pro hac re a debitore suo exactare conaverit, debitum perdat. Quam rem ad solas fruges praecipimus pertinere. Nam si pecunia fuerit commodata, tantum centesimam exigi a creditore iubemus. | Imp̃ cons̃ data. XII.[b]) kāl. mad̃. *Intp̃.* Quicũq; homo ad alterum hominẽ aliquid de qualecũq. fructũ trẽ[c]) p̃staverit ñ ãplius habeo[d]) usuras recipiat quã t̃ciã porcionẽ. duos[*]) licet dare et secundũ legẽ t̃cia sup recipere Nã de alia pecunia quid[e]) unus alteri prestat ñ plus exinde recipiat usuras nisi Cmã porcionẽ et si ãplius exinde exigere[ee]) voluerit omnẽ rẽ qd̃ dedit ꝑdat.[f]) |
| B. Ut in usuris per solidum in annum non amplius quam tres siliquae reddantur, hoc est legitima[b]) centesima et qui amplius exinde exigere praesumserit, quod plus accepit, in quadruplum reddat. | Ad reddendum. in quadruplū tenetur. qui plus exegerit. quam tres. seliquas. ꝑ solido uno.[a]) | Si quis plus quam legitimam centesimam, hoc est tres siliquas in anno per solidum a debitore accipere praesumserit, quantum acceperit, in quadruplum restituat. Quae vero ante hac legaliter[c]) acta sunt, in duplum volumus reformari. | |
| C. Ut quod senatoribus in annis minoribus constitutis per cautionis stipulationem a debitoribus promissum est, reformetur. | | Senatoribus vero in annis minoribus constitutis, quod cautione per stipulationem de usuris repromissum est, reformetur. | |
| Ut si quis senatorum pecuniam praestiterit, non amplius ad usuram, quam legitimae centesimae medietas continet, id est pro solido siliqua semis[c]) a debitoribus petat, nec debitores suos ita in cautione constringant, ut supra quod dictum est, amplius reddant. Quod si plus senatores a debitoribus quaerunt, quod commodaverint, perdant. | III SENATORES[b]) usuram medietatem. superius. conꝓhensam accepere. si amplius. voluerint pecuniam perdeturus. | Senatores, qui pecuniam praestiterint, non amplius usuram quam medietatem centesimae a debitoribus accipiant. Nam si amplius accipiant, quod commodaverunt, perdant. [d])*Dat. prid. Iun. Nicie Gratiano Cons.* | |
| EXPLICIT LIBER SECUNDUS DEO GRATIAS. | | EXPLICIT THEODOSII LIB. II. | [g]) EXPLI THODOSI LIB. SECUNDUS. |

a) Cod. *creditore.* b) Cod. *legitēa.* c) Leg. *siliquam semissem.* Cod. *seliqua semis.*

a) Om. c. 3. b) Hoc v. cinnab. pictum est.

b) 64 h. l. add. *De Usuris.* c) 64 *Qui vero a. h. lege taliter.* Leg. *Quae vero ante hanc legem taliter.* 63 *vellemus reform.* d) Subscript. om. in 62.

b) 67 *XV. kāl. mai.* c) 65 *fructu terra.* d) i. e. *ab eo,* ut 65. *) 67 *duas — reciperet.* e) 65 *quod.* ee) 65 *exire.* f) Rell. h. t. leges desunt. g) Haec vv. om. in 67.

# INCIPIT

# CODICIS THEODOSIANI

## LIBER TERTIUS [a]).

### TITULUS I. [b]) DE CONTRAHENDA EMTIONE.

1.[c]) *Imp. Constantinus A. ad Profuturum Pf. annonae.* Venditionis atque emtionis fidem, nulla circumscriptionis violentia facta, rumpi minime decet. Nec enim sola pretii vilioris querela contractus sine ulla culpa celebratus litigioso strepitu turbandus est. *PP. Id. Aug. Constantino A. V. et Licinio Caes. Coss.*

Interpretatio. *Quum inter ementem et vendentem res fuerit definito pretio comparata, quamvis plus valeat, quam ad praesens venditur, hoc tantummodo requirendum est, si nihil fraudis vel violentiae egit ille, qui comparasse probatur. Et si voluerit revocare, qui vendidit, nullatenus permittatur.*

2.[d]) *Idem A. ad Gregorium.* Qui comparat, censum rei comparatae cognoscat: neque liceat alicui, rem sine censu vel comparare vel vendere. Inspectio autem publica vel fiscalis esse debebit hac lege, ut, si aliquid sine censu venierit, et id ab alio deferetur, venditor quidem possessionem, comparator vero id, quod dedit pretium, fisco vindicante, perdat. §. 1. Id etiam placuit, neminem ad venditionem rei cuiuslibet accedere, nisi eo tempore, quo inter venditorem et emtorem contractus solenniter explicatur,[e]) certa et vera proprietas a vicinis demonstretur; usque eo legis istius cautione currente, ut, etiamsi subsellia vel, ut vulgo aiunt, scamna vendantur, ostendendae proprietatis probatio compleatur. §. 2. Nec inter emtorem et venditorem solennia in exquisitis cuniculis celebrentur, sed fraudulenta venditio penitus sepulta depereat. *Dat. prid. Non. Febr. Constantinopoli, Feliciano et Titiano Coss.*

Interpretatio. *Quicunque villam comparat, tributum rei ipsius, sicuti et ius possessionis se comparasse cognoscat, quia non licet ulli agrum sine tributo vel solutione fiscali aut comparare aut vendere. Quod si suppressa fiscali solutione aliquis vendere ausus fuerit vel comparare praesumserit, noverint, inter quos talis fuerit secreta transactione contractus, quod et ille pretium perdat, qui emtor accesserit, et venditor possessionem amittat, quia iubetur, ut vicini rei, quae venditur, testes esse debeant et praesentes, in tantum[f]), ut etiam de mediocribus rebus si quid in usum venditur, ostendi vicinis placeat, et sic comparari, ne aliena vendantur.*

3.[g]) *Imp. Iulianus A. ad Iulianum Comitem Orientis.* Patrui mei Constantini constitutionem iubemus aboleri, qua praecepit, minores feminas consortio virorum copulatas sine decreti interpositione venditiones posse celebrare, si viri earum consensum pariter atque subscriptionem instrumentis putaverint esse praebendam, quoniam absurdum est, maritos eis interdum inopes obligari, quum possint, venditionis iure ipso non valente, res proprias recipere ab iis, qui se illicitis contractibus miscuerunt. Vetus igitur ius revocamus, ut omnis venditio, quaecunque fuerit a minore, viro sive femina, sine decreti interpositione celebrata, nulla ratione subsistat. *Dat. VIII. Id. Dec. Antiochia, Mamertino et Nevitta Coss.*

Interpretatio. *Constantini imperatoris fuerat lege praeceptum, ut minores aetate feminae, si maritos haberent, cum illorum consensu possent de facultatibus suis aliqua vendere. Sed hoc praesenti lege remotum est, atque id observandum erit, ut in annis minoribus constituti, seu vir seu femina, si ita necessitas exegerit, ut aliquid vendere velint, qui comparare voluerit, auctoritate iudicis*) aut consensu curiae muniatur: nam aliter a minoribus facta venditio non valebit.*

a) In edd. C. Th. h. libri supersunt tit. I—XVIII. (quos etiam Breviarium habet) et XXX—XXXII. Cf. Haenel ad C. Th. p. 294 et 345 not. sup. b) Tit. I. C. Th. *Tit. I?* c) c. 1. C. Th. *c.* 1. Cf. Ed. Th. art. 147. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 12, 14, 15, 16, 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 43, 45; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in codd. 26, 28, 33; solus textus om. in codd. 25, 29—32, 34—40; sola interpr. in cod. 19. Ad interpr. cf. Docum. Franc. a. 949; Vaissette, Histoire de Languedoc. T. II. Preuves p. 91; Ivo, Decr. XVI, 244. d) c. 2. C. Th. *c.* 2. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 12, 14, 15, 16, 18, 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 28, 32, 37, 42, 43, 45; inscr. et textus in codd. 21—24, 31, 33, 35, 36; textus et subscr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 34, 38—40. e) Omnes codd. Sich. Til. *ut certa et vera,* sed iam Go. in C. Th. ed. inducendam esse statuit voculam *ut,* ortam ex praecedente v. *explicatur.* f) 1, 2, alii codd. om. *in tantum.* g) c. 3. C. Th. c. 3? Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 12, 14, 15, 16, 18, 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 42, 43, 45; inscr. et textus in codd. 21—24, 31, 35—37; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32—34, 38—40. *) His vv. explicantur vv. legis *sine decr. interpositione. Iudex* pro *comite* est. Optio est igitur inter comitem et curiam. Cf. Savigny l. c. T. I. p. 263 (ed. I.) et p. 306 (ed. II.).

---

**EPIT. AEG.**

INCIPIT LIBER TERTIUS.

TIT. I. DE CONTRAHENDA EMTIONE.

Quum inter ementem atque vendentem fuerit res definito pretio comparata, quamvis plus valeat, non liceat revocari. Hoc tantummodo requirendum est, si nihil fraudis vel violentiae ibidem emtor egerit.

Ut[a]) quicunque agrum comparat, tributum eius se noscat[b]) comparasse. Quod si suppressa fiscali solutione aliquis vendiderit aut comparaverit, et possessionem et pretium[c]) perdat.

Si aliquid minores per necessitatem vendiderint, non aliter valebit, nisi auctoritate iudicis aut curiae muniatur.[d])

a) Nonn. codd. et Aeg. *Et.* b) Plerique codd. *cognoscitur.* c) Nonn. codd. *pecuniam.* d) c. 4 om.

| EPIT. SUPPL. LAT. 215. | EPIT. GUELPH. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|
| | | INCIPIUNT CAP. LIBRI III. | INCIPIUNT CAPITULA LIBRI III[a]). |
| | | I. De Contrahenda Emtione. II. De Commissoria Rescindenda. III. De Patribus, Qui Filios Distraxerunt. IV. De Aedilitiis Actionibus, Id est De Mancipii Venditione. V. De Sponsalibus Et Ante Nuptias Donationibus. VI. Si Provinciae Rector Vel Ad Eum Pertinentes Sponsalia Dederint. VII. De Nuptiis. VIII. De Secundis Nuptiis. IX. Si Secundo Nupserit Mulier, Cui Maritus Usumfructum Reliquerit. X. Si Nuptiae Ex Rescripto Petantur. XI. Si Quacunque Praeditus Potestate Nuptias Petat Invitae. XII. De Incestis Nuptiis. XIII. De Dotibus. XIV. De Nuptiis Gentilium. XV. De Fideiussoribus Dotium. XVI. De Repudiis. XVII. De Tutoribus Et Curatoribus Creandis. XVIII. Qui Petant, Id Est De Avo Vel Avia. XVIIII. De Administratione Et Periculo Tutorum Vel Curatorum. | I. De contrahenda emptione[b]). II. De cōmissaria rescendenda[c]). III. De vindicione[d]) filii sui. IV. De conparacione mancipiorū. V. De sponsalib; ante nupciis[e]) donacionis. VI. Si p̧vincie rector ī ad eū p̧tinentes sponsalia[f]). VII. De nupcias. VIII. De secundis nupciis[g]). VIIII. Si secundo[h]) nupserit mulier cui maritus usu fructu reliquid. X. Si nupcie ex rescripto[hh]) petatur ī si m̄titus fuerit iudici ut quis homo sua filia ei dare vellit. XI. Si quacūq; p̃ditus potestatē nupcias petat invidae[i]). XII. De incestis nupciis. XIII. De dotib; XIV. De nupciis gentiliū. XV. De fideiussorib; XVI. De repudiis. XVII. De tutorib; et curatorib; XVIII. De qui petant ī tutillis[k]) parvolorum. XVIIII. De aministracionē[l]) et periculum tutorū et curatorū. |
| INCIPIT LIBER TERTIUS. | INCP̄T LĪB III | INCIPIT LIBER III. | INCIPIT LIBER TERTIUS[m]). |
| TIT. I. DE CONTRAHENDA EMTIONE. | DE CONTRAHENDA' EMPCIONE' ꝛ· IIII.[a]) Ł·[b]) VIII pl· 1 ꝛ· XIII. Ł· V.[c]) L II. ꝛ XVI· XVIII GR̄ ꝛ VI. Ł. IIII. ꝛ VII ꝛ XIII.[d]) | DE CONTRAHENDA EMTIONE I. | DE CONTRAHENDA EMPTIONE. |
| A. Si quis rem suam etiam minus[a]) quam valeat propria voluntate vendiderit, si voluerit revocare quae vendidit, nullatenus permittatur. | I. Vindicionem bona fidem perfectam rescindi non posse. | Si quis aliquid vendiderit et fraus ibi nulla intervenerit, nullo modo potest repetere, quod vendidit. | Impē Cons̄t Dat; Īd Ag̃. *Inter̃* Cum inter ementē et vindentem de qualecuq: rem fuerit inter eos orta causatio. ille qui ipsa rem vindiderit si exinde minus p̃ciū p̃serit[a]) quā ipsā rē valebit si addifinitu' de ipsā[b]) rem conveniencie p̃cium sic̄ inī eos convenit post ea in p̃ciū ipse qui conparat nullā rē vinditori addire debit[c]) nisi solū qd̄ conveniencia habuer̃ det et in ipsa p̧maneant. |
| B. Agrum censitum nec vendi nec comparari*) posse sine censu et tributo vel solutione fiscali. | II Sine censu' fiscale. vindere non posse. et vicinis presentibus. vindiccionem fieri. L·X. ꝛ II. NL·III ꝛ III.[e]) | Nulli liceat agrum sine tributo fiscali vendere aut comparare; quod si fecerit, et emtor pretium perdat et venditor possessionem amittat. Omnis venditio etiam de mediocribus rebus in praesentia fiat vicinorum. | *Īt. alia Intp̄.* Quicūq: homo de respuplicas unde fiscus exit aut villā aut qualecūq: trā conparare voluerit n̄ potē ipsā facultatē emere sine tributū aut sine censū qd̄ de ipsa īra exit qd̄ si p̃sūserit ille qui emit p̃ciū p̃dat et ille qui vindet[d]) ipsā villā p̧dat aut quales trā fuerit. Nā quicūq: homo in qualecūq: loco trā conparare voluerit vicinus loci illius in suo testimonio rogit[e]) ēē ne alterius facultatē aut trā conparet. |
| C. Si aliquid minores post coniugii societatem vendiderint, firma erit. | III. Vindicio a minoribus sine decretu' iudicis. facta non valit. L II· ꝛ IIJI 1 I.[f]) | Seu viri seu feminae in annis minoribus constituti si aliquid vendiderint sine auctoritate iudicis aut consensu curiae non[a]) muniatur, facta venditio non valebit. | *Īt alia Intp.* ad pupillos qui minore etate s̄. sive masculos[f]) sive feminas de sua facultate n̄ liceat alteri homini[g]) nec vindere nec donare dū infra annis sunt[h]) nisi ante iudices[i]) aut curiales publicos nā alī nec ipsoru' licit[k]) dare nec de alios reciper̃. |

EPIT. SUPPL. LAT. 215: a) Cod. *manus* et infra *valiat — vindedit.* *) Cod. *comparare — fiscale.*

EPIT. GUELPH.: a) C. Th. III, 4. b) Num. inc. c) Paul. I, 13, 4; II, 17 et 18. d) C. Gr. tit. VI. c. 4; tit. VII. et XIII. e) C. Th. XI, 2. Mart. Nov. tit. III. f) C. Th. II, 4, 1.

EPIT. MONACHI.: a) 63, 64 om. *non* et habent *muniantur.* 62 *ut consensu:* fortasse pro *vel.*

EPIT. S. GALL.: a) 67 *De Libro III teodos̄.* b) 66 *De contra emdēpcione.* c) 65 *rescedenda.* 67 *rescenda.* d) 67 *De emtionē.* e) 67 *nupcias.* f) 67 *sponsalias.* 65 add. *dederit.* g) 67 *De secundas nupcias.* h) 65, 67 *secundum — reliquerit.* hh) 66 *scripto — iudicii.* 67 *et res scripto.* i) 65 *invidiae.* 67 *Si quicunque predictus — invidet.* k) 67 *De qui p̃dant vel titulis.* l) 65, 67 *aministratione.* 65 om. *et curat.* m) 67 *De Libro III Teodosī.*

a) 67 *acceperit* et 65, 67 *ipsa.* b) 65 *sit difinitum ipsa.* c) 65, 67 *addere debet.* 65 *et ipsa permaneat.* d) 65 *censu — emet — vendit — qualis.* 67 *vendit.* e) 65, 67 *roget.* f) 67 *masculis sit sive femina.* g) 67 *ad aliū hominem.* h) 66 om. *sunt.* i) 65 add. *puplicos.* k) 65 *liceat.* 67 *licet* et postea *aliorum.*

4.[h]) *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Hypatium Pf. P.* Quisquis maior aetate atque administrandis familiarum suarum curis idoneus comprobatus praedia, etiam procul posita, distraxerit, etiamsi praedii forte totius quolibet casu minime facta distractio est, repetitionis in reliquum, pretii nomine vilioris, copiam minime consequatur. Neque inanibus immorari sinatur obiectis, ut vires sibimet locorum causetur incognitas, qui familiaris rei scire vires vel merita atque emolumenta debuerit. *Dat. VI. Non. Mai. Mediolano, Merobaude II. et Saturnino Coss.*

Interpretatio. *Quaecunque persona iam perfecta*[i]) *aetate domum suam regere potest, si villam, domum vel quodlibet aliud, habita pretii definitione, vendiderit, et forsitan postea opponere velit, quod minus pretii acceperit, quam res valebat, quia forte agrum, quem vendidit, longe positus ignorasse se dicat, non ideo venditio poterit revocari: quia aetas perfecta potuit scire, quid venderet, aut quo pretio res vendenda valere potuisset.*[k])

5.[l]) *Iidem AAA. Cynegio Pf. P.* Ne quis omnino Iudaeorum Christianum comparet servum neve ex Christiano Iudaicis sacramentis attaminet. [m]) Quod si factum publica indago compererit, et servi abstrahi debent, et tales domini congruae atque aptae facinori poenae subiaceant: addito eo, ut, si qui apud Iudaeos vel adhuc Christiani servi vel ex Christianis Iudaei reperti fuerint, soluto per Christianos competenti pretio ab indigna servitute redimantur. *Accepta X. Kal. Oct. Rhegio, Richomere et Clearcho Coss.*

Interpretatio. *Convenit ante omnia observari, ut nulli Iudaeo servum Christianum habere liceat, certe nullatenus audeat, ut Christianum, si habuerit, ad suam legem transferre praesumat. Quod si fecerit, noverit se sublatis servis poenam dignam tanto crimine subiturum: nam ante legem datam id fuerat statutum, ut pro Christiano servo, si inquinatus fuisset pollutione Iudaica, sciret sibi pretium, quod dederat, a Christianis esse reddendum, ut servus in Christiana lege permaneret.*

[Epit. Aeg.:] Ut Iudaei servos Christianos non habeant.

6.[n]) *Iidem AAA. Flaviano Pf. P. Illyrici et Italiae.* Dudum proximis consortibusque concessum erat, ut extraneos ab emtione removerent, neque homines suo arbitratu vendenda distraherent. Sed quia gravis haec videtur iniuria, quae inani honestatis colore velatur, ut homines de rebus suis facere aliquid cogantur inviti, superiore lege cassata, unusquisque suo arbitratu quaerere vel probare possit emtorem. *Dat. VI. Kal. Iun. Vincentiae, Tatiano et Symmacho Coss.*

Interpretatio. *Prior ordinatio legis fuerat, ut si unus ex consortibus pro quacunque necessitate rem vendere voluisset, extraneus emendi licentiam non haberet. Sed hoc melius probatur indultum, ut quicunque de rebus suis libero utatur arbitrio, et praetermissis consortibus vel propinquis, cui voluerit, vendendi liberam habeat facultatem.*

[Epit. Aeg.:] Ut praetermissis consortibus vel propinquis quicquid unusquisque de rebus suis facere voluerit, liberam habeat facultatem.[e])

7.[o]) *Iidem AAA. Remigio Pf. Augustali.* Semel inter personas legitimas initus emti contractus et venditi ob minorem annumeratam pretii quantitatem nequeat infirmari. *Dat. III. Kal. April. Constantinopoli, Arcadio A. IV. et Honorio A. III. Coss.*

Interpretatio. *Quum inter duas quascunque personas de pretio cuiuscunque rei convenerit, quamvis vilius, quam valebat, res fuerit comparata, nullatenus revocetur.*

8.[p]) *Iidem AAA. Messalae Pf. P. Post alia:* Hi, qui imposita fuga munera civitatis provinciarumque destituunt et ineundos furtim existimant esse contractus, intelligant, sibi nihil haec profutura esse commenta, et pretio emtorem mulctandum esse, quod dederit etc. *Dat. XII. Kal. Sept. Theodoro V. C. Cos.*

Interpretatio. *Quicunque debita curiae servitia aut patriae suae fugientes, res suas occulte vendere voluerint, sciant non posse valere, quod fecerint, et se ipsos ad debita servitia revocandos, et illos, qui emerint, pretium perdituros.*

[Epit. Aeg.:] Quicunque[f]) debita servitia aut patriae suae fugientes res suas occulte vendiderint, non potest valere, quod fecerunt.

9.[q]) *Impp. Honorius et Theodosius AA. ad Populum.* Venditiones, donationes, transactiones, quae per potentiam extortae sunt, praecipimus infirmari. *Dat. XIII. Kal. Mart. Constantinopoli, Honorio X. et Theodosio VI. AA. Coss.*

Interpretatio. *Sciant omnes, quaecunque a potentioribus personis oppressi aut donaverint aut vendiderint, posse revocari.*

[Epit. Aeg.:] Sciant omnes, quaecunque a potentioribus oppressi aut donaverint aut vendiderint, posse revocari.

## TITULUS II.[a]) DE COMMISSORIA RESCINDENDA.

[Epit. Aeg.:] TIT. II. DE COMMISSORIA RESCINDENDA.

1.[b]) *Imp. Constantinus A. ad Populum.* Quoniam inter alias captiones praecipue commissoriae legis crescit asperitas, placet infirmari eam et in posterum omnem eius memoriam aboleri. Si quis igitur tali contractu laborat, hac

h) c. 4. C. Th. *c.* 4? Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 11, 12, 14, 15, 16, 18; sed in cod. 11 incip. quatern. VII. cum vv. *pretii nomine* et des. sex priores quatern.; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 28, 43; inscr. et textus in codd. 21—24, 35—37; textus et subscr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32—34, 38—40; sola interpr. in cod. 19. In cod. 31 om. textus et interpr., subscriptio autem translata est ad c. 6 h. t. i) Lex commemorat *aetate maiorem atque adm. fam. s. c. idoneum.* k) In cod. 24 h. l. excid. nonn. folia et des. seqq. constt. usque ad interpr. c. 4 de Dotibus (III, 13). l) c. 5. C. Th. *c.* 5? Cf. C. Th. XVI, 9 et Ivo, Decr. XIII, 98. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 11, 12, 14, 15, 16, 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 23, 27, 28, 45; inscr. et textus in codd. 21, 22, 32, 33, 35—37; textus et subscr. in cod. 26; textus et interpr. in cod. 31; inscr. et initium textus in cod. 13; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 34, 38—40; sola interpr. in cod. 19. m) Hinc inc. cod. 13. n) c. 6. C. Th. *c.* 6? Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 11—16, 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 28, 31, 45, sed de cod. 31 vid. c. 4 h. tit. not. *h*; inscr. et textus in codd. 21—23, 32, 33, 35—38; textus et subscr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 34, 39, 40; sola interpr. in cod. 19. Ad interpr. cf. Ivo, Decr. XVI, 245. o) c. 7. C. Th. *c.* 7? Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 11—16, 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 22, 27, 28, 37, 42, 45; inscr. et textus in codd. 21, 23, 31, 32, 35, 36, 38; textus et subscr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 34, 39, 40; sola interpr. in cod. 19. In cod. 33 textus et interpr., nonnullis vv. omissis, in unum conflata sunt et deest subscr.; in cod. 31 interpretatio pro textu ponitur. p) c. 8. C. Th. *c.* 8? Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 11—16, 18, 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 28, 37, 42, 43, 45; inscr. et textus in codd. 21—23, 31—33, 35, 36, 38, 40; textus et subscr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 34, 39. q) c. 9. C. Th. *c.* 9? Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 11—16, 18, 32, 33; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 44; inscr. et textus in codd. 21—23, 29, 31, 35—38, 40; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 30, 34, 39; sola interpr. in cod. 19. Interpr. in cod. 44 praecedit c. 2 C. Th. de Pignor. (II, 30).

a) Tit. II. C. Th. *Tit. II?* b) c. 1. C. Th. *c. un.?* Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 11—16, 18, 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—23, 35, 37, 38; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 29—31, 34, 36, 39, 40; textus cum tota fere interpr. in codd. 32, 33, in quibus ordo constitutionum, quae sequuntur, valde turbatus est, quum is ita se habeat: cum vv. *Commissoriae cautiones dicuntur* coniungitur interpr. c. 2 de Sponsalibus inde a vv. *largitatis vir in sponsam*, quasi haec omnia ad interpr. tit. II. pertineant; deinde sequuntur subscriptiones et interpretationes c. 3, 4, 5 de Sponsalibus, quae vero omnes ad tit. II. de Commiss. resc. referuntur. Post haec ponuntur tit. III. de Patribus etc., tit. IV. de Aedil. act. et tit. V. de Sponsal. cum interpr. c. 1, 2, 6—8.

e) c. 7 om. f) Aeg. *Cuicunque.*

| EPIT. SUPPL. LAT. 215. | EPIT. GUELPH. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|
| D. Quicunque perfecta aetate quamlibet dicat, quod rem a se longe positam vendiderit, stabit. | IIII Qui ppt rem. sibi incognita vindiccion causatur. non poterit rescindere. que fecit quia aetas. perfecta. scire potuit. quid vinderit. | Quaecunque persona iam perfecta aetate aliquid de possessione sua vendiderit et forte repetiit, quod minus pretii acceperit, non eam poterit revocare, quia[b]) aetas perfecta poterat scire, quod venderet. | *It. alia Intp̃.* Quicũq; homo iam in plena etate ẽ qui suã causam agere potẽ si forsitam; aut agrũ aut villã aut qualecuque causã vindiderit et postea dixerit q: p̃ciũ minus recipisset quã ipsã rem valebat et forsitam dic̃ illã rẽ aut illũ agrũ longe habui[l]) da me. ñ nesciebã quantũ valeret p tales occasiones[m]) nec vindicio cadit nec ipsã rem tollere ñ[n]) potẽ. |
| E. Ne Christianum servum Iudaeus habeat, quem si emerit et circumciderit et pretium perdat et servum et insuper poena criminali subiaceat[b]). | V. Iudeo. Christianum servum. conparare non liceat. nec eum ad suam relegionem. aducere p̃sumat quod si ficerit pena criminis. subiturm. L II 𝔷 I Ł X.[g]) | [c]) Nullus Iudaeorum mancipium Christianum habeat. Quod si habuerit et ad suam legem eum transferre praesumat, sublato ei servo et poenam dignam tanti criminis incurrat. Nam ante legem datam fuerat constitutum, ut, si Christianus servus Iudaica pollutione inquinatus fuisset, pretio reddito Christianus permaneret. | *It. alia. intp̃tacio;* a xp̃iano homine ñ lĩ xp̃ianũ mancipiũ ad iudeos vindere. nec iudeo ñ licet ipsũ mancipiũ conparare quia[o]) adveniente peccatũ ne forte ipse iudeus illũ xp̃ianum hominẽ ad suã legẽ convertat et fiet exinde grandis peccatus qd̃ si hoc iudeos illut[p]) facere p̃sumserit ipse[q]) iudeus illũ p̃ciũ pdat et ipsũ mancipium. ad xp̃ianã legẽ revertat. |
| F. Ut praetermissis consortibus vel propinquis rem suam quis cui voluerit, vendat. | VI Non expectato consortem. cui vult. quis rem suam vindere posse. | Prior lex fuerat, ut praeter consortes res vendere[d]) non liceret. Nunc probatur indultum, ut cuicunque voluerit quisque vendendi liberam habeat facultatem. | *It. alia. Intp.* Quicũq: homo ad qualẽcũq: hominẽ qualecũq: rem suã vindere voluerit liberã habeat potestatem. nec ei[r]) sui heredes exinde inpetire ñ possunt. |
| G. Si inter duas personas conveniat, ut res minus, quam valuerit, comparetur, nullatenus refragetur. | VII. Res vindita. p vilitatem p̃cii. rescendi non posse. | Semel res vendita, quamvis vilius quam valeat, nullatenus revocetur. | *Ite alia Intp̃.* Omnem re qd̃ homo ad alterum vindiderit quãvis vilius fuerit conparata si postea dic̃ ille q ipsã rẽ[s]) vindidit qd̃ minus preciu prisset[t]) quã ipsa res valebat p hoc ipsã rẽ nullatenu retollere potẽ. |
| H. Curiales quicunque debita[c]) servitia aut patriae suae fugientes res suas occulte vendiderint, sciant non posse valere, quod fecerint et se ipsos ad debita servitia revocandos et illos qui emerint, pretium perdituros.[d]) | VIII. Curialem. debita servicia fugientem. nihil vindere posse. L' XII 𝔷 I Ł VIIII.[h]) | Quicunque debita curiae servitia aut patriae suae fugiens res suas occulte vendiderit, ipse ad debitam servitutem revocetur et qui emerunt, pretium perdant. | *It alia. Intp̃.* Quicuq: curiales qui fiscu dare debit. si pt ipsũ fiscu aut publicũ debitu forsitã fugire voluerit. et rem suã occulte vindiderit hoc factũ stare ñ potẽ sed ipsũ ad servicia publica revocet' et ille qui conparavit ipsũ p̃ciũ pdat. |
| | VIIII. Carte. p potencia extorte. nullius sunt momenti. pl. I 𝔷 V Ł. VI VIII VIIII.[i]) | Quicunque a potentioribus personis oppressi res suas donaverint aut vendiderint, possunt revocari. *Dat. XIII. Kal. Oct. Honorio et Theodosio AA. Coss.*[e]) | *It. alia Intp̃.* Quicũq: homines qui psonas potentes s̃ et p sua forcia pauperes op̃ munt et suas res eos sibi vindere aut donare fecer̃ ipsa vindicio l̃ donacio stabilis ñ sit[u]) sed ad illos ipsas res revertant qui eas inviti[v]) vindider̃ l̃ donaver̃. |
| TIT. II. DE COMMISSORIA RESCINDENDA. | II DE COMMISSURIA RESCENDENDA pl' II 𝔷 XII Ł VI VII[a]) 𝔷 XLI. | *) II. DE COMMISSORIA RESCINDENDA. | II DE CÕMISSORIA RESCENDENDA*). |
| b) Cod. *poena criminale subiaciat.* c) Cod. *debet a.* d) c.9 om. | g) C. Th. II, 1, 10. h) C. Th. XII, 1, 9. i) Falsus num. An Paul. I, 7, 7—9? a) Paul. II, 12, 6, 7 et tit. XIII. | b) 64 om. *quia—venderet.* c) 64 add. *De Iudeis.* d) 62, 64 *refundere.* e) Subscript. add. in 63, 64; deest in 62. *) 64 add. *Constantin ã.* | l) 65 *etatem—sua causa—qualecumque—dicit: illa.* 66 *habuit.* 67 *ipsã res—a me.* m) Ita 65, 67; 66 *quantũ volelerent p. t. de cansiones.* n) 67 om. *non.* o) 65 *nec iudeum—qui.* p) 67 *fiat—iudeus* et om. *illut.* 65 *iudeus illum.* q) 65 *ipsum precium perdat ille ipse iudeus;* infra *a Christiana lege convertat.* r) 65 *eis.* s) 65 add. *suam.* t) 65 *presisset—hoc ipsa.* 67 *accepisset.* u) 67 *sibi aut vendere—non est—ipso revertant.* 65 *stabiles.* v) In 65, 67 add. *inviti,* quod v. 66 om. *) 65 *recendenda.* 67 *rescedenda.* |

sanctione respiret, quae cum praeteritis praesentia quoque depellit et futura prohibet. Creditores enim, re amissa, iubemus recipere, quod dederunt. *Dat. prid. Kal. Febr. Serdica, Constantino A. VI. et Constantino Caes. Coss.*

INTERPRETATIO. *Commissoriae cautiones dicuntur*[c]*, in quibus debitor creditori suo rem, ipsi oppignoratam ad tempus, vendere per necessitatem conscripta cautione promittit: quod factum lex ista revocat et fieri penitus prohibet: ita ut, si quis creditor rem debitoris sub tali occasione visus fuerit comparare, non sibi de instrumentis blandiatur, sed quum primum voluerit ille, qui oppressus debito vendidit, pecuniam reddat et possessionem suam recipiat.*

EPIT. AEG.: Si creditor pro re oppignorata debitorem, ut[a]) eam vendat, faciente necessitate per commissoriam cautionem constrinxerit, talis venditio reddita pecunia vacuetur.

## TITULUS III.[a]) DE PATRIBUS, QUI FILIOS DISTRAXERUNT.

1.[b]) *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Tatiano Pf. P.* Omnes, quos parentum miseranda fortuna in servitium, dum victum requirit, addixit, ingenuitati pristinae reformentur. Nec sane remunerationem pretii debet exposcere, cui non minimi temporis spatio satisfecit ingenuus. *Dat. V. Id. Mart. Mediolano, Tatiano et Symmacho Coss.*

INTERPRETATIO. *Si quemcunque ingenuum pater faciente egestate vendiderit, non poterit in perpetua servitute durare, sed ad ingenuitatem suam, si servitio suo satisfecerit, non reddito etiam pretio, revertatur.*

EPIT. AEG.: TIT. III. DE PARENTIBUS, QUI FILIOS DISTRAXERUNT.

Si quemcunque ingenuum pater faciente egestate vendiderit, non poterit in perpetua servitute durare[a]), sed ad ingenuitatem suam, si servitio suo, id est longo tempore satisfecerit, non reddito etiam pretio revertatur.

## TITULUS IV.[a])

## DE AEDILITIIS ACTIONIBUS.

1.[b]) *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Nebridio Pf. U.* Habito semel bonae fidei contractu mancipioque suscepto et pretio dissoluto, ita demum repetendi pretii potestas est ei, qui mancipium comparaverit, largienda, si illud, quod dixerit fugitivum, potuerit exhibere. Hoc enim non solum in barbaris, sed etiam in provincialibus servis iure praescriptum est. *Dat. III. Kal. Iul. Constantinopoli, Honorio N. P. et Evodio V. C. Coss.*

INTERPRETATIO. *Quum inter emtorem ac venditorem de mancipii pretio convenerit et fuerit conscripta*[c]) *venditio, nullatenus poterit revocari, nisi forte ille, qui emit mancipium, probaverit fugitivum, et tunc habebit licentiam pretium recipere, si mancipium reddiderit venditori.*

EPIT. AEG.: TIT. IV. DE AEDILITIIS ACTIONIBUS.

Si quis mancipium comparaverit et fugitivum eum probaverit, ipsum reddat et pretium recipiat.

## TITULUS V.[a]) DE SPONSALIBUS ET ANTE NUPTIAS DONATIONIBUS.

1.[b]) *Imp. Constantinus A. ad Rufinum Pf. P.* Pater noster nullam voluit liberalitatem valere, si actis inserta non esset. Nos etiam inter sponsos ac sponsas omnesque personas eam solam donationem ex promulgatae legis tempore valere sancimus, quam testificatio actorum secuta est. *Dat. IV. Id. Mai. Sirmio, Constantino A. V. et Licinio Caes. Coss.*

INTERPRETATIO. *Ante tempus*[c]) *legis istius donationes etiam sine gestorum testificatione valebant. Nunc vero post hanc legem nec nuptialis nec quaelibet alia inter quascunque personas donatio, de quibuscunque rebus, valere potest, si gestis non fuerit allegata.*

2.[d]) *Idem A. ad Maximum Pf. U.* Quum veterum sententia displiceat, quae donationes in sponsam nuptiis quoque non secutis decrevit valere, ea, quae largiendi animo inter sponsos et sponsas iure celebrantur, redigi ad huiusmodi conditiones iubemus, ut, sive in potestate patris degere sive ullo modo proprii videantur esse iuris, et tanquam futuri causa matrimonii aliquid sibi ipsi vel consensu parentum mutuo largiantur, siquidem sponte vir sortiri noluerit uxorem, id, quod ab eo donatum fuerit, nec repetatur traditum, et si quid apud donatorem resedit, ad sponsam summotis ambagibus transferatur. §. 1. Quod si matrimonii non contrahendi causa ab sponsa, vel in cuius agit potestate, detegatur exstitisse, tunc sponso eiusque heredibus sine aliqua deminutione redhibeatur. §. 2. Quae similiter observari oportet, et si ex parte sponsae in sponsum donatio facta sit; nullis causis ulterius requirendis, ne forte mores aut origo dicatur, vel quicquam aliud opponatur, quod sibi quisquam non convenire existimat, quum longe ante, quam sponsalia contrahantur, haec cuncta prospici debuerint. Sola igitur indagetur voluntas, et mutata animi sententia ad restitutionem seu repetitionem rerum donatarum sufficiat, quum universis cautionibus pulsis, nihil amplius constare debeat, nisi ut appareat, qui sibi contrahendum matrimonium dixerit displicere. §. 3. Et quoniam fieri potest, ut moriatur alter adhuc incolumi voluntate prius, quam nuptiae contrahantur, congruum duximus, eo, in quem fuerat facta donatio, ante matrimonii diem functo, quae sponsaliorum titulo vel data vel ullo genere donata sunt, ad eum, qui donaverat, revocari: eo etiam, qui donaverat, ante nuptias mortuo, mox infirmari donationem, et ad eius heredes sine aliqua difficultate retrahi res donatas. §. 4. Quod beneficium usque ad personam patris aut matris, filiorum etiam, si qui de priore matrimonio fuerint, stare decernimus, si quocunque modo ex his persona aliqua defuncto successerit. Quod si ex his nulla persona defuncti heres habetur, sed ex reliquis gradibus quisquam succedat, donationes convenit etiam non insecutis ex causa mortis nuptiis convalescere, quoniam illis tantum personis credimus consulendum. *Dat. XVII. Kal. Nov. Prop. VI. Kal. SStas Roma, Constantino A. V. et Licinio Caes. Coss.*

EPIT. AEG.: TIT. V. DE SPONSALIBUS ET ANTE NUPTIAS[a]) DONATIONIBUS.

Nec dos nec donatio valere potest, de quibuscunque rebus, si gestis non fuerit allegata[b]): eo etiam, qui donaverat, ante nuptias mortuo, omnis donatio infirmari videtur.

c) Hoc add. ab int.

a) Tit. III. C. Th. *Tit. III?* b) c. 1. C. Th. *c. un.?* Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 11—16, 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 33, 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—23, 37, 38; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 29—32, 34—36, 39, 40; sola interpr. in cod. 19. Particula textus cum interpr. profertur in cod. 44 post §. 3 Pauli de Quer. inoff. test. (IV, 5).

a) Tit. IV. C. Th. *Tit. IV?* b) c. 1. C. Th. *c. un.?* Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 11—16, 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—23, 25, 38; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 29—37, 39, 40, quorum vero nonnulli vv. *Habito s. b. fidei,* quae prima sunt textus, cum inscr. coniungunt. Sola interpr. deest in cod. 19. c) Hoc add. ab interpr.

a) Tit. V. C. Th. *Tit. V?* In C. Th. hic tit. complectebatur si non plures, certe duodecim constitutiones. In Vesm. et Haenel. C. Th. edd. tredecim habet. L. Vis. III, 1, 3—5. b) c. 1. C. Th. *c.* 1. Form. Sirm. 17. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 11—16, 18, 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—23, 35—38; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 29—35, 39, 40. c) Hoc non omnino recte. d) c. 2. C. Th. *c.* 2. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 11—16, 18, 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 28; inscr. et textus in codd. 21—23, 25, 31—33, 35—37, sed de codd. 32, 33 vid. c. 1 tit. II. de Commiss. resc. not. *b*; textus et subscr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 29, 30, 34, 38—40. Ad interpr. cf. Form. Sirm. 14 et 17 et Marculfi Form. II, 15. Nonnulla habet interpr., quae non sunt in lege, alia om.

a) Aeg. *aut.* 54 add. *de re oppignorata.* Mox nonn. codd. *commissoria cautione.*

a) 54 add. *Lex Moysi in septimo anno dicit.*

a) Aeg. et codd. *Nuptiis.* b) Aeg. *alligata.* Seqq. sumta sunt ex §. 3 c. 2 h. tit.

## EPIT. SUPPL. LAT. 215.

Si creditor pro re oppignorata debitorem ut eam vendat faciente necessitate per commissoriam cautionem[a]) constrinxerit, talis venditio reddita pecunia vacuetur.

### TIT. III. DE PARENTIBUS QUI FILIOS DISTRAXERUNT.

Quemcunque ingenuum pater suus vendiderit, si servitio*) suo satisfecerit, ad ingenuitatem suam non reddito etiam pretio revertatur.

### TIT. IV. DE AEDILITIIS ACTIONIBUS.

Servus solenniter venditus non revocatur, nam servus fugitivus venditori et domino reddito pretio restauretur.

### TIT. V. DE SPONSALIBUS ET ANTE NUPTIAS DONATIONIBUS.

A. Nec dos nec donatio valere potest de quibuscunque rebus, si gestis non fuerit allegata.

a) Cod. *pro commissoria cautione.*
*) Cod. *servo.*

## EPIT. GUELPH.

Res. oppignorata. creditore si vindatur. rescindi potest vindicio.

### III DE PATRIBUS QUI FILIUS DISTRAXER̓.

Impleto servicio. pecuniā non redita. ingenuetati. restitui. NL II ʕ XI pl. V ʕ I Ƚ I.*)

### IIII DE AEDILICIIS ACCIONIBUS ʕ· I.[a])

I. Distraccio servi rescendi non potest nisi fugitivus. fuerit adprobatus.

### V DE SPONSALIBUS ET ANTE NUPCIAS. DONACIONIBUS.

I. Donacio. in quacunque persona facta sine gestis valere non potest. L.II ʕ XXX.[a])

*) Nov. Val. tit. XI. Paul. V, 1, 1.
a) C. Th. III, 1.
a) Inc. num. An C. Th. VIII, V, 1 aut Paul. V, 12?

## EPIT. MONACHI.

[a])Si quis rem, quam per cautionem creditori suo dimisit, necessitate cogente vendere promittit, quicunque sub tali occasione rem visus fuerit comparare, ille, qui oppressus vendidit, quum voluerit, pecuniam revocet et possessionem recipiat. *Dat. prid. Kal. Febr. Serditie Cons̄. A. VII. et Cons.*[b])

### [a])III. DE PATRIBUS, QUI FILIIS DISTRAXERUNT.

Quemcunque ingenuum pater suus faciente necessitate vendiderit, si servitio suo[b]) pro pretio satisfecit, etiam non reddito pretio ad ingenuitatem revertatur. [c])*Dat. V. Id. Mart. Tatiano et Simaco Coss.*

### DE AEDILITIIS[a]) ACTIONIBUS IIII.

De mancipio venditio facta non poterit revocari, nisi mancipium probaverit ille, qui emit, fugitivum et tunc reddito mancipio recipiat pretium. *Dat. IIII. Kal. Iun. Honorio N. P. et Evodio V. C. Coss.*[b])

### V. DE SPONSALIBUS ET ANTE NUPTIAS DONATIONIBUS.

Nec nuptialis neque alia donatio de quibuscunque rebus valere potest, si gestis non fuerit allegata.

a) 64 add. *De rem per cautionem dimisa.* b) Subscr. add. in 63; in 62 deest; 64 *Dat. XIII kl oct honorio et theod.* (ex anteced. c.) *Syrdice Const. VII et Cons.*
a) 64 *Valentin Theodosio archadi III.* b) 64 add. *vinditus*, i. e. *venditus.* c) Subscriptio deest in 62.
a) Ita 63, 64. 62 *Dilitiis*, sed emend. in m., ubi sic: *De ediliciis act. item de mancipii venditione.* b) Subscript. deest in 62, in 64 legi nequit.

## EPIT. S. GALL.

Imp̄ coñst. data III kal. FB̆R. *Intp̄.* Om̄ homo qui suū debitorē ꝑ suum debitū pingnoraverit et eu distrixē;[a]) ut ꝑ eius necissitatē de ipso pingnus sibi strumentum faciat[b]) sed ille qui opressus debitū pecunia reddat et rē suā recipiat.

### III.[a])

Imp̄. vālen; data. VI. id̄. mar. *Intp̄.*[b]) Quicūq; homo ingenuus filiū suū ꝑ necessitatē[c]) vindiderit et eū n̄ habuerit cōmoto[d]) illo postea redimere possit ille dn̄s eius qui eū conpar̄.[e]) usq: ad legitimū tēpus servitutis eū teneat et postea sine redēptione p̃cii sui ad suā ingenuitatē rev̄tat.

### IIII. DE AEDELICIIS[a]) HACTIONIB;

Imp̄. val. data III. id̄. iul. *Intp̄.* Si quis homo de alterū hominē mancipiū conpararet.[b]) ipsū mancipiū ei reddere nullatenus[c]) potē. nisi eū fugitivū ꝓbare potuerit postea et p̃ciū recipere et mancipiū reddere licet.

### V. DE SPONSALIB; ANTE NUPCIAS. DONATIONI[a]).

Imp̄. coñs. data III. id̄. mad; *Intp̄;* donationes vero nec dotes nupciales firmas ēē non possunt nisi gestas adligatas[b]) n̄ fuerint et tradiciones n̄ habuerint et curiales eas firmare debent.

a) 65 *eum distrinxerit et.* 67 *detraxerit.* b) Canc. ann.: „Quaedam desunt; ex. gr. *hoc non valebit.*" Ceterum 66, 67 *frum̄tum.*
a) Rubrica h. t. deest in 65 et 66. Sed 67 add. *De emencione filii sui.* b) 67 om. inscriptionem. 65 *Valentinus.* c) 65 *per necessitate.* 67 *per n.* d) Etiam 65 *commoto*, sed ann. Canc.: „h. e. *quomodo*", ut habet 67; idem *illū.* e) 65 *compararerit.*
a) 65 *De hedelicis accion.* 67 *De diliciis action.* b) 65, 67 *compararerit.* Supra 65 *Valentinus.* c) 65 add. *non.* 67 *nisi si.*
a) 65 *donationis.* b) 67 *si gestat ligatas.* Infra 65 *traditionis non habuerit.*

INTERPRETATIO. *Quoties inter sponsos et sponsas de futuris nuptiis specialiter fuerit definitum, et donationem sponsalitiae largitatis vir in sponsam suam aut ex consensu parentum aut ipse, si sui iuris est, propria voluntate conscripserit et omni eam scripturarum solennitate firmaverit, ita ut et gesta legitime facta doceantur, et introductio locorum vel rerum traditio subsequatur: quicquid tali et tam solenni donatione ad ius dominiumque sponsae transierit, si vir sponte eam, quam depectus est factis supra scriptis solennibus chartis, accipere noluerit uxorem, omnia, quae sunt tradita, non reposcat. Et si quid de nominatis tam solenniter rebus et traditis apud se habere dignoscitur, ad sponsae dominium, quam accipere noluit, sine dilatione aliqua transferatur. Reliquum legis istius opus non fuit explanare, quia sequentibus legibus vacuatur.*

Quicquid sponsus sponsae per donationem dederit, si postea sponsam accipere noluerit[c]), quicquid in sua donatione continet, sine dilatione partibus sponsae transferatur.

3.[e]) *Idem A. Valeriano agenti Vicariam Praefecturam.* Quamvis in lucro nec feminis ius ignorantibus subveniri soleat, contra aetatem adhuc imperfectam locum hoc non habere, retro principum statuta declarant. Ne igitur soluta matrimonii caritate inhumanum aliquid statuatur, censemus, si futuris coniugibus tempore nuptiarum intra aetatem constitutis res fuerint donatae et traditae, non ideo eas posse revocari, quia actis consignare donationem quondam maritus noluit. *Dat. IV. Kal. Mai. Gallicano et Symmacho Coss.*

INTERPRETATIO. *Quamquam et feminis, quae per fragilitatem interdum excusari possunt, in aliquibus causis, si negligentes fuerint, lex subvenire noluerit, hic tamen specialiter voluit esse consultum, ut, si qua in pupillaribus annis marito fuerit copulata, et sponsalitiam largitatem per negligentiam actis non allegaverit, huius legis beneficio, etsi gesta desint, inviolabilem in suo dominio donationem noverit permanere.*

Si qua in pupillaribus annis fuerit marito copulata et eius donatio gestis[d]) non fuerit allegata[e]), ipsam in suo dominio legis beneficio noverit permanere.

4.[f]) *Idem A. ad Pacatianum Pf. U.* Patri puellae aut tutori aut curatori aut cuilibet eius affini non liceat, quum prius militi puellam desponderit, eandem alii in matrimonium tradere. Quod si intra biennium, ut perfidiae reus in insulam relegetur. Quod si pactis nuptiis, transcurso biennio, qui puellam desponderit, alteri eandem sociaverit, in culpam sponsi potius quam puellae referatur, nec quicquam noceat ei, qui post biennium puellam marito alteri tradidit. *Dat. prid. Id. April. Martianopoli, Pacatiano et Hilariano Coss.*

INTERPRETATIO. *Si quis aut privatus aut militans[g]), postquam sponderit[h]), cum patre, tutore vel curatore puellae vel propinquis de puellae coniunctione definierit, debet post definitionem intra biennium nuptias celebrare. Quod si tarditate aut negligentia sponsi biennii tempus excesserit, et alio viro se puella coniunxerit, absoluta erit a calumnia, vel ipsa, vel quicunque suorum eam tradiderit: quia culpa est illius, qui differendo coniunctionem suam alteri nubendi locum patefecit. Nam si intra biennium data fuerit, quid observetur, evidentius sequente lege cognoscetur.*

Si infra biennium ab sponso puella nupta non fuerit, absoluta erit a calumnia, vel quicunque suorum eam alteri tradiderit.

5.[i]) *Idem A. ad Tiberianum Vicarium Hispaniarum.* Si ab sponso rebus sponsae donatis interveniente osculo ante nuptias hunc vel illam mori contigerit, dimidiam partem rerum donatarum ad superstitem pertinere praecipimus, dimidiam ad defuncti vel defunctae heredes, cuiuslibet gradus sint et quocunque iure successerint, ut donatio stare pro parte media et solvi pro parte media videatur: osculo vero non interveniente, sive sponsus sive sponsa obierit, totam infirmari donationem et donatori sponso sive heredibus eius restitui. §. 1. Quod si sponsa, interveniente vel non interveniente osculo, sponsaliorum titulo, quod raro accidit, fuerit aliquid sponso largita, et ante nuptias hunc vel illam mori contigerit, omni donatione infirmata, ad donatricem sponsam sive eius successores donatarum rerum dominium transferatur. *Dat. Id. Iul. Constantinopoli. Accepta XIIII. Kal. Mai. Hispali, Nepotiano et Facundo Coss.*

INTERPRETATIO. *Si quando sponsalibus celebratis, interveniente osculo, sponsus aliquid sponsae donaverit, et ante nuptias sponsus forsitan moriatur, tunc puella, quae superest, mediam donatarum solenniter rerum portionem poterit vindicare, et dimidiam mortui heredes acquirunt, quocunque per gradum successionis ordine venientes. Si vero osculum non intervenerit, sponso mortuo nihil sibi puella de rebus donatis vel traditis poterit vindicare. Si vero a puella sponso aliquid donatum est, et mortua fuerit, quamvis aut intercesserit aut non intercesserit osculum, totum parentes puellae sive propinqui, quod puella donaverat, revocabunt.*

Si quando sponsalibus celebratis interveniente osculo sponsus aliqua sponsae donaverit et mortuus ante nuptias fuerit, puella medietatem sibi vindicet et si puella ei aliquid dedit et ante nuptias mortua fuerit, eius propinqui, quicquid puella dederit, revocent*).

6.[k]) *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Eutropio Pf. P.* Patri, matri, tutori vel cuicunque, ante decimum puellae annum datis sponsalibus, quadrupli poenam remittimus, etsi nuptiae non sequantur. Et si interea puella decesserit, sponsalia iubemus sponso restitui. §. 1. Quod si decimo anno vel ultra pater quisve alius, ad quem puellae ratio pertinet, ante duodecim annos, id est usque ad undecimi metas, suscepta crediderit pignora esse retinenda, deinceps adventante tempore nuptiarum a fide absistens quadrupli fiat obnoxius. §. 2. Viduae autem ratio diversa est, cui auxilium non suffragatur aetatis, scilicet ut ea, matrimonium non implens, ad quadruplum ex veteri constitutione teneatur. §. 3. Duodecimo autem anno impleto quisquis de nuptiis paciscitur, si quidem pater, semet ipsum obliget, sive mater curatorve aut alii parentes, puella fiat obnoxia. §. 4. Cui quidem contra matrem, tutorem, curatorem eumve parentem actio ex bono et aequo integra reservetur eorum pignorum, quae ex propriis, iuxta poenam iuris, reddiderit facultatibus, si ad consensum accipiendarum arrarum ab his se ostenderit fuisse compulsam. *Dat. XV. Kal. Iul. Thessalonica, Gratiano A. V. et Theodosio A. I. Coss.*

e) c. 3. C. Th. *c.* 3. In codd. 32, 33 *c.* 2 *de Comm. resc.* (III, 2), vid. supra c. 1 eod. not. *b.* Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 11—16, 18, 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 28, 37; inscr. et textus in codd. 21—23, 31—33, 35, 36; textus et subscr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 29, 30, 34, 38—40; tota c. exc. in codd. 25, 27. f) c. 4. C. Th. *c.* 5. In codd. 32, 33 *c.* 3 *de Comm. resc.* (III, 2), vid. c. 1 eod. not. *b.* In codd. 25, 27 *c.* 3 h. t. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 11—16, 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 25, 27, 28, 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—23, 31, 32, 35—37; textus et subscr. in codd. 26, 38, 40; solus textus om. in codd. 29, 30, 33, 34, 39; sola interpr. in cod. 19. In interpr. incip. cod. 17[a]. Vid. infra not. *h.* g) Lex *militis* tantum mentionem facit. h) Literae *rit* primae sunt cod. 17[a]. i) c. 5. C. Th. *c.* 6. In codd. 32, 33 *c.* 4 *de Comm. resc.* (III, 2), vid. c. 1 eod. not. *b.* In codd. 25, 27 *c.* 4 h. t. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 11—16, 17[a], 18, 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 28; inscr. et textus in codd. 21—23, 31—33, 35—37; textus et subscr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 34, 38—40. k) c. 6. C. Th. *c.* 11. In codd. 32, 33 est *c.* 3 h. t., in codd. 25, 27 c. 5 h. t. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 12—16, 17[a], 18, 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 45; inscr. et textus in codd. 21—23, 31, 35—37; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32—34, 38—40. In cod. 11 deest sextum quaternionis septimi folium inde a vv. *suscepta reddiderint* interpr. h. c. usque ad vv. *donatione, cuius summa* interpr. c. 8 h. t.

c) Nonn. codd. *noluit.* d) Nonn. codd. *gestibus.* e) Aeg. *alligata,* et ita fere semper, raro *allegata.* Idem et nonn. codd. *marito fuerit.* *) 52 *revocabunt.* Alii codd. *revocentur.*

| EPIT. SUPPL. LAT. 215. | EPIT. GUELPH. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|
| **B.** Quicquid sponsus sponsae per donationem dederit, si postea sponsam accipere noluit, perdat. | I[b]) Post sponsalicia. celebrata. si vir. spunsam aut sponsam. virum contemnat res solemniter traditas. ad. spunse. dominium que accepere noluit. transferendũ. simili modo. et de viris. formassit. | Inter sponsos et sponsas quum de futuris[a]) definitum et donationem vir in sponsam aut ex consensu parentum aut sui iuris conscripserit et eas solenniter gestis allegaverit[b]), ut et rerum traditio subsequatur, et eandem sponsam postea accipere noluerit uxorem, omnia, quae sunt tradita, non reposcat et si quid de tam solenniter rebus traditis apud se habet[c]), sponsae, quam accipere noluit, transferatur. | *It̄ alia Intp̄* Cũ int̄ sponsũ et sponsā[c]) de nupcias fuerit conventũ factũ et sponsus aut ꝑ conventũ parentorũ suorũ aut ipse ꝑ sua voluntatē ad suā sponsam dotē scripserit[d]) et gestis ligata fuerit[e]) et cũ legitimꝭ testes eā firmaverit et res ad sponsa tractas fuerint[f]) et postea ipse spon̄ eā in coniugia p̄hendere[g]) noluerit quidquid ad sponsā suā dedit non requirat̄ et si aliquid de suā sponsā recipit sine dilacione[h]) reddatur. |
| **C.** Si qua in pupillaribus annis marito fuerit copulata et sponsalitiam largitatem per negligentiam actis non allegaverit, haec etsi gesta non sint donatio permanebit. | III Minoribus femenis. facta donacio. si gestis non alligetur. nihil oberit. sed in eius dominio. permanebit. | [d]) Si qua femina in pupillaribus annis marito copulata et sponsalitia per negligentiam non allegaverit, etsi gesta desint*), inviolabiliter in suo dominio donatio permaneat. | *It alia intp.* Feminas si in minore etate se ad maritũ iungserint. sed dote firma n̄ acciperit ꝓinde quod infra annus ē. dotes eius n̄ rumpitur; et si legitimꝭ testes n̄ habuerit ꝓinde ꝗ[i]) infra ann̄ ē firma pmanebit. |
| **E.**[a]) Si infra biennium ab sponso puella nupta non fuerit, absoluta erit a calumnia, vel quicunque suorum eam alteri dederit. | IIII. Militanti. aut privato ꝓmissa uxor. alii nubere non potest. post biennio. potest. | Si quis aut privatus aut militans feminam desponsaverit et intra biennium nuptias non celebraverit, et ipsa alio viro se iunxerit, absoluta erit a calumnia[e]), et quicunque suorum eam desponsaverit vel nuptiis tradiderit. | *It̄. alia. Intp̄.* Si quis homo aut privatus aut militans postquā se spondederit. et cũ patre aut tutore vel curatorem puellae l̄ ꝓinꝗ de puelle coniungtiones definiret[k]) post definicione intra bienniũ debet nupcias celebrare qd̄ si[l]) ꝑ negligenciā sponsi biennie tēpus transsierit et puella se alio viro iuncserit[m]) nulla culpa exinde n̄ habeat nec ipsa nec nullus de seos[n]) qui eā tradidit. ꝗa culpa illius ē ꝗ eā tardavit[o]) in coniugio copulare nā si infra bienniũ data fuerit secundũ legē exinde iudicet'. |
| **F.** Si qua sponsus pro[b]) osculum puellae dederit et mortuus fuerit, puella medietatem sibi solenniter vindicabit. | V. Intervenientē. oscolo. que donat vel tradit spunse vir. si moriatur. cum heredibus ex medio dividitur. | Si quando sponsalia celebrantur interveniente osculo sponsus aliqua sponsae donaverit, et ante nuptias sponsus moriatur, puella mediam donatarum rerum vindicet[f]). Quod si osculum non intervenerit, nihil sibi puella de rebus traditis poterit vindicare[g]). Si vero a puella aliquid sponso donatum est, et mortua fuerit, quamvis osculum intercesserit, totum parentes puellae revocabunt. | *It̄ alia. Intp̄.* Si sponsus ad sponsam suā aliquit donaverit quod eā oscolaverit[p]) et ipse sponsus antequā ea p̄endat mortuus fuerit medietatē de ipsa rē qd̄ ad sponsā suā donavit ad parentes sponsi reddat' et quod si aliquid[q]) ad sponsā suā dedit antequā eam oscolasset[r]) totũ ab integritate ad parentes sponsi revertat̄. et qd̄ si sponsa ad suũ sponsum ante nupcias aut cũ osculata[s]) fuerit aut n̄ osculata si aliquid ad sponsũ suũ dedit. et ipsa mortua fuerit antequā ea p̄hendat totũ ab integritatē ad parentes[t]) de ipsa puella revertatur. |
| a) Ita codex, quasi exciderit interpr., cui praefixa erat litera *D*. b) Leg. *per*. | b) Ita codex. | a) 64 add. *nuptiis fuerit*, ut interpret. b) 64 *eam s. gestibus oblegaverit*. Etiam 63 *oblegaverit*. c) 63, 64 *habeat*. d) 64 add. *De Non Gestis Legatum*. *) 62, 64 *desinunt*. e) 64 add. *et ipsa*. Infra 62, 64 *disponsaverit* et 63 *disponsaverant*. f) 63 *vindicetur*. g) Codd. *vindicari*. | c) 67 om. *et sponsam*. 65 *sponso et sponsa*. d) 67 *parantũ — scriberet*. e) 65 *fecerit*. f) 67 *sponsā rectā fuerint*. g) 65 *coniugium prendere*. 67 *coniugio prendere*. h) 65 *sponsa sua — sua sponsa recepit sine dilacionem*. i) 65 *quia*. k) 67 *ꝓcuratorem — definierit*. 65 *puelle et propinqui*. l) 66 om. *si*. m) 65, 67 *coniuncxerit*. 67 *nullā culpā*. n) 65 *suos*. o) Ita 65, 67, sed 65 *quia ea in coniugio tardavit*. 66 *tradavit*. p) 67 *basiaverit*. q) 65 *et si aliquid quod*. r) 67 *basiasset:* deinde *integro*. 65 *ad integrit*. s) 67 hic et paulo infra *basiata*. t) 65 *ad puella*, sed recte cj. Canc. *ad parentes*. Ita enim 66 et 67. Ceterum 67 *ad integr*. |

Interpretatio. *Pater vel mater puellae, aut si pater defuerit, tutor, curator vel aliquis ex propinquis, si, antequam decimum annum puella contingat, de nuptiis pacti fuerint et sponsalia susceperint, si postea mutata voluntate renuere voluerint, quem prius susceperant, non addicuntur ad quadruplum, sed ea tantum, quae sunt suscepta, restituant: nam et si puella mortua fuerit, hoc tantum, quod acceperant, reddunt. Sin vero iam puella decimum agens annum usque ad undecimum plenum susceptas arras vel ipsa vel parentes, tutores curatoresve tenuerint, id observandum est, ut, si fidem placiti mutare voluerint et illum renuant, cuius sponsalia suscepit, ad quadrupli poenam sine dubio teneatur persona, quaecunque de puellae nuptiis placitum fecit. Quod si antequam annus undecimus compleatur, pignora suscepta reddiderint, nullam de susceptis arris calumniam pertimescant. Nam si vidua fuerit, nihil per aetatem poterit excusare, si animum alibi diverterit et priorem sponsum renuere voluerit. Tunc quaecunque suscepit sponsaliorum titulo, in quadruplum reddat. Puella vero post duodecimum aetatis suae annum, si pater de nuptiis illius aliud facere voluerit, quam promisit, ad quadrupli poenam et ipse tenendus est. Si pater mortuus est, et de nuptiis puellae mater, tutor aut curator aut propinquus aliquis definierit, et puella alteri nubere maluerit, ipsa sponso priori de propriis facultatibus satisfaciat in quadruplum, quod accepit: hac tamen conditione servata, ut postmodum contra praedictas personas agere possit, si illius arras, quem renuit, illis cogentibus invita suscepit.*

[Epit. Aeg.:] Si parentes de coniunctione puellae promiserint, antequam ipsa decem annos habeat, et postea eorum fuerit mutata voluntas, quicquid acceperunt, reddatur[f]. Et si puella mortua fuerit, hoc tantum, quod acceperunt, reddant. Si vero puella vel parentes eius usque ad undecimum plenum annum arras tenuerunt[g]), et illum renuat, cuius sponsalia suscepit, ad quadrupli poenam teneatur. Quicunque de puellae nuptiis placitum fecit, quod si, antequam annus undecimus compleatur, pignora reddiderit, nullam calumniam pertimescat. Nam si vidua fuerit, nihil per aetatem poterit excusare, sed si se immutaverit, quaecunque suscepit, in quadruplum reddat. Si pater de nuptiis puellae iam duodecim habentis annos sententiam mutaverit, ad quadrupli poenam et ipse tenendus est. Si vero pater mortuus fuerit, et parentes puellae de nuptiis definierint, et puella alteri nupserit, ipsa sponso priori in quadruplum satisfaciat. Hac tamen conditione servata, ut postmodum contra praedictas personas agere possit, si illius arras, quem renuit, illis cogentibus invita suscepit.

7.[l]) *Impp. Honorius et Theodosius AA. ad Marinianum Pf. P. Post alia:* Si pater pactum de filiae nuptiis inierit et humana sorte consumtus ad vota non potuerit pervenire, id inter sponsos firmum ratumque permaneat, quod a patre docebitur definitum, nihilque permittatur habere momenti, quod cum defensore, ad quem minoris commoda pertinebunt, docebitur fuisse transactum. Periniquum est enim, ut contra patriam voluntatem redemti forsitan tutoris aut curatoris admittatur arbitrium, quum plerumque etiam ipsius feminae adversus commoda propria inveniatur laborare consilium etc. *Dat. IV. Non. Nov. Ravenna, DD. NN. Honorio XIII. et Theodosio X. AA. Coss.*

Interpretatio. *Ubi de coniunctione filiae patris sententia fuerit definitum, si humano casu, antequam puella iungatur, mortuus fuerit pater, mutari placitum nulla poterit ratione, nec habebit puella licentiam aliud faciendi, etiamsi mater aut tutor aut curator vel propinqui alium fortasse voluerint suscipere, quam pater elegit. Sed patris promissio circa sponsum, quem ipse suscepit, firma permaneat: nec ipsi puellae suo consilio contra voluntatem patris aliud velle ulla ratione permittitur.*

[Epit. Aeg.:] Si pater promiserit filiam et arras susceperit[h]), illo mortuo nullatenus posse mutari.

8.[m]) *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Hierio Pf. P. Post alia:* Si donationis instrumentum ante nuptias actorum solennitate firmatum sit, de traditione, utrum nuptias antecesserit an secuta sit vel penitus praetermissa, minime perquiratur: in illa donatione, quae in omnibus intra ducentorum solidorum est quantitatem, nec actorum confectione quaerenda. Haec enim commoda nec mariti fraude, nec successorum eius improbitate, nec scrupulositate iuris, si et imperite vel callide rerum offerendarum in dotem habeat donatio mentionem, denegari uxoribus deceptis patimur vel his, qui in earum iura succedunt, sed a marito vel ab heredibus eius exacta restitui; illa manente lege, quae minoribus aetate feminis etiam actorum testificatione omissa, si patris auxilio destitutae sint, iuste consuluit etc. *Dat. X. Kal. Mart. Constantinopoli, Tauro et Felice Coss.*

Interpretatio. *Si donatio sponsalitia ante nuptias gestis inseritur, etiamsi res donata non traditur, non potest infirmari. In illa vero donatione, cuius summa infra ducentorum solidorum pretium invenitur, etiamsi gesta defuerint, nulla feminis poterit sub quacunque calliditate aut obiectione calumnia commoveri, sed qualiscunque cum die et tempore scriptura sufficiet. Et ideo seu illa donatio, quae sine traditione gestis habetur inserta, seu illa, quae infra ducentorum solidorum summam consistit, nullis calumniarum argumentis in aliquo vacuentur, sed a marito vel ab heredibus eius feminis iubentur exacta restitui: illo tamen beneficio legis circa eas feminas, quae in minoribus annis defuncto patre nuptae sunt, permanente, ut de quantalibet summa fuerit conscripta donatio, etiamsi gestis allegata non fuerit, omni firmitate subsistat.*

[Epit. Aeg.:] Si donatio sponsalitia ante nuptias gestis fuerit roborata et non tradita, non infirmetur[i]). Feminarum donationes, quae infra ducentorum solidorum esse probantur, etiamsi in gestis non habeantur, non poterint infirmari. Si mortuo patre ab sponso in minoribus annis puellae qualislibet summa donetur, etiam sine gestis perpetuam obtinet firmitatem.

## TITULUS VI.[a])

## SI PROVINCIAE RECTOR VEL AD EUM PERTINENTES SPONSALIA DEDERINT.

[Epit. Aeg.:] TIT. VI. SI PROVINCIAE RECTOR VEL AD EUM PERTINENTES SPONSALIA DEDERINT[a]).

1.[b]) *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Eutropio Pf. P. Post alia:* Si quis in potestate publica positus atque honore administrandarum provinciarum, qui parentibus aut tutoribus aut curatoribus aut ipsis, quae matrimonium contracturae sunt, potest esse terribilis, sponsalia dederit, iubemus, ut deinceps, sive parentes sive eaedem mutaverint voluntatem, non modo iuris laqueis liberentur poenaeque

l) c. 7. C. Th. *c.* 12. In codd. 32, 33 est *c.* 4 h. t. et in codd. 25, 27 *c.* 6 h. t. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 12—16, 17[a], 18; omnia praeter interpr. des. in cod. 42; inscr. et textus in codd. 21—23, 31, 35—37; textus et subscr. in codd. 26, 28; inscr. et subscr. in cod. 27; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32—34, 38—40; sola interpr. in cod. 19; textus pro interpr. ponitur in cod. 27. In cod. 11 deest haec c. Vid. c. 6 h. t. not. *k.* m) c. 8. C. Th. *c.* 13. In codd. 32, 33 est *c.* 5 h. t. et in codd. 25, 27 *c.* 7 h. t. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 12—16, 17[a], 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—23, 31, 35—37; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32—34, 38—40; sola interpr. in cod. 19. De cod. 11 vid. c. 6 h. t. not. *k.*

a) Tit. VI. C. Th. *Tit. VI?* b) c. 1. C. Th. *c. un.?* Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 11—16, 17[a], 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 42; inscr. et textus in codd. 21—23; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 29—40; sola interpr. in cod. 19.

f) Nonn. codd. *reddant* aut *reddantur.* g) Nonn. codd. *tenuerint.* h) *et a. s.* add. epit. i) Nonn. codd. *infirmatur.* Infra nonn. *etiamsi gestis;* alii *etiam* pro *etiamsi.*

a) 50, 51 *Dederunt.*

**EPIT. SUPPL. LAT. 215.**

G. Si antequam habeat decem annos puella a tutoribus vel parentibus promissa fuerit et renuere sponsum voluerit arras in simplum reddat, post undecim annos in quadruplum.

**EPIT. GUELPH.**

VI. Puella. post arras. traditas. que nuptias mutare voluerit. ꝗ accepit. quadruplum restituat.

**EPIT. MONACH.**

Pater vel mater, tutor, curator vel aliquis propinquus, si ante decimum annum puellae de nuptiis pacti fuerint et postea mutare voluerint, ea tantum sponsalia, quae acceperunt, restituant, et si puella mortua fuerit, similia sponsalia reddant. Si vero puella decimum agens annum usque ad undecimum plenum susceptas arras et illum renuerint, cuius sponsalia susceperunt, in quadruplum restituat ille, qui de puellae nuptiis placitum fecit. Quod si antequam annus XI. impleatur, pignora reddiderit, nullam calumniam patiatur. Nam si vidua sponsum renuit, omnia, quae suscepit sponsalia, in quadruplum reddat. De puella vero si pater eius aliud fecerit, quam promisit, quadruplum et ipse sponsalia accepta restituat. Si vero pater mortuus fuerit et puella alteri nubere voluerit, ipsa de proprio quadruplum reddat, quod accepit: hac h) tamen conditione servata, ut contra unumquemque i) ipsam agere liceat, qui ei arras invite suscipere coegerunt.

**EPIT. S. GALL.**

*It̄ alia Intp̄.* Si pat̄ ł mat̄ puelle qd̄ pat̄ n̄ fuerit et tutor ł u) ꝑcurat' puella infra. X. ł XI. v) annus cuiq: ea sponsaverit et poste ea x) forsitā ipsū placitū adinplere noluerint quantū in sponsalia reciperunt hoc ad ipsum sponsum reddant y) et si ipsa puella mortua fuerit similit̄ et hoc reddant et si *) puella. XI. annus plenꝰ habuerit et sponsa de sponso suo quando eā z) sponsavet si aliquid ad illā dedit et post ea eius parentes exinde aliqd̄ inmutare voluerint a) hoc qd̄ in sponsalicias acciper̄ in quadruplo reddant similit̄ et mulier vidua si alicū hominē sponsaverit et de illo aliquid acciperit et postea se inmutare voluerit ut eū n̄ b) accipiat illut qd̄ accepit c) in quadruplū reddat similit̄ et puella post XII etatis sue annus d) et si aliquid de sponso suo in sponsalias recipit et si ipsa puella se immutare voluerit ut eū n̄ accipiat illut qd̄ de eo accepit e) in quadruplū redd̄. f) Si forsitā ei aut sui parentes aut sui tutores sine sua voluntate g) ipsū sponsū dedē. si hoc ipsa puella ꝓbare potuerit qd̄ sine sua voluntate ipsū sponsū recipisset de illū qd̄ dedit nihil ei exinde in antea solvere h) debeat.

---

**EPIT. SUPPL. LAT. 215.**

H. Si pater promiserit filiam et arras acceperit, illo mortuo nullatenus immutetur.

**EPIT. GUELPH.**

VII. Pater de filie nupcies. que pactus est propinquorum. aut puelle ipsius. voluntate mutari non potest.

**EPIT. MONACH.**

Ubi de coniunctione filii pater definierit, etiam illo mortuo voluntas eius servetur, quamvis mater vel quaelibet k) personae aliud mutare voluerint.

**EPIT. S. GALL.**

*It' alia. Intp̄.* Quicūq; pat̄ suā filiā sponsaverit et mortuus fuerit n̄ licet nec ad illā puellā nec ad suos tutores ad alium i) sponsum illa iungere nisi k) ipsū habeat cui suos pat̄ eā sponsavit.

---

**EPIT. SUPPL. LAT. 215.**

c) Si donatio sponsalitia ante nuptias gestis fuerit allegata introductione non eget. I. In illa vero donatione cuius summa infra ducentorum solidorum pretium invenitur, etiamsi gesta defuerint, nulla feminis poterit sub qua calliditate d) aut obiectione calumnia commoveri, sed qualiscunque tamen cum die et tempore scriptura sufficiat.

K. Si mortuo patre ab sponso in minoribus annis puellae qualislibet summa donetur perpetem obtinuit firmitatem etiam sine gestis.

**EPIT. GUELPH.**

VIII In sponsalicia. donacionē tradicio non queratur.

**EPIT. MONACH.**

Si donatio ante nuptias gestis inseritur, etiamsi res non tradatur, non poterit infirmari. In illa vero donatione, quae infra ducentorum solidorum invenitur, etiamsi gesta defuerint l), nulla calumnia poterit feminis commoveri, sed qualiscunque cum die et tempore scriptura sufficiat. m) Et ideo seu illa donatio, quae sine traditione gestis habetur inserta, seu illa, quae infra ducentorum solidorum consistit, nullis calumniarum argumentis vacuetur, sed a marito vel ab heredibus eius feminis iubetur exacta restitui. n) Illae vero feminae, quae in minoribus annis defuncto patre nuptae sunt, si de quantitate qualibet summa fuerit conscripta, donatio, etiamsi gestis allegata non fuerit, omni firmitate subsistat. *Dat. X. Kal. Mart. Tauro et Felice Coss.* o)

**EPIT. S. GALL.**

*It̄. alia Intp̄.* Si donacio sponsalicia aut dotes ante nupcias factas fuerint ł donacio de villa sed qd̄. l) CC. solidi valunt ipsas in se p̄ciū habuerint et forsitā res donata tradita n̄ fuerit ꝓinde ꝗ gestis ligata n̄ ē non rūpit' similit̄ feminas m) ꝗ in minore etate s̄ si n) sine patre fuerint nec si o) de quantūlibet dotē ante nupcias acciperint si forsitā gestis ligatā n̄ fuerit ꝑ hoc n̄ rūpit̄.

---

## TIT. VI. SI PROVINCIAE RECTOR VEL AD EUM PERTINENTES SPONSALIA DEDERINT.

## SI PROVINCIE RECTUR VEL AD EUMPERTENENTES SPUNSALICIA DEDERINT. ꝛ XI a).

## VI. SI PROVINCIAE RECTOR VEL AD EUM PERTINENTES SPONSALIA DEDERINT.

## VI SI ꝑVINCIE RECTUR Ł AD EŪ PTINENTES SPONSALIA DEDERINT a).

---

c) Litera deest. d) Cod. *quaealiditate.* Repos. *calliditate* ex lege.

a) Huius libri tit. XI.

h) Codd. *ac.* i) 63, 64 *unumquodque* et 63 *ipsa.* k) 63 *quibuslibet* et 64 *quilibet.* l) Codd. *defuerit.* m) 64 add. *De Donatione Non Tradita.* n) 64 add. *De Gestis.* o) Subscr. deest in 62.

u) 65 *et.* v) 67 *XII.* x) 65, 67 *postea.* Mox 67 *noluerit — sponsalias.* y) 65 *reddat.* *) 67 *et qd si.* z) 67 *eū.* a) 65 *voluerit — quadruplum.* 67 *accceperit.* b) 66 om. *non.* 67 *prendat.* c) 65 *acc. illum quod de eum accepit.* d) 65 *annos.* 67 *annus etatis sue* (om. *et*) — *recepit.* e) 67 *prendat i. qd deo.* 65 *de eum accipit.* f) 65, 67 *reddat.* g) 65 *sine causa voluntatis — dederint.* 67 *dederunt.* h) 65 *exsolvere.* 67 *inatea.* i) Ita 65, 67; 66 *illum.* k) 65 *nisi illum hab. cui pater suus illam spons.* l) 65 *villas quod.* 67 *valent — si forsitan.* m) 65 *femina qui.* 67 *et feminas qui.* n) 65, 67 add. *si,* quod 66 om. o) 66 *sic.* 65 *patrem — acciperit* et ut 67 *ligata.*

a) 65 *dederit.*

expertes sint, quae quadruplum statuit, sed extrinsecus data pignora lucrativa habeant, si ea non putent esse reddenda. Quod ita late patere volumus, ut non solum circa administrantes, sed et circa administrantium filios, nepotes, propinquos, participes domesticosque censeamus, quibus tamen administrator operam dederit. Impleri autem id postea matrimonium non vetamus, quod tempore potestatis ob eas personas, de quibus locuti sumus, arris fuerat obligatum, si sponsarum consensus accedat. *Dat. XV. Kal. Iul. Thessalonica, DD. NN. Gratiano A. V. et Theodosio A. I. Coss.*

INTERPRETATIO. *Iudex provinciae cuiuslibet vel quicunque in administratione constitutus, si habeant aliqui adultos secum filios in praedicto honore positi aut propinquos vel qui ipsis in consortio administrationis videntur adiuncti, si per potestatem aut comminando parentibus aut terrendo forte tutores sive curatores vel ipsas quoque puellas sponsaliorum nomine aut arrarum ad obligandam cuiuslibet domum aliqua dederint, si contra hanc voluntatem aut parentes aut ipsae puellae resultare voluerint, habeant liberam facultatem renuere, quod ita suscepisse videntur. Nec poenam sibi noverint quadrupli exigendam, sed etiam ea, quae sub terrore visae sunt accepisse, in lucrum suum, si voluerint, retinebunt, nec constringi possunt, nisi forte ex suo arbitrio reddere voluerint. Nam si*[c]) *post administrationem aut parentum aut puellarum circa eos, qui sponsalia dederint, voluntas nubendi permanserit, sequatur electa coniunctio.*

Iudex provinciae vel quicunque iudices vel filii aut obsequentes eorum si per potentiam quascunque sponsaverint, puellae poenam quadrupli non timentes, sed etiam quae acceperint vindicantes, renuendi eos, quos non voluerint aut potuerint, liberam habeant[b]) facultatem.

## TITULUS VII.[a]) DE NUPTIIS.

TIT. VII. DE NUPTIIS.

1.[b]) *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Senatum.* Viduae intra vicesimum et quintum annum degentes etiamsi emancipationis libertate gaudent, tamen in secundas nuptias non sine patris sententia conveniant aut in oppignerationem. Cessent itaque sequestres atque interpretes, taciti nuntii renuntiique corrupti. Nuptias nobiles nemo redimat, nemo sollicitet, sed publice consulatur affinitas, adhibeatur frequentia procerum. §. 1. Quod si in conditionis delectu mulieris voluntas certat sententiae propinquorum, placet admodum, ut in pupillarum coniunctionibus sanctum est, habendo examini auctoritatem quoque iudiciariae cognitionis adiungi, ut, si pares sunt genere ac moribus petitores, is potior aestimetur, quem sibi consulens mulier approbaverit. §. 2. Sed ne forte hi, qui gradu proximo ad viduarum successiones vocantur, etiam honestas nuptias impediant, si huius rei suspicio processerit, eorum volumus auctoritatem iudiciumque succedere, ad quos, etiamsi fatalis sors intercesserit, tamen hereditatis commodum pervenire non possit. *Dat. XVII. Kal. Aug. Gratiano A. II. et Probo V. C. Coss.*

INTERPRETATIO. *Viduae intra vicesimum et quintum annum si fuerint constitutae et adhuc vivis patribus, tametsi emancipatione acquisierint libertatem, si ad secundas nuptias venire voluerint, noverint coniunctionem suam in patrum potestate, non in propria voluntate consistere, et eorum electione, non quorumcunque amicorum aut familiarium sequendum esse consensum. Si vero patres mortui sunt, nec sic quoque ex suo singulariter arbitrio nubendi habeant potestatem, sed pro honestate coniunctionis iudicium sequendum est propinquorum. Quod si duo petitores exstiterint, consulendi sunt quidem parentes, nec praetermittendus est etiam iudex, qui voluntatem feminae pro honestiore duntaxat parte prospiciat. Nec illis tantum propinquis praestet assensum, qui suspicione hereditatis utuntur, qui forte, dum nuptias differunt, pro successione hereditatis mulieris mortem exspectare videntur: sed illorum magis, si talis conditio intercedit, electio sequenda est, qui nihil possunt de ipsius hereditate conquirere.*

Quod viduae non liceat extra voluntatem patris se sociare marito: etiam nec sine voluntate propinquorum, si defuerit pater: et reliqua.

2.[c]) *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Cynegio Pf. P.* Ne quis Christianam mulierem in matrimonium Iudaeus accipiat, neque Iudaeae Christianus coniugium sortiatur. Nam si quis aliquid huiusmodi admiserit, adulterii vicem commissi huius crimen obtinebit, libertate in accusandum publicis quoque vocibus relaxata. *Dat. prid. Id. Mart. Thessalonica, Theodosio A. II. et Cynegio V. C. Coss.*

INTERPRETATIO. *Legis huius*[d]) *severitate prohibetur, ut nec Iudaeus Christianae matrimonio utatur, nec Christianus homo Iudaeam uxorem accipiat. Quod si aliqui contra vetitum se tali coniunctioni miscuerint, noverint se ea poena, qua adulteri damnantur, persequendos, et accusationem huius criminis non solum*[e]) *propinquis, sed etiam ad persequendum omnibus esse permissam.*

Ut Iudaeum non liceat habere[a]) Christianam nec Christiano Iudaeam. Quod qui fecerint, ut[b]) adulteri puniantur.

3.[f]) *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Hierio Pf. P.* Si donationum ante nuptias vel dotis instrumenta defuerint, pompa etiam aliaque nuptiarum celebritas omittatur, nullus aestimet, ob id deesse recte alias inito matrimonio firmitatem, vel ex eo natis liberis iura posse legitimorum auferri, si inter pares honestate personas, nulla lege impediente, fiat consortium, quod ipsorum consensu atque amicorum fide firmatur etc. *Dat. X. Kal. Mart. Constantinopoli, Felice et Tauro Coss.*

INTERPRETATIO. *Si occasio talis emerserit, ut nuptiae solennitate debita careant, aut etiam donationes sponsalitiae fieri aut dos celebrari non possit, sed convenientibus animis se matrimonio copulaverint, sufficiet aequalibus personis conveniens electio atque consensus, sic tamen, ut conscientia intercedat amicorum, et tunc, si ita res cesserit, et coniunctio stabilis et filii legitimi probabuntur.*

Si duae aequales personae ex consensu se coniunxerint[c]) publice amicis praesentibus, filios legitimos generabunt.

c) Gothofr. reprehendit extremam partem interpr.

a) Tit. VII. C. Th. *Tit. VII?* b) c. 1. C. Th. *c.* 1? L. Visig. III, 2, 1. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 11—16, 17ª, 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 28, 42; inscr. et textus in codd. 21—23; textus et subscr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29—40; sola interpr. in cod. 19. c) c. 2. C. Th. *c.* 2? Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—6, 8, 9, 11, 13—16, 17ª, 18; omnia des. in cod. 23; omnia praeter interpr. in codd. 27, 42; inscr. et textus in codd. 21, 22, 31, 35—38; textus et subscr. in codd. 26, 28, 33; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32, 34, 39; sola subscr. in cod. 12 et sola interpr. in cod. 19. In cod. 40 una const. facta est ex inscr. c. 2 et ex subscr. et interpr. c. 3 h. t. De cod. 7 vid. not. *d.* d) V. *huius* terminatur fol. 241 cod. 7 et deest quaternio. Proximi folii prima vv. sunt *erunt multa condemnatione* interpr. c. 1 C. Th. de Lib. causa (IV, 8). e) Haec recte. f) c. 3. C. Th. *c.* 3? In cod. 23 *c.* 2 h. t. De cod. 40 vid. c. 2 h. t. not. *c.* Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—6, 8, 9, 11—16, 17ª, 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 42; inscr. et textus in codd. 21—23, 31, 35—37, 40; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus in codd. 25, 29, 30, 32—34, 38, 39; sola interpr. in cod. 19.

b) Ita codd.; Aeg. *habeat* et antea *qũ voluerint.*

a) 47 *habere servum Christianum.* b) Nonn. codd. *velut.* c) Nonn. codd. *duo — iunxerint* s. *iunxerunt.*

| EPIT. SUPPL. LAT. 215. | EPIT. GUELPH. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|
| Iudex provinciae vel quicunque iudices vel filii aut obsequentes eorum si per potentiam quascunque sponsaverint, puellae poenam quadrupli non timentes, sed etiam quae acceperint vindicantes, renuendi eos, quos non voluerint aut potuerint, liberam habeant facultatem. | Quod per potestatem. aut terrendo. ararum nomine dederint. si hoc parentis puelle. vel ipsa. renuere voluerit. ad quadrupli. penā non tenendus. | Si iudex provinciae vel quicunque in administratione sunt si propinqui eorum, qui ipsis videntur adiuncti, per suum terrorem sponsalitia vel arras dederint, si postea parentes aut ipsa puella resultare voluerint, liberam habeant potestatem et quod acceperunt sponsalia aut arras sub terrore, securi sibi retineant. Tamen si placuerit ipsis vel puellae, sequatur coniunctio nuptialis. *Dat. XV. Kal. Iul. Gratiano et Theodosio AA. Coss.*[a]) | Imp̃. gratñ. data V. X.[b]) kal̄ iuñ *Intp̃.* Quicũq: iudex si forsitã aut suus filius aut alius iuvenis[c]) quẽ ipsi secũ habent cui bene volunt si forsitan ad alicos homines de illorũ filias[d]) aut p menacias aut p sua potencia forcia eis facere volent[e]) aut arras deieret[f]) ut eos in coniugiũ[g]) socient hoc ñ habeant licenciã faciendi nec ad parentes earũ[h]) nec ad tutores nec ad ipsas puellas qd̃ si forcia hoc factu fuerit illut qd̃ in[i]) arras dant ipsas puellas suo iure vindicabunt et si postea forsitan iterũ p bona voluntate reconvenerit[k]) cũ illarũ parentes l̄ tutores l̄ ipsa puella si[l]) in coniugio directa coniungtio sit. |
| TIT. VII. DE NUPTIIS. | VII DE NUPCIIS pl' II ʔ XX.[a]) | DE NUPTIIS VII. | VII DE NUPCIAS. |
| Quod viduis, quae sunt intra viginti quinque annos aetatis, non liceat extra voluntatem patris se sociare marito, etiam nec sine conscientia propinquorum, si defuerit pater. Quod si fortasse propinqui malevoli videantur aut si duo fuerint petitores, iudicis praesentia exspectetur, quae et mulieris electioni faveat et malevolos parentes excludat, qui ideo nuptias differre volunt, ut quandoque[a]) ad illos possit mulieris hereditas pervenire. | I Quorum consensu sint. nupcie elegende. si femina ad secundas. nupcias. venerit. in patri potestate e non in sua voluntate. si du[b]) petitores sint. illorum eleccio erit. qui de puelle facultatem. nihil p successione sperent. | Viduae intra XXV annos aetatis si nubere voluerint, in patrum potestate, non in propria voluntate consistant. Si vero patres mortui sunt, iudicium sequantur propinquorum. Quod si duo petitores exstiterint, ne praetermittendus est iudex, qui voluntatem feminae pro honestiore parte prospiciat. Nec illis tantum propinquis praestet assensum, qui suspectionem[a]) hereditatis eius utuntur, sed magis illorum, qui nihil exinde possunt sperare. | Imp̃. val̄ti data VIIX kal̄ aũg. *Intp̃.* Si quicũq: vidua intra. XXV. anñ aetatis suc fuerit si parentes vivos habuerit ñ ẽ in suã potestatẽ se ad alium maritũ iungere nisi ad suos parentes pmanet potestas[a]) qd̃ si patrẽ ñ habuerit nec sic ñ ẽ in sua potestãtẽ se ad aliũ maritũ iungere sed alii sui parentes l̄ ppinqui una cum iudicẽ veniant et p honestatẽ sic̃ racio ẽ[b]) iuxta legẽ ipsa ad matrimonio iungant ad quẽ p legẽ sponsata fuerit. |
| | II. Iudeus Christianarum nupcias. inire non licere quod si factum fuerit. adulterii. pena damnandus. L II ʔ I Ł X.[c]) | [b]) Nec Iudaeus Christianam in matrimonio utatur neque Christianus Iudaea. Quod si fecerint, poenam sicut adulteri sustineant. Et accusatio huius criminis non solum propinquis, sed etiam ad persequendum omnibus sit permissum. | *It̃ alia. Intp̃.* Lege huius ut veritas[c]) sit ut nullus iudeus xp̃ianã mulierem in coniugiũ habere debeat. neq: xp̃iana mulier iudeũ maritũ habere p̃sumat qd̃ si fecerit tales penas psequendi sint sic̃ et alii adulteri et ñ solũ ppinq parentes eos exinde acusent sed omnibus licentiã damus eos psequendi et iudices de eos sic faciant sic̃ et de alios adulteriis[d]). |
| | III. Honesta. qualiscunque coniunccio. matrimunium legitimum facit. | Si nuptiae solennitate careant, ut sponsalitia aut dos non possit fieri, et convenientibus[c]) animis se in matrimonio copulaverint, sufficiat eorum consensus, si[d]) tamen ut conscientia intercedat amicorum, et tunc filii legitimi probabuntur. *Dat. X. Kal. Mart. Felice et Tauro Coss.*[e]) | *It̃ alia Intp̃.* Q̃ se in matrimonio coniungunt[e]) forsitã nec dotes nec donatio nec alia scripta int̃ se non fecerint licet ipsorum si se[f]) ãbo voluerint int̃ parentes aut iudices l̄ bonus vicinus coniungtionẽ facere si hoc fecerint tales coniugius stabilis[g]) ẽ et filii legitimi habent'. |
| a) Cod. *electione — quando quae.* — Rell. h. t. c. desunt. | a) Paul. II, 20. b) i. e. *duo.* c) C. Th. II, 1, 10. | a) 62 om. subscr. <br> a) Ita codd. Leg. *suspicione.* b) 64 add. *Ne Iudaeus Christianam accipiat.* c) Codd. *cum venientibus,* antiquo modo scribendi. d) Leg. est *sic.* e) Subscriptio deest in 62. | b) 65, 67 *XV.* et 65 *Iul.* c) 65 *suos filios aut alios iuvenes.* d) 65 *filios.* e) 67 *volunt.* 65 *voluerint.* f) Ita 66. 65 *deiceret,* sed Canc. coniicit *dederint.* 67 *dederit.* g) 67 *coniugio.* 65 *coniugium* (om. *in*) — *licentia.* h) 65 *eorum.* i) 65 om. *in* et habet *illum.* 67 *foria — facta — donant* pro *dant.* k) 65 *reconvenerint.* 67 *reannuerint.* l) 67 *ipsas puellas ut se in coniugio socient directa.* 65 *par. et tut. et ipsa.* <br> a) 65 *in sua — ne sic.* 67 *in potestate.* b) i. e. *sicut ratio est.* 67 *racionẽ — ad quã* et 65 *rationem.* c) Ita 65, sed infra *christiana — coniugio — Iudeo — sunt sicut.* 65 *legẽ mus ut veritas.* 67 *legẽ huius veritatis — coniugio — quod si hoc.* Latet v. *secritas.* d) 65, 67 *adulteros.* Paullo supra 67 om. *de eos.* e) 65 *Qui se in matrimonium.* 67 add. *si.* Infra *inter se scripta non fecerit.* f) 67 om. *se.* g) 67 *legitimus.* Supra *bonos vicinos* et 65 *et iudices et bonos vicinos coniunctione — talis.* |

## TITULUS VIII. [a]) DE SECUNDIS NUPTIIS.

1.[b]) *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Eutropio Pf. P.* Si qua ex feminis perdito marito intra anni spatium alteri festinaverit iam nubere (parvum enim temporis post decem menses servandum adiicimus, tametsi id ipsum exiguum putemus), probrosis inusta notis, honestioris nobilisque personae et decore et iure privetur, atque omnia, quae de prioris mariti bonis vel iure sponsaliorum vel iudicio defuncti coniugis consecuta fuerat, amittat et sciat, nec de nostro beneficio vel annotatione sperandum sibi esse subsidium. *Dat. III. Kal. Iun. Constantinopoli, Eucherio et Syagrio Coss.*

Interpretatio. *Mulier, quae post mortem mariti intra annum alteri viro nupserit, sciat se infamiae subiacere et notabilem usque adeo reddi, ut quaecunque sponsalitia largitate percepit, vel si per testamentum ipsi aliquid prior maritus donavit, amittat, et totum illius filiis cedat: si filii non fuerint, illis profuturum personis, qui priori marito gradu proximiori iunguntur et hoc sibi per successionem poterunt vindicare.*

2.[c]) *Iidem AAA. Floro Pf. P.* Feminae, quae susceptis ex priori matrimonio filiis ad secundas transierint nuptias, quicquid ex facultatibus priorum maritorum sponsaliorum iure, quicquid etiam nuptiarum solennitate perceperint, quicquid aut mortis causa donationibus factis aut testamenti iure directo aut fideicommissi vel legati titulo vel cuiuslibet munificae liberalitatis praemio ex bonis maritorum fuerint assecutae, id totum, ita ut perceperint, integrum ad filios, quos ex praecedenti coniugio habuerint, transmittant vel ad quemlibet ex filiis (dummodo ex his tantum, quos tali successione dignissimos iudicamus), in quem contemplatione meritorum liberalitatis suae iudicium mater crediderit dirigendum. Nec quicquam eaedem feminae ex iisdem facultatibus abalienandi in quamlibet extraneam personam vel successionem ex alterius matrimonii coniunctione susceptam praesumant, atque habeant potestatem possidendi tantum in diem vitae, non etiam abalienandi facultate concessa. Nam si quid ex iisdem rebus per fraudem scaevioris animi in alium quemlibet fuerit a possidente translatum, maternarum redintegrabitur compensationibus facultatum, quo illibata ad hos, quos statuimus, heredes bona et incorrupta perveniant. §. 1. Illud etiam addimus legi, ut, si aliquis ex iisdem filiis, quos ex priore matrimonio susceptos esse constabit, forte decesserit, qui sorores vel sororem, non etiam fratrem relinquens, Senatusconsulti beneficio matri simul ac sororibus successionis locum fecisse videatur, seu etiam filia, quae, nullo exsistente fratre et superstitibus matre ac sororibus tantum, adeundae hereditatis locum matri pro dimidia portione servabit, quod successionis beneficio mater videbitur consecuta, in diem vitae pro sibi debita portione sola tantum possessione delata, omne his, qui supererunt ex priore suscepti matrimonio, filiis relinquat, nec super istiusmodi facultatibus testandi in quamlibet aliam extraneam personam vel quicquam abalienandi habeat potestatem. §. 2. Quod si nullam ex priore matrimonio habuerit successionem, vel natus native decesserint, omne, quod quoquomodo percepit, pleni proprietate iuris obtineat, atque ex iis nanciscendi dominii et testandi, circa quem voluerit, liberam habeat potestatem. §. 3. Similiter etiam admoneri maritos volumus et pietatis et legis exemplo; quos, etsi vinculo non adstringimus, velut impositae severius sanctionis, religionis tamen iure cohibemus, ut sciant id a se promptius sperari contemplatione iustitiae, quod necessitate propositae observationis matribus imperatur: ne, si ita necessitas persuaserit, circa eorum personam subsidio sanctionis exigi ab eis oporteat, quod optari interim sperarique condeceat. *Dat. XV. Kal. Iun. Constantinopoli, Antonio et Syagrio Coss.*

Interpretatio. *Mulieres, quae amissis maritis ad alias postea nuptias legitimo tempore, id*[d]) *est expleto anno, venerint, si ex priori marito filios habuerint, quicquid per sponsalitiam largitatem vel nuptiarum tempore consecutae sunt, totum filiis conservabunt, nec in alias vel extraneas personas noverint transferendum. Quicquid vero prior maritus per testamentum seu fideicommissum seu legati titulo vel mortis causa uxori donaverit, de his rebus, quas tali mulier donatione percepit, seu omnibus filiis seu in unum pro merito servitii si conferre voluerit, habebit liberam facultatem, ita ut ei de bonis prioris mariti a filiis ipsius quicquam alienare non liceat. Quod si praesumserit, de propriis facultatibus noverit compensandum. Hoc specialius huic legi credidit inserendum, ut mulieri, quum ad alias nuptias venerit, si de filiis, quos ex matrimonio priore susceperat, masculus moriatur, eo casu, ut matrem et sorores aut certe sororem superstitem dimittat et fratrem non dimittat, qui matrem possit excludere, tunc beneficio legis mater cum filiabus vel filia aequali sorte succedat. Si vero filia moriatur et matrem et sorores tantum dimittat, dimidiam defunctae filiae hereditatem mater acquirat, et media sororibus, seu una seu plures sint, proficiat: ea tamen ratione, ut dum advixerit mater, acquisitam ex hac filii aut filiae medietatem tantummodo in usufructu possideat, et reliquis, si supererunt ex priore matrimonio, filiis post obitum derelinquat, ad alias personas in transferendo nec per testamentum, nec per donationem habitura licentiam. Cui mulieri si de priore marito filii non supersint, tunc quaecunque, quae sub hac occasione percepit, sibi velut propriam vindicet facultatem et in quemcunque voluerit, iure transmittat. In hac etiam lege similem et patribus mortuis uxoribus conditionem, si ad alias nuptias venerint, voluit observari, ut, si de priore uxore filii vel filiae fuerint, ex quibus aliqui moriantur, et in suam portionem locum patri*

a) Tit. VIII. C. Th. *Tit. VIII?* b) c. 1. C. Th. *c.* 1? L. Visig. III, 2, 1. Lex Canuti 71. Int. adhibitam esse credit Gloeden l. c. p. 33 ad art. 37 Ed. Th., sed cf. Walch l. c. p. 60 et supra Praefat. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—6, 8, 9, 11—16, 17ª, 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—23, 35—37; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 29—34, 38—40; sola interpr. in cod. 19. Ultima legis vv. partim mutavit, partim om. interpres. c) c. 2. C. Th. *c.* 2? In codd. 32, 33 subscriptio et interpretatio in titulum X. h. libri translatae sunt: hoc modo, ut, his positis, tunc demum sequatur interpretatio tit. X. Si nupt. ex rescr. Ad interpr. cf. L. Burg. Tit. XXIV. §. 1 sq. et supra Praef. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—6, 8, 9, 11—16, 17ª, 18; omnia praeter interpr. des. in cod. 45; inscr. et textus in codd. 21—23, 25, 27, 31—33, 35—37; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 29, 30, 34, 38—40; sola interpr. in cod. 19. d) Haec add. ab int.

---

**EPIT. AEG.**

TIT. VIII. DE SECUNDIS NUPTIIS.

Si mortuo marito vidua infra annum alterum acceperit, sciat se infamiae subiacere et quicquid per eum[a]) consecuta fuerat, perdat, et qui proximiores gradu iunguntur, omnia sibi vindicent[b]).

Mulieres vero quicquid per sponsalitiam largitatem vel nuptiarum tempore consecutae sunt, totum filiis conservabunt. Quicquid vero prior maritus per testamentum seu fideicommissum seu legati titulo vel mortis causa uxori donaverit, seu omnibus filiis seu in unum ex priori matrimonio cui[c]) conferri voluerit, habeat liberam facultatem. Si vero ex priori marito filius moriatur et soror vel sorores superstites fuerint, mater cum filiabus aequali sorte succedat: ea[d]) vero ratione, si fratrem non dimiserit, qui matrem possit excludere, tunc beneficio legis mater cum filiabus vel filia aequali sorte succedat. Si vero filia moriatur et matrem et sorores tantum dimittat, dimidiam eius hereditatem mater acquirat et dimidia[e]) ad sorores proficiat: ea tamen conditione, ut eam mater usufructuario possideat et post obitum illius filiis ex prioris matrimonio*) natis revertatur, et si ex priore marito filii vel nepotes non superfuerint, quicquid sub hac occasione mulier percepit, sibi velut propriam vindicet facultatem. Similiter et

a) 51, 53 *quicquid de priori marito.* b) Nonn. codd. *vindicentur.* c) Nonn. codd. *si.* Leg. *conferre.* d) *ea — succedat* om. 46. e) Ita 47. Rell. et Aeg. *dimidiam.* *) Multi codd. *prioris mariti.*

EPIT. SUPPL. LAT. 215. | EPIT. GUELPH. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL.

## EPIT. SUPPL. LAT. 215.

### TIT. VIII. DE SECUNDIS NUPTIIS.

A. Si mortuo marito vidua infra annum alteri nupserit, sciat se infamiae subiacere et[a]) quicquid per eum, quem ante habuit, consecuta fuerat, perdat.

B. Si mulieres expleto anno ad alias nuptias postea venerint, quicquid per sponsalitiam largitatem vel nuptiarum tempore consecutae sunt, totum ex priore marito filiis conservabunt. Nec in alias vel extraneas personas noverint transferendum. Quicquid vero prior maritus per testamentum seu fideicommissum seu legati titulo vel mortis causa uxori donaverit, de his rebus, quas tali mulier donatione perceperit, seu in omnibus filiis seu in unum pro merito servitii si conferre voluerit, habebit liberam facultatem, ita ut ei de bonis prioris mariti a filiis ipsius quicquam alienare non liceat. Quod si praesumserit, de propriis noverint facultatibus compensandum. Hoc specialius huic legi credidit inserendum, ut mulieres quum ad alias nuptias venerint, si de filiis, quos ex matrimonio priore susceperant, masculus moriatur, eo casu, ut matrem et sorores aut certe sororem superstitem dimittat, qui matrem possit excludere, tunc beneficio legis mater cum filiabus vel filia aequali sorte succedat. Si vero filia moriatur et matrem et sorores tantum dimittat, mediam defunctae filiae hereditatem mater acquirat, et media sororibus, seu una seu plures sint, proficiat, ea tamen ratione, ut dum advixerit mater acquisitam ex hac filii aut filiae medietatem tantummodo in usufructu possideat, et si supererunt ex priore matrimonio filii, derelinquat: ad alias personas transferre nec per testamentum nec per

a) Cod. om. *et*.

## EPIT. GUELPH.

### VIII. DE SECUNDIS NUPCIIS NĿ· V I.[a])

I Post mortem. mariti. infra annum nubere non licere. quod si factum fuerit. infamie notatą quicquid dotes. titulu̓ perceperat amittat.

II. Vidue qui aliu̓ nubent. de prioris mariti bonis. quid observandum sit. Si post testamentu̓ aut fideicomissu̓ meruerit. si in unum filium. et non in omnes faciendi libera habet potestatem de bona priores mariti alienare non liceat. Simili eciam. modo. et de viris constetutum est.

a) Nov. Severi tit. I.

## EPIT. MONACHI.

### VIII. DE SECUNDIS NUPTIIS.

Mulier, quae post mortem mariti intra annum nupserit, sciat, se infamiae subiacere et quaecunque ei sponsalia vel per testamentum prior maritus donaverat, amittat et illis cedat, qui mariti prioris heredes proximi sunt. [a])Et illa nec de nostro beneficio habeat subsidium.

Mulier, quae post annum ad secundas nuptias venerit et ex priore marito filios habuerit, quicquid per sponsalia consecuta est, filiis conservet, quod vero per[b]) testamentum a priore marito seu fideicommissum seu legati titulo vel mortis causa donatum fuerit, in*) filiis potest conferre. Quod si aliter exinde alienaverit, de propriis facultatibus restituat. [c])Si vero de filiis, quos de priore matrimonio suscepit, masculus moriatur et sororem et non fratrem dimiserit, qui matrem possit excludere, tunc mater cum filia vel filiabus aequaliter succedant. Si vero filia moriatur et matrem[d]), sorores dimittat, mater mediam, mediam vero hereditatem soror vel sorores recipiant et mater portionem filii aut filiae, qui accepit, tantum sub usufructu[e]) possideat et filiis ex priore matrimonio reservet, nec alienare potest. Si vero ex priore marito nec[f]) filii nec filiae supersint, haec, quae supra dicta sunt, mater velut propriam vindicet[g]) facultatem et in quemcunque voluerit, transmittat. Similiter vero et patres mortuis uxoribus lex adstringit.

a) Haec sententia ex lege ipsa hausta est. b) 62 om. *per*. *) An *id?* c) 64 add. *De Hereditatibus.* d) 63 om. *matrem*. Idem mox *media media — que accepit.* e) Codd. *usufructū*. f) 63 om. *nec*. Idem *supersunt*. g) 62, 64 add. *et*.

## EPIT. S. GALL.

### VIII DE SECUNDIS NUPCIIS.

Imp̃ valnĩ. data III[a]) kāl iān. *Intp̃* Mulier qui post mortę̂ mariti sui ante expletu̓ annu̓ se ad aliũ maritũ iunxer̂ sciens[b]) se infamatā ẽẽ et notata et qualecũq: rẽ de priore maritũ aut p dotẽ aut p testam̃tum aliquid acciperit ipsa mulier exinde nihil habeat sed hoc totũ ad filii[c]) ꝗ de priore marito ŝ revertant et si filius ñ habet[d]) heredes qui ꝓpinqores sunt ad suo[e]) priore marito ipsi hoc recipiant.

a) Ita 67. Rell. *IIII.* 65 *Data IIII. Kl. Ian. Intpr. Impr. Valentinus. Mulierem.* b) 67 *sciat — infamata — priorem — acceperit.* c) 65 *filiis qui.* 67 *filios qui.* d) 67 *habuerit.* 65 *filios.* e) 67 om. *suo.* 65 *priorem maritum.* — Rell. h. t. c. desunt. Sed vid. tit. seq. not. *a*

*faciant, post illius obitum fratribus vel sororibus, qui supererunt de ipso coniugio, portio relicta proficiat, nec poterit per patriam potestatem ad alias transire personas.*

3.[e]) *Impp. Honorius et Theodosius AA. Ioanni Pf. P.* Nulli videatur ambiguum, eorum, quae nuptiarum tempore mulieres accipiunt, etiamsi ad secundas nuptias, exstantibus ex priore matrimonio liberis, emenso tempore forte migraverint, in diem vitae usumfructum circa eas debere durare, salva iis proprietate, quibus ius integrum post earum obitum leges sacratissimae reservarunt, ut manifestum est, quod delatum ex priori coniugio liberis constat. *Dat. X. Kal. Iul. Ravenna, DD. NN. Honorio IX. et Theodosio V. AA. Coss.*

Interpretatio. *Notissimum valde est, has facultates, quas tempore nuptiarum mulieres a maritis accipiunt, suo dominio vindicare: et si maritum mori contigerit, qui tamen filios derelinquat, et post transacta luctus tempora legitime ad alias nuptias venerint, in diem vitae suae donatarum rerum teneant usumfructum. Post[f]) obitum vero earum ad prioris mariti filios omnia revertantur, nec exinde aliquid matribus vivis filiis in aliorum iura transferre permissum est.*

patres si ad secundas nuptias venerint et de priore uxore filii aut filiae moriantur et locum patri faciant, post eius obitum fratribus et sororibus vel qui superfuerint de ipso coniugio, portio relicta proficiat, nec poterit per patriam[f]) potestatem ad alias transire personas.

Mulieres quicquid tempore nuptiarum acceperint, dum advivunt, si se conservaverint[g]), usufructuario possideant.

## TITULUS IX.[a]) SI SECUNDO NUPSERIT MULIER, CUI MARITUS USUMFRUCTUM RELIQUERIT.

1.[b]) *Impp. Arcadius et Honorius AA. Asterio Comiti Orientis.* Aperta definitione signamus, longe aliud esse, quod de rebus ante nuptias a nostra mansuetudine constitutum est, aliud, quod de iis, quae ex patrimonio proprio vir suo arbitrio ad usumfructum uxori dereliquit. Nam in eo usufructu, quem vir extremam constituens voluntatem de rebus propriis uxori dimiserit, statim post secundas nuptias mulieri volumus imminere iacturam, secundum eam legem, quae de hoc articulo non dubitatur emissa: de usufructu vero rerum ante nuptias donatarum ea servari, quae saluberrima lex anterior plena definitione decrevit. *Dat. XVI. Kal. Mart. Constantinopoli, Honorio A. IV. et Eutychiano Coss.*

Interpretatio. *Clara interpretatione has duas sententias explanavit, ut praeter sponsalitiam dônationem, si maritus moriens de patrimonio suo usumfructum reliquit uxori, iuxta voluntatem eius relicta possideat, ita ut si mulier postea alio viro nupserit, mox usumfructum ex testamento acquisitum filiis eius refundat, a quo usumfructum fuerat consecuta: usumfructum vero de sponsalitia largitate usque ad obitum suum, sicuti superius alia lex locuta est, merito retinebit: unde haec ipsa post obitum matris ad illius mariti filios, qui donavit, proprietas reditura est.*

TIT. IX. SI SECUNDO NUPSERIT MULIER, CUI MARITUS USUMFRUCTUM RELIQUERIT.

Si maritus praeter sponsalitiam donationem usumfructum[a]) reliquerit uxori et postea mulier alio viro nupserit, mox usumfructum ex testamento acquisitum filiis eius refundat.

## TITULUS X.[a]) SI NUPTIAE EX RESCRIPTO PETANTUR.

1.[b]) *Impp. Honorius et Theodosius AA. Theodoro Pf. P.* Quidam, vetusti iuris ordine praetermisso, obreptione precum nuptias, quas se intelligunt non mereri, de nobis aestimant postulandas, se habere puellae consensum confingentes. Quapropter tale sponsalium genus praesentis legis definitione prohibemus. Si quis igitur contra hanc definitionem nuptias precum surreptione meruerit, amissionem bonorum et poenam deportationis subiturum se esse non ambigat, et amisso iure matrimonii, quod prohibita usurpatione meruerit, filios se iuste hac ratione susceptos non habiturum, nec unquam postulatae indulgentiae annotationisve principis indulto efficacem se veniae effectum meruisse: exceptis his, quos consobrinorum, hoc est quarti gradus, coniunctionem lex triumphalis memoriae patris nostri, exemplo indultorum, supplicare non vetavit, exceptisque his, qui parentum sponsionem de nuptiis filiarum impleri desiderant, vel sponsalia, hoc est arrarum data nomine, reddi sibi praecepto legum cum quadrupli poena deposcunt. Nos enim peti de nobis nuptias supplicatione prohibemus, quas deceat de voluntate parentum vel de ipsis adultis puellis aut mulieribus impetrari. Nam si negato coniugio, quod fuerat ante promissum, lis aliqua legum praecepto nascatur, de iure nos consuli non vetamus. *Dat. Kal. Febr. Ravenna, DD. NN. Honorio VIII. et Theodosio III. AA. Coss.*

TIT. X. SI NUPTIAE EX RESCRIPTO PETANTUR.

e) c. 3. C. Th. *c.* 3? In codd. 32. 33 *c.* 2. Vid. c. 2 h. t. not. *c.* Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—6, 8, 9, 11—16, 17[a], 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—23, 31, 35—37; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 27, 29, 30, 32—34, 38—40; sola interpr. in cod. 19. f) His vv. interpres explicat, quae breviter dicta sunt in f. legis. Supra interpres recte add. *luctus.*

a) Tit. IX. C. Th. *Tit. IX?* b) c. 1. C. Th. *c. un.?* Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—6, 8, 9, 11—16, 17[a], 18, 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 45; inscr. et textus in codd. 21, 22, 38; textus et subscr. in codd. 25, 28; solus textus om. in codd. 23, 25, 27, 29—37, 39, 40.

a) Tit. X. C. Th. *Tit. X?* b) c. 1. C. Th. *c. un.?* Hincm. Opp. T. II. p. 239. L. Baiuv. Tit. VI. c. 1. Const. Chlotar. a. 560, c. 7. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—6, 8, 9, 11—16, 17[a], 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 32, 33, 45; inscr. et textus in codd. 21—23, 38; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 27, 29—31, 34—37, 39, 40; sola interpr. in cod. 19. Videtur haec c. manca esse. Cf. interpr. extr. vv. De codd. 32, 33 vid. c. 2 tit. VIII. h. lib. not. *c.*

f) Nonn. codd. *patris.* g) 47 om. *dum—conservaverint.*

a) Aeg. et codd. utroque loco *usumfructuum.*

<table>
<tr><th>EPIT. SUPPL. LAT. 215.</th><th>EPIT. GUELPH.</th><th>EPIT. MONACHI.</th><th>EPIT. S. GALL.</th></tr>
<tr><td>donationem habitura licentiam. Cui mulieri si de priori marito filii vel filiae non supersint, tunc quaecunque sub hac occasione percepit, sibi velut propriam vindicet facultatem et in quemcunque voluerit, iure transmittat.</td><td></td><td></td><td></td></tr>
<tr><td>C. In hac etiam lege similem et patres mortuis uxoribus conditionem servabunt.</td><td>III Viduaꝰ si aliuꝰ nubet. que a viro priorem. accepit. pro usum. fructuꝰ teniat.</td><td>Facultates, quas tempore nuptiarum mulieres a maritis accipiunt, si maritus moriatur et filios derelinquat[h]) et mulier post annum ad alias nuptias venerit, tantum sub usufructu donata possideat. Dat. X. Kal. Iul. Honorio et Theodosio AA. Coss.</td><td></td></tr>
<tr><td>TIT. IX. SI SECUNDO NUPSERIT MULIER, CUI MARITUS USUMFRUCTUM RELIQUIT.</td><td>VIIII SI SECUNDO NUPSERIT MULIER. CUI MARITUS. USUMFRUCTUM RELIQUERIT.</td><td>VIIII. SI SECUNDO NUPSERIT MULIER, CUI MARITUS USUMFRUCTUM RELIQUERIT.</td><td>VIIII. SI SECUNDO NUPSERIT MULIER CUI MARITUS USUFRUCTU RELIQUID.</td></tr>
<tr><td>Quamvis transacto anno post mariti mortem mulier nubat et quicquid tempore nuptiarum acceperat, dum vixerit, in usufructu possideat, tamen quicquid ei maritus in usufructu reliquerat, perdat; si autem alteri viro nubere noluerit, hoc quod a marito ei relictum fuerit, possidebit.</td><td>Usumfructum exꝰ testamentuꝰ si secunduꝰ nubet statim perdit.</td><td>Si maritus moriens usumfructum reliquerit uxori et ipsa alio viro nupserit, ipsum usumfructum, sicut superior lex definivit, usque ad obitum suum merito retinebit, ut ad illius mariti filios, qui donavit, redeat[a]). Dat. XVI. Kal. Mart. Honorio A. IIII. et Tatiano Coss.</td><td>[a])Imp̄ teodos̄ data. V. kāl gen̄r.[b]) Intp̄. Mulier mortuo marito suo. si p' expletū annū aliū maritū p̄endere voluerit hoc licenciā habeant[c]) et illut qd̄ sponsalicias recipit de priore marito et illut quantū in[d]) sua dote contenit dū vivet usufructū exinde habeat et p' ea filius[e]) qui de priore marito s̄. totū ab integritate recipiant et si aliquit[f]) ei prior maritus de sua facultatē p alias cartas dederit exinde ad suos infantes quē de priore marito habet. quē illus[g]) voluerit meliorare potē. nā nec si p qualecumq: scriptura suos*) prior maritus illi[h]) aliquid dedit hoc ad aliā psonā ipsa mulier n̄ habet potestatē. nullo modo exinde dandi nisi ad suos filius qd̄*) de priore marito habet qd̄si filios n̄ habuerint[i]). nisi tantum filias ut una de filias suas mortua fuerit porcionē de ipsa mortua filia medietate maī[k]) eius recipiat et illa alia medietate sorores eius quantas fuerint. equale[l]) inter se dividant. nā et ipsam porcionē de ipsa mortua filia eius maī post suā mortē ad suas filia[m]) q de priore marito sunt dimittat similī qd̄si de ipsa facultate de prioris mariti aliquid exinde ad extraneus homines dederit de suis propriis rebus reddat.</td></tr>
<tr><td>TIT. X. SI NUPTIAE EX RESCRIPTO PETANTUR.[a])</td><td>X SI NUPCIE. EX RESCRIPTO PETANTUR.</td><td>X. SI NUPTIAE EX RESCRIPTIONE PETANTUR.</td><td>X SI*) NUPCIAE EX RESCRIPTO PETATUR.</td></tr>
<tr><td>a) Transtulit epitomator int. h. t. in sq. tit. et sequentis tituli int. in hunc.</td><td></td><td>h) Ita 63. 64 derelinquit, 62 relinquit. Subscriptio deest in 62.<br>a) 63, 64 redeatur, fortasse pro reddatur. Subscript. deest in 62. Supra 63 relinquit.</td><td>a) Haec non est interpretatio c. 1 h. t., sed potius c. 2 antecedentis tituli. b) 65, 67 Ian. c) 65 licentia habeat—recepit. 67 habeat—in sponsalia recepit. d) 65 maritum, et illum quantum de. 65, 67 continet—vicit. e) 65, 67 ad filios. f) 65 aliqui. 67 qd̄si. g) 65 de illius. 67 quod de—de illos. *) 65, 67 suus. h) 67 ei. *) 67 filios quos. 65 maritum. i) 65, 67 habuerit. 67 et una. k) 67 om. mater—medietate. 65 medietatem—medietatem. l) 65, 67 aequaliter, sed 67 om. inter. m) 65 filias—maritum—extraneos. 67 facultatē.<br>*) 67 om. Si.</td></tr>
</table>

INTERPRETATIO. *Fit aliquoties a quibusdam, ut obliti severitatem legum, obrepere principis audeant maiestati et coniugia sibi expetant ex praecepto, quae consequi non merentur, ut de consensu parentum vel puellae mentiantur: qua de causa huiusmodi audaciam interdicit. Quicunque ergo sub tali obreptione matrimonium se obtinere putaverit, et amissione bonorum et exsilii relegatione se noverit esse damnandum: nec matrimonium, quod taliter quaesierit, habiturum, nec filios tali ordine et ambitione susceptos legitimos appellandos: nec etiam per supplicationem huius praesumtionis veniam promereri. His vero, quos in quartum gradum originis coniunctio praesumtiva copulaverit, quia notabile est, tamen si supplicaverint, veniam relaxabit. Nec his interdici, ut praeceptum expetant maiestatis, qui parentum placito copulantur. Illi vero, qui, pactis sibi vivis parentibus puellis, ab ipsis puellis post parentum obitum contemnuntur, praecepti tenore in quadruplum arrarum nomine data vel donata recipiant; nam de reliquo si ante definita non fuerint, per supplicationem coniugia postulari omni severitate prohibuit. Ceterum si cum parentibus puellae aut cum ipsa puella quis de nuptiis pactus fuerit, et unus ex his voluerit de placitis resilire, nos ab eo, qui despicitur, consuli non vetamus.* [c]) *Reliqua pars legis istius alibi iam habetur exposita.*

Qui per praeceptum principis contra voluntatem parentum matrimonio se coniunxerint, et amissione bonorum[a]) et exilii relegatione damnentur[b]) et filios non legitimos esse cognoscant. Hi vero, qui in tertium et quartum gradum originis[c]) se coniunxerint, notabiles sunt, tamen si supplicaverint, veniam laxabit. Si cum parentibus puellae aut cum ipsa puella quis de nuptiis pactus fuerit, et unus ex his voluerit de placito eius[d]) resilire, nos ab eo, qui despicitur, consilium ex lege non vetamus.

## TITULUS XI.[a]) SI QUACUNQUE PRAEDITUS POTESTATE NUPTIAS PETAT INVITAE.

TIT. XI. SI QUICUNQUE PRAEDITUS POTESTATE NUPTIAS PETAT INVITAE[a]).

1.[b]) *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Neoterio Pf. P.* Si quis ordinaria vel qualibet praeditus potestate circa nuptias invitis ipsis vel parentibus contrahendas, sive pupillae sive apud patres virgines sive viduae erunt sive et sui iuris viduae, denique cuiuscunque sortis, occasione potestatis utatur, et minacem favorem suum invitis iis, quorum utilitas agitur, exhibere aut exhibuisse detegitur, hunc et mulctae librarum auri decem obnoxium statuimus, et, quum honore abierit, peractam dignitatem usurpare prohibemus: tali scilicet poena, ut, si circa honorem eum, quo male usus est, vindicandum statuti nostri sanctioni parere noluerit, semper eam provinciam, in qua sibi hoc usurpaverit, habitare per iuge biennium non sinatur.[c]) §. 1. Quia tamen contra latentem malitiam praeterea quasdam domos vel quosdam parentes intelligimus muniendos, iubemus, ut, quicunque iis et quaecunque erit latentibus per iudicem promissis minisve tentata, ad id matrimonium, cui adspernatur, praestare consensum, confestim, contestatione proposita, cum sua suorumque domo ad iurisdictionem eius desinat pertinere: curaturis hoc uniuscuiusque civitatis vindicibus et eiusdem iudicis apparitoribus. Equidem si haec pravitas ordinarii iudicis erit, universa eius domus ratio atque omnia vel civilia vel criminalia negotia, quamdiu idem in administratione fuerit, vicario competant; sin autem vicarius vel similis potestatis vim in huiusmodi contrahendo matrimonio molietur, vicissim ordinarius iudex intercessor exsistat; si erunt uterque suspecti, ad illustrem praefecturam specialiter talium domorum, quamdiu idem administraverit, tutela pertineat. *Dat. XV. Kal. Iul. Thessalonica, Gratiano A. V. et Theodosio A. I. Coss.*

INTERPRETATIO. *Si aliquis de his iudicibus, qui provincias administrant, vel etiam his, quibus civitates vel loca commissa sunt, per potentiam invitis parentibus virgines aut etiam viduas, si sui iuris sint, per potestatem ad nuptias suas*[d]) *addixerint, aut si pupillae sint, et earum utilitatibus obviantes per terrorem aut per quorumcunque colludium addicantur, ut his personis, de quibus loquitur, invitae iungantur: quicunque hoc praesumserit, decem pondo auri se noverit condemnandum, et in ea provincia, in qua iudex fuerit, dignitate amissa, biennio prohibeatur accedere. Beneficium tamen lex ista adversus eiusmodi homines parentibus vel ipsis mulieribus, quae in suo iure sunt, vel qui minorum aetates tuentur, indulsit, ut contestationes ad alios iudices vel civitates proximas deferant et eorum patrociniis defendantur: ut, si in eadem provincia sit alia potestas, utpote si sint duo iudices, unus privata et alius dominica iura gubernans, si ab altero sub hac conditione quaecunque persona prematur, alterius tutela debeat defensari, aut certe ad magnificam potestatem, quae principis auribus hoc possit intimare, recurrat.*

Si aliquis praeditus potestate invitis parentibus viduas aut puellas in coniugium copulaverit, vel hi, quorum consilio factum fuerit, decem pondo auri condemnentur[b]) et in ea provincia, ubi iudex erat, amissa dignitate biennium prohibeatur accedere.

## TITULUS XII.[a]) DE INCESTIS NUPTIIS[b]).

TIT. XII. DE INCESTIS NUPTIIS.[a])

1.[c]) *Impp. Constantius et Constans AA. ad provinciales Phoenices.* Si quis filiam fratris sororisve faciendam crediderit abominanter uxorem aut in eius amplexum non ut patruus aut avunculus convolaverit, capitalis sententiae poena teneatur. *Dat. prid. Kal. April. Antiochia, Constantio III. et Constante II. AA. Coss.*

c) Seqq. des. in codd. 1, 2, 5, 8, 9, 12, 26.

a) Tit. XI. C. Th. *Tit. XI?* b) c. 1. C. Th. *c. un.?* Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—6, 8, 9, 11—16, 17[a], 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—23; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 27, 29—40; sola interpr. in cod. 19. c) In cod. 17[a] in medio versu post v. *sinatur* abrumpitur haec c. et sequitur c. 1 de Tutoribus (III, 17) eiusdemque tituli c. 2, 3, 4 usque ad §. 2 vv. *post tutelam*, tum vero pergitur in hac c. inde a vv. *parere noluerit* et incipit *Tit. XVII.* inde a vv. *iure susceptam* c. 4 cit. Videtur haec turbatio orta esse ex foliis transpositis codicis, unde codex 17[a] transcriptus est. d) Haec non dicit lex, sed potius c. 1 antec. tit.

a) Tit. XII. C. Th. *Tit. XII?* In codd. 12, 13, 16, 17, 17[a], 18, 19, 38—40, 61, 65—67, in C. Th. edd., quae post primam Cuiacianam divulgatae sunt, hic tit. quatuor habet constitutiones; tres (2—4) et interpretationem c. 1 in cod. 26; quatuor et interpretationem c. 1 in cod. 8 et ap. Sich., qui c. 1 sq. tit. in h. tit. transferunt. Hoc etiam Til. fecit, et ut antiquitus cod. 8 (in quo tamen a rec. man. c. 1 sq. tit. in suum locum reiecta est), quatuor h. t. constitutiones numerat. In rell. codd. tres (2—4) tantum sunt constitutiones h. tituli. Vid. c. 1 et 2 not. b) In cod. 17 praemittitur: *Iste titulus est primus de incestis nuptiis.* Vid. infra not. *h.* c) c. 1. C. Th. *c. 1?* Codd. 12, 13, 16, 17, 17[a], 18, 19, 38—40, 61, 65—67 *c.* 1. Apud Sich. sola interpretatio huic tit. ante c. 2 (Sich. c. 1) adscripta est ex Argentoratensi codice. Cf. Sich. in m.: *Deerat in omnibus exemplaribus una lex, ut coniicitur ex interpretatione, quam sumus ex Argentoratensi codice mutuati.* Interpr. tantum legitur in marg. cod. 26, quo loco etiam est in cod. 38 et in cod. 8 marg. infer. a Sichardo, ut videtur, adscripta. Apud Til. et in rell. codd. haec const. una cum interpr. excidit. Ceterum 19 om. interpr., 26 textum et subscr., 38—40 solum textum. In cod. 17 hic titulus legitur in quatuor foliis octuplicatis, quae ex deperdito quodam codice servata extremae codicis 17 parti agglutinata sunt. Cf. quae ab Haenel. dicta sunt in Haub. Opuscc. T. II. p. 909. De cod. 17[a] cf. interpr. c. 3 h. t. not. *f.*

a) 46, 52 add. *se multandos.* b) 46, 52, alii codd. om. *damnentur,* alii habent *non esse legitimos, leg. se esse, leg. se habere.* c) 52 *qui tertio et quarto gradu or. se c. notabile est t.* Nonn. codd. et Aeg. *ordinis* pro *originis.* d) Nonn. codd. om. *eius.* Infra leg. *consuli* pro *consilium.*

a) Nonn. codd. *invite* aut *invitus.* b) Nonn. codd. *vel hic cuius consilio — condemnetur.*

a) Om. epitomator int. c. 1 et 2 h. t.

| EPIT. SUPPL. LAT. 215. | EPIT. GUELPH. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|

**EPIT. SUPPL. LAT. 215.**

Si iudex per potentiam viduam vel pupillam invitam suo coniugio copulaverat, decem libris auri mulctetur et dignitate amissa biennio in ipsa provincia, quam regebat, prohibeatur accedere. Potestatem tamen habeant mulieres a vicino iudice defensionem petere, vel si necesse eos fuerit, ad dominorum aures[b]) huiusmodi oppressionem calumniam reclamare.

**EPIT. GUELPH.**

Qui tali subrepcionę ad principis. obtenuerint. amissionę rerum exilii. deportacionem. damnandi et filii si nati fuerint. legitimi. non abendi. pl. V ≀ IIII Ł V.[a])

**EPIT. MONACHI.**

Si quis de consensu parentum vel puellae principi mentiatur et nuptias, quas non meretur, sibi expectat[a]) ex praecepto et consequatur, bona sua amittat et exilio damnetur, nec filius tali ordine susceptus legitimus appellandus[b]). His vero, quos in quarto gradu originis coniunctio copulavit, quia notabilis est, si supplicaverint, veniam relaxabit. Nec his interdici, ut praeceptum expetant[c]) maiestatis quam parentum placito copulantur. [d])Illi vero, qui pactas sibi vivis parentibus puellas et post parentum obitum ab ipsis puellis contemnuntur, in quadruplum arras recipiant. Nam de reliquo si ante definita non fuerint, per supplicationem coniugia postulare prohibentur a nobis. Ceterum qui cum parentibus aut cum ipsa puella de nuptiis pactus fuerit et unus de placito voluit resilire[e]), nos ab eo, qui despicitur, consuli non vetamus[f]). *Dat. Kal. Febr. Honorio VIII. Theodosio III. AA. Coss.*

**EPIT. S. GALL.**

Imp̃ honor̃i. data. kal̃ febr̃. *Intp̃.* quicũq: homo ad principem aut ad iudicẽ successerit[a]) et mentit ad ipsũ iudicẽ. ut[b]) aliquis homo suã filiã ei in matrimonio dare voluerit[c]) et dicit qd̃ ipsa puella hoc sua voluntatẽ conssenciat si postea ea[d]) in tale falsitatẽ in matrimonio sibi coniungserit si nec de ipsos parentes si nec de ipsa puela voluntas ñ fuit sed[e]) ipse homo ad suũ principem sic falsum sucgessit suã facultatẽ omnia pdat et ipsũ in exilio mittat' et si filii exinde nati fuerint legitimi ñ s̃ similis condicio et de illos ẽ q se in t̃cio et usq; in quarto genuculo se[f]) parentes in coniugiũ iuncxerint nã si hoc cũ parentorũ consensũ fecerint aut ipsas puellas consenserint veniã consequant' et da principe p̃ceptũ tollant et postea filii legitimi sint[g]).

---

TIT. XI. SI QUACUNQUE PRAEDITUS POTESTATE NUPTIAS PETAT INVITE.[a])

SI QUACUNQUE XI PREDECTUS. POTESTATẼ NUPCIAS PETAT INVITE.

SI QUACUNQUE PRAEDITUS POTESTATE NUPTIAS PETAT INVITAE *) XI.

XI. SI QUACŨQ; P̃DITUS POTESTATEM NUPCIAS PETAT INVIDIE *).

**EPIT. SUPPL. LAT. 215.**

Quicunque de voluntate[b]) parentum vel consensum puellae mentiens principis praecepto nuptias impetraverint et amissione bonorum et exilii relegatione se noverint esse damnandos, et matrimonium, quod taliter quaesierint, nec legitimum habiturum nec filios tali ordine et ambitione susceptos legitimos ordinandos; nec etiam per supplicationem huius praesumtionis veniam promerere. His autem, quos in quartum gradum originis praesumtio praesumtiva copulaverit, quia notabile est, lex veniam relaxabit[c]). Nec his interdici, ut praeceptum exspectent maiestatis, qui parentum placito copulantur. Reliqua pars legis istius iam retro habetur exposita in hera quinta libri istius de Sponsalibus et ante Nuptias sub titulo sexto[d]).

**EPIT. GUELPH.**

Qui hoc p̃sumpserit. decim pondo auri damnando exilio deportando ≀ VI.[a])

**EPIT. MONACHI.**

Quicunque iudex invitis parentibus virgines aut viduas invitas ad nuptias suas duxerint vel etiam si pupillae sint, per quorumcunque colludium invite iungantur[a]), X libras auri damnentur et iudiciaria dignitate amissa biennio ad ipsam provinciam prohibeatur accedere. Beneficium etiam huiusmodi feminis vel parentibus eorum lex ista indulsit, ut ab aliis iudicibus propinquis pro tali causa defensentur aut dominicis auribus tale facinus nuntietur. *Dat. XV. Kal. Iul. Gratiano et Theodosio AA. Coss.*[b])

**EPIT. S. GALL.**

Imp̃. Grat̃n. data VX kal̃. Iul̃. *Intp̃.* Si aliquis iudex q p̃vincia aut civitates l̃ loca regent si forsitã p suã potenciã aut p[a]) forcia qualescũq: pulliclas[b]) aut viduas aut orfanas p suarũ necessitatẽ eas traxer̃ aut si eas p̃sserint. X libras auri conponant et p duos annus[c]) ipsa iudiciaria amittant et in exilio mittant'; nã parentes illarũ et ipsas puellas ad[d]) alios iudices si in ipsa civitate l̃ loca s̃ et si ibidẽ ñ fuerint alii iudices postea in alias civitates[e]) l̃ loca ad illos iudices qui ibidẽ s̃ et testimoniũ et defensionẽ habeant.

---

TIT. XII. DE INCESTIS NUPTIIS.[a])

XII DE INCESTIS NUPCIIS G I' ≀ IIII.[a])

DE INCESTIS NUPTIIS XII.[a])

XII. DE INCESTIS NUPCIIS.

---

b) Cod. *ad vicinos iudices — ad domnorum auribus.*

a) Vid. tit. X. anteced. not. *a.* b) Leg. *Q. voluntatem* aut *de voluntate — consensu.* c) Cod. *relaxavit,* more pronunt. d) Add. epit. locum, quem interpres omisit.

a) Om. c. 1 et 2 h. t., ut apud Aeg.

a) Paul. V, 4, 5.

a) Huius libri tit. VI.

a) Gaius I, 4.

a) Leg. *expetat.* b) 63 *filios — susceptos legitimus appellandos.* 64 add. *Qui in quarto gradu copulantur.* Infra 63 *relaxavit.* c) 64 *expectant.* d) 64 add. *De Sponsas.* e) Ita 64; rell. *silere.* f) Codd. *vitamus.* Subscript. deest in 62.

*) 62 in m. *Si quicunque p. p. n. petant i.* a) 62, 63 *inviti iunguntur.* b) Subscr. deest in 62, 63. Supr. 63 *ab ipsa provincia* (ita etiam 64) — *iudicis — aut ad dom. — nuntientur.*

a) c. 1 deest.

a) i. e. *suggesserit*, ut 65 et 67. 67 *mentitur.* b) 66, 67 *aut.* c) Ita 65. 66 *volunt.* 67 *voleat.* Praeterea 65 *in matrimonio ei.* d) 67 om. *ea — matrimonio.* 65 *matrimonium.* e) 65 *si* pro *sed.* f) 67 om. *se — coniugiũ.* 65 *coniugio.* g) 65 *sunt.*

*) 67 *invide* pro *invitae.* a) 67 add. *sua.* b) Canc.: „Italice: *pulcelle*". 67 *virgines.* c) 65 *annos.* 67 *amittat — mittatur.* d) 65 *et ad — civitatem.* 67 *civitate s̃ l̃ loca et.* e) 67 *alia civitate.* 65 *et loca.*

Interpretatio. *Quicunque hominum cum fratris filia vel sororis incestam coniunctionem se habere crediderit, capitale periculum se noverit subiturum, et*) spurios esse convenit, qui de tali coniunctione nascentur.*

2.[d]) *Impp. Constantinus et Constans AA. et Iulianus Caesar ad Volusianum Vicarium Urbis.* Etsi licitum veteres crediderunt, nuptiis fratris solutis ducere fratris uxorem, licitum etiam, post mortem mulieris aut divortium contrahere cum eiusdem sorore coniugium, abstineant huiusmodi nuptiis universi, nec aestiment, posse legitimos liberos ex hoc consortio procreari: nam spurios esse convenit, qui nascentur. *Dat. prid. Kal. Mai. Roma, Arbetione et Lolliano Coss.*

Interpretatio. *Fratris uxorem ducendi vel uni viro duas sorores habendi penitus licentia denegatur; nam ex tali coniugio procreati filii legitimi non habentur.*

3.[e]) *Impp. Arcadius et Honorius AA. Eutychiano Pf. P.* Manente circa eos sententia, qui post latam dudum legem quoquomodo absoluti sunt aut puniti, si quis incestis posthac consobrinae suae vel sororis aut fratris filiae uxorisve vel eius postremo, cuius vetitum damnatumque coniugium est, sese nuptiis funestarit, designato quidem lege supplicio, hoc est ignium et proscriptionis, careat, proprias etiam, quamdiu vixerit, teneat facultates: sed neque uxorem neque filios ex ea editos habere credatur, ut nihil prorsus praedictis, ne per interpositam quidem personam, vel donet superstes vel mortuus derelinquat. Dos, si qua forte solenniter aut data aut dicta aut promissa fuerit, iuxta ius antiquum fisci nostri commodis cedat. Testamento suo extraneis nihil derelinquat, sed sive testato sive intestato legibus ei et iure succedant, si qui forte ex iusto et legitimo matrimonio editi fuerint, hoc est de descendentibus filius, filia, nepos, neptis, pronepos, proneptis, de adscendentibus pater, mater, avus, avia, de latere frater, soror, patruus, amita. Testandi sane ita demum habeat facultatem, ut his tantum personis pro iuris ac legum, quod voluerit, arbitrio relinquat, quas succedere imperialis praecepti tenore mandavimus; ita tamen, ut hereditate defuncti penitus arceatur, si quis ex his, quos memoravimus, in contrahendis incestis nuptiis participatum atque consilium iniisse monstrabitur, successuro in locum illius, qui post eum gradum proximus invenitur. Id sane, quod de viris cavimus, etiam de feminis, quae praedictorum se consortiis commaculaverint, custodiatur. Memoratis vero personis non exstantibus, fisco locus pateat. Ad cuius legis nexum et conditionem pertinere iubemus, si qui forte iam dudum ante promulgationem huiusce legis illicitis memoratarum nuptiarum sceleribus commaculati quoquo modo latere potuerunt. *Dat. VI. Id. Dec. Constantinopoli, Arcadio IV. et Honorio III. AA. Coss.*

Interpretatio. *Post prioris legis sententiam, quae de talibus personis lata est, id praecipit observari, ut districtione legis, supplicio et proscriptione liberi, quisque ille aut sororis aut fratris filiam aut certe ulterioris gradus consobrinam aut fratris uxorem sceleratis sibi nuptiis iunxerit, huic poenae subiaceat, ut de tali consortio separetur. Atque etiam si filios habuerint, non habeantur legitimi nec heredes, sed infamia sint notatae utrimque personae, ita ut possidere tantum proprias facultates principis beneficio videantur. Ceterum nullum praesumant subire contractum, donandi atque testandi facultate summota: sed nec ipsis feminis, quas taliter sortiti sunt, aliquid conferant, et si etiam aliquid tempore nuptiarum sibi dederint, revocetur ad fiscum: aut etiamsi filios habuerint, non per suppositam aut per aliam personam aut per commenticiam donationem ad illos quicquam ex eorum facultate perveniat, sed ipsis mortuis ad legitimos*[f]) *heredes, quoscunque gradus admittit, usque ad certum originis locum ab intestato ipsi succedunt. Testandi etiam eis in his tantum personis, quibus lege concessum est, permissa potestas, ita ut ex his, quos elegerint, scribant heredes, ita tamen, ut, si qui in tali consortio consensum cum his habuisse docentur, hereditate exclusi, aliis in proximo gradu venientibus locum faciant: nam si desunt personae propinquorum, quos ad successionem vocat lex, tunc in eorum facultatibus fiscus accedat.*

*) Quicunque aut sororis aut fratris filiam aut consobrinam aut fratris uxorem sceleratis sibi nuptiis iunxerit[b]), talis vero coniunctio separetur et si filios habuerint, qui spurii appellantur, non habeantur heredes, testandi aut donandi res suas submota licentia, ipsis vero mortuis legitimi heredes eorum, quoscunque gradus admittit, qui in[c]) hoc scelus non consenserunt, succedant. Nam si desint propinqui, tunc eorum facultates fiscus acquirat.

4.[g]) *Impp. Honorius et Theodosius AA. Aureliano II. Pf. P.* Tanquam incestum commiserit, habeatur, qui post prioris coniugis amissionem sororem eius in matrimonium proprium crediderit sortiendam; pari ac simili ratione etiam, si qua post interitum mariti in germani eius nuptias crediderit adspirandum: illo sine dubio insecuturo, quod ex hoc contubernio nec filii legitimi habebuntur, nec in sacris patris erunt, nec paternam ut sui suscipient hereditatem. *Dat. XVII. Kal. Iun. Constantinopoli, DD. NN. Honorio X. et Theodosio VI. AA. Coss.*

Interpretatio. *Quaecunque mulier sororis suae maritum post illius mortem acceperit, vel si quis ex viris, mortua uxore, sororem eius aliis nuptiis sibi coniunxerit, noverint tali consortio se esse notabiles, et filii, qui exinde fuerint procreati, ex successione excluduntur, nec inter filios habebuntur*[h]).

Et quaecunque sororis suae maritum vel si quis ex viris mortua uxore sororem eius coniunxerit et filios habuerint, a successione excluduntur[d]).

## TITULUS XIII.[a]) DE DOTIBUS.

TIT. XIII. DE DOTIBUS.

1.[b]) *Impp. Constantius et Constans AA. ad Philippum Pf. P.* De moribus actio ultra personam extendi non potest, nec in heredem dabitur[c]), nec tribuetur heredi. *Dat. XII. Kal. Oct. Limenio et Catulino Coss.*

*) Seqq. add. sunt ab interpr., sed conveniunt cum c. 2 h. t. d) c. 2. C. Th. *c.* 2? Codd. 12, 13, 16, 17, 17[a], 18, 19, 38—40, 61, 65—67 *c.* 2. Rell. codd., Sich. Til. *c.* 1, sed vid. supra c. 1 h. t. not. *a* et *c*. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—6, 8, 9, 11—17, 17[a], 18; omnia praeter interpr. des. in cod. 42; inscr. et textus in codd. 21—23; textus et subscr. in codd. 26—28; solus textus om. in codd. 25, 29—40; sola interpr. in cod. 19. In cod. 27 interpr. est in f. tit. Legis Salicae de Raptu mul. Cf. Pardessus, Loi Salique p. 35. e) c. 3. C. Th. *c.* 3? Codd. 12, 13, 16, 17, 17[a], 18, 19, 38—40, 61, 65—67 *c.* 3; rell. codd. et Sich. Til. *c.* 2, sed vid. supra c. 1 h. t. not. *a* et *c*. Cf. L. Baiuv. Tit. VI. c. 1. L. Alemann. Tit. 39. et ad interpr. L. Sal. Ant. Tit. XIV. art. 12. Conc. Turon. ann. 567 II, 21. Ben. Lev. II, 410. Add. III, 104. Canon. Isaaci episc. Lingon. IV, 8. Concil. Trosl. c. 8. Coll. can. An. saec. XI. Coll. can. Ans. X, 34. Ivo, Decr. XVI, 313. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—6, 8, 9, 11—17, 17[a], 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 38; inscr. et textus in codd. 21—23, 31, 35—37; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32—34, 39, 40; sola interpr. in cod. 19. f) Post *legitimos* in cod. 17[a] ponitur v. *Interpretatio. Quicunque hominum incestum coniunctionem se habere—subiturum* (cf. interpr. c. 1 h. t.) *heredes quoscunque.* g) c. 4. C. Th. *c.* 4? Codd. 12, 13, 16, 17, 17[a], 18, 19, 38—40, 61, 65—67 *c.* 4; rell. codd. et Sich. Til. *c.* 3, sed vid. supr. c. 1 h. t. not. *a* et *c*. Ad interpr. cf. int. c. 3 h. t. et loci ibi excitati ex Ben. Lev. et aliis. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—6, 8, 9, 11—17, 17[a], 18; omnia praeter interpr. des. in cod. 42; inscr. et textus in codd. 21—23, 31, 35—38; textus et subscr. in codd. 26, 28; subscr. et interpr. in cod. 19; solus textus om. in codd. 25, 27, 29, 30, 32—34, 39, 40. h) 17 add. *De Incestis Nupciis* et seq. add. v. *Interpr.* summa c. 4 et 3, quam Aeg. ed. 42 add. *quod hic minus est, in libro Gagi require.* Cf. Gai. ep. I, 4.

a) Tit. XIII. C. Th. *Tit. XIII? Numerus et rubr. h. t. des. in cod. 38. In cod.* 44 hic tit. ponitur post interpr. c. 9 de Contr. emt. (III, 1). Apud Sich. et Til. hic tit. e tribus tantum constat constitt. Vid. tit. XII. h. lib. not. *a* et c. 1 h. t. not. *b*. b) c. 1. C. Th. c. 1? Ap. Sich. et Til., ut olim in cod. 8, haec c. est *quarta* superioris tit. de Inc. nupt. Sich. in m.: *Hic titulus non erat in codice Murbacensi, emendatissime alioqui scripto.* Til. in m.: *Hic titul' in nostris codicib' ante legẽ superiorem De morib' actio* (i. e. primam h. t., quae ap. Sich. et Til. quarta antecedentis tituli est) *etc. positus est.* Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—6, 8, 9, 11—16, 17[a], 18, 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 44, 45; inscr. et textus in codd. 21—23; textus et subscr. in codd. 26—28; solus textus om. in codd. 25, 29—40. Interpr. habet, quae non sunt in lege. c) 1, 2, 5, 8, 9, 12—14, alii codd. Sich. Til. *habetur.*

*) Huius et sq. c. epitome est etiam in cod. 17 fol. 72. b) Multi codd. *iunxerint — habeant.* c) Multi codd. om. *in.* d) Aeg. *excludantur.*

EPIT. SUPPL. LAT. 215.

Quicunque aut sororis aut fratris filiam aut consobrinam aut fratris uxorem sceleratis sibi nuptiis iunxerint, de tali consortio separentur et filii eorum non habeantur legitimi. Rebus tamen propriis principis beneficio sint contenti, testandi vel donandi aut quaerendi submota licentia. Sed nec inter se aliquid conferant et quod ad ipsas feminas dederint, non stabit; sed etiam, quod eis dederint nuptiarum tempore revocatur ad fiscum. Aliter ab ipsis nulla facta donatio convalebit et si filios habuerint, nihil eorum hereditate possideant, sed ipsis mortuis ad legitimos heredes, qui tamen in hoc flagitio eis non consenserint, eorum facultas perveniat. Consentientes autem penitus habeantur extranei et si desint heredes legitimi, tunc in eorum facultatibus fiscus succedat.[b]

TIT. XIII. DE DOTIBUS.

b) Om. c. 4 h. t.

EPIT. GUELPH.

I Fratris vel sororis filiam. uxorem ducere non licit. si quis fecerit. capite poniend̄.

II Fratris uxorem ducere vel uni duas sorores. non licere ex tali coniungio. nati legitimi non abentur.

III. Qualis pena constringat qui incestis. se nupciis. iungunt. infamie notati et filii legitimi non habendi. testandi vel donandi amota licentiam. ad propinquos. non ad filius. facultas eorum ꝑtenebit. si ꝓpinqui defuerint. fiscus. adquerat.

IIII Qualiş indicetur. qui sororis maritū̧. vel uxores. sorem. accipiat. a tale coniungi̧o. nati filii. a successionȩ̄ excludantur.

DE DOTIBUS
L IIII ꝛ II· L V͜ ꝛ I· Ł V NL II ꝛ XLI· S X pl· II ꝛ XXII· XXIII L IIII. ꝛ I Ł· I· L V 2· XII· L· I. GR̄ 2 IIII ex papiani[a]).

a) Cf. Conradi l. c. praef. p. XXX. Spang. l. c. p. 292. C. Th. IV, 2; V, 1, 5. Nov. Val. tit. XII. (falso Sp. tit. XIII. §. 10). Gai. II, 10 (9). Paul. II, 22 et 23; IV, 1, 1; V, 12, 1. C. Gr. tit. IV. Papin. Resp.

EPIT. MONACHI.

Fratris uxorem ducendi[aa]) aut duas sorores in coniugio habere prohibemus, et ex tali coniugio filii legitimi non habentur.

Quisquis sororis aut fratris filiam, consobrinam[b]) aut fratris uxorem sibi nuptiis iunxerint, separentur. Nec filii eorum habeantur heredes et ipsi possideant tantum proprias facultates et nullam habeant potestatem quicquam alienandum. Nec ipsis feminis, quas taliter sortiti sunt, aliquid conferant et si tempore nuptiarum quid sibi dederunt, revocetur ad fiscum. Sed neque filiis suis nec per suppositam personam nec per quodlibet ingenium quicquam ex eorum facultate perveniat, sed ipsis mortuis propinqui heredes ab intestato ipsi succedant. Testandum[c]) etiam eis in his tantum personis, quos heredes legitimos habent, permittitur. Illi vero, qui in supra dicto coniugio consensum habuerunt, ab hereditate excludantur. Quod si propinqui heredes non fuerint, fiscus succedat[d]).

Qui post mortem uxoris sui sororem eius acceperit, aut mulier post mortem viri sui fratrem eius, ut incestuosis iudicavimus sententiam sortiantur. [e]) *Dat. XVI. Kal. Iun. Honorio X. et Theodosio AA. Coss.*

DE DOTIBUS XIII.

aa) 63, 64 om. *ducendi*, bene. b) 62, 64 *Quisquis qui—filium consubrinum.* c) 62, 63 *Tantum.* d) 62 *Quodsi in prop. h. n. fuerunt f. succedatur.* e) Subscr. deest in 62, 63.

EPIT. S. GALL.

Imp. cons̄. data II kal̄ mar̄ roma[a]) *Intp̄.* Quicūq; homo cū sui patris filia q̃ de alterā uxorē habet[b]) aut cū filia matris sue quē de altero marito habet si se in coniugiū acciperint capitale iudiciū se e͠e incursurū cognuscat[c]).

*It̄. alia Intp̄.* Si duas sorores unū maritū[d]) p̃serint aut duos fratres una uxore p̃serint aut q: uxore fratris sui p̃serint[e]). aut uxor si fratre[f]) mariti sui priserit hoc facere licenciā n̄ damus; nā ex tale coniugiū filii legitimi n̄ habeant'.

*It̄ alia. Intp̄.* Ꝗ quumque homo aut fratres filia. aut sorores filia aut sua consubrina[g]) aut certe fratris uxorē q se intā scelerato coniugiū iungserint secundū legē de p̃sente separent' et filii eorū n̄ sunt[h]) legitimi sed ipsi debunt e͠e notati et de parentorū facultatē nihil habeant sed post eorū mortem[i]). alii. ꝓpinq heredes ipsas facultates recipiant. nā ad suos infantes testamtū exinde facere nullū[*]) modo potē nisi tantū ad suū ꝓpincū heredē si voluerint cartā ei de sua facultatē facere potē nā si ꝓpincuus heredes n̄ habuerint[k]) hoc totum fiscus adqrat.

*It̄ alia. Intp̄.* Quicūq; mulier sorores sue maritū post eius mortē acciperit Ī qcūque vir mortuam suā uxorē si eius sororē in coniugiū priserit[l]) sciat se tale coniugiū e͠e notabiles et filii q ex eis nati fuerint et ad successionē excludantur nec int̄ filios habeantur.

XIII DE DOTIB;

a) 67 om. *roma.* . b) 65 *filiam quem de altera—filiam.* 67 *sui parentes filia quae de alia u.* c) 65 *coniugio—cognoscat.* 67 *habuit—coniugio acceperint—cognoscat.* d) 67 *virum.* e) 65, 67 *uxorem fratri* (67 *fratris*) *s. preserit.* f) Ita 66. 65 *frater.* 67 *frâm.* g) 65 *fratris filiam a. sororis filiam a. suam consobrinam.* 67 *aut sorores aut fratres filia—consobrinā—coniugio—eos separ.* h) 65 *sint.* 67 *debent.* i) 65 *morte.* 67 *mortem eorum a. p. eorum heredes ipsam facultatē.* *) 65 *nullo—carta.* k) 65 *habuerit.* 67 *modo possunt—propinquos—inquirat.* l) 65 *et qu'cumque—successione.* 67 *sororis—acceperit—acceperit.*

LEX ROM. VISIGOTH.

Interpretatio. *Si de moribus maritus uxorem accusat, hoc*[d]) *est in maleficio, in adulterio, similibus aliisque criminibus, si mortua uxor fuerit, heredes eius accusari non possunt, quia*[e]) *crimina cum auctore deficiunt: tamen et si maritus mortuus fuerit, quia accusabat uxorem, ab herede mariti mulier non potest accusari.*

2.[f]) *Imp. Iulianus A. ad Mamertinum Pf. P.* In dote reddenda et retentiones ex iure venientes et pacta, quae legibus consentanea esse monstrantur, placet, etiam ex huius sanctionis auctoritate intemerata inviolataque servari. *Dat. IV. Kal. Mart. Iuliano A. IV. et Sallustio Coss.*

Interpretatio. *Pacta inter maritum et uxorem, quae de dote inita sunt et cum lege concordant, haec lex sicut reliquas pactiones valere praecepit. De retentionibus vero, quia hoc lex ista non evidenter ostendit, in iure*[g]), *hoc est in Pauli Sententiis sub titulo de Dotibus requirendum aut certe in Pauli Responsis sub titulo de Re Uxoria.*

3.[h]) *Impp. Honorius et Theodosius AA. Mariniano Pf. P. Post alia:* Si constante matrimonio maritus fatali fuerit sorte consumtus, dos, quae data dicitur vel promissa ex eius uxoris facultatibus, ad feminam revertatur, nihilque sibi ex hoc defuncti heres audeat vindicare, quod ad mulierem recurrere fecit obitus maritalis. §. 1. Et si fortasse constante matrimonio a marito uxori dos refusa est, quod legibus stare non potest, quia donationis instar perspicitur obtinere, eadem uxore defuncta marito ab eius heredibus cum fructibus ex die refusae dotis restituatur, ita ut proprietas eiusdem a liberis ex eadem susceptis alienari a marito non possit etc. *Dat. IV. Non. Nov. Ravenna, Honorio XIII. et Theodosio X. AA. Coss.*

Interpretatio. *Si contigerit, ut maritus uxore superstite moriatur, quaecunque a muliere marito in dotem data fuerant, ad suum dominium femina revocabit, nec heredes defuncti mariti hoc vindicare praesumant: nam si maritus, dum adviveret, hoc ipsum, quod a muliere in dote perceperat, fortasse refuderit, quia similitudo donationis est refusio, nullam obtinet firmitatem. Si mortua fuerit mulier, non poterunt eius heredes hoc sibimet vindicare, sed marito etiam cum fructibus hoc iubetur debere restitui: sic tamen, ut, si erunt filii, non sibi hoc, dum advixerit pater eorum, quasi ex bonis maternis vindicent, nec pater aliquid aliud nisi usumfructum exinde habere debebit, nec transferendi in aliam personam habebit liberam potestatem, sed omnia post eius obitum*[i]) *ad communes filios revertantur.*

4.[k]) *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Hierio Pf. P. Post alia:* Ad exactionem dotis, quam semel praestari placuit, qualiacunque sufficere verba censemus, etiamsi dictio vel stipulatio in pollicitatione rerum dotalium minime fuerit subsecuta etc. *Dat. X. Kal. Mart. Constantinopoli, Felice et Tauro Coss.*

Interpretatio. *Ad implendam vel exigendam dotem, hoc est, quae a muliere tempore nuptiarum viro datur, etiamsi*[l]) *desit stipulatio promittentis et verba iuridica*[m]), *dos valere iubetur.*

## TITULUS XIV.[a]) DE NUPTIIS GENTILIUM.

1.[b]) *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Theodosium Magistrum equitum.* Nulli provincialium, cuiuscunque ordinis aut loci fuerit, cum barbara sit uxore coniugium, nec ulli gentilium provincialis femina copuletur. Quod si quae inter provinciales atque gentiles affinitates ex huiusmodi nuptiis exstiterint, quod in iis suspectum vel noxium detegitur, capitaliter expietur. *Dat. V. Kal. Iun. Valentiniano et Valente AA. Coss.*

Interpretatio. *Nullus Romanorum*[c]) *barbaram cuiuslibet gentis uxorem habere praesumat, neque barbarorum coniugiis mulieres Romanae in matrimonio coniungantur. Quod si fecerint, noverint se capitali sententiae subiacere.*

## TITULUS XV.[a]) DE FIDEIUSSORIBUS DOTIUM.

1.[b]) *Impp. Theodosius et Arcadius AA. Martiniano Comiti Orientis.* Omnium sponsorum vel fideiussorum deinceps in cavenda dotis sponsione promissiones absolvimus. *Dat. IV. Id. Nov. Constantinopoli, Arcadio A. II. et Rufino Coss.*

Interpretatio. *Si quis implendae dotis causa pro muliere fideiussor accesserit, pro hac fideiussione non teneatur obnoxius.*

## TITULUS XVI.[a]) DE REPUDIIS.

1.[b]) *Imp. Constantinus A. ad Ablavium Pf. P.* Placet, mulieri non licere propter suas pravas cupiditates marito repudium mittere exquisita causa, velut ebrioso aut aleatori aut mulierculario, nec vero maritis per quascunque occasiones

d) Interpres explicat, quid sint mores, sine dubio Icti alicuius libro adhibito. e) Haec add. interpres. f) c. 2. C. Th. *c.* 2? Sich. Til., olim cod. 8 *c.* 1. Vid. c. 1 h. t. not. *b*. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—6, 8, 9, 11, 13—16, 17a, 18, 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 42; inscr. et textus in codd. 21—23, 31, 35—37; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32—34, 38—40; sola subscriptio in cod. 12. g) Memorabilis locus, ubi interpres respicit Pauli libros. Cf. Savigny l. c. T. II. p. 44, not. 30; p. 48, not. 35 (ed. I.), sive p. 46, not. *b* et p. 50, not. *d* (ed. II.). h) c. 3. C. Th. *c.* 3? Sich. Til., olim cod. 8 *c.* 2. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—6, 8, 9, 11—16, 17a, 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 43, 45; inscr. et textus in codd. 21—23, 31, 35—37; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32—34, 38—40; sola interpr. in cod. 19. Ad interpr. cf. Ivo, Decr. XVI, 246. i) Haec recte add. ab interpr. k) c. 4. C. Th. *c.* 4? Sich. Til., olim cod. 8 *c.* 3. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—6, 8, 9, 11—16, 17a, 18; omnia praeter interpr. des. in cod. 24 (vid. not. *l* seq. et supra interpr. c. 4 de Contr. emt. III, 1, not. *k*); inscr. et textus in codd. 21—23, 31, 35—37; textus et subscr. in codd. 26, 28; subscr. et interpr. in cod. 19; solus textus om. in codd. 25, 27, 29, 30, 32—34, 38—40. l) Hic pergitur in cod. 24. m) Lex *dotis dictio, stipulatio.*

a) Tit. XIV. C. Th. *Tit. XIV?* b) c. 1. C. Th. *c. un.?* L. Vis. III, 1, 2. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—6, 8, 9, 11—16, 17a, 18; omnia praeter interpr. des. in cod. 42; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in codd. 26—28; solus textus om. in codd. 25, 29—40; sola interpr. in cod. 19. c) Posito v. *Romanorum* pro *provincialibus* interpres mutavit sententiam legis.

a) Tit. XV. C. Th. *Tit. XV?* b) c. 1. C. Th. *c. un.?* Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—6, 8, 9, 11—16, 17a, 18, 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 21, 42, 45; inscr. et textus in codd. 22—24; textus et subscr. in codd. 26—28; solus textus om. in codd. 25, 29—40. Interpretationem nihili falsam et erroneam esse dicit Gothofr.

a) Tit. XVI. C. Th. *Tit. XVI?* b) c. 1. C. Th. *c.* 1? Cum h. c. incipit cod. 10. Ad interpr. cf. L. Burg. Tit. XXXIV. §. 3 et 4 et supra Praefat. Form. Sirm. 19. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—6, 8—16, 17a, 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in codd. 26—28, 34; solus textus om. in codd. 25, 29—33, 35—40; sola interpr. in cod. 19.

EPIT. AEG.

Si maritus accusat[a]) uxorem aut maleficam aut adulteram et mortua fuerit, heredes eius accusari[b]) non possunt, quia lis cum auctore deficit[c]).

Si maritus uxore superstite moriatur, quaecunque a muliere in dote data fuerant, feminae revocabunt, nec heredes defuncti hoc vindicare praesumant. Nam si maritus hoc, quod in dote a muliere percepit, fortasse refuderit, nihil valebit, quia uxore defuncta marito cum fructibus hoc iubetur restitui et omnia post eius obitum ad communes filios revertantur.

Ad exigendam dotem, quae a muliere viro datur, etiamsi desit stipulatio, dos valere iubetur.

TIT. XIIII. DE NUPTIIS GENTILIUM.

Ut nullus Romanorum barbaram aut barbarorum Romanam sibi coniungat[a]) ad matrimonium. Quod si fecerit, capitali sententiae subiaceat.

TIT. XV. DE FIDEIUSSORIBUS DOTUM.

Si quis dotis causa pro muliere fideiussor accesserit, non teneatur obnoxius.

TIT. XVI. DE REPUDIIS.

a) Aeg. *accuset.* b) Nonn. codd. *accusare.* c) Codd. *defecit.* Om. c. 2 h. t.

a) Nonn. codd. *se coniungat.* Aeg. *secum iungat.*

## EPIT. SUPPL. LAT. 215.

A. Si maritus accuset uxorem aut maleficam aut adulteram et mortua fuerit, heredes eius accusari[a]) non possunt, quia lis cum auctore omnino deficit[b]).

B. Pacta inter virum et uxorem si cum lege concordaverint, valent.

Quod mulier marito in dotem dederit, post mortem illius maritus in usum retineat, filiis ipsorum, si fuerint, reservandum, neque exinde in alias poterunt[c]) transferre personas. Nam hoc, quod maritus uxori dederat, absque heredum eius consortio ad suam revocet potestatem, quia quemlibet coniuge mortuo dos ad donatorem, si ipse supervixerit, redit. Haec forma de dotibus inter virum et uxorem aequaliter conservetur, sicut in titulo de Secundis nuptiis.

Ad implendam vel exigendam dotem etiamsi desit stipulatio promittentis et verba iuridica, dos valere iubetur.

### TIT. XIV. DE NUPTIIS GENTILIUM.

Ut nullus Romanorum barbaram ducat uxorem, quod si fecerit, capite puniatur[a]).

### TIT. XV. DE FIDEIUSSORIBUS DOTUM.

Si quis implendae dotis causa pro muliere fideiussor accesserit, pro hac fideiussione non teneatur obnoxius.

### TIT. XVI. DE REPUDIIS.

a) Cod. *accusare*. b) *deficit* deest in cod. c) Cod. *poterint*.

a) Fol. 83[b] cod. repetitur haec summa: *Ut nullus Romanorum barbaram aut barbarus Romanam secum iungat uxorem quod si fecerint gladio puniantur*, et subsequitur Lex Burgundionum.

## EPIT. GUELPH.

I. Si mulier. in crimine accusetur. heredes eius non tenendus. L. VIIII. L. ʓ XXXIIII.[b])

II. Inᷓ marito et uxorem pacta ꝗ legem concordant costodienda[c]).

III. Quid de dote vel donacione precipiat. si unꝫ e coniugio moriatur femena qui dotem marito. fecerat. eo mortuo ad suum dominium. revocavit uxorem mortua. maritus. dotē ꝓ usufructu tenere non vindere nec donare.

IIII. Quibuscuꝗ verbis dote ꝓmissa esse solvenda.

### XIIII DE NUPCIIS GENTILIUM.

Non romano cum barbara non[a]) barbara cum romano[b]) cupulandus. quod factu capite puniend̄.

### XV. DE FIDEIUSSORIBUS DOTIUM.

Fideiussor dotes non tenetur obnoxius.

### XVI DE REPUDIIS.

b) An C. Th. IX, 32, 2? c) Conradi p. XXX. *maritum — quae — custodienda*.

a) In cod. antiquitus post *non* erat v. *xpiana*, quod librarius ipse videtur delevisse. b) Videtur in cod. esse *romana*.

## EPIT. MONACHI.

[a]) Si de moribus uxorem maritus accuset, hoc est in maleficio, in adulterio et his similia, mortua uxore heredes mariti accusare non possunt, quia crimen cum auctore defecit. Et si maritus mortuus fuerit, ab herede mariti mulier non potest accusari.

Pacta inter maritum et uxorem, quae dote inita sunt et cum lege concordant, sicut reliquas pactiones valere praecipimus. Reliqua in Pauli libris plenius invenies.

Marito mortuo, quae a muliere ei in dote data fuerant, femina sibi revocet. Nam si maritus vivens hoc, quod a muliere in dote acceperat, ei per donationem refuderit, non valeat[b]).

### DE NUPTIIS GENTILIUM XIV.

Nullus Romanorum cum barbaris coniugia misceatur[a]). Si factum fuerit, capitali sententia subiaceat. *Dat. V. Kal. Iul. Valentino et Valente Coss.*[b])

### DE FIDEIUSSORIBUS DOTIUM XV.

Si quis implendae dotis pro muliere fideiussor accesserit, pro hac fideiussione non teneatur obnoxius. *Dat. III. Id. Nov. Arcadio II. A. et Rufino Coss.*

### DE REPUDIIS XVI.

a) 64 add. *De moribus uxoris*. b) In 64 haec clausula add. ex interpr.: „*Si mortua fuerit mulier, marito ea cum fructibus iubetur restitui sub usofructu et post eius obitum ad cummunes filios revertantur.*" Praeterea in 63, 64 haec add. subscript.: *Dat. X. Kal. Mart. Felice et Tauro Coss.*, quae c. 4 h. t. est. Ipsa autem c. 4 om. in omnibus codd.

a) Ita codd. b) Subscript. huius et seq. tit. deest in cod. 62.

## EPIT. S. GALL.

Imp̄ cons̄ data. XII kāl[a]) octob; *Intp̄:* si maritus uxorē suā de mores qualescūq: capitaniū crimen accusaverit et in ipsa acusatione eius maritus mortuus fuerit heredes mariti ipsā mulierem acusare n̄ possunt similiᷓ et si ipsa mulier mortua fuerit eius heredes exinde acusare[b]) n̄ possunt, qa crim̄ cū actore deficiunt.

*It. alia. Intp̄.* qualescūq:[c]) cartas ꝗ inᷓ virū et uxorē factas fuerint aut ꝑ dotē aut ꝑ alias legitimas scripturas hoc sibi et maritus et mulier dū advivunt[d]) in usūfructū sibi vindicent et ad nullū alterū hominē exinde licenciā n̄ habeant qualēcūq: cartā facere nec ꝑ nullū ingeniū donare nisi tota ipsa facultas post eorū discessū ad cōmunes filius revertaᷓ;

### XIIII DE NUPTIIS GENTILIŪ.

Imp̄. valen; data. V. nn̄ iūni. *Intp̄.* nullus romanus barbara cuiuslibet gentes uxorē habere p̄sumat; neq; barbarus romanā sibi in coniugium accipere p̄sumat qd̄ si fecerint[a]) capitale sentencia feriant'.

### XV. DE FIDEIUSSORIB; DOCIŪ.

Imp̄. vale; data IIII[a]) id.[b]) novem̄b; *Intp̄.* Mulierē ꝓ dotes[c]) causā potē hominē fideiussorē dare;

*itē alia. Intp̄;* si quis inpliendam[d]) dotem ꝗd mulier maritū ante nupcias dat si aliquis fideiussor exieret[e]) ꝑ illū fideiussorē non teneat' obnoxius.

### XVI. DE REPUCIIS[a]).

a) 65 *Id. — ipsa muliere accusare.* 67 *qualecūq; capitaneum.* b) Canc. cj. *accusari* et paullo infra *auctore*, ut suadet interpret. Visigoth. — c. 2 h. t. deest. c) Nonnulla h. l. ex interpret. c. 2 h. t. videntur hausta esse. d) 65 *licentia — carta — discessu — filios.* 67 *dum vivent — homine — ullo ingenio — filios.* — c. 4 deest.

a) 66 *fecerit.* 65 *romana — coniugio — capitalem sententiam.* 67 *barbara c. gentis — romana — capitale sentencia.*

a) 67 *III.* b) Ita 67. Rell. *kal.* c) 65 *Muliere pro dote.* 67 *dotis.* d) 67 *inplendam* (et om. *Intp̄.*) — *marito.* e) 65, 67 *exierit.* Canc. cj. *per illam fideiussionem* seu *pro illa fideiussione.*

a) 65 *Repudiis.*

uxores suas dimittere, sed in repudio mittendo a femina haec sola crimina inquiri, si homicidam vel medicamentarium vel sepulcrorum dissolutorem maritum suum esse probaverit, ut ita demum laudata omnem suam dotem recipiat. Nam si praeter haec tria crimina repudium marito miserit, oportet eam usque ad acuculam capitis in domo mariti deponere, et pro tam magna sui confidentia in insulam deportari. In masculis etiam, si repudium mittant, haec tria crimina inquiri conveniet, si moecham vel medicamentariam vel conciliatricem repudiare voluerit. Nam si ab his criminibus liberam eiecerit, omnem dotem restituere debet et aliam non ducere. Quod si fecerit, priori coniugi facultas dabitur, domum eius invadere et omnem dotem posterioris uxoris ad semet ipsam transferre pro iniuria sibi illata. *Dat. III. Non. Mai. Basso et Ablavio Coss.*

Interpretatio. *Certis rebus et probatis causis, inter uxorem et maritum repudiandi locus patet; nam levi obiectione matrimonium solvere prohibentur. Quod si forte mulier dicat maritum suum aut ebriosum aut luxuriae deditum, non propterea repudiandus est, nisi forte eum aut homicidam aut maleficum aut sepulcri violatorem*[c]) *esse docuerit, quibus criminibus convictus sine culpa mulieris merito videtur excludi, et mulier recepta dote discedit: nam si haec crimina mulier non potuerit approbare, hac poena mulctatur, ut et dotem, quam dederat vel pro ipsa data fuerat, et donationem, quam percepit, amittat atque etiam exsilii relegatione teneatur. Quod si a viro mulier repellatur, nec ipse, nisi certis criminibus ream docuerit, pro levi, ut assolet, iurgio repudiare non permittitur, nisi fortasse adulteram aut maleficam aut conciliatricem eam probare sufficiat. Quod si docere non potuerit, dotem mulieri restituat et aliam ducere non praesumat uxorem. Quod si forte tentaverit, habebit mulier liberam facultatem, quae innocens eiecta est, domum mariti sui atque omnem eius substantiam sibimet vindicare. Quod dignoscitur ordinatum, ut etiam secundae uxoris dotem repudiata iniuste mulier iubeatur acquirere.*

2.[d]) *Imppp. Honorius, Theodosius et Constantius AAA. Palladio Pf. P.* Mulier, quae repudii a se dati oblatione discesserit, si nullas probaverit divortii sui causas, abolitis donationibus, quas sponsa perceperat, etiam dote privetur, deportationis addicenda suppliciis: cui non solum secundi viri copulam, verum etiam postliminii ius negamus. Sin vero morum vitia ac mediocres culpas mulier matrimonio reluctata convicerit, periura dotem donationemque viro refundat, nullius unquam penitus socianda coniugio: quae ne viduitatem stupri procacitate commaculet, accusationem repudiato marito iure deferimus. Restat, ut, si graves causas atque involutam magnis criminibus conscientiam probaverit, quae recedit, dotis suae compos, sponsalem quoque obtineat largitatem, atque a repudii die post quinquennium nubendi recipiat potestatem; tunc enim videbitur sui magis viri id exsecratione quam alieni appetitione fecisse. §. 1. Sane si divortium prior maritus obiecerit ac mulieri grave crimen intulerit, persequatur legibus accusatam impetrataque vindicta et dote potiatur, et suam recipiat largitatem et ducendi mox alteram liberum sortiatur arbitrium. Si vero morum est culpa, non criminum, donationem recipiat et dotem relinquat, aliam post biennium ducturus uxorem. Quod si matrimonium solo maluerit separare dissensu, nullisque vitiis peccatisque gravetur exclusa, et donationem vir perdat et dotem, ac perpetuo coelibatu insolentis divortii poenam de solitudinis moerore sustineat, mulieri post anni metas nuptiarum potestate concessa. §. 2. Super retentionibus autem dotium propter liberos iuris antiqui praecepimus cauta servari. *Dat. VI. Id. Mart. Ravenna, Eustathio et Agricola Coss.*

Interpretatio. *Si mulier prior repudium marito intulerit et statutas lege non docuerit causas, amittat sponsaliciam largitatem, nec repetat, quod marito in dotem dedit, atque insuper exsilio relegata nec nubendi locum habeat nec ad propria revertendi. Nam si leves culpas edocuerit, quibus divortium videatur appetere, et dote careat et donationem refundat, neque alteri viro nubendi habeat potestatem. Si vero postea maritum dimittens adulterio se forte miscuerit, maritus etiam post repudium habeat licentiam persequendi. Quod si mulier, quae discedit, in virum gravia crimina et certa probaverit, et dotem revocabit et quod ei maritus in sponsaliciam largitatem contulerat, vindicabit et post quinquennium nubendi habebit liberam facultatem. Nam si maritus repudium prior intulerit, probatis causis, vindicta percepta expulsae uxoris dotem vindicet donationemque recipiat et continuo, si voluerit, aliam ducat uxorem: nam si crimina certa non fuerint, sed, ut solet fieri, femina morum levitate displiceat, maritus donationem suam revocet et illi, quicquid ab ea perceperat, mox refundat et post biennium aliam ducat uxorem. Quod si nec morum culpa docebitur, et sola est dissensio animorum, mulier, quae innocens expulsa est a marito, et donationem a viro factam sibi vindicet et suam dotem revocet; ille vero in perpetuum solitarius permanebit, nec praesumat alterius mulieris coniugio sociari: mulier vero post annum ad aliud coniugium, si voluerit, transire permittitur. Propter communes vero liberos, si fuerint, ea praecepit observari, quae in iure de retentionibus statuta pro numero filiorum, quod Paulus in libro Responsorum dicit sub titulo de Re Uxoria*[e]).

**Epit. Aeg.**

Si uxor maritum aut homicidam aut maleficum aut sepulcri violatorem esse docuerit, recepta sibi dote ipsum ei liceat dimittere: similiter et si maritus uxorem adulteram aut maleficam aut conciliatricem probaverit, donationem sibi recipiat et eam ei dimittere liceat. Quod si unus ex ipsis divortium inter se agere tentaverit et docere non potuerit, in hoc iudicio continetur[a]), quid observetur.

Quod si inter coniugatos sola tantum dissensio est animorum, mulier, quae innocens expulsa est a marito, et donationem datam et dotem suam vindicet, et ille in perpetuum solitarius permaneat, mulier vero post annum ad aliud coniugium transire permittitur[b]).

**Epit. Suppl. Lat. 215.**

Certis et probatis causis inter maritum et uxorem repudiandi locus patet; nam levi obiectione matrimonium solvi non potest. Quod si mulier dicat maritum suum aut ebriosum aut luxuriae deditum non propterea repudiandus est, nisi forte eum homicidam aut maleficum aut sepulcri violatorem esse docuerit. Quibus criminibus convictus sine culpa mulieris merito videtur excludi et mulier recepta dote discedat. Nam si haec crimina mulier non potuerit approbare et dotem, quam dederat, et donationem, quam receperat, et exilii relegationem sustineat. Quod si a viro mulier repellatur, nec ipse, nisi certis criminibus eam repudiare permittitur; hoc est, ut eam adulteram aut maleficam aut conciliatricem esse probaverit. Quod si docere haec non potuerit, dotem mulieri restituat et aliam uxorem ducere non praesumat. Quod si tentaverit, habebit mulier facultatem, quae innocens eiecta est, domum mariti sui atque eius substantiam et dotem, quam maritus forte de priore acceperat muliere, sibimet vindicare.

B. Sub secundo titulo hoc amplius continetur insertum. Si mulier repudium marito prior intulerit et quod ipsa marito et quod maritus ei dederat, perdat perpetuo et exilio et viduitate[a]) damnetur. Quod si postea adulterasse convincitur, a marito, qui se dimiserit, persequatur. Maritus post biennium aliam duxit uxorem. Et si supra scripta crimina in virum probaverit, et quod ipsa marito et quod maritus ei dederat, possidebit et post quinquennium tunc primetur nubendi habeat facultatem. Et si maritus innocentem repudiaverit coniugem ipse solitarius sine coniugio perseveret et mulier innocens quo dies a[b]) marito et quod maritus ei dederat, possidens, post annum, si voluerit, nubat.

c) Propter hunc locum Gloeden l. c. p. 27 Ed. Th. art. 54 ex hac interpr. descendere putat, Barkow autem L. R. Burg. tit. XXI. et Savigny l. c. T. II. p. 6, not. 12 (ed. I.) et p. 6, not. *b* (ed. II.) L. Burg. tit. XXXIV. §. 3 et 4. Sed vid. Praefat. nostr. d) c. 2. C. Th. c. 2? L. Vis. III, 6, 1. Ad interpr. cf. Ed. Th. art. 54. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—6, 8—16, 17[a], 18; omnia praeter interpr. des. in cod. 46; inscr. et textus in codd. 21—24, 31, 35—37; textus et subscr. in codd. 26—28; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32—34, 38—40; sola interpr. in cod. 19. Interpr. Gloeden l. c. p. 28 partim in Ed. Th. art. 54 transiisse putat. Sed vid. Praefationem nostram. e) Cf. supra int. c. 2 de Dotibus (III, 13) not. *g*.

a) Ita cod. 50. Rell. et Aeg. *continet.* b) Aeg. *permanebit — permittatur.*

a) Cod. *dederat perdeto — uiduetat. damnetur.* b) Leg. videtur *quod ipsa marito.*

## EPIT. GUELPH.

Quibus causis matrimunium. repudiare possit. vel non possit. Si mulier dicat ebriosum. aut luxorie deditum. non posse solvi. ut supra. et uxorem. nisi adulteram et maleficam. adꝓbet non possit solvi.

II Qui aut ꝓ certis aut ꝓ levebus causis. repudium intullerit. dotem. quem mulier acceperat. sibimet vindicabit simili modo vir. si uxor contra eum dixerit.

## EPIT. LUGD.

[a]) Lex II. Ut si mulier marito repudium priori intulerit, In ...mq. gravia crimina probaverit, quod dotem et quicquid in sponsaliciam largitatem contulerit vindicet. post biennium si voluerit maritum dotem ........ si ...em maritus repudium priori mulieri probatis causis vindicta recepta quod expulsae uxoris dotem et donationem recipere valeat et continuo si voluerit aliam sortiri uxorem ....er.

a) Ab ultimis vv. expositionis c. 1 h. t. incipit Epit. Lugd., neque vero a me legi poterant.

## EPIT. MONACHI.

Matrimonium solvi non permittimus, nisi pro his causis: homicidio, maleficio, sepulcri violatore. Si unum ex istis mulier marito approbat, potest eum dimitti[a]) et dotem suam habere. Si absque his criminibus maritum repudiaverit, dotem, quam dedit et quam accepit, seu et donationem amittat et relegetur in exilio. Nec[b]) nubendi nec revertendi habeat facultatem, et si post repudium adulterium commiserit, maritus habebit eam potestatem persequendi. Nec vir uxorem suam repudiet absque adulterio aut maleficio aut si conciliatricem eam probaverit. Quod si unum de his criminibus ei approbare non potuerit et eam dimiserit, dotem mulieris restituat et aliam ducere non praesumat. Quod si fecerit, mulier, quae innocens eiecta est, domum mariti sui atque eius substantiam sibi vindicet, ut omnem dotem posterioris uxoris sibi acquirat.

Quod si mulier, quae discedit, supradicta crimina probaverit in viro, et dotem et sponsalia habeat, et post quinquennium nubendi habeat facultatem. Nam maritus probatis causis expulsa uxore et dotem et donationem recipiat et continuo, si voluerit, aliam ducat uxorem. Si vero morum est culpa mulieris, non criminis, maritus donationem suam revocet. Quod vero ab ea perceperat, reddat et post biennium aliam ducat uxorem. Quod si sine culpa sola fuerit dissensio animorum, mulier et donationem a viro habeat et dotem. Ille vero in perpetuum sine uxore permaneat. Mulieri post annum nuptiarum potestas conceditur. Propter communes vero liberos, si fuerint, ea praecipimus observari, quae in iure de retentationibus statuta sunt pro numero filiorum, quod Paulus in libro Responsorum dicit sub titulo de Re Uxoria. [c]) *Dat. Id. Mai. Eostatio et Agricole Coss.*

a) Ita codd. b) Haec vv. *Nec—persequendi* ex c. 2 interpret. sumta sunt. c) Subscr. om. in cod. 62; in cod. 64 legi nequit.

## EPIT. S. GALL.

Imp̃. cons̃ data; *Intp̃* si contigerit[b]) lites .int̃ virum et uxorẽ si mulier maritũ suũ dimittere volur̃ ñ eũ potẽ dimittere nisi ꝑ trea crimina hoc ẽ si ei ꝓbare potuerit ut sit homicida aut malificus aut sepulcrorũ violat' si una de istas culpas ei ꝓbare potuerit nec dotẽ nec aliquid ad suũ adquesivit ñ ꝑdat et aliũ maritũ si voluerit p̃ndere[c]) licenciã habeat et qd̃ si hoc sup suũ maritum ꝓbare ñ potuerit omnia bona sua ꝑdat et ipsa in exilio mittatur[d]); maritus vero si suã uxorẽ dimittere voluerit hoc facere ñ liceat nisi trea crimina ei adꝓbare potuerit hoc ẽ adultera aut malifica aut consiliatricẽ si unũ de ista crimina ei ꝓbare[dd]) ñ potuerit secundum legẽ ipsam dimittere non potẽ et si ea dimiserit alia uxorẽ ei ducere *non li*ceat et omnia quidꝗd ad ipsam mulierẽ aut ꝑ dotẽ aut ꝑ qualecũq; ingenio ei ante[e]) dedit ipsa mulier sibi vindicet et si voluerit p' bienniũ aliũ maritũ p̃hendere[f]) licenciã habeat et si suus maritus[g]) aliã uxorẽ duxer̃ omnẽ eius suptanciã et eius posteriores mulieris dotẽ illa mulier sibi[h]) vindicet si vero maritus ipsa capitania crimina ad suã uxorẽ ꝓbare potuerit sic̃ superius dixim; ipsa in exilio mittat' et ãplius in patria ñ revertat'[i]) et omnia sua bona ꝑdat et ꝗdꝗd̃ de suo marito recipit ipse maritus in sua revocet potestatem et de p̃sente si voluerit aliã uxorẽ ducere licenciã habeat; Nã ut superius diximus si mulier suum maritum dimiserit si ei suas[k]) istas culpas ꝓbar̃ nõ potuer̃. si postea in adulterio dep̃hensa fuer̃. licet ad suũ maritũ exinde eã ꝑsequere.[l])

b) 65 *contingerit—voluerit.* 67 *contigerint—voluerit—sepulcri violator si u. ex has—aliud qd—quisivit.* c) 65 *ad ipsum adquesivit—prendere voluerit.* d) 65 om. *mittatur,* quod Canciani recte restitui vult. 67 *et* (om. *qd*) *si hoc suo marito — ipsã — nisi si tria.* dd) 65 *adprobare—si eam.* 67 *unũ ex his ei p.* e) 67 *ingeniũ ei antea.* f) 65, 67 *prendere.* Mox 66 om. *si.* g) 67 *vir.* h) 65 *dote.* 67 om. *sibi.* i) 67 *revertat—recepit* (65 *maritum recepit*)*—in suã.* k) 67 om. *suas.* l) c. ult. h. t. deest.

## TITULUS XVII.[a]) DE TUTORIBUS ET CURATORIBUS CREANDIS.

1.[b]) *Imp. Constantinus A. et Caes. ad Bassum Pf. P.* In universis litibus placet non prius puberem iustam habere personam, nisi interposito decreto aut administrandi patrimonii gratia aut ad litem fuerit curator datus; ut iuxta praecedentia nostrae provisionis statuta legitime initiatae litis agitatae in iudiciis controversiae finiantur. *Dat. IV. Id. Oct. Aquileia, Constantino A. V. et Licinio Caes. Coss.*

Interpretatio. *Si pupillis actio inferatur, quamvis adulti videantur, ad litem venire non possunt, nisi forte aetas eorum curiae testificatione firmetur, aut certe provisus curator patrimonium pupilli vel negotium tueatur.*

2.[c]) *Idem A. et Caes. ad Populum.* In feminis tutelam legitimam et consanguineus patruus non recuset. *Dat. prid. Kal. Ian. ipso A. VII. et Caes. Coss.*

Ista *lex expositione non indiget.*

3.[d]) *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Proculo Pf. U.* Illustris praefectus urbis adhibitis decem viris e numero senatus amplissimi et praetore clarissimo viro, qui tutelaribus cognitionibus praesidet, tutores curatoresve ex quolibet ordine idoneos faciat retentari. Et sane id libero iudicio expertesque damni constituent iudicantes, et si regendis pupillaribus censibus singuli creandorum pares esse non possunt, plures ad hoc secundum leges veteres conveniet advocari, ut, quem coetus ille administrandis negotiis pupillorum dignissimum iudicarit, sola sententia obtineat praefecturae. Itaque hoc modo remoti a metu, qui consilio adfuerint, permanebunt, et parvulis adultisque iusta defensio sub hac prudentium deliberatione proveniet. §. 1. Quod tamen circa eorum personas censuisse nos palam est, quibus neque testamentarii defensores, neque legitimi vita, aetate, facultatibus suppetunt. Nam ubi forte huiuscemodi homines offeruntur, si nihil ad defensionem sui privilegiis comparabunt, ut teneri possint, iure praescribimus. §. 2. Ceterum alia, quae in causis minorum antiquis legibus cauta sunt, manere intemerata decernimus. *Dat. VI. Kal. Ian. Mediolani, Timasio et Promoto Coss.*

Interpretatio. *Quoties de pupillorum tutela tractatur, debent primi patriae cum iudice*), secundum aetates minorum, aut tutorem aut curatorem eligere, ut ille, qui susceperit tutelam tali electione, possit esse securus. Quae tamen electio circa eas personas observabitur, quae nec testamento decretae sunt, nec propinquitate ad id officium adducuntur. De aliis sane minorum commodis legum priorum statuta praecepit observari.*

4.[e]) *Iidem AAA. Tatiano Pf. P.* Matres, quae amissis viris tutelam administrandorum negotiorum in liberos postulant, priusquam confirmatio officii talis in eas iure veniat, fateantur actis, ad alias se nuptias non venire. §. 1. Sane in optione huiuscemodi nulla cogitur, sed libera in conditiones, quas praestituimus, voluntate descendat; nam si malunt alia optare matrimonia, tutelas filiorum administrare non debent. §. 2. Sed ne sit facilis in eas post tutelam iure susceptam irruptio, bona eius primitus, qui tutelam gerentis affectaverit nuptias, in obligationem venire et teneri obnoxia rationibus parvulorum praecipimus, ne quid incuria, ne quid fraude depereat. §. 3. His illud adiungimus, ut mulier, si aetate maior est, tum demum petendae tutelae ius habeat, quum tutor legitimus defuerit, vel privilegio a tutela excusetur, vel suspecti genere summoveatur, vel ne suis quidem per animi aut corporis valetudinem administrandis facultatibus idoneus inveniatur. §. 4. Quod si feminae tutelas refugerint et praeoptaverint nuptias, neque quisquam legitimus ad pares possit causas vocari, tum demum vir illustris praefectus urbi, adscito praetore, qui impertiendis tutoribus praesidet, sive iudices, qui in provinciis iura restituunt, de alio ordine per inquisitionem dari minoribus defensores iubebunt. *Dat. XII. Kal. Febr. Mediolano, Valentiniano A. IV. et Neoterio Coss.*

Interpretatio. *Mulieres mortuis maritis, si ipsae voluerint tutelam suscipere filiorum, priusquam hoc assumant, actis profiteantur, se non esse nupturas. Sed hoc ipsum non extorquendum est; sed si maluerint, hoc voluntate propria fateantur: nam si ad alias nuptias migrare voluerint, tutelam filiorum administrare non possunt. Sciant hoc etiam viri, qui sibi iungendas matres postulant parvulorum, quod, si mulieres tutelam administrare coeperint filiorum et postea nupserint, ille, qui in consortio recipitur maritali, bona sua noverit obligata et se ad rationem reddendam minoribus obnoxium esse futurum. Additur*

a) Tit. XVII. C. Th. *Tit. XVII?* In codd. 21, 23, 28, 36—38, 40 om. c. 2 et constat hic tit. ex tribus tantum legibus; cf. c. 2 h. t. not. *c*. b) c. 1. C. Th. *c.* 1? Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—6, 8—16, $17^a$, 18; omnia praeter interpr. des. in cod. 42; inscr. et textus in codd. 21—25; textus et subscr. in codd. 26—28; solus textus om. in codd. 29—40; sola interpr. in cod. 19. De cod. $17^a$ vid. supr. c. 1 tit. XI. not. *c*. c) c. 2. C. Th. *c.* 2? Videtur haec c. decurtata esse. Integra est in codd. 1, 2, 4—6, 8—16, $17^a$, 18, 19, 22, 31, 34; omnia des. in codd. 21, 23, 28, 36, 37; inscr. et textus in codd. 24, 32, 33, 39; inscr. et subscr. in cod. 25; solus textus in codd. 29, 30, 35; sola subscr. in codd. 26, 27. De codd. 38, 40 vid. const. sq. et de cod. $17^a$ supra c. 1 tit. XI. not. *c*. d) c. 3. C. Th. *c.* 3? In codd. 21, 23, 28, 36—38, 40 *c.* 2. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—6, 8—16, $17^a$, 18, 22; omnia praeter interpr. des. in codd. 38, 40; est vero in his codd. inscr. et subscr. c. 2 coniuncta cum interpretatione huius constitutionis; inscr. et textus des. in codd. 21, 23, 24, 31, 36, 37; textus et subscr. in codd. 26, 27, 35; solus textus om. in codd. 25, 28—30, 32—34, 39; sola interpr. in cod. 19. De cod. $17^a$ vid. supr. c. 1 tit. XI. not. *c*. *) *primi—iudice* sunt pro vv. legis *Illustris—viro*. Cf. Savigny l. c. T. I. p. 263 (ed. I.), p. 306 (ed. II.). e) c. 4. C. Th. *c.* 4? In codd. 21, 23, 28, 36—38, 40 est *c.* 3. L. Vis. IV, 3, 3. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—6, 8—16, $17^a$, 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 28, 31, 42, 45, ponitur autem in cod. 31 subscr. c. 3, quamquam suo loco iam aderat. Inscr. et textus des. in codd. 21—25, 32, 33, 35—37; textus et subscr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 29, 30, 34, 38, 39, 40; sola interpr. in cod. 19. De cod. $17^a$ vid. supr. c. 1. tit. XI. not. *c*.

### EPIT. AEG.

TIT. XVII. DE TUTORIBUS ET CURATORIBUS CREANDIS[a]).

Quod pupilli ante perfectam aetatem, quamvis adulti videantur, ad litem venire non possunt sub titulo.

In feminis tutelam legitimam consanguineus patruus non recuset.*)

Ut mulier, si aetate maior est, tunc demum petendae tutelae ius habeat, quum[b]) tutor legitimus defuerit. Mulieres si tutelam suscipere voluerint filiorum, promittant se non esse nupturas. Quod si tutelam susceperint, sciat se ille, qui in consortio recipitur maritale, teneri ad rationem reddendam de omnibus rebus filiorum. Mulier nisi[c]) aetatem habuerit maiorem, tutelam non suscipiat. De his vero propinquis, qui cum lege veniunt ad tutelam, si deceptis[d])

a) A nonn. codd. abest *Creandis*. *) c. 3 h. t. deest. b) 52 om. *tunc — quum* et mox *Mulieres si*. c) Nonn. codd. et Aeg. *si*. 49 om. *Mulier — suscipiat*. d) Aeg. *ceptis*.

### EPIT. SUPPL. LAT. 215.

TIT. XVII. DE TUTORIBUS ET CURATORIBUS CREANDIS.

A. Quod pupilli ante perfectam aetatem ad litem venire non possunt.[a])

B. Ut electione X procerum ante iudicem eligantur, qui debeant tutelam suscipere parvulorum, quibus parentes defuerint.

C. Si mater voluerit tutelam excipere filiorum, prius spondeat, se non esse nupturam. Quod si recepta tutela postea nupserit, sciant, qui se tali coniugio sociaverint, bona sua obligata esse et se ad rationem reddendam minoribus esse futurum obnoxium. Nam ad tutelam nec mulier, nisi maior aetate fuerit, nec pauper facultatibus nec moribus vilis

a) Om. c. 2 h. t.

## EPIT. GUELPH.

XVII DE TUTORIBUS ET CURATORIBUS. SEGREGANDIS. ꝣ VIIII NŁ· I ꝣ V Pl ·I· ꝣ IIII ·Ł· IIII VIII. L· II ꝣ XIIII. VI ꝛ XX VIIII XXX GAI ꝣ VII.[a])

Minor. quamvis. adultus vidiatur. nisi. per curatorem. non post[b]) litigare.

II. Patruos. tutores. esse legitimų.

III Quando tutor legitimus. non est. a primus patrie. elegendus est.

IIII. Mulieres. qui secundo viro. nubere volunt filiorum tutilla agere non possunt. quodsi agere voluerint. maritus esse obnoxius.

a) C.Th. IX,5? Nov.Th. tit. V. Paul. I, 4, 4 et 8; II, 14, 6; II, 29 et 30. Gai. tit. VII. b) i. e. pro *potest*.

## EPIT. LUGD.

XVII DE TUTORIBUS ET CURATORIBUS.[a])

Lex I. Ut si pupillis etiam adultis lis inferatur, quod ad litem venire non debeant, nisi testificatione curiae eorum aetas probetur.

Lex II. Ut tutelam legitimam in feminis et sanguineus patruus non recuset.[b])

Lex III. Ut quotiens tractatur de pupillorum tutela, quod debeant primi patriae cum iudice secundum aetates minorum eis aut tutorem aut curatorem eligere et circa tales personas haec talis electio servetur, quae nec testamento nec propinquitate ad id officium adducantur.

Lex IV. Ut si mortuis maritis mulieres filiorum tutelam voluerint suscipere, antequam hoc assumant, quod profiteri debeant, se non esse nupturas et quod si ad alias nuptias transire voluerint, filiorum tutelam administrare non possint etc.

a) In marg. cod. ad c. 1 et 2 h. t. adnotatum est: *et XVII et XVIII* (sc. huius libri) *Novellar. Liber I aera V Paul. Lib. I era IIII Lib. V* (leg. *II.*) *aera XVII et era XI et XXVIII et XXVIIII et XXX et XXXI.* b) In m. cod. *XLII*, sc. lex huius libri.

## EPIT. MONACHI.

DE TUTORIBUS ET CURATORIBUS CREANDIS XVII.

Si pupillis actio inferatur, quamvis adulti, ad litem venire non possunt, nisi forte aetas eorum curiae testificatione firmetur, aut certe provisus curator patrimonium pupilli tueatur.

In feminis tutelam consanguineus patruus non recuset.

Pupillorum tutela primi patriae cum iudice secundum aetates minorum aut tutorem aut curatorem eligere: haec electio circa eas personas observetur, quae nec testamento decreta sunt, nec propinquitate ad id officium adducuntur. De aliis minorum commodis legum priorum statuta serventur.

[a])Mulieres mortuis maritis, si maiore aetate sint et spondeant, se non esse nupturas, si voluerint, possunt suscipere filiorum tutelam. Quod si post susceptam tutelam nupserint, illi, qui eas acceperint, bona sua[b]) noverint obligata et se ad rationem reddendam minoribus obnoxios esse futuros. De his vero, qui cum lege veniunt ad tutelam, si quis deceptus videbitur facultatibus aut moribus vilis, admitti non poterit, sed illi accedant, qui in integritate mentis et certa propinquitate iunguntur. Si hi defuerint, nec mater suscipere noluerit, electio iudicis vel provincialium tutores deputent. *Dat. XII. Kal. Febr. Valentiniano A. III. et Neberio Coss.*[c])

a) 64 add. *Ut Mater Tutillam Suscipiat.* b) 62, 63 add. *non*; paulo post 62, 64 *esse* pro *et se.* c) Subscr. deest in 62.

## EPIT. S. GALL.

XVII DE TUTORIB; ET CURATORIB;[a])

Imp̃ cons̃ data IIII. id̃. ocl̃b. *Intp̃.*[b]) Si qualescũq; causa ad parvulos ꝗ in anis minorib; ŝ aut de actũ aut quālibet causā eos ꝓvocare aliquis voluerit hoc antea quāvis utilis sint agere non possĩnt[c]) nisi si ante curiales testes etas illorũ plena[d]) fuerit qui illorũ causā respondeat. nā feminas sup patria[e]) hoc ē frat̃ patris sup ipsius tutilla ipsas minores feminas ēē debiat̃[f]).

*It̃ alia Intp̃.* si quicũq: omo mortuus fuerit si filius infra anns dimiserit seniores civitates ipsius una cũ alius iudices consiliũ int̃ se habere debent qd̃ ad ipsos infantes tutores mittere debeant qui ipsorũ res gobernent.

*Itē alia Intp̃.* Mulier si post mortē mariti sui tutilla de res filiorũ suorũ voluerit recipere[g]) ad cubnandum si alterũ[h]) maritũ p̃hendere voluerit aut in iuvenile aetate ñ fuerit ipsa tutilla recipere potē qd̃ si ipsa tutilla recipere si alium maritum duxerit ille maritus[i]) qui ipsā mulierē ducit ad uxorē sciat se suas res alligatas[k]) habere et in omnibus paratus sit ad ipsas res de ipsus parvulus ad gubernandũ ut si aliqd̃ exinde dānatũ fuerit de sua facultatē sciat se hoc ēē redditurũ. nam qd̃ si illā mulierē seniores loci illius ñ[l]) elegunt ad ipsorum res gobnandũ postea ipsi seniores ĩ iudices talē ominē de ipsos heredes elegant qui eorũ ꝓpincus ē. ꝗ et bonus sit et suas facultates habeat ut nec p ipsius insipiencia ĩ paupertatē res de ipsius minores in dānũ non āmbulent. qd̃ si nec tales de eorum

a) 67 *actoribus.* b) Ex interpr. c. 1 et ex c. 2 compos. c) 65 *possunt.* d) 65 *eorum plene.* e) Leg. est *patrui,* ut 67 habet. Vid. c. 2 h. t. f) 65 *debeatur.* 67 *debent.* g) 65 *recip. vol.* h) 67 *alium.* Postea 66 *noluerit.* i) 67 *alium virum — ille vir.* k) 65 *aligatus.* Leg. *obligatas.* l) 65 *nam,* sed Canc. cj. *non.* Paulo post 66, 67 *ad ipsos.*

*etiam illud, quod mulier, nisi maior aetate fuerit, tutelam suscipere prohibetur. De his vero, qui cum lege veniunt ad tutelam, si quis ex his videbitur aut deceptus facultatibus aut moribus vilis, admitti non poterit, ne minorum bona depereant: sed illi accedant in tutelam, qui integritate mentis et certa propinquitate iunguntur. Nam si defuerint personae, quas diximus, et mater tutelam suscipere noluerit, tunc, sicut prius constitutum est, electio iudicis vel provincialium tutores minoribus deputabit.*

[Epit. Aeg.:] facultatibus fuerint approbati, admitti non oportet, sed illi, qui integritate mentis et propinquitate iunguntur. Nam si defuerint personae, quas diximus, et mater tutelam suscipere noluerit, tunc fiat electio iudicis.

[Epit. Suppl. Lat. 215:] nullatenus colligatur*), ne minorum bona depereant.

## TITULUS XVIII.[a]) QUI PETANT.

1.[b]) *Imp. Constantius A. et Iulianus Caes. Have Orfite carissime nobis.* Avos quoque et avias tutoris necessitas postulandi teneat obligatos, si nepotibus pupillaris aetatis testamentaria vel legitima tutela defuerit. Nam si tutor forte petitus non fuerit, secundum ea, quae priscis legibus statuta sunt, emolumentum successionis amittant, ad quos poterat hereditas pervenire. *Dat. Id. Iul. Constantio A. IX. et Iuliano Caes. II. Coss.*

INTERPRETATIO. *Si avus paternus defuerit, avos maternos etiam atque avias, tam paternas quam maternas iubet ad tutores parvulorum petendos legis praeceptione constringi, si tamen testamentarii vel legitimi deesse probantur. Quod si nepotibus parvulis tutores providere despexerint, iubet eos huiusmodi dispendio subiacere, ut, si forte cesserit luctuosa hereditas, de successione minorum, quibus tutores aut non petierint aut noluerint providere, habeantur extranei.*

[Epit. Aeg.:] TIT. XVIII. QUI PETANT[a]).

Hoc est, quod si avi aviaeque nec susceperint nec elegerint, qui suscipiant tutelam parvulorum, a luctuosa hereditate habeantur extranei.

[Epit. Suppl. Lat. 215:] TIT. XVIII. QUI PETANT.

Hoc est, si avi aut aviae tam paternae quam maternae nec ipsi susceperint nec elegerint, qui suscipiat parvulorum tutelam, a luctuosa hereditate habeantur extranei.

## TITULUS XIX.[a]) DE ADMINISTRATIONE ET PERICULO TUTORUM ET CURATORUM.

1.[b]) *Imp. Constantinus A. ......* Pro officio administrationis tutoris vel curatoris bona, si debitores exsistant, tanquam pignoris titulo obligata, minores sibimet vindicare minime prohibentur. *Dat. VII. Kal. April. Treviris, Volusiano et Anniano Coss.*

INTERPRETATIO. *Quicunque tutor sive curator negligentia administrationis suae debitor minoribus comprobatur, noverit facultates suas ita obligatas, ut, si non satisfecerit, ratione deducta, bona sua a minoribus loco pignoris teneantur.*

2.[c]) *Idem A. ad Maximum Pf. U. Post alia:* Minorum defensores, si per eos donationum conditio neglecta est, rei amissae periculum praestent etc. *Dat. III. Non. Febr. Roma, Sabino et Rufino Coss.*

INTERPRETATIO. *Si in his, quae minoribus donari possunt, per tutoris negligentiam sive colludium donationis solennitas vel conditio impleta non fuerit, id, quod minori deperierit, de proprio cogitur exsolvere.*

3.[d]) *Idem A. Felici.* Quoniam per negligentiam seu proditionem tutorum et curatorum possessiones iuris emphyteutici, vitio intercedente commissi, e minorum fortunis avelluntur, placet, ut tutor curatorve, cuius officio manente possessio minoris iuris emphyteutici praerogativam, commissi offensa, perdiderit, tantum de facultatibus propriis, censura imminente, minoribus restituat, quanto rem valere potuisse constabit. *Dat. XIV. Kal. Mai. Constantinopoli, Dalmatio et Zenophilo Coss.*

INTERPRETATIO. *Si**) *forte cesserit, ut minores possessionem iuris emphyteutici, hoc est, quod ex fisci bonis parentes eorum habere meruerant, sub qualibet praestatione tenuerint, et hoc per negligentiam sive proditionem tutoris aut imminutum fuerit aut certe sublatum, quicquid perierit, a tutore vel curatore esse reddendum.*

[Epit. Aeg.:] TIT. XIX. DE ADMINISTRATIONE ET PERICULO TUTORUM ET CURATORUM[a]).

Si tutores aut curatores fuerint de administratione pupillorum negligentes, bona sua a minoribus loco pignoris teneantur.

Si per negligentiam tutoris possessio iuris emphyteutici minoribus aufertur[b]), quicquid eis sublatum fuerit, a tutore reddendum est.

[Epit. Suppl. Lat. 215:] TIT. XIX. DE ADMINISTRATIONE ET PERICULO TUTORUM ET CURATORUM.

Quicunque tutores aut curatores fuerint negligentes, nisi satisfecerint, bona eorum a minoribus loco pignoris teneantur.

EXPL. LIB. TERTIUS.

a) Tit. XVIII. C. Th. *Tit. XVIII?* In cod. 12 hic tit. ex duabus constat constt. b) c. 1. C. Th. *c.* 1? In cod. 12 est *c.* 1. Ad interpr. cf. Form. Sirm. 24. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—6, 8—16, $17^a$, 18, 19; omnia praeter interpr. om. codd. 42, 45; inscr. et textum codd. 21—24, 38; textum et subscr. codd. 26—28; solum textum codd. 25, 29—37, 39, 40. Sequitur in cod. 12 altera const., quae a Br. Al. aliena est. Cf. Nov. Th. tit. V. interpr.

a) Tit. XIX. C. Th. *Tit. XXX.* In recent. edd. C. Th. hic tit. sex continet constitt. b) c. 1. C. Th. *c.* 1. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—6, 8—13, 15, 16, $17^a$, 18, 19; omnia praeter interpr. om. codd. 42, 45; inscr. et textum codd. 21—24; textum et subscr. codd. 26, 28, 34; solum textum codd. 25, 29—33, 35—40; solam subscr. codd. 14, 27. c) c. 2. C. Th. *c.* 2. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—6, 8—16, $17^a$, 18; omnia praeter interpr. des. in cod. 28; inscr. et textus in codd. 21—24, 31—33, 35—37; textus et subscr. in codd. 26, 27; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 34, 38—40; sola interpr. in cod. 19. d) c. 3. C. Th. *c.* 5. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—6, 8—16, $17^a$, 18, 19. Omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 28; inscr. et textus in codd. 21—24, 31—33, 35—37; textus et subscr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 34, 38—40. *) Interpr. vituperat Gothofr.

[Epit. Aeg.:] a) Aeg. add. *Tutores vel Curatores.* Codd. om. haec verba.

a) 48 om. *et — curatorum.* b) Aeg. *auferuntur.*

[Epit. Suppl. Lat. 215:] *) An *obligatur?* Codex *colleguntur.*

| EPIT. GUELPH. | EPIT. LUGD. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|
| | | | heredes inventus non fuerit postea ipsi seniores ī iudices alterū[m]) hominē de ipsa ꝓvincia elegant qui iustus et bonus sit et suas facultates habiat quid ad ipsos parvulus tutorē dent qui eorū res gobernent. |
| QUI PETANT NL' I ꝛ V. pl II ꝛ XI L II.[a]) | TIT. XVIII. QUI PETANT. | QUI PETANT, UT TUTORES SINT.*) XVIII. | XVIII DE QUI PEDANT[a]). |
| Avus. vel avia. nisi tutores. nepotibus. elegerint. ab eorum successionē ab intestatu. prohibentur. | Lex I. Ut si avus paternus defuerit, quod maternus avus atque avia tam paterna quam materna ad tutelam parvulorum petendam adstringi debeant etc. | Si avus[a]) paternus defuerit, avos maternos atque avias tam paternas quam maternas ad tutores parvulorum lex constringit, si tamen testamentarii vel legitimi deesse probantur. Quod si nepotibus parvulis tutores providere despexerint aut non potuerunt, si forte cesserit luctuosa hereditas, de successione minorum habeantur extranei. *Dat. Id. Mart. Constantio A. VIII. et Iuliano III. Coss.* | Imp̄ cons̄ data id̄. iūl. *Intp.* Quod[b]) avos paīnū aut avos maīnum aut avia paīna aut avia maīna ipsas res parvulorum noluerint recipere ad gubernandū postea inquirant testamītariis hoc sunt qui civici[c]) romani lib̄ti dimissi sunt sic ipsos iurare faciant qd̄ ipsas res parvolorum ꝑfecte eis[d]) gobernent qd̄si et ipsi non fuerint sciant se ipsi heredes qd̄ superius scripti s̄ ut si eis aliqd de illa facultatē de illos parvulos venire debuerat nulla[e]) exinde non habeant et insup dānandi sint si res de ipsos nepotes suos noluerint recipere ad gob̄nandū. |
| XVIIII DE ADMINISTRACIONE EX PERICOLO TUTORUM L. VIIII ꝛ V PI. I. ꝛ IIII L' II' VIIII L' II VIII L' II. ꝛ XXXI.[a]) | TIT. XIX. DE ADMINISTRATIONE ET PERICULO TUTORUM.[a]) | XIX. DE ADMINISTRATIONE TUTORUM ET CURATORUM*). | XVIIII DE ADMINISTRACIONŪ ET PERICULŪ TUTORŪ ET CURATORŪ[a]). |
| I. Bona tutorum si debitores. exsistant. minoribus obligantur. | Lex I. Ut quicunque tutor vel curator ex negligentia administrationis debitor comprobatus fuerit, quod nisi satisfaciat, sciat facultates suas a minoribus loco pignoris teneri. | Si tutor aut curator negligens comprobetur, ratione dedita, bona sua a minoribus loco pignoris teneantur. | Imp̄. cons̄ data VI. kal̄. April̄. *Intp̄.* Quicuq: homo res parvulorū reciperit ad gubnandum si exinde in omnib; eis salvū et integra ratione sine ipsorū dānū ad expletū tēpus[b]) tutilla eis non reddediret is[c]) sciat se de sua facultate in quantū eis de ipsorum res dānum fecit omnia ad ipsos parvulos reddíturum aut tantū eis de suas res in loco pignori dimittat.[d]) quantū illū fuit quod p sua neglientia de ipsorū parvulorum facultatē pdider̄. usq: dū ad ipsos parvolus omnia ab integritatē restituunt[e]). |
| II. In donacionē minoris. si solennitas. per tutorem. desit ipse de suū exsolvat. | Lex II. Ut de proprio cogatur exsolvere tutor, si per negligentiam illius minori, quae donari possunt, deperierint. | Si id, quod minoribus donari possunt, per tutoris negligentiam solenniter impleta non fuerint, de proprio tutor exsolvat. | |
| III. Si rem fiscale ꝗ pater meruit si minorem. ablatum est tutor de suo restituat. | Lex III. Ut si per negligentiam tutoris minoribus, quod ex fisci bonis parentes eorum sub qualibet praestatione habere meruerant, imminutum aut sublatum fuerit, quicquid illis deperiit, quod iisdem[b]) tutor vel curator reddere debeat. | Si forte[a]) cesserit, ut minores possessiones iuris emphyteuticae, hoc est, quod ex fisci bonis vel ecclesiae parentes eorum habuerunt sub qualibet praestatione et per negligentiam tutoris vel curatoris[b]) amiserint, ipsi de suis facultatibus restituant damna pupillorum. | *It̄. alia. Intp̄.* Si forsitā parentes de ipsus parvulos aliquid p suo servicio a principem de fisco habuer̄ concessum et hoc postea ipsi parvuli p negligencia de suos tutores pderent[f]). sciant se ipsi tutores hoc totū de suo proprio ad ipsos parvulos redderuri.<br>[g]) *It̄. alia Intp̄.* Si ad illos[h]) ꝗ minore etate s̄. aliquid de facultatem aut qd̄ eorū parentes habere debuerant[i]) si p neglientiā de suos tutores pdiderint hoc totu sui tutores ī curatores de suo proprio eis reddant. |

EPIT. GUELPH.:

a) Nov. Th. tit. V. Paul. II, 11, 2.

a) C. Th. IX, 5. Paul. I, 4, 2 et I, 9, 2 et 8? II, 31.

EPIT. LUGD.:

a) In m. *et VIII* (l. *VIIII*) *Lib. aera V Pauli Lib. V. aera III* (an *I aera IV?*) *et lib II aera XXXI.* b) Cod. *isd̄.*

EPIT. MONACHI:

*) 62 in m. *Q. p. id̄ de avo vel avia.* a) 62 *tutus.* Idem om. subscript.

*) 62 in m. *De adm. et periculo tutorum,* et om. *Et Curatorum.* a) 62 *excesserit.* 64 *iuris hoc est beneficium emphiteutice hoc est.* b) *vel curatoris* add. a monacho ex ipsa lege.

EPIT. S. GALL.:

m) 67 *alium.*

a) 65 *petant.* 67 *p̄dant.* b) 67 *Quodsi.* Infra *avia mat. aut pat.* c) 65 *civi.* 67 *cives.* d) 67 *perfidem gob.* Post *gobernent* 66 add. *pfecte.* e) 67 *superius scriptū est — nihil exinde hab.*

a) 65 *cura.* b) 67 *recipere — integracione — tempus expletum.* c) 65 et 67 om. *is.* d) 65 add. *ad contra.* Paullo post 66 *quo* pro *quod.* e) 65 *restituat.* 67 *restituant.* — c. 2 h. t. deest. f) 65 et 67 *perdiderint.* Infra 67 *reddituri,* 65 *redituri.* g) Haec quoque est interpret. c. 3. h) 67 *parvulos qui in.* i) 66 *debuerint.* 67 *si hoc.* Infra 65 *reddat.*

| LEX ROM. VISIGOTH. | EPIT. AEG. | EPIT. GUELPH. |
|---|---|---|

4.[e]) *Impp. Arcadius et Honorius AA. Eutychiano Pf. P.* Tutores eodem momento, quo fuerint ordinati, mox adeant cognitores, ut praesentibus primatibus, defensore, officiis etiam publicis, inventario solenniter facto, omne aurum argentumque et quicquid vetustate temporis non mutatur, si in pupilli substantia reperiatur, iudicum ac senatorum, officiorum etiam publicorum inustum signaculis, in tutissima, publicae auctoritate sententiae, sine spe aliqua usurarum, custodia collocetur; non prius qualibet occasione mutandum, quam adultus, legitimam ingressus aetatem, non tam litibus vacare incipiat, quam integro se mox gaudeat patrimonio restitutum. §. 1. Et quoniam etiam mediocris pensanda fortuna est, si cui forte in hereditate mobilia tantum, non etiam immobilia relinquantur, nec aliqui fundorum reditus supputentur, ex quibus vel familia pupilli sustentari valeat vel pupillus, ex mobilibus aut praedia idonea comparentur, aut, si forte, ut assolet, idonea non potuerint inveniri, iuxta antiqui iuris formam usurarum crescat accessio; ut et hic, unde fundorum reditus non sperantur, ex incremento rei mobilis minoris necessitas adiuvetur, et ibi sine periculo tutoris usurae penitus non petantur. *Dat. VI. Kal. Mart. Constantinopoli, Arcadio IV. et Honorio III. AA. Coss.*

Interpretatio. *Mox ad tutelam quis accesserit, adhibitis continuo primatibus civitatis vel defensore cum officio suo, suscepta pupilli bona facto rerum conscribat inventario: et si quid erit in pecunia vel argento, vel quae non possunt vetustate perire, praedictorum annulis obsignata reponat, et nulla occasione minuatur, neque id pupillo, dum in annis minoribus fuerit, pro litibus aut aliis causis noverint committendum, sed usque ad perfectam aetatem omni integritate servetur: in reliquis rebus proficiente diligentia. Nam si minores eius sunt facultates, ut non sit patrimonium illis, et tantummodo substantia in rebus mobilibus invenitur, sciant tutores sibi esse permissum, ut vendere praesumant mobilia et agros comparare, ut minoribus in ea parte prospiciant; si vero non est eiusmodi substantia, unde praedium comparetur, hanc iubentur habere diligentiam, ut pecunia colligatur, et compendiis usurarum aut quibuslibet aliis rebus commodum pupillis acquirant; aut si forte tenuitas substantiae erit, exinde salva re pupillis substantia ministretur; et si ita egerint, a tutore pupillus non erit quaesiturus usuram.*

[Epit. Aeg.] Ut tutor adhibitis bonis viris[c]) cum iudice, quicquid invenit, omnia[d]) describat. Si quid in pecunia vel argento invenerit, sub sigillo recondat, mobilia vendat et aut agros comparet aut pecuniam servet[e]).

[Epit. Guelph.] IIII. Tutur. electus. inventarium. facere et de rebus. inventis. quid agere debit. ut usuram. amplius proficiat.

## EXPLICIT CODICIS THEODOSIANI LIBER TERTIUS.

[Epit. Guelph.] EXPĿC TEUD̄. LIB̄ III

e) c. 4. C. Th. *c.* 6. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—6, 8—16, 17ª, 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 28, 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—24, 31, 35—37; subscr. et textus in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 27, 29, 30, 32—34, 38—40; sola interpr. in cod. 19. — In Cod. Th. duo sequuntur huius libri tituli.

c) Aeg. *iuris.* d) 46 om. *omnia—invenerit.* e) Aeg. *pecunia servetur.*

EPIT. LUGD.

Lex IV. Ut quum ad tutelam quis accesserit, continuo adhibitis cognitoribus ex pupilli bonis inventarium conscribere debeat solenniter et quicquid in substantia pupilli vetustate non mutatur, iudicum vel senatorum vel officiorum publicorum annulis obsignatum reponere usque ad pupilli perfectam aetatem, et si non sit patrimonium illis, sed tantummodo substantia in rebus mobilibus, quod habeat tutor potestatem mobilia eorum vendere agrosque eis inde comparare etc.

## *) INCIPIT LIBER IV.

Habet aera et tit. XXI, leges XXXVIII.

I. Infans, qui necdum fari potest, hereditatem sibi debitam capiat[a]). Filia quae tempore nuptiarum percepit divisionem, si cum fratribus postea partiri in reliqua patris parte voluerit, quod a patre primum percepit, repraesentet[b]). II. Mulier, quae praegnans morte mariti resederit, a parentibus custodiatur[c]). Observandum, quod moriens per testamentum, codicillum, epistolas deliberaverit[d]). Moriens si principi aut propinquis aut amicis eius per codicillum aut epistolas aliquid relinquit, non valere dum moritur[e]). Quicunque si in testamento plus consuetum numerum testium scribat, testamentum non idcirco infirmum[f]). Testamentum apud curiam gestorum allegatione muniendum, apud principem minime[g]). Ex imperfecto testamento ultimaque voluntate morientis falso testificandum[h]). Post mortem non praestandum testamento assensum ante decennium scripto[i]). Vindicandam hereditatem tam testamento quam nuncupatione et codicillis si a testatore heredipeta haec perceperit[k]). III. Rem in lite positam nec vendere nec donare licere[l]). Habens legitimos filios naturalibus unciam possessionis relinquat[m]). Non passim et sine lege matres cum naturalibus filiis in dominio rei mobilis et immobilis confirmari[n]). Servos absolutos sub praesentia sacerdotum cives romanos fieri. Clericis absque praesentia sacerdotum servos manumittere concessum[o]). In libertate positum non statim servitio publico absque iudicio addici, sed per ordinem auditus quum libertatem suam legibus firmaverit, absolutus a pulsante mancipiorum numero insuper donetur. Audientia et locus reclamandi minoribus venditis conceditur[p]). Illis qui XXV annos nati se vendi consenserint, denegatur maternam conditionem natos sequi et per id etiam liberis patribus natos in servitute teneri[q]). Conceditur XX annos natis, si publice in libertatem duraverint, absque assertore contra petitores, quod libertati convenit, per se ipsos exsequi[r]). IIII. Mancipium alienum non manumittere quis praesumat; si id sub praesentia principis vel in ecclesia fecerit, duo mancipia eiusdem aetatis et sexus reddi lege cogitur[s]). Libertos ingratos rursus sub imperia ditionemque patronorum lex mittit[t]). V. Mercatorem provincialem in exactione non gravandum; eumque, qui plus quam praeceptum est, exegerit, periculo capitis damnandum[u]). Triennium pupillis, quamdiu sub tutoribus agunt, non imputandum[v]). Lege consulitur possessori fiscalium rerum, si per quinquennium earum rerum assiduus possessor probatur[x]). VI. Sui iudicis sententia quicunque litigator teneatur[y]). Observandum iudicibus, quatenus sententia deliberata constitutis partibus recitetur[z]). Non immutetur causa sub praesentibus partibus ordinata[a]). VII. In iudicio superatus rei alterius possessor rem cum fructibus a tempore pervasionis cogitur exsolvere[b]). Finito iudicio[c]) inter partes postea sub repetitione sumtuum actio neque scriptio conceditur[d]). Transactis duobus mensibus post emissum iudicium debitor[e]) si pecuniam non impleverit, centesima debiti usque in diem solutionis superimponitur, de capitalique debito post iudicium duplae, ante iudicium simplae usurae mandantur[f]). Arctatur debitor ad eadem solvenda, quae debuerit, nisi sua periisse probet aut in naufragio aut incendio aut latrocinio[g]). VIII. Cavetur in cessione[h]) sufficere solam voluntatis professionem[i]). Quae in ultimam usque diem defuncti successio vindicat heredibus consignanda virumque ab intestatae uxoris bonis superstitibus sanguineis extraneum reddendum[k]). Iudicibus

EPIT. MONACHI.

Mox ad tutelam quis accesserit, adhibitis primatibus civitatis et defensore pupilli bona conscribat inventario et ea pecunia, quae vetustate non pereunt, praedictorum annulis[c]) subsignata reponat. Qui pro nulla causa minuatur usque ad perfectam aetatem pupilli, in reliquis rebus proficiente diligentia. Nam si patrimonium illis non fuerit, substantia in rebus mobilibus, auctori permittitur vendere et agros comparare. Si vero non est eiusmodi substantia, pecunia colligatur et commodum[d]) pupillis acquirant; si forte tenuitas substantiae erit, exinde salva re pupillis substantia ministretur, et si ita egerint, a tutore pupillus non erit quaesiturus usuram. *Dat. VI. Kal. Mart. Arcadio IIII. et Theodosio III. AA. Coss.*[e])

EPIT. S. GALL.

*It̃ alia. Intp̃.* Ubi tutores res parvulorū recipent[k]) ad gob̃nandum; de omne illorū facultatē scriptā[l]) salvā ambe partes habere debent quantū ipsi tutores recipēr et aliā talē scriptā rectores loci illius facere debent ad illos tutores ut si tales res ē qui ñ peret qd̃ homo plurimū tēpus servare possit hoc ē quomodo de auro aut argento tales pecunia omnia in uno collegat' et reponat' et de anulus ipsorū bonorū hominū segellet' ut nulla tales necessitas nec tales causa veniat qd̃ de hoc ipsi tutores expendere[m]) debeant sed omnia salvū sit usq:[n]) ad legitimū tēpus etates parvulorū nā qd̃si alia tales pecuniam mobile ē qd̃ sic servare homo ñ possit ipsi tutores ea vindant[o]) et agros exinde ad ipsos parvulos cūparent et qd̃ si tales pecunia ñ ē unde hoc facere possint in quantū ē illut laborent et ipsus parvulus nutriant et sic eos gobnent ut omnia sine ipsorū parvulorum dānū sed[p]) nec ipsi parvuli postea ad suos tutores de ipsa parva pecunia unde eos vix nutrire possunt usuras ñ querant[q]).

EXPLICIT THEOD̄ LIB. III.

*) Ut spatio parceretur, summa libri IV., quae amplissima est, hoc loco poni debebat. a) Tit. I. c. 1. b) Tit. II. c. 1. c) Tit. III. c. 1. d) Tit. IV. c. 1. e) c. 2 eod. f) c. 3 eod. g) c. 4 eod. h) c. 5 eod. i) c. 6 eod. k) c. 7 eod. l) Tit. V. c. 1. m) Tit. VI. c. 1. n) c. 2 eod. o) Tit. VII. c. 1. p) Tit. VIII. c. 1. q) c. 2 eod. r) c. ult. eod. s) Tit. IX. c. 1. t) Tit. X. c. 1. Cod. *patronum.* u) Tit. XI. (XII.) c. 1. v) Tit. XII. s. XIII. c. 1. Cod. *importandum.* x) Tit. XIII. s. XIV. c. 1. y) Tit. XIV. s. XV. c. 1. z) Tit. XV. s. XVI. c. 1. a) c. 2 eod. b) Tit. XVI. s. XVII. c. 1. c) Cod. *finitum iudicium.* d) c. 2 eod. e) Cod. *debitoris.* f) Tit. XVII. s. XVIII. c. 1. g) Tit. XVIII. s. XIX. c. 1. h) Cod. *Caretur decessione.* i) c. 2 eod. k) Tit. XIX. s. XX. c. 1.

c) Ita interpret.; similiter 63 *anolis.* 64 *a nobis.* 62 *antilis.* d) 62, 63 *quomodo.* e) Subscript. deest in 62.

k) 65 *receperint.* l) 65 add. *facta et.* m) 67 *et pandere.* n) 65 *ut*, sed Canc. em. *usque.* 67 om. *tempus.* o) 67 *vendere debeant.* p) 67 *sit.* q) 65 *requirant.* 67 om. *non.*

LEX ROM. VISIGOTH.

# INCIPIT

# CODICIS THEODOSIANI

## LIBER QUARTUS[a]).

### TITULUS I.[b]) DE CRETIONE VEL BONORUM POSSESSIONE.

1.[c]) *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. ad Senatum. Post alia:* Patrem aliqua ex parte minorem esse matribus, non sinemus. Nam quum etiam infantis filii morientis mater bonorum solatia consequatur, cur de aetate eius pater graves patiatur tendiculas, non videmus; et quum legitima successio non modo in matre, verum etiam in successoribus longius constitutis non bonorum possessionis petitionem, non cretionis solennitatem cogitur custodire, qualicunque contenta aditae vel adeundae hereditatis indicio, quanto magis pater talibus est vinculis exuendus? Atque ideo hac oratione sancimus, ut pater etiam infantis filii successionem, sive ille matre eius moriente adeundae hereditatis vel petendae bonorum possessionis fuerit exsecutus officium, sive ista neglexerit, morienti filio infanti in qualibet aetate sine ambiguitate succedat. *Dat. VIII. Id. Nov. Ravenna, DD. NN. Theodosio XII. et Valentiniano II. AA. Coss.*

Interpretatio. *Cretio et bonorum possessio antiquo*[d]) *iure a praetoribus petebatur: quod explanari opus non est, quia legibus utrumque sublatum est. Et ideo infans, licet loqui non possit, tamen hereditatem sibi debitam*[e]) *capit, cui morienti pater aut is, qui proximus fuerit, ex lege succedit.*

### TITULUS II.[a]) UNDE LIBERI.

1.[b]) *Impp. Arcadius et Honorius AA. Aureliano Pf. P.* Filia, quae dote a patre suscepta matrimonio sociata est, intestato patre mortuo, si hereditatem velit adire cum fratribus, dotem, quam susceperat, miscere cogatur paternae substantiae atque ita in subeunda hereditate sociari cum fratribus. *Dat. prid. Non. Oct. Constantinopoli, Arcadio IV. et Honorio III. AA. Coss.*

Interpretatio. *Filia, si tempore nuptiarum a patre fuerit dotata, et postea pater intestatus moriatur, si in reliqua patris substantia vult cum aliis fratribus aequalis accedere, dotem vel*[c]) *quicquid accepit tempore nuptiarum hereditati paternae cum fratribus dividendam confundat. Quod*[d]) *si noluerit, sit his, quae percepit, pro sua portione contenta.*

a) In rec. C. Th. edd. hic liber complectitur XXIV titulos. Eum igitur, uti secundum et nonum, Visigothi potissimum converterunt in usum suum. Verum an omnibus secundi libri titulis usi sint, quod nonnulli putant, dubito. b) Tit. I. C. Th. *Tit. I?* c) c. 1. C. Th. *c. un.?* Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—6, 8—16, 17ª, 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 26, 38—40, 42, 43, 45; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in cod. 28; solus textus in codd. 25, 27, 29—37; sola interpr. in cod. 19. In cod. 17ª pars interpr. commutata est cum interpretationis parte c. 3 de Testamentis (IV, 4). d) Nonn. add. in interpr., quae non sunt in lege. e) Seqq. desunt in cod. 17ª. Sed vid. infra c. 5 de Testamentis (IV, 4), not. *m*. Eorum loco hic add. ex interpr. c. 3 de Testamentis cit. extrema vv. *subscriptorum numero* etc.

a) Tit. II. C. Th. *Tit. II?* b) c. 1. C. Th. *c. un.?* Integra cum interpr. est in codd. 1—4, 6, 8, 10—16, 17ª, 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 32, 33, 42, 43, 45; inscr. et textus in codd. 21, 23, 24; textus et subscr. in codd. 26—28; sola inscr. om. in cod. 22; solus textus in codd. 25, 29—31, 34—40; sola subscr. in codd. 5, 9 et sola interpr. in cod. 19. c) Haec add. ab interpr. d) Neque haec sunt in lege.

EPIT. AEG.

INCIPIT LIBER QUARTUS.

TIT. I.
DE DECRETIONE[a]) VEL BONORUM POSSESSIONE.

Hoc est quod infans, licet loqui non possit, tamen hereditatem sibi debitam capit, cui morienti pater aut qui proximior fuerit, succedat.

TIT. II. UNDE LIBERI.

Filia, si a patre fuerit dotata et pater postea intestatus moriatur, si in reliqua patris substantia vult cum fratribus succedere, quicquid tempore nuptiarum accepit, cum fratribus dividenda confundat. Quod si noluerit, quae percepit, pro sua portione retineat.

a) Ita Aeg. et plerique codd. 47 *De Concretione.* 50 *De Decretionum.* Mox 54 *possessionum.*

EPIT. SUPPL. LAT. 215.

*Imp̃ Gratianus Valentinianus et theũ aãa ad cliarcũ p̃p̃o.**)

INCIPIT LIBER IV.

TIT. I.
DE CRETIONE VEL BONORUM POSSESSIONE.

Hoc est, quod infans quamlibet parvulus heres succedit, et si mortuus fuerit, patri moritur aut si pater non fuerit, propinquis heredibus.

TIT. II. UNDE LIBERI.

Filia, quae dote a patre suscepta matrimonio sociata est, intestato patre mortuo, si hereditatem vult adire cum fratribus, dotem quam susciperet, miscere cogatur paternae substantiae.

*) Ita codex.

## EPIT. GUELPH.

INCP̃ LIB̃ IIII

DE CRICIONE VEL BONORUM ‚ POSSESSIONE.

I. Infanti. qui fari non potest. morienti. pater in hereditatem. succedit.

II. UNDE LIBERI L' III ꝯ XIII.[a])

Ut filia. in divisione dotem conferat dividendam.

a) C. Th. III, 13.

## EPIT. LUGD.

indicitur, ne cui praesumtori absentibus dominis res eorum patiantur invadere[l]). Graviter feriuntur, vel qui dominum a possessione sine publica actione turbaverit, vel qui iudicis ordinatione suppressa, dicens, se iudicium habere, alienam possessionem pervaserit et qui pupillis intulerit, exiliatur[m]). Talis res domino restituitur, qualis noscitur ante iudicium pervasa; insuper pervasor prius negotium amittit[n]). Absentibus indulgetur, ut quicquid sublatum a qualibet persona eis fuerit, amicis vel servis, ut iudicem interpellaverint, reddi[o]). Non licere quocunque modo possessionem absenti cuicunque auferri[p]). Agere posse quamlibet personam ad recipiendum momentum intra anni spatium, sed non valere actionem contra aetatem minorem, quum legitima persona non sit[q]). Fugitivos colonos primum momenti beneficio recipiendos, inde de eorum origine agitandum[r]).

TIT. I. DE CRETIONE VEL BONORUM POSSESSIONE.

Lex I. Ut infans etiamsi loqui non possit, quod hereditatem sibi debitam capere debeat et quod pater aut is, qui proximus sit, si mortuus fuerit, lege succedere ei debeat[a]).

TIT. II. UNDE LIBERI.

Lex II.[a]) Ut si tempore nuptiarum filia a patre dotetur et pater postea moriatur intestatus, si voluerit in reliquam substantiam patris cum aliis fratribus accedere aequalis, quod quicquid tempore nuptiali a patre acceperat, cum fratribus dividere debeat.

l) Tit. XX. s. XXI. c. 1. m) c. 2 eod. n) c. 3 eod. o) c. 4 eod. p) c. 5 eod. q) c. 6 eod. r) Tit. XXI. s. XXII. c. 1.

a) Post *debeat* est signum 7 cinnab. pictum; id subseq. *Iuniores amb̃* et c. 1 h. t.

a) Sc. h. libri. In marg. cod. *Pauli Lib. V aera X et XII Gr̃* (Cod. Greg.) *aera IV Theod. Lib. V. aera I.*

## EPIT. MONACHI.

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI IV.

I. De cretione vel bonorum possessione. II. Unde liberi. III. De Carboniano edicto. IIII. De testamentis et codicillis. V. De religiosis (sic), hoc est de re in lite posita. VI. De naturalibus filiis et matribus eorum. VII. De manumissionibus in ecclesia. VIII. De liberali causa. VIIII. De his qui a non domino manumissi sunt. X. De libertis et eorum moribus. XI. De vectigalibus et commissis. XII. De actionibus certo tempore finiendis. XIII. De quinquennii praescriptione. XIIII. De re iudicata, hoc est ut sui iudicis sententiam quisque teneat. XV. De sententiis ex periculo recitandis. XVI. De fructibus et litis expensis. XVII. De usuris rei iudicatae. XVIII. Quibus bonis ex L. Iulia cedere possunt. XIX. Quorum bonorum, hoc est de reddenda hereditate. XX. Unde vi, hoc est de re absente domino invasa. XXI. De utrum vi, hoc est si colonus ad alium fugerit dominum.

INCIPIT LIBER IV. THEODOSIANUS.

DE CRETIONE VEL BONORUM POSSESSIONE I.

Cretio et bonorum possessio antiquo iure a praetoribus petebatur. Modo etiam etsi infans loqui non potest, tamen[a]) hereditatem sibi debitam capit, cui morienti pater aut is, qui proximus fuerit, ex lege succedat. *Dat. VI. Id. Nov. Theodosio et Valentiniano AA. Coss.*

UNDE LIBERI II.

Filia si tempore nuptiarum a patre fuerit dotata[a]) et pater intestatus moriatur, si cum fratribus aequaliter vult accedere, quicquid accepit tempore nuptiarum, cum fratribus dividat. Si noluerit, ea quae percepit tantum habeat. *Dat. prid. Non. Oct. Arcadio et Theodosio III. AA. Coss.*

a) 62 *vel bonorum — tam — pater auctis* (63, 64 *aut his*) et om. subscr.

a) 62 *donata.* Idem om. subscript.

## EPIT. S. GALL.

INCIPIUNT CAPITULA LIBR̃ IIII[a]).

I. De credicione l. bonor' possessionũ ĩ p' mor̃[b]) patris. II. Unde liberi. itẽ alia eiusdẽ[c]). III. De muliere se post mortẽ viri prignã remanserit[d]). IV. De testam̃tis et codecellis[e]). V. De litigiosis. VI. De naturalis filiis et matrib; eorũ idẽ de legitimis ĩ non legitimis[f]). VII. De manuemissionib; in eclesia[g]). VIII. De liverali[h]) causa. VIIII. De is qui a ñ dño[i]) suo manumissi sunt. X. De libertis[k]) et eorũ liberis. XI. De vectigalib; commissis. XII. De re[l]) fiscale. V. annis possessa. XIII. De re[m]) iudicata. XIV. De sententiis ex periculis recedañ[*]). XV. De fructib; et lites expensis. XVI. De usuris rei iudicate. XVII. De debito redicione. XVIII. De res qui usq: ad mortẽ sua[**]) tenet. XIX. De vĩ iudicũ[n]). XX. Utrũ vi[o]).

INCIPIT LIBER IIII.

I. DE CRECIONẼ L̃ BONORŨ POSSESSIO[a]).

Imp̃ theudosius data VII. id̃ novembris si mortuo patre[b]) tales eius infans remanserit qui adhuc loq ñ possit ipse infans inĩ suos heredes in omnib; in hereditatẽ parentorũ suorum succedit.

II. UNDE LIBERI.

Imp. archd̃. data II nñ octb.[a]) Si paĩ mortuus fuerit; et filias suas maritatas demiserit et ad illas in tẽpore nupciarũ dote fecerit[b]) et qd̃ ad eas dedit si paĩ earũ sic fuerit mortuus q testamentũ ñ faciat si ipsas filias alias res cũ fratres suos devidere voluerint omnia qd̃ ad illas paĩ earũ[c]) dedit ad fratres suos cũ ad dividendum venerint p̃sentent et sic postea secundum legem cũ fratribus suis omnia equale dividant.[d]) qd̃ si hoc ñ fecerint in[e]) quantũ in tẽpore nupciarũ reciper̃ hoc ꝑ sua porcionẽ reteneant et ab[f]) alia hereditatẽ parentorũ suorũ excludantur.

a) 67 *De Libro IIII teodos̃.* b) 65 *De cr. et — et post mortem.* 67 *morte.* c) 67 *eiusdẽ item alia.* d) 67 *mulierẽ si — pregnans.* 65 *prigna.* e) 65 add. *Idem de legitimis et non legitimis.* 67 *codicellus.* f) 67 *naturolib;* et om. *de leg. ĩ n. l.* g) 67 *manum.* 65 *ecclesiis.* h) 67 *liberari.* i) 67 *qui ñ a divo dño.* k) 66 *liveratis.* l — m) 65 *rem.* *) 65 *recedanda* 67 *recitandis.* **) 65 *suam.* n) 67 *iudiciũ.* o) 65 *vim.*

a) 65 *credicionem et b. possessionem.* 67 *credicione v. b. possessionum.* b) 67 om. *patre* et infra habet *talis — parentum.* 66 *adhoc.*

a) 67 om. *Dat. — Oct.* b) 66 *dote faceret.* 67 *facerit.* c) 65 *pater earum ad illas.* d) 65 *equaliter.* 66 *divident.* e) Hoc v. deest in 65. f) Deest in 67. Idem *aliã hereditate.* 65 *porcione — hereditate.*

## LEX ROM. VISIGOTH.

## TITULUS III.[a]) DE CARBONIANO EDICTO.

1.[b]) *Imppp. Valentinianus*[c]), *Theodosius et Arcadius AAA. Rufino Pf. P.* Carbonianum edictum sub personis legitimis indubitato matrimonio, custodito partu et probata legitima successione defertur: scilicet ut in possessione novus heres locatus usque ad pubertatis annos sine inquietudine rebus utatur interdum alienis. *Dat. IV. Kal. Oct. Constantinopoli, Theodosio A. III. et Abundantio Coss.*

Interpretatio[d]). *Si quis moriens ex legitimo matrimonio praegnantem reliquerit uxorem, iubet lex, mulierem a propinquis, quo usque ad partum veniat, custodiri: quae quum legitimo tempore ediderit, is, qui natus fuerit, pro sua portione in patris hereditate succedat et usque ad quintum et decimum aetatis suae annum, quae a patre derelicta sunt, sine ullius repetitione possideat:* [e])*futurum, ut suas postmodum per curatorem aut excipiat aut exserat actiones.*

## TITULUS IV.[a]) DE TESTAMENTIS ET CODICILLIS.

1.[b]) *Imp. Constantinus A. et Constantius Caes. ....... Pf. U.* In codicillis, quos testamentum non praecedit, sicut in voluntatibus testamenti septem testium vel quinque interventum non deesse oportet: sic enim fiet, ut testantium successiones sine aliqua captione serventur. Si quando igitur testium numerus defecerit, instrumentum codicilli habeatur infirmum. Quod et in ceteris voluntatibus placuit observari. *Dat. XI. Kal. Ian. Constantino A. VII. et Constantio Caes. Coss.*

Interpretatio. *Si*[c]) *quis non fecerit testamentum, sed vice testamenti fecerit codicillum, in quo codicillo legitima heredis institutio teneatur, et hunc ipsum eodem numero testium, hoc est septem aut quinque subscriptionibus faciat confirmari: si minus quam quinque, valere non poterit, sicuti et ceterae voluntates. Nam secundum*[d]) *superiorem legem, si condito testamento postea factus fuerit codicillus, et in eo alium, quam in testamento fecerat, heredem voluerit nominare, in eo codicillo heredis institutio non valebit.*

2.[e]) *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Proculo Pf. U.* Quae codicillis aut epistolis nobis necessitudinibusve nostris relinquuntur, non admittimus; sit ille usus inter privatos ratus. Et sane hoc loco praebemus licentiam, ut civiliter sive criminaliter, ut actor elegerit, super prolata epistola requiratur, et incumbat probatio ei primitus, qui scripturam obtulerit. Ceterum quod ad nos nostrosque attinet, codicillos et epistolas adeo refutamus, ut ex illis, etiamsi veras eas esse quaestionum regula approbarit, quicquid nobis relictum nostrisve constiterit, ad liberos defuncti vel, si hi non sint, ad proximum quemque iudicii nostri humanitate pertineat. §. 1. Testamenti vero scripturam legitimam vel nuncupationem, quae in nomen nostrum forte processerit, iure capiemus, nec in ea re distare ius nostrum a privatis heredibus profitemur. *Dat. Mediolani X. Kal. Febr., Timasio et Promoto Coss.*

Interpretatio. *Si quis moriens principi vel propinquis vel amicis eius*[f]) *aliquid per codicillum aut per epistolam crediderit relinquendum, pietatis intuitu id praecipit non valere: sed si quid tali modo privatis fuerit derelictum, et de talibus chartulis orta fuerit fortasse contentio, in iudicis discussione consistat, utrum possit scriptura prolata iure subsistere. Ceterum principi vel eius proximis, quicquid testamento aut nuncupatione dimittitur, hoc sibi legibus valere permittitur.*

3.[g]) *Impp. Arcadius et Honorius AA. Aeternali Proconsuli Asiae.* Testamentum non ideo infirmari debebit, quod diversis hoc deficiens nominibus appellavit, quum superflua non noceant. Praetermissa namque necessaria, non abundans cautela vel contractus imminuit vel testatoris officit voluntati. §. 1. Nec patimur fidem conditi arbitrii ob hoc debere convelli, si aut maiorem in principio signatorum aut minorem aut nullum numerum conditor suae praedixerit voluntati, quum quinque huic non ignari subscripserint testamento, licet non eisdem series fuerit recensita, sed hic, qui extremum disponit arbitrium, obsignandum porrexerit testamentum.

a) Tit. III. C. Th. *Tit. III?* b) c. 1. C. Th. c. *un.?* Integra cum interpr. est in codd. 1—6, 8—16, 17[a], 18, 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 43, 45; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in codd. 26—28; solus textus om. in codd. 25, 29—40. c) Ita codd., sed falso. d) Interpr. partim falsa est. e) Haec aliunde sumsit interpres.

a) Tit. IV. C. Th. *Tit. IV?* b) c. 1. C. Th. *c.* 1? L. Burg. Tit. XLIII. §. 1. Hincm. Opp. T. I. p. 640. Capit. A. 789 ap. Bal. T. I. p. 245. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—6, 8—16, 17[a], 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 43, 45; inscr. et textus in codd. 21—25; textus et subscr. in codd. 26—29; solus textus om. in codd. 30—40; sola interpr. in cod. 19. c) Recte. d) Hic locus demonstrat, legem aliquam excidisse. e) c. 2. C. Th. *c.* 2? Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—6, 8—16, 17[a], 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 42—44; inscr. et textus in codd. 21—25, 31, 35—37; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 29, 30, 32—34, 38—40; sola interpr. in cod. 19. In cod. 44 interpr. h. c. ponitur post interpr. c. 1 C. Th. de Dotibus (III, 13). f) De amicis principis nihil est in lege. g) c. 3. C. Th. *c.* 3? Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—6, 8—16, 17[a], 18, 19; inscr. et textus in codd. 21—25, 31, 35—37; textus et subscr. in codd. 26—28; solus textus om. in codd. 29, 30, 32—34, 38—40. In cod. 17[a] desunt hic interpretationis vv. *subscriptorum numerum* etc. (vid. tit. I. huius libri not. *e*) et coniunguntur cum vv. *ad quinque* interpretationis c. 5 h. t. vv. *etiam alias potestates.*

## EPIT. AEG.

TIT. III. DE CARBONIANO EDICTO.

Si quis moriens praegnantem reliquerit uxorem, iubet haec lex, mulierem custodiri usque ad partum. Quod si natus fuerit, in sua portione succedat et usque ad quintum decimum annum sine alterius repetitione possideat.

TIT. IV. DE TESTAMENTIS ET CODICILLIS.

Si quis fecerit codicillum, in quo legitima heredis institutio teneatur, si minus quam quinque numero testium fuerit roboratus, sicut et ceterae voluntates valere non poterit. Nam si quis fecerit testamentum et postea de eadem re fecerit codicillum et suam mutaverit voluntatem, nihil valebit codicilli institutio.

Si quis moriens principi vel[a]) propinquis per codicillum aut epistolam aliquid reliquerit, pietatis intuitu non valebit: sed si quid tali modo privato dereliquerit et inde orta fuerit contentio, in iudicis discussione consistat. Si vero principi vel eius proximis per testamentum aliquid fuerit derelictum, in perpetuum possidebit.

a) Nonn. codd. add. *vel,* quod Aeg. om.

## EPIT. SUPPL. LAT. 215.

TIT. III. DE CARBONIANO EDICTO.

Si quis moriens praegnantem relinquat uxorem, a propinquis usque ad partum veniat custodiri[a]) et quum legitimo[b]) infans natus fuerit pro sua portione in patris[c]) hereditate succedat et usque ad quinto decimum aetatis suae annum, quae a patre derelicta sunt, sine ullius repetitione possideat.

TIT. IV. DE TESTAMENTIS ET CODICILLIS.

A. Si quis non fecerit testamentum, sed vice testamenti fecerit codicillum, quod est fideicommissum, in quo legitima heredis institutione teneatur, si eum septem vel quinque subscripserint, firmum manebit.[a])

a) Om. in cod. *lex iubet.* b) Om. *tempore.* c) Cod. *patre.*

a) Om. c. 2 et 3 h. t.

| EPIT. GUELPH. | EPIT. LUGD. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|
| III. DE CARBONIANO EDICTU. L· VIIII ʔ XXXII. Ł II.[a]) | DE CARBONIANO EDICTO.[a]) | DE CARBONIANO EDICTO III. | III. DE CARBONIANO EDICTO[a]). |
| Viru mortuo. si uxor eius. pregnans. supersit a propinquis. costodire iubetur. | Lex III.[b]) Ut si ex matrimonio legitimo vir moriens praegnantem mulierem reliquerit, quod a propinquis custodienda sit. Ut quum legitimo tempore pepererit, qui natus fuerit, in patris hereditate pro sua portione succedat et cetera. | Si quis moriens ex legitimo matrimonio uxorem relinquat praegnantem, eam usque ad partum propinqui iuni[a]) eius custodiant et qui natus fuerit, in patris hereditate succedat et usque ad XV. annum, quae a patre ei derelicta sunt, sine ullius repetitione possideat, ut suas postmodum per curatorem aut excipiat aut exserat[b]) rationes. *Dat. IV. Kal. Oct. Theodosio A. IIII. et Abundantio Coss.* | Imp. valt. data III kāl octb. *Intp̃.* Si quis homo mortuus fuerit et legim̃a uxore p̃gnantẽ dimiserit iubet[b]) lex ipsã mulierẽ ad suus ꝓpinquus ad custodiendũ recipere ut cũ legitimũ tẽpus infans natus fuerit ut ipsi propinqui testimoniũ dent ut ne forte post ea ei dicat' ꝗ[c]) ñ sit de legitimo patre ingeneratus sic ipse infans postea in omnibꝫ legitima sua porcionem de hereditatẽ parentũ suorũ recipiat et usq: XV etates suae añ cũ venerit sine omniũ[d]) repiticionẽ ꝗ a suo patre derelicta ŝ possideat et postea suas res ꝑcuratore exequad[e]) acciones. |
| DE TESTAMENTIS ET CODECILLIS. L· XI· ʔ XI L V· NL· I· ʔ VIIII Ł II. ʔ IIII pl· III· ʔ IIII V. VI· a lege. X· ʔ VIIII.[a]) | TIT. IV. DE TESTAMENTIS. | DE TESTAMENTIS ET CODICILLIS IIII. | IIII DE TESTAM̃TIS ET CODICELLIS. |
| Qui facit testamentum et codicillus. quid observandum non minus. quam septem aut quinque testis. ad subscribendi. adhibendi. intra hoc numero non valit testamentum. | Lex I.[a]) Ut si vice testamenti codicillum quis fecerit, in quo heredis institutio legitima teneatur. Ut numero testium hoc est quinque vel VII subscriptionibus confirmari faciat. Quod valere non poterit, si minus quam quinque habuerit, et quod condito testamento si codicillum fecerit et alium quam in testamento heredem ibi nominaverit, non valere huiusmodi heredis institutionem. | Si quis ad vicem testamenti fecerit codicillum, in quo legitima heredis institutio teneatur, si minus quam quinque testium subscriptionibus habeat, valere non poterit. Nam si condito testamento postea in codicillo alium quam in testamento voluerit heredem nominare, non valebit. | Imp̃ cons̃ data XI kāl ianuã. *Intp.* Quicũq: homo si ñ facit testam̃tum sed fecerit codicellũ hoc ê codicellus[a]) alia cartã invicem de testamento hoc facere potẽ et sic ipsum codicellum firmare roget cũ legitimꝭ testes sic̃ et testam̃tũ id ê ꝑ VII aut ꝑ. V. legitimus[b]) testes quia ꝑ minorem nomerum de testes carta firma ẽẽ non potest et si forsitã testam̃tũ fecerit et[c]) p' ea iterũ aliã cartã tale fecerit ubi qualequũq: ominẽ contra suum testam̃tu heredẽ instuat[d]) ipsa carta fir̃ ẽẽ ñ potẽ. |
| II. Principi. nisi per testamentum relinqui nihil posse. pl· III· ʔ I[b]) Ł III ʔ V[c]) Ł III Ł V· tL· III· V. | Lex II. Ut si moriens quis principi vel propinquis eius vel amicis aliquid per codicillum aut epistolas crediderit relinquendum, pietatis intuitu id non valere etc. | Si quis moriens principi vel propinquis vel amicis per codicillum aut per epistolam aliquid reliquerit, id praecepit non valere. Si de talibus causis fuerit contentio, in iudicis discussione subsistat, utrum possit iure subsistere. Ceterum quod per testamentum aut nuncupatione dimittitur, hoc sibi legibus valere permittit. | *It̃ alia Intp̃.* Si quis homo moriens et testam̃tum fecerit et forsitã postea aut ꝑ proprias[e]) p̃mias aut ꝑ quale ꝉ modo si iudici aut a iudices ꝓpincus aut a[f]) qualecũq: suũ amicum si ꝑ cudicellũ aut ꝑ qualecũq: libet epistola eis aliquid de res suas donaverit tales donatio qui tale modo in secreto fuerit tractata ñ valeat[g]). |

EPIT. GUELPH.: a) C. Th. IX, 32, 2.
a) C. Th. XI, 11, 5. Nov. Th. tit. IX. Nov. Val. tit. IV. Paul. III. tit. 4—6 a lege decima et tit. 9. b) Paul. III, 1. Hunc num. puto ad tit. III. huius libri pertinere. c) Paul. III, 5 s. 6. Reliqui num. videntur falsi esse. An Paul. V, 14, 3?

EPIT. LUGD.: a) In marg. cod. *et XXI leḡ VIII.* b) Id est huius libri.
a) In m. *et Lib. V aera* (C. Th. V, 1?) *Novellar̃ Lib. I. aera VIIII et Lib II aera IIII. Pauli lib. III era V et VI. Lib IIII aera III et VII et Lib. I* (l. *V*) *aera XXVII Gai aera VIII* (l. *X*).

EPIT. MONACHI: a) Incerta vox. An *propinqui iumores?* b) 62 *exarat.* 64 *actiones.* Subscript. om. 62.

EPIT. S. GALL.: a) 67 *ediccio.* b) 65 *uxorem prignante d. i. ipsa lex — suos propinquos.* 67 *legitimã uxorẽ — suos propinquos.* c) 65 *quia — legitimum patrem — hereditate.* d) 67 *receptionẽ que ad.* e) 67 *exigat accionem.* Supra 66 *possideant.*
a) 67 *codicellas.* b) 65 *legitimos.* 67 om. *legitim.* c) 67 om. *et — fecerit.* 65 *alia carta.* d) 65 *instituat.* e) 67 om. *proprias.* f) 65 *et modo — ad iud. propincos aut per qual.* g) 67 *propinquos a. a q. ad suum — per quamlibet epistolam* et infra *talis donatio que tali — tracta valet.*

§. 2. Nec enim novum promulgamus, sed divi Constantini sanctionem et inclytae recordationis sententiam patris serenitatis nostrae nostraque super huiusmodi causa, quae sunt ex antiquioribus propagata, secuti decreta statuimus, iis, qui extremas ordinant voluntates, haec esse servanda, ut et praesentes videant subscriptores, et ii, cur venerint, non ignorent, etiamsi iisdem scripturae continentia non fuerit intimata. §. 3. Nec si quid ex munificentia morientis fuerint consecuti, infructuosum subscribentes facient testamentum, quum hoc auctorem prudentissimum iurisconsultorum non sit ambiguum Scaevolam comprobasse. *Dat. XII. Kal. April. Arcadio IV. et Honorio III. AA. Coss.*

Interpretatio. *Si moriens, quum scribit aut dictat chartulam testamenti, praetermiserit forsitan vocabulum ponere, aut civilis*[h]), *id est, quod quinque testium, aut praetorii iuris, quod septem testium erit subscriptione firmandum; aut si maiorem vel minorem testium numerum se testator in principio dixerit evocasse, usque ad quinque subscriptorum numerum, etiamsi non relegant testamentum, valere permissum est, ita ut, sicut minor numerus impedit voluntatem, sic, quicquid superfuerit, non noceat testamento: quia et lex ipsa constituit, quod superflua iuri impedire non debeant. Hoc etiam observandum, ut testator signandum testibus offerat testamentum, nec ideo habeatur infirmum, si alicui de subscriptoribus testator aliquid legati nomine derelinquit.*

Epit. Aeg.: Si testamentum civile fuerit, quinque testium[b]) esse debet, si praetorii iuris, septem testium esse debet.

4.[i]) *Iidem AA. Africano Pf. U.* Testamenta omnium ceteraque, quae apud officium censuale publicari solent, in eodem reserventur, nec usquam permittatur fieri ulla translatio. Mos namque retinendus est fidelissimae vetustatis, quem si quis in hac urbe voluerit immutare, irritam tmoruorum videri faciet voluntatem. *Dat. VI. Kal. Oct. Constantinopoli, Caesario et Attico Coss.*

Interpretatio. *Testamenta omnia vel reliquas scripturas apud censuales in urbe Roma*[k]) *voluit publicari, hoc est, ut*[l]) *in reliquis regionibus apud curiae viros**) *testamenta, vel quaecunque scripturae actis firmari solent, gestorum allegatione muniantur. Si vero mortuorum voluntates actis reservatae non fuerint, nihil valebunt.*

Epit. Aeg.: Omnes scripturae sub praesentia iudicis vel curiae in eadem regione gestorum allegatione muniantur. Si vero mortuorum voluntates actis reseratae non fuerint, nihil valebunt.

Epit. Suppl. Lat.: B. Ut testamentum et reliquae chartae praesente curia gestorum allegatione firmentur.[b])

5.[m]) *Impp. Honorii et Theodosii AA. Edictum ad Populum urbis Constantinopolitanae et ad omnes Provinciales.* Nolumus convelli deficientium scriptas iure ac solenniter voluntates, dum quoddam morientis supremum et non adscriptum processisse confirmatur arbitrium, tanquam patrimonium suum ad nos deficiens maluerit pertinere. Omnibus enim privatis et militantibus interdicimus, ne huiusmodi perhibeant testimonia, et falsi criminis reos teneri praecipimus, si, quum scriptae iure ac solenniter deficientium exstiterint voluntates, non scriptum aliquid sub nostrorum nominum mentione falso adstruere moliantur. Nemo itaque relictus heres vel legibus ad successionem vocatus nostrum vel potentium nomen horrescat; nemo ferre testimonia in hunc modum vel suscipere gestis huiusmodi voces audeat nostro vel etiam privatorum potentium nomine. Maneat arbitrium, quod vera et solennis scriptura commendat; excludatur, si quid adversus eam vel deficientis animum sub deferenda hereditate nostrae perennitati per testimonia non scripta et falso contexta asseveratur; nemo scriptis proprium auferat robur et non scriptis sub praetextu nostri vel potentium nominis ingerat firmamentum. *Dat. IV. Id. Mart. Constantinopoli, Theodosio A. VII. et Palladio Coss.*

Interpretatio. *Placuit, voluntatem defunctorum ea ratione servari, ut, si deficiens quis non perfecerit testamentum, non potest quicunque pro perfecto uti, quod imperfectum resedit. Nec admittit hanc testificationem principis clementia, si forte dicat aliquis: audivi morientem velle hoc principi vel etiam his personis, quae potestati adiunctae sunt, vel cuiuscunque potentis taliter deputatum: hanc vocem admitti non patitur. Et sicuti legitimas scripturas vel in suam personam vel in quascunque alias potestates sive in privatos valere mandavit, ita imperfectam et sub tali testificatione prolatam penitus valere non voluit.*

Epit. Aeg.: Sicut legitimas scripturas in quibuscunque factas voluit[c]) custodiri, ita imperfectas et sub audita testificatione prolatas valere non voluit.

6.[n]) *Iidem AA. Palladio Pf. P.* Ne quis post diem mortis scriptis ante decennium testamentis praestetur assensus, nullisque penitus viribus scriptura huiusmodi tempore antiquata taxetur: praesertim quum, si voluntas continuata perstiterit, brevis mora sit, recentibus vetustatem innovare temporibus. Vix enim fieri potest, ut per haec tempora, quae fidei amore contraximus, omnem testium conscientiam mors coniurata surripiat, et revera nefas est, ut antiquae deliberationis ordinatio voluntas postrema dicatur. *Dat. X. Kal. Iul. Ravenna, DD. NN. Honorio XII. et Theodosio VIII. AA. Coss.*

Interpretatio. *Si quis condito testamento decennio superstes fuerit et suam non mutaverit voluntatem, quod ante decennium factum est, vacuum remanebit.*

Epit. Aeg.: Si testamentum ante decennium non fuerit renovatum, post decennium vacuatur.

Epit. Suppl. Lat.: C. Si testamentum ante decennium non fuerit renovatum, post decennium vacuatur.

h) Haec recte add. interpr. i) c. 4. C. Th. *c.* 4? Marculf. Form. II, 37, 38. Append. Marc. cap. 53—55. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—6, 8—16, $17^{a}$, 18, 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 22, 28, 42, 45, sed in cod. 42 interpr. posita est in locum interpretationis tituli sq., huius vero tit. interpretatio pro ipsa lege. Inscr. et textus des. in codd. 21, 23, 25, 31—33, 35—38; textus et subscr. in codd. 26, 27; solus textus om. in codd. 24, 29, 30, 34, 39, 40. k) Lex de urbe Constantinopoli loquitur. l) Hic add. et explicat interpres. *) Lex *apud officium censuale.* Savigny l. c. T. I. p. 263 (ed. I.), p. 307 (ed. II.). m) c. 5. C. Th. *c.* 5? Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—6, 8—16, $17^{a}$, 18, 19, 26; omnia practer interpr. des. in cod. 28; inscr. et textus in codd. 21—25, 31, 35—38; textus et subscr. in cod. 27; solus textus om. in codd. 29, 30, 32—34, 39, 40. Legem partim falso explicat interpres. De cod. $17^{a}$ vid. c. 1 tit. I. not. *e* et c. 3 h. t. not. *g*. n) c. 6. C. Th. *c.* 6? Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—6, 8—16, $17^{a}$, 18, 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 28, 42, 43; inscr. et textus in codd. 21—25, 31—33, 35—37; textus et subscr. in codd. 26, 27; solus textus om. in codd. 29, 30, 34, 38—40.

(Epit. Aeg.) b) Ita codd.; Aeg. *testimonium.* c) Ita codd., alii *volumus.* Aeg. *noluit.*

(Epit. Suppl. Lat.) b) Om. c. 5 h. t.

| EPIT. GUELPH. | EPIT. LUGD. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|
| III Testamentum qualiter fieri. vel firmare debeat. | Lex III. Ut qui extremas ordinant voluntates haec sibi sciant servanda: in praesentes videant subscriptores et hi, cur venerint non ignorent et quod testamentum non infirmetur, licet a deficiente diversis nominibus appelletur, quia ut minor numerus impedit voluntati, si[b]) quicquid supra fuerit, non noceat etc. | Si moriens, quum scribit aut dictat cartulam testamenti, praetermiserit quinque testium aut praetorii iuris septem testium numero[a]), se testator in principio dixerit evocasse usque ad quinque subscriptorum numerum, etiamsi non relegat testamentum, valere permissum est: ita ut sicut minor numerus impedit voluntati, sic quicquid supra fuerit[b]), non noceat, quia superflua iuri non impediunt. Hoc etiam observandum, ut testator signandum testibus offerat testamentum, ne ideo habeatur infirmum, si alicui de subscriptoribus testator aliquid legati nomine derelinquit. | *It̃ alia Int̃p.* Si cū in morte ē homo et scribit aut dictaverit cartola testam̃ti si V. aut VII. testes eū[h]) firmaverint valet testam̃tus qd̃ si plus de VII testes fuerint ñ nocebit; nā si minus de V. fuerint non valebit. |
| IIII Voluntates mortuorum. publice. actis. firmande. sin autem non valebt. | Lex IV. Ut testamenta apud censuales in urbe Roma, in reliquis urbibus apud curiae viros publicentur et ut testamenta et reliquae scripturae, quae actis firmari solent, gestorum allegatione muniantur. | [c]) Testamenta omnia vel reliquas scripturas apud curiae viros actis firmari et gestorum allegatione muniantur. Si vero mortuorum voluntates actis reseratae non fuerint, nihil valebunt. | *Item alia Intp̃.* Om̃ testam̃ta vel alias cartas in orbe[i]) rome aput curiales viros volumus p̃sentare ut in omnẽ regionẽ om̃s scripturas qui scripbit' placuit voluntas mortuorū ut legitimꝶ testes impleant'. nā si per[ii]) legitimus testes ñ fuerit firmata nō valebit. |
| V. De inperfecta voluntate perfectū uti non potest. quod inperfectum remansit. nisi testis. adfirment. principali. quā voluisse dari. | Lex V. Ut quis moriens testamentum non perfecerit, quod imperfectum resedit, non possit pro perfecto uti et si quis testimonium ferre velit, quod deficiens ad principem vel ad personas, quae potestati adiunctae sunt, patrimonium suum voluerit pertinere, quod huiusmodi vox non possit admitti, quia legitimae scripturae sicut in suam personam vel in quascunque alias potestates sive privatos valent, ita imperfectae et sub tali testificatione prolatae non valent.<br>Lex VI. Ut ne quis assensus post diem mortis scriptis ante decennium testamentis praestetur etc. | [d]) Si moriens quis non fecerit testamentum, non potest quicunque pro perfecto uti, quod imperfectum resedit. Nec admittit hanc testificationem principis clementia, etiamsi aliquis dicat: audivi morientem taliter velle[e]). Et sicuti legitimas scripturas in quascunque personas valere mandavit, ita imperfecta et sub tali testificatione prolata penitus valere non voluit. | *It̃ alia. Intp.* volũtas mortuorū sic placuit ut si aliquis mortuus fuerit et ñ fecerit testam̃tū. neque alia carta legitima nisi forsitā ad verbū demandaverit[k]) et si aliquis homo dicit[l]) ego audivi mortuū dicentẽ ut volerit[m]) aliquid aut iudici aut ad potentes homines de rẽ suā dare sed nos vero tale voce ñ pmittimus audire nec non valeat nisi forte si legitimas cartas fuerint protultas[n]) illas valebunt. nā aliut[o]) de mandato valere non potẽ. |
| VI Testamentum. infra decennium renovandum. | | [f]) Si quis condito testamento decennio superstes fuerit, quod ante decennium factum est, vacuum remanebit. | *It̃. alia Intp̃.* Si quis homo fecerit testam̃tū et postea X ann̄s supvixerit si ipsū testam̃tum ñ remutaverit vacuus[p]) erit nā p'[q]) X ann̄s si ipsū testam̃tū voluerit ut firmus pmaneat mutare eū debet[r]). |
| | b) Leg. *sic.* | a) Leg. *numerum.* 62 *numero si.* 63, 64 *testatur.* b) 62 om. *supra fuerit.* Supra *relegant.* c) 64 add. *De Gestis.* d) 64 add. *Si pro Mortuo Quis Fecerit Testamentum.* e) 62, 63 *vellere.* f) 64 add. *De Proprio Testamentum.* | h) 65 *eam.* i) i. e. *urbe*, ut 67. 65 *urbem.* ii) 66, 67 om. *per.* 65, 67 *legitimos.* k) 67 *praeceperit.* l) 65 *dicat.* m) 65 *voluerit.* 67 *voleret.* Ceterum 66 *iudicia aut a pot.* 67 *talē vocē.* 65 *talem vocem.* n) 67 *factas.* 66, 67 *illos.* o) 65 *alia id.* 67 *mandatū.* p) 67 *remudaverit vagus.* q) i. e. *post.* 65 *per*, sed Canc. cj. *post.* 67 *a. i. test. si vol.* r) 66 *debeat.* |

7.[o]) *Imp. Theodosius A. Asclepiodoto Pf. P.* Si quis agere ex testamento, quolibet modo, sive scripto, sive sine scriptura confecto, de hereditate voluerit, ad fideicommissi persecutionem adspirare cupiens, minime permittatur. Tantum enim abest, ut aditum cuiquam pro suo migrandi desiderio concedamus, ut etiam illud sanciamus, ut, si testator faciens testamentum in eodem pro codicillis etiam id valere complexus sit, qui hereditatem petit ab ipsis intentionis exordiis, utrum velit, eligendi habeat potestatem, sciens, se unius electione alterius sibi aditum praeclusisse; ita ut, sive bonorum possessionem secundum tabulas vel secundum nuncupationem ceterasque similes postularit, aut certe ex edicto divi Hadriani se mitti ad possessionem ex more petierit, statim inter ipsa huius iuris auspicia propositum suae intentionis explanet. Sic enim, si quis defuncti agnoverit voluntatem, de inofficioso agere prohibetur, et patronus, liberti muneribus electis et operis, contra tabulas bonorum possessione repellitur: sic mulier in edicto, quod de alterutro est, quum suam explanaverit optionem, ne poenitentia possit ad aliud transire, etiam satisdatione cogetur praecavere, nisi si aetatis iuvetur auxilio. §. 1. Illud quoque pari ratione servandum est, ut testator, qui decreverit facere testamentum, si id implere nequiverit, intestatus videatur esse defunctus, nec traducere liceat ad fideicommissi interpretationem, velut ex codicillis ultimam voluntatem, nisi si id ille complexus sit, ut vim etiam codicillorum scriptura debeat obtinere; illo iure electionis videlicet perdurante, ut, qui ex testamento agere voluerit, ad fideicommissum migrare non possit. §. 2. Si quis vero ex parentibus utriusque sexus ac liberis usque ad gradum quartum agnationis vinculis alligatus vel cognationis nexu constrictus ad tertium usque scriptus heres fuerit vel nuncupatus, in eo videlicet testamento, quod testator vicem quoque codicillorum voluit obtinere, licebit ei, si de hereditate ex testamento secundum mortui voluntatem agens fuerit forsitan superatus, vel certe ipse sponte voluerit, ad fideicommissi subsidium convolare. Non enim par eademque ratio videtur, amittere debita et lucra non capere. [In omni autem genere testamenti, sive id praetorio iure sive civili consistat, seu codicilli conscribantur, sive non scripta voluntas ultima praetendatur, id volumus observari, ut eodem die, quo coeptum quid eorum fuerit, ad perfectum sui plenitudine sortiatur, nihilque eius in diem alterum differatur; quod quidem nullam habeat firmitatem, nisi aut septem aut quinque vel rogati aut qui fortuitu venerint, possint iure testimonium perhibere, videlicet ut post hanc sanctionem divinis et liquescentibus apicibus, qui trium testium numero sint contenti.] *Dat. X. Kal. Mart. Constantinopoli, Victore V. C. Cos.*

Interpretatio. *Si quis per scripturam condiderit testamentum et postmodum sine scriptura, hoc est per nuncupationem suam iterandam crediderit voluntatem, vel si codicillis, quod est fideicommissum, potestatem heredi suo commiserit, ut, ex qua voluerit, testatoris ordinatione succedat: tunc in primordio adeundae hereditatis suam publicare non desinat voluntatem, utrum ex testamento, an per nuncupationem, an per fideicommissum hereditatem sibi eligat vindicandam. Quod si prima electio eius fuerit superata, ad alteram ei transire non liceat: quia unius petitione concessa, de reliquis se noverit excludendum, quia una petitio alias aperte et evidenter excludit. Extrema*[p]) *pars legis istius ideo non habetur scripta vel exposita, quia Novella lege calcatur.*

[Epit. Aeg.] Qui testamentum de rebus suis fecerit et postea per nuncupationem aut per codicillum dari voluerit, suam publicare non desinat voluntatem, utrum ex testamento an per nuncupationem an per fideicommissum hereditatem sibi eligat vindicandam[d]), quia una petitio alias evidenter excludit[e]).

[Epit. Suppl. Lat.] D. Si[c]) testamentum defuncti et codicillum heres appellatur, habeat; tamen non potest nisi ad unam, qualem sibi elegerit tenere rationem, id est, aut ad testamentum aut ad codicillum.

## TITULUS V.[a]) DE LITIGIOSIS.

[Epit. Aeg.] TIT. V. DE LITIGIOSIS.[a])

[Epit. Suppl. Lat.] TIT. V. DE LITIGIOSIS.

1.[b]) *Imp. Constantinus A. ad Provinciales. Post alia:* Lite pendente illud, quod in controversiam devocatur, in coniunctam personam vel extraneam donationibus vel emtionibus vel quibuslibet aliis contractibus minime transferri oportet, tanquam nihil factum sit lite nihilominus peragenda. §. 1. Quod si tutelae causa vertitur, post examen iudicis in supplementum pronuntiationis dentur arbitri, qui non iam arbitri, sed exsecutores putandi sunt etc. *Dat. Kal. Aug. Basso et Ablavio Coss.*

Interpretatio. *Res, quae proposita actione repetitur, transferri a possidente ad alterum nullis contractibus potest; neque inde aliqua fieri scriptura permittitur, nisi prius lis, de qua agitur, fuerit iudicio definita.*

[Epit. Aeg.] Res litigiosa nullatenus potest ante dari nec vendi, quam elitigetur[b]).

[Epit. Suppl. Lat.] Hoc est, ut res in lite posita non potest antea nec donari nec vendi, antequam elitigetur[a]).

o) c. 7. C. Th. *c. 7?* Omnia praeter interpr. des. in cod. 42; inscriptio et textus in codd. 21—25, 31, 32, 35—37; textus et subscriptio in cod. 28; solus textus in codd. 27, 29, 30, 33, 34, 38—40. Extremam partem textus inde a vv. *In omni* om. codd. 1, 2, 4—6, 8—15 et Sich. Til.; habent codd. 16, 17[a], 18. Primum ex schedis meis edita est in Haub. Opp. T. II. Praef. p. CLI, deinde ap. Glück. T. XXXIV. p. 269, quem vide etiam p. 273, 280. Praeterea cf. Richteri et Schneideri Krit. Jahrb. f. Iurispr. 1843, p. 189; 1844, p. 1053. Interpres errat. p) Cf. Nov. Val. tit. IV. de Test. nov. 2. Cf. Savigny l. c. T. II. p. 51, not. 40 (ed. I.); p. 53, not. *b* (ed. II.).

a) Tit. V. C. Th. *Tit. V?* b) c. 1. C. Th. *c. un.?* L. Vis. V, 4, 9. L. Baiuv. Tit. XIV. cap. 5. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—6, 8—16, 17[a], 18; omnia praeter interpr. des. in cod. 42; inscr. et textus in codd. 21—25; textus et subscr. in codd. 26—28; solus textus om. in codd. 29—40; sola interpr. in cod. 19. Aurel. Lugd. Gothofr. Ritt. edd. C. Th. duas proferunt h. c. interpretationes, quarum posterior deest in codd. et ex Aeg. summa hausta est. Interpres fugitivam legis partem tacet.

d) Ita 57; rell. codd. et Aeg. *vindicandum.* e) Plerique codd. *excludit.* Aeg. *exclusit.*

a) 46, 52 *De Re Litigiosa.* b) Nonn. codd. *litigetur.*

c) Add. *per.*

a) Cod. *donare — vindi — eli dietur.*

EPIT. GUELPH. | EPIT. LUGD. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL.

VII Una peticione superata. ad aliam transire non licere.

Lex VII. Ut*) si quis testamentum per scripturam condiderit et inde sine scriptura per nuncupationem suam iterandam crediderit voluntatem vel si potestatem heredi suo codicillis, quod est fideicommissum, dederit, quod ex qua voluerit ordinatione testatoris sive per testamentum sive per nuncupationem sive per codicillum ad hereditatem sibi vindicandam heres succedat et quod si prima electio eius fuerit superata, ad aliam ei transire non liceat etc.

g) Si quis per scripturam condiderit testamentum et postmodum sine scriptura, hoc est per nuncupationem suam iterandam crediderit voluntatem vel si codicillis id est fideicommissum potestatem heredi suo commiserit, ut ex qua voluerit testatoris ordinatione succedat, tunc in primordio ad eundem*) hereditatis suam publicet voluntatem, utrum per testamentum an per nuncupationem an per fideicommissum hereditatem sibi vindicet. Quod si prima electio eius fuerit superata, ad alteram ei transire non licebit. *Dat. XVI. Kal. Mart. Victore Cons.*[b])

*It̃ alia Intp̃.*[s]) Si quis homo fecerit testamentũ et postea sine testam̃to qđ remansit si exinde alicui aut p testam̃tũ aut p cudicellũ Ī p donacionẽ alicũ heredẽ sibi iniungere[t]) voluerit licenciã habeat facere.

## V. DE LITIGIOSIS L. II ʓ XVIIII· ŁVIII.[a])

## DE LITIGIOSIS V.[a])

## V. DE LITIGIOSIS[a]), HOC EST DE LITE POSITA.

## V. DE LETIGIOSIS.

Rem. litigiosam in alterum non posse transferri. neque aliquã exinde fieri. scribtura.

Ut transferri a possidente ad alterum nullis contractibus possit res, quae proposita actione repetitur, nisi prius lis, de qua agitur, iudicio finiatur.

Res, quae proposita actione repetitur, transferri a possidente ad alterum nullis contractibus potest, neque per scripturam, nisi prius lis, de qua agitur, fuerit definita. *Dat. Kal. Aug. Basso et Albino Coss.*[b])

Imp̃. cons̃ data kāl aũg *Intp̃.* de illas res q: in contencione s̃ non potẽ aliquis de illos nulla carta exinde facere antequã ipsas res p legem possit vindicare[a]).

a) C. Th. III, 19, 4?

*) In m. cod. *quia si unum elegerit et illud superatum fuerit, aliud nequaquam recipitur* et paulo infra literis uncialibus: *In Novell hoc leg̃ Calcari.*

a) In m. *Lex XI* (i. e. huius libri) et *Lib. VIII* (C. Th.) *aeru V. Pauli Lib IIII* (leg. *I.*) *aera I.*

g) 64 add. *Qui Post Testamentum aliter voluerit.*

*) Leg. *adeundae.* b) Subscr. deest in 62.

a) 62 in m. *De Religiosis.* b) Subscr. deest in 62.

s) 67 om. *It.* et *Int.* t) 67 *coniungere.* 65 *sine testamentum — donatione.*

a) 67 *de illo — iudicare.* 65 *qui in.*

LEX ROM. VISIGOTH. | EPIT. AEG. | EPIT. SUPPL. LAT. 215.

## TITULUS VI.[a]) DE NATURALIBUS FILIIS ET MATRIBUS EORUM.

1.[b]) *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Ampelium Pf. U.* Placuit, manentibus ceteris, quae de naturalibus liberis Constantinianis legibus cauta sunt, haec tantummodo temperare, ut is, qui heredem heredesve filios ex legitimo matrimonio vel nepotes, qui filiorum loco habendi sunt, patrem quoque matremve dimittit, si ex consortio cuiuslibet mulieris naturales susceperit, unam tantum bonorum suorum et hereditatis unciam naturalibus vel mulieri donandi aut relinquendi habeat facultatem. Si quis vero nullo ex his, quos excipimus, superstite morietur, atque ex muliere, quam sibi adiunxerat, naturalem pluresve dimittet, usque ad tres tantum, si volet, uncias tam in mulierem quam in naturales, quo maluerit iure, transscribat. *Dat. XVII. Kal. Sept. Contionaci, Gratiano A. II. et Probo Coss.*

Interpretatio. *Observandum de naturalibus filiis lex ista constituit, ut, si quis habens ex legitimo matrimonio filios vel filias, sive masculos nepotes ex filiis, vel patrem aut matrem ex quacunque muliere, id est ingenua nata*[c]) *vel facta susceperit naturales, non amplius quam unciam unam de facultatibus suis noverit naturalibus conferendam. Nam si defuerint ex omni parte personae superius nominatae, tunc naturalibus filiis vel mulieri, de qua nascuntur, tres uncias tantum, non amplius noverit, quisquis ille est, se posse conferre.*

2.[d]) *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Hierio Pf. P. Post alia:* Naturales liberi eorumque matres nec parentum arbitrio in successionibus ceterisque modis, quibus rei mobilis vel immobilis dominium confirmatur, passim et sine legis distinctione congrua permittantur, nec tamen legis, quae nuper lata est, asperitate premantur, quum satis sit, eos secundum priorem constitutionem, aut exstantibus iustis liberis aut etiam non exstantibus, id tantum consequi, si patris deferatur arbitrio, quod per eam iusta moderatione decretum est; ceteris, quae de eorum matribus, libertis libertinisque per novam constitutionem decreta sunt, in sua manentibus firmitate. *Dat. X. Kal. Mart. Constantinopoli, Tauro et Felice Coss.*

Interpretatio. *Haec lex interpretatione non indiget, quia ad hoc solum intromissa est, quia posterior omnibus est et priorem*[e]), *quae a posteriore damnata fuerat, confirmavit.*

**[Epit. Aeg.] TIT. VI. DE NATURALIBUS FILIIS ET MATRIBUS EORUM.**

Si quis habuerit ex legitimo matrimonio filios vel nepotes aut patrem matremve habuerit, non amplius ad naturales filios vel matrem dari potest quam uncia una. Nam si defuerint personae superius nominatae, tres uncias eis dare potest.[a])

**[Epit. Suppl. Lat.] TIT. VI. DE NATURALIBUS FILIIS ET MATRIBUS EORUM.**

Si quis habuerit ex legitimo matrimonio filios vel nepotes, non potest naturalibus filiis amplius de omni corpore facultatis suae quam nonam[a]) unciam dare. Nam si legitimos filios non habuerit, tres uncias naturalibus filiis dare potest.

## TITULUS VII.[a]) DE MANUMISSIONIBUS IN ECCLESIA.

1.[b]) *Imp. Constantinus A. Osio Episcopo.* Qui religiosa mente in ecclesiae gremio servulis suis meritam concesserint libertatem, eandem eodem iure donasse videantur, quo civitas Romana solennibus decursis dari consuevit. Sed hoc duntaxat iis, qui sub adspectu antistitum dederint, placuit relaxari. §. 1. Clericis autem amplius concedimus, ut, quum suis famulis tribuunt libêrtatem, non solum in conspectu ecclesiae ac religiosi populi plenum fructum libertatis concessisse dicantur, verum etiam quum postremo iudicio libertates dederint, seu quibuscunque verbis dari praeceperint; ita ut ex die publicatae voluntatis, sine aliquo iuris teste vel interprete, competat directa libertas. *Dat. XIV. Kal. Mai. Crispo II. et Constantino II. Coss.*

Interpretatio. *Qui manumittendi in sacrosancta ecclesia habuerit voluntatem, tantum est, ut sub praesentia sacerdotum servos suos velit absolvere, noverit eos, suscepta libertate cives esse Romanos: nam si clerici suis mancipiis dare voluerint libertatem, etiamsi extra conspectum fecerint sacerdotum vel sine scriptura verbis fuerint absoluti, manebit, sicut civibus Romanis, integra et plena libertas.*

**[Epit. Aeg.] TIT. VII. DE MANUMISSIONIBUS IN ECCLESIA.**

Qui in ecclesia sub praesentia sacerdotum servos suos velit absolvere, suscepta libertate noverit eos esse cives Romanos: clericis licet servos suos etiam sine scriptura, verbo tantum, absolvere et fiant cives Romani.

**[Epit. Suppl. Lat.] TIT. VII. DE MANUMISSIONIBUS IN ECCLESIA.**

Qui in ecclesia ante antistitem et clerum servos suos liberos dimiserit, facit eos cives esse romanos. Clericis licet servos suos etiam sine scriptura verbo tantum absolvere.

## TITULUS VIII.[a]) DE LIBERALI CAUSA.

1.[b]) *Imp. Constantinus A. ad Maximum Pf. U.* Si quis libertate utentes eiusque

**[Epit. Aeg.] TIT. VIII. DE LIBERALI CAUSA.**

**[Epit. Suppl. Lat.] TIT. VIII. DE LIBERALI CAUSA.**

a) Tit. VI. C. Th. *Tit. VI?* In rec. C. Th. edd. huius tituli numerantur octo constitutiones. b) c. 1. C. Th. *c.* 4. Integra sine interpr. est in cod. 19; integra cum interpr. in codd. 1, 2, 4—6, 8—16, 17ª, 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—25; textus et subscr. in codd. 26—28; solus textus om. in codd. 29—40. c) Hoc add. ab interpr. d) c. 2. C. Th. *c.* 8. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—6, 8—16, 17ª, 18, 24, 32, 33; omnia praeter interpr. des. in cod. 42; inscr. et textus des. in codd. 21, 22, 25, 31, 35—37; inscr. et subscr. in cod. 27; inscr. et interpr. in cod. 23; textus et subscr. in codd. 26, 28, 38, 40; solus textus om. in codd. 29, 30, 34, 39; sola interpr. in cod. 19. Ceterum h. l. codices valde turbati sunt. Etenim in cod. 27 textus h. c. extremam constituit partem interpretationis c. 1 h. t.; in codd. 38, 39 inscriptio h. c. translata est in c. 1 sq. tit., et in cod. 40 subscr. c. 1 sq. tit. ponitur pro subscriptione h. c. Verba quoque legis multis lacunis et mendis in codd. deformata sunt. Memorabilis est interpr. e) Vid. c. 6 C. Th. h. t.

a) Tit. VII. C. Th. *Tit. VII?* Cod. can. Eccl. Afr. P. II. c. 64, 82. b) c. 1. C. Th. *c. un.*? Marculfi Form. App. cap. 56. Form. Sirm. cap. 12. L. Visig. V, 7, 2. L. Ripuar. Tit. LVIII. (LX.) cap. 1. Ad interpr. cf. Regino I, 418. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—6, 8—16, 17ª, 18, 19; omnia praeter interpr. des. in cod. 42; inscr. et part. textus in cod. 29; inscr. et textus in codd. 21—25; textus et subscr. in codd. 26—28; solus textus om. in codd. 30—37. De codd. 38—40 vid. c. 2 antec. tit. not. *d.*

a) Tit. VIII. C. Th. *Tit. VIII?* In C. Th. hic tit. saltem novem complexus est constitutiones. L. Vis. VII, 2, cap. 3—8. b) c. 1. C. Th. *c.* 5. L. Burg. Add. I, 19. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—6, 8—16, 17ª, 18, 19, R.; omnia praeter partic. interpr. des. in codd. 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—25; textus et subscr. in codd. 26—28; solus textus om. in codd. 29—40.

[Epit. Aeg.] a) Nonn. codd. *vel patrem vel matrem* (om. *habuerit*) — *unciam unam.* — c. 2 h. t. deest.

[Epit. Suppl. Lat.] a) Leg. *unam.*

**EPIT. GUELPH.**

VI DE NATURALIBUS FILIIS ET MATRIBUS EORUM.

Si filius. naturalibus unu tantum uncia dandũ. si legitimus. filius. non abuerit. tres. dari permissum. est.

II. Idem. quod supra.

DE MANŨMISSIONIBUS IN ECLESIA FACTIS.

Presentibus. sacerdotibus civis. ŝ romani. clerici eciam verbo dari possunt libertatem NL· II. ʔ VI[a]) PL·[b]) II ʔ XXVIIII· Ł ꝥ XXV L IIII· L XVI. ʔ XI· Ł V Ł GAI.

DE LIBERALI CAUSAM. pl·V· ʔ · I·[a]) ʔ XXXII Ł. I.

a) Nov. Val. tit. VI.
b) Sqq. num. falsi sunt; an Paul. IV, 11 et 13; V, 1? Gai. tit. 1 et 2?
a) Paul. V, 1; V, 35, 7?

**EPIT. LUGD.**

VI. DE NATURALIBUS FILIIS.[a])

Lex I. Ut si quis ex legitimo matrimonio filios, filias vel nepotes masculos vel patrem vel matrem habens, si ex quacunque muliere ingenua naturales filios susceperit, quod non amplius quam unciam de facultatibus naturalibus conferat et si defuerint ex omni parte personae nominatae, naturalibus tres tantum uncias noverit se posse conferre.

Lex II. Ut naturales liberi eorumque matres in successionibus nec parentum arbitrio passim et sine congrua legis distinctione permittantur, nec tamen legis nuper latae asperitate premantur, sed exstantibus iustis liberis aut non exstantibus iuxta constitutionem prioris legis id tantum consequi, si patris deferatur arbitrio, quod per eam decretum est iusta moderatione etc.

VII. DE MANUMISSIONIBUS IN ECCLESIA.[a])

Ut qui manumittendi habuerit voluntatem in ecclesia et sub praesentia sacerdotum servos absolvere, quod noscat eos cives Romanos suscepta libertate existere et quod clerici, si servos manumittere voluerint, si extra conspectum id fecerint sacerdotum et verbis etiam sine scriptura, sciant illis integram libertatem, ut cives Romani sint, posse concedere.

VIII. DE LIBERALI CAUSA.[a])

a) In m. cod.: *Novellar Lib. I aera XI.*

a) In m. cod.. *Lex XIIII* (id e. huius lib.) *Pauli lib.VII aera XI* (leg. IV, 11) et praeterea *Hic Osius Cordubensis eps̃ primum catholicae fidei acerrimus sectator post male seductus et territus in heresin infeliciter lapsus est.*

a) In m. *et lib V. aera XI* (id e. C. Th.) *Pauli Lib. V. aera I. et XXXVII Lib I. aera VI et Gai aera VI Lib III.* Num. partim falsi sunt. An Paul. V, 35, 7? Non omnino aliena est ab hoc tit. Gaii Instit. Lib. III. §. 6.

**EPIT. MONACHI.**

VI. DE NATURALIBUS FILIIS ET MATRIBUS EORUM.

Si quis habens ex legitimo patrimonio[a]) filios vel filias sive masculos nepotes ex filiis vel patrem aut matrem, ex ingenua muliere nata vel facta susceperit filios, non amplius quam unciam unam de facultatibus suis conferat naturalibus. Nam si defuerint ex omni parte personae suprascriptae, naturalibus filiis vel matri eorum tres uncias non amplius posse conferre.

Naturales liberi eorumque matres nec mobilibus[b]) non amplius, quam supra constitutum est, in hereditate succedant et ipsum, si patris antea deferatur arbitrio: ceteris, quae de eorum matribus, libertis libertinisque per novam constitutionem decreta[c]) sunt, in sua manentibus firmitate. *Dat. X. Kal. Mart. Tauro et Felice Coss.*

DE MANUMISSIONIBUS IN ECCLESIA VII.

Qui servos suos in ecclesia manumiserit, sub praesentia sacerdotum eos absolvat, et tunc noverit, eos suscepta libertate cives esse Romanos. Nam si clerici suis mancipiis dare voluerint libertatem, etiamsi extra conspectum fecerint sacerdotum[a]) vel sine scriptura verbis tantum fuerint absoluti, manebunt cives Romani. *Dat. XIV. Kal. Mart. Crispo et Constantino II. A. Coss.*

VIII. DE LIBERALI CAUSA.

a) Leg. *matrimonio.* b) 63 add. *nec immobilibus.* c) 62, 64 *detracta.* Idem 62 om. subscript.

a) 62, 63 *servorum.* 64 *fuerint.* In 62 om. subscript.

**EPIT. S. GALL.**

VI. DE NATURALIB; FILIIS ET MATRIB; EORŨ.

Imp̃. valĩ data VI. kal̃. sep̃b. *Intp̃.*[a]) Quicũq; homo de ingenua muliere legitimus filius aut filias abuerit aut nepotes et alius filius de ñ legitima muliere. qui naturales filius dicunt id ẽ de concupina qui nos ornongus[b]) dicim; pote ẽ eis ĩ[c]) ad matrẽ eorũ pat̃ ipsorũ[d]) de sua facultate eis una uncia hoc ẽ XII porcionẽ de suas res eis dare et qd̃ si[e]) legitim; infantes ĩ nepotes non habuerit ad illos naturales filius ĩ ad matrib; eorũ III uncias de sua facultate[f]) secundũ legẽ eis dare pot. ẽ nã nec p parentorũ arbitrium nec p. nula carta ãplius in res intrare ñ potẽ nisi quantũ superius scriptũ ẽ.[g])

VII. DE MANUMISSIONIB; IN HECLESIA.

Imp̃ conŝ data IIII kaĩ mai[a]). *Intp̃.* Quicũq: homo servus suus ingenuus[b]) dimiser̃. in basilica p̃sente sacerdotes vel plebem dimittat si hoc fecerint plenã lib̃tatẽ habeant, nã si clericus sua mancipia ingenua[c]) dimittere voluerit sine alio sacerdote[d]) vel sine alia scripta tantũ solũ cũ verbo si hoc in eclesia[e]) faceret eorũ lib̃tas firma p maneat.

VIII DE LIBERALI CAUSA.

a) 67 *VII* et om. *Intp̃.* Idem *ingenuã mulierẽ legitimos filios — vel n. et alios filios de non legitimã mulierẽ.* 65 *legitimos filios — alios filios — filios die.* b) 67 *ornongos.* c) 65 *et.* d) 67 *eorũ.* e) 67 om. *si.* f) 67 *suã facultatẽ.* g) c. 2 om.

a) 65 *Constant.* 66 *modi.* b) 65, 67 *servos suos ingenuos* et 67 *dimiserit in ecla p̃sentẽ s. v. plebe — fecerit.* 65 *dimiserint.* c) 65, 67 *suã mancipiã ingenuã.* d) 67 *alios sacerdotes.* e) 65 *ecclesiam.*

compotes inopinatos in discrimen ingenuitatis adducat, si eos forte assertio defecerit, circumductio praebeatur, *assertorem quaeri* titulo per literas indicante; ne causa per silentium ignoretur vel absurde etiam proclametur: ut, *qui comperissent*, *vellent asserere*, *vel cunctantes etiam cogerentur; neu*, *si assertor defuerit*, *vincti*, *multis eos scientibus liberos*, *a dominis ducantur*. §. 1. Ideoque sancimus: si quis assertoris inops atque ignotus, circumlustratis provinciae populis, desertus tradatur ei, qui servum dixerit, non infracta, sed dilata libertate, assertore invento vires recolligat, et suis renovatis defensionibus resistat in iudicio, possessoris iure privilegiisque subnixus, quamquam de domo illius processerit. Neque enim illa possessio est in tempus accepti, sed exspectatio assertoris in tempore non reperti; ita ut, si instaurata lite restitutisque in sua iura partibus, pro libertate fuerit lata sententia, iniuriae impudentiaeque causa adversarius pari numero servorum mulctetur, quotquot erunt, qui in servitutem petiti sunt: iis vero non condemnatur, qui in ipsa fuerint lite progeniti. §. 2. Quod si quis ante assertorem repertum vel ante sententiam fuerit mortuus, heredibus causam status probantibus mulctaticius servus tradetur: et heredes eius, qui libertatem temerabat, si implacabilem animum indicant, eadem maneat mancipiorum lex atque conditio; si liberos sinent, quos clausos repererint, occidunt cum personis delicta. §. 3. Minorum defensores eadem manebit mancipiorum mulcta: ac iudicio his, quos defenderant, reposcentibus, rei male gestae dabitur aestimatio. §. 4. Quum id proprio periculo fecerit assertor, ut rem salvam fore promittit, ita satis accipiat de mulctae redhibitione. §. 5. Libertatem victis hostibus victorum dominatio abstulit; leges vero iniuriosos poena afficiunt et fama spoliant, dictumque in iurgio in adversarium immodestius iactatum petulantiusque fusum poenam subire cogitur: atque non erit impunita labefactatio atque oppugnatio libertatis, quae in convictis quoque punitur. Iniustum est autem, alienum ad servum recepisse, et alterius servi abductione condemnatur. *Dat. XIII. Kal. Aug. Sirmio*, *Probiano et Iuliano Coss.*

Interpretatio. *Si aliquis in libertate positum ad servitium conetur addicere*, *iubet pulsatum ex ordinatione iudicis per populos et per publicum duci*, *ut defensorem sui status inveniat et inventum assertorem per chartam petat a iudice*, *ne silentio ingenuitas opprimatur. Quod si aut ipse sibi adesse aut assertorem non potuerit invenire*, *tradatur domino repetenti ad servitium*, *non ad poenale supplicium: ita ut non per hanc traditionem ex integro spem libertatis amittat*, *nisi quum habuerit locum*, *invento assertore libertatis suae statum asserat legibus audiendus. Quod si tali ordine reparata lite*, *qui pulsantur*, *ingenuos se esse docuerint*, *tunc ille*, *a quo ingenuitas iniuste fuerat appetita*, *tot mancipia his*, *quos ad servitutem vocabat*, *eius aetatis et sexus dare cogatur*, *illis in condemnatione non annumerandis his*, *qui*, *dum causa protrahitur*, *in lite nati esse probantur. Quod si ex his*, *qui ad servitutem vocantur*, *dum per assertorem requirendum aut alia occasione causa protrahitur*, *aliqui moriantur*, *et heredes eorum statum ingenuitatis obtinuerint*, *pro illius persona*, *quae in lite mortua est*, *heredibus suis eius compensatio*, *sicut et pro vivis*, *a pulsante reddenda est. Si vero ille moriatur*, *qui liberos conabatur addicere*, *et filios aut heredes dimittat*, *si persequi voluerint causam*, *quam pater aut auctor inchoaverat*, *et victi fuerint*, *ad supra scriptam satisfactionem tenendi sunt*, *ut alia tot mancipia male pulsatis satisfaciant. Si vero agere noluerint*, *nec persequi eos tentaverint*, *sed etiam in custodiam ab auctore redactos absolverint*, [c]) *erunt a mulctae condemnatione securi*, *quia non in auctoris sui vitio persliterunt. Quod si forte minores sint*, *et tutor eorum vel curator causas eorum adversus ingenuitatem prosequi velit*, *et fuerit superatus*, *ipse de propria facultate ad satisfactionem tenendus est. Si vero post secundam reparationem assertor inventus periculo suo addicti causam crediderit replicandam*, *ut*, *si vincatur*, *peculium aut servitia susceptorum vel ipsos reddere debeat:* [d]) *similiter et ille*, *qui pulsat*, *dato fideiussore promittat se praedictum numerum vel meritum mancipiorum*, *vel quod ab his in peculio reposcit*, *satisfacere*, *quum fuerit superatus.*

2.[e]) *Idem A. ad Maximum Pf. U.* Libertati a maioribus tantum impensum est, ut patribus, quibus ius vitae in liberos necisque potestas permissa est, eripere libertatem non liceret. §. 1. Si quisquam minor venumdatus actum maior administravit, quoniam minoris emtio scientiam non obligat, eum ad libertatem venientem emtionis actusque a maiore administrati praescriptio non tenebit: §. 2. nec vero ille, qui apud quempiam pro servo educatur, ac maior effectus vendenti veluti domino acquievit actuque administrato iam paene extremam relegit libertatem, (quoniam neque maior effectus originem suam noverat, neque eam, quam ignoraverat, venditionem patiens deseruisse iudicandus est) minori similis, eadem emtionis atque actus administrati praescriptione non alligabitur, sed utrique dabitur assertio. §. 3. Paria etiam in libertinis erunt, qui quaestu quodam in eandem rursus servitutem relabuntur. Sed eorum hac exceptione causa distinguenda est, ut, qui impuberes intra annum quartum decimum manumissi ac deinceps in servitio retenti ignorata libertate non utantur, maioresque venumdati actum gerant, ab assertione non arceantur:

**Epit. Aeg.**

Si quis libertum ad servitium conetur addicere, liceat ei una cum ingenuitate sua defensorem sui status quaerere. Quod si aut ipse sibi adesse aut assertorem non potuerit invenire, tradatur domino repetenti ad servitium, non ad poenale supplicium. Quod si libertus postea ingenuum se esse docuerit, tunc ille, a quo iniuste repetebatur, tot mancipia iis, quos ad servitutem vocabat, dare cogatur. Si vero ille, qui repetebatur, mortuus fuerit et heredes eius liberos persequi voluerint, ad supradictam satisfactionem teneantur; si vero post secundam reparationem assertor inventus fuerit et periculo suo liberti causam crediderit replicandam, ut, si vincatur[a]), peculium aut servitia susceptorum vel ipsos reddere debeat; similiter et ille, qui pulsat, dato fideiussore ad satisfactionem tenendus est, quum fuerit[b]) superatus.

**Epit. Suppl. Lat. 215.**

Si aliquis in libertate positos in servitium conetur addducere, si potuerint ingenuitatem suam legibus defensare invento assertore, alia tot mancipia his, quos ad servitutem vocabat, eius aetatis et sexus dare cogatur, illis in condemnatione non annumerandis, qui dum causa trahitur in litem, nati esse probantur. Quod si aliqui ex iis, qui ad servitium vocabantur, dum causa protrahitur, aliqui moriuntur et heredes eorum statum ingenuitatis obtinuerint, pro eius persona, quae in lite mortua est, eius compensatio sicut et pro vivis eius heredibus a pulsante reddenda est. Si autem ille moriatur, qui alios pulsat et heredes sui causam, quam pater inchoaverat, prosequi noluerint, erunt a mulctae[a]) condemnatione securi.

c) Hinc pergitur in cod. 7. Vid. supra c. 2 de Nupt. (III, 7) not. *d.* d) Seqq. partim aliunde hausit interpres. e) c. 2. C. Th. c. 6. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 11—16, 17[a], 18, 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 28, 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—25, 31—33, 35—37; textus et subscr. in codd. 26, 27; solus textus om. in codd. 29, 30, 34, 38—40; sola subscr. in cod. 10. Gloeden l. c. p. 31 putat art. 82 Ed. Th. ex hac interpr. sumtum esse, sed vid. supr. praef.

a) Multi codd. *vincatur.* Aeg. *vindicatur.* Praeterea 48 et 50 *ut si.* Aeg. *aut si.* b) Aeg. add. *etiam.*

a) Cod. *multis.*

## EPIT. GUELPH.

1. Si liberti. ad servicium vocentur ingenuetatem. firmata. quantus. inclinare voluit alius. tantus. petitor. inferre debere.

## EPIT. LUGD.

Lex I. Ut si quis illum, qui in libertate positus est, conetur in servitutem addicere, quod non possit nisi prius ordinante iudice per publicum ad defensorem sui status quaerendum ducatur et per scripturam a iudice petat, ne libertas illius opprimatur et quod si assertor defuerit, domino non ad poenam, sed ad servitium interim tradatur, quousque assertore invento in iudicio litem ex suo statu reparet et quod quum superaverit et liberum se esse monstraverit, pulsator tot illi mancipia dare cogatur eiusdem sexus et aetatis, quot ad servitutem vocabat et quod pro illius persona, quae quum lis tenderetur, mortua est, heredibus eius compensatio, sicut pro vivis a pulsante reddenda sit et quod si pulsator moriatur et filii causam acceptam a patre persequi voluerint, ad satisfactionem suprascriptam debeant teneri tot mancipia illis scilicet in satisfactionem reddenda etc.

## EPIT. MONACHI.

Si quis in libertate positus ad servitium conetur addicere, iudex eum per publicos iubeat duci, ut defensorem sibi inveniat, inventumque assertorem per cartam petat a iudice, ne silentio ingenuitas opprimatur. Quod si aut ipse sibi adesse aut assertorem non potuerit invenire, tradatur domino, non tamen ad supplicium, et si postea invenerit assertorem libertatis suae, asserat legibus audiendus. Et si se tunc ingenuum esse docuerit, ille, qui eum ad servitium iniuste cogebat, tot mancipia, quot ad servitium vocabat, eius aetatis et sexus dare cogatur, praeter eos, qui in eadem lite nasci noscuntur. Quod si, dum lis protrahitur, aliquis ex his, qui ad servitium trahuntur, moriatur et heredes eorum ingenuitatem obtinuerint, similiter ut pro vivo vicario pulsans exsolvat. Si vero ille moriatur, qui liberos conabatur addicere, si heredes eius voluerint causam coeptam persequi et victi fuerint, ad suprascriptam satisfactionem teneantur. Si vero eos persequi noluerint, sed eos a custodia absolverint, erunt et ipsi a mulctae conditione securi. Quod si tutorem aut curatorem habeant, qui causam persequi velit et fuerit superatus, ipse de propria facultate ad satisfactionem teneatur. Si vero assertor post secundam reparationem periculo suo addicti causam crediderit replicandam, ut, si vincatur, peculium aut servitia susceptorum vel ipsos reddere debeat, similiter et ille, qui pulsat, det fideiussorem, ut praedictum numerum vel meritum mancipiorum vel quod ab his in peculium reposcit, satisfaciat, quum fuerit superatus.

## EPIT. S. GALL.

Imp̃ cons̃ data XIIII. kal̃ aũg. *Intp̃.* Quicũq: homo qui lib̃tus[a]) dimissus ẽ. si eũ iterũ aliquis alĩ homo ad serviciũ[b]) declinare voluer̃ hoc ei de p̃sentẽ facere ñ liceat sed ad ipsos lib̃tus inducias det̃ ut[c]) suũ benefactorẽ inquirat qui eos cũ eorũ lib̃tates defendant. qd̃ si ipsũ defensorẽ invenire potuerint ille qui eos in servicio inclinare voluit quanta familia voluit inservire alius tantus[d]) de sua mancipia ad eorũ defensor̃ det et ipsi lib̃ti qui pulsabant liberi ꝑmaneant. Similit̃ qd̃ si pupilli ꝗ in minorẽ aetate tempus sunt[e]) forsitan tutores eorũ alicos livertus in servicio[f]) voluerint si ꝑ legem hoc facere ñ potuerint[g]) sciant se ipsi tutores sic̃ superius de illos alius diximꝰ tanta mancipia de suo ꝓprio dent quãtus lib̃tus[h]) in servicio inclinare voluer̃ et qd̃ si illi homines qui illos lib̃tus ꝑsequebant forsitã dũ int̃[i]) illos livertus in servitutẽ inclinare volebant sed si[k]) mortui fuerint et ipsi lib̃ti se de servicio liberare potuerint licet postea ad ipsos lib̃tus illorũ[l]) heredes ꝗ eos ꝑsequebant ante iudicẽ mittere et ipsũ tenorẽ sic̃ et parentes eorum ut tanta mancipia de suo dent quantus in servicio inclinare voluerunt qd̃ si illi libti ipsa causa ꝑsequere noluerint ad suos ꝑsecutores nullũ fretũ ꝓ tale causa ñ requirat' et qd̃si forsitã ipsi lib̃ti defensores ñ invenerint[m]) nec ipsi se ꝑ nullo modo defendere ñ[n]) potuerint ꝑ pactionẽ iudices ĩ[o]) bonorũ hominũ ñ ad suplicii penas sed ꝑ pacientiã in servicio ad suo dñm̃ revertat̃.

a) 65 add. *factus et.* b) 66 add. *alt̃ homo.* 67 *inclinare.* c) 65 *libertos i. d. et.* 67 *in duas detur — qui eũ c. eius l. defendat — potuerit i. q. eũ.* d) 65 *alios tantos.* 67 *quantos homines conservire voluit alios tantos.* 66 *dent.* e) 67 *quos puls. — minore* (hoc 65) *a. positi sunt.* f) 67 *libertos* (ut 65) *conservire v. s. p. l. eũ f.* 66 *si vel ꝑ.* g) 65 *facere si* (Canciani cj. *non*) *p. sc.* (om. *se*) — *alios.* 67 *alios.* h) 65, 67 *quantos libertos — libertos.* 65 *servitium.* i) 65 om. *inter.* Idem *libertos — volebat.* k) 67 *vol.* (om. *sed*) *si sic.* l) 65 *libertos eorum — tenore — voluerint — causam non.* 67 *libertos — ipsã — v. et qd̃ — ipsã causã p. voluerint — fredum.* m) 67 *habuerint.* n) 67 om. *ñ.* o) 65 *iudices et b. — pacientia.* 67 *ꝑ pagacionẽ iudicis.*

quum illi aetati tributae libertatis ignoratio aut oblivio concessa est. Qui vero memoria firma venditioni post factae non nescius innectitur, huius legis beneficio carebit. §. 4. Et quoniam vicissim etiam ipsis, qui his rem commiserunt, medendum est, si quisquam omnium, qui supra comprehensi sunt, in libertatem proclamaverit, id, quod apud se esse eius, qui se dominum dicit, profitebitur, quoniam de eo non dubitatur, reddi ac referri iudex protinus pronuntiabit. §. 5. Quod vero petitur, si id fuerit negotiatione controversum, per cautionem assertoris, ut alia lege comprehensum est, conservabitur, ac petitio differetur, ut, si fuerit approbata propria libertas, gestarum rerum ab eodem ratio atque omne, quod debebitur, reposcatur, ut servitute depulsus, qui pro domino quondam fuerat, habeat, quod ut servo domini iure largitus est, et quae ex earum rerum quaestu ac fructibus conciliata sunt, et quae de furtivis compendiis obscure capta ac parta sunt, quum liberum esse non oporteat, quod apud servum dominus peculii nomine collocaverat. §. 6. Ea vero, quae testamento aut donatione quaesita sunt, aut quae ex earum rerum emolumentis emta confectaque sunt, eidem ingenuo deputentur. §. 7. Quae tamen universa exacto libertatis iudicio, quo a supra dictis rebus discernuntur, in sequestri esse oportet, ut, his ab utroque deductis atque in medio iure locatis, ad eorum proprietatem uterque contendat. *Dat. XV. Kal. Mart. Thessalonica, Severo et Rufino Coss.*

INTERPRETATIO. *Minor venditus, si post viginti et quinque aetatis suae annos iam maior effectus servierit aut in rebus emtoris actor aut cuiuslibet rei ordinator fuerit constitutus, quum de ingenuitate sua proclamaverit, sine praeiudicio servitii, quod gesserit, audiatur, nec hoc ei praeiudicium generet, quod eius, a quo emtus est, domum aut utilitates in annis maioribus positus visus est ordinasse. Hoc etiam de libertis lex haec praecepit custodiri, ut, qui intra quatuordecim annos fuerint manumissi et actum in maiore aetate positi gesserint patronorum, libertati eorum actus non praeiudicet servitutis, sed quum voluerint, suas aut de ingenuitate aut de libertinitate, intra tempora legibus constituta, proferant actiones. Sic etiam, si quis minor ingenuus a quolibet fuerit educatus et, liberum se esse nesciens, fuerit a nutritore distractus et actum vel utilitatem illius, a quo emtus est, ut servus gesserit, priusquam triginta annorum praeiudicio teneatur, potestatem habeat reclamandi, et quasi minor is, priusquam tempora suppleantur, amissam recipiat libertatem. Quicquid vero eis ille, a quo emti sunt, vel tradidit vel donavit vel quaecunque ex rei suae administratione profecit, totum retinendi ac revocandi habeat potestatem. Si vero huiusmodi personis aliquid a quibuscunque aliis aut testamento aut donatione collatum est, id solum sibi iam liberi vindicent: nam quod de re patroni libertus vel emtoris ingenuus, dum serviret, profecit, libertati redditus libertus patrono, ingenuus emtori restituat. Hi vero, qui in annis maioribus constituti sunt, scientes se esse ingenuos vel libertinos, si vendi acquieverint, in ea, ad quam scientes sua voluntate transeunt, servitute permaneant.*

[EPIT. AEG.] Si minor venditus post viginti quinque annos de ingenuitate sua reclamaverit, sine praeiudicio servitii, quod gesserit, audiatur. De libertis vero, qui post manumissionem patronorum servitium fecerint, quum voluerint, intra tempora constituta de eorum ingenuitate aut libertate suas proferant actiones libertatique eorum actus servitutis non praeiudicet. Si quis infantem nutrierit et liberum esse nesciens ipsum distraxerit, potestatem habeat reclamandi intra tempora constituta. Quicquid a quibuscunque aliis personis ei collatum est, sibi vindicet. Qui vero in annis maioribus ingenui vel liberti se vendi acquieverint, in ea servitute perdurent.

[EPIT. SUPPL. LAT.] B. Si minor venditus post XXV annos de ingenuitate sua reclamaverit, audiatur et si ipse libertus ordinatus fuerit actor, suae non praeiudicat libertati.

3.[f]) *Idem A. ad Bassum Pf. P.* Legis promulgatio, quae per sedecim annos bona fide in libertate durantes contra eos, qui inquietant, praescriptione defendit, non opitulatur his, qui ex ancillis matribus et ingenuis patribus orti per id tempus in libertatis affectu cum parentibus perdurarint, quandoquidem, nullo praecedente iusto legitimae possessionis initio, usurpatio libertatis nuda iactetur, quum neque redemtio a servitute neque vicarii traditio servuli vel peculii assignatio valeat demonstrari; qui tituli possint famulatus nexibus liberare eum, qui convenitur, si quo ex iis genere usus in libertate esset per annos sedecim demoratus. Iure enim communi maternam conditionem natum sequi necesse est, ita ut, etsi herilem lectulum ancilla adscenderit, non liberorum domino, sed servorum partum suscipiat. *Dat. prid. Kal. Mart. Basso et Ablavio Coss.*

INTERPRETATIO. *Lex aliquando fuerat promulgata, ut, si quis sedecim annos sine ulla molestia, nullo repetente vel pulsante, vixisset, et postea in servitium non veniret. Sed hoc illis prodesse non poterit, quos de ingenuis patribus et colonis mulieribus vel ancillis constiterit procreatos, nisi forte patres eorum pro filiorum capite dominis, quorum ancillas in consortio habent, aut vicaria mancipia cum peculiis aut redemtionem status eorum solverint. Si vero patres hoc se persolvisse non doceant, non poterunt matrum conditionem mutare, aut mancipia dominis deperire, etiamsi de propriis dominis nascantur,* [g]) *nisi per manumissionem servili conditione carere non possunt.* [h]) *Si quis in libertate positus ancillam sibi copulaverit in coniugium, si filii ex ipsis nati fuerint, origo matrem sequatur: simili modo, si liberta servum duxerit maritum, agnatio servum sequatur, quia ad inferiorem personam vadit origo.*

[EPIT. AEG.] Si de ingenuo patre et matre colona vel ancilla infantes nati fuerint, matrum dominis non poterunt mancipia deperire, nisi pater vicaria mancipia cum peculiis domino solvat, etiam si de propriis dominis nascantur, nisi per manumissionem.

[EPIT. SUPPL. LAT.] Si ingenuus colonam aut ancillam acceperit, si vicaria mancipia non dederit, hoc erunt filii, quod et matres eorum. Quod si ancilla de proprio domino conceperit, filii sui sine manumissione liberi esse non possunt.

f) c. 3. C. Th. c. 7. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17[a], 18, 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 28, 42—44; inscr. et textus in codd. 21—25, 31—33, 35—37; textus et subscr. in codd. 26, 27; solus textus om. in codd. 29, 30, 34, 38—40. Interpr. in plerisque codd. et ap. Sich. mutila est. g) Seqq. des. in cod. 19. h) Seqq. des. in codd. 1, 2, 4, 5, 7—10, 12, 15, 18, 22, 23, 25—40, ap. Sich. et in vett. libr. ap. Gothof.; des. etiam in epitt. Br. Al. praeter epit. Monachi. In cod. 43 sola proferuntur, antecedentibus omm. In cod. 14 gravis h. l. confusio est, quae tamen non aliena est a Go. opinione, haec vv. ad constitutionem aliquam deperditam referentis. Etenim in cod. 14 post vv. *non possint* primo loco ponitur rubrica *Si quis in libertate positus*, sequitur deinde post hanc rubricam inscriptio c. 4 (5) h. t., quasi nova lex incipiat; pro textu autem legis proferuntur vv. interpretationis *Ancilla—origo* et pro interpretatione statim post v. *origo* ipsa legis 4 (5) h. t. verba.

II. Si minor. ingenuus. sit. vindeditus. aut a quolibet educatus. vel actum egerit ut*) servicium ꝑiudiciũ ingenuetatis. non in. curri debebit.

Lex II. Ut si minor venditus et post XXV. annum iam maior factus servierit aut cuiuslibet rei curator aut ordinator fuerit constitutus, quod quum de ingenuitate sua proclamaverit, sine praeiudicio servitii, quod gesserit, audiri debeat et quod libertis, qui intra XIV. annum a patronis manumissi sunt, si actum patronorum in maioritate positi gesserint, actus servitutis non praeiudicet; et quod quum minor ingenuus a quolibet fuerit educatus, liberum se esse nesciens, si a nutritore distrahatur et actum illius, a quo emtus est, sicut servus gesserit, quod habeat potestatem reclamandi, priusquam praeiudicio XXX annorum teneatur etc.

a)Minor venditus, si post vicesimum quintum aetatis suae annum, quum de ingenuitate sua reclamaverit, sine praeiudicio servitii, quod gessit, audiatur. b)Liberti, qui intra XIIII annos fuerint manumissi et actum in maiore c) aetate gesserint patronorum, libertatem *eorum actus non* praeiudicet servitutis, sed quum voluerint, intra legitima tempora suas proferant actiones. d)Si minor ingenuus a quolibet fuerit educatus et liberum se esse nesciens fuerit a nutritore distractus, priusquam XXX annorum praeiudicio teneatur, potest reclamare et recipere amissam libertatem. Quicquid vero ei, a quo emtus est, donatum fuerit vel ex rei suae administratione profecit, qui dedit vel ex cuius administratione percepit, sibi revocet. Ea vero, quae ab aliis hominibus data ei fuerint, id solum; qui ingenuitatem recipit, sibi vindicet, nam quod de re patroni libertus proficit, patrono est, quod emtus ingenuus, dum servit, de re emtoris sui proficit, emtori suo est, quod proficit. e) Qui vero in annis maioribus sunt et sciunt se ingenuos vel libertos, si se vendere acquieverint, in servitio permaneant.

*Ĩt alia. Intp̃.*p) infans ꝗ in minoré aetatẽq) si venditus fuerit licet ei post XXV annus aetate sue de sua ingenuitatẽ ꝓclamarer) debet ut ante XXX anñ se de servicio liberet sis) hoc fecerit sine omni p̃cio se de servicio liberare potẽ. nã post XXX annus hoc facere ñ potẽ et si *forsitã* ille *qui* eũ *conparavit* aliquo *acto*t) aut in publico aut in suas res ei dederit ꝑinde suã ingenuitatem ñ ꝑdetu) et si forsitã aliquidv) ei ille ꝗ eũ conparavit sine carta donaverit totũ ipse recipiat cui antea servus fuit. nã si ei aliquid ꝑ cartam donavit quantũ in ipsa carta contenet hoc sibi vindicavit similiť et libtus si infra XIIII anñ ingenuus fuerit dimissus et cũ in plena aetatẽ vennerit si alico acto patronorũ suorũ fecerit ꝑinde suã libtaté ñ ꝑdat sed quando voluerit ad suã libtatẽ revertat similiter si aliquis infantẽ ingenuũ nutrieret et ipse infans se ingenuũ ẽẽ ñ saperetx) et si ille qui eũ nutriity) ipsũ infantẽ vindiderit et si forsitan ille qui eũ conparavet aliquo actoz) illi dederit si voluerit ipse infans ante XXX anñ de sua ingenuitatẽ reclamare potẽ.

III. Sed qui de ancilla nascitur et ingenuo nisi manúmissus. aut comudatus. fuerit. servus. é GR. ʔ VI· Ł III.b)

Lex III. Ut lex promulgata olim fuerit, si XVI annos quis nullo pulsante sine molestia vixisset, quod postea liber manere posset, quae lex illis prodesse non possit, qui de ingenuis patribus et colonis vel ancillis matribus procreati fuerint, nisi redemtio subvenerit, quoniam conditionem maternam sequantur.

f)Lex antiqua fuit, ut, si quis XVI annos nullo repetente ad servitium vixisset ingenuus, ad servitium nong) veniret. Sed hoc illis prodesse non poterit, quos de *ingenuis patribus et colonis* vel ancillis matres habent, nisi forte ipsae matres eorum aut redemtae aut vicariatae fuerint: aliter non poterunt conditionem matris mutare, etiamsi de propriis dominis nascantur, nisi per manumissionem. h)Si quis liber ancillam sibi copulaverit, origo matrem sequatur. Simili modo si liberta servum duxerit maritum, ad inferiorem personam vadit origo.

*It alia Intp*a) lex aliquando fuerat ut qui XVI anñ sine omne inqetudinẽ ingenuus ꝑmansit postea ad serviciũ ñ veniretb) sed nos hoc valere non ꝑmittimus. si ingenuus omo in alterius colona aut in codidiana ancilla infantes generaverit licet pater eorũ ingenuus sitc) ipsos infantes ad ingenuitatẽ trahere ñ potẽ. nec illa colona nec illa ancilla quẽ de illas in coniugio p̃sitd) unde illos infantes generavit nissie) ꝓ illos alia mancipia veccaria dederit aut si cũ preciũ estatusf) eorum reddimere si hoc ñ fecerint et ipsi infantes et matres eorum servi eorũ ꝑmanebunt cuius ancillas ante fuerunt similiť et si ꝓprii dñi in suasg) ipsorũ ancilas infantes generaverint nec ipsi nec matres eorũ ingenui ẽẽ ñ possunt nisi ꝑ libtatẽ dimissi fuerint.h)

*) Est pro *vel*. b) C. Gr. tit. VI. c. 3. Om. c. 4.

a) 64 add. *De Ingenuis Venditis*. b) 64 add. *De Libertis*. c) 62, 63 *minore*. d) 64 add. *De Ingenuo Educato et Distracto*. e) 64 add. *Qui Se Vendere Permittit*. f) 64 add. *De Ingenuitate*. g) 62 om. *non*. h) 64 add. *Qui Ancillae Se Iungit*.

p) 67 om. *Intp̃*. q) 67 add. *est*. 65 *minore*. r) 65 *annos aetatis* (ita etiam 67, qui *de suá*)—*reclamare*. 66 *debent*. s) 65 *et si*. t) 65 *alium acto*. 66 *alimacto*. 67 *aliquo acto*. u) 65 *perdit*. v) 65 *alii quod*. 66 *alii qd*. Supra 67 *omnẽ preciũ*—*sua* et infra *aetate venerit*—*nutrierit*. Etiam 65 *nutrierit*. x) 67 *sciret*. y) 65, 67 *nutrivit*. z) 65 *alio acto* et 66 *alimacto*. 67 *aliquo actu*. 65, 67 *comparavit*—*suam*. a) 67 om. *Intp*. Idem *omnẽ*—*servicio*. 65 *inquietudine*. b) Ita 65. 66 *veniet* et 67 *veniebat*—*ancillã*. c) 65 *sed*. d) Ita 66. 65 *prese*. 67 *accepit*. e) 65 *nisi si*. f) 65 *status*. 67 *statos*. Antiqua est orthograph. g) Ita 65 et 67; 66 *inscias*. Infra 65 *inieneraverint*. h) c. seq. h. t. deest.

(4.)[i]) *Idem A.* . . . . . . Si post assertionem defensionemque ordinatam alius in iudicium acciri petiverit, assertio quidem et defensio inter omnes ordinetur, ipse vero tot mancipia, quot petebat, fisco cogatur inferre. Quod si assertor defecerit, vel praedictam mulctam agnoscat, vel si per inopiam id implere non possit, in metallum detrudetur. Eadem circa minorum defensores, quum liberalis causa agitur, forma servanda etc. *Dat. VII. Kal. Nov. Constantinopoli, Pacatiano et Hilariano Coss.*

Interpretatio. *Si post assertionem defensionemque dispositam alius in iudicium, qui se dominum dicit, petierit exhiberi, inter omnes quidem ordinabitur assertio, sed ipse ad certam poenam tenebitur. Idem et in assertore vel defensoribus minorum.*

4. (5.)[k]) *Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius AAA. Rufino Pf. P.* Si cui super statu suo quaestio moveatur, qui diuturno tempore, hoc est per viginti annorum spatia in libertatis possessione duravit, vel quem asserant suffragia munerum et privilegia meritorum, quive iis praesentibus, qui dominos se esse contendunt, in hominum erit celebritate versatus, nulla ei dandi assertoris necessitas imponatur, sed liber assistat et statum suum ipse tueatur, calumniantem repellat, redarguat persequentem, ne fluctuet dubius, si de alieno necesse habebit pendere fastidio. De aliis vero, quos nec honor aliquis, nec superscriptione praedicti temporis privilegium militare defendit, antiqui iuris forma servetur. *Dat. IV. Kal. Oct. Constantinopoli, Theodosio A. III. et Abundantio Coss.*

Interpretatio. *Qui viginti annos non occulte, sed publice in libertate duraverint et aliquid officii vel militiae, praesente et tacente petitore, gesserint, assertorem quaerendi eos necessitas non manebit, sed ipsi per se, si voluerint, adversus petitorem, quod libertati eorum competit, exsequentur. Circa alios vero, qui nescientibus dominis latuerint, prioris legis ordo servabitur.*

[Epit. Aeg.] Qui viginti annos non occulte, sed publice in libertate duraverint et aliquid officii vel militiae praesente et tacente petitore gesserint, assertorem quaerendi eis necessitas non manebit, sed ipsi per se, quod eorum libertati competit, exsequantur. Circa alios vero, qui nescientibus dominis latuerint, prior legis ordo servabitur.

[Epit. Suppl.] Qui viginti annos in libertate duraverint, non occulte, sed publice, et aliquid officii vel militiae praesente et tacente petitore gesserint, assertorem quaerendi eis necessitas non manebit. Circa alios vero, qui nescientibus dominis latuerint, prioris legis ordo servabitur.

## TITULUS IX.[a]) DE HIS, QUI A NON DOMINO[b]) MANUMISSI SUNT.

[Epit. Aeg.] TIT. IX.*) DE HIS, QUI NON A DOMINO MANUMISSI SUNT.

[Epit. Suppl.] TIT. IX. DE HIS, QUI NON A DOMINO MANUMISSI SUNT.

1.[c]) *Imp. Constantinus A. ad Bassum.* Si a non dominis libertas detur mancipio alieno, si quidem ab his iudicibus impetrabitur, quibus dandi ius est, sine ulla trepidatione poenae facilis dissolutio est. Si vero iubentibus nobis quicquam lege actum esse doceatur, et non dominus, ut alienum mancipium manumitteretur, petiisse, tunc eodem, qui in conspectu nostro libertatem monstrabitur consecutus, ei protinus, ad cuius proprietatem pertinet, restituto, is, qui mancipium alienum fallendo principis conscientiam manumisit, mancipia duo cogatur domino eius dare, cuiusmodi sexus, aetatis atque artis constiterit esse manumissum, et alia tria fisco eademque ratione similia. Quae mulcta non semper imponitur, sed potius conquiescit, si forte manumissus inferentem sibi quaestionem status obiecta legitima praescriptione potuerit excludere; quum sibi amissi mancipii damna debeat imputare, qui in perniciem suam gesta taciturnitate firmaverit. *Prop. Id. Iul. Constantino A. V. et Licinio Caes. Coss.*

Interpretatio. *Si aliquis mancipium manumittere praesumserit alienum et id sub praesentia principis vel in ecclesia fecerit, hac poena tenebitur, ut et manumissus a domino revocetur, et alia duo mancipia eiusdem aetatis aut sexus aut certe artificii, quod ille, qui est manumissus, scierit, dare cogatur. Si vero ille, qui manumissus dicitur, repetentem dominum sub hac praescriptione superaverit, ut iam firmitatem status sui temporibus tueatur, tunc ille, qui manumisit, non est constringendus ad poenam, dum ille, qui repetit, praeiudicium domini sui incurrerit aut taciturnitate nutrierit.*

[Epit. Aeg.] Si quis in ecclesia aut sub praesentia principis mancipium manumiserit alienum, et manumissum reformet domino et[a]) alia duo mancipia e dare cogatur.

[Epit. Suppl.] Si quis in ecclesia aut sub praesentia principis mancipium manumiserit alienum, et manumissum reformet domino et alia duo mancipia ei dare cogatur.

## TITULUS X.[a]) DE LIBERTIS ET EORUM MORIBUS.

[Epit. Aeg.] TIT. X.[a]) DE LIBERTIS ET EORUM LIBERIS.

[Epit. Suppl.] TIT. X. DE LIBERTIS ET EORUM LIBERIS.

1.[b]) *Imp. Constantinus A. ad Concilium Byzacenorum.* Libertis ingratis in tantum iura adversa sunt, ut, si quadam iactantia vel contumacia cervices erexerint aut levis offensae

i) (c. 4.) C. Th. *c.* 8. Tota c. una cum interpr. deest non solum in omnibus, quos examinavi codd., verum etiam ap. Sich. et Til.; quare ab initio in Br. Al. non videtur fuisse, sed postea addita esse. Ex quo fonte a Cuiacio hausta sit, non indicatur. k) c. 4. (5.) C. Th. *c.* 9. Br. Al. Sich. Til. *c.* 4. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17ª, 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 25, 43; inscr. et textus in codd. 21—24, 31, 35—37; textus et subscr. in codd. 26—28; solus textus om. in codd. 29, 30, 32—34, 38—40; sola interpr. in cod. 19.

a) Tit. IX. C. Th. *Tit. IX?* b) Ita 2, 5, 6, 9, 14; rell. codd. Sich. Til. *qui non a domino.* c) c. 1. C. Th. *c. un.?* Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17ª, 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 43, 45; inscr. et textus in codd. 21—25; textus et subscr. in codd. 26—28, 38, 40; solus textus om. in codd. 29—37, 39; sola interpr. in cod. 19. Interpr. erravit et om. explicare, quae sunt in lege.

a) Tit. X. C. Th. *Tit. X?* In omnibus, quos inspexi, codd., ap. Sich. et Til. hic tit. ex una tantum i. e. prima constat lege, sed inde a prima Cuiacii C. Th. editione ex tribus constitutionibus. L. Vis. V, 7, cap. 9—12, 20. b) c. 1. C. Th. *c.* 1. L. Burg. Tit. 40. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17ª, 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 43, 45; inscr. et textus in codd. 21—25; textus et subscr. in codd. 26—28; solus textus om. in codd. 29—40; sola interpr. in cod. 19.

*) Aeg. *Tit. X.* Falso enim ad mediam c. 1 tit. VIII. de Liberali causa in m. positus est numerus *Tit. IX.* a) Codd. add. *et*, quod v. Aeg. om.

a) Aeg. Tit. *XI.* et seq. h. c. *Tit. XII. De Vectigalibus et Comm.*

| EPIT. GUELPH. | EPIT. LUGD. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|
| IIII Qui viginti annus. petitore psente. in libertate permanserunt per se respondere possunt. | Lex IV. Ut qui XX annos non occulte, sed publice in libertatem duraverint vel alicuius officii gradum petitore tacente gesserint, quod eis quaerere assertorem necessitas minime maneat, sed ipsi per se, si voluerint, quod libertati eorum convenit, possint exsequi. | [i]) Qui viginti quinque annos publice in libertate duraverit et aliquid officii vel militiae[k]) praesente vel tacente petitore gesserit, assertore non indiget, sed ipse per se[l]), si voluerit, quod libertati suae competit, exsequatur. Circa eos vero, qui dominos latuerint, prior lex servabitur. *Dat. VI. Kal. Oct. Theodosio A. et Abundantio Coss.* | *It. alia. Intp.* Qui p XX[hh]) ann n occulte sed psente omnib; liber fuerit si forsitan alico acto publicu fecerit aut milicie locu habuerit si hoc tacente patronu sic pmansit postea ad serviciu n adicat'[i]) similit et illi qui nescientes patronos suos sic[k]) latuer. |
| VIII[a]) DE HIS QUI NON A DOMINO MANUMMISSI SUNT. | TIT. IX. DE HIS, QUI NON A DOMINO.[a]) | VIIII. DE HIS, QUI NON A DOMINO MANUMISSI SUNT. | VIIII DE IS[a]) QUI Ñ A SUO DÑO MANUMISSI S. |
| Recepto eo. alia duo mancipia. manumissor. domino cogendus. exsolvere. pl' III' ꝛ V I' Ł' I.[b]) | Ut si praesumserit quicunque alterius servum vel sub praesentia principis vel in ecclesia manumittere, quod manumissus a domino revocari debeat et ille, qui sic praesumsit, duo mancipia eiusdem sexus, aetatis atque artis domino persolvere et quod si is, qui manumissus est, statum suum temporibus tueri potuerit, qui manumisit, non sit constringendus ad damnum. | Si quis alienum mancipium manumiserit vel ante principem aut in ecclesia, manumissus a domino revocetur et[a]) alia duo mancipia eiusdem aetatis aut sexus vel artificii, qui manumisit, exsolvat. Si vero ille, qui manumissus est, statum suum temporibus legitimis tueatur, ille, qui manumisit, non est constringendus ad poenam. *Dat. Id. Iul. Constantino A. et Licinio Coss.* | Imp. cons[b]) data pri. id. iul. *Intp.* Si quis homo q alterius mancipiu. aut in aeclesia aut ante principe ingenuu dimiserit ille libtus ad serviciu revertat' et ille q eu p sua psucione ingenu dimisit. duos alterus[c]) tales mancipius quales ille fuit et cu tale opera quale ille facere potuit que ingenuu dimisit ad suu dnm reddat et qd si ipse mancipius que ingenuu dimisit[d]) si se ipse de suo dño aut p longu serviciu aut p qualecuq: alia causa liberare potuerit ille q eu ingenuu dimisit p tale causa nihil conponat. |
| X. DE LIBERTIS ET EORUM LIBERIS. l' II. ꝛ XX II.[a]) | X. DE LIBERTIS. | X. DE LIBERTIS ET EORUM LIBERIS. | X DE LIBTIS ET EORU LIBRIS*). |

EPIT. GUELPH.: a) Errore pro *IX*. Vid. tit. seq. b) Num Paul. IIII, 11, 1 an III, 6, 13? a) An Paul. II, 20, 6?

EPIT. LUGD.: a) In m. cod. *Pauli Lib. III aera V* (intell. P', 6, 13) *et Lib. IIII aera XI.*

EPIT. MONACHI.: i) 64 add. *De Libertate.* k) 62, 63 *officium militiae.* l) 63, 64 om. *per se*, 62 subscriptionem. a) 62 add. *pro.* Infra om. subscript.

EPIT. S. GALL.: hh) 67 (om. *Intp.*) *XXX.* 65 *presentem* et 65, 67 *militiae — patrono.* i) i. e. *adigatur.* 67 *servicio.* k) 65 om. *sic.* a) 65, 67 *his*, sed 65 h. l. om. *De his.* Praeterea 65 *domino suo.* 67 *suo domino manu dimissi.* 66 *su* pro *suo.* b) Hic 65 add. *De his.* c) 67 *alteros.* 65 *alios* et supra *ecclesia a. a. principe.* 65, 67 *marcipios qualis.* d) 67 *qui ing. dimissus est.* *) 65 *liberis.*

contraxerint culpam, a patronis rursus sub imperia ditionemque mittantur. *Dat. VI. Kal. Aug. Coloniae Agrippinae, Pacatiano et Hilariano Coss.*

INTERPRETATIO. *Quaecunque persona servilis a domino suo fuerit consecuta libertatem, si postea superbire coeperit aut patronum, id est manumissorem suum laeserit, amissa libertate, quam meruit, in servitium revocetur.*

(2.) [c]) *Impp. Honorius et Theodosius AA. Consulibus, Praetoribus, Tribunis plebis, Senatui suo salutem dicunt. Post alia:* Liberti adversus patronos non modo non audiantur, verum etiam eandem, quam patronis ipsis, reverentiam praestent heredibus patronorum, quibus ingrati actio sicut ipsis manumissoribus deferetur, si illi, datae sibi libertatis immemores, nequitiam receperint servilis ingenii. §. 1. Quod si delatores accusatoresve manumissorum heredumve esse praesumserint, eodem, quo servi, supplicio tenebuntur, luituri poenas ante adhibitae delationis exordium etc. *Dat. VIII. Id. Aug. Ravennae, Asclepiodoto et Mariniano Coss.*

INTERPRETATIO. *Libertos non solum contra patronos, sed et contra patronorum heredes audiendos non esse: ingratos etiam ab heredibus in servitutem revocari: delatores etiam contra patronorum heredes, antequam audiantur, puniendos.*

(3.) *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Basso Pf. P. Post alia:* Libertinae conditionis homines nunquam ad honores vel palatinam adspirare militiam permittimus. Sane hanc distinctionem volumus custodiri, ut ex manumissis nati ad locum usque proximum protectoris (licitum nullatenus) adire mereantur ita, ut patronis patronorumve heredibus reverentiae privilegia conserventur. Nam si militantes etiam docebuntur ingrati, ad servitutis nexum procul dubio reducentur. Ipsos vero, qui manumissi sunt, nulla ratione ad ullum, quamvis humilis, militiae locum sinimus admitti. *Dat. III. Kal. April. Ravennae, Theodosio A. XII. et Valentiniano A. II. Coss.*

INTERPRETATIO. *Libertos ad nullos honores militiamque adspirare · eorum filios ingenuos usque ad protectoris locum posse conscendere: etiam militantes ingratos in servitutem revocari.*

## TITULUS (XI.) [a]) AD SC. CLAUDIANUM.

1. [b]) *Imp. Constantinus A. ad Probum.* Si quae mulieres liberae vel a servis vel a quolibet alio vim perpessae contra voluntatem suam servilis conditionis hominibus iunctae sint, competenti legum severitate vindictam consequantur. §. 1. Si qua autem mulier suae sit immemor honestatis, libertatem amittat, atque eius filii servi sint domini, cuius se contubernio coniunxit. Quam legem et de praeterito custodiri oportet. *PP. Kal. April. Volusiano et Anniano Coss.*

INTERPRETATIO. *Per vim contra voluntatem servo iuncta alieno et vindictam consequitur. Si vero sponte fit ancilla, et eius filii servi sunt.*

2. *Idem A. . . . . . . Dat. V. Kal. Febr. Gallicano et Basso Coss.*

INTERPRETATIO. *Septem testibus, civibus Romanis, praesentibus, tertio ex SC. Claudiano denuntiandum.*

3. *Idem A. ad Populum.* Quum ius vetus ingenuas fiscalium servorum contubernio coniunctas ad decoctionem natalium cogat, nulla vel ignorantiae venia tributa vel aetati, placet, coniunctionum quidem talium vincula vitari: sin vero mulier ingenua, vel ignara, vel etiam volens, cum servo fiscali convenerit, nullum eam ingenui status damnum sustinere; sobolem vero, quae patre servo fiscali, matre nascetur ingenua, mediam tenere fortunam, ut servorum liberi et spurii liberorum Latini sint, qui, licet servitutis necessitate solvantur, patroni tamen privilegio tenebuntur. Quod ius et in fiscalibus servis et in patrimoniorum fundorum origine coërcentes, et ad emphyteuticaria praedia, et quae ad privatarum rerum nostrarum corpora pertinent, servari volumus. Nihil enim rebus publicis ex antiquo iure detrahimus, nec ad consortium huius legis volumus urbium quarumcunque servitia copulamus: ut civitates integram teneant interdicti veteris potestatem. Si vel error improvidus vel simplex ignorantia vel aetatis infirmae lapsus in has contubernii plagas depulerit, haec nostris sanctionibus sint excepta. *Dat. VI. Kal. Febr. Serdica, Constantino A. VII. et Constantio Coss.*

INTERPRETATIO. *Ingenua, quae se fiscali servo iunxerit, sive sciens sive ignara, ipsa manebit libera; filii vero eius et Latini et spurii erunt, qui, quamvis liberi sint, iuri tamen obtingunt patronorum. Idem est, et si servo emphyteuticario se sociarit ingenua vel patrimoniali aut ex privata re principum; excepto iure reipublicae, quod lex praesens voluit observatum.*

4. [c]) *Imp. Iulianus A. Secundo Pf. P.* Senatusconsultum Claudianum firmum esse censemus, omnibus constitutionibus, quae contra id latae sunt, penitus infirmatis, ut libera mulier, sive procuratori sive actori privato sive alii cuilibet servili conditione polluto fuerit sociata, non aliter libertate amissa nexu conditionis deterrimae adstringatur, nisi trinis fuerit denuntiationibus ex iure pulsata. Quod quidem circa privatas personas convenit observari; nam eas mulieres, quae fiscalibus vel civitatis servis sociantur, ad huius sanctionis auctoritatem minime pertinere sancimus. *Data et PP. in Foro Traiani VIII. Id. Dec., Mamertino et Nevitta Coss.*

INTERPRETATIO. *SC. Claudiani auctoritas confirmatur etiam circa eas, quae procuratoribus et privatorum iunguntur, exceptis his, quae servis fiscalibus vel civitatum sociantur.*

5. [d]) *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Secundum Pf. P.* Si apud libidinosam mulierem plus valuit cupiditas quam libertas, ancilla facta est non bello, non praemio, sed connubio, ita ut eius filii iugo servitutis subiaceant. Manifestum est enim, ancillam esse voluisse eam, quam liberam esse poenituit. *Dat. prid. Non. April. Treviris, Gratiano N. P. et Dagalaipho Coss.*

INTERPRETATIO. *Si mulier ex contubernio servi fiat ancilla, filii quoque eius servi erunt.*

6. [e]) *Impp. Arcadius et Honorius AA. ad Anatolium Pf. P. Illyrici.* Cuncti provinciales agnoscant, nisi trinis denuntiationibus liberae feminae servorum consortiis arceantur, nullo modo posse eas ad servitium detineri. *Dat. II. Non. Mart. Constantinopoli, Honorio A. IV. et Eutychiano Coss.*

INTERPRETATIO. *Sine trina denuntiatione mulier servo iuncta non fit ancilla.*

c) c. 2 et 3 desunt in omnibus codd. et ap. Sich. Til.; quum interpretationes habeant, retinui has leges. Primum autem editae sunt in Cui. prima C. Th. editione, ex qua in posteriores edd. transierunt. Unde Cuiacius eas desumserit, nescio equidem, neque tamen dubito, quin ex eodem codice editae sint, cui Cuiacius tit. ad Sc. Claudianum acceptum refert, codicem opinor P. Pithoei.

a) Tit. (XI.) C. Th. *Tit. XI?* Hic titulus deest in omnibus, quos vidi, Br. Al. codd. et apud Sich. Til. Primum addito numero *IX.*, quem etiam seqq. edd. usque ad Be. habent, editus est a Cuiacio in prima C. Th. editione, ubi septem h. t. const. sunt, quarum quintam Be. delevit. Ex Taurinensi cod. a Peyrono duae constt. adiectae sunt. Vesm. totum titulum a Breviario alienum esse putat. Idem existimat Richardus de Maubeuge, de ratione qua Visigothi Gaii Institutiones in epitomen redegerint. Lips. 1842. 4. L. Vis. III, 2, 3. b) c. 1—3. C. Th. *c.* 1—3? c) c. 4. C. Th. *c.* 6? d) c. 5. C. Th. *c.* 7? e) c. 6. C. Th. *c.* 8?

| EPIT. AEG. | EPIT. SUPPL. LAT. 215. | EPIT. GUELPH. | EPIT. LUGD. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|---|---|
| Si libertus manumissorem laeserit, in servitium revocetur. | Si libertus manumissorem laeserit, in servitium revocetur. | I. Superbus. et ingratus. libertus. ad servicium revocari. | Ut[a]) si servilis persona a domino libertatem fuerit consecuta et postea superbire coeperit aut manumissorem suum laeserit, quod in servitium iterum cogi debeat. | Si quis a domino suo consequitur libertatem et postea superbierit et patronum, id est manumissorem suum laeserit, amissa libertate in servitium revocetur. *Dat. VI. Kal. Aug. Patiano et Hilariano Coss.*[a]) | Imp̄ cons̄ data VI. kal̄. aūg. *Intp̄*. Si quis quicūq:[a]) homo qui lib̄tus dimissus ē si forsitā postea contra suum patronū sup̱bus factus fuerit aut si eū[b]) aliq̱d sua malicia leserit amissa lib̄tatē ad serviciū revocet'[c]). |
| | | | a) In m. cod. *Bizantus ante que nunc Constantinopolim quam ipse condidit.* | a) Subscript. deest in 62. — c. 2 et 3 desunt. | a) 65 *Si quiscumque.* 67 om. *quis.* b) 67 om. *eum.* c) Ita 66. 65 et 67 *revertatur.* Rell. h. t. c. desunt. |

## TITULUS XI. (XII.)[a] DE VECTIGALIBUS ET COMMISSIS.

1.[b] *Imp. Constantinus A. ad Iunium Rufum Consularem Aemiliae.* Penes illum vectigalia manere oportet, qui superior in licitatione exstiterit, ita ut non minus quam triennii fine locatio concludatur, nec ullo modo interrumpatur tempus exigendis vectigalibus praestitutum. Quo peracto tempore, licitationum iura conductionumque recreari oportet, ac simili modo aliis collocari; capitali sententia subiugando, quem plus aliquid, quam statutum est, a provincialibus exegisse constiterit. *Dat. Kal. Iul. Crispo II. et Constantino II. Coss.*

Interpretatio. *Vectigalia*[c] *sunt, quae fisco vehiculorum subvectione praestantur, hoc est aut in litoreis locis navibus aut per diversa vehiculis merces deportant, cuius rei conductelam apud strenuas*[d] *personas triennio esse praecipit, et continuo hanc exactionem aliis iterum permittendam, qui maiorem summam praestationis obtulerint. Ex qua conductione aut exactione, si quis plus, quam praeceptum fuerit, exigere tentaverit, ita ut mercatorem vel provincialem sub hac exactione gravare coeperit, periculo capitis se noverit esse damnandum.*

**TIT. XI.[a] DE VECTIGALIBUS ET COMMISSIS.**

Vectigalia sunt naves, carra vel reliqua vehicula, quae fisco praestantur. Quod si exactor plus, quam praeceptum fuerit, exegerit, capite puniatur.

## TITULUS XII. (XIII.)[a] DE ACTIONIBUS CERTO TEMPORE FINIENDIS.

1.[b] *Imp. Theodosius A. Asclepiodoto Pf. P.* Sicut in rem speciales, ita ad universitatem ac personales actiones ultra triginta annorum spatium minime protendantur. Sed si qua res vel ius aliquod postuletur, vel persona qualicunque actione vel persecutione pulsetur, nihilominus erit agenti triginta annorum praescriptio metuenda: eodem etiam in eius valente persona, qui pignus vel hypothecam non a suo debitore, sed ab alio possidente nititur vindicare. Nam petitio finium regundorum in eo scilicet, quo nunc est, iure durabit. §. 1. Quae ergo ante non motae sunt actiones, triginta annorum iugi silentio, ex quo competere iure coeperunt, vivendi ulterius non habeant facultatem. Nec sufficiat precibus oblatis speciale quoddam, licet per annotationem, meruisse responsum vel etiam iudiciis allegasse, nisi, allegato sacro rescripto aut in iudicio postulatione deposita, fuerit subsecuta conventio. In eandem rationem illis procul dubio recasuris, quae post litem contestatam, in iudicium actione deducta habitoque inter partes de negotio principali conflictu, triginta denuo annorum devoluto curriculo, tradita oblivioni ex diuturno silentio comprobantur. §. 2. Non sexus fragilitate, non absentia, non militia contra hanc legem defendenda, sed pupillari aetate duntaxat, quam diu sub tutoris defensione consistit, huic eximenda sanctioni. Nam quum ad eos annos pervenerit, qui ad sollicitudinem pertinent curatoris, necessario ei, similiter ut aliis, annorum triginta intervalla servanda sunt. §. 3. Hae autem actiones annis triginta continuis exstinguantur, quae perpetuae videbantur, non illae, quae antiquitus fixis temporibus limitantur. §. 4. Annorum autem curricula ita numerari conveniet, ut et illa in demensionem tempora reducantur, quae ante nostrae mansuetudinis sanctionem iugi taciturnitate fluxerunt. §. 5. Verum ne qua otioso nimis ac desidi querimonia relinquatur, ei, qui se fiducia perpetuitatis actionem non movisse commemorat, decem post hanc legem annorum spatia continua superioribus addi praecipimus, ut, si quidem ante sanctionem hac lege praefinitos annos decurrisse patuerit, praeter ea tempora, quae manarunt, decem actori annorum spatia prorogentur, ita ut tempus illi hoc continuum ex legis tempore numeretur. Quod si decem illi anni superesse videbuntur aut amplius, ulterius eum nihil desiderare conveniet, sed proprio lapsu temporis decurrente ad triginta usque consummationem debere suo spatio esse contentum; si annos quidem restare non dubium est, sed infra decem eorum intervalla concludi, nihilominus etiam sic eum spatium tantum oportebit accipere, ut decem integer numerus compleatur; postquam hac definitione nulli movendi ulterius facultatem patere censuimus, etiamsi se legis ignorantia excusare tentaverit. *Dat. XVIII. Kal. Dec. Constantinopoli, Victore V. C. Cos.*

Interpretatio. *Haec lex, licet in reliquis rebus fuerit abrogata, propter hoc tamen ut poneretur oportuit, quia de tricennio loquitur, quod pupillis, quam diu sub tutoribus agunt, non debeat imputari, sed, ubi ad eos annos pervenerint, quibus curatores habere possent, id est*[c] *vir ad quintum decimum et puella ad tertium decimum annum, ex eo in causis eorum tricennalis actio, quemadmodum omnibus, supputetur: sicut et Novella*[d] *Valentiniani testatur, quae videtur haec obscurius inter cetera posuisse, quae tamen ita dicit: „excepto privilegio pupillaris aetatis, quod divae memoriae patris nostri Theodosii lege concessum est, intra eadem tempora terminetur.“ Nam et hoc lex ista evidenter exponit, ut, sicut illa, quae perpetua erant, ad tricennium iussa sunt revocari, ita omnes causae, quibus infra tricennium tempora constituta sunt, suis quibusque locis et temporibus observentur, hoc est ut, quaecunque seu de vicennio seu de decennio seu de quinquennio seu de anni spatio posita sunt et his similia, nullatenus ad tricennium perducantur.*

**TIT. XII.[a] DE ACTIONIBUS CERTO TEMPORE FINIENDIS.**

Ut pupillis[b]), quamdiu sub tutoribus sunt, non debeant imputari, sed quando vir ad quintum decimum et puella ad tertium decimum annum pervenerint, ex eo tempore in causis eorum tricennalis actio supputetur ipsumque spatium dicitur esse privilegio pupillaris aetatis. Non omnes causae ad tricennium perducantur, sed secundum tempora, quae constituta sunt, suis quibusque locis et temporibus observentur.

a) Tit. XI. (XII.) C. Th. *Tit. XII?* Br. Al. codd. Sich. Til. *Tit. XI.* b) c. 1. C. Th. *c.* 1. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17ª, 18, 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—25; textus et subscr. in codd. 26—28; solus textus om. in codd. 29—40. In rec. edd. C. Th. sequuntur octo constt. c) Nota explicationem v. *Vectigalia.* d) i. e. *idoneas.*

a) Tit. XII. (XIII.) C. Th. *Tit. XIV?* Tit. *XII.* est in omnibus, quos inspexi, Brev. codd. et ap. Sich. Til. Omiserunt enim Visigothi titulum de Longi temporis praescriptione. Totus titulus deest in cod. 18, errore, quum sqq. titt. numeri non sint mutati. b) c. 1. C. Th. c. 1? L. Vis. X, 2, 4. Const. Chlotarii a. 560, pr. et c. 13. Conc. Aur. I. c. 25. Conc. Arvern. I. c. 20. Form. Sirm. 40. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17ª, 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 43, 45; inscr. et textus in codd. 22—25; textus et subscr. in codd. 21, 26—28; solus textus om. in codd. 29—40. Lege brevior est interpr. c) Haec add. interpr. d) Cf. Nov. Val. tit. XII. §. 13 de Episc. iud.

a) Aeg. *Tit. XII.*, quasi in antecedd. excid. tit. ad Sc. Claudianum, sed vid. seqq. tit.

a) Aeg. err. *Tit. XIII.* Vid. tit. IX. anteced. et tit. seq. b) Aeg. et nonn. codd. *pupilli.*

## EPIT. SUPPL. LAT. 215.

TIT. XI. DE VECTIGALIBUS ET COMMISSIS.

Vectigalia sunt, quae fisco vehiculorum subvectione praestantur, hoc est naves, carra vel reliqua vehicula, quae fisco praestantur. De huius rei conductela ille, qui eam[a]) in potestate habet, si plus quam praeceptum fuerit, exegerit aut subtraxerit, capite puniatur. Sed haec causa in libro octavo hera secunda de cursu publico, angariis et parangariis habetur ita scripta, ut qui veredum aut angariam sine praecepto dominico praesumserit, per unumquodque vehiculum libram damnabitur auri et si hoc rector provinciae consenserit, ipse duplum damnetur. Sed in hoc libro praesumto[b]) supra praecepto, in illo sine praecepto damnatur.[c])

a) Cod. *tam.* b) Leg. *praesumtio.* c) Tit. de Act. certo temp. fin. om. in cod.

## EPIT. GUELPH.

XI DE VICTIGALIBUS ET COMISSIS.

De his. qui fisco. vehicolorum subveccioně prestantur. Si q' plus. quam p̓ceptum est exegerit. capitis. pericolo damnandus.

XII. DE ACCIONIBUS CERTO TEMPORE FINIENDIS. I· III · ʗ · IIII· Ł· I· NL· II. ʗ VIII. L XX.[a])

I. De tricennio. in popillorum causis. quomodo conputetur. et temporales. cause sub loco observande.

a) Nov. Val. tit. VIII. Rel. num. falsi sunt.

## EPIT. LUGD.

XI. DE VECTIGALIBUS.

Ut exactio sive conductela vectigalium apud extraneas personas triennio sit iterum alias permittenda, ex quo conductione aut exactione qui plus, quam praeceptum fuerit, exigere tentaverit aut provincialem aut mercatorem gravare, quod periculo capitis damnetur.

TIT. XII. DE ACTIONIBUS CERTO TEMPORE FINIENDIS.

Ut pupillis, quum ad eos annos venerint, quibus curatores habere possint, id est vir ad XV., puella ad XIIII. annum, quod ex hoc in causis eorum tricennalis actio, quemadmodum omnibus supputetur et quod, sicut ea, quae perpetuaverant ad triennium revocantur, ita causae omnes, quibus infra triennium tempora constituta sunt, suis quibusque locis et temporibus observari sint iussa etc.[a])

a) In m. cod.: *Haec lex ex maxima parte abrogatur. Tamen quia de annorum spatiis, in quibus causae finiantur aliquid quam aliae leges certius habet interponitur a collectoribus legum.* Et paulo infra: *Cum res commodatur sine dispositione pigneris hypotec̄ supposita positio.* Et praeterea: *Si eum spatium oportebit accipere ut X integer.*

## EPIT. MONACHI.

XI. DE VECTIGALIBUS ET COMMISSIS.

Vectigalia sunt navalia vel ea, quae in[a]) diversis vehiculis merces deportant. Cuius conductela triennio in exactore esse praecepit et continuo aliis committendam, qui maiorem praestationem obtulerit. Qui ex hac exactione plus, quam praeceptum est, exegerit, capite damnetur. *Dat. Kal. Iul. Clarissimo et Constantino A. II. Coss.*

XII. DE ACTIONIBUS CERTO TEMPORE FINIENDIS.

Haec lex, quae de tricennio loquitur, pupillis, quamdiu sub tutoribus sunt, non imputetur. Sed quum curatores habere possunt, hoc est vir a XV annis, puella a XIII, ex eo in causis eorum tricennalis actio percurrat, sicut et novella Valentiniani dicit: excepto privilegio pupillaris, quod a Theodosio patre nostro concessum est, intra eadem tempora terminentur. Ut sicut illa, quae perpetua erant, ad tricennium iussa sunt revocari, ita omnes causae, quibus intra tricennium tempora constituta sunt, seu vicennii seu decennii seu quinquennii seu de anni spatio posita sunt et his similia, nullatenus ad tricennium perducantur. *Dat. XVIII. Kal. Dec. Victore V. C. Cos.*[a])

a) 62 om. *in* et infra subscript.

a) Subscript. deest in 62, 63.

## EPIT. S. GALL.

XI DE VICTICALIB;[a]) ET C̄OMISSIS.

Imp̄ cons̄ data kāl iūl. *Intp̄.* Quicūque omo. in qualecūq: utilitatem publica si omines aut carra[b]) aut caballus pro se aut qualecūq: rem conduxerit ille quicumq: conduxit quidquid ei in logacione[c]) p̧misit omnia ei solvat qd̄ si n̄ fecerit p̧ districtionē iudices hoc solvat similit̄ et quicūque actor si ad illos homines qui aliquit vegere debet̄[d]) aut p̧ se aut cū carra aut cū caballus aut navigiū facere aut qualecumq: rē qui vegere debent. si ipse act' eis plus sup̧ inposuerit aut plus eos minaveret quā consuetudinē habent et si aliquis[e]) p̄mias exinde priserit aut[f]) unū plus minet et alterū parcat qui hoc fecerit capite puniat' et ipsi s̄s̄[g]) actores n̄ plus quā p̧[h]) trienniū in ipsa actione p̧durent[i]).

a) i. e. *vectigalibus*, ut 67. 65 *victualibus.* b) Ita 65. 66 *carta.* 67 *car.* c) 67 *se a quicunque rem — qui eum cond. — rogacione.* d) 65 *debetur.* e) 65 et 67 *aliquas.* Ceterum 67 *aut quacumque — plus* (om. *eos*) *minaverit — habuerunt.* f) 65 et 67 *preserit ut.* g) 65 *suprascripti.* 67 *suos.* h) 65 om. *per.* i) Canc. ann. in cod. legi *perducerent.* — Tit. XII. de Act. c. t. f. deest.

## TITULUS XIII. (XIV.)[a]) DE QUINQUENNII PRAESCRIPTIONE.

1.[b]) *Impp. Honorius et Theodosius AA. Palladio Pf. P. Post alia:* Competitorem quinquennii possessor eliminet: debet enim iuxta Constantinianae legis indultum hoc privilegio petitor arceri, quo fiscus noster excluditur. Quod si quando fortassis emerserit, ordinarios iudices, competitionis obreptione rescissa, tuitionem pulsatis praestare iubemus enixam, quibus tamen lustralis aderit absque interpellatione possessio. *Dat. VIII. Id. Iul. Ravenna, Eustathio et Agricola Coss.*

Interpretatio. *Quicunque rem fiscalem per quinquennium possedisse probatur, ita ut*[c]) *a nullo exinde fuerit expulsus, et hanc ipsam rem aliquis sibi petere a principe voluerit, possidenti in tantum lege consultum est, ut etiam tuitionem ferre possessori iudicem iusserit et competitionis constitutionem ordinaverit rescindendam, si tamen ille, qui possedit, sine ulla inquietudine per quinquennium se docuerit possidere, quia hoc spatio temporis ab eo, qui sine molestia possedit, etiam fiscum suum iussit excludi.*

EPIT. AEG.: TIT. XIII.[a]) DE QUINQUENNII PRAESCRIPTIONE.

Quicunque rem fiscalem per quinquennium nullo inquietante possederit, excluso fisco sibimet eam valeat vindicare.

EPIT. SUPPL. LAT. 215: TIT. XII. DE QUINQUENNII PRAESCRIPTIONE.

Qui rem fiscalem per quinquennium nullo inquietante tenuerit, sibimet eam valeat vindicare.

## TITULUS XIV. (XV.)[a]) DE RE IUDICATA.

1.[b]) *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Potitum Vicarium. Post alia:* In privatorum causis huiusmodi forma servetur, ne quemquam litigatorum sententia non a suo iudice dicta constringat. *Dat. X. Kal. Oct. Rom., Ausonio et Olybrio Coss.*

Interpretatio. *In causis privatorum talis ratio observetur, ut nullus alterius iudicis nisi sui sententia teneatur.*

EPIT. AEG.: TIT. XIV. DE RE IUDICATA.

In causis privatorum nullus alterius iudicis nisi sui[a]) sententia teneatur.

EPIT. SUPPL. LAT. 215: TIT. XIII. DE RE IUDICATA.

Ut nullus in causis privatorum alterius iudicis nisi sui sententia teneatur.

## TITULUS XV. (XVI.)[a]) DE SENTENTIIS EX PERICULO RECITANDIS.

1.[b]) *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Clearcho Pf. P.* Parere sublimitatem tuam nostris legibus convenit, ut in omnibus negotiis ex periculo promatur deliberationis plena sententia. *Dat. XVI. Kal. Iun. Constantinopoli, Antonio et Syagrio Coss.*

Interpretatio. *Observare iudices specialiter debent, ut in omnibus causis sententia, quae deliberata fuerit, constitutis pariter partibus recitetur, ut*[c]) *ab his, a quibus causa dicta est, ad integrum, quae data fuerit sententia, cognoscatur.*

2.[d]) *Iidem AAA. Timasio Comiti et Magistro equitum.* Conditio praeceptorum partibus praesentibus habita non potest immutari. *Dat. X. Kal. April. Constantinopoli, Honorio N. P. et Evodio Coss.*

Interpretatio. *Quicquid praesentibus partibus in causis fuerit ordinatum, plenissimam habebit firmitatem, nec poterit immutari.*

EPIT. AEG.: TIT. XV. DE SENTENTIIS EX PERICULO RECITATIS.

Sententia utrisque praesentibus assertoribus dari debet, quae si sic data fuerit, non potest immutari.

EPIT. SUPPL. LAT. 215: TIT. XIV. DE SENTENTIIS EX PERICULO RECITATIS.

Sententia utrisque praesentibus assertoribus dari debet; quae si sic data fuerit, non potest immutari.[a])

## TITULUS XVI. (XVII.)[a]) DE FRUCTIBUS ET LITIS EXPENSIS.

1.[b]) *Impp. Valentinianus et Valens AA. Olybrio Pf. U.* Litigator victus, quem invasorem alienae rei praedonemve constabit, sed et qui post conventionem rei incubarit alienae,

EPIT. AEG.: TIT. XVI. DE FRUCTIBUS ET LITIS EXPENSIS.

EPIT. SUPPL. LAT. 215: TIT. XV. DE FRUCTIBUS ET LITIS EXPENSIS.

---

a) Tit. XIII. (XIV.) C. Th. *Tit. XV?* Br. Al. codd. Sich. Til. *Tit. XIII.* Vid. tit. XI. et XII. b) c. 1. C. Th. *c. un.?* Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17[a], 18, 19, 34; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 43, 45; inscr. et textus in codd. 21—25; textus et subscr. in codd. 26—28; solus textus om. in codd. 29—33, 35—40. c) Hic add. ab interpr.

a) Tit. XIV. (XV.) C. Th. *Tit. XVI?* Br. Al. codd. Sich. Til. *Tit. XIV.* Vid. tit. XI. et XII. In edd. C. Th. inde a Cui. prima duae sunt h. t. leges. b) c. 1. C. Th. *c.* 2? Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17[a], 18, 34 et cod. S. Germ. 366; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 43, 45; inscr. et textus in codd. 21—25; textus et subscr. in codd. 27, 28; solus textus om. in codd. 29—33, 35—40; sola subscr. in cod. 26; sola interpr. in cod. 19. Conc. Par. 829. Ben. Lev. III, 347. Burch. II, 200. Angilr. c. 40. Ivo, Decr. V, 245 et VI, 273. Decr. Gr. cau. III. qu. 8. c. 1. et cf. de interpr.: Ben. Lev. III, 308. et Add. IV. cap. 23. Conc. Mogunt. ann. 888 c. 14. Angilr. c. 18. Regino II, 307. Burch. II, 39. Ivo l. c. VI, 140. Ps. Isidorus; cf. Knust de Fontibus-Ps. Isidorianae Coll. p. 47, 49, 54, 58, 59, 64, 68, 69.

a) Tit. XV. (XVI.) C. Th. *Tit. XVII?* Br. Al. codd. Sich. Til. *Tit. XV.* Vid. tit. XI. et XII. In edd. C. Th. inde a prima Cuiac. hic tit. ex quinque constat constt. b) c. 1. C. Th. *c.* 2? Ad interpr. cf. Hincm. Opp. T. II. p. 500. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17[a], 18, 34 et cod. S. Germ. 366; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 43, 45; inscr. et textus in codd. 21—25; textus et subscr. in codd. 26—28; textus et interpr. in cod. 35; solus textus om. in codd. 29—33, 36—40; sola interpr. in cod. 19. c) Haec add. ab interpr. d) c. 2. C. Th. *c.* 5? Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17[a], 18, 32—34 et cod. S. Germ. 366; omnia praeter interpr. des. in codd. 26—28, 42, 43; inscr. et textus in codd. 21—25, 35—38, 40; solus textus om. in codd. 29—31, 39; sola interpr. in cod. 19. Docum. Franc. a. 984; ad interpr. cf. Docum. Franc. a. 838, 968 et Hincm. l. c.

a) Tit. XVI. (XVII.) C. Th. *Tit. XVIII?* Br. Al. codd. Sich. Til. *Tit. XVI.* Vid. tit. XI. et XII. b) c. 1. C. Th. *c.* 1? Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17[a], 18, 34 et cod. S. Germ. 366; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 43, 45; inscr. et textus in codd. 21—25; textus et subscr. in codd. 26—28; solus textus om. in codd. 29—33, 35—40; partic. textus in cod. 17; sola interpr. in cod. 19.

(Epit. Aeg.) a) Ita etiam Aeg., et computantur sqq. tit. XIV—XXI.

a) Aeg. et nonn. codd. *sua.*

(Epit. Suppl. Lat. 215) a) Cod. *utraque praesentes assertores — immutare.*

| EPIT. GUELPH. | EPIT. LUGD. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|
| XIII DE QUINQUENIO PRESCRIBCIONĒ. | TIT. XIII. DE QUINQUENNII PRAESCRIPTIONE. | XIII. DE QUINQUENNII PRAESCRIPTIONE. | XII. DE QUINQUENNII P̃SCRIPCIONĒ[a]). |
| Qui quinquenio. rem. fiscalem nullo. inquietante possederit dns̃ rei. fieri. | Ut[a]) qui rem fiscalem per quinquennium possederit aut a nullo expulsus inde fuerit et hanc rem aliquis sibi a principe expetere voluerit, quod iudex tuitionem possessori ferre debeat etc. | Quicunque rem fiscalem sine ulla inquietudine per quinquennium se docuerit possidere et hanc ipsam rem aliquis sibi petere a principe voluerit, hac lege consultum est, ut etiam tuitionem ferre possessori iudicem iusserit et competitionis constitutionem ordinaverit rescindendam, quia hoc spatio temporis ab eo, qui sine molestia possedit, etiam fiscum suum iussit excludi. *Dat. VIII. Kal. Iul. Eostasio et Agricola Coss.*[a]) | Imp̃ honorius data. VIII kal̃. iul̃i *Intp̃* Si quis homo qualecũq: rē fescalem p. V. ann̄ int̄ p̃sentes sine omne censu reddito sine (omne inquietudine possidere[b]) liceat ei si ipsas res sine fisco possidere et iuxta legē ipsi fiscales iudices ꝑ hoc ei in adiutorio ēē debent. |
| XIIII DE RE IUDICATA. | XIV. DE RE IUDICATA.[a]) | XIIII. DE RE IUDICATA. | XIII. DE RE IUDICATA[a]). |
| Alterius. iudicis. sentencia nullū tenere. L· II ·ʒ· I. Ł IIII.[a]) | Ut in privatorum causis talis ratio servetur, ut nullus alterius iudicis nisi sui sententia teneatur. | In causis privatorum talis ratio observetur, ut nullus alterius iudicis nisi sui sententia teneatur. *Dat. X. Kal. Oct. Ausonio et Olybrio Coss.*[a]) | Imp̃ Gratianus data. XI kal̃ oct̄b. *Intp̃.* in causas int̄ privatus homines[b]) qd̃ publice actiones n̄ s̄ nemini liceat ad extraneū iudice ipsa causa in iudicio mittere nisi ante suū privatū iudicē eā liberet. |
| XV. DE SENTENCIIS EX PERICOLO RECITANDIS. PL V. ʒ V Ł· I·[a]) ʒ VIIII.[b]) | TIT. XV. DE SENTENTIIS EX PERICULO RECITANDIS.[a]) | XV. DE SENTENTIIS EX PERICULO RECITATIS. | XIIII DE SENTENCIIS EX PERICULIS RECITANDIS. |
| Iudicatum utrūque parte recitandum. | Lex I. Ut sententiam deliberatam in omnibus causis iudices constitutis pariter partibus recitare faciant. | Specialiter iudices observent in omnibus causis, ut sententia quae deliberata fuerit, constitutis pariter partibus recitetur, ut ab his, a quibus causa dicta est, ad integrum data sententia cognoscatur. | Imp̃ valentinus data XVI[a]) kal̃. ianuā. *Intp̃.* Om̄ iudices specialit̄ sciant ut sic int̄ duos causatores ipsorū causas inquirere debent ut ipsi causatores tota sua causa p ordinē dicant et postea iudex sic int̄ eos directū[b]) iudiciū det postea vero qd̃qd̃[c]) de ipsa causā int̄ eos p legem[d]) fuerit iudicatum secundū legem nullus de ipsos se exinde mutare n̄ potē. |
| II. Iudicatum presentibus. partibus. latum non infirmandum PL· V. ʒ· V. Ł· V. GR̃ XII.[c]) | Lex II. Ut plenissimam firmitatem habeant, quae praesentibus partibus in causis fuerint ordinata, nec ullo modo debeant immutari. | Quicquid praesentibus partibus in causis fuerit ordinatum, habebit plenissimam firmitatem. *Dat. X. Kal. April. Honorio et Evodio Coss.*[a]) | |
| XI.[a]) DE FRUCTIBUS VEL LITIS. EXPENSIS. pl· I· ʒ· II· L IIII. XXX VIIII· GR̃ ·ʒ· V.[b]) | TIT. XVI. DE FRUCTIBUS ET LITIS EXPENSIS. | XVI. DE FRUCTIBUS ET LITIS EXPENSIS. | XV. DE FRUCTIB; ET LITES SPENSIS[a]). |

EPIT. GUELPH.:
a) C. Th. II, 1, 4.
a) Paul. V, 5, 1. b) Incertus locus. c) Paul. V, 5, 5. Cod. Greg. tit. XII.
a) Err. pro *XVI.* b) Paul. I, 2, 4; V, 39. Cod. Gr. tit. V.

EPIT. LUGD.:
a) In m. cod.: *Lustrum circuitus quinque annorum.*
a) In m. cod. *Gaii aera V. Pauli Libro V aera XXVIIII.*
a) In m. *et era XVIIII Lib. et era.* Qui numerus reponendus sit, nescio.

EPIT. MONACHI.:
a) Subscript. om. in 62. 63.
a) 62 om. subscript.
a) Subscript. om. in 62.

EPIT. S. GALL.:
a) 65 *superscriptionem.* 67 *perscripcionē.* b) 67 *possiderit.*
a) 65 *rem iudicatam.* b) Ita 65 et 67. 66 *omnes.*
a) 65 *XV.* b) 67 *rectum.* c) 65 *quod.* d) 65 om. *per legem.* Ultima sententia hausta est ex c. 2 h. t.
a) i. e. pro *expensis,* ut 67.

non in sola rei redhibitione teneatur, nec tantum simplorum fructuum praestationem aut eorum, quos ipse percepit, agnoscat, sed duplos fructus et eos, quos percipi oportuisse, non quos eum redegisse constabit, exsolvat. Et praedoni quidem ratio a die invasi loci usque ad exitum litis habeatur; ei vero, qui simpliciter tenet, ex eo, quo, re in iudicium deducta, scientiam malae possessionis accepit. Heredis quoque succedentis in vitium par habenda fortuna est. Addimus etiam, ut impensas sumtusque litis, re ad finem deducta, petitoribus praestent. Ac ne ipsos quidem petitores, qui inanes lites et iurgia non movenda ingerunt possidentibus, ab istius cautionis merito segregamus; iubemus enim, ut, si intentio petitoris improba iudicetur, praestet possessori sumtus, praestet impensas, quas eum toto litis tempore sustinuisse claruerit, etiamsi super hac re expressior cesset sententia iudicantis. *Dat. VII. Kal. Mai. Treviris, Valentiniano N. P. et Victore Coss.*

Interpretatio. *Quisquis rem alienam male possederit, si in iudicio fuerit superatus, quod rem sibi non debitam occupare praesumsit: sed et ille, qui conventus a certo domino reddere pervasa noluerit, non solum pro hac ipsa re reddenda, quum superatus fuerit, teneatur, sed fructus rei ipsius duplos ex eo tempore, quo res pervasa est, cogatur exsolvere, non quales se ipse dixerit collegisse, sed quales per diligentem culturam consequi proprii domini utilitas potuisset. Ille etiam, qui rem alienam scienter usurpare praesumserit, a die invasi loci usque ad consummatam litem simili ratione exigatur. Nam qui simpliciter sine praesumtione aliquam rem tenuerit, ex eo similiter solvat, ex quo, re in iudicium deducta, quod rem male possideat, conscientiam ipsius coeperit non latere. Heredes quoque eorum*[c]) *in his damnis, si victi fuerint, quibus auctor ipsorum, simili modo succumbant. Addimus quoque, eiusmodi personis ut et sumtus et expensas litis ex eo die, a quo de tali re coeperint litigare, usque dum finiatur, pulsantibus reddant: nam et ipsi, qui alios possidentes pulsare tentaverint, si ea in iudicio repetant, quae sua probare non possint, similiter sumtus et expensas**) *litis pulsatis possessoribus reddant, quantum eos toto litis tempore perdidisse constiterit.*

2.[d]) *Impp. Honorius et Theodosius AA. Asclepiodoto Pf. P.* Terminato transactoque negotio posthac nulli actio, neque ex rescripto, super sumtuum repetitione praestetur, nisi cognitor, qui de principali negotio sententiam promulgavit, cominus partibus constitutis iuridica pronuntiatione signaverit: victori causae restitui debere expensas, aut: super his querelam iure competere. Post absolutum enim dimissumque iudicium nefas est, litem alteram consurgere ex litis primae materia. *Dat. III. Kal. April. Constantinopoli, Asclepiodoto et Mariniano Coss.*

Interpretatio. *Posteaquam inter partes fuerit definitum iudicio intercedente negotium, quaecunque actio propter repetendos sumtus vel expensas litis obtenta fuerit, nullam habeat firmitatem, quam iudicati forma non continet: quia quicunque, quod in iudicio adversario praesente non petiit, postea de eadem re litem aliam non poterit inchoare.*[e])

## TITULUS XVII. (XVIII.)[a]) DE USURIS REI IUDICATAE.

1.[b]) *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Eutropio Pf. P.* Qui post iudicii finem, exceptis duobus mensibus, quibus per leges solutionum nonnunquam est concessa dilatio, moram afferent solutioni, a die patrati iudicii, quo obnoxii redditi sunt, in duplicium centesimarum conveniantur usuras [extrinsecus[c]) scilicet medietatem debiti, de quo litigatum est, sicut prius constitutum est, inferentes] usque in id tempus, quo debitum solutione diluerint. Quod a nobis exemplo aequabili ex iuris prisci est formulis introductum, ut, quia malae fidei possessores in fructus duplos conveniuntur, aeque malae fidei debitores simile damni periculum persequatur. §. 1. Sed tamen creditor, ternis interiectis mensibus post sententiam, contestari moram debebit adhibitae tarditatis, ut ei centesimarum duplicium fructus possit acquiri. Cavendum quippe ex diverso est etiam contra illam malitiam creditorum, ne, iudicatis ad solutionem cunctantibus, incipiant spe dupli foenoris imminere; quamquam iudicatum, si hanc poenam a se removere festinet, contractam pecuniam vel apud iudices obsignatam locare vel iudicio con-

c) In edd. Aur. Lugd. ex Aeg. Summa add. *si in vitiū actoris stare voluerint.* *) Propter vv. *sumtus et litis expensas* Gloeden l. c. p. 31 art. 74 Ed. Th. ex hac int. haustum esse putat, quod nego. Vid. supra praefat. d) c. 2. C. Th. *c.* 2? Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17[a], 18, 34 et cod. S. Germ. 366; inscr. et textus des. in codd. 21—25, 31, 35—38; textus et subscr. in codd. 26—28; solus textus om. in codd. 29, 30, 32, 33, 39, 40; sola interpr. in cod. 19. e) In cod. S. Germ. 366 post interpr. h. c. add.: *Secundum has leges decrever. canones cartagn. concilii cap. XV et cap. XVIIII et cap. XX et africani concilii cap. LXV et cap. LXXII et cap. LXXXVIII et LXXXVIIII et XC et sanctus Gregorius multotiens sicut Gregorius subsequitur* etc.

a) Tit. XVII. (XVIII.) C. Th. *Tit. XIX?* Br. Al. codd. Sich. Til. *Tit. XVII.* Cf. tit. XI. et XII. b) c. 1. C. Th. *c. un.?* Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17[a], 18, 19, 34 et cod. S. Germ. 366; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—25, 35; textus et subscr. in codd. 26—28; solus textus om. in codd. 29—33, 36—40. c) Hic l. inde a vv. *extrinsecus—inferentes* nonnullis videtur mendosus esse, quare Go. eum primus uncis inclusit. Batavi in Bijdr. Amstelodami 1826. T. I. p. 337 haec vv. pro glossemate marginali in ipsam legem translato declarant. Interpr. *ita tamen, ut medietatem rei iudicatae mox cogatur inferre.* Sed omnia recte habent. Cf. Haenel ad C. Th. p. 421 not. *c.*

EPIT. AEG.

Qui rem alienam invadit, ipsam in duplum restituat et fructus similiter ex eo tempore, quo res pervasa[a]) est, cogatur exsolvere, non quales se dixerit collegisse, sed quales per diligentem culturam proprii domini consequi potuissent. Nam qui simpliciter rem tenuerit alterius, ex eo die, a quo coeperit litigari, usque dum finiatur, sumtus et expensas litis[b]) pulsantibus reddat. Si vero heredes in vitium auctoris stare voluerint, in his damnis, quibus auctor eorum, simili modo succumbant. Nam et si[c]) ipsi, qui alios possidentes pulsare tentaverint, si ea in iudicio sua probare non potuerint, quantumcunque in ipsa lite perdiderint, male pulsantes reddere studeant.

Post definitum negotium sumtus[d]) non requiratur, nisi in iudicium contineat, quia quicunque quod in iudicio adversario praesente non petiit, postea de eadem re litem aliam non poterit inchoare.

TIT. XVII. DE USURIS REI IUDICATAE.[a])

a) Nonn. codd. *perversa.* b) Codd. et Aeg. *lites.* c) Nonn. codd. om. *si.* d) Nonn. codd. om. *sumtus.* Paulo post leg. *nisi in iudicio contineatur* aut *nisi iudicium contineat.*

a) In cod. 47 hoc rubr. repetitur initio libri V. Codd. et Aeg. *iudicate.*

EPIT. SUPPL. LAT.

Quicunque rem alienam iniuste possedisset aut occupasse convictus fuerit, post emissum iudicium et ususfructus rei[a]) ipsius duplos et litis expensas cogatur exsolvere.

TIT. XVIII.[a]) DE USURIS REI IUDICATAE.

a) Cod. *excupasse—usosfructos res.*

a) Ita cod., etsi revera *XVI.* est tit.

EPIT. GUELPH.

De re aliena tenuis se. convictus. duplus. fructus. et expensas. lites. reddere. conpellitur.

II. Ante sentenciam latam desumptus. agi potest postea non potest.

XVII DE USURIS REI IUDICATE pl· l· ʔ XVIIII· L V. ʔ X· L· II.[a])

a) Paul. I, 19; V, 10, 2.

EPIT. LUGD.

Ut quicunque rem alienam sibi non debitam male possidere praesumserit vel reddere repetenti domino pervasa noluerit, quod quum superatus fuerit, non solum pervasa, verum duplos fructus ipsius ex tempore pervasionis cogendus sit reddere, et quod qui rem alienam scienter usurpare a die invasionis usque ad consummatam litem simili ratione sit exigendus, et quod, qui simpliciter sine praesumtione, ex quo res in iudicium deducta est et quod qui repetunt, si sua probare non potuerint, quod reddere debeant sumtus et expensas litis possessoribus pulsatis, quantum illi toto litis tempore perdiderint.

Lex I.[a]) Ut iudicio intercedente postquam inter partes fuerit negotium definitum, quod nullam possit habere firmitatem deinceps actio, quae propter repetendos sumtus vel expensas litis obtenta sit, si alia fuerit, quam iudicii prioris forma continet.

TIT. XVII. DE USURIS REI IUDICATAE.

a) Err. pro *II.*

EPIT. MONACHI.

Qui rem alienam male possederit aut pervaserit et certo domino eam reddere noluerit, si in iudicio fuerit superatus, rem male possessam vel pervasam restituat et fructus rei ipsius duplos ex eo tempore, quo res pervasa vel male possessa est, exsolvat et tales fructus, quales per diligentem culturam proferre poterat res ipsa. Nam qui simpliciter sine praesumtione aliquam rem tenuerit, ex eo similiter fructus solvat, ex quo in iudicio de ipsa re fuerit intromissus, heredes vero istorum similiter ut auctores, si victi fuerint, succumbant. Expensas litis ex eo die, quo de tali re coeperint litigari, usque dum finiatur, pulsatus reddat et illi, qui ea repetunt in iudicio, quae sua probare non possunt, similiter expensas reddant.

Postea vero quam inter partes fuerit definitum iudicium, quicunque pro repetendis expensis litem removerit[a]), nullam habeat firmitatem, quia in iudicio adversario praesente ea non petiit. [b]) *Dat. VII. Kal. Mai. Valentiniano VIII. et Victore Coss.*

XVII. DE USURIS REI IUDICATAE.

a) An *renovaverit?* b) Subscr. om. in 62. Revera pertinet ad c. 1 h. t.

EPIT. S. GALL.

Imp̃ valentinus ᵉdata. VII kal̃. mai.[b]) *Intp̃.* Si aliquis homo res alienas rapuerit[c]) malo ordine aut iniuste invaserit si exinde in iudicio convictus fuerit tã res quã[d]) iniuste tenuit tã et fructũ de ipsas res ꝑ singulos anñ in quantũ tẽpus eas tenuit et usq: quo in iudicio convictus[e]) fuerit quales si ipse collexet[f]) si quales antea ipsi omines cui[g]) ipsas res ẽẽ debent ꝑ bona tẽpora sup ipsa trã habuerint excepto sũpto lites hoc ẽ in quantũ ipsi omines cui ipsa facultas ẽẽ debet ꝑ placitũs[h]) cũ ipsos homines causandũ in suo victũ expendider̃ aut quantum ꝑ hoc ad iudices[i]) conducendum ꝑ sua iusticia deder̃. qd̃ si illi omines qui ipsã facultatẽ quer̃ ipsa causa vincere ñ potuerint simili modo ad illos homines contra quẽ causaver̃ quantũ ipsi in sũptũ lites spensaverunt[k]) ipsi hoc ei reddant nã quicũq: omo ꝗ simplicit̃ nesciendũ res alienas tenuerit[l]) et si de p̃sentẽ quo amallatus fuerit ipsas res redderet[m]) de illa die de quo in iudicio venerint de tunc sic̃ superius diximus solvant nã ñ de tunc quando ipsas res tenuit.

*It̃ alia Intp̃.* Si postea cũ int̃ illos directũ iudiciũ fuerit iudicatũ et iudices fretũ et res fuerint reditas nullus de ipsus postea de ipsas res recausare ñ possunt[n]).

XVI. DE USURIS REI IUDICATE.

b) Ita 67. Rell. *Mad.* c) 67 om. *rapuerit.* d) 67 *quoa.* e) 65 *iudicium victus.* f) 65 *colexit.* 67 *fuerit in dublum reddat non tales quale si ipse collexit sed quales,* ut interpret. g) Canc. ann.: „*cui,* id est, *quibus.* Scriptum errate videtur *cum.*“ 67 *cuius.* h) 65 *placitum.* 67 *placitos.* i) 65 *iudicem.* 66 *a.* k) 65 *spensaverint.* 67 *expendider̃.* l) 66 *tenuerint.* m) 65 *reddere.* 67 *reddiderit.* n) 67 *potest.*

veniat offerre, ut periculum duplicium usurarum incurrere ex ea die, qua obnoxius esse coeperit, desistat. §. 2. Distinguendum vero hoc quoque arbitrati sumus, ut, si contractus debiti ex stipulatione descendit, et casu usurae per annorum curricula summam capitis impleverint (scilicet ut quantitas sortis quantitati foenoris adaequetur), post sententiam usurae duplices non utriusque debiti currant, sed capitis quidem duplae, usurarum vero simplae. *Dat. XV. Kal. Iul. Thessalonica, Gratiano V. et Theodosio I. AA. Coss.*

Interpretatio. *Debitor, qui post emissum iudicium, a quo victus fuerit, debiti summam implere neglexerit, transactis duobus mensibus, duplam centesimam debiti ipsius usque in diem solutionis se noverit redditurum; ita tamen, ut medietatem rei iudicatae mox cogatur inferre: quia non immerito sicut malae fidei possessor duplos fructus, ita et qui post iudicium tardior ad reddendum fuerit, duplam centesimam reddat. Sed tamen et hoc contra creditorum malitiam, quibus debitores addicti fuerint, ordinamus, ut non velint pro spe duplicandae centesimae suo vitio tardius exsequi, quod fuerit iudicatum: unde debebit creditor, ternis interiectis mensibus, post datum iudicium contestari, ut sic duplam centesimam possit exigere. Nam si collectam pecuniam habuerit debitor et oblatam; et ille, qui vicit, noluerit pro lucro duplandarum centesimarum accipere, signatam eam debitor apud idoneas faciat sequestrari personas, ut damnum usurarum postea non possit incurrere. Hoc quoque praecipimus observari, ut, si debitoris cautio*[d]) *cum omni firmitate proferatur, et usurae per annos plures cum capitali debito se aequaverint, a debitore amplius non petatur. Sane post iudicium duplam centesimam, quam reddi iussimus, taliter solvat, ut de capitali debito tantum duplae usurae reddantur: de illo vero, quod in usuris ante iudicium crevit, simpla tantum centesima detur.*

[Epit. Aeg.] Si quis post iudicium transactis duobus mensibus res non reddiderit alienas, duplet usuras, ita tamen ut medietatem rei iudicatae mox cogatur inferre, sed nec creditores pro specie duplicandae centesimae suo vitio tardius exigant, quod fuerit iudicatum. Hoc quoque praeceptum est observari, ut si debitoris cautio proferatur[b]) et usurae per annos plures cum capitali debito se exaequaverint, a debitore amplius non requiratur.

[Epit. Suppl. Lat.] Si quis post iudicium transactis duobus mensibus res non reddiderit alienas, duplet usuras, sed nec creditores pro specie dupleantur centesimae sordius exigent[b]), quod fuerit iudicatum. Hoc quoque praeceptum est observari, ut si debitoris cautio[c]) cum omni firmitate proferatur et usurae per tres[d]) plures cum capitali debito se exaequaverint, a[e]) debitore amplius non requiratur.

## TITULUS XVIII. (XIX.)[a]) QUI BONIS EX LEGE IULIA CEDERE POSSUNT.

1.[b]) *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Basilium Comitem S. L.* Ne quis omnino vel fisci debitor vel alienae rei in auro atque in argento diversisque mobilibus retentator ac debitor bonorum faciens cessionem, liberum a repetitione plenissima nomen effugiat; sed ad redhibitionem debitae quantitatis congrua atque dignissima suppliciorum acerbitate cogatur: nisi forte propriorum dilapidationem bonorum aut latrociniis abrogatam aut fortasse naufragiis incendioque conflatam vel quolibet maioris impetus infortunio atque dispendio docuerit afflictam. *PP. Romae prid. Id. Oct., Ausonio et Olybrio Coss.*

Interpretatio. *Nullus, qui aut fiscali debito aut privato*[c]) *probatur obnoxius, si aurum, argentum vel mobile quodcunque debuerit, ob hoc se credat a debito excusandum, quod dicat, de rebus suis se facere cessionem, sed poenis afflictus, quaecunque debuerit, cogatur exsolvere: nisi forte eiusmodi persona sit, quae se probet omnem substantiam suam aut naufragio aut latrocinio aut incendio aut cuiuslibet maioris violentiae impetu perdidisse.*

2.[d]) *Apud acta Imp. Theodosius A. dixit:* In omni cessione professio sola quaerenda est. *Idem dixit:* In omni cessione sufficit voluntatis sola professio. *Dat. Kal. Mai. Honorio N. P. et Evodio Coss.*

Interpretatio. *Quaecunque aliquis alteri cesserit, profiteatur, se tantum rem cessisse vel causam, hoc*[e]) *est aut gestis aut scriptura aut testibus, et sola voluntatis illius professio pro omni firmitate sufficiat.*

### [Epit. Aeg.] TIT. XVIII. QUIBUS BONIS EX LEGE IULIA CEDERE POSSUNT.

Quicunque aut fiscali debito aut privato probatur obnoxius, poenis afflictus cogatur exsolvere, nisi forte aut naufragio aut latrocinio aut incendio aut cuiuslibet violentiae impetu res suas probaverit perdidisse.

*) In omni cessione professio sola quaerenda est, hoc est aut gestis aut testibus, et tunc sola voluntas pro omni firmitate sufficiat.

### [Epit. Suppl. Lat.] TIT. XIX.[a]) QUIBUS BONIS EX LEGE IULIA CEDERE POSSUNT.

Quibus[b]) omnino vel fisci debitor vel alienare res ab hoc se credit a debito excusandum, quod dicat se de rebus suis alicui fecisse cessionem; sed poenis afflictus, quaecunque debuerit, cogatur exsolvere, nisi forte approbet omnem substantiam suam aut naufragio aut quocunque periculo perdidisse.

Si quis causam aut debitum alteri cedit, debet debitorem cartarum tuitione firmare.

## TITULUS XIX. (XX.)[a]) QUORUM BONORUM.

1.[b]) *Impp. Arcadius et Honorius AA. Petronio Vicario Hispaniarum.* Quid iam planius, quam ut heredibus traderentur, quae in ultimum usque diem defuncti possessio vindicasset, etiamsi quod possit tribui de proprietate luctamen? §. 1. Constat autem, virum ab intestatae

### [Epit. Aeg.] TIT. XIX. QUORUM BONORUM[a]).

### [Epit. Suppl. Lat.] TIT. XX. QUORUM BONORUM.

d) Haec add. interpres.

a) Tit. XVIII. (XIX.) C. Th. *Tit. XXIX?* Br. Al. codd. Sich. Til. *Tit. XVIII.* Vid. tit. XI. et XII. In Haen. C. Th. ed. hic tit. ex tribus constat legibus. b) c. 1. C. Th. *c.* 1? Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17[a], 18, 34 et cod. S. Germ. 366; inscr. et textus des. in codd. 21—25; textus et subscr. in codd. 26—28, 32, 33; solus textus om. in codd. 29—31, 35—40; sola interpr. in cod. 19. In Haen. C. Th. ed. sequitur constitutio a Visigothis omissa. c) De privato debito non vult Goth. intelligi legem. d) c. 2. C. Th. *c.* 3? Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17[a], 18, 19, 32—37 et cod. S. Germ. 366; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 42, 43, 45; inscr. et textus in codd. 21—25, 38; textus et subscr. in cod. 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 29—31, 39, 40. e) Hoc add. interpres. Ceterum de alio cessionis genere legem accipit.

a) Tit. XIX. (XX.) C. Th. *Tit. XXI?* Br. Al. codd. Sich. Til. *Tit. XIX.* Vid. tit. XI. et XII. b) c. 1. C. Th. *c. un.?* Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17[a], 18, 34 et cod. S. Germ. 366; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 43, 45; inscr. et textus in codd. 21—25; textus et subscr. in codd. 26—28; solus textus om. in codd. 29—33, 35—40; sola interpr. in cod. 19.

[Epit. Aeg.] b) Nonn. codd. *profertur.* *) Haec ex lege ipsa et ex interpr. composita sunt.

a) 47 *De Auctoribus Vel De Muliere Intestata Vel Quorum Bonorum.*

[Epit. Suppl. Lat.] b) Ita codex. An leg. *duplicandae c. tardius exigant?* Mox cod. *et* pro *ut.* c) Cod. *cautione.* d) Ita cod. Leg. *per annos.* e) Cod. *et.*

a) Vid. antec. tit. not. *a.* b) Haec male se habent. An *Nullus omn. — alienae rei ob h. s. credat?*

**EPIT. GUELPH.**

I. Audicatus.[b]) debitor. super mora sua. a duplas. usuras. tenebitur.

XVIII. DE QUIBUS BONIS EX LEGE. IULIA CEDERE POSSUNT.

I. In debito. quodlibet solvendo. nulla excusacio. opponitur. nisi forte. alico naufragiū paupertas. illius. fuerit. adflicta.. L II ⁊· IIII· L· III.[a])

II. CESSIONEM legetimā. professio sola facit.

XVIIII QUORUM BONORUM L. I ⁊· II· L· II· PL.[a])

b) Leg. *Iudicatus.*
a) Paul. II, 4, 2.
a) Incertus numerus.

**EPIT. LUGD.**

Ut qui post emissum iudicium, a quo victus sit, debiti summam non impleverit, duobus mensibus transactis, quod sit redditurus centesimam debiti ipsius usque in diem solutionis et medietatem rei iudicatae mox inferre cogendus, et quod creditores propter spem duplicandae centesimae non velint suo vitio tardius exsequi, quod fuerit iudicatum, et quod si collectam pecuniam habuerit debitor, et ille, qui vicit, oblatam noluerit, pro duplandarum centesimarum spe, quod eam debeat consignatam debitor sequestrari apud idoneas personas, ut damnum usurarum evadat, et quod de capitali debito tantum duplae usurae reddendae sint post iudicium, ante iudicium vero simpla tantum centesima debeatur.

TIT. XVIII. QUI BONIS EX LEGE IULIA CEDERE POSSUNT.[a])

Lex I. Ut qui fiscali debito aut privato probatur obnoxius, si aurum vel quodcunque mobile debuerit, quod non possit a debito excusari, etiam cessionem de rebus suis si dixerit se facere, sed cogi affligique debeat ad solvendum, nisi probet omnem substantiam suam aut naufragio aut latrocinio aut incendio aut qualibet iactura perdidisse.

Lex II. Ut sola professio in cessione quaerenda sit et quod in omni cessione sufficiat voluntatis sola professio.[b])

a) In m. cod.: *Iulius Tribunus legem posuit de debitoribus quomodo cogerentur ad solvendum... Pauli Lib. II aera I. lib. IIII aera III et IIII et VIII et VII Lib. V leg. VI et VII Gai era XI.* Videntur hi numeri falsi esse. An leg. II, 1; II, 4, 2; II, 7; V, 5? b) Excid. folium. Sequens folium incip. cum expositione c. 6 tit. XX. Unde Vi huius libri.

**EPIT. MONACHI.**

Qui post emissum iudicium debiti summam, a quo victus est, intra duos menses solvere neglexerit, duplam centesimam debiti ipsius usque in diem solutionis exsolvat: ita tamen, ut medietatem rei iudicatae mox cogatur inferre. Si tamen est ille cui debitum[a]) pro duplicandi centesimam debitum traditur exequatur. Debet tamen dato iudicio post tres menses contestari, ut duplam centesimam possit exigere. Nam si debitam[b]) pecuniam offerat et ille, qui vincit, non voluerit accipere, signatam[c]) ipsam coram idoneis sequestret personis et usurae damnum non incurrat. Hoc quoque observetur, ut si debitoris cautio cum omni firmitate proferatur et usurae per annos plures cum capitali debito se aequaverit, a debitore amplius non petatur. Sane post iudicium dupla centesima, quam reddi iussimus, taliter solvatur, ut de capitali debito tantum duplae eius usurae reddantur. De illud vero, quod in usuris ante iudicium crevit, simpla tantum centesima detur. *Dat. XV. Kal. Ian. Gratiano et Theodosio AA. Coss.*[d])

XVIII. QUIBUS BONIS EX LEGE IULIA ACCEDERE POSSUNT.

Quicunque aut fiscali aut privato debito est obnoxius, si mobile quodcunque debuerit, non se credat excusandum, si dicat, de rebus suis se facere cessionem, sed poenis afflictus quod debet exsolvat: nisi forte se probet omnem substantiam suam naufragio aut latrocinio aut incendio aut cuiuslibet maioris violentiae perdidisse.

[a]) Quaecunque aliquis alteri cesserit, profiteatur, se rem vel causam cessisse aut gestis aut scriptura aut testibus, et sola voluntatis illius professio pro omni firmitate sufficiat. *Dat. Kal. Mai. Honorio PC. et Evodio Coss.*

XVIIII. QUORUM BONORUM.

a) 63 *debitur* et om. *est;* 64 *debetur.* b) 64 *debitur* (i. e. *debitor*) — *vicit.* c) 62, 63 *signa tamen.* 63 om. *sequestret.* d) Subscr. deest in 62.
a) 64 add. *De Cessione.* 62, 64 *Quicunque.* Subscript. om. 62.

**EPIT. S. GALL.**

Imp̄. valentinus data XV. kal̄ iulias *intp.* quicūq; omo si ante iudicem ꝑ qualecūq: debito amallatus fuerit. si ibidem convictus fuerit qd̄[a]) ipsū debitū solvere debeat si ipsū debitum in placitū iuxta legē infra II mен̄ aut quomodo int̄ eos convenit n̄ solverit dubla centesimā[b]) partē cū ipsum debitu solvat qd̄ si ei iudicatu fuerit qd̄[c]) ipsum debitū qd̄ contra racionē tenuit ut exinde usuras reddere debeat simpla centessima porcionē cū ipsu debitū solvat qd̄ si ille qui debit' ē ipsā rē quā debet in placito parata habuerint ut eā reddere debeant et qd̄ ille cui debit' ē p̄hendere[d]) noluerit p̄p̄t cubiditatē[e]) de illas usuras aut de illa centesima sic[f]) ipse qui debit̄ ē bonus homines in testimonio suo ducat qui hoc adfirment qd̄ ipse debit' ipsā rē quā debuerat in placitū paratū habuisset si hoc facer̄[g]) et postea ille debit' de illa centisima nihil solvat nisi tantū illū debitū qd̄ debebat.

XVII. QUI BONIS EX LEGE IULIA CEDERE POSSUNT.

Imp̄. Grat̄n data. II.[a]) id̄. oct̄b roma *Intp̄.* Nullus homo qui aut fiscale aut privatu debitu aut de auru aut de argen̄ aut de qualecumq: rē mobilē abet ad solvendū[b]) ꝑ nulla occansionē dicat si de res meas n̄ fecero cessionē n̄ habeo unde[c]) reddere p huc sed[d]) de ipsū debitū liberare n̄ possunt[e]) ut eū n̄ solvat nisi si eū aut incendiū aut ostes aut latrociniū aut cuiuslibet maior violencia potuerit se adꝑbare ut de omnē rē suā ab integro fuisset devastatus[f]) si estas causas n̄ potuerit adꝑbare ipsum debitū ab integro reddat.[g])

XVIII QUORŪ BONORŪ.[a])

a) 65 *quod si.* b) 65 *dupla non solverit centesima,* sed Canc. cj. *non solverit, dupla centesimam.* c) 65 *quod si.* 67 *de ipso debito.* d) 67 *recipere.* e) 65 *dubitatem.* f) 65 *si hoc ipse.* Postea *testimonium suum* et 67 om. *suo.* g) Ita 66. 65 *fecerit.* 67 *facerit* et infra *debitor qui illū.*
a) 65 om. *II.* b) 65 add. *dicat.* c) 65 om. *unde.* d) 65 *hoc si.* 67 *hoc se,* recte. e) 67 *potest.* f) 66 *fuisse devastatas.* g) c. ult. h. t. deest, sed vid. tit. sq. not. *f.*
a) 67 *De res quiusq: in morte sua tenet.*

uxoris bonis, superstitibus consanguineis, esse extraneum, quum prudentium omnium responsa, tum lex ipsa naturae successores eos faciat. §. 2. Insuper etiam mansura perpetua sanctione iubemus, ut, omnibus frustrationibus amputatis, in petitorem corpora transferantur, secundaria actione proprietatis non exclusa. *Dat. VI. Kal. Aug. Mediolano, Olybrio et Probino Coss.*

INTERPRETATIO. *Iustum esse decernimus, ut, quodcunque auctor usque in diem vitae suae tenuerit, petentibus heredibus debeat consignari, illi postea, cui competit, actione servata. Virum quoque intestatae uxoris suae facultatem, quae sine filiis recessit, consanguineis eius, qui legitimi sunt, tradere mox sine ulla dilatione praecipimus et maritum proponere minime prohibemus, si quas sibi competere putaverit actiones.*

EPIT. AEG.: Quaecunque auctor usque in diem vitae suae tenuit, debet heredibus consignari, et si intestata mulier sine filiis mortua fuerit, facultatem suam legitimis suis propinquis tradere praecipimus.

EPIT. SUPPL. LAT.: Quaecunque auctor tenuit, debet heredibus consignari, repetenti actione servata. Et si intestata mulier sine filiis moriatur, facultatem suam legitimi propinqui possideant.

## TITULUS XX. (XXI.)[a] UNDE VI.

TIT. XX. UNDE VI. (Epit. Aeg.)

TIT. XXI. UNDE VI. (Epit. Suppl. Lat.)

1.[b] *Imp. Constantinus A. Severo.* Iudices absentium, qui cuiuslibet rei possessione privati sunt, suscipiant in iure personam, et auctoritatis suae formidabile ministerium obiiciant, atque ita tueantur absentes. Hos tamen iudices, quos absentium iussimus subire personam, intra hos terminos ministerii retinemus, ut, illibatis atque omnibus integris causae principalis internis, id solum diligenter inquirant, utrum eius, quolibet pacto, qui peregrinatur, possessio ablata est, quam propinquus vel amicus vel servulus quolibet titulo retinebat. Nec hos, qui deiecti sunt, absentium nomine possidentes, quia minime ipsis dictio causae mandata sit, ab experiunda re secludant, nec si servi sint, eorum reiiciant in iure personas, quia huiuscemodi conditionis hominibus causas orare fas non sit; sed post elapsa quoque spatia recuperandae possessionis legibus praestituta litigium eis inferentibus largiri conveniet, ut eos momentariae perinde possessioni restituant, ac si reversus dominus litigasset. Cui tamen, quolibet tempore reverso, actionem recuperandae possessionis indulsimus, quia fieri potest, ut restitutio propter servulos infideles vel negligentes propinquos vel amicos et colonos interea differatur. Absenti enim officere non debet tempus emensum, quod recuperandae possessioni legibus praestitutum est, sed reformato statu, qui per iniuriam sublatus est, omnia, quae supererunt, ad disceptationem litigii immutilata permaneant; iudicio reservato iustis legitimisque personis, quum valde sufficiat, possessionem tenentibus absentium nomine contra praesentium violentiam subveniri. *Dat. X. Kal. Nov. Mediolano, Constantino A. VII. et Constantio Caes. Coss.*

INTERPRETATIO. *Omnes iudices specialiter admonemus, ut nullus, absentibus dominis, res eorum praesumat invadere, sed contra improbos homines omnia per personam iudicis vindicentur, salvo principali negotio. Quod si quis se adversus absentem negotium habere causatur, et si, cui illi, qui peregrinantur, rem suam commiserint gubernandam, nec actor nec procurator eorum aut aliquis servorum ad dicendam causam domino aut absente aut non iubente cogatur, sed si quid eis fuerit sublatum, mox his, qui domino absente exclusi sunt, quum interpellaverint, reformetur. Ipse vero dominus, si forte per negligentiam servorum res recepta non fuerit, quum de peregrinis redierit, possessionem suam momenti beneficio, etiamsi*[c] *annus excesserit, nullatenus recipere prohibetur, sed restitutis in integrum omnibus, quae eo absente sublata sunt, integra causae actio proponatur, inter legitimas duntaxat et integra aetate personas: quia dignum est, ut contra malitiam eorum, qui praesentes sunt, taliter absentibus iubeamus esse consultum.*

EPIT. AEG.: Hoc est ut omnia per personam iudicis vindicentur, ut nullus res alienas absentibus dominis praesumat invadere. Quod si in peregrinis[a] fuerit dominus, actores aut servos ad reformandas sibi res iudicis mereatur[b] auxilium: si vero eis non fuerint reformatae, reversus dominus possessionem suam momenti beneficio etiam transacto anno recipiat.[c]

EPIT. SUPPL. LAT.: A. Hoc est, ut nullus res alienas absentibus dominis praesumat invadere. Si in peregrinis fuerit dominus, actores ad reformanda sibi sublata iudicis mereantur auxilium. Reversus dominus possessionem suam momenti beneficio etiam transacto anno recipiat.[a]

2.[d] *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Potitum Vicarium Urbis.* Quisquis neque vulgato rescripto neque adversario solenniter intimato possessorem quietum dominio suo huiusmodi terrore turbaverit, ea in perpetuum lite mulctetur, quam praeoccupaverit violentia, quum precibus poposcisset audiri. Quae non minus etiam eum tenebit conditio, qui, iudicis interlocutione suppressa, sub specie iudicati ius alienum improba temeritate pervasit, ita ut neuter reparationem interfecti hoc pacto semel negotii audeat postulare. Si autem, habito plerumque colludio, curatores vel tutores minorum his rem debitam ea occasione pervadant, ut pupillis vel adultis iurgandi copia et fructus adimatur, his eatenus subvenimus, ut eosdem non atterat damno culpa temeritatis alienae, sed illico quidem possessio ei, a quo est ablata, reddatur; curatores autem vel tutores aeterna deportatione punitos bonorum quoque publicatio persequatur. *Dat. prid. Id. Oct. Treviris, Syagrio et Eucherio Coss.*

a) Tit. XX. (XXI.) C. Th. *Tit. XXII?* Br. Al. codd. et Sich. Til. *Tit. XX.* Vid. tit. XI. et XII. b) c. 1. C. Th. *c.* 1. Significatur ab interpr. ad c. 2 C. Th. ad L. Iuliam de Vi (IX, 7). Integra cum interpr. est in codd. 1—16, 17ª, 18, 34; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in codd. 26—28; solus textus om. in codd. 25, 29—33, 35—40; sola interpr. in cod. 19. Interpretatio non omnino convenit cum lege. c) Recte *annus.* d) c. 2. C. Th. *c.* 2? Integra cum interpr. est in codd. 1—16, 17ª, 18 et cod. S. Germ. 366; omnia praeter interpr. des. in cod. 42; inscr. et textus in codd. 21—24, 35, 37; textus et subscr. in codd. 26—28; solus textus om. in codd. 25, 29—34, 36, 38—40; sola interpr. in cod. 19. Cf. c. 2 C. Th. ad L. Iul. de Vi (IX, 7), interpr.

(Epit. Aeg.) a) Aeg. in m. *In peregrinis.* 47 *si peregrinando.* b) Codd. *mereantur,* recte, si simul legitur *servi,* quod nonn. codd. habent. c) Om. c. 2 h. t., sed vid. not. *d.*

(Epit. Suppl. Lat.) a) Vid. apud Aeg. not. *c* et *d.*

## EPIT. GUELPH.

I. Que auctur tenuit. heredibus. consignanda. et uxoris. bona. non viro. sed consanguinei. conpetire.

XX. INDE VI
L' VIIII. ʔ VII[a]) XVII Pl. I' ʔ VI. Ł' III Ł V ʔ III. L' II ʔ VI' ʔ · XVIII Ł III.

Ut pos. sessor. quis. de ectus. momentu recipiat. accessione servata. Pl' V. ʔ VI.[b])

a) C. Th. IX, 7. Paul. V, 3, 2; V, 7; V, 28, 3. Rel. num. inc. sunt. b) Paul. V, 6.

## EPIT. LUGD.

XX. UNDE VI.*)

*) Rubr. tit. est in m. antecedentis folii.

## EPIT. MONACHI.

Quaecunque auctor usque in diem vitae suae tenuerit, petentibus heredibus debeat consignari: [a]) illi postea, cui competit, actione servata. Virum quoque intestatae uxoris suae facultatem, quae sine filiis recessit, consanguineis eius legitimis mox tradat sine dilatione et maritum proponere minime prohibemus, si quas sibi competere putaverit actiones. *Dat. VI. Kal. Aug. Olybrio et Probino Coss.*

XX. UNDE VI.

Nullus iudex absentibus dominis res eorum praesumat invadere, sed ipse eas defendat contra improbos, salvo principali negotio. [a]) Si quis contra absentem negotium habeat et ille absens rem suam alicui commendaverit, sive[b]) servis suis, nec actorem vel procuratorem aut servum ad dicendam causam nemo ex illis cogatur, sed si quid eis fuerit sublatum, quum interpellaverint, mox eis reformetur. Quod si per negligentiam servorum res recepta non fuerit, quum dominus redierit, etiamsi anni excesserint, statim sub momento res suas recipiat in integrum et tunc causae actio proponatur: haec duntaxat inter legitimas et integra aetate personas.

a) 64 add. *De Hereditate.* 62 om. subscript.

a) 64 add. *De Negotio Contra Absentem.* b) 62, 63 *sibi.*

## EPIT. S. GALL.

Imp̄ archad̄ data VI kal̄ agus̄ Mediolano; *intp;* hoc iustum ēē dicimus ut[b]) ꝗcūq: homo omnia que abuit[c]) et usq: in die vite sue tenerit querentib; cū heretib; suis debeat eis consignare et ille postea cui aptinet teneat verū tam̄ uxoris suae res si sine infantes mortua fuerit ad ꝓpincos eius ꝗ illi legitimi sunt eius res adsignare p̄cipimus[d]) nā suus[e]) maritus exin habere n̄ potē.

*It̄ alia. Intp̄.*[f]) Si quis homo ad alterū hominē aut qua[g]) rem cesserit[h]) videat ut si p scriptura aut p testes qualit̄ ipsā rē cedat' ut illut qd̄ p volūtatē cesserat legitime adfirmet.

XVIIII. UNDE VI[a]).

Imp. cons̄. data X. kāl. nom̄b. *Intp̄.* nullus iudex alienas res nec p forcia nec p nullo[b]) malo ingenio absente illo cuius res s̄ nullus omo eas invadere non[c]) p̄sumat nisi si eas[d]) piudiciū iudices potuerint vindicare salvū iudices fretū qd̄ si ille ingenuus homo cui[e]) res sic invasas fuerint forsitā in captivitatem ductus fuerit et res suas in patria dimiserit liceat ipsas res ad suos parentes l̄ ad suos amicus aut ad suos libertus l̄ ad suus servus[f]) ꝓsequerē et salvare qd̄ si forsitan ad illos qualescūq: omines[g]) violentiā facere voluerint ut ipsas res illi salvare n̄ possent[h]) si ipse homo ꝗ in captivitatē ductus fuet si post XXX ann̄ revertat suas res qui in ipsius potestatē erant quando in illa captivitatē ductus fuit tā de illos qui eos invaserat quā et de illos rectores si ipsas res reciperunt[i]) ad salvandū si forsitan exinde aliquid negligenciā[k]) pdider̄ sine omne dilacionē ille qui de ipsa captivitatē reversus ē de p̄sentē suas res ab integro recipiat[l]).

b) 66 *ius eum — aut.* c) 67 *habetur* et infra *usque diebus — tenuerit.* d) 66 *uxorem — se sine fantes — ꝗ le i legitime — p̄cim.* 65 *ad propintiis.* e) 67 *illius.* 65, 67 *exinde.* f) Additur alia interpret., quae ex c. 2 tituli anteced. Qui bonis sumta est. 67 om. *Intp.* g) 65 *aliqua,* sed ita ex cj. Canc., qui annotat, in codice mendose legi *aut qua.* 66 quoque *aut qua.* 67 recte *aliquam.* h) 67 *cessare.*

a) 65 *De vim iudicum.* 67 *De vi.* b) 67 *ullo.* c) 67 om. *non.* d) 65 add. *si.* e) 67 *cuius.* f) 65 et 67 *amicos — libertos — suos servos.* g) 67 *homo.* h) 65 et 67 *possint.* i) 67 *eas invaserant quam de — recepēr.* 65 *reciperint.* k) 65, 67 *per negligentiam.* l) 65 *de ab integ. precipiat* et ann. Canc.: „*precipiat:* h. e. *percipiat.*"

Interpretatio. *Quicunque causam suam non ita agere voluerit, ut adversarium suum publice patefacta actione conveniat, et dominium possessoris illa ratione conturbaverit, ita negotio ipso careat, ut eam causam nunquam valeat reparare, qui prius rem voluit auferre, quam sperare a iudice, ut deberet audiri. Similiter et ille omni causa privetur, qui iudicis ordinatione suppressa, iudicium se habere dicens, alienam possessionem sua praesumtione pervaserit. Quod si tutores etiam vel curatores minorum colludio aliquo pro eorum negotiis alienam rem sub ea, qua diximus, temeritate pervaserint, ut minorum causa depereat, nullum minoribus praeiudicium fieri ex tutorum vel curatorum temeritate permittimus, sed proprietatem suam sine dilatione recipiant; curatores autem vel tutores, amissis rebus suis, perpetuo exsilio deputentur.*

3.[e]) *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. ad Messianum Comitem R. P.* Plerosque detectum est rem privatam nostram, quam publicatio celebrata quaesiverat, invasisse: quam nos a retentatoribus ereptam sociari iubemus aerario, punientes contumacius, quam decus publicum sinebat, erectos, ut, qui litem inferre potuissent, nollent exspectare iudicium ac spernerent victoriam, quam iustitiae praescripsisset eventus, et amplecterentur, quod dedisset audacia. Cadat igitur lite, quisquis operiri noluerit litis eventum, et quod recipere lege potuisset, contemtor examinis violentus amittat. Illi vero, quos in tantum furorem provexit audacia, ut, quod iurgaturi apud examinis fidem sperare non possent, ante eventum iudicialis arbitrii illicita praesumtione temerarent, aestimationem rei, de qua litigari convenerat, cogantur exsolvere. Quod quidem etiam in privatis observandum negotiis generali lege sancimus. Illud autem ab officio magnificentiae tuae cavendum esse decernimus, ut sacratissima domus nostra exspectare litem, non inferre cogatur, neque expetat[f]), sed patiatur examen. *Dat. XVIII. Kal. Iul. Treviris, Timasio et Promoto Coss.*

Interpretatio. *Cognovimus, rem fisci nostri violenter aliquos invasisse, sed nos evidenti lege praecipimus, ut, si quis aut fiscalem rem aut privatam ante sententiam a iudice prolatam invaserit et noluerit exspectare litis eventum, perdat negotium, qui contemsit exspectare iudicium. Ille vero, qui hoc praesumsit invadere, quod per iustitiam apud iudicem non poterat obtinere, habita aestimatione, talem rem[g]) aliam illi domino restituat, qualem noscitur ante iudicium pervasisse.*

Epit. Aeg.: Si quis aut fiscalem rem aut privatam ante sententiam a iudice prolatam invaserit, et noluerit exspectare litis eventum, perdat negotium, qui contemsit exspectare iudicium, ita[d]) ut eam causam nunquam valeat reparare. Ille vero, qui rem alterius praesumsit invadere, habita aestimatione talem aliam rem illi domino restituat, qualem noscitur pervasisse.

Epit. Suppl. Lat.: B. Si quis autem rem fiscalem aut rem privatam ante sententiam a iudice prolatam invaserit et noluerit exspectare litis eventum, perdat negotium, qui contemsit exspectare iudicium.

C. Ille vero, qui hoc praesumserit invadere, quod apud iudicem legibus non poterat obtinere, habita aestimatione talem aliam domino restituat, qualem noscitur ante iudicium pervasisse.

4.[h]) *Impp. Arcadius et Honorius AA. Arriano Consulari Liguriae.* Legis iteranda sunt beneficia, quae tantum absentibus detulerunt, ut, si perturbatus possessionis status sit vel direptum aliquid, ad repetendum momentum redintegrationemque fortunae servis etiam praebeatur facultas, amicis praeterea, parentibus, proximis vel libertis. Iudicem quoque absentium commoda tueri oportet atque in his, quae comprobantur ablata, celeri redhibitione consulere, nec iudicium dilatione suspendi. Sub quocunque igitur nomine vel titulo possidenti repetendi copia praebeatur, qui utendae rei habuit facultatem, ut, quae in militia constitutis vel absentibus erepta esse constiterit, sub cuiuslibet personae repetitione reddantur. *Dat. XV. Kal. Ian. Mediolano, Arcadio IV. et Honorio III. AA. Coss.*

Interpretatio. *Propter absentes legem volumus iterare, ut, quicquid fuerit iis a qualibet persona sublatum, totum amicis eorum vel proximis vel servis, quum iudicem interpellaverint, sine dilatione reddatur: ut res, quam discedens dominus in sua proprietate dimisit, integra ab actoribus domini, quousque redeat, vindicetur. Quaecunque autem in militia constitutis vel absentibus pervasa fuerint, sine aliqua iubemus dilatione restitui.*

Epit. Aeg.: Iterum si absentibus res invasae fuerint, statim a iudice amicis vel actoribus consignentur; etiam[e]) si rem apud principis praeceptum invaserit.

Epit. Suppl. Lat.: D. Iterum si absentibus res invasae fuerint, statim a iudice amicis vel actoribus consignentur, etiam[b]) si apud principis praeceptum aliquis invasisse se rem alterius dicat; praeter illos[c]) qui sine dicere debueris fugaciter pro suo crimine absentamur.

5.[i]) *Iidem AA. Petronio Vicario Hispaniarum.* Nec imperiale rescriptum, quod supplicatio litigatoris obtinuit, nec interlocutio cognitoris interpellare possessionis statum eo, qui rem tenet, absente permittitur, quia negotiorum merita partium assertione panduntur. §. 1. Vitia autem a maioribus contracta perdurant, et successorem auctoris sui culpa comitatur etc. *Dat. XV. Kal. Ian. Mediolano, Caesario et Attico Coss.*

Interpretatio. *Nec per principis praeceptionem, si a litigatore fuerit obtenta, nec per responsum iudicis, si fuerit interpellatus, absente domino possessio ullius auferatur, quia prius*[k]) *conveniri debet ille, qui possidet, et nisi inter praesentes iudicium dari non potest, nec negotium terminari. Nam quicunque alienam vel absentis rem crediderit occupandam, noverit, etiam heredes suos similiter pro hac auctoris praesumtione obnoxios esse mansuros.*

e) c. 3. C. Th. *c.* 3? Ad interpr. vid. L. Vis. VIII, 1, 2. Integra cum interpr. est in codd. 1—16, 17ª, 18 et cod. S. Germ. 366, sed vide de cod. 12 infra not. *f*; omnia praeter interpr. des. in cod. 42; inscr. et textus in codd. 21—24, 37; textus et subscr. in codd. 26—28; textus, subscr. et interpr. in cod. 40. Conflata enim ibi est cum c. 4, cuius subscr. et interpr. cohaerent cum inscr. h. c. Solus textus om. in codd. 25, 29—36, 38, 39; sola interpr. in cod. 19. f) In h. v. desinit folium 69 codicis 12, et deest unum folium cum seqq. usque ad vv. *persona agere* interpr. c. 6 h. t. g) Aliter lex. h) c. 4. C. Th. *c.* 4? Ad interpr. vid. Ben. Lev. III, 226. Integra cum interpr. est in codd. 1—11, 13—16, 17ª, 18, 38 et cod. S. Germ. 366; omnia praeter interpr. des. in codd. 22, 27, 42; inscr. et textus in codd. 21, 23, 24, 37; textus et subscr. in codd. 25, 26, 28, ponitur autem in cod. 25 subscriptio c. 5 h. t.; solus textus om. in codd. 29—36, 39, 40 (de cod. 40 vid. c. 3 h. t. not. *e*); sola interpr. in cod. 19. Cf. L. Vis. VIII, 1, 12. i) c. 5. C. Th. *c.* 5? Cod. 40 *c.* 4. Vid. c. 3 h. t. not. *e*. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—11, 13—16, 17ª, 18 et cod. S. Germ. 366; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 28, 42; inscr. et textus in codd. 21—24, 31—33, 35—37; inscr., textus et interpr. in cod. 34; textus et subscr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 38—40; sola interpr. in cod. 19. k) Recte.

d) Haec vv. sumta sunt ex interpret. c. 2. Supra nonn. codd. *perdat causam.* e) Haec vv. sumta sunt ex interpr. c. 5.

b) Vid. Aeg. not. *e*. c) Haec aliunde sumta sunt, sed corrupte scripta.

| EPIT. GUELPH. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|
| II. Qui conventu̓ domino̓ que petebat invasit. causa̓ privatur. | Qui causam suam absente adversario suo, ut non publice conveniat, agere voluerit et eum aliqua ratione de rebus suis conturbaverit, ita causam ipsam perdat, ut eam nunquam valeat reparare. Similiter et ille, qui iudicis ordinatione suppressa iudicium se habere dicens, alienam possessionem sua praesumtione pervaserit. [c]Si vero tutores vel curatores pro eorum negotio, quos tuentur, alienam rem pervaserint, proprietatem suam minores sine dilatione percipiant, curatores autem vel tutores amissis rebus suis perpetuo exsilio deputentur. | *It̃ alia. Intp̃.* Quicũq: omo suã causã in absconso[m]) p malo ingenio agere voluerit et ipsã causã[n]) ante iudicẽ dicere noluerit[o]) ut causatorẽ suũ absconse noceat aut illũ rixa t'baverit[p]) ille q sic fecit si in ipsa causa iusticiã habere debuisset[q]) tota eã pdat similit̃ si parvuli q in minore etate s̃ p tale negligenciã res suas pdiderint cũ ad legitimã etatem pvenerint res suas ab integro recipiant et si forsitã tutores ĩ curatores de ipsos parvulus p sua neglegenciã ipsorũ res disperatas fuerint de sua facultatẽ tantũ[r]) solvere debeant. |
| III. Qui de ea re, qua invasit vincitur duplu̓ reddit invasa iubetur. | [d]Si quis fiscalem rem aut privatam ante iudicium invaserit, perdat negotium, qui noluit exspectare iudicium, et si hoc praesumit invadere, quod iuste ante iudicem non poterat obtinere, similem rem cum ipsa, quam pervasit, ex proprio amittat. | *It̃ alia. Intp̃.*[s]) Quicũq: homo aut fescale aut privata[t]) rẽ malo ordine invaserit si exinde in iudicio convictus fuerit ipsã rem quam[u]) male invasit et aliũ tantũ ad eũ cui[v]) ipsas res ẽe debuerant reddat[x]) et qd̃ si ille homo cuius ipsas res fuer̃ p sua p̃suptionẽ antequã eas in iudicio convincere possat[y]) p̃sumpserit p̃endere ipsa causa pdat. |
| IIII. Absentibus. dominis. que invasa sunt servis. vel actoribus. momento consi̓gnandu̓. | [e]Quicquid absenti a quolibet fuerit sublatum, totum amicis vel proximis aut servis eorum, quum ante iudicem interpellaverint, sine dilatione reddatur. Quicunque in militia constitutis rem eorum pervaserint, sine aliqua dilatione iubemus restitui. | *It̃ alia Intp̃.* p̃p̃t absentes[z]) legẽ volum̹ iterare ut si alicui omini ad quãlibet hominẽ aliquid tultũ fuerit hoc totũ ad amicis vel pximis aut ad suus libertus vel servus quẽ ille dñs[a]) in suas res misit[b]) cũ iudices noticia sine omne mora[c]) eis reddat' ut quando ille homo qui aut in milicia fuerit aut in qualecũq: necessitatẽ vel captivitatem ductus fuerit cuius ipsas[d]) res fuer̃ ut quando reversus fuerit omnia[e]) ab integro recipiat. |
| V. Absente domino possessionem non auferri. hac enim culpa̓ heredis. obligantur. | Nec per principis praeceptionem, si a litigatore fuerit obtenta, neque per iudicem absente domino possessio auferatur, quia nisi inter praesentes iudicium dari non potest. Nam qui alienam vel absentis rem occupaverint, noverint, heredes suos pro sua[f]) praesumtione obnoxios esse mansuros. | *It̃ alia Intp̃.*[f]) Quicũq: homo contra alterũ hominẽ ante iudicem unde cũq. causa miserit nullus iudex p̃sumat de nulla causa sine eius causatore*) ad unũ hominẽ iudiciũ dare nisi illi qui int̃ se causã habent ambe partes ante iudicẽ veniant[g]) et ipse iudex int̃ eos diligent̃ inquirat[h]) et quã ipsos de eorum[i]) causas bene exquisitus habuerit sic̃[k]) int̃ eos directũ iudiciũ iudicet.[l]) |

c) 64 add. *De Tutoribus.* d) 64 add. *De Re Invasam.* e) 64 add. *De Rem Absente Domino Invasa.* f) 62, 63 om. *pro sua.*

m) 67 *abscondito.* n) 65, 67 *ipsa causa.* o) 67 *voluerit.* p) 67 *per sua rixa conturbaverit* et paulo post *nisi si.* q) Ita 65 et 67. 66 *debuisse.* r) 67 *aliud tantum.* s) 67 om. *Intp.* t) 65 *fiscalem aut privatam.* u) Ita 65. 66 *qui.* 67 *quem.* v) 67 *aliud—cuius.* x) 66 *reddant.* 65 om. *et.* y) 67 *possit* et *prendere.* 65 *presumpserat.* 65, 67 *ipsam causam.* z) 67 *absconse.* Om. etiam *Intp.* a) 67 *quemlibet—dum nos.* b) 66 *suas remisit.* c) 65 *omni morem.* d) 65 *ipsa.* e) 66 *omni.* f) 67 om. *Intp.* *) 66, 67 *causatores.* g) 67 *venient.* h) 66, 67 *inqurant.* i) Ita 65 et 67. 66 *deorũ.* Praeterea 67 *postquam.* k) 65 *sic.* 67 *rectum.* l) De c. ult. huius tit. vid. tit. sq. not. *b.*

LEX ROM. VISIGOTH. | EPIT. AEG. | EPIT. SUPPL. LAT. 215.

6.[1]) *Impp. Honorius et Theodosius AA. Iuliano II. Proconsuli Africae.* Momenti actio exerceri potest per quamcunque personam. Sub colore autem adipiscendae possessionis obrepta petitio alteri obesse non debet, maxime quum absque conventione personae legitimae initiatum iurgium videatur. Nihil autem opituletur conventio circa minorem habita, quum id rectius circa curatorem debuerit custodiri. *Dat. prid. Non. Mart. Ravenna, Constantio et Constante Coss.*

INTERPRETATIO. *Ad recipiendum momentum, id est*[m]) *infra anni spatium cuiuslibet persona agere potest. Si per obreptionem fuerit facta petitio, alterius parti praeiudicare non poterit. Praeterea quum legitima persona non sit, nihil valeat actio contra aetatem minorem, quae contra curatorem suum potius debuit iusta ratione proponi.*

[Epit. Aeg.] Ad recipiendum momentum infra annuum spatium cuiuslibet persona agere potest.

[Epit. Suppl. Lat.] Ad recipiendum momentum infra anni spatium cuiuslibet persona contra pervasorem agere potest. Hoc est, ut eius manus sit de possessione vestita, si docere potuerit, quod infra annum ei fuisset sublata et in hac parte non pulsatus, sed petitor praebeat sacramentum, quod antea in aliis legibus evidentius habetur expositum.[d])

## TITULUS XXI. (XXII.)[a]) UTRUBI.

[Epit. Aeg.] TIT. XXI. UTRUM VI.[a])

[Epit. Suppl. Lat.] TIT. XXI. UTRUM VI.

1.[b]) *Impp. Arcadius et Honorius AA. Vincentio Pf. P. Galliarum. Post alia:* Si coloni, quos bona fide quisque possedit, ad alios fugae vitio transeuntes, necessitatem conditionis propriae declinare tentaverint, bonae fidei possessori primum oportet et celeri reformatione succurri, tunc causam originis et proprietatis agitari, non exspectatis temporibus nec denuntiatione solenni, quae locum in his negotiis non habebunt etc. *Dat. III. Kal. Iul. Mediolano, Stilicone et Aureliano Coss.*

INTERPRETATIO. *Si coloni rei alienae ad alios dominos forte confugerint, primum est, ut fugitivos suos, de cuius re exisse noscuntur, momenti beneficio possessor sine dilatione recipiat, et sic de eorum origine audiatur, nec requiratur in iudicio, ut prius titulum litis petitor scribat, quia initium litis ad momentariam non pertinet actionem.*

[Epit. Aeg.] Si[b]) colonus fugitivus fuerit, haec lex praecepit, ut prior possessor momenti beneficio sine dilatione ipsum recipiat et sic de eius origine audiatur nec requiratur in iudicio, ut petitor titulum litis scribat, quia[c]) ad momentariam actionem non pertinet.

[Epit. Suppl. Lat.] Si coloni rei alienae ad alios dominos forte confugerint, primum est, ut fugitivos suos, de cuius re exiisse noscuntur, momenti beneficio possessor sine dilatione recipiat et sic de eorum origine audiatur.

## EXPLICIT CODICIS THEODOSIANI LIBER QUARTUS.

[Epit. Suppl. Lat.] EXPLC LIBER QUARTUS.

1) c. 6. C. Th. c. 6? Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—11, 13—16, 17ª, 18, 19, 25 et cod. S. Germ. 366; omnia praeter interpr. des. in codd. 21, 28, 42, 45; inscr. et textus in codd. 22—24, 37; textus et subscr. in codd. 26, 27; solus textus om. in codd. 29—36, 38. In codd. 39, 40 haec c. conflata est cum tit. sq. Primum enim ibi ponitur inscr. h. c., deinde, omm. h. c. textu, subscr. et interpr., sequitur subscr. c. un. sq. tit., additis vv. *Utrum Vi*, et post subscr. interpretatio eiusdem c. Particula tantum interpr. est in cod. 12. Vid. c. 3 h. t. not. *f*. m) Recte explicatur v. *momenti*.

a) Tit. XXI. (XXII.) C. Th. *Tit. XXIII?* Br. Al. codd. Sich. Til. *Tit. XXI.* Vid. tit. XI. et XII. b) c. 1. C. Th. *c. un.?* Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17ª, 18, 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 43, 45; inscr. et textus in codd. 21—24, 39, 40 (sed cf. de codd. 39, 40 c. 6 antec. tit. not. *l*); textus et subscr. in codd. 26—28; solus textus om. in codd. 25, 29—38. Interpres recte explicat legem.

[Epit. Aeg.] a) Hic tit. deest in nonn. codd. b) Nonn. codd. add. *quis*. c) Plerique codd. *quia*. Aeg. *qui*.

[Epit. Suppl. Lat.] d) Haec aliunde hausta sunt.

EPIT. GUELPH.

VI Accio momenti. p quacunque persona. exerceri potest. L II• ƺ VIIII. L V.[e])

XXI. UTRUM VI.

Colonum fugam cem. celeri. momentu prestandum non titulum litis querendum L• V ƺ VIIII.[a])

EXPĿC LIB̄ IIII

e) C. Th. II, 4, 5?
a) C. Th. V, 9.

EPIT. LUGD.

Lex VI. Ut momenti actio per quamcunque personam exerceri possit, et quod si per obreptionem fuerit facta petitio, quod alterius parti praeiudicare non possit, et quod nihil valeat actio, quum legitima persona non fuerit.

XXI. UTRUM VI.

Lex I. Ut si coloni alienae rei ad alios dominos forte confugerint, quod momenti beneficio primum fugitivos suos, de cuius re exisse noscuntur, recipere debeant possessores et sic causa de eorum origine agitetur.

LIBER V.*)

I. Bonorum possessio libertinae dividitur inter patruos eorumque filios et nepotes. Consanguineus frater vel adoptivus in toto matrem a successione mortui fratris excludunt. Ius liberorum retinens mater de morientis filii hereditate duas partes praesumit, tertiam fratres emancipati. Ius non habens[a]) tertiam ipsa duas emancipati exclusis patruis possident. In hereditate[b]) filiae fiduciatae non pater, non mater, sed filii si fuerint succedunt. Dividitur[c]) possessio morientis intestati filiis, filiabus, nepotibus ex filia mortua, in fratres etiam et sorores illius, si superstites fuerint. Inter nepotes et neptes confunditur dos[d]) post mortem avi intestati et quicquid filia accepit tempore nuptiarum. Nepotes duas partes de id, quod mater eorum erat habitura, percipiunt. Nepotes[e]) ex emancipatis patribus aut matribus pro bonis aviae in ea portione, quam lex eis tribuit, succedunt. Mater[f]) mortuis filiis cum filiabus aequali sorte succedunt et unam partem ipsa, alteram filiae accipiunt. Permittitur matri de medietate sua libera potestas, si vidua manserit; nam si virum petierit, portionem et de bonis prioris mariti post obitum matris soror et fratres sibi vindicant. II. Uxor[g]) ab intestati mariti successione prohibetur et maritus similiter ab intestatae uxoris successione. Curialium bona[h]), quum intestati moriuntur sine filiis et propinquis, curia vindicat. Intestati[i]) decedentes episcopi, presbyteri, diaconi vel quibus[k]) religiosi vel religiosae sine filiis, uxore, propinquis, ecclesiam heredem relinquunt. Militum bona[l]), si intestati moriuntur, quum proximos non habent, illis, qui eodem officio militant, proficiunt. III. Captivis[m]), si non cum adversariis voluntarie fuerunt, postliminium sua omnia vindicare conceditur. Captivis, dum ad propria[n]) festinant, si ad victum aut vestitum aliquid accipiunt, non requirendum, emtoribus tamen restituitur, quod praedatoribus pro eis dederint vel in servitii compensatione et ipsis captivis facultates propriae redduntur. Ingenuis[o]), qui tyranni temporibus addicti sunt, libertatem reddendam; in illis, qui ingenuum sic addictum servum retinuerint, legibus vindicandum. IIII. Expositum[p]) recentem, si sciente patre vel matre colligitur, in potestate educatoris, utrum servum an ingenuum velit, manendum. Puerum[q]), puellam sciente domino proiectum quicunque misericordia collegerit, si contestationem de collectione eius subscripserint episcopus vel clerici, retinendum. A sanguine[r]) emtum infantem dominus, qui nutrierit, possideat. V. Colonus[s]) domino restituitur. Tributa illius solvuntur et ipse colonus in servitutem curvatur. Colonus[t]) si sollicitatus locum mutaverit et occultatur, pro eo privato VI auri unciae, fiscali cuius fuit,

a) In cod. add.: *Continet aera sive titt. principales XII leges sub titulis XXIII.* Ceterum vid. supra initio libri IV. a) Erravit interpres aut scriba. Cf. C. Th. V, 1, 1. b) c. 3 l. c. c) c. 4 l. c. d) c. 5 l. c. e) c. 6 l. c. f) c. 8 l. c. g) c. 9 l. c. h) C. Th. V, 2. i) C. Th. V, 3. k) Leg. *quilibet.* l) C. Th. V, 4. m) C. Th. V, 5, 1. n) c. 2 e. t. o) C. Th. V, 6. p) C. Th. V, 7, 1. q) c. 2 e. t. r) C. Th. V, 8. s) C. Th. V, 9, 1. t) c. 2 e. t.

EPIT. MONACHI.

[g]) Ad recipiendum momentum intra annuum spatium agere potest. Si per obreptionem fuerit facta petitio, alterius partem praeiudicare non potest. Praeterea quum legitima persona non sit, nihil valet actio contra aetatem minorem, quae contra curatorem debuit proponi. [h]) *Dat. prid. Non. Mart. Constantio et Constante Coss.*

XXI. UTRUM VI.

Si colonus ad alium dominum confugerit, momenti beneficio possessor sine dilatione percipiat et sic de eius origine audiatur, nec requiratur, ut titulum[a]) litis petitor scribat[b]), quia initium litis ad momentariam non pertinet actionem. [c]) *Dat. Id. Iul. Stilicone et Aureliano Coss.*

g) 64 add. *De Momenti Temporis.* h) 62, 64 om. subscript.
a) 62 *tutelam.* b) 64 add. *De Momento.* c) 64 add. *Exp̄l Liber IIII.* Subscript. deest in 62, 63.

EPIT. S. GALL.

XX. UTRŪ VI[a]).

Imp̄. archadius data V. id iul̄i *Intp̄.* de[b]) causas momentaneas om̄ causas momentaneas tā de facultatem et[c]) quā et de colonaria familia ꝗ exinde[d]) causā cū altero habuerit infra ann̄ ꝑsequat cuius essere[e]) debeat et de p̄sentē hoc ē de momento sed[f]) revestitus et sic postea qui exinde ei aliquid dicere voluerit sic cū eo ille ꝗ revestitus ē causas suas agat.

EXPLICIT LIBER IIII.

a) 65 *vim.* b) Haec sent. est ult. c. anteced. tit. c) 67 om. *et.* d) 66 *exsi inde.* e) 67 *esse.* f) 65, 67 *sit.*

# INCIPIT

# CODICIS THEODOSIANI

## LIBER QUINTUS[a]).

## TITULUS I.[b]) DE LEGITIMIS HEREDIBUS.

1.[c]) *Imp. Constantinus A. ad Bassum Pf. P.* Matri ius liberorum non habenti, interveniente licet patruo ceterisque, inter quos agnationis incorrupta iura per ordinem porriguntur, et quicunque deinceps agnati erunt, a quibus consanguinitatis iure mater poterat excludi, placet omnium filii bonorum, quotiescunque ab intestato venitur, deferri tertiam portionem; etiam patruo eiusque filio et duntaxat nepoti, agnatione minime durante (si forte per emancipationem cuiusquam fuerit consanguinitas diminuta), beneficio pari deferri tertiam portionem, licet habeat mater ius liberorum. Nec immerito, si quando supra dicto subnixa mater fuerit privilegio, agnatione diremta ultra nepotis gradum nostrum beneficium minime placuit extendi, ne, multis personis vocatis, plus ablatum matri, minus additum videretur. Sive igitur unus exstiterit pluresve patrui, eorumque filius aut etiam filii et nepotes neptesve, non amplius quam sola tertia universorum bonorum simul omnibus vel singulis pro suis quibusque gradibus deferenda est. Et eodem genere, si plures erunt, a quibus mater possit excludi, non plus quam tertia bonorum matri adversus omnes competere debebit. Supra dictae ergo originis existentibus personis agnatis in infinitum, matri adversus omnes censuimus subveniendum, licet non omnibus adversus matrem, sed certis superius comprehensis personis hoc auxilium tribuatur; ita ut, nec petita bonorum possessione (quoniam huius legis, non praetoris est beneficium), illico, ut sibi delatae portionis dies exstiterit, aditione simplici, arrepto rerum quolibet corpore vel animi destinatione patefacta, plenum dominium delatae sibi portionis consequantur, facultate eis perpetua, dum advixerint, tribuenda in adeunda concessa sibi parte successionis. Nec enim ad eos, qui eorundem successores erunt, nisi ipsis prius, quos indulgentiae nostrae ratio complectitur, quaesita fuerit hereditas, transire quicquam iubemus, sed penes eos manere, apud quos ante istam legem residere potuisset. *Dat. XIV. Kal. Iun. Sirmii, Crispo II. et Constantino II. Caess. Coss.*

Interpretatio. *Si mater ius liberorum non habeat, hoc est, si ingenua tres partus vivos et libertina quatuor non ediderit et unicum filium intestatum fortasse perdiderit, et filius moriens patruum unum vel plures aut certe patrui vel patruorum filios vel nepotes plures cum matre reliquerit, qui tamen emancipati non fuerint, mater in tertia portione in filii intestati hereditate succedat, et duas partes patruus, vel si plures patrui fuerint, aut filii vel nepotes sibimet vindicabunt. Quod si mater liberorum ius habeat, et patruus vel patrui cum matre superfuerint, etiamsi emancipati sunt, duas partes de bonis filii intestati morientis mater consequatur, quae ius liberorum habet, et tertiam patruus vel patrui: qui si defuerint, filii patruorum, quanti fuerint, aequales sibi per capita faciant portiones. Quod si filii patruorum defuerint, simili etiam nepotes patruorum divisione succedant. Sed in hac successione sola constitutio praesens sufficit, ut inter matrem, patruos eorumque filios et nepotes bonorum possessio praesumatur; quae si fortasse adita non fuerit hereditas, et hi, qui adire debuerant, moriuntur, heredes eorum a successione non aditae hereditatis excludit: quia evidenter haec lex constituit, ut non adita hereditas non transeat ad heredes. Hic de iure addendum est*).*

2.[d]) *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Ausonium Pf. P.* Quia non solum filius consanguineus, sed etiam per adoptionem quaesitus, nulla capitis deminutione intercedente eius, matrem excludit; si quidem patiatur mater defunctorum excludi a fratribus consanguineis, exsistentibus, quibus ipsa praeferatur intercedente capitis deminutione, proximior gradus ineatur.

a) In C.Th. huius libri Vesm. certe XXIX titulos fuisse putat; refert enim ad XXIX. titulum c. 2 C.Th. Qui Bonis (IV, 20). b) Tit. I. C.Th. *Tit. I?* c) c. 1. C.Th. *c.* 1. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17[a], 18, 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 43, 45; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in codd. 26—28; solus textus om. in codd. 25, 29—40. *) Ita 1, 2, 7, 12, alii. Vid. not. *h* sq. d) c. 2. C. Th. *c.* 2? Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17[a], 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 28, 42; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in codd. 26, 27; solus textus om. in codd. 25, 29—40; sola subscr. in cod. 19. Ad interpr., quae clarior est lege, cf. Form. Sirm. 23 et Lindenbr. 59.

---

**EPIT. AEG.**

INCIPIT LIBER QUINTUS.

TIT. I. DE LEGITIMIS HEREDITATIBUS.

Si mater ius liberorum non habeat[a]), hoc est si ingenua tres partus vivos et libertina quatuor non ediderit et unicum filium intestatum fortasse perdiderit, non potest in asse, sed succedit in tertia, duas ad se patrui vel filii vel nepotes eorum revocabunt. Quod si habeat ius liberorum, de bonis filii intestati morientis duas ad se mater revocat partes et praedicti tertiam, sed haec successio inter matrem, patruos[b]) eorumque filios et nepotes praesumatur. Quae si fortasse adita non fuerit, et hi, qui adire debuerant, moriuntur, heredes eorum a successione non aditae hereditatis excludit, quia evidenter haec lex constituit, ut non adita hereditas non transeat ad heredes. Hic de iure addendum est.

a) Aeg. *habuerit.* Mox nonn. codd. om. *et unicum—perdiderit.* b) Ita codd. 46, 50, 52. Aeg. *patruus.*

---

**EPIT. SUPPL. LAT. 215.**

*Imp. Arcadius et Honorius āā adriano pū.*

INCIPIT LIBER QUINTUS.

TIT. I. DE LEGITIMIS HEREDITATIBUS.

Si mater ius liberorum non habeat, hoc est si ingenua tres partus vivos et libertina quatuor non ediderit et unicum filium intestatum fortasse perdiderit, mater in tertiam filii hereditatis succedit et duas partes ad se patrui et patruorum filii vel nepotes, si filii non fuerint, revocabunt. Quod si habeat ius liberorum, de bonis filii intestati morientis duas ad se mater revocat partes et praedicti tertiam. Quod si possessio adita non fuerit et illi, qui adire [a])debuerant, moriuntur, non adita hereditas non transeat ad heredes.

a) In cod. deest *debuerant.*

### EPIT. GUELPH.

INCP̃T LIB̃ V.

DE LIGITIMIS HEREDITATIBUS. ·I· pl· IIII ƻ VIIII· GAĪ ƻ XV.[a])

Mater. si ius. liberorum. non abet. de filii mortui. bonis.. terciam tollat. duas. viro.[b]) partis. patrui vel patruorum filii. Si ius. liberorum habeat. duas. ˛ partis. mater tertiam q supra.

a) Paul. IV, 8, 9. Gai. tit. 15 (16). b) i. e. *vero*.

### EPIT. LUGD.

uncia inferenda. Colonus alienus[u]) tricennio apud alium retentus, ut proprius vindicatur; infra repetitus domino cum filiis restituitur. Colona vicennali servitute a priore domino non quaeritur; infra si invenitur, cum parte agnationis revocatur. Nesciente domino[v]) neque de terra, neque de peculio suo quisquam colonus alienare permittitur. Longam[x]) consuetudinem, quae non impedit, pro lege servandam.

I. DE LEGITIMIS HEREDITATIBUS.

Lex I. Ut si ius liberorum mater non habeat et unum filium intestatum perdiderit et filius moriens si patruum vel patruorum filios, nepotes cum matre reliquerit, qui non sint emancipati, quod mater in portione tertia intestati filii hereditate succedere debeat, et quod si ius liberorum mater habeat et patruus vel patrui superfuerint, quod duas partes de bonis filii morientis mater consequi, tertiam patrui debeant etc.

u) C. Th. V, 10. v) C. Th. V, 11. x) C. Th. V, 12.

### EPIT. MONACHI.

INCIPIUNT CAP. LIB. V.

I. De Legitimis Heredibus. II. De Curione, Id Est Curialium. III. De Bonis Clericorum Et Monachorum. IV. De Bonis Militum. V. De Postliminio, Hoc Est, Post Captivitatem. VI. De Ingenuis, Qui Tempore Tyranni Servierunt. VII. De Expositis. VIII. De His, Qui Sanguinolentos Emtos Vel Nutriendos Acceperint. IX. De Fugitivis Colonis, Inquilinis Et Servis. X. De Inquilinis Et Colonis. XI. Ne Colonus Inscio Domino Suum Alienet Peculium Vel Litem Inferat Ei Civilem. XII. De Longa Consuetudine.

I. DE LEGITIMIS HEREDITATIBUS.

Matri ius liberorum non habenti, hoc est si ingenua tres partus vivos et libertina quatuor non ediderit et unicum filium intestatum perdiderit et filius moriens patruum vel patruos vel eorum filios vel nepotes plures cum matre reliquerit, qui emancipati non fuerint, mater in tertia portione hereditate succedat et duas partes patruus vel patrui filii aut nepotes vindicent. Si vero mater ius liberorum habeat et patruus vel patrui cum matre superfuerint, etiamsi emancipati sunt, duas partes de bonis filii mater consequatur et tertiam patruus vel patrui aut filii patruorum aequaliter dividant. Si filii patruorum defuerint, nepotes patruorum succedant. Sed in hac successione sufficit, ut inter matrem, patruos eorumque filios et nepotes bonorum possessio praesumatur. Quae si adita non fuerit et hi, qui adire[a]) debuerant, moriuntur, heredes eorum a successione excludit, quia non adita hereditas non transit ad heredes.

a) 62 *abire*.

### EPIT. S. GALL.

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI V[a]).

I. De legitimis hereditatib;. II. De curiales. III. De clericis[b]) et monachis. IV. De bonis militũ. V. De post captivitate reversis[c]). VI. De ingenuis ꝗ tẽpore tyranni servier̃. VII. De expositis hoc ẽ si quis homo infante in plateis demiserit vel in eclesia[d]). VIII. De is qui sangueltus emptus ĩ nutriendus accip̃[e]). VIIII. De fugitivis ĩ colonis ĩ inquilinis et servis. X. De inquillinis et colonis. XI. Ne colonus insc̃o dñ̃o suo[f]) alienet peculiũ ĩ litẽ et inferat civilẽ. XII. De longa consuetudinẽ.

INCIPIT LIBER QUINTUS.

DE LEGITIMIS HEREDITAB;.

Imp̃. *cons̃* data XIIII kal̃ iuñ roma[a]); *Intp̃;* Si mater ius liberorum ñ habuerit hoc ẽ ius liberorũ si ingenua mulier tres partus ñ habuerit et lib̃tina quatuor ius liberorũ habere ñ possunt si qua[b]) ingenua mulier post mortẽ mariti sui si[c]) ius liberorũ ñ habuerit nisi unicũ filiũ et si[d]) ipse filius emancipiatus fuerit mortuus mat̃ in eius porcionẽ qđ ipse habere debuerat in t̃ciã partẽ succedat et illas duas partes heredes[e]) legitimi int̃ se dividant hoc ẽ si fratres dimisit int̃ ipsos devitant si vero fratres[f]) ñ habet sui patrui hoc s̃ fratres patris si unus aut plures sunt hoc ea recipiant[g]) et si patrui mortui fuerint fili patrui om̃s hoc[h]) recipiant. si[i]) filii patruorũ mortui fuerint si nepotes fuerint ipsi nepotes hoc recipiant qđ si mulier ius liberorum habuerit et si unus aut toti mortui fuerint. II porciones de ipsorũ ereditate mat̃ eorũ recipiat et illa t̃ciã porcionẽ suprascripti parentes int̃ se dividant.

a) 67 *De Libro V.* b) 65 *clericorum vel.* c) 65 om. *reversis.* 65 et 67 *captivitatem.* d) 65 *ecclesiam.* 65, 67 *infantem — dimiserit.* e) 67 *sanguelentis emptos* ˜ *nutritos accep̃rint.* f) 67 om. *suo.*

a) 67 om. *roma.* b) 66, 67 *quis.* c) 67 om. *si.* d) 65 om. *si*, 67 *et.* e) 65 add. *eius.* 66 *legitima.* f) 65 om. *dimisit — fratres.* 67 *dividatur s. v. f. n. habuit.* g) 67 *sunt ipsi hoc recip.* h) 67 *patruorum hoc.* i) 65 *et si.*

Nam constitutio divi Constantini ad Bassum praefectum praetorio emissa patrui tantummodo ius antiquum temperavit, ut, si unus patruus seu duo pluresve sint, sive filius filiive eorum usque ad nepotem exstiterint, beneficio constitutionis in partem tertiam componant; de consanguineis vero fratribus nullam fuisse mentionem cognovimus. Evidenter licet antiquo iure servato, ac divalis memoriae Constantini constitutione comprobata, prospectum esse videatur a nostra clementia, ut in huiusmodi litibus, qui frater consanguineus debet excludi secundum ius antiquum, praeferatur iuxta memoratam destinationem; vel certe, si patrui persona intercesserit, usque ad nepotem ius constitutionis temperatum suum teneat robur atque firmitatem. *Dat. IV. Kal. Ian. Constantinopoli, Valentiniano N. P. et Victore V. C. Coss.*

INTERPRETATIO. *Si moriatur quis et relinquat matrem et fratrem consanguineum, id est uno patre natum vel etiam adoptivum, id est gestis ante curiam affiliatum*[e]), *qui consanguinei loco habendus est, consanguineus frater vel adoptivus matrem in totum a successione mortui fratris excludunt. Quod si emancipatus fuerit consanguineus aut adoptivus, et moriatur frater, superstitibus emancipatis fratribus et matre, patruos eorumque filios vel nepotes etiam emancipati fratres evidenter excludunt: ita tamen, ut, si ius liberorum mater habuerit, duas partes de morientis filii hereditate praesumat et tertiam emancipati fratres, quos constat esse superstites. Quod si mater ius liberorum non habuerit, tertiam mater consequetur, et duas partes etiam emancipati filii, exclusis patruis, possidebunt.*

[Epit. Aeg.] Si moriatur quis et relinquat matrem et fratrem consanguineum aut adoptivum, matrem in toto a successione mortui fratris excludunt. Si vero ius liberorum mater habuerit, duas partes de morientis filii hereditate praesumat, et tertiam emancipati fratres, quos constat esse superstites. Quod si mater ius liberorum non habuerit, tertiam mater consequatur[c]) et duas partes etiam emancipati filii exclusis[d]) patruis possidebunt.

[Epit. Suppl. Lat.] Si moriatur quis et relinquat fratrem consanguineum, id est uno patre natum vel etiam affiliatum, qui consanguinei loco habendus est, in toto a successione mortui fratris excludunt.

3.[f]) *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Hilarium Pf. P.* Quoties de emancipatae filiae successione tractatur, seu eam fiduciae nomen obstrinxit, seu etiam nulla comitantur suffragia liberorum, filiis ex ea genitis, etiamsi talis occasus avo vivente contingat, intacta pro solido successio deferatur, neque ulla defunctae patri matrique concedatur intestatae successionis hereditas, quum satis superque sufficiat adversus omnes legitimo gradu ad successionem venientes in hereditatibus matrum, incolumes ac superstites optabili sorte genitoris, successio liberorum. *Dat. XI. Kal. Mart. Mediolano, Merobaude II. et Saturnino Coss.*

INTERPRETATIO. *Filia, quam fiduciatam nominavit, hoc est*[g]) *emancipata, si intestata moriatur et relinquat superstitem patrem, matrem et filios, excluso patre et matre, etiamsi ius liberorum defuncta non habeat, filii soli in eius hereditate succedunt. Hic de iure addendum*[h]), *quid sit fiducia.*

[Epit. Aeg.] Si filia fiduciata, hoc est emancipata intestata moriatur et filios habuerit, in eius hereditate succedant, excluso patre et matre.

[Epit. Suppl. Lat.] Filia fiduciata, hoc est emancipata, si vivo patre vel matre habens filios mortua fuerit, etiamsi ius liberorum defuncta non habeat, filii soli in eius hereditate succedunt.

4.[i]) *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Constantiano Pf. P. Galliarum.* Si defunctus cuiuscunque sexus aut numeri reliquerit filios et ex filia defuncta cuiuscunque sexus aut numeri nepotes, eius partis, quam defuncti filia, superstes patri, inter fratres suos fuisset habitura, duas partes consequantur nepotes ex eadem filia, tertia pars fratribus sororibusve eius, quae defuncta est, id est filiis filiabusque eius, de cuius bonis agitur, avunculis scilicet sive materteris eorum, quorum commodo legem sancimus, accrescat. §. 1. Quod si hic defunctus, de cuius bonis loquimur, habebit ex filia nepotes, et praeterea filios non habebit, sed qui praeferri nepotibus possint, habebit agnatos, in quandam Falcidiam et in dodrantem nepotes iure succedant. §. 2. Haec eadem, quae de avi materni bonis constituimus, de aviae maternae sive etiam paternae simili aequitate sancimus; nisi forte avia elogia inurenda impiis nepotibus iusta semotis ratione monstraverit. §. 3. Non solum autem, si intestatus avus[k]) aviave defecerit, haec nepotibus, quae sancimus, iura servamus, sed et si avus vel avia, quibus huiusmodi nepotes erant, testati obierint et praeterierint nepotes aut exheredaverint eosdem, et de iniusto avorum testamento, et si quae filiae poterant vel de re vel de lite competere actiones nepotibus deferimus, secundum iustum nostrae legis modum, quae de parentum inofficiosis testamentis competunt filiis. *Dat. V. Kal. Mart. Mediolano, Timasio et Promoto Coss.*

INTERPRETATIO. *Si aliquis moriatur intestatus et filios vel filias superstites vel nepotes ex filia mortua derelinquat, filii in sua portione succedunt; nepotes ex filia de portione matris suae tertiam perdunt, quae superstitibus avunculis eius et materteris proficit. Si vero quis moriatur intestatus et relinquat ex filia nepotes et filios non dimittat, sed fratrem et sororem superstites derelinquat, tres partes hereditatis avi materni sibi nepotes vel neptes ex filia vindicabunt, quartam frater vel soror avi defuncti iuxta legis huius ordinem consequentur. Si vero mulier, id est*[l]) *paterna vel materna avia intestata moriatur et relinquat filios et ex mortuo filio vel filia nepotes, aequaliter de patris vel ma-*

[Epit. Aeg.] Si aliquis moriatur intestatus et filios vel filias superstites vel nepotes ex filia mortua derelinquat, filii in sua portione succedunt. Nepotes ex filia mortua tertiam perdunt de portione matris suae, quae avunculis et materteris proficit. Si vero quis moriatur intestatus et relinquat ex filia nepotes et filios non dimittat, tres partes in hereditate[e]) avi materni nepotes vindicabunt: quartam vero frater vel soror

[Epit. Suppl. Lat.] Quod nepotes ex filia de portione matris ab avo derelicta tertiam perdunt. Si vero quis moriatur intestatus et relinquat ex filia nepotes et filios non dimittat, sed fratrem et sororem superstites derelinquat, tres partes in hereditate avi materni sibi nepotes vel neptes ex filia vindicabunt; quartam vero frater vel soror avi mortui iuxta legis huius ordinem consequantur. Si vero mulier, id est paterna vel ma-

e) Vid. Gai. I, 4, 1; I, 6, 3. Haec add. ab interpr. Savigny l. c. T. I. p. 262 (ed. I.), p. 306 (ed. II.). f) c. 3. C. Th. *c.* 3? Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17ª, 18, 19; omnia praeter interpr. des. in cod. 42; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in codd. 26—28; solus textus om. in codd. 25, 29—40. g) Haec add. interpr. h) Vid. supr. II, 21, 2, interpr. not. *d.* i) c. 4. C. Th. *c.* 4? Marculfi Form. II, 10. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17ª, 18, 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in codd. 26—28; textus, subscr. et partic. interpr. in cod. 25; solus textus om. in codd. 29—40. Subscr. et interpr. inde a vv. *Si vero* una cum indice titt. Br. Al. profertur in cod. Vat. Alexandr. 982, fol. 34ª: quod propterea commemorandum est, quia praeter hoc fragmentum nihil ex Br. Al. in cod. Alex. reperitur. k) 1, 2, 6, 9, 13, 15 *cum avus.* 18 *autem avus si cum avia intestatus def.* 7 *autem in avos si cum avia intestatus def.* l) Haec add. interpr.

c) Multi codd. *consequitur.* d) V. *exclusis* terminatur cod. 56. e) Aeg. *hereditatis,* recte, si deletur *in,* quod in nonn. codd. deest.

## EPIT. GUELPH.

II. Mater in filii mortui. bonis. cum fratre. cusanguineo vel adoptivu. quomodo accedat. Si cuius. liberorum non habeant. tertiam partem consequitur et si habeat duas partis. de bonis filii. exclusis patruis cum filiis dividenda. psumunt.

III Matris. se mancipiate c) successio. filiis. magis. defertur. qua patri. aut matri.

IIII Nepotes. ex filia mortua. tcia parte pdunt. quia avuncolis profecit.

c) i. e. *Matris emancipatae.*

## EPIT. LUGD.

Lex II. Ut si moriatur quis et relinquat matrem et fratrem uno patre natum vel adoptivum, quod consanguineus vel adoptivus matrem a successione mortui fratris excludant, et quod si emancipatus fuerit consanguineus aut adoptivus frater superstitibus emancipatis fratribus et matre a), patruos eorumque filios vel nepotes evidenter excludere possint, ita ut, si ius liberorum mater habuerit, duas partes de morientis filii hereditate sumat, tertiam emancipati, et si ius non habuerit, duas filii, tertiam ipsa.

Lex III. Ut si filia emancipata intestata moriatur relinquatque superstites patrem matrem b), etiamsi ius filiorum defuncta non habeat, quod soli filii in hereditate succedere debeant.

Lex IV. Ut si aliquis intestatus moriatur et filios, filias superstites vel nepotes ex filia mortua derelinquat, quod filii in sua portione succedere debeant, nepotes tertiam perdere, quae proficiat avunculis et materteris, et quod si filios filiasque c) non relinquat et fratrem et sororem superstitem habeat, tres partes hereditatis avi materni nepotes sibi vel neptes vindicare debent, quartam frater vel soror defuncti etc. Qualiter ipsi nepotes, abneptes d) et ceteri

a) Cod. *matrem.* Infra om. *de.* b) Add. *et filios.* c) Leg. *ex filia nepotes dimittat et filios.* d) An *ac neptes?*

## EPIT. MONACHI.

Si moriatur quis et relinquat matrem et fratrem consanguineum, id est uno patre natum vel etiam adoptivum, id est gestis ante curiam affiliatum, hi matrem a successione mortui fratris excludunt. Quod si emancipatus fuerit consanguineus vel adoptivus et moriatur frater, superstitibus emancipatis b) fratribus et matre, patruos eorumque filios vel nepotes etiam emancipati fratres evidenter excludunt: ita tamen, ut, si ius liberorum mater habuerit, duas partes de morientis filii hereditate praesumat et tertiam emancipati fratres. Quod si mater ius liberorum non habuerit, tertiam mater consequatur et duas partes etiam emancipati filii exclusis patruis possidebunt.

Filia emancipata si intestata moriatur et relinquat patrem, matrem vel filios, excluso patre et matre, etiamsi ius liberorum defuncta non habeat, filii soli in eius hereditate succedant.

Qui moritur intestatus et filios vel filias vel nepotes ex filia mortua derelinquit, filii in sua portione succedant, nepotes ex filia tertiam perdunt, quae avunculis eius et materteris proficit. Si vero quis moriatur intestatus et relinquat ex filia nepotes et filios non dimittat, sed fratrem et sororem, tres partes hereditatis avi materni sibi nepotis vel neptis ex filia vindicabunt, quartam frater vel soror avi defuncti consequentur. Si vero paterna vel materna avia moriatur intestata et relinquat ex mortuo filio vel filia nepotes vel neptes, tertiam perdunt de patris vel matris portione, quam patruis et amitis ex aviae paternae bonis, avunculis et materteris sicut et de avi materni conquirunt. Nam si patruus et amita, avunculus et matertera defuerint, ad fratres vel sorores avi eorum tres uncias et ad nepotes

b) Codd. *et mancipatis.*

## EPIT. S. GALL.

*It alia Intp.* k) Si aliquis mortuus fuerit et dimiserit matre et fratre consanguineu hoc e qui de uno patre nati sunt adoptivu hoc e qui ante curiales l pleve l) gistis fuerit adfiliatus totu matre m) de mortui filii hereditate illi excludunt.

*It alia* n) *Intp.* Si quis femina dotata aut in mancipata mortua fuerit et patre aut matre vivos sup se dimittit et si filius sup sua morte dimiserit ipsa mat sua porcione n ad suos parentes nisi ad suos filius demittat.

*It alia Intp* Si quis pat aut mat mortui fuerint et divisione n fecerint o) si filios aut filias sup se dimiserint et forsita una filia eoru mortua fuerit et de ipsa mortua filia nepotes dimiserint p) filii qui vivi s sua porcione in integro succedat nepotes de filia mortua de porcione ad heres q) duas partes recipiunt tcia vero fratres matres sue recipiunt simili si aliqui sine divisione mortua fuerit et dimittit ex filia nepotes et alius filius r) n dimittit et si forsita fratres et s) sorores sup se vivus t) dimiserit. III partes hereditatis. avi materni nepotes l nepcias u) et l nepciis ex filia sibi vindicabunt. quarta vero frat l soror avi defungti recipiunt simili matna l

k) 67 om. *Intp.*, quod saepe factum est et in seqq. non commemoratur. l) 65 *plebe.* 67 *plebe gestis.* m) 67 *ad rem.* n) 65 om. *It. alia.* Idem *Si qua femina dotata a. inmancipata—super se vivos dim.—filios s. suam mortem—filios dimittat.* 67 *dotata—filios s. sua morte.* o) 65 *divisi non fuerint.* p) 66 *dimiserit.* 67 add. *si.* 65 *in integrum.* q) 65, 67 *porcione—recipiant—matris s. recipiant.* Praeterea 67 *matris* pro *ad heres* et infra *dimittet.* r) 65, 67 *alios filios.* s) 65 *aut et.* t) 65, 67 *vivos.* u) 67 *neptis* et om. *et l nepc.* 65 infra *fratres et soror.*

*tris portione nepotes vel neptes tertiam perdunt, quam*[m]) *patruis et amitis ex aviae paternae bonis, avunculis et materteris ex aviae maternae bonis, sicut et de avi materni conquirunt. Nam si patruus et amita vel avunculus et matertera fortasse defuerint, ad fratres vel sorores aviarum tres unciae et ad nepotes novem perveniant: nam in avi paterni hereditate nepotes vel neptes ex filio mortuo de patris sui portione nihil perdunt. Si vero avus vel avia nepotes ac neptes ex filia in testamento suo praeterierint aut non probatis causis exheredaverint, actio illis de inofficioso contra testamentum avi vel aviae, quae matri eorum competere potuit, legis beneficio tribuetur.*

5.[n]) *Impp. Arcadius et Honorius AA. Aureliano Pf. P.* Nepotes ex filia avis pro rata parte hac conditione succedant, qua et matres, si viverent, hereditatem patrum sibi cum fratribus vindicarent, scilicet ut mixtis matrum suarum dotibus avi hereditatem pro rata parte, quam lex divalis censuit, cum avunculis partiantur; nec amplius his quicquam de avitis facultatibus tribuatur, quam legis dudum latae sanctio comprehendit, scilicet detracta tertia partis eius, quae eorum matri, si dotem iungeret, debebatur. Si vero dotem matris miscere noluerint, maternis et paternis facultatibus oportet esse contentos, quos constat alienae iam familiae esse procreatos. *Dat. prid. Non. Oct. Constantinopoli, Arcadio IV. et Honorio III. AA. Coss.*

Interpretatio. *Haec lex similis est superiori: sed hoc amplius habet, quod dotem pro filia in generum factam, vel quicquid ipsa filia accepit tempore nuptiarum, post mortem avi intestati nepotes confundere iubet, ita ut de dote in hereditatem confusa duas partes de eo, quod mater eorum erat habitura, percipiant: aut, si noluerint confundere nepotes, sint acceptis tempore*[o]) *nuptiarum rebus vel sola dote contenti.*

6.[p]) *Impp. Honorius et Theodosius AA. Maximo Pf. U.* Ubi aviarum successio occasu interveniente discutitur, capitis deminutio materna quaerenda non est. Tunc enim in huiusmodi hereditatibus filiorum status aut persona spectatur, quoties de eius bonis, qui potestatem familiae potuit habere, tractatur. *Dat. V. Kal. Oct. Ravenna, Theodosio A. IX. et Constantio III. Coss.*

Interpretatio. *In bonis aviae emancipatio patris aut matris nepotibus non impediat: sed*[q]) *perdito triente, in ea, quam lex eis tribuit, portione succedant.*

7.[r]) *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Albino Pf. U.* Sicut mater, quae liberorum iure subnixa est, patruo capite deminuto dare iussa est tertiam portionem, ita etiam, quae nullo huiusmodi fulcitur auxilio, patruo quatuor cedat unciis facultatum. §. 1. In illa quoque parte matris non est privilegium transeundum, in qua Constantinianae legis potissimum constitutum tenendum esse censemus, ut, siculi nulli unquam vel ex prioris generis parte venientium vel ex consequenti sanguine probatorum agnationis[s]) compositionisve nomine de successione filii iusta cum matre potuit esse contentio, praeterquam patruo, filio patrui et eius nepoti, ita contra omnes reliquos, sicut custoditum hactenus arbitramur, persona potior matris habeatur. §. 2. Emancipati quoque fratris merita tractamus, qui, ut agnationis iure integro matrem in totum a successione filii decedentis excludit, ita capite deminutus nihil penitus consequitur. Exemplo igitur patrui etiam huic cum matre hanc volumus esse rationem, ut quatuor uncias hereditatis accipiat. §. 3. Laxa vero decernimus sanctione, ut statuta nostra non solum futurarum ambigua quaestionum, verum etiam pendentium negotiorum hoc ordine fata discingant. *Dat. III. Kal. Febr. Roma, Theodosio XII. et Valentiniano II. AA. Coss.*

Interpretatio. *Similis est haec lex superiori, sed quia evidentior est, et istam inseruimus. Nam illa hoc amplius habet, quod et de adoptivo filio loquitur.*

8.[t]) *Iidem AA. ad Senatum urbis Romae. Post alia:* Mater, quae habens ius liberorum defuncto filio sine liberis filiave cum eius sorore succedit, pari sortis paternae teneatur exemplo, ut, si torum priorem secundo non mutarit amplexu, omnia filii morte delata pleno iure conquirat; si vero alterius elegerit coniugium mariti, extrinsecus quidem quaesita filio filiaeve simili firmitate possideat, rerum vero paternarum defuncti solo usufructu humanitatis contemplatione potiatur, proprietatem fratribus[u]) transmissura defuncti. Si vero filius, qui moritur, filium vel filiam derelinquit, omnimodo patri suo matrive ipso iure succedant. Quod sine dubio et de

m) Multi codd. *perdant pro patruis* aut *perdunt pro p.* Seqq. usque ad v. *tres unciae* valde depravata sunt in codd.: ut unum nominem, 7, qui sic: *parvis et amicis ex — bonis avunculis sicut et* (om. *de*) *avi — nam parvus et amita tres uncias* et des. *vel avunculus — aviarum;* sed supr. lin. add. *quam de patruus testamentis vel et amitis ex aviae maternae bonis sicut et de avi materni conquirunt nam si patruus. et amita et avunculis et matertera fortasse defuerint. ad fratres. vel sorores aviarum l. sorores.* 1, 2 *fortassis defuerint* (nonn. codd. *defuerunt.* Sich. *defecerint,* sed in m. *defuerint*) *ad fratres v. s. avi eorum* (ita etiam in m. Sich.) *tres uncias et abnepotes.* 12 om. *avunculis — maternae bonis.* n) c. 5. C. Th. c. 5? Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17ª, 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 42; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 29—40; sola interpr. in cod. 19. o) Recte hoc add. ab interpr. p) c. 6. C. Th. c. 6? Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17ª, 18, 19; inscr. et textus des. in codd. 21—24, 37; textus et subscr. in codd. 26—28; solus textus om. in codd. 25, 29—36, 38—40. q) Interpr. hoc recte add. r) c. 7. C. Th. c. 7? Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17ª, 18, 19; omnia praeter interpr. des. in cod. 42; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 29—40; subscr. deest in cod. 27. s) Vv. *agnationis — de successione* om. 17ª. t) c. 8. C. Th. c. 8? Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17ª, 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 28, 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—24, 33; textus et subscr. in codd. 26, 27; solus textus om. in codd. 25, 29—32, 34—40; sola interpr. in cod. 19. u) Ita omnes codd. et edd., sed interpretatio *sorores,* quod totius orationis contextus postulare videtur. Cf. Haenel ad C. Th. h. l. not. c.



avi defuncti consequantur. Si avia paterna mortua fuerit intestata et relinquat filios et ex mortuo filio vel filia nepotes, tertiam perdunt, quae patruis et amitis proficit, similiter*) ex aviae maternae bonis nepotes tertiam perdunt, quae avunculis et materteris proficit. Nam si patruus et amita vel avunculus et matertera defuerint, ad fratres vel sorores aviarum tres unciae[f]) et nepotes novem perveniant. In avi paterni hereditate nepotes ex filio nihil perdunt. Si avus vel avia nepotes ex filia exheredaverint, tribuatur eis de inofficioso agere.

Dotem pro filia in generum factam[g]) vel quicquid ipsa filia tempore nuptiarum accepit, post mortem avi intestati nepotes confundere iubet, ita ut duas partes de portione matris percipiant. Quod si noluerint confundere, sint sola dote contenti.[h])

*) 46, 52 om. *similiter — proficit.* f) Ita 46, 52; rell. et Aeg. *uncias.* g) Aeg. *facta.* h) Om. c. 6, 7 h. t.



terna avia, intestata moriatur et relinquat filios et filias et ex mortuo filio vel filia nepotes, aequaliter de patris et de matris portione nepotes vel neptes tertiam perdunt, quam patruis et amitis ex aviae paternae bonis sicut et avii materni conquirant. Nam si patruus et amita vel avunculus et matertera fortasse defuerint, ad fratres vel sorores aviarum tres unciae[b]), ad nepotes novem perveniant. Nam in avi paterni hereditate nepotes vel neptes ex filio mortuo de patris sui portione nihil perdunt.

Quicquid tempore nuptiarum filia acceperit, post mortem avi intestati nepotes confundant, ita ut de eo[c]), quod mater eorum erat habitura[d]), duas partes percipiant et si noluerint refundere, sint acceptis tempore nuptiarum rebus vel sola donatione contenti.[e])

b) Cod. *uncias,* ut Aeg. c) Cod. *de id.* d) Cod. add. *percipi.* e) Om. c. 6 et 7 h. t.

| EPIT. GUELPH. | EPIT. LUGD. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|
| | gradus hereditatem post defunctos sortiantur. | vel neptes novem perveniant. Nam in avi paterni hereditate nepotes vel neptes ex filio mortuo de patrui[c]) sui portione nihil perdunt. Si vero avus vel avia nepotes ac neptis ex filia in testamento suo praeterierint aut non probatis causis exheredaverint, actio illis de inofficioso testamento legis beneficio tribuetur. | paĩna etata[y]) sine divisione mortua[x]) fuerit et dimittit filius vivus et forsitã de alio mortuo filio ĩ filia dimittit nepotes de patres ĩ de matris ipsi nepotes ĩ nepcias ĩcia pdunt nã in atonis de patris hereditatẽ nepotes ĩ neptis de sui patris porcionẽ nihil pdunt. |
| V. Nepotes. dotę in patre facta. divisione conferri iubetur. L IIII Ꝛ II.[d]) | Lex V. Ut post mortem avi intestati nepotes, quum hereditatem confunderint, quod duas partes de id, quod mater eorum erat habitura, percipere debeant, et quod si confundere noluerint, acceptis tempore nuptiarum[e]) debeant esse contenti. | [d]) Dotem pro filia in generum facta vel quicquid ipsa filia accepit tempore nuptiarum, post mortem avi intestati nepotes confundere iubet, ita ut dote in hereditatem confusa duas partes de id, quod mater eorum erat habitura, percipiant, aut si noluerint confundere nepotes, sint contenti sola dote vel tempore nuptiarum rebus. | *Ĩt alia Intp̃* Haec lex similis ẽ superiore sed hoc amplius habet qd̃ dotẽ ꝑ filia in genero[y]) facta ĩ qd̃qud̃ ipsa filia in tẽpore nupciaꝝ accepit postea[z]) mortẽ attonis intestati ipsi nepotes[a]) omnia insimul cũmiscere iussim̃ et de dotẽ in hereditatẽ mixta II partes exinde qua matrẽ eorũ venire debuerat recipiant[b]) et si forsitam comiscere noluerint[c]) sint ipsi nepotes cũ illut contenti[d]) qd̃ maĩ eorũ in tẽpore nupciarũ accepit ĩ cũ hoc solũ qd̃ in eius dote continet.[e]) |
| VI. In bonis avie. emancipacio patris. vel matris. non nocit. | Lex VI. Ut non impediat emancipatio patris vel matris nepotibus in bonis aviae, quum secundum legem in sua portione succedere possint. | In bonis aviae emancipatio patris aut matris nepotibus non impediat, sed perdito triente in ea, qua lex eis tribuit, portione succedant.*) | |
| VII. Mater de bonis. filii sui. patruo eius. quarta dat. | | | |
| | Lex VII. Similis est secundo in superiori, excepto, quod illa plus habet de adoptivo. | | |
| d) C. Th. IV, 2. | e) Add. *rebus.* | c) Codd. *patruis.* d) 64 add. *De Dote.* Infra codd. *nepotis* et 62 *infundere.* *) c. 7 seq. omitt. | v) Locus corruptus. 65 *S. maternam, et paternam, et si ata* (recte, i. e. *avia*) et ann. Canc.: h. e. *materna, et paterna avia.* 67 *ettasa* et om. *maĩna ĩ.* x) 65 *mortuas — filios vivos — aut filia — patris vel* (om. *de*) — *hereditate n. vel neptias* et om. *de s. p. p.* 67 *divisiones — dimittet filios vivos — dimittet — patris ĩ* (om. *de*) — *terciã — in attones — neptes.* y) 66 *genere.* 67 *superiori — filio.* 65 *dote.* z) 65 *postea post.* a) 67 om. *nepotes.* b) 65 *quam mater — precipiant.* 67 *qui matrẽ.* c) 67 *volunt.* d) 65 *illa contempti quem — dotem.* e) c. 6 et 7 h. t. desunt. |

pronepotibus observandum esse censemus etc. *Dat. VIII. Id. Novemb. Ravennae, DD. NN. Theodosio XII. et Valentiniano II. AA. Coss.*

INTERPRETATIO. *Mater ius liberorum habens, mortuo filio vel filia, si superstites alias filias habuerit et filium non habuerit, cum filiabus aequali sorte succedat, hoc est*[v]) *ut mater mediam et filiae, quantae fuerint, mediam vindicent portionem: ita ut, si alium maritum non acceperit, portionem, quam consecuta est, faciendi de ea, quod voluerit, habeat potestatem; si vero alium maritum acceperit, quicquid filius vel filia mortui aliunde acquisitum reliquerint, mater perpetuo iure vindicet. De bonis vero prioris mariti portionem, quam ex hereditate filii morientis fuerit consecuta, sorores mortuorum fratrum sibi post matris obitum vindicabunt. Quod si filius vel filia, qui moriuntur, matrem ius liberorum habentem superstitem dimiserint et sorores, sed tamen filios habeant, filii eorum in integra patris vel matris facultate succedunt, ita ut mater vel sorores ab hac successione habeantur extraneae. Hoc et de nepotibus et pronepotibus filiorum lex ista constituit.*

9.[x]) *Iidem AA. Hierio Pf. P.* Pridem latae constitutionis pars quaedam abroganda est, ne ullis parentibus aut propinquis, quos naturae legisque pariter praerogativa defendit, in capiendis ab intestato hereditatibus praeferantur coniuges vel etiam comparentur; quum, si sanctitas inter eos sit digna foedere coniugali, non ita laboriosa vel sumtuosa est testandi occasio, ut desiderio suo quisquam subvenire differat, quod interdum ita sensu leviore concipitur, ut antiqui nec, quod extraneis ac saepe ignotis in donationibus successionibusque tribuatur, coniugibus concesserint, reprimendum inter hos potius, ut in loco ancipiti, quam incitandum favorem mutuum arbitrati. Verum lex alia, quam pridem tulimus, ut matrimoniis auxilium impartiret, deficientis hoc totum credidit arbitrio permittendum. Nunc vero parentibus exstantibus vel propinquis ab intestato venire coniuges prohibemus. Itaque nulla mentio prioris legis sit, si qua hoc medio brevique tempore contigisse alicui dicatur coniugis ab intestato hereditas; et lege proposita divulgetur, omnem huiusmodi spem successionis, quae ab intestato[y]) deferatur, coniugibus deponendam, nisi si ille casus emerserit, ut nemo de propinquis successionem mortui vindicare possit ex lege, quum fisco nostro qualiacunque iura matrimonii praeponamus etc. *Dat. X. Kal. Mart. Constantinopoli, Tauro et Felice Coss.*

INTERPRETATIO. *Haec lex id constituit, ut omnes propinqui uxorem ab intestati mariti successione prohibeant et maritum similiter a successione intestatae uxoris excludant. Sed si propinqui omnino defuerint, tunc sibi invicem, excluso fisco, maritus vel uxor succedant.*

**Epit. Aeg.:** Mater ius liberorum habens, mortuo filio vel filia et alterum non habens filium, de mortui hereditatis[i]) medietatem percipit mater et medietatem filiae, quantae fuerint. Si alium maritum non duxerit, faciat exinde, quodcunque voluerit. Si alium duxerit maritum, quicquid aliunde acquisitum reliquerit, perpetuo iure vindicet. Quicquid de bonis paternis habuerit, post mortem matris sorores vindicabunt. Quod si filius vel filia, qui moriuntur, filios dimiserint, et matres et sorores excludantur.

Quod si nullus propinquorum fuerit, qui succedat uxori vel marito, tunc qui supervixerit, excluso fisco, succedat.

**Epit. Suppl. Lat.:** Mater ius liberorum habens, mortuo filio vel filia, si viventes filias habuerit et filium non habuerit, mater cum filiabus aequali sorte succedat, ita ut mater mediam et filiae, quantae fuerint, mediam vindicent portionem, ita ut, si alium maritum non acceperit, faciendi exinde, quod voluerit, habeat potestatem. Si vero alium maritum acceperit, quicquid filius vel filia morte aliunde conquisierint, tum reliquerint, mater perpetuo iure vindicet. De bonis vero prioris mariti portionem, quam ex mortuo filio fuerat consecuta, sorores mortuorum fratrum sibi post matris obitum vindicabunt.

Si nullus propinquorum fuerit, qui succedat uxori mortuae, succedit ipse maritus, similiter et uxor marito.

## TITULUS II.[a]) DE BONIS DECURIONUM[b]).

1.[c]) *Imp. Constantinus A. Rufino Pf. P.* Si decurio sine liberis intestatus diem vitae solverit, cui neque voluntas postrema legibus fulta, neque alio iure gradu proximo heres exstiterit, bona eius curiae suae commodis cedant, id est ordinis utilitati proficiant, cuius corpori fatali necessitate exemtus est, nulli praebenda licentia postulandi haec bona ut vacantia de nostra clementia, etiamsi revera et testamentum et successor deesse legitimus approbetur; omni etiam beneficio, si quod fuerit impetratum, protinus infirmando. *Dat. Kal. Dec. Sirmio, Constantino A. V. et Licinio Caes. Coss.*

INTERPRETATIO. *Si curialis intestatus moriens neque filios neque proximos derelinquat, curia, cuius ordini subducitur, quicquid reliquerit, vindicabit, ita ut nullus audeat ea quasi bona caduca a principibus postulare. Quod si fecerit, non valebit: nam*[d]) *testamentum faciendi curialibus lex ista tribuit potestatem.*

**Epit. Aeg.:** TIT. II. DE BONIS CURIONUM, ID[a]) EST CURIALIUM.

Si curialis intestatus moriens neque filios neque propinquos derelinquat, curia, ad cuius ordinem subducitur, quicquid reliquerit, vindicabit. Nam testamentum faciendi curialibus lex ista tribuit potestatem.

**Epit. Suppl. Lat.:** TIT. II. DE BONIS CURIALIUM.

Si curialis intestatus moriens neque filios neque propinquos derelinquat, curia, ad cuius ordinem subducitur, quicquid reliquerit, vindicabit.

## TITULUS III.[a]) DE BONIS CLERICORUM ET MONACHORUM.

1.[b]) *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. ad Taurum Pf. P. et Patricium.* Si quis episcopus aut presbyter aut diaconus aut diaconissa aut subdiaconus vel cuiuslibet alterius loci clericus aut monachus aut mulier, quae solitariae vitae dedita est, nullo condito testamento

**Epit. Aeg.:** TIT. III. DE CLERICORUM ET MONACHORUM BONIS[a]).

**Epit. Suppl. Lat.:** TIT. III. DE BONIS CLERICORUM.

v) Hoc add. ab interpr. x) c. 9. C. Th. *c. 9?* L. Vis. IV, 2, 11. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17[a], 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 28, 42; inscr. et textus in codd. 21—24, 32, 33; textus et subscr. in codd. 26, 40; solus textus om. in codd. 25, 29—31, 34—39; sola interpr. in cod. 19. y) 1, 2, 5, 6, 8—10, 12—15, Sich. Til. om. *hereditas — ab intestato,* quia iam aderat *ab intestato.*

a) Tit. II. C. Th. *Tit. II?* b) Multi codd. add. *id est Curialium* ex explanatione titt. c) c. 1. C. Th. *c. un.?* Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17[a], 18, 26; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in codd. 27, 28; solus textus om. in codd. 25, 29—40; sola interpr. in cod. 19. d) Haec de suo add. interpres.

a) Tit. III. C. Th. *Tit. III?* In nonn. codd. explanatio tit. h. l. repetita est. b) c. 1. C. Th. *c. un.?* Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17[a], 18, 19; omnia praeter interpr. des. in cod. 45; inscr. et textus in codd. 21—24; particula textus, subscr. et interpr. in cod. 42; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 29—40; subscr. in cod. 27.

i) Plerique codd. *hereditate,* recte, si legitur *de mortui.* Alii *percipiat.*

a) 50 om. *id e. c.* et 49 totam rubr.

a) Nonn. codd. *De Clericis et (s. aut s. vel) monachis;* alii et Aeg. om. *Bonis.*

| EPIT. GUELPH. | EPIT. LUGD. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
| --- | --- | --- | --- |
| VIII. Mater uno. de filiis mortuo. cum sororibus eius medietatem. de bonis. illius. dividat. | Lex VIII. Ut mater, quae ius liberorum habet, quod mortuo filio vel filia, si alias filias non habuerit, cum filiabus aequali sorte succedere debeat, et quod si alterum maritum non duxerit, de portione sua, quod vult, faciendi habeat liberam potestatem; et quod si duxerit, de bonis prioris mariti portionem, quam ex hereditate morientis filii percepit, sorores fratrum mortuorum vindicare post eius obitum debeant; et quod si filius vel filia, qui moriuntur, matrem ius filiorum habentem superstitem derelinquerint, si filios habuerint, quod filii vel filiae in integra patris vel matris facultate succedere debeant et mater et sorores excludi, et quod eadem lex nepotibus et pronepotibus constituta sit. | Mater, quae habens ius liberorum defuncto filio aut filia, si alias filias habet et filium non habet, mater mediam et filiae, quantae fuerint, mediam vindicent portionem: ita ut si alium maritum non acceperit, de portione, quam accepit, faciet, quod voluerit. Si vero alium maritum acceperit, quicquid filius vel filia mortui de acquisito reliquerunt, mater perpetuo iure vindicet. De bonis vero prioris mariti portionem, quam ex filio vel ex filia acceperat, sorores mortuorum fratrum post matris obitum vindicabunt. Quod si filius vel filia mortua matrem ius liberorum habentem[e]) dimiserint et sorores, sed tamen filios habeant, ipsi integram patris vel matris facultatem percipiant et matres vel sorores habeantur extranei. Hoc de[f]) nepotibus vel pronepotibus filiorum lex ista constituit | *It̃ alia. Intp̃.* Sic̃ superius iã in[f]) superiorẽ legem inseruimꝯ ut si maĩ ius liberorũ habet ut[g]) unus ex filiis suis mortuus fuerit de ipsi mortui filii porcionẽ. II. partes maĩ accipiat[h]) et ĩciã sui filii qui vivi s̃ inĩ se dividant sed in hac legem constitutũ ẽ ut si maĩ ius liberorũ habens et unus ex filiis suis aut filia mortui[i]) fuerint de ipsius mortui filii ĩ filie hereditate medietate ex eo maĩ[k]) recipiat et illa alia medietate suas filias inĩ se dividant et[l]) ipsa mulier aliu maritũ ñ priserit de ipsã porcionẽ potestate habeat facere qd̃ voluerit si vero aliu maritu acciperit qd̃qd̃[m]) filius ĩ filia mortua aliunde adq:sieř maĩ eorũ in ꝑpetuo sibi vindicet[n]) nã de alia hereditate prioris mariti ipsam porcionẽ quã ex mortuo filio ĩ filia fuerat consecuta sorores de illos mortuos fratres post obitu matres sue sibi vindicent[o]); qd̃si filius aut filia illi qui moriunt' demiserint et matrẽ eorum ius liberorum habentẽ suꝑ se dimiserint et sorores et si forsitã filius habeant illi qui moriunĩ ipsi filii eoru in integra patris ĩ matris suae facultatẽ succedunt[p]) et maĩ ĩ sorores mortuorum postea ab ipsa facultatẽ habeant' extranei hec lex de nepotib; et ꝓnepotib; filiorũ constituit. |
| VIIII Extantibus. propinquis ab intestato locus. uxoribus non datur. idem. et viris. L IIII ʒ XVIIII.[e]) | Lex VIIII. Ut propinqui uxorem ab intestati mariti successione prohibeant, similiter et virum a successione intestatae uxoris. | Omnes propinqui uxorem ab intestati mariti successione prohibeant et maritum similiter ab intestatae uxoris[g]). Sed si propinqui defuerint, tunc sibi invicem excluso filio maritus vel uxor succedant. *Dat. XI. Kal. Mart. Tauro et Felice Coss.*[h]) | *It̃. alia. Intp̃.* Si quis homo ingenuus intestatus sine filius mortuus fuerit suã facultatẽ post mortẽ ipsius sui parentes accipiant[q]) similiĩ[r]) mulier si intestata sine filiis mortua fuerit suã hereditatẽ sui parentes recipiant.[s]) qd̃ si nec maritus nec uxor nullu ꝓpinquu heredẽ ñ[t]) habuerint tunc postea maritus et uxor sibi unus alteri[u]) invicem in hereditatem succedunt. |
| DE CURIONUM ID EST CURILIUM NL·I· ʒ X L·IIII. ʒ I.[a]) | II. DE DECURIONIBUS. | DE CURIONIBUS II.[a]) | II. DE[a]) DECURIONŨ ID Ẽ CURIALIU. |
| Curiales intestati. bona. si sine heredibus. sint ad curiam pertenere. | Ut si curialis moriens neque filios neque proximos dereliquerit, quod curia, cuius ordini subditur, quicquid reliquerit, vindicare debeat. | Si curialis intestatus moriatur et sine filiis vel proximis, curia, cuius ordini subducetur, quicquid reliquerit, vindicabit, ita ut nullus audeat[b]) ea quasi bona caduca a principe postulare: quod si fecerit, non valebit. Nam testamentum faciendi curialibus lex ista prohibuit[c]) potestatem. *Dat. Kal. Dec. Syrmo Constantino A. V. et Licinio Coss.* | Imp̃. cons data kal̃ decem̃b; *Intp̃.* Si curiales hoc ẽ curiales[b]) qui fescales causas ꝑagit[c]) si forsitan intestatus mortuus fuerit et neq: filius nec ꝓximus[d]) suꝑ se dimiserit suã facultatẽ quã ipse habuit ad nullũ alterũ hominẽ prendere licet nisi ad ipsus curiales de ipsa linia[e]) unde fuit qui ipsã curã quã ille fecit agere debeat nam curialib; testamentu facere lex ista tribuit potestatẽ. |
| III. DE CLERICORUM VEL MONACHORUM L XVI. ʒ· I· ʒ· V· NL· III. ʒ· V.[a]) | III. DE CLERICIS. | III. DE BONIS CLERICORUM*). | III DE CLERICORU ET MONACHORU. |

e) C. Th. IV, 19.
a) Nov. Th. tit. X. Nov. Maior. tit. I.
a) C. Th. XVI, 1. Nov. Mart. tit. V.

e) 62 *matre—habente.* 63 *matrẽ— habente.* f) 62, 63 om. *de.* g) 64 *uxoris ut maritus uxore et uxor marito succedant. Sed.* 62 *fisco* supra v. *filio.* h) 62 om. subscr.
a) 64 *De Decurionibus.* 62 in m. *Decurione id est curialium.* b) 62, 63 *valeat.* c) Interpret. *tribuit.* Subscript. deest in 62.
*) 62 in m. add. *et monachorum.*

f) 65 om. *in.* g) 67 *et.* 65 *de* pro *ex.* h) 65 *recipiat.* i) 65 *ut unus—filias mortuas.* 67 *aut si—mortuus.* k) 65 add. *eorum.* 67 *recipiant.* l) Recte Canc. vult addi *si.* Id v. addit 67, qui ita: *et si ipsic.* m) i. e. *quidquid.* 65 *ipsa portione—quodque.* n) 65 *vindicent—et filia.* 67 *vindicabit.* o) 67 *matris—vindicabunt—l' filia.* p) 65 *morientur—et mater—filios—integra facultatem patris et mat. s. s.—et sor.—facultate.* 67 *filios—integrã—facultate.* q) 65 et 67 *filios—recipiant.* r) 67 add. *et* post *similiter.* s) Vv. *similiter—recip.* bis scripta sunt in 66. Post *hereditatem* 67 add. *post mortem ipsius.* t) 67 om. *non.* u) 65 *alter.* 67 *ad alterum invicem sibi.*
a) 65 et 67 om. *De.* b) 65 om. *hoc est cur.* c) 65 *per...t.* d) 65 et 67 *proximos,* sed 65 om. *filius nec.* Paulo post 66 *dimiserint* et 67 *hominem alterum* et ut 65 *ipsos.* e) 67 *genere* et post *unde* addit *ille.*

decesserit, nec ei parentes utriusque sexus vel liberi, vel si qui agnationis cognationisve iure iunguntur vel uxor exstiterit, bona, quae ad eum pertinuerint, sacrosanctae ecclesiae vel monasterio, cui fuerat destinatus, omnifariam socientur [exceptis iis facultatibus, quas forte censibus adscripti vel iuri patronatus subiecti vel curiali conditioni obnoxii clerici vel monachi cuiuscunque sexus relinquunt. Nec enim iustum est, bona seu peculia, quae aut patrono legibus debentur aut domino possessionis, cui quis eorum fuerat adscriptus, aut ad curias pro tenore dudum latae constitutionis sub certa forma pertinere noscuntur, ab ecclesiis detineri; actionibus videlicet competenter sacrosanctis ecclesiis reservatis, si quis forte praedictis conditionibus obnoxius aut ex gestis negotiis aut ex quibuslibet aliis ecclesiasticis actibus obligatus obierit]: ita ut, si qua litigia ex huiusmodi competitionibus in iudiciis pendent, penitus sopiantur, nec liceat petitori post huius legis publicationem iudicium ingredi vel oeconomis aut monachis aut procuratoribus inferre molestiam, ipsa petitione antiquata, et bonis, quae relicta sunt, religiosissimis ecclesiis vel monasteriis, quibus dedicati fuerant, consecratis. *Dat. XVIII. Kal. Ian. Ariovindo et Aspare Coss.*

INTERPRETATIO. *Si quis episcopus, vel quos lex ipsa commemorat, aut quilibet religiosi vel religiosae intestati sine filiis, propinquis vel uxore decesserint, qui tamen nec curiae quicquam debuerint nec patrono, quicquid dereliquerint, ad ecclesias vel monasteria, quibus obsecuti fuerint, pertinebit.* [c]) *Qui si testari voluerint, habebunt liberam potestatem.*

EPIT. AEG.: Si religiosi vel religiosae sine legitimis heredibus moriantur, qui tamen nec curiae quicquam debuerint nec patrono, quicquid reliquerint, ad ecclesias vel monasteria, quibus obsecuti fuerint, pertinebit.

EPIT. SUPPL. LAT.: Si religiosi vel religiosae sine legitimis heredibus moriantur, qui tamen nec curiae quicquam debuerint nec patrono, quicquid reliquerint, ad ecclesias vel monasteria, quibus obsecuti fuerint, pertinebit. Qui si dum vivunt, testari voluerint, habebunt liberam facultatem et potestatem.

## TITULUS IV. [a]) DE BONIS MILITUM.

(Epit. Aeg.: TIT. IV. DE BONIS MILITUM. — Epit. Suppl. Lat.: TIT. IV. DE BONIS MILITUM.)

1. [b]) *Imp. Constantius A. ad Bonosum Magistrum equitum.* Universis tam legionibus quam vexillationibus comitatensibus seu cuneis insinuare debebis, uti cognoscant, quum aliquis fuerit rebus humanis exemtus atque intestatus sine legitimo herede decesserit, ad vexillationem, in qua militaverit, res eiusdem necessario pervenire. *Dat. V. Id. Mai. Hierapoli, Rufino et Eusebio Coss.*

INTERPRETATIO. *Si milites sine legitimo herede intestati decesserint et proximos non habuerint, eorum bona, qui in eodem officio militant, vindicabunt.*

EPIT. AEG.: Hoc est, si intestati decesserint [a]), bona eius, qui in eodem officio militant, vindicabunt.

EPIT. SUPPL. LAT.: Milites si sine legitimis heredibus intestati decesserint, eorum bona, qui in eodem concilio militant, obtinebunt.

## TITULUS V. [a]) DE POSTLIMINIO [b]).

(Epit. Aeg.: TIT. V. DE POSTLIMINIO. — Epit. Suppl. Lat.: TIT. V. DE POSTLIMINIO.)

1. [c]) *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Severianum Ducem.* Si quos forte necessitas captivitatis abduxit, sciant, si non transierunt, sed hostilis irruptionis necessitate transducti sunt, ad proprias terras festinare debere recepturos iure postliminii ea, quae in agris vel mancipiis ante tenuerunt, sive a fisco nostro possideantur, sive in aliquem principali liberalitate transfusa sunt. Nec timeat quisquam alicuius contradictionis moram, quum hoc solum requirendum sit, utrum aliquis cum barbaris voluntate fuerit an coactus. *Dat. XVI. Kal. Iul. Remis, Gratiano A. et Dagalaipho Coss.*

INTERPRETATIO. *Quicunque necessitate captivitatis ducti sunt et non sua voluntate, sed hostili depraedatione ad adversarios transierunt, quaecunque in agris vel mancipiis antea tenuerunt, sive a fisco possideantur, sive aliquid ex his per principem cuicunque donatum est, sine ullius contradictione personae tempore, quo redierint, vindicent ac praesumant, si tamen cum adversariis non sua voluntate fuerint, sed captivitate se detentos esse probaverint.*

EPIT. AEG.: Qui non sua voluntate, sed hostili depraedatione in captivitatem ducti sunt, quaecunque in agris vel mancipiis antea tenuerunt, sine ullius contradictione tempore, quo redierint, vindicent ac praesumant.

EPIT. SUPPL. LAT.: Quicunque necessitate captivitatis inviti ab hostibus ducti sunt, quicquid antea tenuerunt, seu a fisco possideantur seu aliquid exinde per principem cuicunque donatum est aut a quocunque possessa fuerint, tempore, quo redierint, vindicabunt.

2. [d]) *Impp. Honorius et Theodosius AA. Theodoro Pf. P.* Diversarum homines provinciarum cuiuslibet sexus, conditionis, aetatis, quos barbarica feritas captiva necessitate transduxerat, invitos nemo retineat, sed ad propria redire cupientibus libera sit facultas. §. 1. Quibus si quicquam in usum vestium vel alimoniae impensum est, humanitati sit praestitum, nec maneat victualis sumtus repetitio: exceptis iis, quos barbaris vendentibus emtos esse docebitur, a quibus status sui pretium propter utilitatem publicam emtoribus aequum est redhiberi.

c) Hoc add. ab interpr. propter vv. in princ. legis *nullo condito testamento.* Gloeden l. c. p. 26 hunc locum respexisse putat auctorem Ed. Th. art. 26. Sed vid. Praef. nostram.

a) Tit. IV. C. Th. *Tit. IV?* Fuerunt eius in C. Th. plus quam tres leges. b) c. 1. C. Th. *c.* 1? Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17[a], 18, 30; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in codd. 26—28; solus textus om. in codd. 25, 29, 31—40; sola interpr. in cod. 19. Peyronus ex cod. Taurin. duas adiecit constt.

a) Tit. V. C. Th. *Tit. V?* b) In plerisque codd. ex explanatione titt. add. *i. e. post captivitatem regressis* sive *post captivitatem reversis.* c) c. 1. C. Th. *c.* 1. Ad interpr. vid. Ben. Lev. III, 229. Integra est cum interpr. in codd. 1, 2, 4—16, 17[a], 18, 30; omnia praeter interpr. des. in cod. 42; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in codd. 27, 28; solus textus om. in codd. 25, 26, 29, 31—40; sola interpr. in cod. 19. d) c. 2. C. Th. *c.* 2. Concil. Hispal. II. can. 1. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17[a], 18, 30; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in codd. 26—28; solus textus om. in codd. 25, 29, 31—40; sola interpr. in cod. 19.

a) Aeg. *discesserint.*

| EPIT. GUELPH. | EPIT. LUGD. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|
| I. Relegiosis. sine herede legitimu deficientibus. eclesie vel monustiria. succedunt. | Ut si episcopus vel presbyter sive diaconus[a]) vel quicunque religiosi vel religiosae intestati moriantur, si sine filiis, propinquis vel uxore decesserint, qui nec patrono nec curiae quicquam debuerint, quod quicquid reliquerint, ad ecclesiam vel monasteria, quibus obsecuti fuerint, suas facultates conferre liberam habeant potestatem. | Si quis episcopus, [a]) presbyter aut diaconus, subdiaconus vel cuiuslibet alterius loci clericus vel monachus aut quilibet religiosi vel religiosae intestati sine filiis, propinquis vel uxore decesserint, nec curiae quicquam debuerint, nec patronum aliquem reliquerint[b]), ad ecclesiam vel monasterium, quibus obsecuti fuerint, pertinebit eorum facultas. Qui si testari voluerint, habebant liberam potestatem. *Dat. XVIII. Kal. Ian. Ariovindo et Aspare Coss.*[c]) | Imp̄ theū data XVIII kal̄ ian̄. *Intp̄.* Si quis ep̄s aut clericus l̄ monachus aut quicūq: relegiosus l̄ relegiosa femina si isti ss̄[a]) suā facultatē habuerint et intestati sine filius aut sine uxore[b]) mortui fuerint et heredes n̄ dimiserint qd̄qd̄[c]) nec curiae aliqd̄ debuerat nec patronū qd̄qd̄ relinquerint postea ipsas aeclesias cui servier̄ illorū facultatē adquirant et si testamentu facere voluerint liberā[d]) potestatē habeant faciendi. |
| DE BONIS MILITUM IIII. | IV. DE BONIS MILITUM. | DE BONIS MILITUM. IIII.[a]) | IIII. DE BONIS MILITŪ. |
| Milites. sine heredite legetimu deficient bona. eorum ubi serviert pertinebunt. | Ut milites, si sine legitimo herede intestati decesserint et proximos non habuerint, quod eorum bona illi vindicare debeant, qui eodem officio militant. | Milites si sine legitimo herede intestati decesserint, eorum bona, qui eodem officio militant, vindicabunt. *Dat. V. Id. Mai. Rufino et Eusebio Coss.*[b]) | Imp̄. cons̄. data II id̄[a]) mar̄. *Intp̄.* Si milit̄ intestati et sine heredes mortui fuerint et ꝓximus n̄ abuerint eorū bona[b]) illi qui in ipso oficio militant sibi vindicabunt. |
| V. DE POSTLIMINIO. | V. DE POSTLIMINIO ID EST POST CAPTIVITATEM REGRESSIS. | V. DE POSTLIMINIO ID EST POST CAPTIVITATEM. | V. DE POSTLIMINIO ID Ē DE POST CAPTIVITATĒ REVERSI[a]). |
| Id est post captivitatem. reversi. cum redierent bona sua. vel si ad fisco teniantur. sine dilacionem. redenda.[a]) | Lex I. Ut qui non sua voluntate, sed hostili depraedatione ad adversarios transierint, quod si redierint, quicquid in agris vel in mancipiis ante tenuerant, sive a fisco possideantur sive aliquid ex his per principem cuicunque donatum sit, vindicare ac praesumere sibi debeant. | Qui non sua voluntate, sed hostili praedatione *) adversarios transierint, hoc sunt captivi, quaecunque in agris vel mancipiis antea tenuerunt, sive a fisco possideantur sive per principem aliquid donatum est, sine ullius contradictione, ut redierint, vindicent. | Imp̄. valentinus data XVII kal̄ iulias. *Intp̄.*[b]) Quicumq: ingenuus homo de captivitate sine sua voluntate aut p oste captivus ductus ē post quantucuq: tempore in patria sua[c]) reversus fuerit liceat ei omne[d]) suā facultate qd̄ dimiserit in integro[e]) recipere et si forsitā eam aut fiscos aut privati[f]) homines tenuerint aut iudex eā[g]) alicui dederit omnia ab integritatē ei ipsā facultatē reddant[h]) et si forsitā ipse homo qui eū captivū habuit[i]) redēpcionem p̄cii sui de eo prendere voluerit etsi ille ipsā redēpcionē n̄ habuerit unde dare[k]) ꝑ ipsā redēpcionē. V. ann̄ serviat qui eū captivū habuit et post V. ann̄ sine omni[l]) alia redēpcione liber ad sua ꝓvincia revertat' et si forsitā |
| a) Om. c. 2. | a) Vv. *presbyter s. diaconus* ex lege ipsa sumta sunt. | a) Vv. *presbyter — monachus* ex lege ipsa hausta sunt. 63 om. *religiosi vel.* b) 64 *debuerunt — reliquerunt — monasteria.* c) Subscr. deest in 62.<br>a) 62 in m. add. *Si intestati discesserint.* Paulo post codices *heredes.* b) Subscr. deest in 62.<br>*) Add. *ad.* | a) 65 *supra scripti.* 67 *femina int̄ se ee̅ si suā — habuerit.* b) 65, 67 *filios — uxores.* c) 65 *quodquod* hic et infra. d) 65 *libera.*<br>a) 65 om. *Id.* b) 65, 67 *proximos.* 67 *illorū facult.*<br>a) 65 *id est de captivitatem,* om. *revers.* b) Haec sententia ex c. 1 et 2 h. t. in unam conflata est. — 65 *homo ingenuus.* c) 65 *tempus in patriam suam.* d) 65 *omnia.* e) 65 *integrum.* 67 *integra.* f) 66 *privatus.* g) 65 om. *eam.* h) 65 *ad integritate — reddat.* Rell. ex c. 2 h. t. sumta sunt. i) Canc. suppleri vult *redemptum.* Paulo post 65 et 67 *de eum.* k) 67 *reddere.* 66 *illae — habuerint.* l) 65 *omnia.* Infra 65 *suam* et 67 *suam provinciam.* |

| LEX ROM. VISIGOTH. | EPIT. AEG. | EPIT. SUPPL. LAT. 215. |
|---|---|---|

Ne quando enim damni consideratio in tali necessitate positis negari faciat emtionem, decet redemtos aut datum pro se pretium emtoribus restituere aut labore, obsequio vel opere quinquennii vicem referre beneficii, habituros incolumem, si in ea nati sunt, libertatem. §. 2. Reddantur igitur sedibus propriis sub moderatione, qua iussimus, quibus iure postliminii etiam veterum responsis incolumia cuncta servata sunt. §. 3. Si quis itaque huic praecepto fuerit conatus obsistere actor, conductor procuratorque, dari se metallis cum poena deportationis non ambigat; si vero possessionis dominus, rem suam fisco noverit vindicandam seque deportandum. §. 4. Et ut facilis exsecutio proveniat, Christianos proximorum locorum volumus huius rei sollicitudinem gerere. Curiales quoque proximarum civitatum placuit admoneri, ut emergentibus talibus causis sciant, legis nostrae auxilium deferendum; ita ut noverint rectores universi, decem libras auri a se et tantundem a suis apparitionibus exigendum, si praeceptum neglexerint. *Dat. IV. Id. Dec. Ravenna, Honorio VIII. et Theodosio III. AA. Coss.*

Interpretatio. *Hi, qui ab hostibus tempore captivitatis ducti sunt, si ab aliquibus vel ad victum vel ad vestitum aliquid acceperunt, quum redire ad propria voluerint, minime aliquid pro eorum requiratur expensis. Tamen si pretium pro captivo suo praedator acceperit, quod dedisse emtor probaverit, sine dubitatione recipiat. Quod si pretium non habuerit, quinquennio serviat captivus emtori et post quinquennium sine pretio ingenuitati reddatur, qui, quum ad propria redierit, omnia sua integra et salva recipiat. Si quis itaque huic tam iustae praeceptioni resistere tentaverit, noverit se in exsilio deputandum: si vero possessor fuerit, facultatem suam fisci viribus addicendam. Sane Christianos, qui redemtioni studere debent, pro captivis volumus esse sollicitos. Ad curiales etiam ista sollicitudo pertineat, ita ut omnes iudices sciant, decem libras auri fisco se daturos, qui huius legis praecepta neglexerint.*

[Epit. Aeg.] Captivus nemo teneatur invitus et si praedator captivum suum vendiderit, captivus emtori pretium reddat. Quod si pretium non habuerit, quinquennio serviat, quo transacto ingenuitati reddatur.[a]) Omnes quidem iudices sciant, decem libras auri fisco se daturos, qui huius legis praecepta neglexerint.

[Epit. Suppl.] Ut hi, qui ab hostibus tempore captivitatis ducti sunt, si ab aliquibus aliquid ad victum vel vestitum acceperant, quum redierint, reddere non cogantur. Si praedator pro captivo suo pretium recipit, quod dedisse emtor probaverit, recipiat. Quod si pretium redemtus, quod reddat, non habuerit, quinquennio serviat captivus emtori, post quinquennium sine pretio ingenuitati reddatur. Qui hanc legem transcenderit, pauperior persona in exilium deportetur, facultatem divitis fiscus acquirat. Curiales etiam de redemtis sollicitudinem gerant. Index si hanc legem procurare neglexerit, decem libras auri mulctetur.

## TITULUS VI. [a]) DE INGENUIS, QUI TEMPORE TYRANNI SERVIERUNT.

1.[b]) *Imp. Constantinus A. ad Volusianum.* Universi devotionis studio contendant, si quos ingenuis natalibus procreatos sub tyranno ingenuitatem amisisse aut propria contenti conscientia aut aliorum indiciis recognoscunt, natalibus suis restituere, nec exspectata iudicis interpellatione. Nam si quis contra conscientiam suam vel certissima testimonia plurimorum in eadem avaritiae tenacitate permanserit, severissima poena mulctabitur. Placet autem, etiam eos periculo subiugari, qui scientes ingenuos servitutis necessitatem per iniuriam sustinere dissimulant. *Prop. VIII. Kal. Mai. Romae, Volusiano et Anniano Coss.*

Interpretatio. *Ingenui, qui tyranni temporibus addicti sunt servituti, ingenuitati reddantur. Quod si quis sciens hoc ordine addictum ingenuum in servitute tenuerit, noverit in se legibus vindicandum.*

[Epit. Aeg.] TIT. VI. DE INGENUIS, QUI TEMPORE TYRANNI SERVIERUNT.

Ingenui, qui tyranni temporibus addicti sunt in servitutem, ingenuitati reddantur. Si quis sciens hoc ordine ingenuum afflictum et in servitute eum tenuerit, severissima poena mulctabitur.

[Epit. Suppl.] TIT. VI. DE INGENUIS, QUI TEMPORE TYRANNI SERVIERUNT.

Hoc est, ut pristinae ingenuitati reddantur.

## TITULUS VII. [a]) DE EXPOSITIS.

1.[b]) *Imp. Constantinus A. ad Ablavium Pf. P.* Quicunque puerum vel puellam proiectam de domo, patris vel domini voluntate scientiaque, collegerit ac suis alimentis ad robur provexerit, eundem retineat sub eodem statu[c]), quem apud se collectum voluerit agitare, hoc est sive filium sive servum eum esse maluerit: omni repetitionis inquietudine penitus summovenda eorum, qui servos aut liberos scientes propria voluntate domo recens natos abiecerint. *Dat. XV. Kal. Mai. Constantinopoli, Basso et Ablavio Coss.*

Interpretatio. *Quicunque expositum recenti partu, sciente patre vel matre vel domino, collegerit ac suo labore educaverit, in illius, a quo collectus est, potestate consistat, seu ingenuum seu servum, quem nutrivit, esse voluerit*[d]), *et*

[Epit. Aeg.] TIT. VII. DE EXPOSITIS.

Quicunque expositum recenti partu sciente patre vel matre vel domino collegerit, seu ingenuum seu servum,

[Epit. Suppl.] TIT. VII. DE EXPOSITIS.[a])

a) Tit. VI. C. Th. *Tit. VI?* b) c. 1. C. Th. *c. un.?* Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17[a], 18, 30; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 43, 45; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in codd. 26—28; solus textus om. in codd. 25, 29, 31—40; sola interpr. in cod. 19.

a) Tit. VII. C. Th. *Tit. VII?* Cf. L. Vis. IV, 4. b) c. 1. C. Th. *c. 1?* Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17[a], 18, 30, sed de cod. 30 vid. not. *c*; omnia praeter interpr. des. in cod. 42; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in codd. 26—28; solus textus om. in codd. 29, 31—40; sola interpr. in cod. 19. In cod. 25 ex interpretatione utriusque legis huius tit. una facta est interpretatio eique addita inscriptio huius c., subscriptio vero c. sq. Interpr. legitur ap. Regin. II, 69. c) In cod. 30 vv. *statu—maluerit* leguntur in c. un. seq. tit. post v. *debito.* d) Seqq. des. in omnibus, quos vidi, codd. et ap. Sich. Cui. 1—Lugd. Quum argumentum eorum in hac lege non inveniatur, aut spuria sunt aut addita a librario, qui codice in hac parte pleniore usus est.

[Epit. Aeg.] a) Seqq. om. 47, 52, 53.

[Epit. Suppl.] a) c. 1 h. t. deest.

| EPIT. GUELPH. | EPIT. LUGD. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|
| | | | quando revertere voluerit aliquis eum ꝓ suo victū aut vestim̄tum qd̄ ei in sua necessitatē dedisset si ꝓ hoc ei exinde aliquid[m]) quisierit ꝓ hoc ei exinde licenciā nulla[n]) habeat requirendi et qd̄[o]) cū reversus fuerit si aliquis homo ei de[p]) facultatem qd̄ habuit aliquid contradicere voluerit ꝓ tale p̄sumpcionē sciat se in exilio missurū si vero possessor homo fueret[q]) sua facultatē fiscos adquirat et iudices vero publici qui hac lege neglexerint ī si[r]) ab integritatē ei sua facultatē n̄ restituerint secundū legē sciant se X libras auri fisci parcire[s]) se ēē daturū. |
| | Lex II. Ut illi, qui ab hostibus captivati sunt, si redierint et aliquid vel ad victum vel ad vestitum inde vertendo ab aliquibus acceperint, quod a nemine aliquid pro eorum requirendum sit expensis etc. | Hi, qui ab hostibus captivi ducti sunt, si quum ad propria redire voluerint, si ab aliquibus victum vel vestitum acceperunt, a nemine requiratur. Si vero pretio pro captivo suo praedator acceperit, qui dedit, sine dubitatione recipiat. Quod si pretium non habuerit, quod reddat, captivus quinquennio serviet et liber discedat. Qui quum ad propria redierit, omnia sua integra recipiat. Qui haec contradicit, in exilio deputetur. Si vero possessor fuerit, facultatem eius fiscus acquirat. Sane Christianos pro captivis volumus esse sollicitos. Ad curiales sollicitudo ista pertineat, ut omnes iudices sciant, X libras auri fisco se daturos, qui huius legis praecepta neglexerint. *Dat. IIII. Id. Dec. Honorio VIII. et Theodosio III. AA. Coss.*[a]) | |
| DE INGENUIS VI. | VI. DE INGENUIS, QUI TEMPORE TYRANNI SERVIERUNT. | VI. DE INGENUIS, QUI TEMPORE TYRANNI SERVIERUNT. | VI. DE INGENUIS QUI TĒPORE TIRANNI SERVIER̄. |
| Qui tempore tiranne servierunt. adicti. ingenuetate reddendi. | Ut ingenui, qui tyranni temporibus servituti[a]) addicti sunt, quod ingenuitati reddendi sint, et quod, qui tali ordine addictum in servitute retinere voluerit, in se noverit legibus ulciscendum. | Qui tempore tyranni addicti sunt servituti, ingenuitati reddantur. Si quis sciens in hoc ordine ingenuum addictum eumque in servitute tenuerit, noverit se legibus vindicandum. *Prop. VIII. Kal. Mai. Volusiano et Aniano Coss.*[a]) | Imp̄. cons̄ data VIII kal. maī[a]) *Intp̄* ingenui qui tēpore tiranni servi facti s̄. ad libertatē revertant similiī. quicūq: malus homo si ꝑ potestatē aut ꝑ forcia[b]) ingenuū hominem sciendo ad serviciu inclinaverit sciat se in[c]) legib; ēē vindicandu et ille homo de p̄sentē ad suā ingenuitatē revertat[d]). |
| 2. VII. DE EXPOSITIS. | VII. DE EXPOSITIS. | VII. DE EXPOSITIS[a]). | VII. DE EXPOSITIS. |
| I. Infantes. proiectus. collegentes. habiant. nutritus. ut volunt. | Lex I. Ut qui recenti partu expositum matre sciente vel domino collegerit suoque labore educaverit, quod sic collectum in sua potestate retinere possit. | Quicunque expositum recenti partu sciente patre vel matre aut domino proiectum collegerit et educaverit, in illius, a quo collectus est, potestate consistat, sive servum aut ingenuum esse voluerit. *Dat. XII. Kal. Mai. Basso et Ablavio Coss.*[b]) | Imp̄. cons̄. data XV. kaī mad̄. *Intp̄.*[a]) Quicūq: homo expositū recenti partū hoc ē infantē[b]) parvulum qd̄ sui parentes aut in aeclesia aut in platea haeclesiarum iactaverint si quis eū sciente patre |

EPIT. LUGD.:

a) Cod. *servitute.*

EPIT. MONACHI.:

a) Subscript. deest in 62, in 64 legi nequit.
a) Subscript. deest in 62.
a) 62 in m. add. *infantibus.* b) Subscr. om. 62.

EPIT. S. GALL.:

m) 67 om. *aliquid—exinde.* n) 65 *nullam.* 67 om. *nulla.* o) 65 om. *quod*, 67 *cum.* p) 67 add. *suam.* q) 65 *exilium—fuerit suam.* Etiam 67 *fuerit suam.* r) 65 *iudex—neglexerit—se.* s) Ita 66. 65 *parcere*, sed Canc. cj. *partibus* vel quid simile. In 67 est *partibus*, sed om. *se.*

a) Ita 67. 65 *Mar.* et 66 *Mād.* Praeterea 65 *Ingenuus.* b) 65 *forciam—sciendum.* c) Recte 67 *in se.* d) 66 *revertant.*

a) Ex c. 1 et 2 h. t. composita. — 65 om. *homo.* b) 65 *infanti.* 67 *partu—infante parvulum quem.*

| LEX ROM. VISIGOTH. | EPIT. AEG. | EPIT. SUPPL. LAT. 215. |
|---|---|---|

*si adoptare voluerit in filium vel libertum aut in servitium permanere, propria utatur potestate.*

2.[e]) *Impp. Honorius et Theodosius AA. Melitio Pf. P.* Nullum dominis vel patronis repetendi aditum relinquimus, si expositos quodammodo ad mortem voluntas misericordiae amica collegerit (nec enim dicere suum poterit, quem pereuntem contemsit); si modo testes episcopalis subscriptio fuerit subsecuta, de qua nulla penitus ad securitatem possit esse cunctatio. *Dat. XIV. Kal. April. Ravenna, Honorio IX. et Theodosio V. AA. Coss.*

Interpretatio. *Qui expositum puerum vel puellam, sciente domino vel patrono, misericordiae causa collegerit, in eius dominio permanebit: si tamen contestationi de collectione eius episcopus clericique subscripserint, quem postea suum dicere quisquam non poterit, quem proiecisse probatur ad mortem.*

[Epit. Aeg.:] quem nutrivit, esse voluerit, in sua potestate consistit.[a])

Qui expositum puerum vel puellam sciente domino vel patrono misericordiae causa collegerit, in eius dominio permanebit, si tamen contestationi de collectione eius episcopi clericique subscripserint.

[Epit. Suppl. Lat. 215:] Quicunque expositum puerum vel puellam misericordiae causa collegerit, in eius dominio permanebit, si tamen contestationem de collectione eius episcopus clericique conscripserint, quem postea suum dicere quisquam non poterit, quem proiecisse probatur ad mortem.

## TITULUS VIII.[a]) DE HIS, QUI SANGUINOLENTOS EMTOS VEL NUTRIENDOS ACCEPERINT.

1.[b]) *Imp. Constantinus A. Italis suis.* Secundum statuta priorum principum, si quis infantem[c]) a sanguine quoquo modo legitime comparaverit vel nutriendum putaverit, obtinendi eius servitii habeat potestatem: ita ut, si quis post seriem annorum ad libertatem eum repetat vel servum defendat, eiusdem modi alium praestet aut pretium, quod potest valere, exsolvat. Qui enim pretium competens instrumento confecto dederit, ita debet firmiter possidere, ut et distrahendi pro suo debito[d]) causam liberam habeat: poenae subiiciendis iis, qui contra hanc legem venire tentaverint. *Dat. XV. Kal. Sept. Serdica, Constantino A. VIII. et Constantino Caes. IV. Coss.*

Interpretatio. *Si quis infantem a sanguine emerit et nutrierit, habendi eum et possidendi liberam habeat potestatem. Sane si nutritum dominus vel pater recipere voluerit, aut eiusdem meriti mancipium nutritori dabit, aut pretium nutritor, quantum valuerit, qui nutritus est, consequatur.*

[Epit. Aeg.:] TIT. VIII. DE HIS, QUI SANGUINOLENTOS EMTOS VEL[a]) NUTRIENDOS ACCEPERINT[b]).

Si quis infantem a sanguine emerit et nutrierit, si nutritum dominus vel pater recipere voluerit, aut eiusdem meriti mancipium aut pretium nutritor consequatur. [c]) Poenae vero subiiciendi sunt hi, qui contra hanc legem venire tentaverint.

[Epit. Suppl. Lat. 215:] TIT. VIII. DE HIS, QUI SANGUINOLENTOS EMTOS VEL NUTRIENDOS ACCEPERINT.

Quicunque parvulum acceperit nutriendum, suum nutrit, et si illum dominus vel pater redimere voluerit, aut eiusdem meriti mancipium aut pretium nutritori dabit.

## TITULUS IX.[a]) DE FUGITIVIS COLONIS, INQUILINIS ET SERVIS.

1.[b]) *Imp. Constantinus A. ad Provinciales.* Apud quemcunque colonus iuris alieni fuerit inventus, is non solum eundem origini suae restituat, verum super eodem capitationem temporis agnoscat. §. 1. Ipsos etiam colonos, qui fugam meditantur, in servilem conditionem ferro ligari conveniet, ut officia, quae liberis congruunt, merito servilis condemnationis compellantur implere. *Dat. III. Kal. Nov. Pacatiano et Hilariano Coss.*

Interpretatio. *Si quis alienum colonum sciens in domo sua retinuerit, ipsum prius domino restituat et tributa[c]) eius, quam diu apud eum fuerit, cogatur exsolvere: ipse vero, qui noluit esse, quod natus est, in servitium[d]) redigatur.*

2.[e]) *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Cynegio Pf. P.* Quisquis colonum iuris alieni aut sollicitatione susceperit aut occultatione celaverit, pro eo, qui privatus erit, sex auri uncias, pro eo, qui patrimonialis, libram auri cogatur inferre. *Dat. VIII. Kal. Nov. Constantinopoli, Honorio N. P. et Evodio Coss.*

[Epit. Aeg.:] TIT. IX. DE FUGITIVIS COLONIS, INQUILINIS ET SERVIS.

Si quis alienum colonum sciens in domo sua retinuerit, ipsum prius domino restituat et tributa eius, quamdiu apud eum fuerit, cogatur exsolvere. Ipse vero, qui noluerit esse, quod natus est, in servitium redigatur.

[Epit. Suppl. Lat. 215:] TIT. IX. DE FUGITIVIS COLONIS, INQUILINIS ET SERVIS.

Duplet servum, qui occultaverit alienum, triplet servum, qui demandatum celaverit fugitivum[a]). Si quis alienum colonum in domo sua retinuerit, repertum domino cum tributis restituat; ipse vero, qui noluit esse, quod natus est, in servitium redigatur.

e) c. 2. C. Th. *c.* 2? Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17[a], 18, 30; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in codd. 26—28; solus textus om. in codd. 29, 31—40; sola interpr. in cod. 19. De cod. 25 vid. c. 1 h. t. not. *b.* Ad interpr. cf. Capit. a. 744, c. 1. Ben. Lev. II, 144. Isaac. tit. XI, 16. Regin. II, 70. Burch. III, 201. Ivo, Decr. III, 254. Grat. Decr. Dist. LXXXVII. c. 9.

a) Tit. VIII. C. Th. *Tit. VIII?* L. Vis. IV, 4, 3. b) c. 1. C. Th. *c. un.?* Ad interpr. cf. Form. Sirm. 11. Regino II, 71. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17[a], 18, 30; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in codd. 26, 27; solus textus om. in codd. 25, 29, 31—40; ponitur autem in cod. 31 pro inscr. et subscr. h. c. inscriptio et subscriptio c. un. sq. tituli. Sola interpr. deest in cod. 19. In cod. 28 confunduntur hic et sq. titulus. Etenim primo loco ponitur interpr. c. 2 sq. tit., deinde interpr. et inscr. c. un. h. t.; porro rubrica tit. IX., denique inscr. et interpr. c. 1 tituli noni, ut hic tit. duos locos complectatur, tit. IX. unum tantum locum. c) Hoc v. deest in omnibus codd. praeter 19; Wenck. id primus rest. ex interpr. d) Vid. c. 1 tit. VII. not. *c.*

a) Tit. IX. C. Th. *Tit. IX?* Cf. L. Vis. IX, 1. A Visigothis una certe huius tituli constitutio omissa est. b) c. 1. C. Th. *c.* 1. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17[a], 18, 30; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 43; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in codd. 26, 27; solus textus om. in codd. 25, 29, 31—40; sola interpr. in cod. 19. De cod. 28 vid. c. un. tit. antec. not. *b.* c) Lex *capitationem.* d) Hoc v. displicet Gothofredo. e) c. 2. C. Th. *c.* 2? Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17[a], 18, 30; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in cod. 27; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29, 31—40; sola interpr. in cod. 19. De cod. 28 vid. c. un. tit. antec. not. *b.* Neque haec interpr. probatur Gothofredo.

[Epit. Aeg.:] a) In cod. 54 add. *Moyses quando expositus fuit trium mensium erat eius nativitas,* ex gloss.

a) 51 om. *De—Vel.* b) Nonn. codd. *acceperunt.* c) Seqq. in interpret. non leguntur, sumta sunt ex ipsa lege. 47 addit haec verba: *Et si aliquis ex praedictis parentibus taliter recipere distulerit in eius permaneat potestate, qui eum nutrivit.* Plerique codd. *Poenā subiacendis his qui.*

[Epit. Suppl. Lat. 215:] a) *Duplet—fugitivum* apud Aeg. annect. c. 2 h. t.

| EPIT. GUELPH. | EPIT. LUGD. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|
| | | | aut matrē ī domino exinde eū collexerint et suo labore eū nutricaverint[c]) in illius potestatem p̱manebit qui ipsū infantē collexerat et qd̄si nec patrē nec matrē nec dn̄m n̄ saperet et exinde ipsum infantē colligere voluerit si[d]) ante pontificem vel ipsos clericus qui ad ipsa aeclesia deserviunt ipsū infantem p̃sentet et exinde epistolā collecciones de manus[e]) ipsius ep̄i vel clericorū accipiat et postea ipsū infantem aut ingenuū dimittere aut servū habere in p̱petuū exinde[f]) habeat potestatē. |
| II. Proiectus. cum clericorum testimoniū collegendus. et. possedendus. | Lex II. Quod qui puerum vel puellam expositos sciente domino causa misericordiae collegerit, si episcopus vel clerici de collectione eius contestationem subscripserint, suum habeant, nec posse suum deinceps eum dicere, qui eum proiecisse probatur ad mortem. | Qui expositum sciente domino vel patrono collegerit, in eius dominio permanebit, si tamen de collectione eius episcopus clericique ei subscripserint, quem postea suum dicere quis non poterit, quem proiecisse probatur ad mortem. *Dat. XV. Kal. April. Honorio et Theodosio Coss.*[c]) | |
| VIII. DE HIS QUI SANGUINOLENTUS ACCEPERIT. | VIII. DE HIS, QUI SANGUINOLENTOS EMTOS VEL NUTRIENDOS ACCEPERINT. | VIII. DE HIS, QUI SANGUINOLENTOS EMTOS VEL NUTRIENDOS ACCEPERINT. | VIII. DE IS QUI SANGUILENTUS EMPTUS ł NUTRIENDUS ACCIPERINT[a]). |
| Si eos dominus vel pater revocare. voluerint. huius. meriti. mancipia nutrituri. danda. | Ut si infantem quis a sanguine emerit et nutrierit, quod habendi eum habeat potestatem, et quod si nutritum dominus vel pater recipere voluerit, ut eiusdem meriti mancipium vel pretium, quantum valet, nutritori eius dare debeat. | Si quis infantem a sanguine ingenuum aut servum emerit aut nutrierit, possidendi eum habeat potestatem. Si dominus aut parentes eum recipere voluerint, aut eiusdem meriti mancipium aut pretium, quantum valet, qui nutritus est, reddant: [a]) poena subiiciendis his, qui contra hanc legem venire tentaverint. *PP. XV. Kal. Sept. Serdicae, Constantino VIII. et Constantio AA. Coss.* | Imp̃. cons̃ data XV. kał. sep̃b. *Intp̃.* Si quis infantē parvulum a partu acciperit annutricandū in ipsius dominio p̱manebit qui eū nutricaverit et si postea de quo notritus fuerit si ipsū infantem aut dn̄s aut paī suus recipere voluerit sic aut alterū talem mancipiū aut p̃ciū p̱ eo nutritori dent et sic ipsū infantem recipiant[b]). |
| VIIII. DE FUGITIVIS COLONIS. INQUILINIS. ET SERVIS. L IIII· ꝛ XXI..[a]) | VIIII. DE FUGITIVIS COLONIS, INQUILINIS ET SERVIS. | VIIII. DE FUGITIVIS COLONIS, INQUILINIS ET SERVIS. | VIIII DE FUGITIVIS ET COLONIS INQUILINIS ET SERVIS. |
| I. Colonum. alienum occultans. vel celans. et ipsum et operas. eius. restituet. | Lex I. Ut qui alienum colonum sciens in domo sua retinuerit, quod ipsum prius domino restituet et tributa eius, quamdiu apud eum mansit, et ipse colonus in servitium redigatur. | Si quis alienum colonum sciens in domum suam retinuerit, ipsum domino restituat et tributa eius temporis cogatur exsolvere. | Imp̃ con̄s data. VI. kal. nōbri *Intp̃.* Si quis sciendū alienū colonū in sua casa retenuerit de p̃sente ipsū colonū quando eū requisierit dn̄o suo reddat et mercedes eius cū eo de quādiu eu post se habuit et ipse colonus ꝗ noluit ēē qd̄ natus ē ad serviciū revertat'[a]). |

a) C. Th. IV, 21.

c) Subscr. deest in 62.

a) Rell. vv. ex ipsa lege sumta sunt, ut supra *ingenuum aut servum.* In 62 om. subscript.

c) 67 *nutrierit.* d) 65 *ipso infante c. v. sic.* Vid. interpr. c. 2 h. t. e) 65 *manu.* f) 65 om. *exinde.* 67 *perpetuo.*

a) 67 *sanguilentos emptos v. nutriendos acceperint.* 65 *his.* b) 65 *partu a. ad nutr.—dominium—tale.* 67 *parvolum—nutricaverat—de connutritus.*

a) 65 *suam casam.* 66 *quādio.* 67 *eū avosse habuit.*

LEX ROM. VISIGOTH.

INTERPRETATIO. *Si quis colonum alienum aut sollicitaverit aut occultaverit, si privati hominem sua sollicitatione susceperit, sex auri uncias domino reddat; si fiscalem sollicitatum tenuit, libram auri cogatur implere.*

## TITULUS X.[a]) DE INQUILINIS ET COLONIS.

1.[b]) *Impp. Honorius et Theodosius AA. Palladio Pf. P.* Si quis colonus originalis vel inquilinus ante hos triginta annos de possessione discessit, neque ad solum genitale silentii continuatione repetitus est, omnis ab ipso, vel a quo forte possidetur, calumnia penitus excludatur; quem annorum numerum futuris quoque temporibus volumus observari. §. 1. Quod si quis originarius intra hos triginta annos de possessione discessit, sive per fugam lapsus, seu sponte seu sollicitatione transductus, neque de eius conditione dubitatur, eum, contradictione summota, loco, cui natus est, cum origine iubemus sine dilatione restitui. §. 2. Quod si forte ipse, de cuius proprietate certatur, fatali sorte consumtus est, eius posteritatem agrorum iuri cum omni peculio atque mercedibus, velut eo superstite, qui decessit, celeri iubemus exsecutione revocari. §. 3. In feminis sane observationem volumus esse diversam. Itaque mulierum, quae fuisse originariae docebuntur, si ante vicesimum annum de solo, cui debebantur, abscesserint, universa repetitio cesset; earum vero, quarum intra comprehensum tempus discessio comprobatur ac de conditione nulla dubitatio est, prorsus dominis perire non sinimus, ea tamen conditione servata, ut vicaria cum agnatione partis tertiae non negetur, quae de colono suscepta est alieno, ita ut pro filiis quoque contrarii praebeantur. §. 4. Quod si non ad alienum praedium, sed cuiuscunque liberi hominis ac sui iuris secuta consortium in urbibus vel in quibuscunque locis victura consistit, si modo intra praefinitum tempus reposcitur, eius omnem originem secundum vetera constituta conveniet revocari. §. 5. Contestatas autem lites, si tamen quisquam docebitur solenniter fuisse conventus[c]), salvas repetentibus esse decernimus. *Dat. VI. Kal. Iul. Ravenna, Monaxio et Plinta Coss.*

INTERPRETATIO. *Si quis colonum alienum in re sua vel in fuga lapsum vel sua voluntate migrantem triginta annos habuerit, ac si suum vindicet. Qui si intra triginta annos inventus fuerit a domino, cum filiis secundum legem sibi debitis et omni peculio revocetur. Quod si forte mortuus fuerit, filii eius cum mercedibus suis vel patris mortui a domino revocentur. Colona etiam si viginti annis in alieno dominio et iure permanserit, a priore domino non requiratur; si tamen intra viginti annos inventa fuerit et de alieno colono filios susceperit, cum agnationis parte tertia revocetur: quia colonum duae partes agnationis sequuntur. Sane ne separatio coniugii fiat, illum, cuius colonus est, vicariam mulierem et pro tertia agnatione mulieris domino compensare praecipimus. Si vero mulier iuris alieni ingenuum maritum duxerit, omnis mulieris agnatio ad eius dominium pertinebit.* [d]) *Quod hic minus est de colonae agnatione, in Novellis legibus invenitur.*[e])

a) Tit. X. C. Th. *Tit. X?* Cf. Haenel ad C. Th. lib. V. tit. 4. c. 2, not. *k* et tit. XIII. eiusd. libri. b) c. 1. C. Th. *c. un.?* Concilii Hispalensis II. can. 3. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17ᵃ, 18, 19, 30; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 43, 45; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in codd. 26—28; solus textus om. in codd. 25, 29, 31—40. Interpr. a codicis Ottoboniani (Garampii) scriptore perperam posita est in fine Legis Romanae Burgundionum, add. rubr. *tit. XLVIII. De colonis migrantibus vel in fuga lapsis.* In cod. 28 duae sunt h. tit. constt., quum c. un. sq. tit. omissa rubrica in hunc tit. translata sit. c) Omnes paene codd. Sich. Til. *convictus* et mox *docemus*, sed Til. *decernimus.* d) Seqq. des. in codd. 8 et Ottoboniano. Pro his in hoc est: *in quinto libro theudosiani lex ista requirenda titul. nono; expl. lex roma.* e) In cod. 28 statim sequitur c. un. sq. tit., cuius rubr. om. Ceterum intelligendus est Novell. Valentiniani tit. IX. de Colonis vagis, quare contra Gloeden. l. c. p. 31 nego, hanc interpr. transiisse in art. 20 Edicti Theodorici, quum potius uterque et interpres et Edicti Theodorici auctor Novellam respexerit.

EPIT. AEG.

Si quis colonum alienum aut sollicitaverit aut occultaverit, si privati hominis colonum susceperit, sex auri uncias, si patrimonialem, quod est fiscalem, libram auri cogatur inferre. Hoc[a]) autem in aliis libris invenimus, duplet servum, qui occultaverit alienum, triplet servum, qui demandatum celaverit fugitivum.

TIT. X.

Si[a]) quis colonum alienum in re sua triginta annos habuerit, ac si suum vindicet. Qui si intra[b]) triginta annos inventus fuerit a domino, cum filiis sibi debitis et omni peculio revocetur, si vero mortuus fuerit, peculium eius dominus revocet. Colona vero si viginti annis in alieno dominio permanserit, a priore domino non requiratur: colonum[c]) duae partes agnationis sequantur: colonam vero tertia pars sequatur. Nam si agnatio intra viginti annos edita fuerit, quando[d]) adhuc colona domino competebat, repetentibus non negetur: quia in Novellis legibus est constitutum. Sane ne separatio coniugii fiat, praecipimus, ut dominus coloni vicariam mulierem cum agnatione partis tertiae non neget.

a) Haec vv. aliunde sumta sunt. 48, 50, 57 *inferre finit.* 54 *inferre fiunt.* Mox 46, 52 *duplet servum qui demandatum celaverit alienum* et desunt intermedia verba. Praeterea 46, 47, 52 *inveni.*

a) Transiit hic locus in Capit. Worm. a. 829. App. c. 3 et in Regin. I, 22. Vv. *Si—vindicet* apud Aeg. efficiunt rubricam huius tituli. b) Aeg. *infra.* c) Aeg. *colono* et paulo post *colonae* pro *colonam.* Idem *secantur—secatur.* d) 47 om. *quando—negetur.*

EPIT. SUPPL. LAT. 215.

Si quis colonum alienum aut sollicitaverit aut occultaverit, si privatum, sex uncias auri, si fiscalem, libram auri cogatur inferre.

TIT. X. DE INQUILINIS ET COLONIS.

Si quis colonum alienum, seu fuga lapsum seu voluntate migrantem, in re sua XXX annos habuerit, ac si suum vindicet. Qui si intra XXX annos inventus fuerit a domino, cum filiis secundum legem sibi debitis et omni peculio revocetur. Quod si mortuus fuerit, filii eius cum mercedibus[a]) suis et patris mortui a domino revocentur. Ancilla etiam si XX annos in alieno iure manserit, a priore domino non quaeratur. Si tamen intra XX annos inventa fuerit et de alieno colono filios susceperit, cum agnationis parte tertia a domino revocetur, quia colonum duae partes agnationis sequuntur, colonam tertia. Sane ne separatio coniugii fiat, illum, cuius colonus est, vicariam mulierem et pro[b]) tertia agnatione mulieris vicaria mancipia domino compensare iubemus. Si vero mulier alieni iuris ingenuum maritum duxerit, omnis mulieris agnatio ad eius dominium pertinebit. Quod hic minus est de colonae agnatione, in Novellis legibus invenitur.

a) Cod. *heredibus—revocet.* b) *et pro* deest in cod. et mox *iuris.*

## EPIT. GUELPH.

II. Colonum alienum solicidans. vel celans. Condemnabitur privatu. sex. uncias. auri. fiscalem. libera. auri damnari.

### X. DE INQUILINIS ET COLONIS.

Inquilinus. originarius. post tregenta annus. repeti non posse. Colona viro.[a]) XX. si infra hoc numero. fuerint. inventi. ad dno priorem. revocentur.

a) Pro *vero*.

## EPIT. LUGD.

Lex II. Ut si quis colonum alterius aut sollicitaverit aut occultaverit, quod si privati hominem sollicitatione sua susceperit, VI auri uncias reddere debeat domino, si fiscalem, libram auri.

### X. DE INQUILINIS ET SERVIS.

Ut si quis XXX annos habuerit colonum alienum vel fuga lapsum vel voluntate migrantem in re sua, quod quasi suum vindicare possit. Qui si infra XXX annos inventus fuerit, quod cum filiis et omni peculio suo a domino revocetur et quod si ille mortuus fuerit, filii cum mercedibus a domino revocentur. De colona autem, quod si XX annos in alieno dominio permanserit, a priore domino non requiratur, et si infra XX annos inventa fuerit et de alieno colono iam filios habeat, quod cum tertia parte agnationis sit revocanda etc.

## EPIT. MONACHI.

Qui colonum privati hominis sollicitaverit aut celaverit, sex auri uncias domino reddat. Si fiscalis[a]) est colonus, libram auri exsolvat. [b]) *Dat. III. Kal. Nov. Pacatiano et Hilariano Coss.*

### X. DE INQUILINIS ET COLONIS*).

Si quis colonum alienum triginta habuerit annos, ac si suum vindicet. Qui si intra triginta annos[a]) inventus fuerit, cum filiis secundum legem sibi debitis et omni peculio ad nos revocetur. Quod si mortuus fuerit, filii eius cum mercedibus suis vel patris mortui in domino revocentur. Colona si viginti annos in alieno dominio permanserit, a priore domino non requiratur. Si intra viginti annos inventa fuerit et de alieno colono filios susceperit, cum agnatione partis tertiae revocetur, [b]) quia colonum duae partes sequuntur. Ne separatio coniugii fiat, vicariam mulierem cum agnatione partis tertiae dare non negetur, hoc est ut et pro filiis de colono alieno vicarii praebeantur. Si vero mulier colona ingenuum duxerit, agnatio matrem sequatur. De hac in Novellis legibus amplius habet. *Dat. VII. Kal. Iul. Maximo et Plinta Coss.* [c])

a) 62 *fidelis*. b) Subscript. deest in 62; sumta est ex c. 1 h. t.

*) 62 in m. add. *in fuga positis*. a) 64 om. *ac si — annos*. b) 64 add. *De Vicario Mancipio*. c) Subscript. deest in 62.

## EPIT. S. GALL.

*It̃ alia Intp̃.* Quicũq: colonum aut mancipiũ alterius sive fescalem sive privatũ aut samardecaverit[b]) aut celaverit ꝑ privatũ colonum. VI. uncias auri. solvat. ꝑ fescale vero libra auri solvat'.

### X. DE INQUILLINIS[a]) ET COLONIS.

Imp̃ honor̃.[b]) data. V. kal̃. iuli. *Intp̃.* Si quis homo alienũ. colonũ in rẽ suam ĩ fugitivu ĩ p sua voluntatẽ megrantẽ si eũ ille homo XXX. anñ habuit se[c]) habuerit postea sic̃ suũ ꝑpriũ eũ vindicavit qui si infra XXX anñ inventus fuerit a primariũ dñm et cũ filiis suis et cũ omnẽ[d]) suũ debitũ et cũ suĩ peculiũ revocet̃. qd̃ si ipse colonus mortuus fuerit filii eius et cum suas mercedes et cũ sui patris[e]) mercedes ad suũ dñm. revocet' colona vero si XX anñ in alieno dominio ꝑmanserit ad priorẽ dñm ñ requirat' nã si infra XX anñ inventa fuerit si iã de alieno colono filios habuerit cũ agnitiones hoc ẽ cũ tercia parte de ipsos filius ad primariũ dnm̃ revocet'; quia colonũ due partes agnicio seqt' et colona terciã tam̃. ne separacio coniugii fiat ille cuius colonus ẽ vegariã[f]) mulierem det et ꝑ illa ĩcia agnacionẽ hoc ẽ ĩcia de eius filius aut vegarius[g]) aut in qualẽ rẽ potuerit ad priorẽ dn̄m solvat; nã si aliena colona aut ancilla ingenuũ hominẽ maritũ priserit om̃s agnatio mulieris ad eius dn̄m ꝑtinebit.

b) Canciani hoc v. interpretatur *mala arte sollicitaverit*. 67 *samardegaverit*.

a) 65 *inquilinis*. b) 67 *Cons. — suam v. migr.* 65 *migrante*. c) 65 *si*. 67 *annos aput se*, recte. d) 65 *omne*. 66 *suas mercededes*. e) 65 *patres sui*. Infra 67 *domino — agnationes — agnacio*. f) 65 *tertia — agnitionem*. 67 *vegaria — agnicionem*. g) 65 *filios — quale — preserit o. agnicio*. 67 om. *aut vegarius*. Idem *quale — preserit — agnicio*.

LEX ROM. VISIGOTH.

## TITULUS XI.[a]) NE COLONUS INSCIO DOMINO SUUM ALIENET PECULIUM VEL LITEM INFERAT EI CIVILEM.

1.[b]) *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Clearchum Vicarium Asiae.* Non dubium est, colonis arva, quae subigunt, usque adeo alienandi ius non esse, ut, et si qua propria habeant, inconsultis atque ignorantibus patronis in alteros transferre non liceat. *Dat. VI. Kal. Febr. Valentiniano et Valente AA. Coss.*

INTERPRETATIO. *In tantum dominis coloni in omnibus tenentur obnoxii, ut nescientibus dominis nihil colonus neque de terra neque de peculio suo alienare praesumat.*

## TITULUS XII.[a]) DE LONGA CONSUETUDINE.

1.[b]) *Imp. Iulianus A. ad Maximum.* Venientium est temporum disciplina, instare veteribus institutis. Ideoque quum nihil per causam publicam intervenit, quae diu servata sunt, permanebunt. *Dat. IV. Kal. Mart. Constantinopoli, Iuliano A. IV. et Sallustio Coss.*

INTERPRETATIO. *Longa consuetudo, quae utilitatibus publicis non impedit, pro lege servabitur.*

## EXPLICIT CODICIS THEODOSIANI LIBER QUINTUS.

# INCIPIT

# CODICIS THEODOSIANI

# LIBER SEXTUS[a]).

## TITULUS I.[b]) UT DIGNITATUM ORDO SERVETUR.

1.[c]) *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Clearchum Pf. U.* Nihil est tam iniuriosum in conservandis et custodiendis gradibus dignitatum quam usurpationis ambitio. Perit enim omnis praerogativa meritorum, si absque respectu et contemplatione vel qualitate etiam provectionis emeritae custodiendi honoris locus praesumitur potius quam tenetur, ut aut potioribus eripiatur id, quod est debitum, aut inferioribus prosit, quod videtur indebitum. *Dat. IV. Kal. Iun. Constantinopoli, Merobaude II. et Saturnino Coss.*

INTERPRETATIO. *Nemo sibi honores vel dignitatem, quam a principe ipse non meruerit, praesumat, quia, sicut eis, qui meruerunt, dignitas ornamentum est, ita nota maculandi sunt, qui praesumunt.*

2.[d]) *Iidem AAA. ad Praetextatum Pf. P.* Coelestis recordationis Valentinianus, genitor nominis nostri, singulis quibusque dignitatibus certum locum meritumque praescripsit. Si quis igitur indebitum sibi locum usurpaverit, nulla se ignoratione defendat, sitque plane sacrilegii reus, qui divina praecepta neglexerit. *Dat. XII. Kal. Iun. Mediolano, Richomere et Clearcho VV. CC. Coss.*

INTERPRETATIO. *Si quis praesumserit, quam non meruerit a principe dignitatem, sacrilegii reus habeatur. Hic*[e]) *de iure addendum, quae sit poena sacrilegii.*

## EXPLICIT CODICIS THEODOSIANI LIBER SEXTUS.

a) Tit. XI. C. Th. *Tit. XI?* In recc. C. Th. edd. duae sunt h. tit. leges. b) c. 1. C. Th. *c.* 1? Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17ª, 18, 19, 30; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—24, 41; textus et subscr. in codd. 26, 28, sed vid. de cod. 28 tit. antec. not. *b* et not. *e;* solus textus om. in codd. 25, 29, 31—40; sola subscr. in cod. 27. Cf. Capit. ann. 803, c. 10. Capit. III, 36. Ben. Lev. II, 227.

a) Tit. XII. C. Th. *Tit. XII?* In cod. 28 est *Tit. XI.* Vid. tit. X. not. *b* et *e.* b) c. 1. C. Th. *c. un.?* Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17ª, 18, 19, 30; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 29, 31—40; sola subscr. in cod. 27. In C. Th. plures fuisse huius libri titt., perspicitur ex palimsesto Taurin.

a) Constat hic liber in edd. C. Th. ex XXXVII titulis. b) Tit. I. C. Th. *Tit. V.* c) c. 1. C. Th. *c.* 1. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17ª, 18; omnia praeter interpr. des. in cod. 42; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in codd. 26—28; solus textus om. in codd. 25, 29—40; sola interpr. in cod. 19. Interpretatio non quadrat cum lege. d) c. 2. C. Th. *c.* 2. Ad interpr. cf. Ben. Lev. II, 396. Isaac. tit. VII, 3. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17ª, 18, 19, 31, 34; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 28, 41, 45; inscr. et textus in codd. 21—24, 37; textus et subscr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32, 33, 35, 36, 38—40. e) Cf. supr. II, 21, 2, not. *d.*

EPIT. AEG.

TIT. XI. UT COLONI TERRAM, QUAM SUBIGUNT, ALIENANDI POTESTATEM NON HABEANT.

Et si qua propria habuerint, nescientibus dominis in alterius transferre non liceat personam.

TIT. XII. DE LONGA CONSUETUDINE.

Longa consuetudo, quae utilitatibus publicis non impedit, pro lege servabitur, et[a]) quae diu servata sunt, permaneant.

INCIPIT LIBER SEXTUS.

TIT. I. UT DIGNITATUM ORDO SERVETUR.

Hoc est, nemo sibi honores, quos[a]) a principe non meruit, praesumat assumere. Quod qui fecerit, sacrilegii reus habeatur.[b])

a) Seqq. ex lege sumta sunt.

a) Aeg. *quas* et infra *Quod si fec.* Conflavit epit. duas h. t. constt. in unam. b) 54 add. *Sacrilegus est qui divina praecepta contempserit.*

EPIT. SUPPL. LAT. 215.

TIT. XI. NE COLONUS INSCIO DOMINO SUUM ALIENET PECULIUM VEL LITEM INFERAT CIVILEM.

Si qua propria habuerint, nescientibus dominis in alterius transferre non liceat personam.

TIT. XII. DE LONGA CONSUETUDINE.

Longa consuetudo, quae utilitatibus publicis non impedit, pro lege servabitur.

EXPL. LIB. V.

INC. LIBER VI.

*Imp. Constantinus ā ad Octavianū com̄ adspaniorum.*[a])

TIT. I. UT DIGNITATUM ORDO SERVETUR.

Hoc est, nemo sibi honorem vel dignitatem, quam a principe non meruit, praesumat assumere. Quod[b]) si fecerit, reus sacrilegii teneatur.

EXPL. LIB. VI.

a) Inscr. aliunde huc translata est. b) Haec ex c. 2 h. t. hausta sunt.

| EPIT. GUELPH. | EPIT. LUGD. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|
| XI. NE COLONIS. INSCIO DOMINO SUO. ALIENIT PECULIUM VEL LITEM. INFERAT CIVILEM. pl III ꝛ III· L· I.[a] | XI. NE COLONUS INSCIO DOMINO SUO ALIENET PECULIUM VEL LITEM INFERAT EI CIVILEM. | XI. NE COLONUS INSCIO DOMINO SUO ALIENET PECULIUM VEL LITEM INFERAT CIVILEM. | XI. NE COLONUS INSCIO DÑO IN*) SUO ALIENET PECULIŨ L LITẼ ET INFERAT CIVILEM. |
| Ut nescientibus. dominicis. nihil colones. neque terra. neque de peculio. presumat alienare. | Quod tantum dominis coloni in omnibus obnoxii teneantur, ut eis nescientibus nihil neque de terra neque de peculio suo alienare praesumant. | Coloni nescientibus dominis neque de terra neque de peculio suo alienare praesumant. *Dat. VI. Kal. Febr. Valentiniano et Valente AA. Coss.*[a] | Imp̃ valens data. VI. kal̄ febr̃. *Intp̃* coloni in tantũ teneant' ad dñs suus constrictus[a]) ut nec de tr̃a nec de peculio suo sine volũtate[b]) dñorũ suorum nec vindere nec donare nullo modo ñ habeant potestatẽ. |
| XII. DE LONGA CONSUETUDINEM.[a] | XII. DE LONGA CONSUETUDINE. | XII. DE LONGA CONSUETUDINE. | XII. DE LÕGA CONSSUETUDINE[a]). |
| | Ut longa consuetudo, quae utilitatibus publicis non impedit, pro lege servetur. | Longa consuetudo, quae utilitatibus publicis non impedit, pro lege servabitur. *Dat. IIII. Kal. Mart. Iuliano A. III. et Sallustio Coss.*[a] | Imp̃. cons̃ data IIII id̃ mar̃. *Intp̃.* longa consuetudo ꝗ utilitatib; publicis ñ inpedit ꝑ legẽ servet';[b]) |
| EXPŁIC TEOD̷ LIBER. V. | | | EXPL̃I THOD̃. LIB̃. V.[c]) |
| | | | INCIPIUNT CAPITULA LIBRI VI.[a])<br>I. Ut dignitatis ordo servet';<br>DE LIBRO. VII.<br>I. De re[b]) militari;<br>DE LIBRO VIII.<br>I. De tabulariis lococirografſis[c]) censualib; id ẽ scribis; II. De curso publico angariis et[d]) parangariis; III. De executorib; et exaccionib;[e]) IV. Ne quid publice leticie ex discripcionib;[f]) V. De donacionib; VI. De revocandis donacionib; VII. De revocandis liberis[g]); VIII. De is qui aministrantib;[h]) vel publicum officiũ gerentib; distracta[i]) ŝ ĩ donata; IX. De paternis[k]) bonis et matnis generis; X. De bonis ꝗ[l]) filiis familias ex matrimonio adquirantur. |
| | LIB. VI.<br>Continet duas leges.<br>I. Neminem honorum dignitates, nisi a principe meruerit, praesumendum. Sacrilegii poena mulctandum, qui, quam non meruerit a principe dignitatem, praesumserit. | | |
| INCP̃T LIB̃ VI. | | INCIPIT LIBER VI. | INCIPIT LIBER VI. |
| UT DIGNITATUM ORDO SERVETUR. | I. UT DIGNITATUM ORDO SERVETUR. | UT DIGNITATUM ORDO SERVETUR. | I. UT DIGNITATES[a]) ORDO SERVETUR. |
| Ne alterioris. dignitatis gratum usurpit. inferior. qui p̃sumserit. quod non meruit sacrilegii. reus. est. | Lex I. Ut nemo honores vel dignitates, nisi eas a principe meruerit, praesumat. | Nemo sibi honorem, quem a principe non meruit, praesumat, quia nota maculatur. | Imp̃. valentinianus data. kal̃. ienũr. *Intp;*[b]) Si quis homo qualecũq: honore ĩ dignitatẽ sine principes ordinationẽ ꝑ se ipsũ p̃sũpserit p̃hendere ad regendũ sacrilegii reus habeat' quia sic̃ dignitas ẽ illorũ qui beneficiũ principes[c]) aliquid habere merent' ita et illorũ sic ẽ gravissima confusio ꝗ ꝑ semet ipsos aliquid p̃sumserit aut p principes non fuerint. onorati hii vero qui sic p̃sumunt et excomunicatus sed[d]) int̃ omines et de suas res exiat[e]). |
| | Lex II. Ut si quis praesumserit, sacrilegii reus habeatur. | Si quis praesumserit, quam non meruit a principe dignitatem, sacrilegii reus habeatur. *Dat. XII. Kal. Iun. Richomere et Clearcho Coss.*[a] | |
| EXPŁIC.TEHÚDOSIO ŁIB. VI. | | | EXPL̃I[f]) LIB̃ VI. |
| a) Paul. III, 3, 1.<br>a) Lex deest. | | a) Subscript. deest in 62.<br>a) Subscript. om. 62.<br>a) Subscript. in 62 deest, in 64 legi nequit. | *) Recte 65 om. *in*. a) 65, 67 *dominos suos* et 65 *constrictos*. b) 66 *volũptate*. 65 *peculium suum — voluntatem — vendere* (ut 67) — *habeat*.<br>a) 67 *constitutione*. 65 *consuetudinem*. b) 67 *inpendit ꝑ lege*. 65 *lege*. c) 65 *Explicit theodosi liber V*. 67 om. h. vv.<br>a) 67 om. *Incipiunt — servet'*. b) 65 *rem*. c) 65 *lococyr*. et om. *id ẽ*. 67 *lococyrographis*. d) 65 om. *et*. e) 67 *exactorib;* f) 67 *Ne quod p. l. et descripcione*. g) 66 *libris*. h) 65, 67 *his*. 67 *ammin*. i) 65 *districta*. k) 66, 67 *Datnis*. l) 66 om. *ꝗ*. 65 *qui*. 67 *adquirant*.<br>a) 65 *dignitatis*. b) Interpr. c. 1 et 2 in unam conflatae sunt. 67 *dignitate — ordinatione — prendere*. 65 *honorem et d. — ordinationem — persumps*. c) 65 *principis*. d) 65 *sit*. e) 65 *exiet*. 67 *exseat*. f) Haec om. 67. |

## INCIPIT

# CODICIS THEODOSIANI

## LIBER SEPTIMUS[a].

### TITULUS I.[b]) DE RE MILITARI.

1.[c]) *Imp. Constantinus A. et Caesar ....* Si quis barbaris scelerata factione facultatem depraedationis in Romanos dederit, vel si quis alio modo factam diviserit, vivus comburatur. *Dat. IV. Kal. Mai. Severo et Rufino Coss.*

INTERPRETATIO. *Si quis cum quibuslibet hostibus praedas egerit aut praedam cum praedonibus diviserit, incendio concremetur.*

### EXPLICIT CODICIS THEODOSIANI LIBER SEPTIMUS.

## INCIPIT

# CODICIS THEODOSIANI

## LIBER OCTAVUS[a].

### TITULUS I.[b]) DE TABULARIIS LOGOGRAPHIS, ET CENSUALIBUS.

1.[c]) *Impp. Arcadius et Honorius AA. Hadriano Pf. P.* Generali lege sancimus, ut, sive solidis provinciis sive singulis civitatibus necessarii fuerint tabularii, liberi homines ordinentur, neque ulli deinceps ad hoc officium patescat aditus, qui sit obnoxius servituti; sed et si quis dominorum servum suum sive colonum chartas publicas agere permiserit (consensum enim, non

a) Complectitur hic liber in C. Th. XXIV titulos. b) Tit. I. C. Th. *Tit. I.* Continet hic tit. in C. Th. XVIII constt. c) c. 1. C. Th. *c.* 1. Ben. Lev. II, 384. Isaac. tit. VI, 5. Conc. Trosl. c. 7. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17ª, 18, 34; omnia des. in cod. 32, etsi libri numerus positus est; omnia praeter interpr. in codd. 23, 42, 45; inscr. et textus in codd. 21, 22, 24; textus et subscr. in codd. 27, 28; subscr. et interpr. in codd. 19, 26; solus textus om. in codd. 25, 29—31, 33, 35—40.

a) In edd. C. Th. huius libri sunt XIX tituli. 19 *Lib. VII.* In indice rubricarum ap. Sich. et Til. deest numerus libri, quare tituli ex hoc libro a Breviarii Alarici conditoribus recepti apud Sich. et Tilium l. c. libro septimo annumerantur et pro uno titulo, id est *de Re militari,* undecim libri septimi tituli efficiuntur, quorum secundus *de Tabulariis, holographis* est, undecimus autem titulus *de Bonis quae filiisfamilias.* Sed tamen illum in Breviario primum libri VIII., hunc decimum eiusdem libri titulum esse, inter omnes constat et ex ipsis Sich. et Tilii editionibus perspici potest. Sich. Til. *De t. holographis, id est censualibus scribis.* 35, 37, 40 *De t. l. id est cens. et scriptis,* sed plerique codd. et inter eos 1, 2 *De t. olographis et c. id est scribis;* alii *De t. et olographis id est censualibus* aut *id est scribis censualibus.* b) Tit. I. C. Th. *Tit. II.* Sunt in C. Th. h. t. quinque constt. c) c. 1. C. Th. *c.* 5. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17ª, 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 41—43, 45; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in codd. 26, 27; solus textus om. in codd. 25, 28—40; sola interpr. in cod. 19.

INCIPIT LIBER SEPTIMUS.

TIT. I. DE RE MILITARI.

Si quis cum aliorum hostibus praedas egerit aut diviserit, incendio concremetur.

INCIPIT LIBER OCTAVUS.

TIT. I. DE TABELLARIIS, LOGOGRAPHIS[a]).

a) 46 om. *Log.* 52, 53 *Olographis et cosualibus.* 47 *De ammanuensibus et de tabulariis.*

[a]) *Imp. Valentinus ad Probum ppo.*

TIT. I. DE RE MILITARI.

Si quis cum quibuslibet hostibus praedas egerit aut praedam cum praedonibus diviserit, incendio concremetur.

EXPL. LIB. VII.

*Imp.*[a]) *Constantinus ā ad Evagrium d.*

INC. LIB. VIII.

TIT. I. DE TABULARIIS ET OLOGRAPHIS, ID EST CENSUALIBUS.

a) Om. numerus libri. Inscr. huc non pertinet.

a) Haec quoque inscr. falsa est.

## EPIT. GUELPH.

INCP̃T LIB̃ VII.

DE RE MILITARI.

Si q̃ cum hostibus. predas. divisiret. pena vindicari. ÷

EXPŁIC ŁIB VII.

INCP̃T LIB̃ VIII.

Ꝺ TABULARIIS OLOGRAFFIS. ET CENSUALIBUS. ID EST. ET. SACRIBIS[a]).

a) i. e. *scribis*. Ri. dicit in cod. ita legi: *De t. holographis et c. id e. et scribis*, quod falsum est.

## EPIT. LUGD.

LIB. VII.

Continet tantum unam aeram.

Ut eum amburendum, qui cum hostibus praedas egerit.

I. DE RE MILITARI.

Lex I. Ut qui hostibus praedator accesserit vel praedas diviserit, concremetur.

LIB. VIII.

Continet titulos principales X, leges X et VIIII Intpr̃.

I. Tabularios[a]), id est, qui rationes publicas tractant, ingenuos a provincialibus ordinandos; ad hoc officium nec colonum nec servum admittendum. Paraveredis[aa]) vel parangariis edictum consulit. Diebus[b]) dominicis nec privatum nec publicum debitum requirendum et ab omni exactione cessandum. Quando[c]) publica nuntiantur gaudia, nihil gratulationis nomine a provincialibus exigendum. II. Donationum[d]) genera distinguuntur. Res tradita[dd]) cognoscitur, quum ususfructus inde reservatur. Donatio revocanti[e]) patri conceditur, si laesum se a filio probaverit. Res donata[f]) libertis ad integrum revocatur, si filii nascantur donatori. Mater donationem, si laesa fuerit, revocat[g]). Quae filio[h]) filiaeve nepoti emancipationis tempore donantur, revocari non posse, nisi manifesta offensio in iudicio claruerit. Filii[i]) emancipati, si patrem laeserint, in familiam revocantur. III. Potestas provincialibus[k]) conceditur male vendita revocandi. Patribus negotia[l]) filiorum summo studio et integritate procurandum, ne aliquid per negligentiam filiis depereat. Defuncta uxore[m]) pater filiorum rem ad usumfructum possidet. Patri[n]) nec vendere nec donare rem filiorum conceditur et quae avi nepotibus, pronepotibus donaverint, manendum. Vindicandum[o]) nepotibus vel pronepotibus, quicquid ex avorum, aviarum maternarum munere vel testamento, successione aut qualibet scriptura devenerit. Pater superstes[p]) mortua uxore ab emancipatis filiis ab uno mediam, a duobus tertiam, a tribus quartam portionem, quo usque vixerit, percipit in usumfructum possidendam. IIII. Amissa[q]) uxore filio mortuo iure a patre in portione filii succedendum. Quicquid[r]) maritus uxori aut uxor marito positi in patris potestate donaverint aut testamento dimiserint, id ad patris dominium minime pertinendum.

I. DE TABULARIIS, OLOGRAPHIS ET CENSUALIBUS, ID EST SCRIBIS.

a) C. Th. VIII, 1. aa) C. Th. VIII, 2. b) C. Th. VIII, 3. c) C. Th. VIII, 4. d) C. Th. VIII, 5, 1. dd) C. Th. VIII, 5, 2. e) C. Th. VIII, 6, 1. f) C. Th. VIII, 6, 2. g) C. Th. VIII, 6, 3. h) C. Th. VIII, 6, 4. i) C. Th. VIII, 7. k) C. Th. VIII, 8. l) C. Th. VIII, 9, 1. m) C. Th. VIII, 9, 2. n) C. Th. VIII, 9, 3. o) C. Th. VIII, 9, 4. p) C. Th. VIII, 9, 5. q) C. Th. VIII, 9, 6. r) C. Th. VIII, 10.

## EPIT. MONACHI.

INCIPIT LIBER VII.

DE RE MILITARI.

Si quis cum quibuslibet hostibus praedas egerit aut diviserit, incendio concremetur. *Dat. Kal. Mai. Severo et Rufino Coss.*[a])

INCIPIUNT CAP. LIB. VIII.

I. De Tabulariis, Logographis Et Censualibus. II. De Cursu Publico, Angariis Et Parangariis. III. De Exsecutoribus Et Exactionibus. IV. Ne Quid Publicae Laetitiae Nuntii Ex Descriptione Vel Ab Invitis Accipiant. V. De Donationibus. VI. De Revocandis Donationibus. VII. De Ingratis Liberis. VIII. De Iis, Quae Administrantibus Vel Publicum Officium Gerentibus Distracta Sunt Vel Donata. IX. De Maternis Bonis Et Materni Generis Et Cretione Sublata. X. De Bonis, Quae Filiisfamilias Ex Matrimonio Acquiruntur.

I. DE TABULARIIS ET OLOGRAFIS CENSUALIBUS.*)

a) In 62 om. subscript.

*) 62 in m. add. *id est censualibus scribis*.

## EPIT. S. GALL.

INCIPIT LIB VII.

I. DE[a]) RE MILITARI.

Imp̃. cons̃. data IIII kal̃. mad̃. *Intp̃.* Si quis homo cum[b]) qualescũq: homines sine causa p̃da fecerit tã ille qui fecit quã et ille qui cũ p̃donibus p̃da diviserit incendiũ[c]) concremet'.

EXPL̃I LIB̃ VII.[d])

INCIPIT LIB̃ VIII.

I. DE TABULARIIS LOCOGRAFIS[a]) CENSUALIBUS ID Ē SCRIBIS.

a) 67 *Ne.* 65 *rem.* 66 *militarii.* b) 66 *cũq:*. c) 65 *diviserit, ad incendium concrementur.* 66 *diverit et incendiũ.* 67 *diviserat incendiũ.* d) Haec clausula deest in 67.

a) 67 *loco cyrographis.*

ignorantiam[d]) volumus obligari), ipsum quidem, in quantum interfuerit publicae utilitati, pro ratiociniis, quae servo sive colono agente tractata sunt, obnoxium attineri, servum autem competentibus affectum verberibus fisco addici. In praeteritum quoque decernimus, cura dominorum praesentari eos, qui ratiocinia tractaverint, quorum interfuit ab initio providere, ne publicis actibus privata servitia immiscerentur, ut temporis sui quisque rationem positus in quaestione depromat. *Dat. VIII. Kal. April. Mediolano, Vincentio et Fravitta Coss.*

INTERPRETATIO. *Sive in solida provincia sive per singulas civitates tabularii fuerint ordinati, hoc est*[e]), *qui rationes publicas tractant, ingenui a provincialibus ordinentur: coloni vel servi ad hoc officium nullatenus admittantur, quia, quibus fides publica committenda est, tales eligi debebunt, de quibus querela esse non possit. Quod si dominus colonum vel servum suum tabularium esse consenserit, pro consensu dominus hac mulcta feriatur, ut quicquid colonus ille vel servus detrimenti admiserit, hoc dominus sine mora restituat: colonus ille vel servus verberatus fisci viribus addicatur.*

Amanuenses vel cancellarii de ingenuis hominibus ordinentur. Neque de colono neque de servo tabularius[b]) admittatur: et quicquid colonus vel servus in honore positus detrimenti[c]) admiserit, hoc dominus sine mora restituat.

Amanuenses de ingenuis hominibus ordinentur; nam qui servum suum aut ingenuum ad hoc concesserit, perdet eum.

## TITULUS II. [a]) DE CURSU PUBLICO, ANGARIIS ET PARANGARIIS.

1.[b]) *Impp. Arcadius et Honorius AA. Messalae Pf. P.* Si quispiam paraveredum aut parangariam non ostensa evectione, quae tamen pro publica facta sit necessitate, praesumserit, periculo curatoris sive defensoris et principalium civitatum ad ordinarium iudicem dirigatur, singulas libras auri per singulos paraveredos vel parangarias fisci viribus illaturus. Qua in parte si rector provinciae atque officium eius colludium praebere voluerit, duplum ex suis bonis noverit exigendum[c]). *Dat. XV. Kal. Dec. Stilicone et Aureliano Coss.*

HAEC LEX *interpretatione non indiget*[d]).

TIT. II. DE CURSU PUBLICO, ANGARIIS ET PARANGARIIS[a]).

Qui veredum aut angariam sine praecepto praesumserit, per unumquodque vehiculum libra damnabitur auri.

TIT. II. DE CURSU PUBLICO, ANGARIIS ET PARANGARIIS.

Qui veredum aut angariam sine praecepto praesumserit, per unumquodque vehiculum libra damnabitur auri.

## TITULUS III. [a]) DE EXSECUTORIBUS ET EXACTIONIBUS.

1.[b]) *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Principium Pf. P.* Solis die, quem dominicum rite dixere maiores, omnium omnino litium, negotiorum, conventionum quiescat intentio; debitum publicum privatumque nullus efflagitet; ne apud ipsos quidem arbitros vel in iudiciis flagitatos vel sponte delectos ulla sit agnitio iurgiorum. Et non modo notabilis, verum etiam sacrilegus iudicetur, qui a sanctae religionis instituto rituve deflexerit. *PP. III. Non. Nov. Aquileiae. Acc. VIII. Kal. Dec. Romae, Honorio N. P. et Evodio V. C. Coss.*[c])

INTERPRETATIO. *Die solis, qui dominicus merito dicitur, omnium hominum actio conquiescat, ut nec publicum nec privatum debitum requiratur, nulla iudicia neque publica neque privata fiant. Quod qui non observaverit, reus sacrilegii teneatur.*

TIT. III. DE EXSECUTORIBUS ET EXACTIONIBUS.[a])

Hoc est, ut die dominico omnis actio conquiescat. Quod qui non observaverit, reus sacrilegii teneatur, quod est violator legis.

TIT. III. DE EXSECUTORIBUS ET EXACTIONIBUS.

Die solis, qui dominicus merito dicitur, omnium hominum actio conquiescat, ita ut nec privatum nec publicum debitum requiratur, nulla iudicia neque publica neque privata fiant. Quod qui non observaverit, reus sacrilegii teneatur.

## TITULUS IV. [a]) NE QUID PUBLICAE LAETITIAE NUNTII EX DESCRIPTIONE VEL AB INVITIS ACCIPIANT[b]).

1.[c]) *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Have Tatiane, carissime nobis.* Legem nostram, qua nihil ab invitis provincialibus gratulationis nomine exigendum esse decrevimus, volumus custodiri. *Dat. IV. Kal. Mai. Mediolano, Timasio et Promoto Coss.*

TIT. IV. NE QUID PUBLICAE LAETITIAE NUNTII EX DESCRIPTIONE[a]) VEL AB INVITIS ACCIPIANT.

TIT. IV.[a]) NE QUID PUBLICAE LAETITIAE NUNTII DE DESCRIPTIONE VEL AB INVITIS ACCIPIANT.

d) Br. Al. codd., tribus exceptis, *consensu e. n. ignorantia.* e) Hoc add. ab interpr.; is alteram partem legis explicare omisit.

a) Tit. II. C. Th. *Tit. V.* Vid. tit. I. huius libri, not. *a.* Constat hic tit. in C. Th. ex LXVI legibus. b) c. 1. C. Th. *c.* 59. Integra est in codd. 1, 2, 4—16, 17ª, 18, 19, 23, 24, 28—30, 32—34; inscr. deest in codd. 21, 22; subscr. in codd. 26, 27, 31, 35—40; inscr. et subscr. om. in cod. 42; omnia mutata sunt in codd. 25, 45. Similiter textus pro interpr. habetur in codd. 21, 26, 27, 36, 37. c) In cod. 25 h. c. ita scripta est: *Si q̄ veredum aut paravendum aut angariā non hostensa publica evectione praesumpserit singulas libras auri per singulos veredos et angarias detenendus a principalibus vel defensoribus et a iudici civitatis fisci viribus cogatur exsolvere. Si iudex ille defensor vel principalis a quo conludio que s̄ praecepta implere vel exegere fortasse ne deserint de suo proprio que ex ere praesumptore noluerit duplū fisci viribus reddant.* In cod. 19 ad m. ann.: *Paraveredi sunt publici equi angarii et parangarii publici cursores.* d) Nonn. codd. et hic et in aliis C. Th. locis *Ista—indiget,* alii *eget,* ut Sich.

a) Tit. III. C. Th. *Tit. VIII.* Vid. supra tit. I. huius libri, not. *a.* Habet hic tit. in C. Th. decem leges. b) c. 1. C. Th. *c.* 3. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17ª, 18, 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 41—43; inscr. et textus om. in codd. 21—24; textus et subscr. in codd. 26—28, 36; solus textus deest in codd. 25, 29—35, 37—40. c) In cod. 25 subscr. haec est: *Dat. IIII Kal. Mai Mediol. Timasio et Promoto Coss.* Errore librarius huc transtulit subscr. c. 1 Ne quid publ. laet. (VIII, 4).

a) Tit. IV. C. Th. *Tit. XI.* Vid. supra tit. I. huius libri, not. *a.* In C. Th. huius tit. quinque sunt leges. b) In permultis codd. add. *hoc ē nihil invitis per* (nonn. *pro*) *gaudia publica* (s. *publicae*) *exsequatur,* ex interpretatione titulorum. c) c. 1. C. Th. *c.* 5. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17ª, 18, 24, 29; omnia praeter interpr. des. in codd. 25 (vid. VIII, 3, 1, not. *c*), 42, 43; inscr. et textus in codd. 21, 23; textus et subscr. in codd. 22, 27, 28, 36; solus textus om. in codd. 30—35, 37—40; sola subscr. in cod. 26; sola interpr. in cod. 19.

b) In nonn. codd. add. *non.*
c) Plerique codd. *detrimentum.*
a) 50 om. rubr.
a) In cod. 50 om. rubr.
a) Aeg. *Discriptione.*

a) Cod. *XIV.*

| EPIT. GUELPH. | EPIT. LUGD. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|
| Ad hac officium servus. non admitendus. Si q̃ colonum aut servum. ad hoc officium. institueret. quicquid damni. intullerit. dominus de propriu restituat. illi vero ad fisco adplicandi. | Ut sive in solidis provinciis sive per singulas civitates ordinati fuerint, qui rationes publicas tractent, quod ingenui a provincialibus ordinandi sint et coloni et servi ad id officium non admittendi, et quod si dominus colonum aut servum suum tabularium esse consenserit, quicquid detrimenti admiserint, dominus restituere debeat. | Tabularii, hoc sunt cancellarii, qua rationes[a]) publicas tractant, ingenui a provincialibus ordinentur: coloni vel servi nullatenus. Si dominus colonum vel servum tabularium esse consentit, quicquid ille detrimenti admiserit, hoc dominus restituat: colonus ille vel servus verberatus fisci viribus adiciatur. *Dat. VIII. Kal. April. Viventio et Fravitto Coss.*[b]) | Imp̃. hono. data VIII.[b]) kal apl. *Intp̃.* tã in pvincia quã et p singulas civitates tabularii l alius iudices publicus ad om̃ l. causas publicas tractandas ñ colonus nec servus sed ingenuus et cum bona fide[c]) secundũ legẽ constituant qui hoc agere debeant. nã qd̃ si colonus aut servus elegerent qui ipsum actũ faciant et domini eorum hoc consenserint in quantũ ipse colonus l servus decepta fecerit aut alicui sine causa dãnũ intullerit[d]) omnia domini eorum de suo pprio conponant et ipsi coloni l servi flagellati ad fiscu pveniant[e]). |
| DE CURSŨ PUBLICO ANGARIIS. ET PARANGARIIS.. | DE CURSU PUBLICO II. | II. DE CURSU PUBLICO, ANGARIIS ET PARANGARIIS. | II. DE CURSU PUBLICO ANGARIIS ET PARANGARIIS. |
| I. Si q̃ non publica. utilitatem. nec prolate. vincionem. p̃sumpserit. p singulus. paraveredus. singulas. liberas. auri. damnandus. | Ut ad ordinarium iudicem dirigatur, quicunque paraveredum aut parangariam, non ostensa evectione, quae[a]) publica necessitate facta sit, praesumserit, per singulos veredos auri libram fisco laturus. | Si quispiam paraveredum aut parangariam non ostensa vectione, quae tamen pro publica necessitate facta sit, praesumserit[a]), singulas auri per singulos veredes vel angarias fisci viribus inferat. Si rector provinciae haec consenserit, duplum de suis bonis noverit exigendum. *Dat. V. Kal. Dec. Stilicone et Aureliano Coss.*[b]) | Imp̃. conš data XIII kal deceb. *Intp̃.* Si quis homo l actur palauretũ[a]) aut angaria ñ ostensa vectione publica qui p lege facere debet nã si sup inpositã p forcia aut in sua ppria[b]) veccionẽ menaverit p singulos paraverectos[c]) l p singulas angarias singulas libras auri fisci virib; solvat. qd̃si rector pvincie aut aliqui[d]) de ipsius officiũ alico conludio exinde p̃stare[e]) voluerit dublu ex suis bonis noverit exigendu. |
| III. DE ADSECUTORIBUS ET ACTORIBUS. | III. DE EXSECUTORIBUS. | III. DE EXSECUTORIBUS ET EXACTIONIBUS*). | III DE EXSECUTORIB;[a]) ET EXACTIONIB; |
| Dominica. nullatinus agi debere qui p̃sumpserit. sacrilegii. reus teneatur. L' II. ꝛ VII.[a]) | Ut die dominico omnium hominum actio conquiescat et neque publicum neque privatum debitum requiratur: quod qui contra fecerit, sacrilegii reus teneatur. | [a])Die dominico omnium hominum actio quiescat, nec privatum nec publicum debitum requiratur, nulla iudicia fiant. Quod qui non observaverit, reus sacrilegii teneatur. *PP. III. Non. Nov. Honorio et Evodio Coss.* | Imp̃ Gratiañ data IIII non. novem̃. *Interp̃.* De die dominico omnis homo de omne causacione requie habeat[b]) ut nec privatu debitu nec publicu nullus ausus sit[c]) requirere. nec nulla indicta publica nec privata ñ indicetur. qui hoc ñ observaverit reus sacrilegii teneatur. |
| III.[a]) NE QUID. PUBLICE. LETICIE. NUNCII. EX DISCRIBCIONE. VEL AB INVITIS. ACCIPIANT.[b]) | IV. NE QUID PUBLICAE LAETITIAE NUNTII EX DESCRIPTIONE VEL AB INVITIS ACCIPIANT. | IIII. NE QUID PUBLICAE LAETITIAE NUNTII EX DESCRIPTIONE VEL AB INVITIS ACCIPIANT. | IIII NEC QUID PUBLICE LAETICIAE EX DISCRIPCIONE VEL AB INVITIS ACCIPIANT[a]). |

EPIT. GUELPH.: a) C. Th. II, 8.
a) Err. pro *IV.* b) Om. lex.

EPIT. LUGD.: a) Codex *evectioneque.*

EPIT. MONACHI.: a) 63 *actiones.* Leg. *qui.* b) Subscr. deest in 62, in 64 legi nequit.
a) 63 *ostense vectionem pro publ. nec. parare praesumserit.* b) Subscript. om. in 62.
*) 62 in m. add. *et die domenico.* a) 64 add. *De die dominico.* Subscr. deest in 62.

EPIT. S. GALL.: b) Ita 67. 65 *VI.* 66 *VII.* Infra 65 *provinciam.* c) Ita 65 et 67. 66 *conbanã fidẽ.* d) 66, 67 *intullerint.* e) 67 *pervenient.* Ceterum 67 *publicos—colonos n. servos—servos* et 65 *et alios i. publicos—et causas—colonos n. servos s. ingenuos—colonos aut servos—et servi fl.*
a) 65 *et actor palavaretum.* 67 *actor paravretum.* b) 65 *vectionem publicam—legem—inposita per forciam—suam propriam.* c) 67 *paraveretos.* 65 *palavaretos et per.* d) 66 *aliquid.* e) 65 *officio—facere.*
a) 67 *IIII De execusatorib.* b) 65 *de omni—habeant.* c) 67 *sit ausus—observaberit.*
a) 65 *et ab i. accipiat.* 67 *V.*

Interpretatio. *Quando gaudia publica nuntiantur, nihil invitis provincialibus gratulationis nomine exigatur.*

*Epit. Aeg.:* Lege nostra quando gaudia publica nuntiantur, nihil invitis provincialibus gratulationis nomine exigatur.

*Epit. Suppl. Lat.:* Quando gaudia publica nuntiantur, nihil invitis provincialibus gratulationis nomine exigatur.

## TITULUS V.[a]) DE DONATIONIBUS.

*Epit. Aeg.:* TIT. V. DE DONATIONIBUS.

*Epit. Suppl. Lat.:* TIT. V. DE DONATIONIBUS.[a])

1.[b]) *Imp. Constantinus A. ad Maximum Pf. U.* Donatio, sive directa sit, sive mortis causa instituta, sive conditionibus faciendi ac non faciendi suspensa, sive ex aliquo notato tempore promissa, sive animo dantium accipientiumve sententiis, quantum ius sinit, cognominata, sub hac fieri debet observatione, ut, quas leges indulgent, actiones, conditiones pactionesque contineat, hisque penitus cognitis vel recipiantur, si complacitae sunt, vel reiiciantur, si sunt molestae; ita ut minorum defensores, si per eos donationum conditio neglecta est, rei amissae periculum praestent. §. 1. In conscribendis autem donationibus nomen donatoris, ius ac rem notari oportet, neque id occulte aut per imperitos aut privatim, sed aut tabula, aut quodcunque aliud materiae tempus dabit, vel ab ipso vel ab eo, quem sors ministraverit, scientibus plurimis perscribatur. §. 2. Et corporalis traditio subsequatur ad excludendam vim atque irreptionem advocata vicinitate, omnibusque arbitris adhibitis, quorum postea fide probabitur, donatam rem, si est mobilis, ex voluntate traditam donatoris, vel, si immobilis, abscessu donantis novo domino patefactam, actis etiam annectendis, quae apud iudicem vel magistratus conficienda sunt. *Dat. III. Non. Febr. Roma, Sabino et Rufino Coss.*

Interpretatio. *Donatio aut directa est aut mortis causa conscribitur. Directa donatio est, ubi in praesenti res donata traditur. Mortis causa donatio est, ubi donator, dum advivit, rem, quam donat, sibi reservat, scribens: si prius mortuus fuero quam tu, res mea ad te perveniat, ut postea ad illum, cui donat, non ad heredes donatoris res donata perveniat. Quod si prius moriatur, cui res mortis causa donata est, res in iure permaneat donatoris. Est et alia donatio, ubi donator obligat illum, cui donat, ut aliquid faciat aut non faciat, id est, si aliquid iubeat fieri, quod impossibile iudicetur, aut quod honestati contrarium videatur; aut si id ordinet fieri, quod honestum est et possit impleri: quia tunc infirmatur donatio, quando conditiones honestatis possibilis impletae non fuerint. Nam si inhonestae et impossibiles conditiones ponantur, remotis conditionibus firma donatio est. Est item et alia, in qua sibi donator certum tempus possessionis reservat. Quae*[c]) *tamen omnes donationes superius comprehensae si modum excesserint lege conscriptum, unde possint certae personae de immodica donatione proponere, hoc est si quartam sibi facultatis suae donator non reservaverit, non valebunt. Sed praeterea illa donatio contra legem est, si quis rem in lite positam, quae repetitur, aut recto ordine donet aut conditionem contra bonos mores, hoc est causam cuiuslibet criminis, donator in donatione conscribat. Minoribus vero si quid fuerit per donationem a quocunque oblatum sive collatum, tutores vel curatores eorum debent studere, ne quid firmitati donationis desit. Quod si eorum negligentia donatio ad effectum perducta non fuerit, ad eorum dispendium pertinebit, ita ut quicquid minores de donatione perdiderint, curatores vel tutores illis de propria facultate restituant. In conscribendis autem donationibus hic ordo servandus est, ut donatio nomen prius contineat donatoris vel illius, cui donatur; deinde res, quae donantur, sive in agris sive in mancipiis sive in quibuslibet rebus atque corporibus, nominatim in donatione conscribendae sunt, non occulte, sed publice, non privatim vel secrete, sed aut in tabulis aut in chartis aut ubicunque legatur facta donatio. Quam tamen donationem, si literas novit, donator ipse subscribat: si vero ignorat, praesentibus plurimis eligat, qui pro ipso subscribat: et hanc ipsam donationem gestorum solennitas et corporalis traditio subsequatur, ita ut, si mobilia donantur, praesentibus plurimis tradantur: si vero ager vel domus donatur, quod moveri non potest, ut inde donator abscedat et novo domino pateat res donata, si*[d]) *tamen sibi de his rebus usumfructum donator non reservaverit. Gesta vero donationum aut apud iudicem aut apud curiam*[e]) *allegandae sunt.*

*Epit. Aeg.:* Donatio directa est, ubi in praesenti res donata traditur. Donatio mortis causa est, ubi donator, dum advivit, rem, quam donat, sibi reservat. Quod si moriatur, cui donat, res in iure permanet donatoris. Quod si donator quartam sibi non reservaverit, donatio non valebit. Quod si[a]) rem lite posita quis donare praesumserit, non valebit. Si minoribus aliquid per tutoris negligentiam deperierit, ut donatio non legitime fiat, tutores[b]) de propria facultate hoc restituant.

*Epit. Suppl. Lat.:* Aliud est, quod in praesente datur, aliud[b]) est, quod sic datur, ut dum vivit rem suam possideat homo. Si heredes scripti in carta non fuerint, et is, cui donatio facta fuerit, moriatur, donatio ad donatorem revertit. Est et alia donatio, ubi donator obligat illum, cui donat, ut aliquid faciat aut non faciat. Si possibile aut honestum est, quod iubetur et factum non fuerit, cadit donatio. Nam si inhonestae et impossibiles conditiones ponantur, remotis conditionibus firma manet donatio, hoc est, ut quod impossibile et inhonestum vel contra legem iubetur, non fiat et rem, cui fuerit donata, possideat. Item si quarta heredibus non servatur, donatio non valebit. Si rem in lite positam quis donare praesumserit, donatio non valebit. Item si minoribus aliquid per tutoris negligentiam deperierit, ut donatio non legitime fiat, a tutoribus sarciatur. Item donatio prius nomen contineat donatoris vel illius, cui donatur, deinde res, quae donantur, sive in agris aut mancipiis vel quibuslibet rebus atque corporibus nominatim scribantur, quam donationem aut donator ipse subscribat, vel praesentibus plurimis eligat, qui pro ipso subscribat, et ut donatio gestis debeat roborari. Si mobilia donantur, praesentibus plurimis tradantur. Si ager vel domus donatur, quae moveri non possit, donator inde discedat et novo domino pateat res donata, et ut gesta donationum ante iudicem aut ante curiam allegentur[c]).

2.[f]) *Impp. Honorius et Theodosius AA. Monaxio Pf. P.* Legis a nobis paulo ante latae cetera quidem cautio necessaria nobis admodum visa est, sublata vero in donationibus species traditionis, quam olim retentio usufructus induxerat, non sine magna ratione desiderata est, quum observationem iuris contrahere potius quam propagare debeamus. Ideoque ius pristinum renovamus, ut, quisquis rem aliquam donando vel in dotem dando usumfructum eius retinuerit, etiamsi stipulatus non fuerit, eam continuo tradidisse credatur, nec quid amplius requiratur, quo

a) Tit. V. C. Th. *Tit. XII.* Vid. supr. tit. I. huius libri, not. *a.* Habet hic tit. in C. Th. novem leges. b) c. 1. C. Th. *c. 1.* L. Vis. V, 2, 6. Marculf. Form. II, 37, 38. Form. Sirmond. 2 et 3, 17. Docum. Francic. saec. XI. s. XII. et ad interpr. cf. Docum. Francic. ann. 804. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17[a], 18, 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in codd. 26—28; solus textus in codd. 25, 29—40. Memorabilis est interpr., quae ex incognitis iuris fontibus hausta est et multa habet, quae non sunt in lege. c) Haec interpres sec. Go. de suo addit. d) Haec sec. Go. interpres de suo add. ex c. 2 h. t. e) Lex *apud iudicem vel magistratus.* Savigny l. c. T. I. p. 264 (ed. I.), p. 307 (ed. II.). f) c. 2. C. Th. *c. 9.* Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17[a], 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 42, 43; inscr. et textus in codd. 21—24, 37; subscr. et textus in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 29—36, 38—40; sola interpr. in cod. 19.

*Epit. Aeg.:* a) 52, 53 om. *Quod si — non valebit.* b) 51 om. *negligentiam — tutores.*

*Epit. Suppl. Lat.:* a) Repetitur tit. fol. 82, sed multis omm. b) Cod. *aliquid.* c) Cod. *elegantur.*

| EPIT. GUELPH. | EPIT. LUGD. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|

**EPIT. LUGD.** Ut nihil ab invitis provincialibus gratulationis nomine, id est, quando publica gaudia nuntiantur, sit exigendum.

**EPIT. MONACHI.** Quando gaudia publica nuntiantur, nihil invitis provincialibus gratulationis nomine exigatur. *Dat. III. Kal. Mai. Timasio et Promoto Coss.*[a])

**EPIT. S. GALL.** Imp̃ Gratian̄. data IIII kl̄ mad̄. *Intp̃.* Quando aliqua puplica gaudia nunciantur hoc ẽ aut elevacio regis aut nuptias aut barbatoria[b]), aut aliqua alia gaudia quod ad iudices ptinet nihil invidũ[c]) ad populũ nec dona nec nulla expendia exsequant'[d]).

**EPIT. GUELPH.** V. DE DONACIONIBUS PL' II' ꝛ XXIIII' Ł' II' L III ꝛ VIIII' L V ꝛ XII..[a])

**EPIT. LUGD.** V. DE DONATIONIBUS.

**EPIT. MONACHI.** V. DE DONATIONIBUS.

**EPIT. S. GALL.** V. DE DONATIONIB;

**EPIT. GUELPH.** I. Donacio. quomodo fieri. vel firmare debiat. ∻ donacio. directa est. cui res in presente traditur. gesta aput iudicem aut curiam legandą mortis. causą donacio. sine gesta. obtenit. firmitatem.

**EPIT. LUGD.** Lex I. Ut donationes, sive directae sive mortis causa institutae sive aliae quaelibet, quod sub hac fieri debeant observatione, ut quas leges indulgent actiones, conditiones pactionesque contineant et quod in conscribendis donationibus nomen donatoris ac rem notari oporteat, neque occulte aut privatim aut per imperitos, sed scientibus pluribus fieri debere et corporalis traditio subsequi etc.

**EPIT. MONACHI.** Donatio aut directa est aut mortis causa conscribitur. Directa est, ubi in praesenti res donata traditur. Mortis causa donatio est, ubi donator, dum advivit, rem, quam donat, sibi reservat scribens: si prius mortuus fuero quam tu, res meae ad te perveniant, ut postea ad illum, cui donat, non ad heredes donantis res donata perveniat. Quod si prius moriatur, cui res mortis causa donata est, res in iure[a]) permaneat donatoris. Est et alia donatio, ubi donator obligat illum, cui donat, ut faciat aut non faciat. Si possibile et honeste obligat et non impleatur, infirmatur donatio. Si vero inhoneste vel impossibile ponatur, remotis conditionibus[b]) firma donatio est. Item alia, in qua sibi donator certum tempus possessionis servat. [c])Quae tamen omnes donationes superius comprehensae, si quartam facultatis suae donator non reservaverit, non valebunt, quia contra legem est factum. Si quis rem in lite positam, quae repetitur, aut directo ordine donet aut conditionem contra bonos mores vel pro cuiuslibet criminis donator in donatione conscribat. [d])Minoribus vero si quid fuerit donatum et tutorum vel curatorum negligentia donatio ad effectum perducta non fuerit, ipsi de proprio suo minoribus aliud tantum, ut donatio habuit, restituant. In conscribendis donationibus hic ordo servetur, ut donatio prius contineat nomen donatoris vel illius, cui donatur, deinde res, quae donantur, in quibuslibet rebus nominatim conscribantur: non occulte nec privatim, sed publice scribantur et legatur facta donatio. Et si literas novit, ipse donator subscribat, sin autem praesentibus plurimis eligat, qui pro ipso subscribat,[e]) hancque donationem gesta et traditio subsequatur, ut si mobilia donantur, praesentibus plurimis tradantur, si immobile est, donator exinde abscedat et novo domino pateat res donata, si tamen usumfructum donator sibi non reservaverit. Gesta vero aut apud iudicem aut apud curiam allegandae sunt.

**EPIT. S. GALL.** Imp̃ constan̄. data VI. non feb̄. *Int̄.* Donatio aut directa ẽ aut mortis causa conscribitur donatio directa ẽ. ut res quod donat homo de presente tradatur cui donat et ipsa die possideat.[a]) donatio mortis causa scripta ẽ si ille qui donat dũ advivit illã rẽ quã donat ipse possideat scribat[b]) illi cui donat: si ego ante fuero mortuus quã tu[c]) istas res quã tibi in donatione scripsi post meã mortẽ ad te pveniant. nã non ad alios heredes meos. postea si ille antea fuerit mortuus ipsas res ad illũ pveniant cui eas in donatione scripsit[d]). Nam si ille ante fuerit mortuus cui eas donavit quã suus donator ipsa donatio ad donatorẽ revertat et[e]) alia donatio ẽ ubi donatur scribit[f]) illi cui donat in ipsa donatione aliquas causas qui[g]) inpossibile est quod ille postea nullu modo facere potest.[h]) si eas postea facere ñ potuerit et[i]) tales donatio vana est et stare ñ potest: Nã si ipsas conditiones qui dicta[k]) fuerant cui donat adimplere potuerit aut forsitã donatur eas redimittere voluerit. ut non fiat donatio illa firma pmaneat. om̃ donationes superius nominatas si legitimi testes non fuerunt[l]) firmatas aut si falsitia hoc ẽ quarta parte donatur ñ reservaverit de res suas ipsas donationes firmas non sunt nã si quarta reservata fuerit et legitimus testes firmatas fuerint[m]) ipsas s̃s̃ donationes stabilis s̃[n]): nã tam̃ omnem rẽ qui incontencionosa[o]) ẽ antequam eã homo deliberet[p]) nulla donationem exinde facere non potẽ. Itẽ si ad parvulus hoc ẽ qui in minore[q]) etate s̃. si forsitam eis aliqua donatio facta fuerit tutores eorũ ipsã donatione bene cōbnent ut p suas neglientias ex ipsa parvulorũ donationẽ nihil pdant. Nam si[r]) exinde p suas neglientias aliquid pdiderint sciant se ipsi tutores de suo pprio restaurandũ. nã sic̃ superius diximus in om̃s donationes primis nom̃ donatores scribat sic postea ipsius cui donat. poste võ[s]) ipsã facultatẽ quã donat sive[t]) in tr̃is vel domo aut in mancipiis qui[u]) immobilia s̃ et gestis ligare debet et de ipsã rem[v]) tradicione faciant non absconse sed a[x]) p̃sente bonos homines et ipsã donationem aut in tabula aut in carta scribat et si donatur literas scit ipse[y]) donationẽ scribat et si literas ñ scit p̃sente plurimis homines roget qui p eo scribat de mobile rem[z]) si donat omo p̃sente testes tradicione[a]) faciat. nã de illã rem quẽ[b]) omo movere non potẽ hoc ẽ in tr̃is Ī casas si omo alicui donaverit si usumfructum reservatus ñ fuerit gesta aput bonos omines vel curiales testes firmatas ẽẽ debent.

**EPIT. GUELPH.** a) Paul. II, 24, 2; III, 9 (10); V, 12.

**EPIT. MONACHI.** a) Subscr. deest in 62.

a) 62, 63 *iniuste.* b) 62, 64 *condictionibus.* c) 64 add. *De Falcidia.* d) 64 add. *De Pupillis et Curatoribus.* e) 64 add. *De Gesta et Traditione.*

**EPIT. S. GALL.** b) 67 *barbatorias.* c) Canc. ann.: „h. e. *invitum*“, recte. d) 67 *excecant'.*

a) 67 *tradentur — donatur et ab — possidet.* b) 65 add. *et.* 67 *advivet — possidet et scribet lui.* c) 65 *quantum istas res in donationem.* 67 *que tibi.* d) 66, 67 *scripsi.* 65 *donationem.* 67 *pervenient qui — donationem scripsi* et om. *Nam.* e) 65 om. *et.* f) 65 *donator scripsit* et postea *donat ipsam donationem.* 67 *donatione ubi donator scribet lui.* g) 65 *quia.* 67 *que.* h) 65 *non potest.* i) 65 om. *et,* hic et paulo infra. 67 *potuit.* k) 65 *conditiones doctas,* quod accipit Canc. pro conditiones bonas, honestas, ego non amplector. Praeterea 65 *donant.* l) 65 *legitimos t. n. fuerint* et infra *quartam partem.* Supra 67 *fiant.* m) 65 *legitimos t. firmata fuerit.* 67 *legitimos t. firmati.* n) 65 *ipsas donationes firmas permaneant.* o) 67 *contenciosa.* 65, 67 *que.* p) 66, 67 add. *et.* 67 *potuit.* q) 65 *id est qui minore.* r) 66, 67 om. *si.* Paulo ante 65 *perdat.* s) l. e. *postea vero.* 65 *postea.* t) 65 *si.* u) 65 *quia.* 67 *mobilia.* v) 65 *ipsa re — faciat.* x) 65 om. *a.* 67 *ad.* y) 65 *ipsam.* z) 65 *De mobile re.* 67 *cartas — non sciet — suscribat de mobilie.* a) 65 *donationem.* b) 65 *re quam* et 67 *novere non potuit.* Ceterum 65 *ususfructus.*

LEX ROM. VISIGOTH.

magis videatur facta traditio, sed omni modo idem sit in his causis usumfructum retinere, quod tradere. *Dat. prid. Id. Mart. Constantinopoli, D. N. Honorio A. XI. et Constantio V. C. II. Coss.*

INTERPRETATIO. *Quicunque de rebus propriis servato usufructu cuilibet aliquid quacunque donatione contulerit, vel in dotem dederit, et sibi usumfructum reservet, rem tradidisse cognoscitur; quia reservatio ususfructus, etiamsi stipulatio inserta non fuerit, pro traditione habetur.*

## TITULUS VI.[a]) DE REVOCANDIS DONATIONIBUS.

1.[b]) *Impp. Constantius et Constans AA. ad Philippum Pf. P.* Avi nostri pro patribus firma lege sanxerunt, ut, si quid patres in liberos munificentiae titulo contulissent, si eos impios in iudicio declarassent, omne id esset revocandum, ne pietatis praemium apud scelestos et flagitiosos animos permaneret. *Dat. XII. Kal. Oct. Limenio et Catulino Coss.*

INTERPRETATIO. *Donatio in emancipatum filium a patre facta, si laesum pater se esse probaverit, revocatur. Hic de iure requirendum de revocandis donationibus*[c]).

2.[d]) *Iidem AA. ad Orfitum Pf. U.* Si unquam libertis patronus filios non habens bona omnia vel partem aliquam facultatum fuerit donatione largitus, et postea susceperit liberos, totum, quicquid largitus fuerit, revertatur in eiusdem donatoris arbitrio ac ditione mansurum. *Dat. V. Kal. April. Arbetione et Lolliano Coss.*

INTERPRETATIO. *Si quis filios non habens bona sua vel partem bonorum libertis donaverit, et is, qui donaverat, filios postea habuerit, donationes in libertis factae ad integrum vacuantur.*[e])

3.[f]) *Iidem AA. ad Orfitum Pf. U.* Si quis forsitan filiorum maternam munificentiam consecutus in matrem impius detegitur, non iam dimidiam portionem, ut ante fuerat iussum, rei donatae, sed omnem substantiam proprietatis amittat. Matres vero, quae in secundas convenerint nuptias, reposcere vetamus a filiis, quae earum perceperint largitate. Quin etiam identidem commonemus, alia omnia iuxta prioris legis tenorem debere servari. *Dat. IX. Kal. Iul. Sirmio, Datiano et Cereale Coss.*

INTERPRETATIO. *Si quis filius donatione matris aliquid fuerit consecutus et eam postmodum laeserit, probatis in iudicio laesionis causis, donationem mater, si voluerit, in integrum revocabit. Quod si mater haec, quae filio donavit, ad secundas nuptias transierit, contra donationem per quamcunque occasionem veniendi nullam habeat potestatem, servatis de reliquo legibus, quae sub titulo De secundis nuptiis continentur*[g]).

4.[h]) *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. ad Senatum. Post alia:* Donationem circa filium filiamve, nepotem neptemve, pronepotem proneptemve emancipationis tempore celebratam pater seu avus vel proavus revocare non poterit, nisi edoctis manifestissimis causis, quibus eam personam, in quam collata donatio est, contra ipsam venire pietatem, et ex causis, quae legibus continentur, fuisse constabit ingratam. Quas tamen causas in cognitione discuti oportebit, et nostro admitti iudicio, quum hoc inter partes competenti visum fuerit cognitori. Alias iubemus non audiri parentis querelas etc. *Dat. VIII. Id. Nov. Ravenna, DD. NN. Theodosio XII. et Valentiniano II. AA. Coss.*

INTERPRETATIO. *Si quis filio, filiae, nepóti ex filio vel pronepoti ex nepote emancipationis tempore aliquid donaverit, id nisi probatis in iudicio manifestis offensarum causis revocare non poterit.*

a) Tit. VI. C. Th. *Tit. XIII.* Vid. supra tit. I. h. libri, not. *a.* Habet hic tit. in C. Th. sex leges. b) c. 1. C. Th. *c.* 2. Interpret. est in Ben. Lev. III, 330. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17ª, 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 41, 43, 45; inscr. et textus des. in codd. 21—24, 37; textus et subscr. in codd. 27, 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29—36, 38—40; sola interpretatio deest in cod. 19. In cod. 38 subscr. translata est in c. 2 h. t. et huc subscr. c. 2 cit. Similiter in codd. 39, 40 interpretationes c. 1 et 2 inter se commutatae sunt. c) Vid. supra II, 21, 2, interpr. not. *d.* Des. haec vv. in codd. 7, 26, 34, 36, 41. d) c. 2. C. Th. *c.* 3. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17ª, 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 28, 42; inscr. et textus in codd. 21—24, 37; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29—36, 38—40; sola interpr. deest in cod. 19. In codd. 32, 33 interpr. pro ipsa lege habetur. De codd. 38—40 vid. c. 1 h. t. not. *b.* In edd. Go.—Ri*. duplex invenitur h. c. interpr. Vid. not. *e.* e) Ap. Go. Ri. Ri*. add. interpr.: *Alia. Si patronus filios non habens, et aliquid liberis* (leg. *libertis*) *dederit et postea susceperit liberos, quicquid largitus fuerit revertatur in eiusdem donationis* (leg. *donatoris*) *arbitrium.* Ex epit. Aeg. f) c. 3. C. Th. *c.* 4. Interpr. transiit in Ben. Lev. III, 329, ubi vero ad patrem refertur. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17ª, 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 28, 41—43, 45; inscr. et textus in codd. 21—24, 31; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32—40; sola interpr. in cod. 19 et ap. Go. g) Go. interpretem erroris accusat, quum Constantius non respiciat leges tituli de Secundis nuptiis, sed potius c. 1 C. Th. h. t. h) c. 4. C. Th. *c.* 6. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17ª, 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 43, 45; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in codd. 27, 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29—40; sola interpr. in cod. 19.

EPIT. AEG.

Quicunque de rebus suis in donationem dederit reservato usufructu, pro traditione habeatur, etiam sine stipulatione.

TIT. VI. DE REVOCANDIS DONATIONIBUS.

Quod pater vel mater filiis vel nepotibus pronepotibusque[a]) dederint, si causa laesionis exstiterit et mater ad alias nuptias transire noluerit, ad se omnia revocabit, si eos tamen ante iudicem laesisse data probatione convicerit.

Si patronus filios non habens et aliquid in libertis dederit et postea susceperit liberos, quicquid largitus fuerit, revertatur in eiusdem donatoris arbitrium[b]).

Si avus vel pater aliquid filiis aut nepotibus dederint, nisi manifestis culpis revocari non potest.

a) Aeg. *pronepotibus quae.* Haec partim diversa sunt ab interpr. et sumta ex c. 3 h. t. b) Multi codd. *arbitrio.* — c. 3 deest, sed vid. c. 1 h. t.

| EPIT. SUPPL. LAT. 215. | EPIT. GUELPH. | EPIT. LUGD. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|---|
| De usufructuaria donatione, quod etiam sine stipulatione pro traditione habetur. | II. Usus. fructus. que in donacionibus. pro tradicionem. habendus. pl· III. ꝛ VIII.[b] | Lex II. Ut quod qui de rebus propriis alicui aliquid donatione contulerit vel in dotem dederit, si usumfructum reservaverit, rem tradidisse cognoscatur. | [f] Qui de rebus propriis servato usufructu donationem contulerit vel in dotem dederit, etiam stipulatione inserta non fuerit, servatio ususfructus pro traditione habeatur. *Dat. prid. Id. Mai. Honorio A. XI. et Constantino V. C. Coss.* | *It̃. alia. Intp̃.* Qui alicui de res suas donationẽ[c] fecerit aut in dotẽ dederit si usũfructũ reservaverit si stibulacio inserta non fuerit ꝓ traditione teneatur. |
| TIT. VI. DE REVOCANDIS DONATIONIBUS. | VI. DE REVOCANDIS DONACIONIBUS. L· II. ꝛ X.[a] | VI. DE REVOCANDIS DONATIONIBUS. | VI. DE REVOCANDIS DONATIONIBUS. | VI.[a] DE REVOCANDIS DONATIONIB; |
| | | | Donatione a patribus in filiis facta, si eos contra se impios in iudicio declaruerint[a], donationes suas revocent. | |
| Quod pater vel mater filiis vel nepotibus pronepotibusque dederint, si causa laesionis ante iudicem probata exstiterit, ad se omnia revocabunt.[a] | Pater lesus. a. filio. donacionem. revocari potest. pL· I· ꝛ IIII· L· VII.[b] | Lex I. Ut si in emancipato filio donatio fuerit facta et ille patrem postea laeserit, quod revocari possit talis donatio. | | Imp̃. cons̃ data XII. kal̃ hoctob; *Intp̃.* Si pat̃ ad filiũ suũ in inmancipatũ donationẽ fecerit et ipse filius postea patri suo aliqua grave iniuria intollerit[b] ipsa donatio si voluerit pat̃ suus potestatẽ habeat[c] ad se revocandi. |
| Donationem, quae in liberto facta fuerit, filii, qui postea nati fuerint, revocabunt.[b] | Patronus. sine filiis. que liberto donavit. nato filio revocatur. | Lex II. Ut si filios qui non habens bona sua vel partem bonorum libertis donaverit et postea filios habuerit, quod evacuetur donatio in libertos facta. | Si quis filios non habens bona sua liberis donaverit et postea filios habuerit, ea, quae liberis donavit, donatio non valebit. | *It̃ alia. Intp̃.* Si ꝗcũq: ingenuus homo filius non habuerit[d] et forsitam ad[e] suus lib̃tus de suas res donationẽ fecerit si postea forsitan filius habuerit donatio ad lib̃tũ facta in[f] omnib; vacua ꝑmanebunt. |
| | IIII.[c] Mater lesam. a filio. probatis. causis. revocat ꝗ donavit. | Lex III. Ut si filius a matre donatione aliquid consequatur et postea matrem laeserit, quod si velit mater ad integrum donationem revocare, possit et quod si mater post donationem ad secundas nuptias transierit, contra donationem per quamcunque occasionem venire non possit. | Si filius a matre donationem acceperit et postea matrem laesisse in iudicio comprobatur, donationem mater revocet. Si vero mater ad secundas nuptias transierit, per nullam occasionem donationem a filio non poterit revocare, servatis de reliquo legibus de secundis nuptiis. | *It̃ alia. Intp̃.*[g] Si mat̃ filio suo donationẽ fecerit si postea ipse filius matri sue graves iniurias intullerit si ipsa[h] iniurias mat̃ in iudicio ꝓbare[i] potuerit si voluerit ipsa mat̃ potestatẽ habet ipsam donationem ad se revocandi et si post mortem mariti sui ad secundas nupcias venerit ꝓ nulla ocansionẽ donatione[k] filio facta ñ poterit rũpere servatis scriptis legib; qui[l] sup titulo secundis nuptiis continetur. |
| | IIII. Nisi probatis. offensionis causis. donacionis. revocari. non posse. | Lex IV. Ut quod filio, filiae, nepoti, pronepoti emancipationis tempore datur, nisi probatis in iudicio manifestis offensarum causis non revocetur. | Si quis filio vel filiae, nepoti ex filio vel pronepoti ex nepote emancipationis tempore aliquid donaverit, nisi probatis in iudicio manifestis offensarum causis revocare non poterit. *Dat. VII. Id. Nov. Theodosio XI. et Valentiniano II. AA. Coss.*[b] | *It̃ alia. Intp̃.*[m] Si quis homo filiũ aut filiae aut nepoti[n] ex filio vel ꝓnepoti ex nepciae si ei aliquid in tẽpore emancipationes[o] donaverit nisi ꝓbatas in iudicio graves iniurias quod ei ille cui donavit factas habeat; nam ꝓ alia causa ipsa donatio iterũ rumpere non potẽ[p]. |
| a) Mixta cum int. c. 3 h. t. b) Codex *qui in l. f. fuerat.* — Om. c. 3, 4 h. t., sed vid. c. 1 h. t. | b) Paul. III, 8 (9). a) Paul. III, 10. b) Paul. I, 4, 7. c) Err. pro *III.* | | f) 64 add. *Servatio Usufructus Pro Traditione Habeatur.* Infra 62 om. subscript. a) Lex ipsa *si eos impios in iudicio declarassent.* b) Subscript. om. 62. | c) 65 *donationes.* 67 *in dote.* a) 67 *VII.* b) 65 *fecerit.* Praeterea *aliquam gravem iniuriam — ipsam donationem.* c) 67 *eam ad se revocare.* d) 66 *habuerint.* 65 *filios.* e) 65, 67 *suos libertos,* sed 65 om. *ad.* f) 65 om. *in.* Paulo ante *filios.* g) 67 om. *Intp.* h) 65, 67 *ipsas.* i) Ita 65, sed *iudicium.* 66, 67 *ꝓvocare.* k) 65 *donatio.* 67 *per nulla occasione donationem f. f. r. n. potuit.* l) 65 *cui.* 67 *que.* m) 65 om. inscript. et hanc sentent. uno tenore coniungit cum anteced., ac si una esset. n) 66 *nepotes.* 67 *nepote — ꝓnepote et neptie.* o) 65 *inmancipationis.* 67 *emancipationis* et infra *habeantur.* p) 67 *podet.* 65 *r. n. p. i.* |

## TITULUS VII. [a]) DE INGRATIS LIBERIS.

1.[b]) *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Praetextatum Pf. U.* Filios contumaces, qui patres vel acerbitate convicii vel cuiuscunque atrocis iniuriae dolore pulsassent, leges, emancipatione rescissa, damno libertatis immeritae mulctare voluerunt. *Dat. V. Kal. Sept. Ambianis, Lupicino et Iovino Coss.*

Interpretatio. *Filii emancipati, si iniuriam patri gravem, quae probari possit, intulerint et convicti fuerint hoc fecisse, rescissa emancipatione in familiam revocentur.*

**Epit. Aeg.:** TIT. VII. DE INGRATIS LIBERIS.

Si emancipatus filius gravem iniuriam patri intulerit et convictus fuerit, in familiam[a]) revocetur.

**Epit. Suppl. Lat. 215:** TIT. VII. DE INGRATIS LIBERIS.

Si filii emancipati gravem patri iniuriam intulerint, emancipatione rescissa in familiam revocentur.

## TITULUS VIII. [a]) DE IIS, QUAE ADMINISTRANTIBUS VEL PUBLICUM OFFICIUM GERENTIBUS DISTRACTA SUNT VEL DONATA.

1.[b]) *Imp. Constantinus A. ad Veronicianum Vicarium Asiae. Post alia:* Damus provincialibus facultatem, ut, quicunque sibi a numerariis, qui diversis rectoribus obsequuntur, conquesti fuerint aliquas venditiones extortas, irritas inanesque efficiant, et male vendita ad venditoris dominium revertantur, amissione etiam pretii illicitis ac detestandis emtoribus puniendis. *Dat. XIV. Kal. Iun. Optato et Paulino Coss.*

Haec Lex *expositione non indiget*[c]).

**Epit. Aeg.:** TIT. VIII. DE HIS, QUAE ADMINISTRANTIBUS VEL PUBLICUM OFFICIUM GERENTIBUS DISTRACTA SUNT VEL DONATA.

Venditiones male venditae ad dominium[a]) revertantur venditoris, amissione etiam pretii illicitisque emtoribus puniendis.

**Epit. Suppl. Lat. 215:** TIT. VIII. DE HIS, QUAE ADMINISTRANTIBUS VEL PUBLICUM OFFICIUM GERENTIBUS DISTRACTA SUNT VEL DONATA.

Si venditiones quibuscunque a quibuslibet potentibus extortae fuerint, vacuae[a]) sint et inanes.

## TITULUS IX. [a]) DE MATERNIS BONIS ET MATERNI GENERIS ET CRETIONE SUBLATA.

1.[b]) *Imp. Constantinus A. Consulibus, Praetoribus, Tribunis plebis, Senatui salutem dicit.* Placuit, salva reverentia et pietate sacris nominibus debita, ut potestas quidem et ius fruendi rebus liberorum suorum in sacris constitutorum, in maternis duntaxat facultatibus, penes patres maneat, destituendorum autem liberorum eis licentia derogetur. §. 1. Cesset itaque in maternis duntaxat successionibus commentum cretionis, et res, quae ex matris successione fuerint ad filios devolutae, ita sint in parentum potestate atque dominio, ut fruendi pontificium habeant, alienandi eis licentia derogetur. Nam maternum patrimonium, quod filiis in potestate constitutis obvenerit, quum patre mortuo sui iuris fuerint, praecipuum habere eos et sine cuiusquam consortio placuit. §. 2. Quod si pater suum filium patremfamilias videre desiderans, eum emancipaverit, repraesentare ei maternam debebit substantiam, ita ut filius accepto munere libertatis, reique suae dominus effectus, ne videatur ingratus, tertiam partem custoditae sibi rei muneris causa parenti offerat, aestimatione, si res dividi coeperint, bonorum virorum arbitrio permittenda, quam tertiam alienare quoque pater, si hoc maluerit, habebit liberam potestatem. §. 3. Ante emancipationem autem parentes, penes quos maternarum rerum utendi fruendique potestas est, omnem debent tuendae rei diligentiam adhibere et, quod iure filiis debetur, in examine poscere, et sumtus ex fructibus impigre facere, et litem inferentibus resistere, atque ita omnia agere, tanquam solidum perfectumque dominium et personam gerant legitimam; ita ut, si quando rem alienare voluerint, emtor vel is, cui res donatur, observet, ne quam partem earum rerum, quas alienari prohibitum est, sciens accipiat vel ignorans. Docere enim pater debet, proprii iuris eam rem esse, quam donat aut distrahit; et emtori, si velit, sponsorem aut fideiussorem licebit accipere, quia nullam poterit praescriptionem opponere filiis quandoque rem suam vindicantibus. *Dat. XV. Kal. Aug. Aquileia. Recitata apud Vettium Rufinum Pf. U. in Senatu Non. Sept., Constantino A. V. et Licinio C. Coss.*

**Epit. Aeg.:** TIT. IX. DE MATERNIS BONIS ET MATERNI GENERIS ET CRETIONE SUBLATA.

**Epit. Suppl. Lat. 215:** TIT. IX. DE MATERNIS BONIS ET MATERNI GENERIS ET CRETIONE SUBLATA.

---

a) Tit. VII. C. Th. *Tit. XIV.* Vid. supra tit. I. h. libri, not. *a.* b) c. 1. C. Th. *c.* 1? Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17ª, 18, 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 42—45; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in cod. 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29—40.

a) Tit. VIII. C. Th. *Tit. XV.* Vid. supra tit. I. h. libri, not. *a.* Habet hic tit. in edd. C. Th. octo leges. b) c. 1. C. Th. *c.* 2? Integra cum interpretis vv. est in codd. 1, 2, 4—16, 17ª, 18, 19, 22—25, 28, 29, 31—37; inscr. deest in cod. 21; inscr. et subscr. in codd. 42, 43; subscr. et interpr. vv. in codd. 26, 27; sola subscr. in codd. 38—40; solus textus in cod. 30. In codd. 38—40 h. c. aliquantulum mutata est, et ut in codd. 31, 33, 35 textus pro interpr. positus. Vid. infr. not. *c.* c) Post interpretationem ap. Sich. apparet novae legis vestigium: *Imp. Theod. A. ad Iulianum Constantinum. Interpretatio. Quicunque sibi a nummulariis, qui diversis rectoribus obsequuntur, conquesti fuerint aliquas venditiones extortas, irritas, inanesque efficiantur, et male vendita ad venditoris dominium revertantur: amissione etiam pretii illicitis ac detestandis emptoribus puniendis.* In m. ed. Sich. annotatur: *In Codice Argentoratensi deprehendimus alterius legis initium, cui annexa erat haec interpretatio, quae tamen a lege superiore ne quidem verbum mutet.* Eundem locum habet cod. 40. Cf. de hac re Haenel ad C. Th. p. 781, not. *q.*

a) Tit. IX. C. Th. *Tit. XVIII.* Vid. supra tit. I. h. libri, not. *a.* Complectitur hic tit. in edd. C. Th. decem leges. b) c. 1. C. Th. *c.* 1. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17ª, 18; omnia praeter interpr. des. in cod. 42; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in codd. 26, 27, 28; solus textus om. in codd. 25, 29—40; sola interpr. in cod. 19.

(Epit. Aeg.) a) Nonn. codd. *familia.*

a) Aeg. *dominum* et infra *in licitisque.* Nonn. codd. *revocentur* et supra *venditas.*

(Epit. Suppl. Lat. 215) a) Cod. *extorta — vacuas.*

## EPIT. GUELPH.

*)

### VIII. DE HIS QUE. ADMINISTRANTIBUS. VEL PUBLICUM OFICIUM GERENTIBUS DISTRACTA SUNT VEL DONATA.

.I. Inanis. vindicio. ad dominum revertatur. vinditores emtores. vero perdito preciu poniendi. L· III· ʔ· I. a)

### VIIII. DE MATERNIS. BONIS ET MATERNI GENERIS. ET CREACIONE SUBLATA.

*) Tit. VII. deest, sed negligentia librarii; nam seqq. titt. recte numerati sunt.
a) C. Th. III, 1.

## EPIT. LUGD.

### VII. a) DE INGRATIS LIBERIS.

### VIII. DE HIS, QUAE ADMINISTRANTIBUS VEL PUBLICUM OFFICIUM GERENTIBUS DISTRACTA SUNT VEL DONATA.

Ut habeant facultatem provinciales, quicunque sibi a numerariis, qui diversis rectoribus obsequuntur, conquesti fuerint aliquas venditiones extortas, irritas inanesque efficere et male vendita ad venditoris dominium revocare etc.

### VIIII. DE MATERNIS BONIS ET MATERNI GENERIS ET CRETIONE SUBLATA.

a) Is non habet expositionem.

## EPIT. MONACHI.

### VII. DE INGRATIS LIBERIS.

Filii emancipati si iniuriam patri gravem intulerint et convicti a) fuerint, rescissa emancipatione in familiam revocentur. *Dat. XV. Kal. Sept. Lupicino et Iuviano Coss.*

### VIII. DE ADMINISTRANTIBUS VEL PUBLICUM OFFICIUM GERENTIBUS.

Quicunque sibi numerariis, qui diversis rectoribus obsequuntur, conquesti fuerint aliquas venditiones extortas a), irritas fiant et male vendita ad venditoris dominium revertantur, amissione etiam pretii et detestandis emtoribus puniendis. *Dat. XIIII. Kal. Iun. Optato et Paulino Coss.*

### VIIII. DE MATERNIS BONIS ET DE MATERNI GENERIS ET CRETIONE SUBLATA.

a) Codd. *convincti.* 62 om. subscript.
a) 63, 64 om. *extortas,* infra 62 subscript.

## EPIT. S. GALL.

### VII DE REVOCANDIS LIBERIS.

Imp̃ val̃en data a) XI kal̃. sepm̃b. *Intp̃.* Si pat̃ filiũ suũ mancipaverit et ipse filius patri suo postea graves iniurias intullerit si exinde in iudicio convictus a patre suo fuerit amissa mancipatione in familia revertat' b).

### VIII. DE IS QUI AMMINISTRANTIB; L̃ PUBLICŨ OFFICIUM GERENTIBUS DETRACTA S̃ VEL a) DONATA.

Imp̃. cons̃ data XIIII b) kal̃ iul̃i *Intp̃.* Si quis omo qui iudicẽ vel actorẽ publicum obsequnt si forsitan aut p forciam aut p sua thima c) qualecuque ominẽ sibi aut strum̃ta aut aliqua alia d) carta p̃ciperit facere tales cartas si factas fuerint vacuas pmaneant similit̃ et male vindutas res ad vinditorẽ revertant et p̃cium ñ recipiant e) si iustũ ñ dederit.

### VIIII. DE MATNIS BONIS ET MATNIS a) GENERIS ET CREACIONIS SUBLATA.

a) 67 *da.* b) 67 *revereant'.* 65 *familiam.*
a) 67 *his* (ut 65) *quia ministr.—destracta* et om. *vel.* b) 65 *XIII.* 67 *XVIII.* c) 65 *suam timam.* 67 *forcia aut p sua tema.* 65 *qualemcumque.* d) 65 *aliquam aliam cartam.* e) 67 *recipiat.*
a) 65 *paternis.* 67 *crecione.*

Interpretatio. *Legis istius reliqua pars in aliis legibus continetur: hoc tantum de reliquis legibus plus habet, ut patres, qui filiorum res gubernare iussi sunt, negotia eorum summo studio et integritate agere procurent, ut nihil per negligentiam eorum filiis pereat, sed fructus rerum maternarum sine aliqua negligentia redigi vel vendi faciant, ut ex tempore competenti, sicut lex Novella*[c]) *dicit, portiones suas filii sine aliqua imminutione percipiant. Res filiorum patribus alienare non liceat, hoc est nec vendere nec donare. Quod si fortasse praesumserint, emtor, vel qui donator accesserit, grandi se sollicitudine et cura custodiant, ne filiorum res a patre venditas aut donatas accipiant, aut scientes aut etiam nescientes: sed compellant patrem, qui venditor vel donator fuerit, et filiorum res in sua retinet potestate, ut probet suum esse, quod tradidit. Etiam ut suspicionem suam possit abstergere, fideiussorem a patre venditore percipiat, qui obligatione rerum suarum damnum emtori non faciat: quia defuncto patre licet filiis res suas a quibuscunque personis, sive venditae sive donatae a patre fuerint, in suum dominium revocare.*

[Epit. Aeg.] Ut pater maternas res filiorum custodiat et fructus rerum maternarum vendi faciat, ut quum tempus accesserit, filii res suas ab illo sine aliqua imminutione recipiant. Quod si pater res filiorum alienaverit, eo defuncto licet filiis res suas ad suum dominium revocare. Emtores observent, ne filiorum res scientes aut nescientes a patre comparare praesumant.[a])

[Epit. Suppl. Lat.] Hoc est, ut pater maternas res filiorum, si ipsi fuerint infra annis[a]), custodiat, revera nihil exinde nec vendere nec donare praesumat; ut quum ad legitimam aetatem venerint, res suas ab illo sine aliqua imminutione recipiant. Emtores observent, ne filiorum res scientes aut nescientes a patre comparare praesumant.

2.[d]) *Idem A. Iulio Severo.* Quum ad patrem aliquid ex materna successione interposita cretione pervenerit, et ad liberos maternarum rerum successiones defluxerint, ita eas haberi placet in parentum potestate, ut dominium tantum possessionis usurpent, alienandi vero licentiam facultatemque non habeant, ut quum aetates legitimae liberorum ad emancipationem parentes invitaverint, et patresfamilias videre liberos suos voluerint, tertiam partem maternorum bonorum eis filii tanquam muneris causa offerant; quam si suscipiendam patres putaverint, faciendae divisionis arbitrium permitti oportebit iustitiae bonorum virorum, per quos facta divisione tertiam partem oblatam parentes ita accipient, ut alienandae quoque eius partis habeant facultatem, si modo ullus potuerit inveniri, cui placeat hanc amplecti licentiam, quum omni modo filios conducat anniti, ut pio sedulitatis affectu mereantur accipere eam, quam patribus dederint, portionem. *Dat. VII. Id. Sept. Mediolano. Acc. Non. Oct. Constantino A. V. et Licinio C. Coss.*

Interpretatio. *Materna bona filiorum defuncta uxore pater ita possideat, ut usumfructum de his habeat: sed quantum aut quam diu habeat, lex Novella*[e]) *constituit: distrahendi tamen aut donandi ex his nullam pater habeat potestatem. Sane si filium mortua matre emancipaverit, de bonis maternis, id est de emancipati filii portione ipse filius muneris causa de maternis bonis tertiam offerat portionem: quae tamen in ipsius proprietate mansura est ita, ut eam pater bonis viris dividentibus consequatur. Si tamen tantum patris nomen ad hoc adduci potuerit, ut rem filiorum impia cupiditate suscipiat, aut aliis derelinquat: studere tamen filios decet, ut id, quod parentibus causa emancipationis obtulerint, servitio et pietate recipiant.*

[Epit. Aeg.] Si pater post mortem matris filium suum emancipaverit, ipse filius de maternis bonis tertiam patri offerat portionem. Pater bonis viris dividentibus eam consequatur.

[Epit. Suppl. Lat.] Quum ad liberos maternarum rerum successiones adfluxerint, ita res filiorum pater habeat in potestate, ut nihil inde alienare praesumat. Si eas bene gubernaverint, tertia pars a[b]) filiis, quando ad emancipationem pervenerint, debet offerri.

3.[f]) *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Hesperium Pf. P.* Quemadmodum maternas facultates venditione vel donatione transscribere in alias personas patribus non licet, ita ea, quae pater matris ac mater quaeque avus matris aut avia nepotibus pronepotibusve donaverint sive ab intestato reliquerint, patribus alienare non liceat. Delatae vero ab extraneis sive ex transversa linea facultates, praeterquam ab his necessitudinibus, quas locuti sumus, patribus conferant, quicquid filiis positis in eorum potestate detulerint. *Dat. prid. Kal. Aug. Acc. IV. Kal. Sept. Ausonio et Olybrio VV. CC. Coss.*

Interpretatio. *Pater uxore mortua filiorum bona ita possideat, ut ex his ei nec vendere aliquid liceat, nec donare, nec quolibet alio ordine alienare: similiter et quaecunque avi vel proavi materni nepotibus neptibus, pronepotibus proneptibusve donaverint vel fortasse reliquerint, in alias personas transferre patri quolibet ordine non licebit. Sane si quae extraneorum donatione vel munere filiis in familia positis facultates accesserint, vel alii parentes, quam qui supra nominati sunt, contulerint, id totum patribus acquiratur, ut faciendi ex hoc, quod voluerint, habeant potestatem.*

[Epit. Aeg.] Quod avi vel proavi nepotibus vel pronepotibus dederint vel reliquerint, patri in alias personas transferri non licet. Nam quod ceteri propinqui vel extranei filiis, dum in causa[b]) patris sunt, dederint, totum patribus acquiritur, faciendi exinde quodcunque voluerint[c]).

[Epit. Suppl. Lat.] Quod avi vel proavi nepotibus vel pronepotibus dederint, patri nec donare vel vendere liceat. Nam quod ceteri propinqui vel extranei filiis, dum in causa[c]) patris sunt, dederint, patri acquiritur.

4.[g]) *Impp. Arcadius et Honorius AA. Florentino Pf. U.* Quicquid avus avia, proavus proavia nepoti nepti, pronepoti pronepti cuiuslibet tituli largitate contulerint, id est testamento, fideicommisso, legato, codicillo, donatione vel etiam intestati successione, pater filio filiaeve integra illibataque custodiat, ut vendere, donare, relinquere alteri aut obligare non possit, ut, quemadmodum ipse super his licentiam totius potestatis amittit, ita defuncto eo, filio filiaeve praecipua computentur, nec ab illis, qui ex patre sunt, consortibus vindicentur. Supplicandi etiam in futurum contra haec licentiam summovemus etc. *Dat. Id. Oct. Mediolano, Olybrio et Probino Coss.*

c) Vid. Nov. Th. tit. VII. de Pat. s. mat. bonis. d) c. 2. C. Th. c. 2. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17ª, 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 42; inscr. et textus in codd. 21—24, 39; textus et subscr. in codd. 26, 28, 32, 33; solus textus om. in codd. 25, 29—31, 34—38, 40; sola interpr. in cod. 19. e) Cf. not. c. f) c. 3. C. Th. c. 6. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17ª, 18; omnia desunt in cod. 42; inscr. et textus in codd. 21—24, 39; textus et subscr. in codd. 26—28; solus textus om. in codd. 25, 29—38, 40; sola interpr. in cod. 19. In codd. 7 et 18 iterum legitur post c. 5. g) c. 4. C. Th. c. 7. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17ª, 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 42; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in cod. 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29—40; sola interpr. in cod. 19.

[Epit. Aeg.] a) Cf. de cod. 50 infra Gai. II, 5, not. *a.* b) Nonn. codd. *casa.* c) Scil. *concessa potestate.*

[Epit. Suppl. Lat.] a) i. e. *minores fuerint.* Lex: *in sacris constitutorum.* b) Cod. *parte.* c) Codex *donari—casa.*

| EPIT. GUELPH. | EPIT. LUGD. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|
| Ut pater filiorum bona gubernans negucia eorum agat et alienare non ꝑsumat. | Lex I. Ut patres, qui filiorum res gubernare iussi sunt, negotia eorum summo studio et integritate procurent et fructus rerum maternarum sine aliqua negligentia redigi vel vendi faciant et quod res filiorum patribus alienare non liceat, hoc est, nec vendere nec donare, et quod liceat filiis res suas a quibuscunque personis, sive venditae sive donatae a patre fuerint, in suum dominium revocare. | Patres, qui filiorum res gubernare iussi sunt, nihil per negligentiam eorum filiis pereat, sed fructus rerum maternarum vendi faciant, sicut lex Novella dicit, ut res suas filii sine aliqua imminutione percipiant. Nec ex rebus a) filiorum patri aliquid alienare liceat. Quod si fecerit, fideiussorem a patre venditore emtor accipiat, ne damnum patiatur et ut probet ille, qui vendidit, suum esse, quod tradidit, b) quia defuncto patre licet filiis res suas sive venditas sive donatas a patre in suum dominium revocare. | Imp̃ cons̃ data V kal̄ agũs. *Intp̃.* patres qui res filiorum suorũ iussi s̃ gob̃nare b) in quantũ melius possunt sic eas gob̃nent nã nec vindere nec donare alteri omini licenciam ñ habeat. qd̃ si fecerit videat ille cui vindiderit c) aut donaverit ñ filiorũ res accipissent aut scientes aut nescientes sed int̃rogent patrẽ et filius si d) filiorũ res in suã retinet potestatem ut ꝓvet suũ ẽẽ qd̃ tradidit ut e) postea filii exinde suspicionẽ non habeant et ad patrem fidiiussorẽ vinditore f) ꝑcipiant ut patre vivũ dãnũ emptori ñ faciant quia si g) hoc ñ fecerit mortuo patre licet filiis res suas de qualecũq: homine si vinditas aut donatas a patre fuerint ipsis filiis in suo dominio revocare. |
| II. De materna patribus. usum. fructum. debere tantum. | Lex II. Ut defuncta uxore materna bona filiorum pater ita possideat, ut usumfructum de his habeat; distrahendi tamen aut donandi ex his nullam habeat potestatem et quod si mortua matre filium emancipaverit, ipse filius de bonis maternis tertiam portionem patri offerat, quae tamen in eius proprietate mansura sit. | Bona filiorum, quae a matre eis obvenerint, pater ita possideat, ut usumfructum qualiter habeat, lex Novella constituit. Alienandi tamen nullam habeat potestatem. Sane si filium pater mortua matre emancipaverit, de bonis maternis ipse filius muneris causa patri de portione sua tertiam partem offerat, quae tamen in ipsius proprietate mansura est: si tamen pater ad hoc adduci poterit, ut rem filii impia cupiditate suscipiat aut aliis derelinquat. Studere tamen filios decet, ut servitio et pietate sua recipiant. | *It̃ alia Intp̃.* matres h) res quê filii debent habere mortua uxorę lex novella constituit quantũ aut quãdiu pat̄ usufructú exinde habere debeat i) nã nec vindęre nec donare pat̄ non habeat potestatem nisi in tantú si mortua matrẽ k) et pat̄ postea filiũ suum emancipaverit ipse filius t̄ciã partem l) de res matris suae qd̃ ei advenerit patri suo exinde ꝓ dono m) dare debet ipsius gratia querendũ. |
| III. Nepoti. ab avo. ꝗ donatur. patri. non adquiretur. ab his. qui donatur. adꝗritur. | Lex III. Ut quaecunque avi proavi materni nepotibus neptibus, pronepotibus proneptibusve donaverint vel fortasse reliquerint, quod in alias personas transferre patri quolibet ordine non sit licentia. Ut facultates, quae extraneorum donatione vel munere filiis in familia positis accesserint vel aliqui parentes, quam qui supra nominati sunt, eis contulerint, patribus acquirantur, ut habeant potestatem faciendi ex hoc, quod voluerint. | Quicunque avi vel proavi materni nepotibus neptis, pronepotibus proneptis donaverint vel reliquerint, in alias personas transferri patri quolibet ordine non licebit. Si quis extraneorum vel alii parentes, quam qui supra dicti sunt, filiis in familia positis aliquid donaverint, id totum patribus acquiratur, ut faciendi ex hoc, quod voluerint, habeant potestatem. | *It̃ alia Intp̃.* n) pat̄ uxore mortua filius o) habuerit et unus de filiis emancipatus mortuus fuerit omnẽ porcionẽ eius qd̃ de matre sua p) habere debuerat omnia sua porcionẽ pater suus recipiat si forsitan ipse pat̄ aliã uxorẽ q) duxerit ipsa filii mortui porcionẽ ad fratres mortui reddat nisi in tantú si aliquid ipse mortuus filius de foras r) adquesivit hoc pat̄ in ꝑpetuo sibi vindicavit. |

a) 64 *exheredes.* b) 64 add. *Si Res Filii Pater Vendiderit.*

b) 65 *gubernari.* c) 65 *vendiderat.* Pro *non,* quod sequitur, leg. *ne.* d) 65 et 67 *filios,* sed 67 om. *si* et infra habet *reteneant.* e) 67 *et.* f) 65 *venditorem,* sed cj. Canc. *venditionis.* 67 *a patre filiossorẽ* (supra lin. *filivssorẽ*)—*et patre.* g) 66 *sic.* Postea 65 *fecerint*—*filios*—*ipsi filii.* h) 67 *matris* et 66 *filius.* i) 66 *debeant.* k) 65 *mater.* l) 67 *porcionem.* 65 *fil. d. r. m. s. tercia parte.* m) 65 *pro don. ex.* et infra *gratiam.* n) Quae sequitur sententia, non ex interpr. c. 3 h. t., sed ex c. ult. h. tit. hausta est. c. 3 et 4 desunt. o) 67 *si filios.* 65 *uxorem mortuam filios.* p) Ita edidi. 65 *de matrem suam.* 66, 67 *donatore sua.* q) 67 *alteram mulierem.* r) 67 *foris.* Infra 65 *perpetuum.*

**LEX ROM. VISIGOTH.**

Interpretatio. *Quicquid ad nepotes vel pronepotes avorum vel aviarum maternarum munere vel testamento vel successione aut qualibet scriptura devenerit, id praecipuum, hoc est proprium post patris obitum vindicabunt, neque in coheredum communione mittendum est, quod avorum expressis nominatisque personis maternorum fuerit largitate collatum.*

5.[h]) *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. ad Senatum urbis Romae. Post alia:* Si uxor intestata defecerit superstitibus communibus filiis in patria potestate degentibus, utitur maritus prisco beneficio iuris ac legum circa usumfructum retinendum, quam diu filii in potestate consistunt, aut in praebenda filiis libertate circa trientem sibi ex Constantinianae legis beneficio conquirendum. §. 1. Si vero viva matre emancipati sunt filii, tunc demum, quia omni commodo destituitur pater, nec retinet usumfructum, viriles ei inter filios, seu unus seu plures sunt, ususfructus tribuimus portiones. §. 2. Si vero mulier moriens alios ex filiis emancipatos a patre, alios in patria potestate dimiserit, in casu dispari utitur maritus defunctae beneficio, quod casui utrique praescribimus, id est circa eorum quidem portionem, quos adhuc in sacris retinet, usumfructum ex legum auctoritate retinebit, et praemium debitae, quum volet, emancipationis accipiet: in eorum vero parte, quos exisse de potestate viva matre constiterit, usumfructum virilis inter eos portionis secundum praescripta percipiet. §. 3. In nepotibus etiam vel neptibus hoc observandum esse censemus, ut maritus, qui uxore mortua, non exstantibus filiis, cum solis nepotibus vel neptibus ex hac lege ad emolumentum vocandus est, si unus vel una pluresve nepotes ex filio uno vel pluribus, qui in potestate defecerunt, procreati sunt, hoc iure utatur, quod de filiis constitutum est. Nam licet hoc novum praesens lex constituat in nepotibus, non est tamen ab re, ut in hoc casu deteriores esse nepotibus filii non sinantur. Habeat igitur avus veniens cum nepotibus in potestate durantibus usumfructum bonorum omnium, quae ex defunctae aviae successione delata sunt. Quum vero iis quoque libertatem emancipatione largitur, similiter et ab ipsis, sicut de filiis constitutum est, trientem pro praemio manumissionis accipiat, vel, si ex pluribus alteros manumittit, alteros retinet, ex parte manumissorum trientem, ex parte vero in potestate manentium retineat usumfructum. §. 4. Quod si nepotes sint neptesve aut ex emancipato filio aut ex filia procreati, aut ab ipso in sacris avia vivente dimissi, idem avus virilis cum ipsis portionis habeat usumfructum. Si vero ex nepotibus neptibusve tempore, quo in aviae successionem vocantur, alii in avi sunt potestate, id est mariti defunctae, alii sui iuris sint, circa personam quidem eorum, qui in potestate consistunt, et in usufructu consequendo et in triente ex emancipationis praemio conquirendo ratio supra dicta servetur: in his vero, qui sui iuris sunt, facultas capiendi ususfructus virilis inter eos portionis habeatur. §. 5. Eadem autem et de pronepotibus sexus utriusque sancimus, manente definitione, quae de singulis sancita est, si filii sint pariter ac nepotes etc. *Dat. VIII. Id. Nov. Ravenna, DD. NN. Theodosio XII. et Valentiniano II. AA. Coss.*

Interpretatio. *Uxor si superstite marito defecerit, et omnes filios in patris potestate dimiserit, pater de maternis filiorum bonis usumfructum habeat usque ad illud tempus, quod lex*[i]) *Novella constituit. Quod si post matris obitum filios vel filium pater emancipaverit, de eorum portionibus, quos liberos facit, trientem a filiis pro collata libertate percipiat, iuri suo perpetuo vindicandum. Quod si superstite matre pater filium vel filios emancipaverit, quia non potest matre viva de filiorum portionibus vindicare tertiam portionem, necesse erit ut post matris obitum, si superstes pater fuerit, a singulis emancipatis filiis virilem, id est de*[k]) *uno mediam, de duobus tertiam, de tribus quartam percipiat portionem in usumfructum, quoad usque vixerit, possidendam. Quod si aliqui filii viva matre a patre emancipati fuerint, et aliqui fortasse non fuerint, circa emancipatos vel non emancipatos eadem, quae superius comprehensa est, a patre forma servetur. Quod si mortua uxore filii non fuerint, et nepotes vel neptes ex filiis avus paternus habuerit, qui omnes in avi potestate consistunt, eadem, quae de filiis, et circa nepotes in omnibus forma servetur. At vero si aliquos ex ipsis nepotibus avus emancipare voluerit, tertiam similiter, sicut et de filiorum partibus, accipiat portionem: nam et de pronepotibus similiter observari lex ista constituit.*

6.[l]) *Iidem AA. ad Senatum. Post alia:* Si sine liberis unus vel una moriatur e filiis, et superstitem fratrem vel fratres, sororem vel sorores et patrem relinquat, sive is emancipatus sive in potestate defecerit, eius portionem, quam ex bonis maternis vel undeunde iure quaesiverit, pater sine dubio consequatur, iugi dominio possidendam. §. 1. Quod si novercam superduxerit, ea quidem, quae filius defunctus extrinsecus acquisierat, sibi habeat pater et perpetuo iure dominii possideat, bonorum vero ex matris patrimonio filio, qui defunctus est, quaesitorum solum usumfructum retentet, ad alios filios ex eodem matrimonio natos post eius obitum proprietate reditura. Et si ante mortem filii domum secundis nuptiis occupavit, similem causam sequatur, ut filio extrinsecus acquisita perpetuo iure possideat, maternarum autem rerum eius

h) c. 5. C. Th. *c.* 9? Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, $17^a$, 18, 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 42; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 29—40. In cod. 18 haec c. bis scripta est. i) Vid. c. 1 h. t. not. *c.* k) Hoc add. ab interpr. l) c. 6. C. Th. *c.* 10? Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, $17^a$, 18, 26, 38—40; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 28, 42; inscr. et textus in codd. 22—24, 37; textus et subscr. in cod. 21; solus textus in codd. 25, 29—36; sola interpr. in cod. 19.

**EPIT. AEG.**

Quicquid avorum vel aviarum maternarum nepotibus aut pronepotibus largitum fuerit, sibi proprium vindicabunt absque consortio coheredum.

Si aliqui filii viva matre a patre emancipati fuerint, et aliqui non fuerint, circa emancipatos vel non emancipatos eadem, quae superius comprehensa est, forma a patre servetur.

**EPIT. SUPPL. LAT. 215.**

Quod avi materni nepotibus aut pronepotibus dederint, sibimet vindicabunt absque consortio coheredum.

Uxor si superstite marito defecerit et omnes filios in potestate patris dimiserit, pater de maternis filiorum bonis usumfructum habeat usque ad legitimam filiorum aetatem. Quod si post matris obitum filios vel filias emancipaverit, de eorum portionibus, quos liberos facit, trientem a filiis pro collata libertate accipiat, iuri suo perpetuo vindicandum. Quod si superstite matre pater filios aut filias emancipaverit, quia non potest matre viva de filiorum portionibus vindicare tertiam portionem, post matris obitum pater de uno mediam, de duobus tertiam, de tribus quartam accipiat portionem in usumfructum, quousque vixerit, possidendam. Quod si aliqui filii viva matre emancipati fuerint et aliqui fortasse non fuerint, circa emancipatos vel non emancipatos eadem, quae superius comprehensa est, forma servabitur. Quod si mortua uxore filii non fuerint et nepotes vel neptes ex filiis avus paternus habuerit, qui omnes in avi potestate consistunt, eadem, quae de filiis, et circa nepotes ac pronepotes in omnibus forma servetur.

**EPIT. GUELPH.**

IIII. Aui [a]) facultatis. filiis servandas pertenit. post quorum opitum ipse succedit.

V. Si matre mortua. filius. emancipetur. aut viva quid. observandum sit. tempore. emancipacionis. de filii porcionem. pater mediam de duobus. terciam de tribus. quartam sibi vindicit.

a) Antiquitus in cod. erat add. *si.*

**EPIT. LUGD.**

Lex IV. Ut quod ad nepotes vel pronepotes avorum vel aviarum maternarum munere vel testamento vel successione vel qualibet scriptura devenerit, id proprium post patris obitum vindicent, neque in coheredum communionem mittant.

Lex V. Ut si pater filium vel filios matre viva emancipaverit, quia non potest de filiorum portionibus vindicare tertiam portionem, quod necesse sit post patris obitum, si superstes remanserit, a singulis emancipatis filiis virilem, id est de uno mediam, de duobus tertiam, de tribus quartam percipere portionem, hanc in usumfructum, quousque vixerit, possidendam etc.

**EPIT. MONACHI.**

[c]) Quicquid ad nepotes vel pronepotes avorum vel aviarum maternarum testamento vel successione aut qualibet scriptura pervenerit, id praecipuum proprium post patris obitum vindicabunt absque heredum communione.

[d]) Pater de maternis filiorum bonis, quos matre defuncta in sua potestate filios habet, usumfructum habeat, sicut lex Novella constituit. Si post matris obitum pater filios vel filium emancipaverit, de eorum portionibus trientem pater accipiet iuri suo perpetuo vindicandum. [e]) Si vero vivente matre pater filios emancipaverit, post matris obitum, si pater superfuerit [f]), a singulis emancipatis filiis virilem, id est de uno mediam, de duobus tertiam, de tribus quartam percipiat portionem in usumfructum, quousque vixerit. Quod si aliqui filii viva matre emancipati fuerint et aliqui non fuerint, forma, quae superius comprehensa est, contra emancipatos servetur. Quod si mortua uxore filii non fuerint et nepotes vel neptes ex filiis avus paternus habuerit, quia omnes in avi potestate consistunt, ea, quae de filiis, et nepotibus in omnibus *forma servetur. At vero si aliquos ex ipsis nepotibus* avus emancipaverit, tertiam similiter, sicut de filiorum partibus, accipiat et de pronepotibus similiter observetur.

c) 64 add. *Absque Heredum Consortio.* d) 64 add. *Ut Pater Usumfructum Habeat.* e) 64 add. *De Emancipatis.* Paulo ante codd. *iure.* f) 62, 64 *fuerit.*

**EPIT. S. GALL.**

*It̃ alia Intp̃.* Uxore mortua si maritu̓ sup se dimiserit et om̃ filius in potestate patris reliq:rit pat̃ de filiorũ res qd̃ mat̃ eorũ dimisit usũfructum exinde [s]) habeat usq: ad illũ tẽpus qd̃ lex novella constituit qd̃ si post matris [t]) obitũ aut plures aut unũ filiũ pat̃ emancipaverit de illorũ porcionẽ triantem accipiat [u]) pat̃ eorũ et in ꝑpetuo habeat qd̃ si viva matre pat̃ unũ ĩ plures filius inmancipaverit aut filias quia ñ potẽ mat̃ viva [v]) filioru̓ porcionem pat̃ vindicare. nã post matris mortẽ si pat̃ supvixerit t̃ciã partem vindicavit id ẽ p singulus filius de matris hereditatẽ de ipsi [x]) emancipati filii de unu̓ medium de duus t̃cia de tres quarta porcionẽ dũ int̃vixerit pat̃ in usũfructũ possideat qd̃ si alteri filii viva matre ad patrẽ [y]) mancipati fuerint et alteri ñ emancipati tã de emancipatis vel non de mancipatis [z]) sic̃ superius scriptũ ẽ a patre servetur. qd̃ si mortua uxore filii non fuerint et nepotes vel nepte [a]) ex filiis avos pat̃nos habuerint quia in avi potestate consistunt; si vero ex ipsis nepotib; avos eoru̓ emancipare voluerit t̃cia similit̃ sic̃ [b]) et pat. de filiorũ similit̃ porcionẽ accipiat hoc vero et ꝑnepotib; lex ista costituit [c]).

s) 65 add. *sibi.* t) 67 *patris.* u) 66, 67 *accipiant.* v) 65 *mater vivam.* 67 *matre,* recte. x) 67 *ipsius.* y) 65 *vivam matrem aut patrem.* 67 om. *ad patr.* Leg. *a patre.* z) 65 *tam demancipatis et non demancipatis.* 67 *de mancipatos vel non de emancipatos.* a) 65 *et neptiae.* b) 67 om. *sicut — similiter.* c) 65 *constitui.* 67 *constituit.*

LEX ROM. VISIGOTH.

solum usumfructum retentet. §. 2. Quod si filius filiave exstantibus liberis adhuc positi in potestate defecerint, portionis eorum totius solum usumfructum morientis retentet, nepotibus, id est defuncti filiis proprietaté servàta. Si vero nepotes tempore mortis maternae extra avi sint potestatem, ipsi illico in patris sui matrisve successionem vocentur etc. *Dat. VIII. Id. Nov. Ravenna, DD. NN. Theodosio XII. et Valentiniano II. AA. Coss.*

Interpretatio. *Si amissa matre, patre superstite, unus vel una de filiis sive emancipatus sive non emancipatus sine filiis moriatur, pater mortuo filio in totam illius portionem iure succedit. Quod si aliam uxorem duxerit, haec, quae de maternis bonis mortuus filius derelinquit, pater usufructuario tantum ordine possidebit; post eius obitum ad fratres mortui ex eodem matrimonio natos, quod ille de maternis bonis habuit, revertatur. Aliunde vero filio, qui moritur, acquisita in proprietate patria residebunt. Quod si filius vel filia vivo patre habentes filios moriantur, pater res nepotum, sicut filiorum iure*[m]) *usufructuario retinebit. Si vero hi, qui moriuntur, emancipatus vel emancipata moriantur, in portionibus eorum in integrum filii sui sine ulla avi potestate succedant.*

## TITULUS X.[a]) DE BONIS, QUAE FILIISFAMILIAS EX MATRIMONIO ACQUIRUNTUR.

1.[b]) *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. ad Senatum. Post alia:* Quum venerandae leges vetuerint patribus iure potestatis conquiri, quicquid eorum filiis avus avia, proavus proavia, alio modo a linea materna venientes quocunque titulo contulissent: hoc quoque convenit observari, ut, quicquid vel uxor marito non emancipato vel maritus uxori in potestate positae quocunque titulo vel iure contulerit sive transmiserit, hoc patri nullatenus acquiratur, atque ideo in eius tantum, cui delatum est, iure durabit etc. *Dat. VIII. Id. Nov. Ravenna, DD. NN. Theodosio XII. et Valentiniano II. AA. Coss.*

Interpretatio. *Sicut id, quod avus vel avia materna nepotibus, pronepotibus positis in patris potestate donaverint, patri non acquiritur, ita et quicquid maritus uxori vel uxor marito in patris potestate positis donaverint aut testamento dimiserint, id ad patris dominium minime pertinebit, sed hoc sibi filii ad integrum vindicabunt.*

## EXPLICIT CODICIS THEODOSIANI LIBER OCTAVUS.

m) Interpretatio falsa est.

a) Tit. X. C. Th. *Tit. XIX?* Vid. *supra tit.* I. h. *libri, not. a.* b) c. 1. C. Th. *c. un.?* Interpr. Nov. Theod. tit. VII. De pat. s. mat. bon. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17[a], 18, 26; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 43, 45; inscr. et textus in codd. 22—24; textus et subscr. in codd. 27, 28; solus textus om. in codd. 21, 25, 29—40; sola interpr. in cod. 19.

EPIT. AEG.

Si amissa matre patre superstite unus ex filiis seu emancipatus seu non emancipatus defecerit sine filiis, pater in totam illius portionem succedit. Si aliam uxorem duxerit, quicquid de maternis bonis habuit, usufructu tantum possidebit: quo defuncto portio suprascripta ad fratres revertatur uterinos: aliunde vero filiis acquisita pater iure perpetuo vindicabit. Quod si filius vel filia vivo patre habentes[d]) filios moriantur, pater res nepotum sicut filiorum usufructu retinebit et in portionibus eorum filii sui[e]) sine ulla avi potestate succedant.

TIT. X. DE BONIS, QUAE FILIISFAMILIAS EX MATRIMONIO ACQUIRUNTUR[a]).

Ut quicquid avus vel avia materna nepotibus pronepotibus positis in patris potestate donaverit, patri non acquiritur[b]), similiter quicquid maritus uxori vel uxor marito in patris potestate positis donaverint aut testamento dimiserint, ad patris dominium minime pertinebit, sed hoc sibi filii ad integrum vindicabunt.

d) Aeg. *habente.* e) Aeg. *filiis suis.*

a) Nonn. codd. *Adquirunt.* b) Plerique codd. *adquiritur.* Aeg. *adquiratur. Similiter.*

EPIT. SUPPL. LAT. 215.

Quod si amissa matre patre superstite unus de filiis vel filiabus moriatur, in totam portionem illius pater heres succedit. Si[d]) uxorem illam non emancipaverit, quod si acciperit usufructuario possidebit, quo defuncto portio suprascripta ad fratres revertatur uterinos. Si filius vel filia patre superstite habentes filios moriantur, pater res nepotum sicut et filiorum iure usu hereditario retinebit. Si vero emancipati moriuntur, in portionibus eorum filii ad integrum sine ulla avi potestate succedant.

TIT. X. DE BONIS, QUAE FILIISFAMILIAS EX MATRIMONIO ACQUIRUNT.

Sicut id, quod avus vel avia materna nepotibus pronepotibus positis in patris potestate donaverint, patri non acquiritur, nisi ad gubernandum, si intra aetatem fuerint, aut per luctum, si sine filiis discesserint, ita quicquid maritus uxori vel uxor marito in patris potestate positis[a]) donaverint aut testamento dimiserint, id ad patris dominium minime pertinebit, sed hoc sibi filii ad integrum vindicabunt.

EXPLICIT LIBER OCTAVUS.

d) Haec falsa sunt et ex interpr. corrigenda.

a) Cod. *sibi.*

| EPIT. GUELPH. | EPIT. LUGD. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|
| VI. In filii mortuī bona patrem. magis quam fratribus. succedere. | Lex VI. Ut si patre superstite amissa matre unus vel una de filiis sive emancipatus sive non emancipatus sine filiis moriatur, quod a patre in mortui filii portione iure succedatur; et quod si aliam uxorem duxerit, haec, quae de maternis bonis mortuus filius dereliquit, pater usufructuario tantum possidere possit et quod post eiusque obitum ad fratres mortui ex eodem matrimonio, quicquid de maternis bonis habuit, residere debeant.*) | Si amissa matre, patre vivo, filius aut filia defuerint sine filiis sive emancipati vel non, pater in totam illius hereditatem succedat. Quod si aliam uxorem duxerit, haec, quae de maternis bonis mortuus filius dereliquit, pater tantum usufructuario possidebit et post eius obitum ad fratres mortui ex eodem matrimonio natos revertatur. Aliunde vero filio, qui moritur, acquisita in proprietate patris erit. Quod si filius vel filia vivo patre habentes filios moriantur, pater res nepotum sicut et filiorum usufructuario retinebit. Si vero hi, qui moriuntur, emancipati sunt, in portionibus eorum filii ipsorum in integro succedant. *Dat. VIII. Id. Nov. Theodosio XII. et Valentiniano II. AA. Coss.* [g]) | *) |
| DE BONIS Q FILIIS. FAMILIAS. EX MATRIMONIŪ ADQUERUNTUR. | | X. DE BONIS, QUAE FILIISFAMILIAS EX MATRIMONIO ACQUIRUNTUR. | DE BONIS QUI [a]) FILIIS FAMILIAS EX MATRIMONIO ADQUIRANT'. |
| Si uxor marito. aut maritus. uxore dum in potestatem. patris sunt. invicem. donaverunt. in patris. potestatē consistit. filiis. tamen. pro futurum. | | Sicut quod avus vel avia materna nepotibus pronepotibus positis in patris potestate donaverint, patri non acquiritur[a]), ita ut quicquid maritus uxori vel uxor marito in patris potestate positis donaverint, ad patris dominium nullo modo pertinebit, sed filiis eorum ad integrum. *Dat. VII. Id. Nov. Theodosio XII. et Valentiniano II. AA. Coss.* | Imp̄ thodo. data VI. id̄ novbr. *Intp̄.* Quidquid adtus l avos l atta aut amita maīna ad nepotes l pnepotes suos p testamentum aut p qualecūq: causam firmum eis donaverint hoc patri non adqrunt sed omnia in eorū maneat dominationē ut exinde libera habeant potestatē facere qd̄ voluerit[b]). |
| EXPLIC LIBER VIII. | | | EXPLI THEOD[c]) LIB. VIII. |

*) Deest in cod. tit. X. et rubr. libri IX.; desunt etiam expositiones illius libri excepto ultimae expositionis fragmento. Quum scribendis tit. X. et rubr. libri IX. spatium relictum sit, folia quaedam in codice, ex quo Lugdunensis descriptus est, excidisse puto. Vetustam igitur hanc esse expositionem negari nequit.

g) Subscr. deest in 62, in 64 legi nequit.
a) 62 *adquiretur* et om. infra subscr.

*) De c. ult. vid. ad c. 3 h. t. not. *n*.
a) 67 *a* pro *qui*. 65 *matrimonium*. 66 om. numerum tituli. 65 add. *X.*, 67 *XI.* b) 67 *ei—maneatur—voluerint*. c) 67 *lib. teodosi*.

# INCIPIT

# CODICIS THEODOSIANI

## LIBER NONUS[a]).

INCIPIT LIBER NONUS.

*Imp. Grat. Valent. et The. aaa habe postumiane.*[a])

INC. LIB. IX.

## TITULUS I.[b]) DE ACCUSATIONIBUS ET INSCRIPTIONIBUS.

1.[c]) *Imp. Constantinus A. ad Octavianum Comitem Hispaniarum.* Quicunque clarissimae dignitatis virginem rapuerit, vel fines aliquos invaserit, vel in aliqua culpa seu crimine fuerit deprehensus, statim intra provinciam, in qua facinus perpetravit, publicis legibus subiugetur, neque super eius nomine ad scientiam nostram referatur, nec fori praescriptione utatur. Omnem enim honorem reatus excludit, quum criminalis causa et non civilis res vel pecuniaria moveatur. *Dat. prid. Non. Dec. Serdicae. Acc. V. Non. Mart. Cordubae, Gallicano et Basso Coss.*

INTERPRETATIO. *Quicunque damnabile vel puniendum legibus crimen admiserit, non se dicat in foro suo, id est*[d]) *in loco, ubi habitat, debere pulsari: sed ubi crimen admissum est, ab eius loci iudicibus vindicetur, nec de eius persona ad principem referatur.*

2.[e]) *Idem A. ad Agricolanum.....* Quum ius evidens atque manifestum sit, ut intendendi criminis publici facultatem non nisi ex certis causis mulieres habeant, hoc est si suam suorumque iniuriam persequantur, observari antiquitus statuta oportet. Neque enim fas est, ut passim mulieribus accusandi permissa facultas sit; alioquin in publicis olim quaestionibus interdum aut admissa probatio est aut accusantis auctoritas. Patroni etiam causarum monendi sunt, ne respectu compendii feminas, securitate forsitan sexus in actionem illicitam proruentes, temere suscipiant. *PP. V. Id. Febr. Probiano et Iuliano Coss.*

INTERPRETATIO. *Feminis nisi in sua suorumque causa quemquam accusare non liceat, quia susceptione alienarum causarum legibus prohibentur. Advocati etiam commonendi sunt, ne contra leges suscipiant in alienis causis feminas litigare cupientes.*

3.[f]) *Idem A. ad Maximum Pf. U.* Quodam tempore admissum est, ut non subscriptio, sed professio criminis uno sermone ex ore fugiens tam accusatorem quam reum sub experiendi periculo de patria, de liberis, de fortunis, de vita denique dimicare cogeret. Ideoque volumus, ut, remota professionis licentia ac temeritate, ad subscriptionis morem ordinemque

a) Complectitur hic liber in C. Th. XLV titulos. b) Tit. I. C. Th. *Tit. I.* Sunt in C. Th. huius tit. XIX leges. c) c. I. C. Th. *c.* I. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17ª, 18, S. Germ. 366 et Vat. 1283; omnia praeter interpr. des. in codd. 41, 45; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in codd. 27, 28, 43; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus in codd. 25, 29—40, 42; sola interpr. in cod. 19. d) Haec interpr. impr. Goth. e) c. 2. C. Th. *c.* 3. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17ª, 18 et cod. S. Germ. 366; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 28, 42, 43, 45; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29—40; sola interpr. in cod. 19. f) c. 3. C. Th. *c.* 5. De interpr. cf. Nova Coll. formul. n. XVI. Fabiani ep. III. c. 4 (Goth. ad h. l. not. *q*). Cap. Hadriani 54. Angilr. c. 15. Ben. Lev. III, 364. Anselm. III, 87. Ivo Pan. IV, 74 et Decr. VI, 324. Grat. Decr. cau. 2, qu. 3, c. 5 et dist. I. de Poenit. c. 22. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17ª, 18, S. Germ. 366 et Vat. 1283; omnia praeter interpr. des. in codd. 28, 41, 42, 45; textus et inscr. in codd. 21—24, 32, 33; textus et subscr. in codd. 26, 27; solus textus om. in codd. 25, 29—31, 34—40; sola interpr. in cod. 19.

**EPIT. AEG.**

TIT. I. DE ACCUSATIONIBUS ET INSCRIPTIONIBUS.

Hoc est, ut in loco, ubi crimen admissum est, ab eius loci iudice vindicetur.

Feminis nisi in sua suorumque causa quemquam accusare non licet et ut non praesumant causas alienas suscipere.

**EPIT. SUPPL. LAT. 215.**

TIT. I. DE ACCUSATIONIBUS ET INSCRIPTIONIBUS.

A. Quicunque damnabile vel puniendum legibus crimen admiserit, non se dicat in foro suo, id est in loco, ubi habitat, debere pulsari, sed ubi crimen admissum est, ab eius[b]) iudicibus vindicetur, nec de eius persona ad principem referatur.

B. Ut non praesumant mulieres causas suscipere alienas.

a) Ex alio loco inscr. huc translata est. b) Add. *loci.*

## EPIT. GUELPH.

INCPT LIB VIIII.

DE ACCUSACIONIBUS. ET. INSCRIBCIONIBUS. L' II' ? I.[a])

Crimen. ubi. admissum ibi vindicatum.

II. Femine suas tantum causas. agire permittuntur.

a) C. Th. II, 1.

## EPIT. LUGD.

*) Ad dominos[a]) rerum referendum, si quando maiores personae in crimine vocantur. Non occidant[b]) iudices infra XXX dies eum, quem princeps iratus occidi iusserit. Eum[c]) tantum poena sequi debet, qui crimen admiserit, propinquis absolutis. Non proscribendum[d]) facile iudicibus. Bona occisorum[e]) filiis deberi, nisi rei maiestatis occisi fuerint. Posthumum[f]) in damnati bona succedendum. Bona[g]) uxoris a proscripto secernenda. Bona proscriptorum[h]) a quocunque intra biennium non competenda. Patre[i]) in exsilium misso, quae de bonis propriis circa filios sint agenda. Ecclesiarum[k]) sacra loca reos ad se confugientes defendant et venerationi omnium habeantur.

I. DE ACCUSATIONIBUS ET INSCRIPTIONIBUS.

Lex I. Ut qui clarissimae dignitatis virginem rapuerit vel fines aliquos invaserit, vel in crimine fuerit, quod intra provinciam, in qua crimen admisit, a iudicibus eiusdem provinciae disquiri debeat, nec ad principem huiusmodi persona deferatur.**)

Lex II. Ut feminae nisi in suis suorumque causis accusandi licentiam non habeant et quod suscipere alienorum causas non debeant.

*) Cf. quae dixi supra p. 167 not. *. a) C. Th. IX, 30, 2. Ceterum in codscriptum est *ad omnes*. b) c. 3 e. t. c) c. 4 e. t. d) C. Th. IX, 31. e) C. Th. IX, 32, 1. f) c. 2 e. t. g) c. 3 e. t. h) c. 4 e. t. i) C. Th. IX, 33. k) C. Th. IX, 34.

**) Mixt. ex lege et ex interpr.

## EPIT. MONACHI.

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI NONI.

I. De Accusationibus Et Inscriptionibus. II. De Custodia Reorum. III. Ne Praeter Crimen Maiestatis Servus Dominum Vel Patronum Libertus Seu Familiaris Accuset. IV. Ad Legem Iuliam De Adulteriis. V. Si Quis Eam, Cuius Tutor Fuerit, Corruperit. VI. De Mulieribus, Quae Se Servis Propriis Iunxerunt. VII. Ad Legem Iuliam De Vi Publica Et Privata. VIII. De Privati Carceris Custodia. IX. De Emendatione Servorum. X. De Emendatione Propinquorum. XI. Ad Legem Corneliam De Sicariis. XII. De Parricidio. XIII. De Maleficis Et Mathematicis Et Ceteris Similibus. XIV. Ad Legem Fabiam, Hoc Est Qui Liberos Involant Alienos. XV. Ad Legem Corneliam De Falsis Accusatoribus. XVI. Victum Civiliter Et Criminaliter Posse Agere. XVII. De Falsa Moneta. XVIII. Si Quis Solidi Circulum Exteriorem Inciderit Vel Adulteratum In Vendendo Subiecerit. XIX. De Raptu Virginum Vel Viduarum. XX. De Raptu Vel Matrimonio Sanctimonialium Virginum Vel Viduarum. XXI. Ad Legem Iuliam Repetundarum. XXII. De Iis Qui Latrones Vel Aliis Criminibus Reos Occultaverint. XXIII. De His Qui Plebem Audent Contra Publicam Colligere Disciplinam. XXIV. De Famosis Libellis. XXV. De Quaestionibus. XXVI. Ut Intra Annum Criminalis Quaestio Terminetur. XXVII. De Abolitionibus, Hoc Est Cartae Falsator. XXVIII. De Indulgentiis Criminum. XXVIIII. De Calumniatoribus. XXX. De Poenis Et Patientia Iudicis. XXXI. Ne Sine Iussu Principis Iudicibus Liceat Confiscare. XXXII. De Bonis Proscriptorum Seu Damnatorum. XXXIII. De Sententiam Passis Et Restitutis Et Liberis Eorum. XXXIV. De His, Qui Ad Ecclesiam Confugiunt.

I. DE ACCUSATIONIBUS[a]) ET INSCRIPTIONIBUS.

Quicunque damnabile puniendum legibus crimen admiserit, ubicunque crimen admissum est, ab eius loci iudicibus vindicetur, nec de eius persona ad principem referatur.[b])

a) 62 in m. *De Causationibus*. b) Om. c. 2 h. t.

## EPIT. S. GALL.

[a]) CAPITULA DE LIBRO VIIII.

I. De acusationib; et subscripcionib;. II. De custodia[b]) reorum. III. Ne p̄t crim̄ maiestatis servus dn̄m l̄[c]) patronu livertus seu familiares acusit. IIII. De adulteris. V. Si quis eā cuius tutor fuerit corrupeř. VI. De muliere ingenua q: suū servū maritū duxerit. VII. De via publica vel privata. VIII. De privati carcere custodia[d]). VIIII. De em̄dacione[e]) servorū. X. De em̄dacione[f]) ꝑpincorū. XI. De infantib; opressis l̄ de[g]) ipsis defendend̄. XII. De parricidio[h]). XIII. De malificis. XIV. De eo qui filios involat alienus[i]). XV. De falso. XVI. De eo qui aliu homine p violenciam de sua facultate excutit[k]). XVII. De falsa moneta. XVIII. De his[l]) quicūq: solidū minorē fecerit. XIX. De raptā[m]) virginu l̄ viduarū. XX. De rapto l̄[n]) matrimonio scaemoniales. XXI. De iudicib; qui alius p vim op̄munt vel tollunt. XXII. De eis qui latrones l̄ malis criminib; reus occultaverit[o]). XXIII. De is qui plebē audent contra publicū colligere disciplina[p]). XXIV. De famosis libellis. XXV. De questionib;. XXVI. Ut intra annū criminales accio t̄minet'[q]). XXVII. De ablucionib; XXVIII. De indulgentiis criminū[r]) id ē cuius causa n̄ ē. XXVIIII. De calūniatorib;. XXX. De poenis. XXXI. Ne sine iusso principis certis iudicib; liceat confiscare. XXXII. De bonis ꝑscriptorū[s]) seu damnatorum. XXXIII. De sententiis pasis et exiliatis et liberis eor'. XXXIV. De is[t]) qui ad ecclesiā confugiunt.

INCIPIT LIB. VIIII.

I DE ACUSATIONIB; ET SUBSCRIPCIONIB;[a])

cons Imp̄. data II n̄n̄ decēb. *Intp̄.* in qualecūq: provincia si homo capitaniu crimen aut unde homo mori debeat sup alicu miserit ab[b]) ipsos iudices q in ea ꝑvincia aut in illo loco sunt iudicet' ubi ipsum crim̄ admissū ē nā n̄ aput eos n̄[c]) ubi ipse homo inhabitat qui illū crim̄ fecit.

*Itē alia Intp̄.* femina sua ꝑpria causa agere potē nā extranea causa nullumodo agere possunt[d]).

a) 65 add. *Incipiunt*. 67 om. *Capitula*. b) 65 *custodiam*. c) 65 *et*. d) 65 *custodiam*. e et f) 65 *emendationem*. g) 65 *et se*. 67 *vel de se i. defendentibus*. h) 67 *patricidio*. i) 65 *alienos*. 67 *involant alienis*. k) 65 *facultatem*. 67 *excusserit*. l) 66, 67 om. *De his*. 65 *minore*. m) 65 *raptu — et*. 67 *raptum*. n) 65 *et m. sanctim*. 67 *raptu*. o) 65 *his q. l. et*. 67 *in aliis c. reos*. p) 65 *his — disciplinam colligere*. q) 67 *liberet'*. r) 67 transponit seqq. vv. post rubr. tit. XXVIIII. s) 67 *ꝑ se scripto*. t) 65 *his*.

a) 65 *subscriptoribus. Impr. Costant.* 67 *danda*. b) 66 *ob*. c) 67 om. *non*. Praeterea commemorandum est, codicis 67 pag. 47[b] terminari v. *homo* et incipere pag. 48[a] cum verbis *ad principē suū* c. 1 C. Th. de Decurionib. (XII, 1). d) 65 *extraneam causam — potest*.

**LEX ROM. VISIGOTH.**

criminatio referatur, ut iure veteri in criminibus deferendis omnes utantur, id est ut, sopita ira et per haec spatia mentis tranquillitate recepta, ad supremam actionem cum ratione veniant atque consilio. *Dat. XI. Kal. Iun. Sirmio. Acc. Romae, Constantino A. VII. et Constantio C. Coss.*

INTERPRETATIO. *Si quis iratus crimen aliquod temere cuilibet obiecerit, convicium non est pro accusatione habendum, sed permisso tractandi spatio, id quod iratus dixit, per scripturam se probaturum esse fateatur. Quod si fortasse resipiscens post iracundiam, quae dixit, iterare aut scribere fortasse noluerit, non ut reus criminis teneatur.*

4.[g]) *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Valerianum Pf. U.* Non prius quemquam sinceritas tua ad tuae sedis examen iubebit adduci, quam solennibus satisfecerit, qui nititur fidem doloris asserere, quum iuxta formam iuris antiqui ei, qui coeperit arguere, aut vindicta proposita sit, si vera detulerit, aut supplicium, si fefellerit. *Dat. VII. Kal. Dec. Remis, Gratiano N. P. et Dagalaipho Coss.*

INTERPRETATIO. *Tam civile negotium quam criminale accusationis professio manu accusatoris conscripta praecedat.*

5.[h]) *Iidem AA. et Gratianus A. ad Florianum Comitem. Post alia:* Ultra provinciae terminos accusandi licentia non progrediatur. Oportet enim illic criminum iudicia agitari, ubi facinus dicitur admissum. Peregrina autem iudicia praesentibus legibus coercemus. *Dat. V. Id. Nov. Martianopoli, Valentiniano et Valente IV. AA. Coss.*

INTERPRETATIO. *Criminum discussio ibi agitanda est, ubi crimen admissum est; nam alibi criminis reus prohibetur audiri.*

6.[i]) *Iidem AAA. ad Florianum Comitem. Post alia:* Nullus secundum iuris praescriptum, crimen, quod intendere proposuerit, exsequatur, nisi subeat inscriptionis vinculum. Etenim qui alterius famam, fortunas, caput denique et sanguinem in iudicium devocaverit, sciat sibi impendere congruam poenam, si, quod intenderit, non probaverit etc. *Dat. V. Id. Nov. Martianopoli, Valentiniano et Valente IV. AA. Coss.*

INTERPRETATIO. *Nisi inscriptione celebrata per ordinem reum quemquam non fieri, nec ad iudicium exhiberi, quia sicut convictum poena constringit, ita et accusatorem, si non probaverit, quod obiecit.*

7.[k]) *Iidem AAA. Laodicio Praesidi Sardiniae.* Neganda est accusatis licentia criminandi, priusquam se crimine, quo premuntur, exuerint. Nam sanctionum veterum conditores adimendam licentiam omnibus censuerunt in accusatores suos invidiosam dicendi vocem. Nullam itaque obtineat in iudiciis auctoritatem periclitantium furor, qui si latius evagetur, ne ipse quidem cognitor tutus erit aut quaestionem securus agitabit, qui, exsequendo iuris severitatem, non potest illorum, quos punit, odium evitare. *Dat. prid. Id. Aug. Carnunti, Gratiano A. III. et Equitio V. C. Coss.*

INTERPRETATIO. *Non credendum est contra alios eorum confessioni, qui in criminibus accusantur, nisi se prius probaverint innocentes: quia periculosa est et admitti non debet rei adversus quemcunque professio.*

g) c. 4. C. Th. c. 9. Ad interpr. cf. Regino, App. I, 23. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17ª, 18, S. Germ. 366, Vat. 1283; omnia praeter interpr. des. in cod. 27; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in cod. 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29—40; sola interpr. in cod. 19. In cod. Middlehill. 1741 h. c. legitur inde a v. *proposita sit:* desunt enim in codice nonn. folia cum primis h. tit. legibus, quas cod. S. Germ. 366 (est enim uterque codex eiusdem familiae) habet. Interpr. falsa est. h) c. 5. C. Th. c. 10. Anacleti ep. I. c. 3. Hygini ep. I. c. 4. Fabiani ep. III. c. 2. Stephani I. ep. II. c. 8. Felicis I. ep. 2. Eusebii ep. 3. Iulii I. ep. 2. Pelagii II. ep. 8 (cf. Knust l. c. p. 38, 44, 54, 57, 60, 64, 69, 82). Ben. Lev. III, 309. Hincm. Opp. II, 801. Burch. I, 147. Anselm. III, 87. Ivo, Decr. V, 260; VI, 331. Decr. Grat. cau. 2, qu. 8, can. 4, cau. 3, qu. 6, c. 4, 18. De interpr. cf. Angilr. c. 19, 52. Damasi ep. IV. c. 9. Ben. Lev. III, 365. Hincm. Opp. II, 785. Decr. Grat. cau. 3, qu. 6, c. 1, cau. 3, qu. 9, c. 7. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17ª, 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 28, 41, 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—24, 32, 33; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29—31, 34—40; sola interpr. in cod. 19. i) c. 6. C. Th. c. 11. Ad c. 6, 8, 9, ult. cf. L. Vis. VII, 1, 5. De interpr. cf. Angilr. c. 52. Herard. c. 80. Ben. Lev. III, 253 et 365. Hincm. Opp. II, 785. Burch. I, 171; XVI, 3. Ans. XI, 81. Ivo, Decr. VI, 324. Alger. II, 47. Cf. not. *h.* Decr. Gr. cau. 2, qu. 3, c. 3 et qu. 8, c. 1, 3, 4 et cau. 3, qu. 6, c. 1. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17ª, 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 28, 44 (ubi legitur post c. 1 de Ingr. lib. VIII, 7), 45; inscr. et textus in codd. 21—24, 32, 33; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29—31, 34—40; sola interpr. in cod. 19. k) c. 7. C. Th. c. 12. Cap. Angilr. c. 33, 52, 68. Ben. Lev. III, 453. Ivo, ep. 35. Concil. Duziaz. p. 250. Lex c. interpr. est ap. Stephan. ep. II. c. 8. Ben. Lev. III, 324. Concil. Duziaz. p. 179. Burch. Decr. I, 164. Anselm. III, 74 (ex Ps. Isid.). Ivo, Pann. IV, 67 et Decr. V, 274. Decr. Grat. cau. 3, qu. 11, c. 1. De interpr. cf. Dionysii ep. 2. Iulii ep. II. c. 18 (Knust l. c. p. 57, 59, 69). Decr. Grat. l. c. c. 3. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17ª, 18, S. Germ. 366, Middleh. 1741; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 28, 42, 44; inscr. et textus in codd. 21—24, 32, 33; solus textus om. in codd. 25, 26, 29—31, 34—40; sola interpr. in cod. 19.

**EPIT. AEG.**

Si aliquis crimen aut convicium alicui temere per iracundiam dixerit et post iracundiam dato spatio iterare fortasse noluerit, non ut reus criminis teneatur, sed [a]) ad supremam actionem cum ratione veniat atque consilio.

Tam civile negotium quam criminalem accusationem professio accusatoris manu conscripta praecedat aut vindicta[b]) proposita, si vera protulerit, aut supplicium, si fefellerit.

Criminum discussio ibi agitanda est, ubi crimen admissum est; nam alibi[c]) criminum reus prohibetur audiri. Peregrina*) autem iudicia praesentibus legibus coercentur[d]).

Nisi inscriptione celebrata reum quemquam non fieri nec ad iudicium exhiberi. Etenim[dd]) qui alterius famam et sanguinem in iudicium devocaverit, sciat sibi impendere congruam poenam, si quod intenderit, non probaverit.

Qui in criminibus accusantur, nisi se probaverint innocentes, admitti non debet adversum quemcunque reum professio.

a) Haec ex ipsa c. 3. Multi codd. *veniant.* b) Haec sumta sunt ex c. 4. Aeg. *vindictā.* 47, 53 om. *aut—fefellerit.* c) Aeg. *aliubi.* *) Ex c. 5. d) Multi codd. *cohercemus.* dd) Ex c. 6.

**EPIT. SUPPL. LAT. 215.**

C. Si quis iratus crimen aliquod temere cuilibet obiecerit, convicium non est pro accusatione habendum, sed permisso tractandi spatio id, quod iratus dixit, per scripturam se probaturum esse fateatur, ut si fortasse resipiscens post iracundiam iterare, quae dixit, aut scribere noluerit, non ut reus criminis habeatur [c]).

D. Qui crimen obiicit, scribat se probaturum revera.

Ut ibi causa agatur, ubi crimen admittitur.

Ut qui non probaverit, quod obiecit, poenam, quam intulerit, ipse patiatur.

Praeterea, qui crimen intendit, agnoscendum est, si ipse antea non fuerit criminosus, quia periculosum est et admitti non debet rei adversum quemcunque professio.

c) Cod. add. *teneatur.*

| EPIT. GUELPH. | EPIT. LUGD. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|
| III˙ Crimen. ab irato dicto. pro acusacione non habendum. | Lex III. Si aliquis crimen aliquod alicui iratus imposuerit, quod non sit huiusmodi convicium pro accusatione tenendum, nisi is, qui iratus convicium protulit, per scripturam se probaturum fateatur. | [c]) Si quis iratus crimen aliquod temere cuilibet obiecerit, convicium non est pro accusatione habendum, sed permisso tractandi spatio et quod dixit criminis, si iterare aut scribere noluerit, non ut reus teneatur. | *It̃ alia Intp̃.* Quicũq: homo ad alterũ hominẽ iratus alico crim̃ inposuerit habeat spatiũ p' crim̃ dictu p' tres dies si ille in ipsa causa ꝑduraverit ut dicat ego qui[e]) dixi hoc ꝓbare possũ ut ipsũ crim̃ sup illũ hominẽ aliũ vencat. si postea ipsũ crim̃ cui dixit[f]) ꝓbare ñ potuerit[g]) reus criminis adẽẽ debeat et talẽ penã habeat quales ille debuerat[h]) sup quẽ ipsũ[i]) crim̃ dix̃ qdsi forsitã se ipsũ penetuerit et dixerit hanc crim̃ iratus dixi nã hoc eũ ꝓbare[k]) ñ possũ exinde det sacramtu si hoc fecerit postea ꝓ hoc non teneatur[l]) in culpa. |
| IIII. Professionem. conscribtã acusatorem. ꝓferi[b]). | Lex IV. Ut accusationem professio manuscripta accusatoris praecedat, sive sit civilis sive criminalis accusatio. | [d]) Tam civile negotium quam criminale accusationem professio manu accusatoris conscripta praecedat. | |
| | Lex V. Quod non possit alibi criminis reus audiri, nisi in foro, ubi crimen admissum est. | Criminum discussio ibi agitanda est, ubi crimen admissum est, nec alicubi audiatur. | |
| V.[c]) Nisi conscripcio celebretur rerum[d]) quemquam. fieri. non posse. | Lex VI. Non fieri quemquam reum, nisi inscriptione celebrata, quia accusator debet scire, sibi imminere poenam, si, quod intendit, non probaverit. | Nisi scriptione celebrata reum quemquam non fieri, nec ad iudicium exhiberi, quia, sicut convictum poena constringit, ita et accusatorem[e]), si non probaverit, quod obiecit. | |
| VI. De alio confitenti. nisi. innocens. ipse probetur. nullatenus. credendum. | Lex VII. Non esse dignum, ut credantur contra alios, qui in criminibus accusantur, nisi prius innocentiam suam munierint.[a]) | Non credendum est contra alios eorum confessioni, qui in criminibus accusantur, nisi se prius probaverint innocentes. | |

b) i. e. pro *proferre.* Om. c. 5. c) Numerus inde explicandus, quod sententia antecedentis c. omissa est. d) Leg. *reum.*

a) In m. *Pauli Sentent. Lib. V. tit. XVIII cap. XI simile de accusatis.*

c) 64 add. *De Crimen Obiecto.* d) 64 add. *De Inscribendo Crimine.* e) 64 add. *scriptio.* Codd. *rem quemq. — convinctum.*

e) 65 *quae.* Supra *dictum.* f) Ita 65. 66 *codix,* in quo latere videtur *quod dixit.* g) 65 *poterit.* h) 65 add. *habere.* i) 65 *ipse.* k) 65 *hoc cumprobare — sacramentum.* l) 66 *teneat.* — c. 4—7 desunt.

8.[l]) *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Marinianum Vicarium Hispaniae.* Qui vel internecivi exserit actionem vel crimen suspectae mortis intendit, non prius cuiuscunque caput accusatione pulset, quam vinculo legis adstrictus pari coeperit poenae conditione iurgare, ita ut etiam servos si quis crediderit accusandos, non prius ad miserorum tormenta veniatur, quam se accusator vinculo inscriptionis adstrinxerit. Appetendorum enim causa servorum aut dispendium facultatum est aut poena dominorum. *Dat. VI. Kal. Iun. Patavi, Merobaude iterum et Saturnino Coss.*

Interpretatio. *Quicunque alium de homicidii crimine periculosa vel capitali obiectione pulsaverit, non prius a iudicibus audiatur, quam se similem poenam, quam reo intendit, conscripserit subiturum: et si servos alienos accusandos esse crediderit, se simili inscriptione constringat, futurum ut supplicia innocentum servorum aut poena capitis sui aut facultatum amissione compenset.*

[Epit. Aeg.] Quicunque alium de homicidii crimine capitali obiectione pulsaverit, non prius a iudicibus audiatur, quam se similem poenam, quam reo intendit, conscripserit subiturum, et si servos alienos accusandos esse crediderit, se simili inscriptione constringat, futurum ut supplicia innocentum servorum aut poena[e]) capitis sui aut facultatum amissione compenset.

[Epit. Suppl. Lat.] E. Si quis alium pro homicidii crimine inscripserit, similem poenam, quam reo intendit, se noverit subiturum. Si servum alienum inscripserit, in caput duntaxat domini pro homicidio aut capitis aut facultatum amissione damnetur.

9.[m]) *Iidem AAA. Cynegio Pf. P.* Concessum singuli universique cognoscant, non emendicatis suffragiis decretorum, sed lite suis nominibus instituta illustris et magnificae celsitudinis tuae adeundam potestatem, quoniam accusari unumquemque per alterum non oportet: videlicet ut iustitia et aequitate, qua notus es, in iudice punias, si innoxios verberavit, in officio, si fortasse conticuit, quod caedi decuriones innoxios non liceret. *Dat. prid. Kal. Mai. Constantinopoli, Arcadio A. I. et Bautone Coss.*

Interpretatio. *In criminalibus causis vel obiectionibus per mandatum nullus accuset*); nec si per rescriptum principis hoc potuerit impetrare. Sed ipse, qui crimen intendit, praesens per se accuset, inscriptione praemissa. Iudices autem puniendi sunt et damnandum officium, si fortasse tacuerint, si innocentem nisi praemissa**) inscriptione subdendum crediderint quaestioni.*

[Epit. Aeg.] In criminalibus causis per mandatum nullus accuset, etiamsi per rescriptum principis hoc potuerit impetrare. Iudices autem puniendi sunt, si innocentem subdendum crediderint quaestioni nisi praemissa[f]) inscriptione.

[Epit. Suppl. Lat.] Per mandatum alter alterum inscribere non potest, nisi per semet ipsum. Iudices autem puniantur et damnetur officium, si innocentem ante praemissa inscriptione subdendum crediderint quaestioni.[d])

10.[n]) *Impp. Arcadius et Honorius AA.* Ne diversorum criminum rei vel desidia iudicum vel quadam lenitatis ambitione per provincias detenti in carcere crudelius differantur, moneantur omnes iudices, productos e custodiis reos disceptationi debitae subdere et, quod leges suaserint, definire. *Dat. III. Non. Aug. Constantinopoli, Arcadio IV. et Honorio III. AA. Coss.*

Interpretatio. *Rei non multo tempore in carcere vel in custodia teneantur, sed celeriter aut innocentes absolvantur, aut si convicti fuerint criminosi, sententia puniantur.*

[Epit. Aeg.] Ut rei in carcere non multo tempore teneantur, nisi aut puniantur aut dimittantur.

11.[o]) *Impp. Honorius et Theodosius AA. Consulibus, Praetoribus, Tribunis plebis, Senatui suo salutem dicunt.* Accusationis ordinem iam dudum legibus institutum servari iubemus, ut, quicunque in discrimen capitis arcessitur, non statim reus, qui accusari potuit, aestimetur, ne subiectam innocentiam faciamus. Sed quisquis ille est, qui crimen intendit, in iudicium veniat, nomen rei indicet et vinculum inscriptionis arripiat, custodiae similitudinem, habita tamen dignitatis aestimatione, patiatur, nec impunitam fore noverit licentiam mentiendi, quum calumniantes ad vindictam poscat similitudo supplicii. §. 1. Nemo sibi tamen obiectu cuiuslibet criminis blandiatur de se in quaestione confessus, veniam propter flagitia sperans adiuncti, vel communione criminis consortium personae superioris optans, aut inimici supplicio in ipsa supremorum suorum sorte sociandus, aut eripi se posse confidens studio aut privilegio nominati, quum veteris iuris auctoritas de se confessos ne interrogari quidem de aliorum conscientia sinat. Nemo igitur de proprio crimine confitentem super conscientia scrutetur aliena; nemo credat supplicia fugienti; commonitoriis secreto mandatis fidem penitus abnegamus etc. *Dat. VIII. Id. Aug. Ravennae, Asclepiodoto et Mariniano Coss.*

Interpretatio. *Ante inscriptionem nemo efficitur criminosus: nam inscriptione per ordinem facta, tunc a iudice suscipiendus est reus et custodiae cum accusatore tradendus est, ea tamen ratione, ut tam accusati quam accusatoris dignitas aestimetur, et unumquemque ante discussionem ita iudex faciat custodiri, ut eorum natales aut dignitas patiuntur. Sane his, qui crimina sua in quaestione confessi sunt, de aliis si dicere voluerint, a iudice non credatur, quia iure et legibus constitutum est, ut spontanea professione reus reum non faciat, neque illi de altero credatur, qui se criminosum esse confessus est.*

[Epit. Aeg.] Ante inscriptionem nemo efficiatur criminosus. Ut spontanea professione reus reum non faciat, neque illi de altero credatur, qui se criminosum esse confessus est.

[Epit. Suppl. Lat.] Quod ante inscriptionem nemo reddatur criminosus et facta inscriptione et accusatus et accusator iuxta dignitatis ordinem custodiatur usque ad finem sententiae, et qui sponte crimen confessus est, super alterum non credatur, et quod manifestus reus reum non faciat.

l) c. 8. C. Th. *c.* 14. De interpr. cf. Form. Sirm. 29. Regino, App. I, 24. Coll. can. Anon. saec. XI. Ivo, Decr. XVI, 247 et Pann. V, f. 106. Vid. c. 6 h. t. not. *i.* Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, $17^{a}$, 18, S. Germ. 366, Middleh. 1741; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 41—43, 45; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in cod. 26; solus textus in codd. 25, 28—40; sola interpr. in cod. 19. m) c. 9. C. Th. *c.* 15. De interpr. cf. Angilr. c. 38. Hygini ep. I. c. 3. Calixti I. ep. I. et ep. II. c. 5. Fabiani ep. III. Lucii I. ep. un. c. 1. Stephani ep. II. Dionysii ep. II. Damasi ep. VII. Cf. Knust l. c. p. 43, 48, 50, 54, 56, 57, 59, 74 et Goth. ad h. c. not. *s.* Form. Bal. c. 16. Hincm. Opp. II. p. 546, 784. Regino, App. I, 25. Ivo, Decr. VI, 348. Decr. Grat. cau. 3, qu. 9, c. 8. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, $17^{a}$, 18, 19, S. Germ. 366, Middleh. 1741; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 28, 41—43; inscr. et textus in codd. 21—24, 32, 33; textus et subscr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29—31, 34—40. *) Propter vv. *nullus accuset* Gloeden l. c. p. 24 art. 14 Ed. Th. ex interpr. sumtum esse putat. Sed vid. supr. praef. nostram. **) Haec add. ab interpr. n) c. 10. C. Th. *c.* 18. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, $17^{a}$, 18, S. Germ. 366, Middleh. 1741; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 44, 45; inscr. et textus in codd. 21—24, 32, 33; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 29—31, 34—40; sola interpr. in cod. 19. Non omnino recte habet interpr. o) c. 11. C. Th. *c.* 19. Angilram. c. 7. Eutychiani P. ep. 2. Iulii P. ep. II. cap. 18. Herard. c. 104. Ben. Lev. III, 436. Add. IV, 26. Ivo, Decr. VI, 332. Decr. Grat. cau. 2, qu. 8, c. 3. De interpr. cf. Damasi ep. 4. s. rescr. ad Stephanum. Regino, App. I, 26. Coll. can. Anon. saec. XI. Ivo, Decr. V, 286; XVI, 247. Ivo, Pann. IV, f. 95. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, $17^{a}$, 18, S. Germ. 366 et Middleh. 1741; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 42, 44, 45; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in codd. 26, 28; subscr. et interpr. in cod. 19; solus textus om. in codd. 25, 29—40.

e) Aeg. *poenam.* f) Nonn. codd. *crediderit quaestione — praetermissa.*

d) Om. c. 10.

| EPIT. GUELPH. | EPIT. LUGD. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|
| VII. Ut qui de humicidii. crimine. pulsat. similem se penam subiturum. inscribat. | Lex VIII. Si aliquem quis criminis reum in iudicium petierit, quod accusator a iudicibus non ante debeat audiri, quam similem poenam sibi, quam reo intendit, conscripserit.[b] | Quicunque alium de homicidio pulsaverit, non prius a iudicibus audiatur, quam se similem poenam, quam reo intendit, conscripserit subiturum et si servus alienus accusatus est, se simili inscriptione constringat, ut supplicia innocentium servorum aut poena capitis sui aut facultatum amissione compenset. | *It̃ alia Intp̃.* Quicũque homo ad alterũ hominẽ de omicidio aut de capitaneo crimine repotaverit si ingenuus ẽ et ad aliũ ingenuũ talẽ causam reputat si ei p[m] sacramt̃ũ ñ crediderit iudex non eũ ante discutiat nisi prius suscribat se ipsũ ille qui eum acusat aut de sua facultate aut qui tale pena susteneat qualẽ voluerit ei[n] facere quã acusat si[o] postea iudex illũ qui acusatur[p] in trebalio mittat si ibidẽ[q] ipsum crim̃ ñ fuerit confessus postea ille ꝗ eu acusavat[r] sciat se aut sua facultate amittere aut pena quã[s] posuerat. solviduru aut ipso[t] trebalio dubla pena sustinere similit̃ si ꝗcumq: homo alienum servũ de capitale crimine amallaverit et ei ad sacramt̃ũ non crediderit nisi supscribere eum vult de p̃sente plebat hoc ẽ subscribã suu servu alteru tale quales ille[u] ẽ cui reputat sic iudex illu cui de ipsa culpa reputat in trebalio mittat' si in ipso trebalio ipsa culpa confessus ñ fuerit et illũ flagellatu servũ dñs suus recipiat et illu aliu servũ qui contra illũ supcriptus ẽ habeat.[v] |
| VIII. In causa criminale. per mandatum nullu accurri[e]. | Lex IX. Ut in criminalibus causis per mandatum nullus accuset, etiamsi praescriptum[c] principis hoc impetraverit; sed is, qui accusat et qui accusatur, praesentes causam agant, et quod iudices puniendi sint, si innocentem nisi praemissa scriptione subdiderint.[d] | [f] In criminalibus causis per mandatum nullus accuset, nec si per rescriptum principis hoc potuerit impetrare. Iudices autem puniendi sunt, si fortasse tacuerint, si innocentem nisi praemissa inscriptione subdendum crediderit quaestioni. | |
| VIIII. Ut rei. in carcere non multum tempus. exygant.[f] | Lex X. Reos non tenendos multo tempore in custodia, sed deberi aut cito innocentes absolvi aut reos puniri. | [g] Rei non multo tempore in carcere vel in custodia teneantur, sed celeriter aut innocentes absolvantur aut puniantur. | *It̃ alia. Intp̃.* ubi homines culpabiles in carcere missi fuerint ñ multũ tẽpore eos ibidẽ tenere debent nisi de p̃sente expellant̃ foras et si culpabiles sunt secundũ suã culpã eos iudicent̃ et si culpa ñ habuerint liberi abscedant. |
| X. Ante inscribcionem. criminosum non fieri. et acusantis. dignitatem requiri. et quia reus. reum. non faciat. | Lex XI.[e] Quod nullus efficiatur ante scriptionem criminosus, sed scriptione praemissa a iudice suscipiatur et simul cum accusatore custodiae mandetur. Custodia autem unumquemque secundum natales et dignitatem servare debeat. Et quod hi, qui crimina sua confessi in quaestione fuerint, si de aliis et contra alios dicere voluerint, non credantur. | [h] Ante inscriptionem nemo efficiatur criminosus. Inscriptione facta a iudice in custodia cum accusatore reus tradatur et unumquemque ante iudicium ita faciat custodiri, ut eorum natalis aut dignitas patitur. [i] Sane hi, qui crimina sua confessi sunt, si de aliis dixerint, non credantur, nec spontanea professione reus reum faciat. *Dat. VIII. Id. Aug. Asclepiodoto et Mariniano Coss.*[k] | *It̃ alia. Intp̃.*[x] barones ac mulieres si crim̃ equale habunt ñ in una carcere mittant'[y]. |

e) Pro *accusari*. f) Hoc verbum dubiis literis *y* et *nt* scriptum est.

b) Ad inscript. legis scriptum est: *Valentiniani maioris duo filii. tertius ab illis impr̃ sociat'.* c) Leg. *per rescriptum.* d) In m. cod. *Pauli Sententiarum Libro V cap. XI. simil. tit. XVIII item XXXVII titul. cap. I. simile;* id est Paul. V, 18, 11; V, 37, 1. e) Ad vv. legis *vinculum inscr.* notatur in m.: *Ut conscribat sibi parem poenam, quasi contra se scribat* et ad v. *arripiat: ut quod alteri infert ipse sustineat si non probaverit.*

f) 64 add. *De Crima Causa.* g) 64 add. *De Reis In Carcere.* h) 64 add. *De Reis Inscribendis.* i) 64 add. *Reus Reum Non Faciat.* k) Subscriptio deest in 62.

m) 65 *per ei.* n) 66 *ti.* o) 65 *sic.* p) Ita 65, sed Canc. annotat, in codice perperam legi *accusat.* Etiam 66 *acusat.* q) 66 *ubidem.* r) 65 *accusavit.* Fortasse est pro *accusaverat.* Paulo post 65 *suam.* s) 66 *pena quem.* 65 *poenam.* t) 65 *in ipso.* u) 66 *quale si ille.* v) c. 9 deest. x) Quae sequitur sententia, non est interpr. c. ult. h. t., sed c. 1 tit. sq. de Custod. reorum. y) 65 *hac—mittatur.*

## TITULUS II. [a]) DE CUSTODIA REORUM.

1. [b]) *Imp. Constantius A. Acyndino Pf. P.* Quoniam unum carceris conclave permixtos secum criminosos includit, hac lege sancimus, ut, etiamsi poenae qualitas permixtione iungenda est, sexum tamen disparem diversa claustrorum habere tutamina iubeatur. *Dat. Non. April. Acyndino et Proculo Coss.*

Interpretatio. *Viri et mulieres, etiamsi criminis aequalitate iungantur, non tamen in unius carceris custodia teneantur.*

2. [c]) *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Probum Pf. P.* Ad commentariensem receptarum personarum custodia observatioque pertineat, nec putet hominem abiectum atque vilem obiiciendum esse iudiciis, si reus conditione aliqua fuerit elapsus. Nam ipsum volumus eius poena consumi, cui obnoxius docebitur fuisse, qui fugerit. Si vero commentariensis necessitate aliqua procul ab officio egerit, adiutorem eius pari iubemus invigilare cura, et eadem statuimus legis severitate constringi. *Dat. III. Kal. Iul. Contionaci, Gratiano A. II. et Probo Coss.*

Interpretatio. *Si de carcere reus fugerit, ab eo, cui est traditus, requiratur: qui si eum non potuerit praesentare, noverit negligens custos, illius se aut damnum aut poenam, qui fugerit, subiturum.*

3. [d]) *Impp. Honorius et Theodosius AA. Caeciliano Pf. P. Post alia:* Iudices omnibus dominicis diebus productos reos e custodia carcerali videant et interrogent, ne his humanitas clausis per corruptos carcerum custodes negetur. Victualem substantiam non habentibus faciant ministrari, libellis duabus aut tribus diurnis vel quot existimaverint, commentariensi decretis, quorum sumtibus proficiant alimoniae pauperum; quos ad lavacrum sub fida custodia duci oportet, mulcta iudicibus viginti librarum auri et officiis eorum eiusdem ponderis constituta, ordinibus quoque trium librarum auri mulcta proposita, si saluberrime statuta contemserint. Nec deerit antistitum Christianae religionis cura laudabilis [e]), quae ad observationem constituti iudicis hanc ingerat monitionem. *Dat. XII. Kal. Febr. Ravenna, Honorio VIII. et Theodosio III. AA. Coss.*

Interpretatio. *Omnibus dominicis diebus iudices sub fida custodia de carceribus reos educant, ut eis a Christianis vel a sacerdotibus substantia vel alimonia praebeatur, et ad balneum praedictis diebus sub fida custodia religionis contemplatione ducantur. Si qui iudices hoc implere neglexerint, poenam, quam lex ipsa constituit, cogantur implere.*

**Epit. Aeg.:**

TIT. II. DE CUSTODIA REORUM.

Ut viri ac mulieres unius carceris custodia non teneantur.

Si de carcere reus fugerit, ab eo, cui est traditus, requiratur. Qui si eum non praesentaverit, noverit se [a]) custos illius aut damnum aut poenam, qui fugerit, subiturum.

Ut sacerdotes monitionem faciant iudicibus de eis, quos carcer custodiae tenet. Omnibus diebus dominicis iudices reos educant ad balnea vel ubi alimoniam a Christianis recipi mereantur. Nam si hoc praetermiserint, viginti libras [b]) auri se noverint esse mulctandos.

**Epit. Suppl. Lat. 215:**

TIT. II. DE CUSTODIA REORUM.

Non debent viri et feminae unius carceris teneri custodia.

Si fugerit carceratus, custos carceris aut damno aut poena teneatur obnoxius.

Se [a]) videant iudices omnibus dominicis diebus; non solum non negetur, sed etiam praebeatur humanitas carceris. Interrogent etiam, ne his humanitatis causa per corruptos custodes carceris denegetur. Victualem substantiam non habentibus faciant ministrari, qui etiam ad balneum sub fida ducantur custodia. Viginti libras auri per curam sacerdotis mulctentur iudices, si hoc servare neglexerint.

## TITULUS III. [a]) NE PRAETER CRIMEN MAIESTATIS SERVUS DOMINUM VEL PATRONUM LIBERTUS SEU FAMILIARIS ACCUSET.

1. [b]) *Imppp. Valens, Gratianus et Valentinianus AAA. ad Maximum Pf. P.* Quum accusatores servi dominis intonent, nemo iudiciorum exspectet eventum, nihil quaeri, nihil discuti placet, sed cum ipsis delationum libellis, cum omni scripturarum et meditati criminis apparatu nefandarum accusationum crementur auctores, excepto tamen appetitae maiestatis crimine, in quo etiam servis honesta proditio est: nam et hoc facinus tendit in dominos. *Dat. Id. Mart. Valente V. et Valentiniano AA. Coss.*

Interpretatio. *Servus dominum accusans non solum audiendus non est, verum etiam puniendus, nisi forte dominum de crimine maiestatis tractasse probaverit.*

2. [c]) *Impp. Arcadius et Honorius AA. Eutychiano Pf. P.* Si quis ex familiaribus

**Epit. Aeg.:**

TIT. III. NE PRAETER CRIMEN LAESAE MAIESTATIS SERVUS DOMINUM VEL PATRONUM LIBERTUS SEU FAMILIARIS ACCUSET.

**Epit. Suppl. Lat. 215:**

TIT. III. NE PRAETER CRIMEN LAESAE MAIESTATIS SERVUS DOMINUM VEL PATRONUM LIBERTUS SEU FAMILIARIS ACCUSET: QUOD SI FECERIT, STATIM GLADIO PUNIATUR. [a])

---

a) Tit. II. C. Th. *Tit. III.* In C. Th. h. t. sunt septem const. b) c. 1. C. Th. *c.* 3. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17ª, 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 41—43, 45; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in codd. 26—28; solus textus om. in codd. 25, 29—40; sola interpr. in cod. 19. c) c. 2. C. Th. *c.* 5. L. Vis. VII, 4, 3. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—12, 14—16, 17ª, 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 28, 42—44; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29—40; sola subscr. in cod. 13, sed vide c. 3 h. t. not. *e*; sola interpr. om. in cod. 19. d) c. 3. C. Th. *c.* 7. Ben. Lev. II, 107. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17ª, 18, 26; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 41, 42, 44, 45; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in cod. 28; subscr. et interpr. in cod. 19; solus textus om. in codd. 25, 29—40. Cf. Conc. Aurel. V. can. 20 et ad interpr. Alcuini ep. 118. e) In cod. 13 ordo verborum turbatus est, sequitur enim omm. vv. *quae—monitionem* subscr. c. 2 h. t., huic ex omm. illis vv. add. *quae ad observationem,* post haec vv. denique scripta est subscr. h. c.

a) Tit. III. C. Th. *Tit. VI.* et complectitur quatuor leges. b) c. 1. C. Th. *c.* 2. Ben. Lev. III, 208. Ivo, Decr. XVI, 59. Coll. can. Anon. saec. XI. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17ª, 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 38, 41, 43, 45; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in codd. 26—28; solus textus om. in codd. 29—37, 39, 40; sola subscr. in cod. 25; sola interpr. in cod. 19. c) c. 2. C. Th. *c.* 3. Lex Visig. II, 4, 7. Angilr. c. 31. Melchiadis ep. 1. Stephani ep. 2 et 3. Eusebii ep. 3. Silverii ep. 2 (Knust l. c. p. 58, 64, 79). Ben. Lev. III, 208, 440, 322. Ivo, Decr. XVI, 61 et 332 et Pann. V, f. 108. Grat. Decr. cau. 2, qu. 7. c. 53. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17ª, 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 42, 43, 45; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 29—40; sola subscr. in cod. 44; sola interpr. in cod. 19.

a) Aeg. add. *esse.* b) Haec ex ipsa lege sumta sunt.

a) Leg. *Reos.*
a) Coniunxit epitomator vv. *Quod* etc., quae ex interpr. c. 2 sumsit, cum rubro; reliqua h. t. vv. om.

## EPIT. GUELPH.

DE COSTODIAM REORUM ʒ VIII pl· V· XVIII· L· XII· ʒ · XXXIII.[a])

I. Virus. hac mulieris. uno loco. non costodire.

II. Si reus. fugirit. costodem. aut revocare aut pro eo pati.

III· Dominicis. diebus. rei. de carcere educendi.

III. NE PRETER CRIMEN MAIESTATES. SERVUS. DNO VEL PATRONU LIBERTIS SEU. FAMILIARIS. ACCUSIT. NL· II· ʒ VI. pl· I· ʒ · XII· l· I. l V. ʒ. XV· XVIII; a lege IIII.[a])

I. Servus. dnm accusans. puniendus.

a) C. Th. IX, 8. Paul. V, 18, 12 et V, 33.

a) Nov. Val. tit. VI. Paul. I, 12, 4; V, 15 et V, 18, 4 sqq.

## EPIT. LUGD.

II. DE CUSTODIA REORUM.*)

Lex I. Licet vir et mulier unius criminis qualitate teneantur, quod non sint una custodia carceris retinendi.

Lex II. Quod si de carcere reus fugerit, ab eo, cui traditus fuit, sit requirendus. Si ipse reum non repraesentaverit, poenam aut damnum illius rei, qui fugerit, subiturus.[a])

Lex III. Ut[b]) a bonis Christianis et sacerdotibus victualia reis donentur; quod sub fida custodia iudices omnibus diebus dominicis eos de carceribus educere debeant, lavacraque et similia pietatis opera impertiri; quam pietatem si postposuerint, iudicibus XX librae auri, officiis similiter, porro ordinibus tres tantum librae indicuntur.

III. NE PRAETER CRIMEN MAIESTATIS[a]) SERVUS DOMINUM VEL PATRONUM LIBERTUS SEU FAMILIARIS ACCUSET.[b])

Lex I.[c]) Si servus dominum accusaverit, quod non solum non sit audiendus, verum puniendus, nisi reum forte maiestatis dominum suum exstitisse pervicerit.

*) In m. cod. *Pauli Sententiarum liber V aera XXXIII.* a) Ad inscr. legis: *duo fratres, tertius filius* et in m. *Longe si pro quibusdam necessitatibus, ad quem pertinet custodia, longius abierit, ille qui eius custodia succedit, adiutor tali lege constringitur, ut pro reo puniatur, si ei fugerit.* b) Ad inscr. legis: *Frater archadii minor Theodosius* et in m. cod.: *Edictum ex pietate christiana pendens.*

a) In m. cod.: *Reus maiestatis dicitur, qui regi aut imperatori crimen intendit et contra eius maiestatem adspirat.* b) In cod. ad inscr. c. 1: *prior patruus sequentes duo nepotes.* c) In m. cod.: *Pauli Sent. Libro V. titul. XVIII et cap. IIII et de reo maiestatis XXXI. tit.* (i. e. Pauli) *cap. I.*

## EPIT. MONACHI.

DE CUSTODIA REORUM. II.

Viri ac mulieres non in una custodia teneantur.

Reus si de carcere fugerit et eum custos non potuerit praesentare, aut damnum aut poenam rei custos sustineat.

Dominicis diebus sub custodia reos de carcere educant iudices et ad balnea ducantur sub mulcta librarum auri viginti, [a]) neque a custodibus victum eis prohibeatur ministrare. Quod si iudices[b]) hanc religionem neglexerint, trium librarum auri mulctam proponant, nec deerit antistitum monitionis cura religiosa. *Dat. Non. April. Acyndino et Proculo Coss.*[c])

III. NE PRAETER CRIMEN MAIESTATIS SERVUS DOMINUM VEL PATRONUM LIBERTUS ACCUSET.[a])

a) 64 add. *De Carcerariis.* 62 *vinctum.* b) Hic mutavit interpr. c) Subscript. deest in 62; est constitutionis 1 h. t.

a) c. 1 om.

## EPIT. S. GALL.

II. DE CUSTODIA[a]) REORŨ.

Imp̃. coñs data nñ apriles. *Intp̃.* Qualequũq. culpa[b]) vel hominem si iudex eũ in carcere mittere iusserit si exinde reus per neglegentiam[c]) de ipso custode fugiret sciat se ipse custur aut ipsũ reũ p̃sentare debeat et si eũ p̃sentare non potuerit tale pena susteneat. sic̃ ille reus patire debuerat.

*It̃ alia Intp̃* Omnes dominicis dieb; qui in carcerib; sunt constricti iudex eos foras sub costodia expellere faciat et forsitã[d]) aliquis x̃pianus ꝓ reverencia xp̃i aliqd̃[e]) substancia eis porrigunt et iusta comodo eis oportit iudex eos sub custodia in balneo lavare faciat si qs iudex hoc ñ fecerit pena qui lex ipsa constituit solvat.

III. NE P̃T̃ CRIMEN MAGISTATIS SERVUS DÑM[a]) L PATRONŨ LIBTUS SEU FAMILIARES ACUSET.*)

a) 65 *custodiam.* — De c. 1 h. t. vid. not. *x* antecedentis tit. b) 65 *culpam.* c) 66 *exind reus p glienciã* et paulo post *sipse.* d) 65 add. *si.* Supra 65 *sub custodiam*, uti et infra. e) 65 *aliqua—porrigant.*

a) 65 add. *suum.* *) c. 1 om.

vel ex servis cuiuslibet domus cuiuscunque criminis delator atque accusator emerserit, eius existimationem, caput atque fortunas petiturus, cuius familiaritati vel dominio inhaeserit, ante exhibitionem testium, ante examinatum iudicium, in ipsa expositione criminum atque accusationis exordio ultore gladio feriatur. Vocem enim funestam intercidi oportet potius quam audiri. Maiestatis crimen excipimus. *Dat. VI. Id. Nov. Constantinopoli, Caesario et Attico Coss.*

INTERPRETATIO. *Si servus dominum aut amicus vel domesticus sive libertus patronum accusaverit vel detulerit cuiuslibet criminis reum, statim in ipso initio accusationis gladio puniatur: quia vocem talem exstingui volumus, non audiri, nisi forte dominum aut patronum de crimine maiestatis tractasse probaverit.*

3.[d]) *Impp. Honorius et Theodosius AA. ad Senatum. Post alia:* Libertorum adversus patronos illicitas atque improbas voces poenae obiectione praecludimus, atque ita, ut non modo sponte prodire non audeant, sed ne vocati quidem in iudicium venire cogantur etc. *Dat. VIII. Id. Aug. Ravenna, Asclepiodoto et Mariniano Coss.*

INTERPRETATIO. *Liberti accusatores patronorum, ubi primum in accusationis vocem proruperint, puniantur.*

## TITULUS IV.[a]) AD LEGEM IULIAM DE ADULTERIIS.

1.[b]) *Imp. Constantinus A. Africano V. C.* Quae adulterium commisit, utrum domina cauponae an ministra fuerit, requiri debebit, et ita obsequio famulata servili, ut plerumque ipsa intemperantiae vina praebuerit; ut, si domina tabernae fuerit, non sit a vinculis iuris excepta, si vero potantibus ministerium praebuit, pro vilitate eius, quae in reatum deducitur, accusatione exclusa, liberi, qui accusantur, abscedant, quum ab his feminis pudicitiae ratio requiratur, quae iuris nexibus detinentur, hae autem immunes a iudiciaria severitate praestentur, quas vilitas vitae dignas legum observatione non credidit. *Dat. III. Non. Febr. Heracleae, Constantino A. VII. et Constantio C. Coss.*

INTERPRETATIO. *Tabernae domina, hoc*[c]) *est uxor tabernarii, si inventa fuerit in adulterio, accusari potest: si vero eius ancilla vel quae ministerium tabernae praebuit, in adulterio fuerit deprehensa, pro vilitate dimittetur. Sed*[d]) *et ipsa tabernarii uxor, si tam vilis ministerii officium egerit et in adulterio fuerit deprehensa, accusari non potest a marito.*

2.[e]) *Idem A. ad Euagrium Pf. P.* Quamvis adulterii crimen inter publica referatur, quorum delatio in commune omnibus sine aliqua legis interpretatione conceditur, tamen, ne volentibus temere liceat foedare connubia, proximis necessariisque personis solummodo placet deferri copiam accusandi, hoc est patri vel consobrino et consanguineo maxime fratri[f]), quos verus dolor ad accusationem impellit. Sed et his personis legem imponimus, ut crimen abolitione compescant. In primis maritum genialis tori vindicem esse oportet, cui quidem ex suspicione etiam ream coniugem facere, nec intra certa tempora inscriptionis vinculo contineri, veteres retro principes annuerunt. Extraneos autem procul arceri ab hac accusatione censemus. Nam etsi omne genus accusationis necessitas inscriptionis adstringat, nonnulli tamen proterve id faciunt et falsis contumeliis matrimonia deformant. *PP. Nicomediae VII. Kal. Mai., Constantino A. VII. et Constantio C. Coss.*

INTERPRETATIO. *In adulterio extraneam mulierem nullus accuset, sed propinqui, ad quorum notam pertinet, hoc est frater germanus, frater patruelis, patruus et consobrinus, qui tamen ante inscriptionem, si accusata acquieverit, possunt per satisfactionem veniam promereri. Reliqui ab accusatione prohibentur. Maritis sane etiam ex suspicione accusare permissum est.*

3.[g]) *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Cynegio Pf. P.* In adulterii quaestione ab omni familia, non solum mariti, sed etiam uxoris, quae tamen tunc temporis domi fuerit, quo adulterium dicatur admissum, quaerendum est sine defensione cuiusquam. §. 1. Idem volumus, et si forte mulier marito mortis parasse insidias vel quolibet alio genere

**EPIT. AEG.**

Si[a]) servus dominum aut amicus vel domesticus sive libertus patronum praeter crimen maiestatis accusaverit vel cuiuslibet reum detulerit, statim in ipso initio[b]) accusationis gladio puniatur.

TIT. IV. AD LEGEM IULIAM DE ADULTERIIS.

[a])Paulus dixit: docui uxores diligere viros suos et timere eos quasi dominos. Docui viros fidem servare ad coniuges, sicut illas suum servare pudorem omnimodis volunt. Quod enim punit maritus in uxore adultera, hoc punit in marito adultero ipse pater et conditor rerum Deus.

Si uxor tabernarii vel eius ancilla, quae ministerium tabernae praebuerint, in adulterio fuerint deprehensae, nullatenus accusentur, sed pro vilitate ministerii dimittantur.

In adulterio extraneam mulierem nullus accuset, nisi tantum germanus frater, patruelis, patruus et consobrinus. Marito etiam ex suspicione accusare permissum est[b]).

**EPIT. SUPPL. LAT. 215.**

TIT. IV. AD LEGEM IULIAM DE ADULTERIIS.

A. Si ancilla tabernarii per actum potantis ministerium in adulterio fuerit deprehensa, pro vilitate dimittatur. Si ipsa domina ministerialis fuerit et huic culpae subiacuerit, a marito non poterit accusari.

B. In adulterio extraneam mulierem nullus accuset, nisi tantum germanus frater, patruelis, patruus et consobrinus. Marito etiam ex suspicione accusare permissum est.

d) c. 3. C. Th. *c.* 4. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17[a], 18; omnia des. in cod. 23; omnia praeter interpr. in codd. 27, 43, 45; inscr. et textus in codd. 21, 22, 24; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 29—40; sola interpr. in cod. 19.

a) Tit. IV. C. Th. *Tit. VII.* et complectitur novem leges. b) c. 1. C. Th. *c.* 1. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17[a], 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 41—44; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 27, 29—40; sola interpr. in cod. 19. Haud scio, an non huc referenda sint verba illa, quae leguntur in extremo cod. 62: *Placuit ut null. vocem meretricis accipiat meretrices quae adulterae vocantur ut lex Theodosiani commemorat null. ab eis feditatem corporis condemnetur qui in talis multis criminibus consequuntur nisi quando a domino merebitur veniam supplicabitur.* c) Hoc de suo interpres. d) Haec interpres ultimis legis vv. substituit, neque vero recte distinguit. e) c. 2. C. Th. *c.* 2. L. Vis. III, 4, 13. De interpr. cf. Regino II, 143, 144. Burch. XVI, 37. Decr. Grat. cau. 35, qu. 6, c. 1. Decr. Greg. IX, V, 16, 4. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17[a], 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 28, 41, 45; inscr. et textus in codd. 21—24, 32, 33; textus et subscr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29—31, 34—40; sola interpr. in cod. 19. Extrema pars ipsius legis inde a v. *In primis* est in cod. 44. f) Locus corruptus. Cf. Haenel ad C. Th. h. l. not. *m.* g) c. 3. C. Th. *c.* 4. De interpr. cf. Regino II, 145. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17[a], 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 41; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in cod. 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29—40; sola interpr. in cod. 19.

a) Mixt. ex interpr. c. 1 et 2. b) Nonn. codd. *in ipsa initia.*

a) Quae sequuntur ex Paulo desunt in codd. praeter 49, 51 et 53. b) Aeg. *maritus—permissus est.*

| EPIT. GUELPH. | EPIT. LUGD. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|
| II. Idem. ꝗ supra exceptò maiestates. | Lex II. Vocem improbam servi adversus dominum, amici adversus amicum, liberti adversus patronum in ipso initio accusationis reprimendam accusatoremque similium[d]) gladio feriendum, nisi de crimine maiestatis eos tractasse probaverit. | Si servus vel familiaris sive libertus dominum vel patronum accusaverit vel crimen ei miserit[b]) aut delator exstiterit, in ipso initio accusationis gladio puniatur: quia vocem talem exstingui volumus, non audiri, excepto crimine maiestatis. | Imp̃. valeñ data id̃. mar̃. *Intp̃.* Si quis servus dñm suũ aut lib̃tus patronũ suum acusare voluerint nisi forsitan ꝓbare potuerint[b]) quid ipse dñs aut[c]) patronus contra dm̃ blasfemasset aut paganus eos ꝓbare potuerit de tale acusatione licenciã habeant et si vero dixerint[d]) ipse lib̃tus aut servus sine omne iniuria liberi abscedant nã si de hoc mentierint aut si forsitã de alia qualecumq: causa lib̃tus patronum aut[e]) servus dñm suum ad qualecumq: iudice accusaverint de p̃sente in ipsa ora acusationis iudex eos capite punire faciat.[f]) |
| III. Libertus. dño acusans poniendus. | Lex III.[e]) Idem quod ubi liberti patronum accusare proruperint, puniri debeant et nedum sponte, sed ne vocati etiam in iudicio venire cogantur. | Liberti accusatores patronorum ipsa accusationis voce puniantur. *Dat. VIII. Id. Aug. Asclepiodoto et Mariniano Coss.*[c]) | |
| IIII. AD LEGEM IULIAM. DE ADULTERIIS., ʗ · V·[a]) pl· ʗ XIII .ɫ VI· l· II· ʗ· XXVII.[b]) XXXIII.[c]) l· XVI. pl ʗ IIII· l· IIII·[d]) ʗ XIIII.[e]) | IV. AD LEGEM IULIAM DE ADULTERIIS[a]). | IIII.[a]) AD LEGEM IULIAM DE ADULTERIIS. | IIII AD LEGẼ IULIA[a]) DE ADULTERIS. |
| I. Taberne domina. si in adulteriu acusetur. vel ancilla domina. marito. acusare non potest. ancilla. vero pro vilitatem. dimitti. | Lex I.[b]) Quod si uxor tabernarii, id est tabernae domina in adulterio inventa fuerit, accusari possit, quia iuris nexibus detinetur; illa vero, quae potantibus ministerium praebuerit vel ancilla tabernae dominae fuerit, pro vilitate dimittatur. | Uxor tabernaria si in adulterio inventa fuerit, deprehensa accusari non poterit, neque a marito pro tam vili ministerio. Si vero eius ancilla vel qui ministerium tabernae praebet, fuerit deprehensa, pro vilitate dimittetur. | Imp̃. coñs data III. nũ febr̃; *Intp̃.* Si ꝗcũq: femina habuerit tab̃na in domo sua. si sua ancilla miserit qui ipsũ vinũ vindere debeat si ipsa dña sua in adulterio[b]) fuerit dep̃hensa maritus suus exinde eam acusare ñ potẽ[c]). nã si ipsa ancilla qui ipsũ vinũ vindit in adulterio fuerit dep̃hensa ꝓ hoc eã dñs suus acusare ñ potẽ Nã qd̃ si ipsa dña mulier cuius vinus ẽ illa tab̃na ꝑ se ipsa vindederet et in adulterio[d]) fuerit dep̃hensa ꝓ hoc exinde eã acusare non potẽ maritus suus. |
| II. Mulierem. de adulterio que persone acusint. hoc est frater germanus patruus vel patruelis. | Lex II. Non[c]) debere accusari extraneam mulierem in adulterio, ne volentibus temere liceat foedare connubia, sed propinquis necessariisque personis, id est patrueli, patruo, consobrino, fratri germano copia deferatur accusandi, maritisque concessum etiam ex suspicione. | In adulterio extraneam mulierem nullus accuset praeter fratrem germanum, fratrem patruelis, patruus et consobrinus, quos dolor ad accusationem impellit[b]). Qui tamen ante inscriptionem, si accusata acquieverit, potest per satisfactionem veniam promereri. Maritis sane etiam ex suspectione accusare permissum est. | *It̃ alia. Intp̃.* de adulterio extraneã mulierẽ nullus accuset nisi ꝓpinꝗ ad quem ꝑtinet hoc ẽ frat̃ germanus et frat̃ patruelis pat̃uos[e]) et cosubrinus et tamen si antequã eã homo acusat crim̃naverit potẽ ei veniã impetrare; nam alteri qui ante supscripcionẽ non criminaverit veniã ñ accipiant; nã maritus ex suspicionẽ uxorẽ suã accusare licit[f]). |
| a) C. Th. IX, 5. b) Paul. I, 13, 6; II, 27. c) An II, 22, 2? Sequens num. incertus est. d) Paul. V, 4, 4. e) Incertus numerus. | d) Leg. *simul.* e) Ad inscr. c.: *Fratres Theodosius maioris filii* et in m. *patruus et nepos.*<br>a) In m. *et aera V.* (vid. sq. tit.) *Secundum illam legem, quam Iulius tribunus dictator populo statuit.* b) Ad inscr. c. 1: *Caesaris Constantii filius maior Constantinus.* c) Partim ex ipsa lege expositio hausta est. | b) 63 *crimen emiserit* et 63, 64 *ipsa initia.* c) 62, 63 om. subscript.<br>a) 64 add. *De Tabernaria.* b) Vv. *quos — impellit* ex ipsa lege hausta sunt. | b) 65 *voluerit — potuerit.* c) 65 add. *ipse.* d) 65 *dixerit. Vero* est pro *vere, verum.* e) 66 *ad.* Infra 65 *iudicem.* f) c. 3 deest.<br>a) 65 *Ad lege Iuliam.* b) 65 *Si quacumque f. — domum suam — adulterium.* c) Canciani deleri vult *non.* d) 65 *adulterium — vendiderit — adulterium.* e) Canciani: h. e. *patruos.* 65 *extranea muliere — conubrinos.* f) 65 *suspictionem — licet.* |

LEX ROM. VISIGOTH.

voluntatem occidendi habuisse inveniatur. §. 2. Parem etiam conditionem in interrogatione mancipiorum servari volumus, si forte maritus eo modo insectetur uxorem. *Dat. III. Id. Dec. Constantinopoli, Arcadio A. I. et Bautone Coss.*

Interpretatio. *De adulterio uxorum mariti per tormenta familiae utriusque, hoc est suae et uxoris quaerere permittuntur; si tamen illo tempore, quo admissum dicitur, haec ipsa mancipia praesentia aut in eadem domo fuisse probantur. Similiter et si mortem sibi ab uxore adultera*[h]) *maritus paratam fuisse conqueratur, utriusque familiae discussione quaeri licet. Similiter etiam familiae utriusque poena quaerendum est, si maritus mortem uxori qualibet ratione paraverit.*

4.[i]) *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Cynegio Pf. P.* Ne quis Christianam mulierem in matrimonium Iudaeus accipiat, neque Iudaeae Christianus coniugium sortiatur. Nam si quis aliquid huius modi admiserit, adulterii vicem commissi huius crimen obtinebit, libertate in accusandum publicis quoque vocibus relaxata. *Dat. III. Id. Mart. Thessalonica, Theodosio A. II. et Cynegio Coss.*

Interpretatio. *Nec Iudaeus Christianam nec Christianus Iudaeam ducat uxorem. Quod si fecerit, cuiuslibet accusatione velut in adulteros vindicetur.*

5.[k]) *Iidem AAA. Orientio Vicario urbis Romae.* Omnes, quibus flagitii usus est, virile corpus muliebriter constitutum alieni sexus damnare patientia (nihil enim discretum videntur habere cum feminis), huius modi scelus spectante populo flammis vindicibus expiabunt. *PP. in foro Traiani VIII. Id. Aug., Valentiniano A. IV. et Neoterio Coss.*

Haec Lex *interpretatione non indiget.*

6.[l]) *Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius AAA. Rufino Pf. P.* Adulterii accusatione proposita, praescriptiones civiles, quibus aut dos repeti fingitur, aut ex ratione aliqua debitum flagitatur, quae occurrere atque perstrepere examini consuerunt, iussimus sequestrari, nec earum obice aliquid negotio tarditatis afferri; sed accusatione fundata, hoc est quum, quo iure quove tempore actio fuerit intromissa, constiterit, discutiatur crimen, facti qualitas publicetur, quum et iurgia, quae magnitudine superant, praeponantur, et civilis actio criminali iure postponatur, idem tamen, quum competere coeperit, habitura momenti, dummodo non obsit examini. *Dat. VII. Id. Dec. Constantinopoli, Arcadio A. II. et Rufino Coss.*

Interpretatio. *Quum adulterium maritus accusator obiecerit, dotis aut donationis repetitio conquiescat· quia civilem repetitionem misceri criminali accusationi non oportet.*

7.[m]) *Iidem AAA. Rufino Pf. P.* Si qui adulterii fuerint accusati et obtentu proximitatis intentata depulerint, per commemorationem necessitudinis fidem crimini derogando, dum existimatur non debere credi, quod allegatur, non potuisse committi, hi si postmodum in nuptias suas consortiumque convenerint, facinus illud, quo fuerint accusati, manifesta fide atque indiciis evidentibus publicabunt. Unde si qui eius modi reperti fuerint, iussimus in eosdem severissime vindicari, et veluti convictum facinus confessumque puniri. *Dat. prid. Non. Dec. Constantinopoli, Theodosio A. III. et Abundantio V. C. Coss.*

Interpretatio. *Qui in adulterio accusantur et se propinquitatis aut amicitiarum*[n]) *excusatione defenderint, si fortasse quolibet tempore secretum crimen publica coniunctione prodiderint, eos velut manifestos adulteros puniri placet.*

h) Hoc sec. Goth. perperam add. est. i) c. 4. C. Th. *c.* 5. Concil. Aurelian. ann. 533 c. 19. Concil. Arvern. ann. 535 c. 6. Concil. Aurel. III. ann. 538 c. 13. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17ª, 18; omnia des. in cod. 23; omnia praeter interpr. in codd. 27, 42, 45; inscr. et textus in codd. 21, 22, 24; textus et subscr. in cod. 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29—40; sola interpr. in cod. 19. De interpr. cf. Regino II, 142. k) c. 5. C. Th. *c.* 6. Add. Capit. IV, 160. Regino II, 262. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17ª, 18, 22, 25, 31, 32, 34—37, sed in codd. 35, 37 textus pro interpr. habetur. Omnia des. in codd. 21, 23, 28; omnia praeter interpr. in cod. 42; inscr. et subscr. in codd. 27, 44; inscr. et textus in codd. 24, 41; subscr. et interpr. in cod. 26; textus et subscr. in codd. 38, 40 et ponitur pro subscr. h. c. sequentis legis subscriptio; solus textus deest in codd. 29, 30, 39; sola subscr. in cod. 33; sola interpr. in cod. 19. In cod. 38 subscr. et interpr. h. c. conflatae sunt cum subscr. et interpr. c. sq. l) c. 6. C. Th. *c.* 7. In cod. 23 est *c.* 4 et in codd. 21, 28 *c.* 5. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17ª, 18, 19; omnia praeter interpr. des. in cod. 27; inscr. et textus in codd. 21—24, 32, 33, 38 (sed vid. de cod. 38 anteced. leg. not. *k*); textus et subscr. in codd. 26, 28; subscr. et interpr. in cod. 41; solus textus om. in codd. 25, 29—31, 34—37, 39, 40. Interpres et mutat et om. m) c. 7. C. Th. *c.* 8. In cod. 23 est *c.* 5 et in codd. 21, 28 *c.* 6. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17ª, 18, 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 22, 27, 28, 32, 33, 41; inscr. et textus in codd. 21, 23, 24; textus et subscr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29—31, 34—40. n) Goth. vituperat *aut amicit.*, sine necessitate. Est enim interpretamentum v. *proximitatis.*

EPIT. AEG.

Etiam et familiam et suam et uxoris suae, si praesentes aut in ea domo fuisse probantur, quando suspicio orta est, distringere licentiam habet. Similiter propter maleficia mortemve praeparatam, seu ille super uxorem seu uxor super maritum habeat suspicionem, discutere fas habet uterque familiam.

Si Iudaeus Christianam aut Christiana Iudaeum acceperit, ut adulteri puniantur.

Quicunque virile corpus muliebriter damnare praesumserit, flammis vindicibus expiabitur[c]).

Qui in adulterio accusantur et se propinquitatis excusatione defenderint, si fortasse quolibet tempore secretum crimen publica coniunctione prodiderint, eos velut manifestos adulteros puniri placet.

c) Multi codd. *explabunt.* 52 *expiabit.* — c. 6 deest.

EPIT. SUPPL. LAT. 215.

Familiam quoque et suam et uxoris suae, si praesentes aut in ea domo fuisse probantur, quando suspicio orta est, distringere licentiam habeant.

C. Similiter propter maleficia mortemve praeparatam, seu maritus super uxorem, seu uxor super maritum habeat suspicionem, discutere fas habet uterque utriusque familiam.

D. Si Iudaeus Christianam aut Christianus Iudaeam acceperit, ut adulteri puniantur.

Si flagitiosissimum scelus masculus in masculum perpetraverit, coram populo huius modi facinus flammis vindicibus expiabunt.

Si maritus in crimine accusat uxorem, dotis aut donationis repetitio conquiescat.

[a]) Si propinqui simul habitantes se adulterio coniunxerint et excusent se causa propinquitatis habere consortium, facile non credatur crimen obiectum; dum speratur non debere credi, quod allegatur non posse committi. Hi si postea in nuptias consortiumque convenerint, puniantur.

a) Corrupta interpr. — Infra cod. *causae.*

## EPIT. GUELPH.

III. De adulteriū uxoris. et mortē mariti. utriusque familie. discussio erit.

IIII Iudeis cum Christianis. matrimunio. non iungendū quod factum adulteriū pena vindicandum.

V. Virili corpus. muliebriter agens. flammis urendus.

VI. Cum de adulteriū maritus. agit. dotis repeticio cessat.

VII. Qui in adulteriū acusantur. ad propinquis defensi. si proclamaverint puniendi.

## EPIT. LUGD.

Lex III.[d]) Quod liceat marito de adulterio uxoris tam suae quam uxoris familiam requirere. Similiter si ab adultera uxore marito mors intentata est vel a marito uxori, familiae utriusque poena requirendum.

Lex IV.[e]) Non licere Iudaeo Christianam uxorem, neque Christianae mulieri Iudaeum maritum ducere. Si factum fuerit, veluti adulterio foedatae cuiuslibet accusatione huius modi personae puniantur.[f])

Lex V. Quod debeant spectante populo flammis dari, quibus flagitii usus est, virile corpus muliebriter constitutum alieni sexus damnare patientia.[g])

Lex VI.[h]) Quod civilis repetitio, qua dos repeti fingitur aut ex ratione aliqua debitum flagitatur, si maritus uxori adulterium accusator obiecerit, criminali accusatione misceri non debeat.

Lex VII. Qui se propinquitatis obtentu, dum de adulterio fuerint accusati, defendere voluerint, nec debere credi facinus per commemorationem necessitudinis affirmaverint, quod hi, si postea in nuptias suas consortiumque[i]) convenerint, et si certis indiciis facinus, in quo accusati fuerint, manifestaverint, veluti convicti debeant puniri.[k])

d) Ad c. inscript.: *Fratres cum nepote.* e) Ad inscr.: *Gratiani frater Theodosius maior cum Archadio filio.* f) In m.: *Sicut si domina cum servo stupro se misceat, quia uxorem legitimam si adulteraverit de adulterio certae personae accusant, id est propinqui.* g) Codex *patientiam.* In m.: *Nimis notandum quam sit execrabile usum nature mactare.* h) Ad inscr.: *Paī auĝ. c. filius.* i) Cod. *consocerumque.* k) In m. cod.: *Paret quia si postea convenerint ante fuisse eos in scelere.*

## EPIT. MONACHI.

De adulterio uxorum maritis per tormenta familiae et suae et uxoris quaerere permittitur, si tamen illo tempore in eadem domo fuisse probantur. Similiter si mortem sibi ab uxore maritus paratam fuisse conqueritur. Si maritus uxori mortem paraverit, similiter ab utriusque familia per poenam requirendum est.[c])

[d]) Omnibus, quibus flagitii usus est, virile corpus muliebriter constitutum alieni sexus damnari, huiusmodi scelus spectante populo flammis vindicibus expiabunt.

[e]) Quum adulterium maritus accusator obiecerit, dotis aut donationis repetitio conquiescat, quia civilem repetitionem misceri criminali accusatione non oportet. [f]) *Dat. VII. Id. Dec. Arcadio A. II. et Rufino V. C. Coss.*[g])

c) c. 4 om. d) 64 add. *De Sodomitis.* Infra codd. *expectante*, scribendi more antiquo. e) 64 add. *De Dote Adulterae.* f) 62 om. subscriptionem. g) c. 7 sequens omissa est.

## EPIT. S. GALL.

*Iт̃ alia Intp̃.* Si contigerit ut ꝑ suspicionē homo ad suā mulierē de adulterio repotet vel de tale acusat[g]) qđ suū maritū occidere voluisset similiт̃ si maritus suā mulierē sine culpa occidere voluerit aut forsitā fecerit ꝓ tale causā debet iudex cotidiana familia qui sēp in casa cū ipsus suus dn̄s conversant districtus discutere ut qđqđ exinde sciunt verū dicere debeant ꝓ quale causā[h]) aut uxor maritū aut maritus uxorē occidisset.

*Iт̃ alia. Intp̃.* Nec[i]) iudeos x̃piana nec x̃pianus iudea ducat uxorē qđ si duxerit quicūq: homo potē exinde acusare et sic̄ de adulterio sic de eos vindicet'.

*Iт̃ alia. Intp̃.* Quicūq: masculus cū masculo concubuerit ignib; conburant[k]).

*Iт̃ alia Intp̃.* Qui in adulterio accusati s̄ si ꝓpinqui aut amici eos excusaverint si postea forsitam post alico tempore ipsa causa qui ante celata aut excusata fuerat foras ꝓierit velut manifestus adulterus[l]) ponire placuit.

g) 65 *adulterium reputat.* 66 *acusa.* h) 65 *causa—familiam—ipsos suos dominos c. districtos—causa.* i) 65 *Ne iudeus—ne.* k) 65 *masculum c. i. conburentur.* c. 6 om. l) 65 *ipsam causam—adulterius.*

LEX ROM. VISIGOTH. | EPIT. AEG. | EPIT. SUPPL. LAT. 215.

## TITULUS V.[a]) SI QUIS EAM, CUIUS TUTOR FUERIT, CORRUPERIT.

1.[b]) *Imp. Constantinus A. ad Bassum Vicarium Italiae. Post alia:* Ubi puellae ad annos adultae aetatis accesserint et adspirare ad nuptias coeperint, tutores necesse habeant comprobare, quod puellae sit intemerata virginitas, cuius coniunctio postulatur. Quod ne latius porrigatur, hic solus debet tutorem nexus adstringere, ut se ipsum probet ab iniuria laesi pudoris immunem. Quod ubi constiterit, omni metu liber optata coniunctione frui debebit; officio servaturo, ut, si violatae castitatis apud ipsum facinus haereat, deportatione plectatur, atque universae eius facultates fisci viribus vindicentur, quamvis eam poenam debuerit sustinere, quam raptori leges imponunt. *Dat. prid. Non. April. Aquileia, Constantino A. VI. et Constantino C. Coss.*

INTERPRETATIO. *Ubi primum puellae sub tutore viventes ad annos pervenerint nuptiales, et quicunque petitor accesserit, non prius puella iungatur, nisi virginitas illius, quod a tutore servata sit, fuerit approbata: nam si ab ipso tutore convincitur eius violata virginitas, statim exsilio deputetur, et res illius omnes fiscus usurpet.*

### TIT. V. DE EO, QUI EAM CORRUPERIT, CUIUS TUTOR FUERIT.[a])

Si quis eam, cuius tutor fuerit, corruperit[b]), facultas tutoris fisci viribus[c]) societur, tutor in exsilio deputetur. Tutor vero puellae, antequam sponso iungatur, solus probet se ab iniuria laesi pudoris immunem.

### TIT. V. SI QUIS EAM, CUIUS TUTOR FUERIT, CORRUPERIT.

Facultas tutoris fisci viribus societur, tutor in exsilium deputetur.

## TITULUS VI.[a]) DE MULIERIBUS, QUAE SE SERVIS PROPRIS IUNXERUNT.

1.[b]) *Imp. Constantinus A. ad Populum.* Si qua cum servo occulte rem habere detegitur, capitali sententiae subiugetur, tradendo ignibus verberone, sitque omnibus facultas crimen publicum arguendi, sit officio copia nuntiandi, sit etiam servo licentia deferendi, cui probato crimine libertas dabitur, quum falsae accusationi poena immineat. §. 1. Ante legem nupta tali consortio segregetur, non solum domo, verum etiam provinciae communione privata, amati abscessum defleat[c]) relegati. §. 2. Filii etiam, quos ex hac coniunctione habuerit, exuti omnibus dignitatis insignibus, in nuda maneant libertate, neque per se neque per interpositam personam quolibet titulo voluntatis accepturi aliquid ex facultatibus mulieris. §. 3. Successio autem mulieris ab intestato vel filiis, si erunt legitimi, vel proximis cognatisque deferatur vel ei, quem ratio iuris admittit, ita ut et quod ille, qui quondam amatus est, et quod ex eo suscepti filii quolibet casu in sua videntur habuisse substantia, dominio mulieris sociatum a memoratis successoribus vindicetur. §. 4. His ita omnibus observandis, et si ante legem decessit mulier vel amatus, quoniam vel unus auctor vitii censurae occurrit. §. 5. Sin vero iam uterque decessit, soboli parcimus, ne defunctorum parentum vitiis praegravetur; sint filii, sint potiores fratribus, proximis atque cognatis, sint relictae successionis heredes. §. 6. Post legem enim hoc committentes morte punimus. Qui vero ex lege disiuncti clam denuo convenerint, congressus vetitos renovantes, hi servorum indicio vel speculantis officii vel etiam proximorum delatione convicti poenam similem sustinebunt. *Dat. IV. Kal. Iun. Serdicae, Constantino A. VII. et Constantio C. Coss.*

INTERPRETATIO. *Si qua ingenua mulier servo proprio se occulte miscuerit, capitaliter puniatur. Servus etiam, qui in adulterio dominae convictus fuerit, ignibus exuratur. In potestate habeat huius modi crimen quicunque voluerit accusare. Servi etiam aut ancillae, si de hoc crimine accusationem detulerint, audiantur: ea tamen ratione, ut si probaverint, libertatem consequantur, si fefellerint, puniantur. Hereditas mulieris, quae se tali crimine maculaverit, vel filiis, si sunt ex marito suscepti, vel propinquis ex lege venientibus tribuatur.*

### TIT. VI. DE MULIERIBUS, QUAE SE PROPRIIS SERVIS IUNXERUNT.

Si ingenua mulier se proprio servo occulte miscuerit, capite[a]) puniatur, et ille ignibus exuratur. Et qui ex tali coniunctione fuerint nati, in nuda[b]) maneant libertate et a matris hereditate in omnibus fiant extranei. Fas habeant accusare quilibet: etiam servi, quia iubet lex puniri nefarios. Si servus aut ancilla hoc crimen probaverint, libertatem consequantur. Facultas vero mulieris adulterae legitimis heredibus profutura.

### TIT. VI. DE MULIERIBUS, QUAE SE PROPRIIS SERVIS IUNXERUNT.

Si ingenua mulier se proprio servo occulte miscuerit, capite puniatur et ille ignibus exuratur. Facultatem habeant accusandi quilibet; etiam et servi vel ancillae per hanc accusationem[a]) liberi fiant, tantummodo veritatem loquantur, quia iubet lex puniri nefarios; facultas vero mulieris adulterae legitimis heredibus profutura.

## TITULUS VII.[a]) AD LEGEM IULIAM DE VI PUBLICA ET PRIVATA.

1.[b]) *Imp. Constantinus A. ad Catulinum Proconsulem Africae.* Qui in iudicio manifestam detegitur commisisse violentiam, non iam relegatione aut deportatione insulae plecta-

### TIT. VII. AD LEGEM IULIAM DE VI PUBLICA VEL PRIVATA.

### TIT. VII. AD LEGEM IULIAM DE VI PUBLICA VEL PRIVATA.

a) Tit. V. C. Th. *Tit. VIII.* b) c. 1. C. Th. *c. un.* Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17[a], 18; omnia praeter interpr. des. in codd. 29, 42, 43, 45; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in cod. 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus in codd. 25, 27, 30—40; sola interpr. in cod. 19.

a) Tit. VI. C. Th. *Tit. IX.* In extr. cod. Reg. Par. Suppl. Lat. 215 dicitur *XII.* b) c. 1. C. Th. *c. un.* L. Vis. III, 2, 2. De interpr. cf. Regino II, 146. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17[a], 18 (sed de cod. 18 vid. not. *c)*); omnia praeter interpr. des. in codd. 41—43, 45; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in codd. 26—28; solus textus om. in codd. 25, 29—40; sola interpr. in cod. 19. Interpr. nonn. om. c) Cum v. *defleant* desinit cod. 18.

a) Tit. VII. C. Th. *Tit. X.* et complectitur quatuor leges. b) c. 1. C. Th. *c.* 1. Ben. Lev. II, 386. Conc. Trosl. c. 7 et ad interpr. Ben. Lev. III, 232. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17[a]; omnia praeter interpr. des. in codd. 41, 43—45; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in codd. 26—28; solus textus om. in codd. 25, 29—40; sola interpr. in cod. 19.

a) Haec rubrica deest in multis codd. b) Haec vv. sunt ex rubrica Brev. In multis codd. efficiunt rubricam huius tit. Vid. not. *a.* c) Aeg. *iuribus.*

a) Nonn. codd. *capitaliter.* b) Aeg. et plerique codd. *nundina.* 50 *mundana,* 57 *mundina.* Corr. *nuda* ex c. ipsa, ex qua h. vv. sumta sunt.

a) Codex *accusari* — *pro hanc accusatione.*

| EPIT. GUELPH. | EPIT. LUGD. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|
| VIII.[a]) SI Q̍ EA. CUIUS TUTOR. FUERIT CORRUPERIT. | V. SI QUIS EAM, CUIUS TUTOR FUERIT, CORRUPERIT.[a]) | V. SI QUIS EAM, CUIUS TUTOR FUERIT, CORRUPERIT. | V. SI QUIS EÃ[a]) CUIUS TUTOR FUERIT CORRUPERIT. |
| Quod probatum exilio deportatur. et res illius. fiscus. adqueret. l' IIII ʒ XIIII.[b]) | Lex I. Ut si puella a tutore servatur, non prius petitor ipsius ei iungatur, quam virginitas illius, quod a tutore servata sit, comprobetur. Et si convictus tutor fuerit eam devirginasse, exsilio deportetur. | Puellas sub tutore viventes, qui petitor accesserit, non prius puellae iungatur, nisi virginitas illius, quod a tutore servata sit, comprobetur. Nam si tutore violata sit, ipse exsilio deputetur et res illius fiscus usurpet. *Dat. prid. Non. Dec. Theodosio A. III. et Abundantio V. C. Coss.*[a]) | Imp̃. coñs data II. kal̃ aprl̃. *Intp̃.* Ubi primu̍ puella anñ nupciales venerit q̧ maritum p̃hendere possat si patrẽ aut matrẽ ñ habuerit nisi sub tutore viventem[b]) fuerit si[c]) aliq̧ eã in coniugiõ prendere voluerit ñ antea se ad illa coniungat quã eius ingenuitas ab ipso tutore fuerit adprobata. Nã si ab ipso tutore eius virginitas violata fuerit ipsi tutores in exilio mittant'[d]) et eius facultates fiscos adquirat. |
| VI. DE MULIERIBUS QUI SE PROPRIIS. SERVUS IUNXERUNT. | VI. DE MULIERIBUS, QUAE SE SERVIS PROPRIIS IUNXERUNT. | VI. DE MULIERIBUS, QUAE PROPRIIS SERVIS IUNXERUNT. | VI.[a]) |
| Eas punire iubet. illum flammis. exuri. facultas in filiis. profutura. | [a]) Lex I. Si domina servo se occulte miscuerit, quod capite plectenda sit, servus vero ignibus exurendus. Et huius modi crimen, quicunque voluerit, in potestate habeat accusandi. Servi etiam et servae in tali accusatione audiantur. Si probaverint, liberi reddantur, si non probaverint, puniantur. Hereditas mulieris huius modi filiis ex marito, si fuerint suscepti, reservetur vel propinquis ex lege venientibus, quia[b]) illi, qui ex nefanda copulatione nati fuerint, exuti omnibus dignitatis insignibus in nuda manere debent libertate. | Si ingenua mulier servo proprio se occulte[a]) miscuerit, capitaliter puniatur, servus vero ignibus exuratur. In potestatem habeat huius modi crimen, quicunque voluerit, accusare. Servi vel ancillae, qui hoc crimen accusaverint, audiantur et libertatem consequantur. Si se[b]) fefellerint, puniantur. Hereditas huius modi mulieris vel filiis, si sunt ex legitimo marito, vel propinquis ex lege venientibus tribuatur. *Dat. IV. Kal. Iun. Constantino A. IIII. et Constantio V. C. Coss.*[c]) | *It̃. alia Intp̃.* Quicu̍q: mulier ingenua suũ servũ ad maritũ priserit ipsa mulier occidat̃ et illu̍ servu̍ ignib; concremet' licet ad familiã de tale crimine sua dña acusare si hoc ꝑbare ipsa familia potuerit[b]) libertatẽ accipiant. Nã si hoc ꝑbare non potuerint puniant' et ipsa mulier si[c]) hoc fecerit eius facultas si de alio legitimo marito infantes habuerit; ad ipsos infantes pveniant et si infantes ñ fuerint[d]) ad ꝑpincos revertant. |
| AD LEGE IULIAM DE VIA PUBLICA. ET PRIVATA. l' IIII' ʒ XX.[a]) | VII. AD LEGEM IULIAM DE VI PUBLICA ET PRIVATA. | VII. AD LEGEM IULIAM DE VI PUBLICA ET PRIVATA. | VII. AD LEGE IULIA DE VI[a]) PUBLICA ET PRIVATA. |

a) Ita codex, tanquam sit c. 8 anteced. tit. b) An C. Th. III, 17?
a) C. Th. IV, 20.

a) In m. cod.: *aera IV retro* (sc. tit. IV. huius libri) .... *Defensores et nutrices quod res earum tueantur* et paulo post ad v. *poenam*: *capitalem sententiam vel ustionem flammarum.*
a) Ad inscr. et quidem ad v. *Constantinus*: *Qui christianus reipublicae ut christianus consuluit* et in m.: *antiquitus servos dominorum corruptores.* b) Sqq. ex lege ipsa.

a) Subscriptio est c. ultimae tituli IV. antecedentis; in 62 omittitur.
a) 62 om. *occulte.* b) 64 om. *se.* c) Subscriptio deest in 62, 63.

a) 65 *ea.* b) 66 *sup tua reviventem.* 65 *annus nuptialis.* c) 65 *et si — coniugium.* d) 65 *ipse tutor — mittatur.*
a) Ita 65 et deest rubrum. 66 ne numerum quidem *VI.* habet. Utroque loco interpretatio h. t. ita scripta est, quasi altera superioris tituli sit. b) 65 *potuerint.* c) 66 om. *si.* d) 65 *habuerit.*
a) 65 *via.*

LEX ROM. VISIGOTH.

tur, sed supplicium capitale excipiat, nec interposita provocatione sententiam, quae in eum fuerit dicta, *suspendat*, quoniam *multa facinora sub uno violentiae nomine continentur*, quum aliis vim inferre tentantibus, aliis cum indignatione repugnantibus verbera caedesque crebro deteguntur admissae. Unde placuit, si forte quis vel ex possidentis parte vel ex eius, qui possessionem temerare tentaverit, interemtus sit, in eum supplicium exseri, qui vim facere tentavit et alterutri parti causam malorum praebuit. *Dat. XV. Kal. Mai. Serdicae, Gallicano et Basso Coss.*

INTERPRETATIO. *Convictus in iudicio de evidenti violentiae crimine capite puniatur, nec sententiam iudicis qui damnatus est qualibet appellatione suspendat: et si fortasse homicidia ab utraque parte commissa fuerint, in illum vindicetur, qui ut alium per caedem expelleret, violenter ingressus est.*

2.[c]) *Idem A. ad Bassum Pf. U.* Si quis ad se fundum vel quodcunque aliud asserit pertinere, ac restitutionem sibi competere possessionis putat, civiliter super possidendo agat, aut impleta solennitate iuris crimen violentiae opponat, non ignarus, eam se sententiam subiturum, si crimen obiectum non potuerit comprobare, quam reus debet excipere. Quod si omissa interpellatione vim possidenti intulerit, ante omnia violentiae causam examinari praecipimus, et in ea requiri, quis ad quem venerit possidentem, ut ei, quem constiterit expulsum, amissae possessionis iura reparentur, eademque protinus restituta violentus, poenae non immerito destinatus, in totius litis terminum differatur, ut, agitato negotio principali, si contra eum fuerit iudicatum, in insulam deportetur, bonis omnibus abrogatis. Quod si pro eo, quem claruerit esse violentum, sententia proferetur, omnium rerum, de quibus litigatum est, media pars penes eum resideat, cetera fisci viribus vindicentur. *PP. prid. Non. Oct. Romae, Constantino A. V. et Licinio C. Coss.*

INTERPRETATIO. *Si quis adversarium suum ita apud iudicem crediderit accusandum, ut se asserat violentiam pertulisse, ad probationem rei eum convenit attineri: quod si probare non potuerit, quem dixerat violentum, eandem poenam suscipiat, quam ille, quem impetit, convictus potuisset excipere. De reliquo haec lex praetermittenda est, quia in quarto libro sub titulo Unde vi*[d]), *quae tamen temporibus posterior inventa est, habetur exposita.*

3.[e]) *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. ad Albinum Pf. U.* Servos, qui fecisse violentiam confessionibus testium aut propriis docebuntur, si id inscio domino commiserint, postremo supplicio deditos luere perpetrata censemus. Quod si illi metu atque exhortatione dominorum violentiam admiserint, palam est, secundum legem Iuliam dominum infamem pronuntiandum loci aut originis propriae dignitate non uti, servos vero, quos furoribus talium paruisse constiterit, metallis per sententiam dedi. Viles autem infamesque personae et hi, qui bis aut saepius violentiam perpetrasse convincentur, constitutionum divalium poena teneantur. §. 1. Iudicem vero nosse oportet, quod gravi infamia sit notandus, si violentiae crimen apud se probatum distulerit, omiserit vel impunitate donaverit aut molliore, quam praestituimus, poena perculerit. *Dat. prid. Non. Mart. Mediolano, Valentiniano A. IV. et Neoterio V. C. Coss.*

INTERPRETATIO. *Si servi inscio domino confessi vel convicti fuerint violentiam commisisse, addicti tormentis gravibus puniuntur. Si vero iubentibus dominis violentiae crimen admiserint, domini, qui illicita praeceperunt, notantur infamia et nobilitatis vel honoris sui*[f]) *dignitatem tenere non possunt. Servi autem, qui talibus dominorum furoribus paruerunt, in metallum detruduntur. Ceterum non liceat iudicibus discussionem violentiae differre vel dimittere vel donare: qui si probaverint violentiam et non statim vindicaverint, noverint se periculum subituros. Viles autem personae, quae bis aut frequenter admisisse violentiam comprobantur, constituta legibus poena supra scripta omnimodis feriantur.*

## TITULUS VIII.[a]) DE PRIVATI CARCERIS CUSTODIA.

1.[b]) *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Erytrio Praefecto Augustali.* Si quis posthac reum privato carceri destinarit, reus maiestatis habeatur. *Dat. prid. Kal. Mai. Thessalonica, Theodosio A. II. et Cynegio V. C. Coss.*

ISTA LEX *interpretatione non indiget.*

c) c. 2. C. Th. *c.* 3. L. Vis. VIII, 1, 2. Marcelli ep. 2. Knust l. c. p. 63, 76. Interpr. habet Ben. Lev. III, 164. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—10, 12—16, 17ª; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 28, 42, 43; inscr. et textus in codd. 21—24, 32, 33; textus et subscr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29—31, 34—40; sola interpr. in cod. 19. In cod. 11 videtur deesse ultimum quatern. XIV. folium inde a vv. *ante omnia* usque ad vv. *A. III. et* c. 1 tit. XI.; equidem vero incertus sum, quid desit, quum ex Vesmii literis lacunae ambitum perspicere non possim. d) Cf. supr. IV, 20, 2. e) c. 3. C. Th. *c.* 4. Interpr. habet Ben. Lev. III, 235. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—10, 12—14, 16, 17ª; omnia praeter inscr. des. in cod. 15. Etenim lacuna est post *ppo* usque ad vv. interpr. c. 3 C. Th. de Abolit. (IX, 27): *quod si testes exhibiti.* Perierunt duo quaterniones. Omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 28, 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—24, 41; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29—40; sola interpr. in cod. 19; sola §. 1 habetur in cod. 44. Interpr. Gloeden l. c. p. 29 transiisse putat in Ed. Th. art. 77; sed vid. praefat. nostram. f) Lex *loci aut originis propriae dignitate.*

a) Tit. VIII. C. Th. *Tit. XI.* b) c. 1. C. Th. *c. un.* Integra cum vv. interpretis *Ista* etc. est in codd. 1, 2, 4—10, 12—14, 16, 17ª, 23—25, 29, 31—34, 36, 37, 39, 40; subscr. et interpr. vv. des. in codd. 26, 27; inscr. et subscr. in cod. 42; inscr. om. in codd. 21, 22; textus in cod. 30; subscr. in codd. 28, 43 et habetur textus, om. interpr. vv., pro interpr., ut in codd. 35, 38; interpr. vv. des. in cod. 19.

EPIT. AEG.

Multa facinora sub uno violentiae nomine continentur, quum aliis vim inferre tentantibus, aliis cum indignatione resistentibus verbera caedesque crebro detegentur admissae[a]). Convictusque in iudicio de evidenti violentiae crimine capite puniatur. Si homicidia ab utraque parte commissa fuerint, in[b]) illum vindicetur, qui ut alium per caedem expelleret, violenter aggressus est, et ante omnia iudex requirere debet, quis ad quem venerit.

Si quis adversarium suum ita apud iudicem crediderit accusandum, ut se asserat violentiam pertulisse, ad probationem rei eum convenit attineri. Quod si probare non potuerit, quod dixerit[c]), eandem poenam suscipiat, quam ille, quem impetiit, convictus potuisset excipere.

Si servi inscio domino violentiam commiserint, addicti[d]) tormentis gravioribus puniantur. Si iubentibus dominis violentiam admiserint, domini notantur infamia[e]) et loci vel originis propriae dignitate[f]) non utuntur: servi vero in metallum detruduntur. Viles autem personae, quae bis aut frequenter violentiam commiserint, poena supra scripta feriantur.

TIT. VIII. DE PRIVATI CARCERIS CUSTODIA.

Si quis posthac reum privato carceri destinarit, reus maiestatis habeatur.

a) Aeg. *admissa.* b) Aeg. *in illo.* c) Nonn. codd. *quem dixerat violentum.* d) Ita multi codd.; Aeg. *addictis.* e) Codd. et Aeg. *infamiae.* f) Aeg. *origine proprie dignitatis.* Multi codd. *non uti.*

EPIT. SUPPL. LAT. 215.

Convictus in iudicio de evidenti violentiae crimine capite puniatur. Si homicidia ab utraque parte commissa fuerint, in illum vindicetur, qui ut alium per caedem expelleret, violenter aggressus est.

Si quis alium accusaverit esse violentum, si quod obiecerit, non probaverit, puniatur.

Si servi inscio domino violentiam admiserint, puniantur. Si vero sciente, dominus notetur infamia, servi in metallum detrudantur.

TIT. XIII.[a]) DE PRIVATI CARCERIS CUSTODIA.

Ut post haec nullatenus fiat.

a) In cod. est *tit. XIII.* et appositus est tit. IX—XIV. numerus *VIII—XIII.*

## EPIT. GUELPH.

I. Convinctus. de violencie crimine capite poniendus. et si humicidia admissa sint.

II. Qui violentum accusat probacionem. condignā et certā eum convenit. providerę quia sicut convictum pena constringit. sic et accusatorem. si non probaverit quod obiecit.

III. Servi. si. aut inscio. aut iubente domino violenciam. admiserint. puniendi. et iudicis. violencie. discussionem. non deferri. quod si distullerint pericolo subiturus.

DE PRIVATIS CARCERIS COSTODIA Gāī. ʒ III.[a])

I. Qui absq̧ publicū privatū carcere reū tenuerit reus. majestates. habiatur.

a) Gai. tit. III.

## EPIT. LUGD.

Lex I.[a]) Quod is, qui convincitur de manifesto crimine violentiae, capite debeat puniri, nec sententiam iudicis provocatione interposita is, qui damnatus est, suspendat, in eumque iudicis sententia feratur, qui ad alterum, ut per caedem eum expelleret, violenter ingressus est; etiamsi de utraque parte homicidia committantur.

Lex II. Ut qui adversarium suum apud iudicem accusare voluerit, quod vim ab eo sustinuerit, quod debeat ad probationem rei, de qua agit, habere et si probare non potuerit, eum, quem violentum dixit, similem poenam suscipiat, quam ille susceptnrus esset, si probare potuisset, et reliqua.

Lex III.[b]) De servis agit; qui si inscio domino vel confessi fuerint vel convicti violentiam fecisse, quod tormentis gravibus debeant addici et puniri, si iubentibus dominis atque exhortantibus, domini, qui illicita praeceperunt, secundum legem Iuliam infames pronuntiari, honoris sui aut originis propriae dignitate non uti. Servi, qui furori dominorum paruerunt, metallis per sententiam damnabuntur. Iudex vero scire debeat poena se percellendum, si crimen violentiae apud se probatum aut distulerit aut omiserit aut impunitati donaverit. Viles personae, si bis aut frequenter convicti fuerint violentiam perpetrasse, constituta poena tenentur.

VIII. DE PRIVATI CARCERIS CUSTODIA.[a])

Ut si quis privato carceri reum destinaverit, sic habeatur ut reus maiestatis.

a) Ad inscr. legis: *Maior qui christianis legem religioni convenientem edixit* et in m.: *Ut si quemcunque appellet, quia secundum legem Iuliam quibusdam populum romanum et imperatorem appellantibus parcitur.* b) Ad inscr.: *Frater gratiani, qui postea strangulatus est agente suo comite.*

a) Ad inscr.: *maior cultor christianae religionis.*

## EPIT. MONACHI.

Convictus in iudicio de evidenti violentia capite puniatur, nec sententiam iudicis qualibet appellatio suspendat. Et si homicidia ab utraque parte commissa fuerint, in illum vindicetur, qui ut alium per caedem expelleret, ingressus est.

Si quis adversarium suum ita apud iudicem accusaverit, ut se asserat violentiam pertulisse, approbationem rei eum convenit obtinere[a]). Quod si probare non potuerit, quem dixerat violentum, eandem poenam suscipiat, quam ille convictus potuisset excipere.

Servi si inscio domino convicti fuerint violentiam commisisse, addicti tormentis puniantur. Si vero iubentibus dominis vim fecerint, domini notentur infamia et honorem non habeant et servi in metallo detrudantur. Non liceat iudicibus discussionem violentiae differre vel dimittere, quia si statim ut probaverint, non vindicaverint, noverint se periculum subituros. Viles autem personae, quae bis aut ter vel frequenter admiserint violentias, suprascripta poena feriantur. *Dat. prid. Non. Mart. Valentiniano A. IIII. et Neoterio Coss.*[b])

VIII. DE PRIVATI CARCERIS CUSTODIA.

Si quis posthac reum privato carceri destinaverit, reus maiestatis habeatur. *Dat. prid. Kal. Mar. Theodosio A. V. et Ginedio V. C. Coss.*[a])

a) 63, 64 *adtenere.* b) Subscript. deest in 62.

a) Subscript. deest in 62.

## EPIT. S. GALL.

Imp̄ cons̄ data XV. kāl mād. *Intp̄.* Si ingenuus homo convictus fuerit ante iudicem qd̄ alicui evident̄ violenciā[b]) sine culpa intulisset capite puniatur et qd̄ si ibidē ambe partes omicidiū factū fuerit in illū vindicetur qui ipsam violenciā intulit similit̄ si aliquis sup aliū violentiā dic̄ si hoc ante iudicē ꝓbare n̄ potuerit[c]) sup cū qd̄ ei aliqua violencia fecisset tale pena susteneat[d]) quale ille debuerat sustinere qui violentum ēē dix;[e])

*It̄. alia. Intp̄.* Servi si nescientib; dn̄is suis alicui violenciā fecerint puniant'; et si dn̄i eorū hoc consenserint dignitatē suā amissa notati infamiae deputentur; Servi vero qui talem causā ad suus[f]) dn̄s consentierint in metallo deputent'.

VIII. DE PRIVATI CARCERE COSTODIA.

Imp̄. theodō. data. II. id̄. mad̄. *Intp̄.* Si quis iudex qui violentis homines scienter aut de carcere aut sic loco dimittunt ut ipsa causa diligent̄ n̄ inquirant tale pena exinde habeant ipsi iudices sic̄ in superiorē legem[a]) scriptū est.

b) 65 *exidente violentia.* c) 66 *potuerint.* d) 65 *violentiam f. talem poenam.* e) c. 2 om. f) 65 *ad suos.*

a) 65 *theud.* — *violentes* — *lege.* Ex eodem cod. recepi *scienter*; 66 *scient*, omissa virgula.

## TITULUS IX. [a]) DE EMENDATIONE SERVORUM.

1.[b]) *Imp. Constantinus A. Maximiliano Macrobio*... Quoties verbera dominorum talis casus servorum comitabitur, ut moriantur, culpa nudi sunt, qui, dum pessima corrigunt, meliora suis acquirere vernulis voluerunt. Nec requiri in huius modi facto volumus, in quo interest domini incolume iuris proprii habere mancipium, utrum voluntate occidendi hominis an vero simpliciter facta castigatio videatur. Toties etenim dominum non placet morte servi reum homicidii pronuntiari, quoties simplicibus quaestionibus domesticam exerceat potestatem. Si quando igitur servi plagarum correctione, imminente fatali necessitate, rebus humanis excedunt, nullam metuant domini quaestionem. *Dat. XIV. Kal. Mai. Sirmio, Constantino A. VII. et Constantio C. Coss.*

Interpretatio. *Si servus, dum culpam dominus vindicat, mortuus fuerit*[c]), *dominus culpa homicidii non tenetur, quia tunc homicidii reus est, si occidere voluisse convincitur. Nam emendatio non vocatur ad crimen.*

**Epit. Aeg.** TIT. IX. DE EMENDATIONE SERVORUM.

Si servus, dum culpam dominus vindicat, mortuus fuerit, dominus culpa homicidii non tenetur, quia tunc homicidii reus est, si occidere voluisse convincitur.

**Epit. Suppl. Lat. 215.** TIT. VIII. DE EMENDATIONE SERVORUM.

Si servus, dum culpam dominus vindicat, mortuus fuerit, dominus culpa homicidii non tenetur.

## TITULUS X. [a]) DE EMENDATIONE PROPINQUORUM.

1.[b]) *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Senatum.* In corrigendis minoribus pro qualitate delicti senioribus propinquis tribuimus potestatem, ut, quos ad vitae decora domesticae laudis exempla non provocant, saltem correctionis medicina compellat. Neque nos in puniendis morum vitiis potestatem in immensum extendi volumus, sed iure patrio auctoritas corrigat propinqui iuvenis erratum et privata animadversione compescat. Quod si atrocitas facti ius domesticae emendationis excedit, placet, enormis delicti reos dedi iudicum notioni. *Dat. prid. Kal. Dec. Valentiniano et Valente AA. Coss.*

Interpretatio. *Propinquis senioribus lege permittitur errorem vel culpas adolescentium propinquorum patria districtione corrigere, id est ut si verbis vel verecundia emendari non possint, privata districtione verberibus corrigantur. Quod si gravior culpa fuerit adolescentis, quae privatim emendari non possit, in notitiam iudicis deferatur.*

**Epit. Aeg.** TIT. X. DE EMENDATIONE PROPINQUORUM.

A propinquis senioribus debent corrigi adolescentes, et si verbis non emendati fuerint, verberibus corrigantur. Quod si gravior culpa fuerit, in notitiam iudicis deferatur.

**Epit. Suppl. Lat. 215.** TIT. IX. DE EMENDATIONE PROPINQUORUM.

Si iuniores propinqui verbo correcti se non emendaverint, verberibus corrigantur.

## TITULUS XI. [a]) AD LEGEM CORNELIAM DE SICARIIS.

1.[b]) *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Probum Pf. P.* Si quis necandi infantis piaculum aggressus aggressave sit, erit capitale istud malum. *PP. VII. Id. Febr. Romae, Gratiano A. III. et Equitio Coss.*

Interpretatio. *Sive vir sive mulier infantem necaverit, rei homicidii*[c]) *teneantur.*

2.[d]) *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. ad Provinciales.* Liberam resistendi cunctis tribuimus facultatem, ut quicunque militum vel privatorum ad agros nocturnus populator intraverit, aut itinera frequentata insidiis aggressionis obsederit, permissa cuicunque licentia, dignus illico supplicio subiugetur, ac mortem, quam minabatur, excipiat, et id, quod intendebat, incurrat. Melius est enim occurrere in tempore, quam post exitum vindicari. Vestram igitur vobis permittimus ultionem, et, quod serum est punire iudicio, subiugamus edicto. Nullus parcat militi, cui obviari telo oporteat ut latroni. *Dat. Kal. Iul. Tatiano et Symmacho Coss.*

Interpretatio. *Quoties ad faciendam rapinam aliquis aut iter agentem aut domum cuiuslibet nocturnus exspoliator aggreditur, huius modi personis, quae vim sustinent, damus etiam cum armis licentiam resistendi, et si pro temeritate sua occisus fuerit ille, qui venerit, mors latronis ipsius a nemine requiratur.*

**Epit. Aeg.** TIT. XI. AD LEGEM CORNELIAM DE SICARIIS.

Si quis infantem necaverit [a]), ut homicida teneatur.[b])

Si[c]) quis ad faciendam rapinam aggreditur aut iter agentem in praediis assederit aut domum alterius nocturnus spoliator intraverit, et occisus fuerit, mors latronis ipsius a nemine requiratur.

**Epit. Suppl. Lat. 215.** TIT. X. AD LEGEM CORNELIAM DE SICARIIS.

Si vir aut mulier infantem necaverint, rei [a]) homicidii teneantur.

Si irruentem ad rapinam seu in itinere seu ad effrangendum domum suam quisquis occiderit, non culpabitur.

a) Tit. IX. C. Th. *Tit. XII.* et complectitur duas leges. b) c. 1. C. Th. *c.* 2. Ad interpr. cf. Regino II, 59 et cod. 668 Bibl. Univers. Lips. Paul. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—10, 12—14, 16, $17^{a}$; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 43, 45; inscr. et textus in codd. 21—24 (sed vid. de cod. 24 not. *c*); textus et subscr. om. in codd. 26—28; solus textus in codd. 25, 29—40; sola interpr. in cod. 19. c) In cod. 24 fol. 47 desinit cum vv. *mortuus fuerit* et fol. 48 incipit cum vv. *in sui operis utilitatem* interpret. c. 1 C. Th. Ne Damna (XI, 5).

a) Tit. X. C. Th. *Tit. XIII.* b) c. 1. C. Th. *c. un.* Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—10, 12—14, 16, $17^{a}$, 29; omnia praeter interpr. des. in codd. 42—45; inscr. et textus in codd. 21—23; textus et subscr. in codd. 26—28; solus textus om. in codd. 25, 30—40; sola interpr. in cod. 19.

a) Tit. XI. C. Th. *Tit. XIV.* In Codice Theodosiano hic titulus complectitur tres leges. b) c. 1. C. Th. *c.* 1. In cod. 26 haec c. secundo, secunda primo loco posita est. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—10, 12—14, 16, $17^{a}$, 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 43, 45; inscr. et subscr. in codd. 21, 23; textus et subscr. in codd. 22, 27, 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29—40. De cod. 11 vid. supr. IX, 7, 2, not. c. c) Lex *capitale malum.* d) c. 2. C. Th. *c.* 2, sed vid. de cod. 26 c. 1 h. t. Ad interpr. cf. Form. Sirm. 30. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—14, 16, $17^{a}$; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 42, 43, 45; inscr. et textus in codd. 21—23; textus et subscr. in cod. 28; solus textus om. in codd. 25, 29—40; sola subscr. in cod. 26; sola interpr. in cod. 19. In cod. 44 nonn. vv. textus et interpr. leguntur.

Epit. Aeg.: a) Aeg. *negaverit.* b) Ben. Lev. III, 168. Isaac. II, 11. c) Ben. Lev. III, 169.

Epit. Suppl. Lat. 215: a) Cod. *reus.*

## EPIT. GUELPH.

VIIII. DE EMENDACIOÑ SERVORUM Gãi. ʔ III.[a])

Servus dum ververatur. si moriatur. dominus ad culpam humicidii non tenetur.

X. DE EMENDACIOÑ PROPINQUORUM.

Minoris. pro delicto. ad propinquis. verberibus. emendandi.

AD LEGE CORNILIA̅ DE SICARIIS. pl· V· ʔ· XXV· l· III.[a])

Qui infantem. negaverit. ut humicida tenetur.

Nocturno expoliatori. cum armis. resistendum.

a) Gai. tit. III.

a) Paul. V, 25, 3.

## EPIT. LUGD.

VIIII. DE EMENDATIONE SERVORUM.

Ut[a]) a culpa dominus habeatur nudus, si dum culpam vindicat in servo, verberibus servus moritur, sed culpam homicidii tunc incurrit dominus, quando convincitur, servum occidere voluisse.[b])

XI. AD LEGEM CORNELIAM DE SICARIIS.[a])

Lex I.[b]) Ut quicunque vel quaecunque infantem necaverit, id est occiderit, pro homicida teneatur et tale peccatum capite deleri debeat.

Lex II.[c]) Facultatem cunctis tribuit resistendi, ut si aliquis militum ad cuiuscunque agrum populator nocturnus accesserit, aut itinera, quae frequentantur, insidiis aggressionis obsederit, a quocunque, qui ei occurrerit, supplicio subiugetur, nec habendus sit ille pro homicida, qui talem latrocinantem peremerit.

a) In m. cod.: *Gai aera III* et *Servis propriis infra domum nutritis non emptitiis a vernando nomen tractum.* b) Tit. X. non est expositus.

a) In m. *Pauli sententiarum Lib. V. aera XV* (leg. *XXV*). b) Ad inscr. c. 1: *Ultimus horum filius Valentiniani nepos Valentis.* c) Ad inscr. legis: *medius Valentinianus. Theod. maior cum filio.*

## EPIT. MONACHI.

IX. DE EMENDATIONE SERVORUM.

Si servus, dum culpam dominus vindicat, moriatur, dominus culpa homicidii non tenetur, nisi eum voluntarie occiderit. *Dat. Kal. Mart. Sirmio Constantino A. Cos.*[a])

X. DE EMENDATIONE PROPINQUORUM.

Propinquis adolescentibus permittitur a maioribus patria districtione culpas corrigere, ut si verbis vel verecundia non emendaverint, verberibus privatae corrigantur. Si maior culpa adolescentibus fuerit, in notitiam iudicis deferatur. *Dat. prid. Kal. Dec. Valentiniano et Valente Coss.*[a])

XI. AD LEGEM CORNELIAM DE SICARIIS.

Sive vir sive mulier infantem necaverit, reus homicidii teneatur.

[a]) Si quis ad faciendam rapinam aut iter agentem aut domum nocturnus exspoliator aggreditur, qui vim sustinet, damus licentiam cum armis resistendi et si latro ibidem occisus fuerit, a nemine requiratur. *Dat. Kal. Iul. Datio et Symmacho Coss.*

a) 62 om. subscript.

a) 62 om. subscript.

a) 64 add. *De Superventoribus.* Infra 62 om. subscript.

## EPIT. S. GALL.

VIIII. DE EMENDACIONE̅[a]) SERVORU.

Imp̃. cons̃ data X kal̃ mad. *Intp̃.* Si quis homo dũ suũ servũ ꝑ omicidii culpa in custodiam habuerit et ipse servus ibidẽ mortuus fuerit dñs eius ꝑ ipsa culpa homecidii ñ teneat' obnoxius.

X DE EMENDATJONE ꝓPINCORU̍.

Imp̃ valentinus. data II. kal̃ nov̄br; *Intp̃.* Si aduliscentes infantes aliquid minutas culpas fecerint dimittant eos in potestatẽ dominoru suoru vel ad patrẽ suum aut ad provincos ut ipse[a]) eos in private p verbu discutiant ut forsitã p blanda verba eis veritatẽ dicunt qd̃ si p verba ñ potuerint mittant eos in trabalio qd̃ nec sic p hoc ñ potuerint veritatẽ cognuscere postea si gravis culpa fuerit[b]) ad discussionẽ iudicis tradatur.

XI AD LEGE[a]) CORNILIA DE SICARIIS.

Imp̃ valenĩ data. V. kal̃ feb̃ri. *Intp̃.* Si vir aut mulier sua voluntate infantẽ[b]) negaverit rei omicidii teneat'.

*It̃ alia.* *Intp̃* Si quicũq: homo aut nocturnis oris aut diurnis armatus forsitã alius homines aut de trã ambulantes aut in sua casa asalire voluerit et si ipsi homines suas causas aut se ipsos defendendos illũ qui eũ adsalierit occiserint nulla mala[c]) exinde habeant et illu qui vii[d]) occisus ẽ ꝑ rei latronis mortẽ[e]) habeant'.

a) 65 *emendationem.*

a) 65 *fecerit—ipsi.* b) 65 *graves culpas fuerint.*

a) 65 *legem.* b) 65 *infante.* c) 65 *nullam malam.* d) Pro *sic;* a 65 abest. e) 65 *latrone morte.*

LEX ROM. VISIGOTH. | EPIT. AEG. | EPIT. SUPPL. LAT. 215.

## TITULUS XII.[a]) DE PARRICIDIO.

1.[b]) *Imp. Constantinus A. ad Verinum Vicarium Africae.* Si quis in parentis aut filii aut omnino affectionis eius, quae nuncupatione parricidii continetur, fata properaverit, sive clam sive palam id fuerit enisus, neque gladio, neque ignibus, neque ulla alia solenni poena subiugetur, sed insutus culeo et inter eius ferales angustias comprehensus serpentum contuberniis misceatur et, ut regionis qualitas tulerit, vel in vicinum mare vel in amnem proiiciatur, ut omni elementorum usu vivus carere incipiat, ut ei coelum superstiti, terra mortuo auferatur. *Dat. XVI. Kal. Dec. Licinio V. et Crispo C. Coss. Acc. prid. Id. Mart. Karthagine, Constantino A. V. et Licinio C. Coss.*

Interpretatio. *Si quis patrem matrem, fratrem sororem, filium filiam aut alios propinquos occiderit, remoto omnium aliorum genere tormentorum, facto de coriis sacco, qui culeus nominatur, in quo quum missus fuerit, cum ipso etiam serpentes claudantur: et si mare vicinum non fuerit, in quolibet gurgite*[c]) *proiiciatur, ut tali poena damnatus nullo tempore obtineat sepulturam.*

**Epit. Aeg.** TIT. XII. DE PARRICIDIO.

Si quis propinquum suum occiderit, sive[a]) clam sive palam id fuerit enisus, facto de corio sacco, qui culeus nominatur, aut in mare aut in quolibet gurgite proiiciatur.

**Epit. Suppl. Lat.** TIT. XI. DE PARRICIDIO.

Parricida, qui patrem matrem, fratrem sororem, filium aut filiam vel alios propinquos occiderit, cum serpentibus insutus[a]) corio aut in mare aut in amne vicino iactatus, nullo unquam tempore accipiat sepulturam. In libro autem Pauli Sententiarum quinto hera XXVI. ad Legem Pompeiam omnes parricidae aut ignibus concrementur aut bestiis deputentur. Sed ibi hoc habet amplius, quia non solum interfectores parentum, sed etiam patronorum parricidii nomine et poena plectuntur.

## TITULUS XIII.[a]) DE MALEFICIS ET MATHEMATICIS ET CETERIS SIMILIBUS.

1.[b]) *Imp. Constantinus A. et C. ad Bassum Pf. P.* Eorum est scientia punienda et severissimis merito legibus vindicanda, qui magicis accincti artibus aut contra hominum moliti salutem aut pudicos ad libidinem deflexisse animos detegentur. Nullis vero criminationibus implicanda sunt remedia humanis quaesita corporibus aut in agrestibus locis, ne maturis vindemiis metuerentur imbres aut ruentis grandinis lapidatione quaterentur, innocenter adhibita suffragia, quibus non cuiusque salus aut existimatio laederetur, sed quorum proficerent actus, ne divina munera et labores hominum sternerentur. *Dat. X. Kal. Iun. Aquileia, Crispo et Constantino Caess. Coss.*

Interpretatio. *Malefici vel incantatores vel immissores tempestatum vel ii, qui per invocationem daemonum mentes hominum turbant, omni poenarum genere puniantur.*

2.[c]) *Imp. Constantius A. et Iulianus C. ad Populum.* Nemo haruspicem consulat aut mathematicum, nemo hariolum. Augurum et vatum prava confessio conticescat. Chaldaei ac magi et ceteri, quos maleficos ob facinorum magnitudinem vulgus appellat, nec ad hanc partem aliquid moliantur. Sileat omnibus perpetuo divinandi curiositas. Etenim supplicium capitis feret gladio ultore prostratus, quicunque iussis obsequium denegaverit. *Dat. VIII. Kal. Febr. Mediolano, Constantio A. IX. et Iuliano Caes. II. Coss.*

Interpretatio. *Quicunque pro curiositate futurorum vel invocatorem daemonum vel divinos, quos hariolos appellant, vel haruspicem, qui auguria colligit, consuluerit, capite punietur.*

3.[d]) *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Secundum Pf. P.* Ne quis deinceps nocturnis temporibus aut nefarias preces aut magicos apparatus aut sacrificia funesta celebrare conetur. Detectum atque convictum competenti animadversione mactari, perenni auctoritate censemus. *Dat. V. Id. Sept. divo Ioviano A. et Varroniano Coss.*

Interpretatio. *Quicunque nocturna sacrificia daemonum celebraverit vel incantationibus daemones invocaverit, capite puniatur.*

**Epit. Aeg.** TIT. XIII. DE MALEFICIS ET CETERIS SIMILIBUS.[a])

Malefici, incantatores vel immissores[b]) tempestatum vel hi, qui per invocationem daemonum mentes hominum turbant, omni poenarum genere puniantur,[c]) et qui eos consuluerint, capite puniantur.

**Epit. Suppl. Lat.** TIT. XI.*) DE MALEFICIS ET CETERIS SIMILIBUS.

Malefici, incantatores vel immissores tempestatum vel hi, qui per invocationem daemonum mentes hominum turbant, et[a]) invocatores daemonum pro rebus futuris, divini, qui harioli appellantur, omni poenarum genere puniantur, et qui eos consuluerint, capite puniantur.

a) Tit. XII. C. Th. *Tit. XV.* L. Vis. VI, 5, 17, 18. b) c. 1. C. Th. *c. un.* De interpr. cf. Regino II, 57 et cod. Univ. Lips. Paul. 668. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—14, 16, 17ª; omnia praeter interpr. des. in codd. 41—43, 45; inscr. et textus in codd. 21—23; textus et subscr. in codd. 26—28; solus textus om. in codd. 25, 29—40; sola interpr. in cod. 19. c) Lex amplior est.

a) Tit. XIII. C. Th. *Tit. XVI.* et complectitur duodecim leges. L. Vis. VI, 2, 1 et 3. b) c. 1. C. Th. c. 3. Ad interpr. cf. Regino II, 360. Ivo, Decr. XI, 53. Burch. X, 28. Cod. Bibl. Univ. Lips. 668. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—14, 16, 17ª; omnia praeter interpr. des. in codd. 41, 43; inscr. et textus in codd. 21—23; textus et subscr. in codd. 26—28; solus textus om. in codd. 25, 29—40; sola interpr. in cod. 19. c) c. 2. C. Th. *c.* 4. Capit. ann. 789, c. 63. Capit. I, 62. Ad interpr. cf. Regino II, 361. Burch. Decr. X, 30. Ivo, Decr. XI, 55. Interpr. h. et sq. c. adhibitam esse ad art. 108 Ed. Th. putat Gloeden l. c. p. 31, sed vid. praefat. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—14, 16, 17ª; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 43; inscr. et textus in codd. 21—23, 41; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 29—40; sola interpr. in cod. 19. d) c. 3. C. Th. *c.* 7. Ad interpr. cf. Regino II, 362. Burch. X, 31. Ivo, Decr. XI, 56. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—14, 16, 17ª; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 41, 43, 45; inscr. et textus in codd. 21—23; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 29—40; sola interpr. in cod. 19.

a) Vv. *sive—enisus* sunt ex lege. Antea nonn. codd. om. *suum.*

a) 50 err. *De Parricidiis Et C. S.* b) Plerique codd. *emissores.* c) Seqq. sumta sunt ex interpr. c. 2 h. t. Ipsa c. 2 deest, sicuti et c. 3. Ceterum 53 *et qui eos.* Rell. et Aeg. *et qui eis.*

a) Cod. *aut efiliam—incusutus.*

*) Falso repetitur numerus *XI.* a) Seqq. hausta sunt ex c. 2. Om. c. 3.

| EPIT. GUELPH. | EPIT. LUGD. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|
| DE PARIDIO. | XII. DE PARRICIDIO. | XII. DE PARRICIDIO. | XII. DE PARRICIDIO. |
| Qui in parentum vel propincorum. mortem. adspirat. gravi pena. poniendus. | Ut[a]) si quis patrem matrem, fratrem sororem, filium filiam occiderit, quod non alia poena, sed sacco insutus et serpentibus intus sociatus in mari vel vicina amni immissus debeat perimi.[b]) | Si quis patrem matrem, fratrem sororem, filium vel filiam vel alios propinquos occiderit, facto de coriis sacco, qui culeus appellatur, et cum ipso ibidem serpentes claudantur et in gurgitem proiiciatur, ut nullo tempore obtineat sepulturam. *Dat. X. Kal. Dec. Constantino A. V. et Licinio Coss.*[a]) | Imp̃; cons̃ data XVII. kal̃ decemb̃; *Intp̃.* Si aliquis patre aut matre aut fratrem aut sororẽ aut filiu aut filiã aut aliũ suũ ꝓpinquũ occiserit factũ de corio saccũ quod colleus dicitur et ibidẽ ipsũ omicidã mittatur et cũ ipsos[a]) serpentes includant' et si ꝓpe ẽ mare in ipso mare eũ dimergat'[b]) si mare ꝓpe ñ ẽ in loco aut in ꝓfundo gurgo dimergantur ut nullo tẽpore eius corpore ñ obtineat sepultura; |
| XIII. DE MALEFICIS MATHEMATICIS. ET CETERIS. SIMILIBUS. pl' V. ⸮ XXIII' et XXV. l' XI. XII.[a]) | XIII. DE[a]) MALEFICIS, MATHEMATICIS ET CETERIS SIMILIBUS. | XIII. DE MALEFICIS ET MATHEMATICIS.[a]) | XIII. DE MALEFICIS ET MATHEMATICIS ET CETERIS SIMILIB;. |
| I[b]) Sciencia. ipsa ponienda. auruspicis.[c]) non consolendus. si q fecerint. capiti. poniendi. | Lex I.[b]) Quod omni poenarum genere sint puniendi, qui magicis artibus contra hominum salutem moliti fuerint aut per quascunque daemonum invocationes mentes hominum conturbaverint. | Malefici, incantatores, emissores tempestatum vel qui per invocationem[b]) daemonum mentes hominum turbant, poenarum genere puniantur. | Imp̃. cons̃. data. XV. kal̃. iul̃i *Intp̃.* Malefici ĩ incantatores vel missores tẽpestatũ vel hiis qui p invocationẽ demonũ mentes hominũ turbant hii vero omne penarũ generi[a]) puniantur. |
| | Lex II.[c]) Qui propterea, ut futura cognoscat, daemonum invocatorem vel divinum, quem hariolum appellant, vel haruspicem consuluerit, quod capite debeat puniri. | Quicunque divinos vel hariolos vel haruspices consuluerit, capite puniatur. | *It̃ alia. Intp̃.*[b]) Quicũq. sacrificia demonũ celebraverint ĩ incantationũ demones invocaverint capite puniant'. Similĩ quicũq:[c]) invocationẽ demonũ vel indivinitus ariolus apellant[d]). ĩ in aruspices qui aguria cablant[e]) crediderint capite puniant'. |
| II. Nocturna sacrificia. non celebranda si q fecerit pena qua supra. incurrit. | Lex III.[d]) Si quis daemones per nocturna sacrificia invocaverit aut preces nefarias aut funesta sacrificia fecerit, quod debeat capitalem perferre sententiam. | Quicunque nocturna sacrificia daemonum celebraverit vel incantationes daemonum invocaverit, capite puniatur. *Dat. V. Id. Sept. Divo Ioviniano et Carboniano Coss.*[c]) | |
| a) Paul. V, 23 et 25, §. 11 et 12. b) Prima vv. ex lege ipsa sumta sunt. c) Ex c. 2 h. t. | a) In m. cod.: *Paul. sent. Lib. V. aera XXIIII* (leg. *XXVI*). b) In m. cod.: *quia lex Pompeiana huius modi exurere aut bestiis tradi iussit.* a) In m. cod.: *Pauli Sententiarum Lib. V. aera XXIII et XXV.* b) Ad inscr. legis: *Qui solus monarchiam tenuit imperii.* c) Ad inscr.: *Constantini maioris filius. Iulianus qui a fide Christi recessit.* d) Ad inscr.: *Unus orientalis alter occidentalis imperator.* | a) 62 om. subscript. a) 62 in m. add. *et his similia.* b) 62 *incantationem.* c) 62 om. subscript. | a) 65 *ipso.* b) 65 *ipsum m. eum dimergantur.* a) 65 *his qui—genere.* b) Conflatae sunt h. et sq. c. interpretationes in unam. c) 66 add. *in.* d) 65 *in divinos ariolos.* e) Canc. notat. „*aguria cablant:* auguria fabulantur. Rudi Italico dicimus *cabalare* uti et fabulatores *cabaloni.*“ |

LEX ROM. VISIGOTH. | EPIT. AEG. | EPIT. SUPPL. LAT. 215.

## TITULUS XIV.[a]) AD LEGEM FABIAM.

1.[b]) *Imp. Constantinus A. ad Domitium Celsum Vicarium Africae.* Plagiarii, qui viventium filiorum miserandas infligunt parentibus orbitates, metalli poena cum ceteris ante cognitis suppliciis tenebantur. Si quis tamen eiusmodi reus fuerit oblatus, posteaquam super crimine patuerit, servus quidem vel libertate donatus bestiis primo quoque munere obiiciatur, liber autem sub hac forma in ludum detur gladiatorium, ut, antequam aliquid faciat, quo se defendere possit, gladio consumatur. Eos autem, qui pro hoc crimine iam in metallum dati sunt, nunquam revocari praecipimus. *Dat. Kal. Aug. Constantino A. IV. et Licinio IV. Coss.*

INTERPRETATIO. *Hi, qui filios alienos furto abstulerint et ubicunque transduxerint, sive ingenui sive servi sint, morte puniantur.*

EPIT. AEG.: TIT. XIIII. AD LEGEM FABIAM,[a]) HOC EST QUI FILIOS INVOLANT ALIENOS.

Hoc est, seu servus seu ingenuus, capite puniatur.

EPIT. SUPPL. LAT.: TIT. XIII. AD LEGEM FABIAM, QUI FILIOS INVOLANT ALIENOS.

Seu servus seu ingenuus, capite puniatur.[a])

## TITULUS XV.[a]) AD LEGEM CORNELIAM DE FALSO.

1.[b]) *Imp. Constantinus A. Mechilio Hilariano Correctori Lucaniae et Brittiorum.* Si quis decurio testamentum vel codicillos aut aliquam deficientis scripserit voluntatem, vel conscribendis publicis privatisque instrumentis praebuerit officium, si falsi quaestio moveatur, decurionatus honore seposito, quaestioni, si ita poposcerit causa, subdatur. Sed non statim desinit esse decurio, qui in huius modi facto fuerit deprehensus. Quantum enim ad municipales pertinet necessitates, decurio permanet; quantum ad rem gestam et veritatem reserandam, uti decurionatus honore non poterit. §. 1. Nec vero is, qui ante fuerit tabellio, ad eludendam quaestionem super his, quae ante conscripsit[c]), factus decurio defendi hac poterit dignitate, quoniam scripturae veritas, si res poposcerit, per ipsum debet probari auctorem. *Dat. III. Kal. Febr. Acc. Kal. Aug. Sabino et Rufino Coss.*

INTERPRETATIO. *Si quis curialis voluntatem morientis aut quodlibet publicum documentum scripserit, et de falsitate accusatur, seposita primitus dignitate, si necesse fuerit, subdatur examini: qui si convincitur, a curia non expelletur, sed curiae dignitate privabitur, id est*[d]) *ut honoratus esse non possit. Tabellio vero, qui*[e]) *amanuensis nunc vel cancellarius dicitur, etiamsi ad curiae pervenerit dignitatem, si de falsitate accusatus fuerit aut convictus, subdatur examini, ut per ipsum, per quem confecta est, scripturae veritas approbetur.*

2.[f]) *Imppp. Valens, Gratianus et Valentinianus AAA. ad Maximinum Pf. P.* Damus copiam iurgantibus, si apud iudicem proferatur scriptura, de qua oritur aliqua disputatio, spatium ut habeat, qui perurgeat, profitendi, utrum de falso criminaliter, an de scripturae fide statuat civiliter experiri. §. 1. Quod si expetens vindictam falsi crimen intenderit, erit in arbitrio iudicantis, an eum sinat etiam sine inscriptione certare. Iudicis enim potestati committi oportet, ut de eo, qui obiecta non probaverit, sumat propositum antiquo iure supplicium. Rationi quoque huius modi plenissime suffragatur antiquitas, quae nequissimos homines et argui voluit et coerceri legibus variis, Cornelia de veneficiis, sicariis, parricidiis, Iulia de adulteris ambitusve criminibus, ceterisve ita promulgatis, ut possit etiam sine inscriptione cognosci, poena tamen accusatorem etiam sine solennibus occuparet. De qua re et divus Antoninus rescripsisse docetur, id in iudicis potestate constituens, quod nosmet in legibus iusseramus. Removebitur itaque istius lenitate rescripti praecepti superioris austeritas, ut, si quis deinceps tabulas testamenti, chirographa testationesque, nec non etiam rationes privatas vel publicas, pacta et epistolas vel ultimas voluntates, donationes, venditiones vel si quid prolatum aliud insimulare conabitur, habeat, praetermissis solennibus, accusandi facultatem, pro iudicis motu sententiam relaturus. §. 2. Civiles autem inquisitiones inter utrasque confligentium partes aequali motu ingruit et recurrit humanitas, quum is, qui praeerit quaestioni, intentiones falsas aut conficta crimina ex legibus poenis competentibus possit ulcisci. *PP. Romae XVI. Kal. Mai., Valente V. et Valentiniano AA. Coss.*

EPIT. AEG.: TIT. XV. AD LEGEM CORNELIAM DE FALSO.

Si quis curialis falsum conscripserit testamentum vel codicillum, caedatur et careat honore, sed a curia non recedat[a]). Si tabellio, qui amanuensis vel cancellarius nunc dicitur, de falsitate fuerit convictus, subdatur examini, ut per ipsum veritas approbetur.

EPIT. SUPPL. LAT.: TIT. XIV. AD LEGEM CORNELIAM.

Si curialis falsum conscripserit testamentum vel codicillum, caedatur et careat honore, sed a curia non recedet; et si amanuensis fraudem conscripserit, subdatur examini, ut veritas approbetur.

a) Tit. XIV. C. Th. *Tit. XVIII.* In codd. add. Explan. b) c. 1. C. Th. *c. un.* L. Vis. VII, 3, 3. Interpr. Regino II, 352. Integra cum int. est in codd. 1, 2, 4—14, 16, 17[a], 29; omnia praeter int. des. in codd. 41—43, 45; inscr. et textus in codd. 21—23; textus et subscr. in codd. 26—28; solus textus om. in codd. 25, 30—40; sola interpr. in cod. 19.

a) Tit. XV. C. Th. *Tit. XIX.* et complectitur quatuor leges. Cf. L. Vis. VII, 5. b) c. 1. C. Th. *c.* 1. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 5—14, 16, 17[a]; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—23; textus et subscr. in codd. 26—28; part. textus, subscr. et interpr. in cod. 4 (vid. infra not. *c*); solus textus om. in codd. 25, 29—40; sola interpr. in cod. 19. c) In cod. 4 h. l. lacuna est. Nam quaternio XI. desinit cum v. *conscripsit*, quaternio XIII. incipit cum vv. *expetisse noscatur* c. 4 C. Th. de Bonis Proscript. (IX, 32). Periit igitur quaternio XII. d) Haec add. ab interpr. e) Multi codd. om. *vel cancellarius.* Recte interpr. Cf. Ritt. ad C. Th. I, 82; Goth. III, 177. Savigny l. c. T. I. p. 49, not. 103 (ed. I.), p. 72, not. *m* (ed. II.). f) c. 2. C. Th. *c.* 4. In cod. 19 haec c. ad proximum tit. relata est, add. rubrica: *Tit. XVI. Posse civiliter et criminaliter agi.* Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 5—14, 16, 17[a], 19; omnia des. in codd. 27, 44; inscr. et textus in codd. 21—23; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 29—40.

a) Nonn. codd. om. *Hoc est*, 51 *Hoc — alienos.* Aeg. *invocant.* 57 *inclinant.*

a) Multi codd. *ceditur — caret — recedit.* Infra Aeg. mendose *examini.*

a) In cod. sequitur tit. VIII. de Privati carceris custodia et appellatur tit. *XIII.* Vid. supra tit. VIII. not. *a.*

## EPIT. GUELPH.

XIIII. AD LEGE FABIAM HOC EST QUI FILIUS. INVOLANT. ALIENUS.

Sive ingenuus. sive servus. capite. poniendus. L II·[a]) ⁊ XXXII. Ⱡ· I.

XV. AD LEGE CORNILIAM DE FALSO

Curiales. qui volumtatis moriendú. aut aliquid in falso scripserint. damnatur; vel quescione subdatur.

a) Id est Pauli.

## EPIT. LUGD.

XIV. AD LEGEM FABIAM, HOC EST QUI FILIOS INVOLANT ALIENOS.

Si[a]) quis filios furto abstulerit alienos, si servus fuerit aut libertus, bestiis detur, liber vero in tali crimine inventus, in ludum gladiatorum datus gladio consumatur.[b])

XV. AD LEGEM CORNELIAM DE FALSO.[a])

Lex I. Ut si decurio de falsitate accusatus fuerit, quia voluntatem morientis aut publicum documentum quodlibet scripserit, quod debeat deposita dignitate subdi examini et si convictus fuerit, dignitate privari, a curia tamen non expelli. Similiter et tabellio, etiamsi pervenerit ad curiae dignitatem, accusatus vel convictus examini subdatur.

Lex II.[b]) Si apud iudicem prolata fuerit scriptura, de qua oriatur aliqua disputatio, quod iudex debeat accusatori dare spatium, ut deliberet, utrum criminaliter de falso an de scripturae fide[c]) velit civiliter agere. Qui si expetens vindictam in[d]) falsi crimen intenderit, iudicis potestati[e]) committitur, ut sumat de eo, qui obiecta non probaverit, propositum antiquo iure supplicium. Est si quidem[f]) illi permissum, utrum velit inscriptione celebrata an sine inscriptione crimen obiectum discutere.

a) Ex interpr. et ex lege mixta sententia. b) In m.: *Plagiatores qui miseras infligunt parentibus orbitates ex filiis.*
a) In m. cod. : *Et Lib. XI* (C. Th.) *aera XIV et libro* (C. Th.) *I aera II lex IV. Pauli libro I aera XII. lex I, II et III. et aera XIII. lex III. lex IV. aera VII. et libro V aera IV. lex VI et aera XXVII. lex I et IV et VIII et XI. Gai aera III.* (?) et in alt. m.: *Cornelius senatorii ordinis vir qui et Scipio maior, qui manu propria cominus cum Hannibale dimicavit. Dictus autem Scipio a baculo, quem Tusci appellant σκιπους. Hic Cornelius Corneliam familiam fecit, a quo et Cornelia lex.* b) Ad inscr.: *Valens Gratiani avunculus Valentinianique iunioris* et in m. cod.: *Cornelia lex, quam Cornelius edixit, Iulia a Iulio dictatore.* c) Cod. *fidem.* d) Del. *in.* e) Cod. *potestate.* f) Haec hausta sunt ex interpr.

## EPIT. MONACHI.

XIIII. AD LEGEM FABIAM, QUI PARVULOS[a]) INVOLANT ALIENOS.

Qui filios alienos furatur, sive ingenuus sive servus sit, morte puniatur. *Dat. Kal. Aug. Constantino et Licinio Coss.*[b])

XV. AD LEGEM CORNELIAM DE FALSIS ACCUSATORIBUS.

Si curialis voluntatem morientis aut quodlibet publicum documentum scripserit et de falsitate accusatur, si necesse fuerit, subdatur examini. Si convincitur, a curia non expellitur, sed curiae dignitate privabitur. Tabellio, qui amanuensis nunc dicitur, si ad curiae pervenerit dignitatem, si de falsitate accusatus fuerit, subdatur examini, ut veritas approbetur.

a) 62 in m. *Filios.* b) 62 om. subscript.

## EPIT. S. GALL.

XIIII A LEGE FAVIA HOC Ē QUI FILIUS INVOLANT ALIENUS[a]).

Imp̃. cons̃. data kal̃ agus̃; *Intp̃.* Quicũq. homo filiũ alienũ involaverit.[b])

XV. AD LEGE[a]) CORNILIA DE FALSO.

Imp̃. cons̃ data IIII kal̃ feb̃ri; *Intp̃.* Si curiales de alicuius morientis voluntatẽ aliquid scripserit aut quelibet de publico documtu scripserit si falsũ fecerit et accusatus fuerit prius ipsa culpa[b]) conponat et si postea convictus fuerit onore pdat; nã de curia sua ñ exeat.

a) 65 *filios — alienos.* b) Canciani supplet ex interpr.: *morte puniatur,* recte.
a) 65 *legem Cornilia.* b) 65 *curialis — voluntate — documento — ipsam culpam.*

LEX ROM. VISIGOTH. | EPIT. AEG. | EPIT. SUPPL. LAT. 215.

Interpretatio. *De falso*[g]) *potest et criminaliter et civiliter agi. Civiliter, quum aliquis quibuslibet scripturis non falsi crimen obiecerit, sed veritatem scripturae se velle quaerere dicit. Nam si ad iudicem venerit accusator, et falsi crimen intenderit, iudex tribuat accusatori spatium, ut deliberet, utrum criminaliter agere an civiliter velit. Qui si reversus ad iudicem in obiecto falsitatis crimine perseveraverit, in potestate iudicis erit, utrum inscriptionem celebrari velit, an obiectum crimen sine inscriptione discutere. Quod*[h]) *quum iudex de obiectione falsitatis audierit, seu inscriptione habita seu omissa, aut in accusatum, si falsitas approbatur, aut in accusatorem, si falso obiecerit, proferatur ex lege sententia.*

Qui se[b]) veritatem scripturae quaerere dicit, si civiliter aut benigne inquirit, non illi debet inquisitio denegari. Nam si de falsitate accusaverit, aut in accusatum, si falsitas approbatur, aut in accusatorem, si falso obiecerit, proferatur ex lege sententia.

Qui veritatem scripturae quaerere dicit, si civiliter aut benigne inquirit, non illi debet inquisitio denegari. Nam si accusat et non probaverit, sumat ipse supplicium.

## TITULUS XVI.[a]) VICTUM CIVILITER AGERE ET CRIMINALITER POSSE.

TIT. XVI. VICTUM CIVILITER AGERE ET CRIMINALITER POSSE.

TIT. XVI. VICTUM CIVILITER AGERE ET CRIMINALITER POSSE.

1.[b]) *Imppp. Valens, Gratianus et Valentinianus AAA. ad Antonium Pf. P.* A plerisque prudentium generaliter definitum est, quoties de re familiari et civilis et criminalis competit actio, utraque licere experiri, nec si civiliter fuerit actum, criminalem posse consumi. Sic denique et per vim possessione deiectus, si de ea recuperanda interdicto Unde vi erit usus, non prohibetur tamen etiam lege Iulia de vi publico iudicio instituere accusationem; et suppresso testamento quum ex interdicto de Tabulis exhibendis fuerit actum, nihilo minus ex lege Cornelia testamentaria poterit crimen inferri; et quum libertus se dicit ingenuum, tam de operis civiliter quam etiam lege Visellia criminaliter poterit perurgeri. Quo in genere habetur furti actio et legis Fabiae constitutum. Et quum una excepta sit causa de moribus, sexcenta alia sunt, quae enumerari non possunt, ut, quum altera prius actio intentata sit, per alteram, quae supererit, iudicatum liceat retractari. Qua iuris definitione non ambigitur, etiam falsi crimen, de quo civiliter iam actum est, criminaliter esse repetendum. *Dat. prid. Id. Ian. Treviris, Valente VI. et Valentiniano II. AA. Coss.*

Interpretatio. *Sunt causae permixtae, civiles pariter et criminales; et possunt hae causae ita dividi, ut prius civilis, deinde criminalis agatur, si voluerit accusator: ita ut si quis de re sua fuerit violenter expulsus, et rem ablatam civili primitus maluerit actione repetere, momentum sibi restitui petat, et si de eius proprietate is, qui expulsus est, civiliter fuerit superatus, criminali postmodum actione servata, recepto primitus momento, potest postmodum impetere violentum. De testamento etiam, si quis commendatum a testatore testamentum in fraudem heredis fortasse suppresserit, et id heres scriptus iudicio restitui petit, testamento per iudicium momenti beneficio restituto, potest postmodum de suppresso testamento criminalem proponere actionem. Et reliquis similibus causis similis actio tribuatur.*

Hoc est, ut causae permixtae prius civiles, deinde criminales agi possint. Si quis de re sua fuerit expulsus, prius momenti beneficio repetat, deinde recepto primitus momento potest postmodum impetere violentum. Si quis testamentum fraude suppresserit et hoc in iudicio heredi scripto momenti beneficio fuerit restitutum, potest postmodum de suppresso testamento criminalem proponere actionem. Et reliquis similibus causis similis actio tribuatur.

Si quis de re sua fuerit expulsus, civili accusatione restitui sibi momentum petat, et si de eius proprietate is, qui expulsus est, civiliter fuerit superatus, criminali postmodum actione servata, recepto prius momento potest modum impedire violentum[a]). Si quis testamentum fraude suppresserit, heredes, testamento[b]) sibi per iudicium momenti beneficio restituto, possunt contra eum, qui suppressit, criminalem proponere actionem. Sed et de reliquis similibus causis similis actio tribuatur.

## TITULUS XVII.[a]) DE FALSA MONETA.

TIT. XVII. DE FALSA MONETA.

TIT. XVII. DE FALSA MONETA.

1.[b]) *Imp. Constantius A. Leontio Pf. P.* Praemio accusatoribus proposito, quicunque solidorum adulter potuerit reperiri vel a quoquam fuerit publicatus, illico, omni dilatione summota, flammarum exustionibus mancipetur. *Dat. XII. Kal. Mart. Antiochiae, Placido et Romulo Coss.*

Interpretatio. *Praemium accipiat, quicunque adulterum monetarium prodiderit, et is, qui proditus est*[c]), *si de monetae adulteratione convictus fuerit, ignibus concremetur.*

Si monetarius de monetae adulterio convictus fuerit, ignibus concremetur et qui eum prodiderit, praemium accipiat.

Adulterator monetae ignibus concremetur, proditor eius praemio muneretur.

## TITULUS XVIII.[a]) SI QUIS SOLIDI CIRCULUM EXTERIOREM INCIDERIT VEL ADULTERATUM IN VENDENDO SUBIECERIT.

TIT. XVIII. DE EO, QUI SOLIDI CIRCULUM, UT PONDUS MINUATUR, INCIDERIT[a]).

TIT. XVIII. SI QUI SOLIDI CIRCULUM EXTERIOREM INCIDERIT.

1.[b]) *Imp. Constantinus A. Leontio Pf. P.* Omnes solidi, in quibus nostri vultus ac veneratio una est, uno pretio aestimandi sunt atque vendendi, quamquam diversa formae mensura

g) Interpres explicat princ. legis. h) Sich. *aut.* Seqq. ab interprete male intellecta esse, iam monuit Go. Induxit interpretem in err. falsa legis scriptura *convicta* pro *conficta*.

a) Tit. XVI. C. Th. *Tit. XX.* 19 *Idem de eadem re.* Vid. c. 2 antec. tit. not. *f.* b) c. 1. C. Th. *c. un.* In cod. 19 est *c.* 2 h. t. Vid. not. *a* et c. 2 antec. tit. not. *f.* Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 5—14, 16, 17[a], 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 44, 45; inscr. et textus in codd. 21—23; textus et subscr. in codd. 26—28; solus textus om. in codd. 25, 29—40.

a) Tit. XVII. C. Th. *Tit. XXI.* et complectitur decem leges. b) c. 1. C. Th. *c.* 5. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 5—14, 16, 17[a]; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—23; textus et subscr. in codd. 27, 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29—40; sola interpr. in cod. 19. c) Sich. *proditor est.* Recte Ri. hanc Sichardi interpr. reprehendit.

a) Tit. XVIII. C. Th. *Tit. XXII.* b) c. 1. C. Th. *c. un.* L. Vis. VII, 6, 2 et 5. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 5—14, 16, 17[a]; omnia praeter interpr. des. in codd. 41—45; inscr. et textus in codd. 21—23; textus et subscr. in codd. 26, 27; solus textus om. in codd. 25, 28—40; sola interpr. in cod. 19.

b) Aeg. *Qui severitatem.*

a) Nonn. codd. om. rubricam et eius loco prima epit. vv. *Si quis s. c. inciderit* ponunt. 57 om. *ut pond. min.*

a) Ita cod. Leg. *potest postmodum impetere violentum.* b) Cod. *testamentum.*

| EPIT. GUELPH. | EPIT. LUGD. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|
| II. Si iscripture id est in falso. acusetur. iudex. aut in acusatum aut in acusatorem. falsitatem probaverit ex legem. sentencia profferat. | | De falso potest et criminaliter et civiliter agi. Civiliter, quum aliquis in scripturis non falsi crimen obiecerit, sed veritatem scripturae quaerere velle se dicit. Nam si ad iudicem venerit accusator et falsi crimen intenderit, iudex tribuat accusatori spatium, utrum criminaliter an civiliter velit. Si in obiecti criminis falsitate[a]) perseveraverit, in potestate iudicis erit, utrum inscribatur an sine scriptione discutiatur. Et quum discusserit causam, aut in accusatum aut in accusatorem proferatur ex lege sententia. *PP. XVI. Kal. Mai. Valente V. et Valentiniano Coss.*[b]) | *It̄ alia. Intp̄.* Si aliquis homo in cuiuslibet scripturis tā in civile quā in criminali n̄ falso[c]) crimen dixisset si ipsa carta vera ēē dicat' si ante iudicē venerint et ille qui acusat falso crim̄ in carta dixerit det iudex acusatori espatium ut deliberet si *postea* revenire voluer̄ ad iudicē et causa q:[d]) dix̄ recausare voluerit in potestatē iudicis erit aut de eū suscriptionē facere aut si loco[e]) discutere ut ꝓbet ille qui querit et si ꝓbare n̄ potuerit talē dānū susteneat qualē ille si convictus fuisset debuerat sustinere. |
| XVI. VICTUM CIVILITER AGERE ET CRIMINALITER POSSE l' III' ʔ XX.[a]) | XVI. AERA TIT. VICTUM CIVILITER AGERE CRIMINALITER POSSE. | XVI. VICTUM CIVILITER AGERE ET CRIMINALITER POSSE. | XVI. VICTŪ[a]) CIVILIT̄ AGERE ET CRIMINALIT̄ POSSIT. |
| Quod sint cause. permixte. civilis et criminalis et detestamentu heres. scriptus. in iudicio ponere accionem. | Quod possint civiles causae et criminales mixtae ita dividi, ut prius agatur civilis, inde criminalis. Ut si quis testamentum commendatum a testatore suppresserit in fraude heredis, et heres scriptus id iudicio restitui petierit, testamento per iudicium restituto, quod possit de suppresso testamento postmodum criminalem actionem proponere et similia. | Prius causa civilis, deinde criminalis agatur: ut si quis de re sua fuerit violenter expulsus et civilem primitus voluerit[a]) accusationem repetere, momentum sibi restitui petat. Quod si ita fuerit superatus, criminali postmodum actione reservata, recepto primitus momento, potest postmodum impetere violentum. Si quis commendatum a testatore testamentum in fraude heredis suppresserit et id heres scriptus iudicio restitui petit, testamentum per iudicium momenti beneficio restituto potest postmodum de suppresso testamento criminaliter agere et reliquis similibus causis similis actio tribuetur. *Dat. prid. Ian. Valente et Valentiniano Coss.*[b]) | Imp̄ valent̄. data prid̄ kal̄ iun̄. *Intp̄.* Sunt cause p̄mixte[b]) civiles parit̄ et criminales et *possunt* ipsas causas dividere ut *primus* civiles et postea criminales agat' quicūq: homo de rē suā p violenciā fuerit eiectus[c]) et rē totam[d]) habuerit si primis voluerit de ipsa causa ante iudicē acusare de p̄sente cū de ipsā rē revestire faciat et p'tea secundū legem int̄ eos directū[e]) iudiciū det ut suā rem quā pdiderat p legē p ipsius beneficiū habeat et si forsitā ipse acusat' alienam rem[f]) malo ordine tullerit cū lege reddatur. |
| XVII. DE FALSA CRETA. | XVII. DE FALSA MONETA.[a]) | XVII. DE FALSA MONETA. | XVII. DE FALSA MONETA. |
| Qui in crimine. fuerit. preventus. ignibus exsurendus. | Quod praemium debeatur his, qui falsum monetarium prodiderint, qui proditus et convictus flammis mancipatur. | Praemium accipiet, qui adulterum monetarium prodiderit, et monetarius falsus igne crēmetur. *Dat. XII. Kal. Mart. Platito et Rumolo Coss.*[a]) | Imp̄. cons̄ data XII kal̄ mar̄. *Intp̄.* Quicūq: adulterum monetariū ꝓtulerit si ipse monetarius qui acusatus ē de ipsa moneta convictus fuerit ut eā adulterasset igne incendat̄. |
| SI Q̄ SOLIDI. XVIII. | XVIII. SI QUIS SOLIDI CIRCULUM EXTERIOREM INCIDERIT VEL ADULTERATUM IN VENDENDO SUBIECERIT. | XVIII. QUI CIRCULUM RECIDERIT VEL ADULTERAVERIT. | |
| | Ut solidi uno pretio vendendi sint, qui una veneratione sunt insigniti, quamquam | | |
| a) An C. Th. IV, 20? | a) In m. cod.: *Paulus V aera XXVII. leg. IV. et aera XIV. leg. VI.* (leg. *VII.*) | a) 63, 64 *falsitatis* b) 62 om. subscript.<br>a) 63, 64 *maluerit* et 63 *ex civili.* b) 62 om. subscr.<br>a) Subscr. deest in 62. | c) 65 *falsum.* d) 65 *causam quem.* e) 65 *locum — sustineat quale.*<br>a) 65 *Victu.* b) Legendum *permixte*, ut 65. Idem infra *agantur.* c) 65 *de re sua — deiectus.* d) 65 *tultam — ipsa re.* e) 66 *de rectū.* f) 66 *alienare.* |

sit. Nec enim qui maiore habitu faciei extenditur, maioris est pretii, aut qui angustiore expressione concluditur, minoris valere credendus est, quum pondus idem exsistat. Quod si quis aliter fecerit, aut capite puniri debet, aut flammis tradi, vel alia poena mortifera. Quod ille etiam patietur, qui mensuram circuli exterioris arroserit, ut ponderis minuat quantitatem, vel figuratum solidum adultera imitatione in vendendo subiecerit. *Dat. VII. Kal. Aug. Gallicano et Basso Coss.*

INTERPRETATIO. *Quicunque solidum circumciderit aut adulterum supposuerit aut falsam monetam fecerit, capite puniatur.*

Si quis solidi circulum inciderit, ut pondus minuatur[b]), vel adulteratum in vendendo subiecerit, quia[c]) uno pretio sunt vendendi atque emendi, capite puniatur.

[a])Aut raserit, ut ponderis minuat quantitatem, vel adu' teratum in vendendo subie' rit, puniatur.

## TITULUS XIX. [a]) DE RAPTU VIRGINUM VEL VIDUARUM.

TIT. XIX. DE RAPTU VIRGINUM VEL VIDUARUM.

TIT. XIX. DE RAPTORIBUS.

1.[b]) *Imp. Constantinus A. ad Populum.* Si quis nihil cum parentibus puellae ante depectus invitam eam rapuerit vel volentem abduxerit, patrocinium ex eius responsione sperans, quam propter vitium levitatis et sexus mobilitatem atque consilii a postulationibus et testimoniis omnibusque rebus iudiciariis antiqui penitus arcuerunt, nihil ei secundum ius vetus prosit puellae responsio, sed ipsa puella potius societate criminis obligetur. §. 1. Et quoniam parentum saepe custodiae nutricum fabulis et pravis suasionibus deluduntur, his primum, quarum detestabile ministerium fuisse arguitur redemtique discursus, poena immineat, ut eis meatus oris et faucium, qui nefaria hortamenta protulerit, liquentis plumbi ingestione claudatur. §. 2. Et si voluntatis assensio detegitur in virgine, eadem, qua raptor, severitate plectatur, quum neque his impunitas praestanda sit, quae rapiuntur invitae, quum et domi se usque ad coniunctionis diem servare potuerint et, si fores raptoris frangerentur audacia, vicinorum opem clamoribus quaerere seque omnibus tueri conatibus. Sed his poenam leviorem imponimus solamque eis parentum negari successionem praecipimus. §. 3. Raptor autem indubitate convictus si appellare voluerit, minime audiatur. §. 4. Si quis vero servus raptus facinus dissimulatione praeteritum aut pactione transmissum detulerit in publicum, Latinitate donetur, aut, si Latinus sit, civis fiat Romanus: parentibus, quorum maxime vindicta intererat, si patientiam praebuerint ac dolorem compresserint, deportatione plectendis. §. 5. Participes etiam et ministros raptoris citra discretionem sexus eadem poena praecipimus subiugari, et si quis inter haec ministeria servilis conditionis fuerit deprehensus, citra sexus discretionem eum concremari iubemus. *Dat. Kal. April. Aquileia, Constantino A. VI. et Constantino C. Coss.*

INTERPRETATIO. *Si cum parentibus puellae nihil quisquam ante definiat, ut eam suo debeat coniugio sociare, et eam vel invitam rapuerit vel volentem, si raptori puella consentiat, pariter puniantur. Si quis vero ex amicis*[c]) *aut familia aut fortasse nutrices puellae consilium raptus dederint aut opportunitatem praebuerint rapiendi, liquefactum plumbum in ore et in faucibus suscipiant, ut merito*[d]) *illa pars corporis concludatur, de qua hortamenta sceleris ministrata noscuntur. Illae vero, quae rapiuntur invitae, quae non vocibus suis de raptore clamaverint, ut vicinorum vel parentum solatio adiutae liberari possent, parentum suorum eis successio denegetur. Raptori convicto appellare non liceat, sed statim inter ipsa discussionis initia a iudice puniatur. Quod si fortasse raptor cum parentibus puellae paciscatur, et raptus ultio parentum silentio fuerit praetermissa, si servus ista detulerit, Latinam percipiat libertatem, si Latinus fuerit, civis fiat Romanus. Parentes vero, qui raptori in ea parte consenserint, exsilio deputentur. Qui*[e]) *vero raptori solatia praebuerint, sive viri sive feminae sint, ignibus concrementur.*

Si rapta raptori consenserit, ambo puniuntur: et si vocibus suis de raptu non reclamaverit, a successione denegetur. Si nutrix aut familia in ea parte consenserint aut locum dederint, plumbo remisso in os misso puniuntur, propinqui[a]) concrementur igne, pater et mater, si perpetrata iudici celaverint, damnantur exsilio.

Si rapta raptori consenserit, ambo puniantur. Si nutrix aut familia in ea parte consenserint aut locum dederint, plumbo calente in os misso[a]) puniantur, propinqui concrementur igne, pater et mater, si perpetratum raptum[b]) celaverint, damnentur exsilio.

2.[f]) *Imppp. Valens, Gratianus et Valentinianus AAA. ad Maximinum Pf. P.* Qui coniugium raptus scelere contractum voluerit accusare, sive propriae familiae dedecus eum moverit seu commune odium delictorum, inter ipsa statim exordia insignem recenti flagitio vexet audaciam. Sed si quo casu quis vel accusationem differat vel reatum, et opprimi e vestigio atrociter commissa nequiverint, ad persecutionem criminis ex die sceleris admissi quinquennii tribuimus facultatem. Quo sine metu interpellationis et complemento accusationis exacto, nulli deinceps copia patebit arguendi, nec de coniugio aut sobole disputandi. *Dat. XVIII. Kal. Dec. Gratiano A. III. et Equitio Coss.*

INTERPRETATIO. *Si accusationem raptus vel per metum vel per voluntatem per quinquennium quisquam distulerit, a die raptus expleto quinquennio, accusandi ultra non habeat potestatem, sed post quinquennium nec de tali coniunctione raptoribus aliquid opponatur, et filii omnes legitimi habeantur*[g]).

Ut de raptu post quinquennium non accusetur et filii legitimi habeantur, si antea non fuerit accusatum.

Infra quinquennium si acta causa non fuerit contra raptorem, sopitur. Liberi eorum post quinquennium habendi legitimi.

a) Tit. XIX. C. Th. *Tit. XXIV.* et complectitur tres leges. L. Vis. III, 3, cuius rubrum iisdem vv. scriptum est. b) c. 1. C. Th. *c.* 1. Hincm. Opp. II. p. 228. Form. Marc. II, 16. Form. Sirm. 16, 32. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 5—14, 16, 17[a], 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 43, 45; inscr. et textus in codd. 21—23; textus et subscr. in codd. 26—28; solus textus om. in codd. 25, 29—40. c) Hoc add. interpr., impr. Go. Propter vv. *consentiat pariter* Gloeden l. c. p. 25 art. 17 Ed. Th. putat sumtum esse ex hac interpr. Sed vid. Walch. in Ephem. Lit. Ien. 1845. p. 59 et supra praefat. nostram. d) Haec ratio prob. Go. e) „Nimis indistincte, inquit Goth., de servis enim id verum, non de aliis.“ f) c. 2. C. Th. *c.* 3. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 5—14, 16, 17[a], 19; omnia des. in codd. 23, 27; inscr. et textus in codd. 21, 22, 31, 35, 36; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32—34, 37—40. g) Haec respexisse auctorem Ed. Th. art. 20 putat Gloeden l. c. p. 31, sed vid. praefat. nostram.

b) Multi codd. *minuetur.* c) Ex lege.

a) 54 om. *propinqui—exsilio.* Supra nonn. codd. *voce sua de raptore non clamaverit, successio ei denegetur* (ut interpr.)—*plumbum remissum—missum puniantur.*

a) In cod. debebant verba rubri repeti.

a) Cod. *plumbum calentem — missum.* b) Cod. *perpetrato rapto.*

## EPIT. GUELPH.

Circulū interiorem. inciderit. aut adülteratū fuerit. in vindendū subieceret poniatur.

### XVIIII. DE RAPTŪ VIRGINUM VEL VIDUARUM.

I. Qui invitam. aut volentem puellam. rapuerit. si volentem pariter poniendi. Si invitam. quia non reclamavit successio. parentum. deneganda. et qui solacia pbuerint. ignibus exurendi.'.

A die raptus. intra quinquennio. de acusationū agendū postia non agendū et filii. legytimi abendi.

## EPIT. LUGD.

diversam habeant formae mensuram. Aliter faciens aut capite aut flammis punietur. Similiter punietur, qui mensuram circuli exterioris abraserit, ut pondus minuat aut[a]) in vendendo adulterum solidum supposuerit.

### XVIIII. DE RAPTU VIRGINUM VEL VIDUARUM.

Lex I. Ut si quis puellam rapuerit, ex qua cum parentibus non fuit ante depactus, vel volente ea vel nolente, quod debeat puniri; et ipsa puella etiamsi assensit, quia societate criminis cum raptore alligatur. Et quod quicunque vel amicus vel ex familia vel nutritor puellae raptus consilium dederit vel raptori locum rapiendi praebuerit, liquefactum plumbum pro tam nefando consilio in ore vel in faucibus suscipere debeat. Si quae vero invitae raptae fuerint, quia de raptu vocibus suis, ut parentum vel vicinorum solatio liberarentur, non reclamaverunt, parentum successione priventur. Raptor probatus statim inter ipsa discussionis initia a iudice puniatur. Et quod si raptor cum parentibus puellae pactus fuerit et ultio raptus silentio parentum fuerit praetermissa, si servus ista detulerit, quod debeat accipere libertatem Latinam. Si Latinus fuerit, fiat civis Romanus. Parentes puellae, qui raptori consenserunt, exsilio deputari; illi, qui raptori solatia praebuerunt, tam viri quam feminae ignibus concremari.

Lex II. Ut si quis raptus accusationem vel per metum vel per voluntatem per quinquennium distulerit, expleto quinquennio quod non habeat ultra accusandi licentiam. Nec post quinquennium de tali coniunctione raptoribus quicquam possit opponi[a]) et filii legitimi habeantur.

a) Haec partim ex interpr.
a) Antea in cod. *apponi.*

## EPIT. MONACHI.

Quicunque solidum reciderit aut adulterum supposuerit aut falsam monetam fecerit, capite puniatur. *Dat. VII. Kal. Aug. Gallicano et Basso Coss.*[a])

### XIX. DE RAPTU.[a])

Si quis raptum fecerit, capite puniatur. Si rapta raptori[b]) consentiat, pariter puniantur. Qui vero ex amicis vel familia consilium raptus dederint aut oportunitatem praebuerint rapiendi, liquefactum plumbum in faucibus eius emergatur. Illae vero, quae rapiuntur et vocibus non clamaverint, parentum suorum eis successio denegetur. Raptorem vero convictum appellare non liceat, sed statim a iudice puniatur. Si raptor cum puellae parentibus paciscatur et ultio praetermittatur, si servus ista publicaverit, Latinam recipiat libertatem, si Latinus fuerit, civis[c]) fiat Romanus. Parentes vero, qui raptori solatia praebuerint, sive viri sive feminae, ignibus crementur.

Si accusationem raptus per quinquennium quisque distulerit, a die raptus expleto quinquennio, accusandi nemo habeat potestatem et filii legitimi habeantur. *Dat. XVIII. Kal. Dec. Gratiano A. III. et Equitio Coss.*[d])

a) Subscript. deest in 62.
a) 62 in m. add. *Virginum vel viduarum.* b) 63 *raptore — eius successio — convicto.* c) Codd. *cives.*
d) Subscript. deest in 62.

## EPIT. S. GALL.

[a])*It̃ alia; Intp̃* quicũq: soldũ minorẽ fecerit aut circinnaverit aut adultera moneta[b]) fecerit capite puniat'.

### XVIII. DE RAPTŨ VIRGINŨ Ĩ VIDUARUM.

Imp̃ cons̃ data II. kal̃ april̃. *Int̃.* Si quiquũq:[a]) homo cũ parentib. puelle de eius coniugio nihil firmaverit et si forsitã aliquis[b]) presũserit et cuiusquũq: filia Ĩ vidua ad[c]) raptũ traxerit si ei ipsa puella consenserit ambo parit̃ puniant'. Si vero aliquis de amicis vel familia aut de vicinos ipsorũ vel nutrices eius ad hoc raptū consiliū dederunt[d]) aut locū ad rapiendū fecerint aut oportunitatē necessariae eis dederint remissū plūbū in buccas eorū mittatur. Si vero puella invita tracta[e]) fuerit et si voces[f]) non fecerit aut ñ clamaverit ut vicini aut parentes eam liberare possint ipsa puella de parentorũ[g]) facultate nihil habeat et raptore convictū iudex eũ occidere faciat. et[h]) quodsi raptor cū parentes puelle absconse pagaverit[i]) aut conpositionē acciperint si quicūq: de ipsorũ familia hoc ad iudices[k]) dixerit. si servus ẽ latina accipiat libertatē et si latinus ẽ civem quo romana[l]) accipiat libertatẽ. parentes vero puelle qui raptori in tale causa consenserint in exilio deputentur. alii võ qui raptori consenserint aut solaciũ p̃buerint sive viri sive femine sint si exinde convicti fuerint ignib; concremũt'.

*It̃. alia Intp̃.* Si acusacionẽ de raptū ante V anñ. nemo faceret[m]) se V. anni quidam ordinẽ transierint post V. anñ exinde acusandi ñ habeat[n]) causã et postea ipse coniugius firmus pmaneat et filii ex eis legitimi sint.[o])

a) Rubrica huius tit. deest et cohaeret haec sentent. cum antecedenti tit. b) 65 *adulteram monetam.*

a) 65 *quiscumque.* b) 66 *aliquid.* c) 66 *a,* sed 65 *ad.* Praeterea 65 *filiam vel viduam.* d) 65 *vicinis — dederit.* e) 66 *eracta.* f) 65 *vocem.* g) 65 *parentum — convicto.* h) 65 om. *et.* i) Ita 66. 65 *peccaverit.* In Visigoth. interpret. est *paciscatur.* k) 65 *quiscumque — familiam — iudicem.* l) 65 *civemqum romanum.* m) 65 *raptu — fecerit, si.* Fortasse sub v. *se* latet *sed.* Praeterea 65 *quedam,* 66 *quida.* n) 65 *habeant.* 66 *poste ea.* o) Ita 65. 66 *coniugiis — ex eas licite misent.*

LEX ROM. VISIGOTH. | EPIT. AEG. | EPIT. SUPPL. LAT. 215.

## TITULUS XX.[a]) DE RAPTU VEL MATRIMONIO SANCTIMONIALIUM VIRGINUM VEL VIDUARUM.

1.[b]) *Imp. Constantius A. ad Orfitum* . . . Eadem utrumque raptorem severitas feriat, nec sit ulla discretio inter eum, qui pudorem virginum sacrosanctarum et castimoniam viduae labefactare scelerosa raptus acerbitate detegitur. Nec ullus sibi ex posteriore consensu valeat raptae blandiri. *Dat. XI. Kal. Sept. Constantio A. VII. et Constante C. Coss.*

Interpretatio. *Quicunque vel sacratam Deo virginem vel viduam fortasse rapuerit, si postea eis de coniunctione convenerit, pariter puniantur.*

2.[c]) *Imp. Iovianus A. ad Secundum Pf. P.* Si quis non dicam rapere, sed vel attentare[d]) matrimonii iungendi causa sacratas virgines vel viduas[e]), volentes vel invitas, ausus fuerit, capitali sententia ferietur. [Filii[f]) ex tali contubernio nati, punitis his iuxta legem, in hereditatem non veniant; quibus[g]) etiamsi principali beneficio praestetur vetetur et facultas . . . eorum proximis heredibus acquirendam]. *Dat. XI. Kal. Mart. Antiochiae, Ioviano A. et Varroniano Coss.*

Haec Lex *expositione non indiget.*

EPIT. AEG.: TIT. XX.[a])

Si quis de raptu vel matrimonio sanctimonialium virginum vel viduarum convictus fuerit, pariter puniatur.[b])

EPIT. SUPPL. LAT.: [a])Si sacrata deo virgo vel vidua raptori consenserint, ambo puniantur.

Quicunque sacratam virginem in coniugio sibi sociare tentaverit, puniatur.

## TITULUS XXI.[a]) AD LEGEM IULIAM REPETUNDARUM.

1.[b]) *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Neoterio Pf. P.* Iudices, qui se furtis et sceleribus fuerint maculasse convicti, ablatis codicillorum insignibus et honore exuti inter pessimos quosque et plebeios habeantur. Nec sibi posthac de eo honore blandiantur, quo se ipsi indignos iudicaverunt. *Dat. XVIII. Kal. Febr. Thessalonica, Gratiano V. et Theodosio I. AA. Coss.*

Ista Lex *tam evidens est, ut expositione non indigeat.*

2.[c]) *Iidem AAA. Floro Pf. P.* Sciant iudices, super admissis propriis aut a se aut ab heredibus suis poenam esse repetendam. *Dat. X. Kal. Sept. Antonio et Syagrio Coss.*

Interpretatio. *Omnes iudices sciant, quicquid male rapuerint, si ipsi non reddiderint, a suis heredibus esse reddendum.*

EPIT. AEG.: TIT. XXI.[a]) AD LEGEM IULIAM REPETUNDARUM.

Iudices careant dignitate vel honore, si in[b]) sceleribus aut furtis fuerint maculati.

Et sciant, id quod male rapuerint, aut a se aut a posteris suis esse reddendum.

EPIT. SUPPL. LAT.: TIT. XX. AD LEGEM IULIAM REPETUNDARUM.

Iudices careant dignitate, si in sceleribus vel furtis fuerint comprobati.

Omnes iudices, quicquid male rapuerint, si ipsi non reddiderint, a suis heredibus noverint esse reddenda.

## TITULUS XXII.[a]) DE HIS, QUI LATRONES VEL ALIIS CRIMINIBUS REOS OCCULTAVERINT.

1.[b]) *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Flavianum Pf. P. Post alia:* Latrones quisquis sciens susceperit vel offerre iudiciis supersederit, supplicio corporali aut dispendio facultatum pro qualitate personae et iudicis aestimatione plectatur. Si vero actor sive procurator latronem domino ignorante occultaverit et iudici offerre neglexerit, flammis ultricibus concremetur. *Dat. III. Kal. Mart. Merobaude II. et Saturnino Coss.*

EPIT. AEG.: TIT. XXII.[a]) DE HIS, QUI LATRONES VEL IN ALIIS CRIMINIBUS REOS OCCULTARINT.

EPIT. SUPPL. LAT.: TIT. XXI. DE HIS, QUI LATRONES AUT CRIMINOSOS CELAVERINT.

a) Tit. XX. C. Th. *Tit. XXV.* Sunt in C. Th. h. t. tres leges. b) c. 1. C. Th. *c.* 1, sed in codd. 28, 30, 38—40 *c. un.* Vid. c. 2 h. t. not. *c.* Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 5—14, 16, 17ª, 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 43; inscr. et textus in codd. 21—23; textus et subscr. in codd. 27, 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29—40. De interpr. vid. Concil. Turon. II. c. 20. c) c. 2. C. Th. *c.* 2. Concil. Turon. II. c. 20. Integra cum interpr., sed sine subscr. est in cod. 12. Vid. infra not. *e* et *f.* Tota lex abest a codd. 28, 30, 38—40. In rell. codd. om. ea textus vv., quae debentur cod. 12; praeter ea inscr. et subscr. des. in cod. 27; subscr. et interpr. in cod. 26; sola inscr. om. in cod. 21; in rell. codd., quorum nonn. omittunt vv., quae interpretationis loco leguntur, deest extrema pars textus. In codd. 27, 35, 43, 45 textus pro interpr. habetur. De cod. 36 vid. not. *d.* d) Hic terminatur h. c. in cod. 36, et superadditur subscriptioni h. c. subscriptio c. 2 C. Th. ad L. Iul. Repet. (IX, 21). e) Vv. *vel viduas* add. ex codd. 12—14, 19. Cod. Vat. Reg. Suec. 886 quin, ut in aliis locis, sic hic quoque negligentia librarii non integer sit, non dubito. Vid. not. *f* sq. Congruit Valesius in notis ad Sozomenum VI, 3, ubi legit: *Sacratas virgines vel viduas,* quia putat inter sanctimoniales tam viduas quam virgines recenseri, ut titulus ipse declaret. Add. c. 1 h. t. et Ritter ad h. c., not. *d.* Videtur denique Go. haec vv., quae in edd. des., requirere. Vid. not. *g* sq. f) Vv. *Filii — acquirendam* habet solus codex 12. g) Cf. Haenel ad C. Th. p. 899 not. *z* et *a.*

a) Tit. XXI. C. Th. *Tit. XXVII.* et sunt in C. Th. h. t. septem leges. b) c. 1. C. Th. *c.* 1. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 5—14, 16, 17ª, 22, 25, 29, 31—34; omnia des. in codd. 23, 35; inscr. et textus in codd. 42, 44; textus, subscr. et interpr. in codd. 28, 38—40, in quibus inscr. coniuncta est cum interpr. c. 2 h. t.; inscr. et interpr. in cod. 21; textus et subscr. in cod. 36, sed ponitur subscr. c. 1 C. Th. de His, qui latrones (IX, 22); subscr. et interpr. in codd. 26, 27; solus textus deest in codd. 30, 37; sola interpr. in cod. 19. c) c. 2. C. Th. *c.* 4. In codd. 23, 28, 35, 38—40 est *c. un.* h. t. Vid. c. 1 h. t. not. *b.* Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 5—14, 16, 17ª, 19, 22, 26, 31 in m.; omnia des. in cod. 33; omnia praeter interpr. des. in codd. 21, 27, 28 (ubi interpr. refertur ad c. 1 h. t.), 42, 45; inscr. et textus des. in codd. 23, 38, 40. sed ponitur in his inscr. c. 1 h. t.; textus et subscr. in cod. 35, sed ponitur subscr. c. 1 C. Th. de His, qui latr. (IX, 22); solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32, 34, 36, 37, 39. Interpr. non convenit sec. Goth. cum lege.

a) Tit. XXII. C. Th. *Tit. XXIX.* et sunt in C. Th. h. t. duae leges. b) c. 1. C. Th. *c.* 2. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 5—14, 16, 17ª; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 43, 45; inscr. et textus in codd. 21—23; textus et subscr. in codd. 27, 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29—40; sola interpr. in cod. 19; legitur autem in codd. 19 et 37 inscr. c. 1 C. Th. h. t. pro inscr. h. c. et in cod. 27 pars inscr. c. 1 tit. XXIII. h. libri. Vid. etiam supra c. 1 et 2 ad Leg. Iul. Repet. (IX, 21) not. *b* et *c.*

(Epit. Aeg.) a) Codd. 48, 49, 51, 53, 54, Aeg. om. rubr., rell. codd. ita habent: *XX. Si quis de raptu* aut *Si quis de raptu vel matrimonio.* b) Plerique codd. *puniantur* aut *puniuntur.* Om. c. 2 h. t.

a) Aeg. *Tit. XX.* Vid. antec. tit. not. *a.* b) Multi codd. *si aut.*

a) Aeg. *Tit. XXI.* Vid. tit. XX. not. *a.*

(Epit. Suppl. Lat.) a) Rubr. tit. deest.

| EPIT. GUELPH. | EPIT. LUGD. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|
| DE RAPTŪ AUT MATRIMUNIUM. SCIMONIALIUM VIRGINUM VEL VIDUARUM. | XX. DE RAPTU VEL DE MATRIMONIO SANCTIMONIALIUM VIRGINUM ET VIDUARUM. | XX. DE RAPTU MATRIMONIO SANCTIMONIALIS VEL VIDUARUM*). | XX. DE RAPTU VEL MATRIMONIU[a]) SCEC-MUNIALES ET VIRGINŨ VEL VIDUARU. |
| Si postia. eis. de coniunccione convinerit pariter poniantur.[a]) | Lex I. Ut qui Deo sacratam virginem vel viduam rapuerit, si de coniunctione eis convenerit postea, quod ambo sint puniendi.<br>Lex II. Ut si quis non rapere, sed attentare tantum sacratas virgines vel invitas ausus fuerit, quod capitali sit feriendus sententia. | Quicunque sacratam Deo virginem vel viduam rapuerit, si postea eis de coniunctione convenerit, pariter puniantur.<br>Non dicam rapere, sed qui matrimonio iungi sacratam virginem praesumserit, capitali sententia feriatur. *Dat. XI. Kal. Sept. Constant. A. VII. et Constantio Coss.*[a]) | Imp̃. cons̃ data XII kal̃ sept̃br. *Intp̃.* Si quicũq: homo sacrata dõ aut virginẽ l̃ vidua[b]) forsitã rapuerit si postea eos convenerit ut in coniugio[c]) coniuncti sint ambo parit̃ punianł; *)Nã si aliq̃s ad sacrata dõ de matrimonio vel dicere ausus fuerit aut ea in coniugio p̃hendat[d]) capitale sentencia feriat'[e]). |
| AD LEGEM IULIAM I REPETUNDARUM pl·V· ʔ XXV. ł IIII, ʔ XXVII. ł II. ʔ · XXX.[a])<br>Iudicis. qui se furtis. et sceleribus. macularunt honore privandus. | XXI.[a]) AD LEGEM IULIAM REPETUNDARUM. XVIII.[b])<br>Lex I. Si iudices convicti fuerint, furtis et sceleribus se maculari, quod ablatis honoribus debeant inter pessimos et plebeios haberi, nec possint deinceps de honore sibi blandiri, quo se indignos fecerint. | XXI. AD LEGEM IULIAM REPETUNDARUM.<br>Iudices, qui se furtis et sceleribus maculaverint, ablatis codicillorum insignibus, honore exuti inter pessimos et plebeios habeantur, nec unquam ad honorem pristinum redeant. *Dat. XVIII. Kal. Febr. Gratiano V. et Theodosio AA. Coss.*[a]) | XXI A LEGE IULIA DE REPETENDARŨ[a]). |
| II. Iudicis. qui male rapuerunt. si non reddederint ab heredibus reddendum. | Lex II. Quod quae iudices male rapuerint, si ipsi non restituerint, ab heredibus sit repetendum. | Sciant omnes iudices, quicquid male rapuerint, si ipsi non reddiderint, a suis heredibus esse solvendum. *Dat. X. Kal. Sept. Antemio et Syagrio Coss.*[b]) | Imp̃. gr̃cian data XVIII. kal̃ febr̃. *Intp̃.* Om̃s iudices sciant ut quidquid alicui malo ordine tullerint si ipsi hoc ñ reddiderint ipsorũ heredes hoc reddere debeant[b]). |
| XXII. DE HIS QUI LATRONIS AUT ALIIS CRIMINIBUS. REUS. OCULTAVERINT. | XXII. DE HIS, QUI LATRONES VEL ALIIS CRIMINIBUS REOS OCCULTAVERINT.[a]) | XXII. QUI LATRONES ET[a]) CRIMINOSOS OCCULTANT. | XXII. DE IS QUI LATRONES L̃ IN ALIIS[a]) CRIMINIB; REOS OCCULTAVERINT. |
| a) Om. c. 2.<br>a) Paul. V, 25, 5; V, 27, 2; V, 30. | a) In m. *Repetundarum accusatur, qui pecunias a sociis cepit. In hoc iudicio reus, si ante moriatur, in bona eius iudicium redditur.* b) Num. *XVIII.* nescio explicare.<br>a) In m. *Lib. V.* (sc. Pauli) *aera III. Leg. IV.* | *) 62 in m. *De R. Vel m. sanctimonialium* et om. *Vel Viduarum.* a) Subscript. deest in 62, in 64 legi non potest; pertinet autem ad c. 1 h. t.<br>a) Subscript. deest in 62. b) Subscript. deest in 62.<br>a) 62 in m. *Qui L. vel alios c. o.* | a) 65 *matrimonio sanctimonialis.* 66 *patrimoniũ.* b) 65 *quiscumque — sacratam — viduam.* c) 65 *coniugium.* *) Rell. ex c. 2 h. t. hausta. d) 65 *sacratam — eam in coniugium prehendere voluerit capitali.* e) 66 *feriantur.*<br>a) 65 *repetendorum.* — c. 1 h. t. deest. b) 65 *quid quod — ordinem — debeunt.*<br>a) 65 *De his — vel malis.* |

Interpretatio. *Si quis sciens in domo sua latronem susceperit aut eum occultare voluerit aut eum iudici tradere fortasse neglexerit, si ingenua et vilior persona est, fustigetur: si vero melior, damno ad arbitrium iudicis feriatur. Si vero actor aut procurator inscio domino hoc fecerit, incendio concremetur.*

*Epit. Aeg.:* Si quis sciens in domo sua latronem susceperit aut occultaverit aut eum iudici tradere neglexerit, si ingenuus est, secundum suam personam iudicabitur, si vilior persona est, fustigetur. Si vero actor vel procurator inscio domino hoc fecerit, ignibus concremetur.

*Ep. Suppl. Lat.:* Si ingenuus latronem occultaverit, ut persona est, iudicetur. Si vilis persona est, fustigetur, si vero actor vel procurator inscio domino hoc fecerit, ignibus concremetur.

## TITULUS XXIII.[a]) DE HIS, QUI PLEBEM AUDENT CONTRA PUBLICAM COLLIGERE DISCIPLINAM.

1.[b]) *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Florentio PF. Augustali.* Si quis contra evidentissimam iussionem suscipere plebem et adversus publicam disciplinam defendere fortasse tentaverit, mulctam gravissimam sustinebit. *Dat. XIII. Kal. Ian. Constantinopoli, Richomere et Clearcho Coss.*

Interpretatio. *Si quis populum ad seditionem concitaverit, damnis gravissimis subiacebit.*

*Epit. Aeg.:* TIT. XXIII.[a]) DE HIS, QUI PLEBEM AUDENT CONTRA PUBLICAM COLLIGERE DISCIPLINAM.[b])

Qui populum ad seditionem vel contentionem concitaverit, damnum gravissimum sustinebit[c]).

*Ep. Suppl. Lat.:* TIT. XXII. DE HIS, QUI PLEBEM AUDENT CONTRA PUBLICAM COLLIGERE DISCIPLINAM.

Si quis populum ad seditionem concitaverit, damnis gravissimis subiacebit.

## TITULUS XXIV.[a]) DE FAMOSIS LIBELLIS.

1.[b]) *Imp. Constantinus A. ad Verinum Vicarium Africae.* Si quando famosi libelli reperiantur, nullas exinde calumnias patiantur hi, quorum de factis vel nominibus aliquid continebunt, sed scriptionis auctor potius requiratur et repertus cum omni vigore cogatur his de rebus, quas proponendas credidit, comprobare; nec tamen supplicio, etiamsi aliquid ostenderit, subtrahatur. *PP. IV. Kal. April. Karthagine, Constantino A. V. et Licinio C. Coss.*

Interpretatio. *Qui famosam chartam ad cuiuscunque iniuriam et maculam conscripserit, in secreto aut in publico affixerit inveniendamque proiecerit, illi, contra quem proposita est chartula, non nocebit, nec famae eius aliquid derogabit. Sed si inveniri potuerit, qui huius modi chartulam fecit, constringatur, ut probet, quae conscripsit: qui si etiam, quae scripsit, probare potuerit, fustigetur*[c]), *qui infamare maluit quam accusare.*

2.[d]) *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Cynegio Pf. P.* Si quis famosum libellum sive domi sive in publico vel quocunque loco ignarus offenderit: aut discerpat prius, quam alter inveniat, aut nulli confiteatur inventum, nemini denique, si tam curiosus est, referat, quid legendo cognoverit. Nam quicunque obtulerit inventum, certum est, ipsum reum ex lege retinendum, nisi prodiderit auctorem, nec evasurum poenam huius modi criminibus constitutam, si proditus fuerit cuiquam retulisse, quod legerit. *Dat. XIV. Kal. Febr. Constantinopoli, Honorio N. P. et Evodio Coss.*

Interpretatio. *Si quis chartulam famosam in cuiuscunque iniuriam vel infamiam in publico propositam viderit et legerit et non statim discerpserit, sed cuicunque, quae in ea legerit, fortasse retulerit, ipse velut auctor huius criminis teneatur.*

*Epit. Aeg.:* TIT. XXIV.[a]) DE FAMOSIS LIBELLIS.

Qui in[b]) alterius infamiam in publico chartam affixerit et repertus conscripta non probaverit, fustigetur. [c])Et qui eam prius invenerit, rumpat, si non vult auctoris[d]) facti causam incurrere.

*Ep. Suppl. Lat.:* TIT. XXIII. DE FAMOSIS LIBELLIS.

Qui in alterius iniuriam famosam chartam in publico affixerit, repertus conscripta probaverit an non probaverit, fustigetur. [a])Et qui eam prius invenerit, rumpat, si non vult auctoris facti causam incurrere.

## TITULUS XXV.[a]) DE QUAESTIONIBUS.

1.[b]) *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Albuciano Vicario Macedoniae.* Quadraginta diebus, qui auspicio cerimoniarum paschale tempus anticipant, omnis cognitio inhibeatur criminalium quaestionum. *Dat. VI. Kal. April. Thessalonica, Gratiano A. V. et Theodosio A. I. Coss.*

Interpretatio. *Diebus quadragesimae pro reverentia religionis omnis criminalis actio conquiescat.*

*Epit. Aeg.:* TIT. XXV.[a]) DE QUAESTIONIBUS IMPERATORUM.

Diebus quadragesimae, qui pascha anticipant[b]), omnis criminalis actio conquiescat.

*Ep. Suppl. Lat.:* TIT. XXIV. DE QUAESTIONIBUS.

Diebus quadragesimae omnis criminalis actio conquiescat.

---

a) Tit. XXIII. C. Th. *Tit. XXXIII.* b) c. 1. C. Th. *c. un.* Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 5—14, 16, 17ª, 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 43, 45; inscr. et textus in codd. 21—23; textus et subscr. in codd. 27, 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29—40.

a) Tit. XXIV. C. Th. *Tit. XXXIV.* et sunt in C. Th. h. t, decem leges. b) c. 1. C. Th. *c.* 1. Ad interpr. vid. Coll. Can. saec. XI. Ivo, Decr. XVI, 248. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 5—14, 16, 17ª, 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 41, 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—23; textus et subscr. in codd. 27, 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29—40. c) Lex *nec supplicio—subtrahatur.* d) c. 2. C. Th. *c.* 9. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 5—14, 16, 17ª, 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 41, 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—23, 35, 36; textus et subscr. in cod. 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29—34, 37—40.

a) Tit. XXV. C. Th. *Tit. XXXV.* et sunt in C. Th. h. t. septem leges. b) c. 1. C. Th. *c.* 4. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 5—14, 16, 17ª, 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 41, 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—23; textus et subscr. in codd. 27, 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29—40.

*Epit. Aeg.:*

a) Aeg. *Tit. XXII.* Vid. tit. XX. not. *a.* b) Nonn. codd. add. *damnis gravissimis multabuntur.* c) Codd. *damnis gravissimis multabuntur* s. *subiaceat* s. *subiacebit.* Nonn. om. *Qui—concitav.*

a) Aeg. *Tit. XXIII.* Vid. tit. XX. not. *a.* b) Angilr. c. 50. Ben. Lev. III, 361. Anselm. III, c. f. Ivo, Decr. IV, 156; XVI, 235. c) Rell. ex interpr. c. 2 h. t. d) Aeg. *Qui alterius infamia—actoris facti.*

a) Aeg. *Tit. XXIV.* Cf. tit. XX. not. *a.* Cod. 54 *De Observatione Quadragesimae* et deest num. tit., reliqui igitur h. lib. tit. uno num. minuuntur. b) Ex lege ipsa. *paschatalis observatio debetur ut omn's.*

*Ep. Suppl. Lat.:*

a) Reliqua pars ex interpretatione c. 2 h. t. sumta est.

| EPIT. GUELPH. | EPIT. LUGD. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|
| Si q̊ hoc fecerit. aut ververibus aut ad extemacionem iudicis damnandum. | Latronem si quis in domo sua susceperit aut occultare eum voluerit aut iudici tradere neglexerit, quod si ingenua vilisque persona fuerit, fustigetur; si maior honestiorque, ad arbitrium iudicis feriatur. Actor aut procurator, si inscio domino tale fecerit, ultricibus flammis concremetur. | Si quis sciens in domum suam latronem susceperit aut occultaverit aut eum iudici tradere neglexerit, si ingenua et vilior persona est, fustigetur; si vero melior, arbitrio iudicis damnetur. Si vero actor aut procurator inscio domino hoc fecerit, incendio concremetur. [b]) *Dat. III. Kal. Mart. Merobaude II. et Saturnino Coss.* | Imp̃ cons data III kal̃ mar̃. *Intp̃.* Quicũq. homo sciendũ in domo sua[b]) latrones aut forones susciperit aut celare voluerit et si hoc iudici dicere neglexerit si ingenuus aut paup homo ẽ fustiget' si vero melior homo ẽ. ad arbitriũ iudices dãnetur sive publicus aut privatus actur nesciente dñm suo hoc fecerit incendio congremet'[c]). |
| XXIII. DE HIS QUI PLEBEM AUDENT CONTRA PUBLICAM COLLEGERE DISCIPLINAM. | XXIII. DE HIS, QUI PLEBEM AUDENT CONTRA PUBLICAM COLLIGERE DISCIPLINAM.[a]) | XXIII. QUI PLEBEM COLLIGUNT CONTRA PUBLICAM DISCIPLINAM. | XXIII. DE HIS QUI PLEBẼ AUDENT CONTRA PUPLICŨ COLLEGERE DISCIPLINA[a]). |
| Quod admissum damnis. gravibus subiacebit. | Ut si populum quis ausus fuerit ad seditionem concitare, quod mulctam gravissimam debeat sustinere. | Si quis populum ad seditionem concitaverit, damnis gravissimis subiacebit. *Dat. Kal. Ian. Richomere et Clearcho Coss.*[a]) | Imp̃ cons̃ data III. kal̃ ianuar̃. *Intp̃.* Si quis populũ ad sidicionẽ concitaverit dãnis gravissimis subdet'[b]) turmentis. |
| XXIIII. DE FAMOSIS LIBILLIS. | XXIV. DE FAMOSIS LIBELLIS. | XXIV. DE FAMOSIS LIBELLIS.[a]) | XXIIII. DE FAMOSIS LEVELLIS. |
| Qui famosam cartam de quemquam conscribserit. eciam si probet. suppliciũ subditur. | Lex I. Si aliquis chartulam in notam alterius scripserit, si in secreto aut in publico affixerit inveniendamque proiecerit, quod illi, contra quem scripta est, non noceat. Et si inventus fuerit, qui talem chartam fecit, quod debeat constringi ad probandum. Si non probaverit, fustigari debeat. | Qui famosam chartam ad cuiuscunque iniuriam scripserit et eam affixerit inveniendam, contra quem proposita est, non noceat, sed si inveniri potest, qui huiusmodi chartam fecit, si quae scripsit, non probaverit, fustigetur. | Imp̃. cons̃. data IIII kal̃ ap̃l. *Intp̃.* Si quis homo falsa carta aut qualecũq: scriptura[a]) ad cuiuscũq: dãnum in secreto scripserit. si eã in publico aut ante iudice[b]) adduxerit illũ vero contra quã scripta ẽ non nocebit et si eũ invenire potuerit qui tale carta[c]) fecit si ipsa causa probare non potuerit qd̃ scripserit[d]) fustiget'.[e]) |
| II. Qui famosam cartam legerit. et alii. retullerit ut auctur criminis tenetur,. | Lex II. addit de illo, qui affixam chartulam viderit et non ruperit false scriptam. | Si quis chartam famosam in cuiuscunque iniuriam in publicum propositam legerit et non statim descripserit[b]) et, quae in ea legit, retulerit, ipse velut auctor huius criminis teneatur. *Dat. XIIII. Kal. Febr. Honorio et Evodio Coss.*[c]) | |
| XXV. DE QUISCIONIBUS HABENDIS. I· II· ꝛ VIII.[a]) | XXV. DE QUAESTIONIBUS. | XXV. DE QUAESTIONIBUS*). | XXV. DE QUESTIONIB; |
| Diebus. quadraginsimi. criminalis acusacio. terminetur. | Ut pro reverentia religionis diebus quadragesimae omnes criminales actiones conquiescant. | Diebus quadragesimae omnis criminalis actio conquiescat. *Dat. VI. Kal. April. Gratiano et Theodosio Coss.*[a]) | Imp̃. Grã data VI. kl̃. aprĩ. *Intp̃.* In dieb; quadraginsime pro reverentia relegionis om̃ criminales causas conquiescant. |
| a) C. Th. II, 8. | a) In m. cod.: *Paul. lib. V. aera XXVI.* (leg. *XXV.*) *leg. I. et aera XXIV. leg. VI.* (leg. *I.*) *et aera XXI.* | b) Subscript. deest in 62.<br>a) Subscript. om. 62.<br>a) 62 in m. add. *hoc est cartae falsator.* b) Leg. *discerpserit.* c) Subscript. om. 62.<br>*) 64 add. *imperatorum.* a) 62 om. subscript. | b) 65 *domum suam.* c) 65 *iudicis — actor n. dominum suum — incendium concrementur.*<br>a) 65 *plebe — disciplinam.* b) 65 *subdantur.*<br>a) 65 *falsam cartam — scripturam.* b) 65 *publicum — iudicem.* c) 65 *talem cartam.* d) 65 *scripserat.* e) c. 2 h. t. deest. |

## TITULUS XXVI.[a]) UT INTRA ANNUM CRIMINALIS ACTIO TERMINETUR.

1.[b]) *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Desiderio Vicario.* Quisquis accusator reum in iudicium sub inscriptione detulerit, si intra anni tempus accusationem coeptam prosequi supersederit, vel, quod est contumacius, ultimo anni die adesse neglexerit, quarta bonorum omnium parte mulctatus aculeos consultissimae legis incurrat; scilicet manente infamia, quam veteres iusserant sanctiones. *Dat. IV. Id. Iul. Treviris, Arcadio A. I. et Bautone Coss.*

INTERPRETATIO. *Quicunque inscriptione praemissa cuiuscunque criminis reum accusare voluerit, ab eo die, quo inscripsit, intra annum peragat propositam actionem. Qui si distulerit, infamis effectus, bonorum suorum quarta parte mulctabitur.*

2.[c]) *Impp. Honorius et Theodosius AA. Caeciliano Pf. P. Post alia:* Noverint iudices cuilibet culmini honorive praesidentes, necessariis utrique parti, si petantur, dilationibus non negatis a die inscriptionis intra anni curricula criminales causas limitandas, quo emenso habeat accusator, quia destitit, poenam sibi legibus constitutam; et si persona vilior fuerit, cui damnum famae non sit iniuria, poenam patiatur exsilii, nisi forsitan intra anni metas consensus partium abolitionem poposcerit. In iudicum autem debet esse diligentia, ut, si nulla rationabilis a reo vel accusatore dilatio postuletur, urgeant talium causarum notionem, non exspectatis anni moris. Si vero accusatör vel reus, propter documenta forsitan sibi necessaria, annum voluerint custodiri, dare assensum debet patientia cognitoris, in alteram partem severiorem formatura sententiam etc. *Dat. XII. Kal. Febr. Ravenna, Honorio VIII. et Theodosio III. AA. Coss.*

INTERPRETATIO. *Iudices, qui inscriptione praemissa criminalia negotia audire coeperint, a die inscriptionis, si inducias aut accusator aut reus petierit, intra annum praestare debebunt, ut haec actio intra anni curriculum finiatur. Quod si accusator intra annum, quae proposuit, probare distulerit, absoluto reo, poenam suscipiat lege superiori comprehensam. Quod si talis persona sit, ad cuius deformitatem infamia non pertineat, exsilio deputetur. Tamen si inter accusatorem et reum ita iudice praesente convenerit, ut pro instructione utriusque partis anni integri induciae tribuantur, debet a iudice non negari, futurum ut pars, quae post inducias fuerit superata, districtiori sententia feriatur.*

## TITULUS XXVII.[a]) DE ABOLITIONIBUS.[b])

1.[c]) *Imp. Constantinus A. ad Ianuarinum Pf. U.* Si post strepitum accusationis exortae abolitio postuletur, causa novae miserationis debet inquiri, ut, si citra depectionem id fiat, postulata humanitas praebeatur; sin aliquid suspicionis exstiterit, quod manifestus reus depectione celebrata legibus subtrahatur, redemtae miserationis vox minime admittatur, sed adversus nocentem reum, inquisitione facta, poena competens exseratur. *Dat. VI. Kal. Dec. Serdica, Constantino A. V. et Licinio C. Coss.*

INTERPRETATIO. *Si quem poenituerit accusare criminaliter et inscriptionem fecisse de eo, quod probare non potuerit, si ei cum accusato innocente convenerit, invicem se absolvant. Si vero iudex eum, qui accusatus est, criminosum esse cognoverit et inter reum et accusatorem per*[d]) *corruptionem de absolutione reatus convenerit, is, qui reus probatur, remoto colludio, poenam excipiat legibus constitutam.*

a) Tit. XXVI. C. Th. *Tit. XXXVI.* b) c. 1. C. Th. *c.* 1. Ad interpr. cf. Coll. Can. Anon. saec. XI. Ivo, Decr. XVI, 249. Pann. V, f. 106. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 5—14, 16, 17ª, 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—23; textus et subscr. in codd. 26—28; solus textus om. in codd. 25, 29—40. c) c. 2. C. Th. c. 2. Ad interpr. cf. Coll. Can. Anon. saec. XI. Ivo, Decr. XVI, 250 et Pann. V, f. 108. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 5—14, 16, 17ª, 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 31, 41, 45; inscr. et textus in codd. 21—23, 36; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32—35, 37—40.

a) Tit. XXVII. C. Th. *Tit. XXXVII.* et sunt in C. Th. h. t. quatuor leges. b) In Br. codd. ex explan. titt. add. *abolicio est oblivio obiecti criminis.* c) c. 1. C. Th. *c.* 1. Ad interpr. cf. Coll. Can. Anon. saec. XI. Ivo, Decr. XVI, 251. Decr. Grat. cau. 2, qu. 3, c. 8. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 5—14, 16, 17ª, 19; omnia praeter interpr. des. in cod. 42; inscr. et textus in codd. 21—23; textus et subscr. in codd. 27, 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29—40. d) Recte. Lex *depectione.*

---

**EPIT. AEG.**

TIT. XXVI.[a]) UT INFRA ANNUM CRIMINALIS ACTIO TERMINETUR.

Qui intra annum inscriptione[b]) non probaverit crimen obiectum, bonorum suorum quarta parte mulctabitur, minor[c]) persona exsilio deputetur.

Post inscriptionem praemissam si accusator aut reus inducias petierit, iudex intra annum praestare[d]) debebit.

TIT. XXVII.[a]) DE ABOLITIONIBUS.

Abolitio*) est oblivio obiecti criminis. Si quem poenituerit accusasse criminaliter et inscriptionem fecisse de eo, quod probare non potuerit[b]), si ei cum accusato innocente convenerit, invicem se absolvant. Si vero iudex eum, qui accusatus est, criminosum esse cognoverit, is, qui reus probatur, poenam excipiat constitutam.

a) Aeg. *Tit. XXV.* Cf. tit. XX. not. *a.* b) Aeg. *in scripto.* c) Ex c. 2 h. t. d) Plerique codd. et Aeg. *praestari.*

a) Aeg. *Tit. XXVI.* Cf. tit. XX. not. *a.* *) Haec ex explan. titt. b) Nonn. codd. *poterat* aut *potuerat.* — c. 2 om.

---

**EPIT. SUPPL. LAT. 215.**

*)

TIT. XXV. DE ABOLITIONIBUS.

A. Si inter innocentem inscriptum et inscriptorem conveniat, ut invicem se absolvant, si iudex accusatnm criminosum esse cognoverit et inter reum et accusatorem per corruptionem de abolitione reatus convenerit, is, qui reus probatur, poenam excipiat legibus constitutam.

*) Tit. Ut intra annum deest in codice.

## EPIT. GUELPH.

[a]) Quis. petitur distullerit. infamis efectus quarta bonorum suorum multabitur.[b]) L· II. ꝛ· I.[c])

XXVII. DE ABOLICIONIBUS L· II· ꝛ· I.[a])

Qui penetuerit se quemquam acusasse. et partibus convenit. invecem se absolvent.

a) Quum rubrica h. t. desit, haec sententia cohaeret cum tit. anteced. b) Om. c. 2 h. t. c) C. Th. II, 1; an IX, 1?

a) C. Th. II, 1.

## EPIT. LUGD.

XXVI. UT INTRA ANNUM CRIMINALIS QUAESTIO TERMINETUR.

Lex I. Ut qui scriptione praemissa reum in iudicium detulerit, ab eo die, quo scripsit, quod intra annum coeptam accusationem persequi debeat; si distulerit, infamis effectus, quarta parte bonorum suorum sit damnandus.

Lex II. Si iudices scriptione praemissa audire coeperint criminalia negotia, si inducias accusator aut reus petierint, quod debeant iudices eis inducias intra annum dare, quatenus ipsae actiones infra annum finiantur. Et si accusator probare intra annum proposita distulerit, quod reo absoluto is, qui detulit, poenam quartarum*) rerum suscipere debeat cum infamia. Si vero persona sic vilis fuerit, ut de infamia non possit notari, exsilietur. Tamen si praesente iudice utrisque convenerit, pro instructione integri anni tribuantur induciae: saeviorem sententiam iudex post inducias in alteram partem prolaturus.

XXVII. DE ABOLITIONIBUS. ABOLITIO EST OBLIVIO OBIECTI CRIMINIS.

Lex I. Ut si quis poenituerit se criminaliter alterum inscripsisse et accusasse de re, de qua non poterat eum probare, quod possit absolvi, si ei cum accusato innocente convenerit: ita tamen, ut a iudice inquiratur ante, utrum corruptio aliqua inter accusatorem et accusatum exstiterit vel aliquid aliud suspicionis, quo manifeste reus celebrata depactione legibus subtrahatur. Quod si constiterit, remoto omni colludio accusator poenam legibus constitutam suscipere debeat.

*) Id est *quartae bonorum partis*. Cf. c. 1 h. t.

## EPIT. MONACHI.

XXVI. UT INTRA ANNUM CRIMINALIS ACTIO TERMINETUR.

Quicunque inscriptione praemissa de crimine accusaverit, ab eo die, quo inscripsit, intra annum peragat proposita actionis[a]). Quod si distulerit, infamis effectus, bonorum suorum quarta parte mulctabitur.

Iudices, qui inscriptione praemissa criminalia negotia audire coeperunt, a die inscriptionis, si inducias aut reus aut accusator petierint, intra annum tantum impetrent. Si accusator intra annum, quae proposuit, non probaverit, poenam superioris legis suscipiet. Quod si talis persona sit, ad cuius deformitatem infamia *non* pertineat, *exsilio* deputetur. Tamen si intra accusatorem et reum ita convenerit, iudice praesente, ut pro instructione[b]) utriusque partis anni integri induciae tribuantur, debet a iudice non negari, futurum ut pars, quae post inducias fuerit superata, districtiori sententia feriatur. *Dat. X. Kal. Febr. Honorio VIII. et Theodosio II. AA. Coss.*

XXVII. DE ABSOLUTIONE OBIECTI CRIMINIS*).

Si quis inscriptionem fecerit de ea, quae probare non potest, si ei cum accusato innocente convenerit, invicem se absolvant. Si vero illum, qui accusatus fuerit, iudex reum probaverit, poenam legis exhibeat.

a) 64 *propositas actiones*. b) 64 *pro introduccione*. Subscript. om. 62.

*) 62 in m. add. *hoc est oblivio criminis*.

## EPIT. S. GALL.

XXVI. UT INTRA ANNŪ CRIMINALIS ACTIO TERMINETUR.[a])

Imp̄. Archad̄i. data III. kl. iul. *Intp̄*. Om̄. criminales causas qui p̄ scripta[b]) amallantur infra anni spaciū finiantur[c]) et quod si inter ipsos accusatores[d]) ante iudicē convenerint ut ipsa causa p̄longare debeant hoc facere p̄ iussionē iudicis[e]) possunt. nā secundū legē non possunt. ut[f]) infra annū ipsa causa n̄ terminetur. et si forsitan ille qui querit ipsa causa vel crimen infra anni spaciū qui[g]) dixit si probare n̄ potuerit ille absolutus ē quem appellavit et ille qui ipsā causā accusavit in infamia deputetur ut[h]) quarta parte bonorū suorū amittat. et si talis p̄sona ē quē infamare aut notare n̄ possint in exilio mittatur[i]).

XXVII. DE ABLUCIONIB;

Imp̄. cons̄ data. VI. kal̄ sepmbr *Intp̄*. Si q̄cūq: homo alterū ominem de qualecūq: causa ad iudicē acusaverit si exinde se postea penituerit ille q̄ acusavit et dixerit[a]) ego scripcionē feci nec illa causa qui[b]) sup̄ eū dixi p̄bare n̄ possū si ipsa causa dimittere voluerit[c]) hoc facere potē; si forsitā postea iudex illū hominē qui acusatus fuit de ipsā causam culpabilē invenerit si criminales causa ē si exinde convictus fuerit iudex eū licenciā exinde habeat[d]) p̄sequendi.

a) c. 1 h. t. deest. b) 65 *scriptam*. c) 66 *finiatur*. d) 65 *causatores*. e) 65 *iudices*. f) 66 add. *in*. Paulo infra 65 *anno — terminentur*. g) 65 *quae*. h) 65 *deputentur et*. i) 66 *omittatur*.

a) 65 *quiscumque — dixerat*. b) 65 *quae*. c) 65 *voluerint*. d) 65 *habeat exindé persequendi*. Scrib. est *persequendi*. — c. 2 et 3 h. t. desunt.

LEX ROM. VISIGOTH.

2.[e]) *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Probum Pf. P.* Accusator, qui se laqueo legis adstringit, agnoscat, nullum sibi fore ad latebram abolitionis recursum, postquam aliquid iniuriae merito inscriptionis illatae tolerarit inscriptus, id est si vel carcerem sustinuerit vel tormenta vel verbera vel catenas, nisi forte ille, qui haec pertulit, contemnat et donet ipse, quod pertulit, ac par fuerit tam petitoris quam petiti in accipienda abolitione consensus. Prius tamen quam aliquis de quaestione liberetur, sequitur illud, ut plerisque criminibus ne consentientibus quidem partibus praestetur abolitio, ut sunt illa, in quibus aut violata maiestas, aut patria oppugnata vel prodita, aut peculatus admissus, aut sacramenta deserta sunt, omniaque ea, quae iure veteri continentur. In quibus iudex non minus accusatorem ad docenda, quae detulit, quam reum ad purganda, quae negat, debet urgere. *Dat. prid. Id. Oct. Treviris, Valentiniano N. P. et Victore Coss.*

Ista Lex *expositione non indiget.*

3.[f]) *Impp. Honorius et Theodosius AA. Caeciliano Pf. P.* Abolitionem invito reo, postquam fuerit officii custodiae traditus, intra dies XXX accusatori petenti dari permittimus, post hoc tempus, nisi reus consentiat, censemus non esse tribuendam. Si vero ingenuos aliquos, velut testes criminis petitos ab accusatore, deductos esse constiterit, solam custodiae iniuriam tolerasse, qui testes dicantur esse, non conscii, eorum ab accusatore sumtibus consulendum est. Quod si ingenuorum, licet plebeiorum, corpora fuerint laesa verberibus tormentisque vexata, abolitionem, etiam duarum partium consensu petitam, iubemus vigore iudicum denegari, et crimen propositum, cuius examen tormentis iam coeperat, agitari, nec ante a iudice dimitti, quam in reum, probato crimine, vindicetur, aut in accusatorem pari forma sententiae damnatio referatur etc. *Dat. XII. Kal. Febr. Ravenna, Honorio VIII. et Theodosio III. AA. Coss.*

Interpretatio. *Si criminis accusator intra triginta dies abolitionem petierit, etiam invito reo a iudice concedatur: ut liberi et accusatus et accusator abscedant: post triginta vero dies, quam accusatus custodiae fuerit traditus, nisi abolitionem et reus et accusator a iudice petierint, accusatori solo non esse praestandam. Quod si testes exhibiti ad petitionem accusatoris fuerint, et in custodiam missi fuerint, et abolitio petita praestitaque fuerit, sumtus, quos fecerunt testes, eis accusator exsolvat. Nam si testes exhibiti ab accusatore poenae subiacuerint, etiamsi consentient partes, abolitio a iudicibus denegetur, sed aut in accusatum, si convictus fuerit, aut in accusatorem, si non convicerit legibus, ex sententia iudicis poenam, quam passurus erat reus, accusator excipiat.*

## TITULUS XXVIII.[a]) DE INDULGENTIIS CRIMINUM.

1.[b]) *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Neoterium Pf. P.* Nemo deinceps tardiores fortassis affatus nostrae perennitatis exspectet: exsequantur iudices, quod indulgere consuevimus. Ubi primum dies paschalis exstiterit, nullum teneat carcer inclusum, omnium vincula solvantur. Sed ab his secernimus eos, quibus contaminari potius gaudia laetitiamque communem, si dimittantur, advertimus. Quis enim sacrilego diebus sanctis indulgeat? quis adultero vel incesti reo tempore castitatis ignoscat? quis non raptorem in summa

e) c. 2. C. Th. *c.* 2. Integra est in codd. 1, 2, 5—14, 16, $17^a$, 19, 21, 22, 25, 29, 30, 32—34, 37; *omnia des.* in cod. 28; inscr. et textus des. in codd. 23, 31, 35, 36, 41; est autem subscr. in cod. 23 tracta ad c. 3 h. t.; inscr. et subscr. des. in cod. 27 et legitur textus pro interpr.; textus et subscr. in codd. 38—40, et est inscr. translata in c. 3 h. t.; sola subscr. deest in cod. 26. f) c. 3. C. Th. *c.* 4. In cod. 28 est c. 2. Vid. c. 2 h. t. not. *e.* Coll. Can. Anon. saec. XI. Ivo, Decr. XVI, 251. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 5—14, 16, $17^a$, 19, 31, 35—37; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 42, 45; inscr. et textus in codd. 21, 22, 38—40 (vid. de codd. 38—40 c. 2 h. t. not. *e*); inscr. et subscr. in cod. 23 (vid. c. 2 h. t. not. *e*); *textus et subscr.* in cod. 28; subscr. et interpr. in cod. 26; *solus textus om.* in codd. 25, 29, 30, 32—34. Textui interpretationis signum praefixum est in cod. 36. In vv. interpr. *tandam. Quod si* denuo incipit cod. 15. Vid. c. 3 ad Leg. Iuliam de vi (IX, 7) not. *e.* Sed sunt ea, quae sequuntur usque ad vv. *Nec tamen* c. 1 de Thesauris (X, 10) ab alia manu scripta et sumta ex codice aliquo secundae classis, ut appareat, in ipso cod. 15 defuisse alterum quaternionem, eum autem, qui superest, quaternionem ex alio libro msto. huc esse translatum. In cod. 11 quaternionis XVI. duo desunt folia cum vv. *quos velut testes* usque ad vv. *triginta diebus qui* interpr. c. 3 tit. XXX. h. libri. Interpretatio h. l. male scripta est.

a) Tit. XXVIII. C. Th. *Tit. XXXVIII.* et sunt in C. Th. duodecim leges. b) c. 1. C. Th. *c.* 8. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 5—10, 12—14, 16, $17^a$, 19; *omnia praeter interpr. des.* in codd. 42, 45; inscr. et *textus* in codd. 21—23; *textus et subscr.* in codd. 26—28; *solus textus om.* in codd. 15, 25, 29—40.

EPIT. AEG.

Si criminis accusator infra triginta dies abolitionem petierit, etiam invito reo a iudice concedatur, et liberi abscedant: post triginta dies quam accusatus custodiae fuerit traditus, nisi ambo petierint, abolitio denegetur. Si vero testes exhibiti ad petitionem accusatoris fuerint et ei abolitio praestita fuerit, eorum sumtus accusator exsolvat. Nam[c]) si testes volentes nolentes ad petitionem accusatoris ordinante iudice adducantur, qui dicant ordinem veritatis et ipsi in custodia vel in tormento fuerint, postea quidem abolitio fieri non potest, sed poenam, quam suscepturus erat aut reus aut accusator, excipiat[d]).

TIT. XXVIII.[a]) DE INDULGENTIIS CRIMINUM.

c) In sqq. interpr. partim mutata est.
d) Aeg. *suscipiat.*
a) Aeg. *Tit. XXVII.* Cf. tit. XX. not. *a.*

EPIT. SUPPL. LAT. 215.

B. Alia eiusmodi. Si voluerit, posse reum inscriptori concedere tormenta, quae pertulit, si non per colludium agatur. Ne amplius torqueatur, nisi de maioribus rebus, hoc est aut de vita principis aut patria oppugnata vel prodita, aut peculatus admissus aut sacramenta deserta, in quibus iudex non minus accusatorem ad docenda, quae detulit, quam reum ad purganda, quae negat, debet urgere.

Si criminis accusator intra XXX dies abolitionem petierit, invito accusato potest accusator absolvi. Post XXX dies, quam accusatus custodiae fuerit traditus, quod si accusator forte petierit iudici, ut volentes nolentesque testes ad ordinationem iudicis adducantur, qui dicant ordinem veritatis et ipsi in custodia positi[a]) et afflicti tormento fuerint, post haec abolitio fieri non potest, nisi poenam, quam suscepturus erat reus, accusator excipiat. Quod si testes sine tormento in sola custodia missi fuerint et abolitio petita et impetrata fuerit, sumtus litis, quos impenderint testes, eis accusator exsolvat.

TIT. XXVI. DE INDULGENTIIS CRIMINUM.

a) Cod. *posset.*

| EPIT. GUELPH. | EPIT. LUGD. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|
| | Lex II. Easdem poenas, quae superior edicit; tantum addit, ut si abolitio ambabus partibus consentientibus petatur, iudex diligenter agat, utrum de crimine maiestatis aut oppugnatione patriae vel prodita, aut de sacramentis quaesitis et relictis vel similibus, quae iure veteri continentur, abolitio petita sit, quia in talibus, etiamsi utraeque partes sibi assenserint, non est abolitio praestanda, nisi discussio et purgatio meruerit.[a]) | Accusator, qui se laqueo legis adstringit, nullum habebit abolitionis concursum, postquam accusatus aliquid iniuriae per eius inscriptionem pertulit, nisi ipse perdonet, qui pertulit, et pariter a iudice petatur abolitio. Prius tamen quaeratur, ne consentientibus partibus praestetur abolitio, ne fuerit aut violenta[a]) maiestas aut patria oppugnata vel prodita aut peculatus admissus aut sacramenta desita sunt vel ea, quae iure veteri continentur, in quibus iudex non minus accusatorem ad docenda, quae detulit, quam reum debet urgere. | |
| II idē quod supra. | | | |
| II.[b]) Si acusatur. abolicionem. petat. et det ei testibus. sumptus testibus. inpensas acusatur absolvat. et si acusatum non convincerit. penam excipiat illius. quem. acusavit. | | Si criminis accusator intra triginta dies abolitionem petierit, etiam invito reo, a iudice concedatur et liberi accusatus et accusator abscedant. Post triginta dies, nisi ambo petierint, aliter non praestatur abolitio, si forte accusatus iam custodiae fuerit traditus. Quod si testes exhibiti ad petitionem accusatoris fuerint et in custodiam missi et abolitio praestetur, sumtus, quos fecerint testes, eis accusator exsolvat. Nam si testes exhibiti ab accusatore poenae subiacuerint, abolitio a iudicibus denegetur, ut aut in accusatum aut in accusatorem poena retorqueat. *Dat. VIII. Kal. Febr. Honorio VIII. et Theodosio III. AA. Coss.*[b]) | |
| DE INDULGENCIIS. | XXVIII. DE INDULGENTIIS CRIMINUM. | XXVIII. DE INDULGENTIA CRIMINUM IN PASCHA. | XXVIII. DE INDULGENCIIS CRIMINŪ. |

b) Scrib. *III.*

a) Om. c. 3 h. t.

a) Leg. *violata.* b) 62 om. subscript.

quiete et gaudio communi persequatur instantius? Nullam accipiat requiem vinculorum, qui quiescere sepultos quadam sceleris immanitate non sivit; patiatur tormenta veneficus, maleficus adulteratorque monetae; homicida, quod fecit, semper exspectet; reus etiam maiestatis de domino, adversum quem talia molitus est, veniam sperare non debet. *Dat. V. Kal. Mart. Mediolano, Arcadio A. I. et Bautone Coss.*

INTERPRETATIO. *Sacrilegus, adulter, incesti reus, raptor, sepulcrorum violator, veneficus, maleficus, adulterator monetae, homicida diebus paschae nullatenus absolvantur. Reliqui omnes, quos minorum causarum culpa constringit, diebus venerabilibus paschae specialiter absolvantur.*

EPIT. AEG.: Sacrilegus, adulter, incesti reus, raptor, sepulcrorum violator, veneficus, maleficus, adulterator monetae, homicida diebus paschae nullatenus absolvantur. Reliqui[b]), quos minorum causarum culpa constringit, absolvantur.

EPIT. SUPPL. LAT. 215: Sacrilegus, adulter, incesti reus, raptor, sepulcrorum violator, veneficus, maleficus, adulterator monetae, homicida diebus paschae nullatenus absolvantur. Reliqui, quos minorum causarum culpa constringit, absolvantur.

## TITULUS XXIX. [a]) DE CALUMNIATORIBUS.

EPIT. AEG.: TIT. XXIX.[a]) DE CALUMNIATORIBUS.[b])

EPIT. SUPPL. LAT. 215: TIT. XXVII. DE CALUMNIATORIBUS.[a])

1.[b]) *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Hellebico Comiti et Magistro utriusque militiae.* Non est ratio, qua manifesti calumniatoris supplicium differatur. Nec enim patimur frequenter iterari, quae consistere prima actione non quiverint, atque alienam innocentiam securitatemque sine crimine, damnabili appetitione terreri. *Dat. III. Kal. Ian. Constantinopoli, Merobaude II. et Saturnino Coss.*

ISTA LEX *sub eodem titulo similem interpretationem habet*[c]).

2.[d]) *Iidem AAA. Menandro Vicario Asiae.* Nostris et parentum nostrorum constitutionibus comprehensum est, eos, qui accusationem alienis nominibus praesumsissent, delatorum numero esse ducendos. Atque ideo calumniosissimum caput et personam iudicio irritae delationis infamem deportatio sequatur, quo posthac singuli universique cognoscant, non licere in eo principum animos commovere, quod non possit ostendi. *Dat. VIII. Id. Mai. Constantinopoli, Arcadio A. I. et Bautone Coss.*

HAEC LEX *interpretatione non indiget.*

3.[e]) *Impp. Arcadius et Honorius AA. Victorio Proconsuli Africae.* Innocentes sub specie falsae criminationis non patimur callidorum impugnatione subverti: qui si tentaverint, intelligant, sibimet severitatem legum pro commissis facinoribus incumbere. *Dat. III. Id. Mart. Mediolano, Honorio A. IV. et Eutychiano Coss.*

INTERPRETATIO. *Calumniatores sunt, quicunque causas ad se non pertinentes sine mandato alterius proposuerunt. Calumniatores sunt, quicunque iusto iudicio victi causam iterare tentaverint. Calumniatores sunt, quicunque quod ad illos non pertinet, petunt aut in iudicio proponunt. Calumniatores sunt, qui sub nomine fisci facultates appetunt alienas et innocentes quietos esse non permittunt. Calumniatores etiam sunt, qui falsa deferentes contra cuiuscunque innocentis personam principum animos ad iracundiam commovere praesumunt. Qui omnes infames effecti in exsilium detrudentur.* [f]) *Hic de Iure addendum, qui calumniatores esse possunt.*

EPIT. AEG.: Calumniatores sunt, quicunque causas ad se non pertinentes sine mandato proposuerint. Qui iusto iudicio victi causam iterare tentaverint. Qui quod ad illos non pertinet, petunt aut in iudicio proponunt. Qui sub nomine fisci facultates impetunt alienas. Qui falsa deferentes contra cuiuscunque innocentis personam principis animum ad iracundiam commovere praesumunt et quietum[c]) esse non permittunt. Hi omnes infames effecti exsilio detrudantur.

EPIT. SUPPL. LAT. 215: Calumniatores sunt, quicunque causas ad se non pertinentes sine mandato proposuerint et illi, qui iusto iudicio victi causam iterare tentaverint et illi, qui quod ad illos non pertinet, petunt aut in iudicio proponunt et illi, qui sub nomine fisci facultates impetunt alienas et illi, qui falsa deferentes contra cuiuscunque innocentis personam principis animum ad iracundiam commovere praesumunt et quietos esse non permittunt. Hi omnes infames effecti exsilio detrudantur.

## TITULUS XXX. [a]) DE POENIS.

EPIT. AEG.: TIT. XXX.[a]) DE POENIS.

EPIT. SUPPL. LAT. 215: TIT. XXVIII. DE POENIS.

1.[b]) *Imp. Constantinus A. ad Catulinum.* Qui sententiam laturus est, temperamentum hoc teneat, ut non prius capitalem in quempiam promat severamque sententiam,

a) Tit. XXIX. C. Th. *Tit. XXXIX.* b) c. 1. C. Th. *c.* 1. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 5—7, 9, 10, 12—14, 16, 17[a], 25, 29, 30, 32—34, 37; omnia des. in codd. 22, 23, 28; inscr. et subscr. in cod. 43; textus, subscr. et interpr. in codd. 35, 38—40, et est inscr. translata in c. 3 h. t., cuius inscr. aut inscr. et textus in his codd. om.; subscr. et interpr. des. in codd. 26, 27, 31, sed ponitur in cod. 31 subscr. et interpr. c. 3 h. t.; textus et subscr. des. in codd. 15, 36, et pon. subscr. c. 3 h. t.; sola inscr. om. in cod. 21; sola interpr. in codd. 8, 19. Vid. not. *c.* c) Vid. not. *b.* Cod. 8 et Sich. om. *Ista—habet,* sed ponunt interpretationem c. 3 h. t., et falso eam h. l. poni ex eo apparet, quod dicta interpr. non magis ad c. 3 quam ad omnes h. t. constitutiones pertinet. 1, 2 *Istae leges—habent.* 12 *Ex ista sub eadem habent.* 7 *Istae tres unum sensum habent,* sed add. est v. *sensum* supra lin. d) c. 2. C. Th. *c.* 2, sed vid. c. 1 et 3 h. t. Integra, sed sine interpr. est in codd. 1, 2, 5—10, 12—14, 16, 17[a], 30, 32—34; omnia des. in codd. 19, 21—23, 25, 28, 31, 35—40; inscr., subscr. et interpr. in codd. 27, 43; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 15, 19. e) c. 3. C. Th. *c.* 3; sed 19, 21, 25, 36, 37 *c.* 2; codd. 22, 23, 28, 31, 35, 38—42, 44, 45 et cod. S. Germ. 366 *c.* 1, i. e. *un.* Vid. c. 1 et 2 h. t. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 5—10, 12—14, 16, 17[a], 19 et cod. S. Germ. 366; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 41, 42, 44, 45; de codd. 15, 31, 35, 36, 38—40 vid. c. 1 h. t. not. *b*; inscr. et textus des. in codd. 21—23; inscr. et subscr. in cod. 43; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32—34, 37. Ad interpr. cf. ep. I. Stephani et rescriptum Damasi ad Stephanum (Knust l. c. p. 56, 73). De Sich. vid. c. 1 h. t. not. *c.* Interpr. memorabilis est et habet, quae non sunt in lege. f) Cf. supr. II, 21, 2, interpr. not. *d.*

a) Tit. XXX. C. Th. *Tit. XL.* et sunt in C. Th. h. t. XXIV leges. b) c. 1. C. Th. *c.* 1. Ad interpr. cf. Zephyrini ep. I. Felicis I. ep. 1. Iulii I. ep. II. cap. 19, 26, 31 (Knust l. c. p. 47, 59, 69). Capit. Angilr. c. 57. Ben. Lev. I, 308. II, 398. III, 170. Ans. III, 82. Ivo, Pann. IV, 111. Decr. Gr. cau. 2, qu. 1, c. 2. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 5—10, 12—14, 16, 17[a], 19; omnia praeter interpr. des. in cod. 44; inscr. et textus in codd. 21—23; textus et subscr. in codd. 26—28; solus textus om. in codd. 15, 25, 29—40.

EPIT. AEG.: b) Nonn. codd. add. *vero.* a) Aeg. *Tit. XXVIII.* Vid. tit. XX. not. *a.* In cod. 54 numerus quidem tit. adest, neque vero rubr. b) c. 1 et 2 om. c) Codd. *quietos.* a) Aeg. *Tit. XXIX.* Cf. tit. XX. not. *a.*

EPIT. SUPPL. LAT. 215: a) c. 1 et 2 om.

| EPIT. GUELPH. | EPIT. LUGD. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|
| Diebus pasche. minoribus culpe. rei. absolve. | Quod ubi paschae dies exstiterint, quos tenet carcer inclusos, resolvendi sint absque sacrilegos, adulteros, incestos, raptores, sepulcrorum violatores, veneficos, maleficos, adulteratores monetae, homicidas. | Sacrilegos, adulteros, incesti reos, raptores, sepulcrorum violatores, veneficos, maleficos, adulteratores monetae, homicidas praeter istos, quos minorum causarum culpa constringit, diebus paschae specialiter absolvantur. *Dat. V. Kal. Mart. Arcadio A. I. et Bautone Coss.* | Imp̃ archd̃. data. V. kal̄ mar̃. mediolano *Intp̃.* Sacrilegus adult̄ monete reus rapt' sepulcri violat'. adult ingesti[a]) veneficus malificus omicida. dieb; pasci nullatinus absolvant' alii qui minore crimina[b]) fuerint detenti venerabiles dies pasce in omnib; absolvant'. |
| XXVIIII. DE CALOMNIATORIBUS pl' I' ʗ' V' ɫ II' ʗ' IIII' ɫ. XXII.[a]) | XXVIIII. DE CALUMNIATORIBUS.[a]) | XXIX. DE CALUMNIATORIBUS.[a]) | XXVIIII. DE CALŨNIATORIB;[a]) |
| Calomniatoris. supplicium non deferri. nec accio iterari. | | | |
| II. Accusatoris. aliorum. esse dilatoris., l' X' ʗ' V pl' VI' XV.[b]) | | | |
| III Qui iudicentur. esse dilatoris. idẽ. victi iusto iudicio. petentes. non sibi. dibità. qui sub nomine fisci. res. inpetunt. alienas. ne animas. principum. contra innocentes. ad iracundia. comoveant. hii. omnis. infames. effecti. exilio depotandi. | Lex I, II, III. Ut calumniatores, qui commovere etiam principum animos adversum innocentem personam praesumserint, exiliantur, et dicunt. | Calumniatores sunt, qui causas ad se non pertinentes sine mandato proponunt et qui iusto iudicio victi causas iterant. Similiter illi, qui causas ad se non pertinentes petunt in iudicio. Nec non illi, qui sub nomine fisci facultates impetunt alienas. Etiam et illi, qui contra innocentes principum animos ad iram commoverint. Hi omnes infames effecti exsilio detrudantur. *Dat. III. Id. Mart. Honorio A. IIII. et Eutychiano Coss.*[b]) | Imp̃ Gracĩn data III kal̄ ianuar̃. *Intp̃* Calumniatores sunt qui[b]) causas a se ñ ptinentes sine mandato causare p̃sumunt; Calumniatores s̃ qui cũ iusto iudicio de quacũq: causa ante iudice[c]) convictus fuerit et ipsã causam iterũ recausare tẽptaverint. Calumniatores sunt qd̃ ad illos non ptinet et petunt aut in iudicio pponunt. Calũniatores sunt qui sub[d]) nomine fisci facultates querent alienas et innocentes quietus ẽẽ ñ pmittunt. Calumniatores s̃. qui falsa deferentes contra cuiusquũq: innocentes psonas principu animus ad iracundia[e]) cõmovere p̃sumunt hii om̃s qui tales causas minant infames[f]) vel notati in exilio deputentur. |
| XXX. DE PENIS. | XXX. DE POENIS. | XXX. DE POENIS.*) | XXX. DE PENIS. |
| a) Paul. I, 5; V, 4, 11 et 12. b) C. Th. X, 5. Paul. V, 15. | a) In m. cod. *Paul. Lib. I. aera V. Lib. V. aera IIII. Leg. XI et XII.* c. 1 et 2 om. | a) c. 1 et 2 desunt. b) Subscriptio deest in 62. *) 64 add. *et patientia iudicis.* | a) 65 *adulter incesti.* b) 65 *qui in minore crimine* et infra *venerabilis.* a) c. 1 et 2 desunt. b) 66 *qua.* c) 65 *iudicem* et infra *temptaverit.* d) 66 *suo.* Postea 65 *quietos.* e) 65 *iracundiam.* f) 65 *infamiaes.* |

LEX ROM. VISIGOTH. | EPIT. AEG. | EPIT. SUPPL. LAT. 215.

quam in adulterii vel homicidii vel maleficii crimine aut sua confessione aut certe omnium, qui tormentis vel interrogationibus fuerint dediti, in unum conspirantem concordantemque rei finem convictus sit et sic in obiecto flagitio deprehensus, ut vix etiam ipse ea, quae commiserit, negare sufficiat. *Dat. III. Non. Nov. Treviris. Acc. XV. Kal. Mai. Hadrumeti, Volusiano et Anniano Coss.*

Interpretatio. *Iudex criminosum discutiens non ante sententiam proferat capitalem, quam aut reus ipse fateatur, aut convictus aut per innocentes testes vel per conscios criminis sui aut homicidium aut adulterium aut maleficium commisisse manifestius convincatur.*

Iudex criminosum discutiens non ante sententiam proferat capitalem, quam aut reus ipse fateatur aut per innocentes testes vel per conscios criminis sui aut homicidium aut adulterium aut maleficium commisisse manifestius convincatur.

Iudex criminosum discutiens non ante sententiam proferat capitalem, quam convictus reus vel per innocentes testes vel per conscios criminis aut homicidium aut adulterium aut maleficium commisisse manifestius convincatur.

2.[c]) *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Praetextatum Pf. U.* Quoties in senatorii ordinis viros pro qualitate peccati austerior fuerit ultio proferenda, nostra potissimum explorentur arbitria, quo rerum atque gestorum tenore comperto, eam formam statuere possimus, quam modus facti contemplatioque dictaverit. *Dat. VIII. Id. Oct. Remis, Gratiano A. I. et Dagalaipho Coss.*

Interpretatio. *Si quando aliquae maiores personae aut alicuius dignitatis viri vocantur in crimen, iudex ad rerum dominos referat, ut de huius modi personis quid fieri debeat, dominorum praeceptio iusta constituat.*

Si maioribus personis crimen obiectum fuerit, principis est exspectanda sententia.

Si maioribus personis crimen obiectum fuerit, principis est exspectanda sententia.

3.[d]) *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Flaviano Pf. P. Illyrici et Italiae.* Si vindicari in aliquos severius, contra nostram consuetudinem, pro causae intuitu iusserimus, nolumus statim eos aut subire poenam, aut excipere sententiam, sed per dies XXX super statu eorum sors et fortuna suspensa sit. Reos sane accipiat vinciatque custodia, et excubiis solertibus vigilanter observet. *Dat. XV. Kal. Sept. Verona, Antonio et Syagrio Coss.*

Interpretatio. *Si princeps cuiuscunque gravi accusatione commotus quemquam occidi praeceperit, non statim a iudicibus, quae ab irato principe iussa sunt, compleantur, sed triginta diebus, qui puniri iussus est, reservetur, donec*[e]) *pietas dominorum iustitiae amica subveniat.*

Data igitur a principe sententia, ut aliquis puniatur, a iudicibus triginta diebus reservetur, donec pietas respiciat principalis.

Data igitur a principe sententia, ut aliquis puniatur, XXX diebus a iudicibus reservetur, donec pietas respiciat principalis.

4.[f]) *Impp. Arcadius et Honorius AA. Eutychiano Pf. P.* Sancimus, ibi esse poenam, ubi et noxa est. Propinquos, notos, familiares procul a calumnia summovemus, quos reos sceleris societas non facit; nec enim affinitas vel amicitia nefarium crimen admittunt. Peccata igitur suos teneant auctores, nec ulterius progrediatur metus, quam reperitur delictum. Hoc singulis quibusque iudicibus intimetur. *Dat. VIII. Kal. Aug. Constantinopoli, Theodoro V. C. Cos.*

Interpretatio. *Poena illum tantum sequatur, qui crimen admisit. Propinqui vero, affines vel amici, familiares vel noti, si conscii criminis non sunt, non teneantur obnoxii. Nemo de propinquitate criminosi aut de amicitiis timeat, nisi qui scelus admiserit.*

Poena tantum illum sequatur, qui crimen admisit. Propinqui vel amici si conscii non sunt, non teneantur obnoxii.

Poena tantum illum sequatur, qui crimen admisit. Nam non eius heredes, si non sunt conscii criminis. Nemo de propinquitate criminosi aut amicitia timeat, nisi qui scelus admiserit.

## TITULUS XXXI.[a]) NE SINE IUSSU PRINCIPIS CERTIS IUDICIBUS LICEAT CONFISCARE.

TIT. XXXI.[a]) NE SINE IUSSU PRINCIPIS CERTIS IUDICIBUS LICEAT CONFISCARE.

TIT. XXIX. NE SINE IUSSU PRINCIPIS CERTIS IUDICIBUS LICEAT CONFISCARE.

1.[b]) *Imp. Theodosius A. et Valentinianus C. ad Hierium Pf. P.* Nulli iudicum, exceptis his, qui in summa administrationis sunt positi potestate, vitae quoque noxiis ius adimendae sortiti sunt, quemquam omnino inconsulta nostra clementia in ullo genere criminationis tristi liceat proscriptionis tempestate percellere. Ad nos simulationum genera, quaestionis ordo, criminum moles, documentorum probationumque pensanda libramenta mittantur. §. 1. Nemo sibi praesumat moderatorum provinciarumque rectorum, sub quibuscunque infulis potestatis, quemquam patrimonii universis privare subsidiis. §. 2. In illos gladii sui et ius severitatis exerceant, in quos statim destringi ferrum iura praecipiunt, quorumque differri supplicium materia est interitus plurimorum. *Dat. X. Kal. Febr. Constantinopoli, D. N. Theodosio A. XI. et Valentiniano C. Coss.*

Interpretatio. *Nullus iudicum privatas facultates fisci nomine proscribere aut occupare praesumat, sed ad rerum dominos referat causam, pro qua hoc aliquis mereatur, et quod iussum fuerit, observetur.*

Nullus iudicum privatas facultates confiscare praesumat.

Nullus iudicum privatas facultates confiscare praesumat, nisi per principis iussionem.

c) c. 2. C. Th. *c.* 10. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 5—10, 12—14, 16, 17[a], 19, 26; omnia praeter interpr. des. in codd. 22, 27, 44; inscr. et textus in codd. 21, 23, 31, 35, 36; textus et subscr. in cod. 28; solus textus om. in codd. 15, 25, 29, 30, 32—34, 37—40. Ad interpr. cf. Ben. Lev. II. cc. in not. *b* c. 1 h. t. d) c. 3. C. Th. *c.* 13. Ad interpr. cf. Coll. Can. anon. saec. XI. Ivo, Decr. XVI, 252 (in libr. mss. Ivonis Decr. textus habetur ad X, 47). De cod. 11 vid. supra tit. XXVII. c. 3 not. *f.* Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 5—10, 12—14, 16, 17[a], 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 41, 45; inscr. et textus in codd. 21—23, 31, 35, 36; textus et subscr. in codd. 27, 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 15, 25, 29, 30, 32—34, 37—40. e) Haec add. interpr. f) c. 4. C. Th. *c.* 18. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 5—14, 16, 17[a], 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 41, 42, 44, 45; inscr. et textus in codd. 21—23, 31, 35, 36; textus et subscr. in cod. 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 15, 25, 29, 30, 32—34, 37—40.

a) Tit. XXXI. C. Th. *Tit. XLI.* b) c. 1. C. Th. *c. un.* Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 5—14, 16, 17[a], 19; omnia praeter interpr. des. in cod. 45; inscr. et textus in codd. 21—23; textus et subscr. in codd. 26—28; solus textus om. in codd. 15, 25, 29—35, 37—40.

a) Aeg. *Tit. XXX.* Cf. tit. XX. not. *a.*

| EPIT. GUELPH. | EPIT. LUGD. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|
| Capitalem. sentenciam. nisi convictus eo.[a]) non p̃ferenda. | Lex I. Quod non sit ante sententia iudicis capitalis proferenda in reum, quam discussione facta ipse reus fateatur, aut per innocentes testes aut per conscios criminis convincatur homicida, adulter, maleficus existere. | Iudex non ante sententiam proferat capitalem, quam aut reus confiteatur aut convictus per innocentes testes vel conscios criminis sui aut homicidium aut adulterium aut maleficium commisisse convincatur. | Imp̃ cons̃ data V. nñ Novẽbr. *Intp̃.* Cũ iudex qualecũq: hominẽ de qualecũq: crimine discutere voluerit ñ antea iudiciũ det quã omni veritate[a]) aut de omicidio aut de adulterio aut de malificiũ de ipso malefactore si cõmississet cognuscat. |
| II. De maiorem. personam. principi. referendum. | Lex II. Ut si quando alicuius dignitatis viri aut maiores personae in crimen vocantur, quod quid de huiusmodi personis fieri debeat, dominorum praeceptio iusta[a]) sibi relatum a iudicibus constituenda sit. | Si maiores personae aut dignitatis vocentur in crimine, iudex ad rerum dominum referat[a]), ut quid fieri debeat, dominorum praecepta iusta constituant. | *Ĩt alia Intp̃.* Cũ iudex qualecũq: hominẽ in culpa invenerit ñ antea eũ iudicet quã hoc ad suum dño vel ad suo seniore[b]) nunciet. |
| III. Qui occidi a principem. iubentur. XXX diebus reservandus. | Lex III. Ut si princeps commotus ab alicuius gravi accusatione aliquem occidi iusserit, quod non statim iudices iussionem irati principis exsequi debeant, sed XXX dierum spatium, qui puniri iussus est, habeat. | Si princeps gravi accusatione commotus quemquam occidi praeceperit, non statim a iudicibus compleatur, sed triginta diebus, qui puniri iussus est, reservetur, donec pietas subveniat. | *Ĩt alia Intp̃.* Si princeps aut qualecũq: hominẽ ꝑ quacũq: culpa morire[c]) aut occidere p̃ciperit illi qui facere debent ñ statĩ hoc faciant qd̃ irati dñ ordinant sed[d]) XXX dies ipsũ hominẽ in occulto reservent forsitã supvenit pietas dñi sui ĩ iustissima amica. |
| IIII. Qui scelos. admisit. ipse ad penam tenendus. propinquis. absolutis., L· III.[b]) ꝛ· XVI· Ł. I. pl̃· I· ꝛ· XII. Ł· III HERM̃. ꝛ· II.[c]) | Lex IV. Quod poena tantum sequi illum debet, qui crimen admiserit; affines aut propinqui, nisi crimine teneantur, non sint habendi obnoxii. | Poena illum tantum sequatur, qui crimen admisit[b]). Propinqui vero vel aliqui familiares, si conscii criminis non sunt, non teneantur obnoxii. *Dat. VIII. Kal. Aug. Theodoro V. C. Cos.* | *Ĩt alia. Intp̃.* Si aliq̃ qualecũq: hominẽ ad iudicẽ de qualecũq: crimine acusaverit si ille qui acusatus ẽ convictus fuerit secundũ legem ipsum iudicet'. Nã heredes ipsius q̃ culpabilis exinde ñ s̃ nulla calumnia ꝑ illo crimine nulla[e]) ñ incurrant. |
| XXXI. NE SINE IUSSU. PRINCIPIS. CERTIS. IUDICIBUS. LICIAT. CONFISCARI. | TIT. XXXI. NE SINE IUSSU PRINCIPIS CERTIS IUDICIBUS LICEAT CONFISCARE.[a]) | XXXI. NE SINE IUSSIONE PRINCIPIS IUDICIBUS LICEAT CONFISCARE. | XXXI. NE SINE IUSSO PRINCIPIS CERTIS IUDICIB; LICEAT CONFISCARI. |
| Nisi per ordinacionem. principis. | Ut nullus iudicum facultates cuiuscunque fisci nomine proscribere aut occupare audeat, nisi prius rerum dominis relatum sit, qua causa hoc quisque mereatur etc. | Nullus iudicum rem privatam fisci nomine praescribat aut praeoccupet nisi ad iussionem domini rerum. [a])*Dat. Kal. Febr. Theodosio A. et Valentiniano Coss.* | Imp̃ thodõ data X kal̃ febr̃. *Intp̃.* Nullus iudex p̃sumat de qualecũq: privato hominẽ suas res ꝑ fiscale nomine[a]) scribere aut occupare sed secundũ quale culpa[b]) ipse homo habuit det sup eũ iudicium. nã ex[c]) fiscale occasionẽ eũ dãnare ñ debet. |
| a) i. e. pro *convicto reo.* b) Sc. C. Th., sed hunc et sqq. Pauli numeros falsos esse puto. c) C. Herm. tit. 2. | a) An leg. *iuxta?*<br>a) In m. *Ex Lib. X.* (C. Th.) *aera V. leg. IV. Pauli Libr. V. aera (XIII?).* Videntur hi numeri ad sq. tit. pertinere. | a) 62 *p̃ferat* i. e. *praeferat.* b) Ita 63; 64 *admisset;* 62 *admiserit.* Infra subscript. om. in 62.<br>a) Subscriptio deest in 62. | a) 65 *veritatem.* b) 65 *suum seniorem.* c) 66 *moriret.* Paulo post 65 *preciperet.* d) 66 *se.* e) 65 om. *nulla.* Supra *culpabiles.*<br>a) 65 *privatum hominem — hominem.* b) 65 *culpa quale.* c) 65 *et.* |

## TITULUS XXXII. [a]) DE BONIS PROSCRIPTORUM SEU DAMNATORUM.

1.[b]) *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Symmachum Pf. U.* Substantiam damnatorum integram ad liberos pervenire, et in qualibet causa positis parentibus liberos heredes esse praecipimus, excepta sola maiestatis quaestione: quam si quis sacrilego animo assumit, iuste poenam ad suos etiam posteros mittit. *Dat. VII. Kal. Dec. Mediolano, divo Ioviano et Varroniano Coss.*

Interpretatio. *Si quis pro crimine suo occidi vel damnari meruerit, crimen cum auctore deficiat, bona vero eius ad filios vel ad heredes legitimos pertinebunt: nisi forte maiestatis crimine damnatus sit aliquis, quorum etiam filios de bonis damnati patris fieri iubemus alienos.*

2.[c]) *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Postumiano Pf. P.* Ad beneficium legis Valentinianae pertineant posthumi quoque puniti patris, ut bona faciant non caduca. Et ne quis partum, qui fuerit, vel suppositum arguat, vel non suppositum mentiatur, si forte eo tempore, quo maritum severitas rapiet ad poenam (excepto tamen maiestatis reatu, sicut ante praeceptum est), gravidam se uxor adverterit, mittat ad iudicem, conveniat magistratus, maneat deposita de conceptione testatio, petantur futurae partitudinis testimonia, adhibitisque custodibus foecunditas pudica servetur. Quippe illam fidem solam generis fisco nostro volumus esse potiorem, de cuius minime nativitate dubitetur. *Dat. VIII. Id. April. Constantinopoli, Merobaude II. et Saturnino Coss.*

Interpretatio. *Si quicunque damnatus praegnantem reliquerit uxorem, statim mulier de conceptu suo iudicem vel curiales contestetur, ut quum pepererit, in bonis damnati posthumus, id est*[d]) *post mortem patris natus succedat.*

3.[e]) *Impp. Arcadius et Honorius AA. Caesario Pf. P.* Si quis posthac stilum, quod absit, proscriptionis exceperit, solus criminis sui solvat poenas: neminem habeat in bonorum amissione consortem. Sit a proscripti mariti sorte uxor aliena, quo (ut assolet) proscripto, uxor proprias, velut manu iniecta, mox vindicet, aut certe quoquo modo occupatas statim recipiat facultates. Dos etiam, non quae aliquoties inaniter dotalium instrumentorum tenore conscribitur, sed quam se corporaliter tradidisse docuerit, praesentetur. Ea etiam, si forte cum proscripti bonis mixta sunt, non negentur, quae ab innoxio adhuc marito ante nuptias titulo donationis acceperit. Sin vero frater, soror, propinquus, affinis et quicunque proscripto qualibet sorte socientur. Tam longe enim unusquisque a metu ac poena abesse debet, quam alienus a crimine est. *Dat. III. Non. Aug. Constantinopoli, Arcadio IV. et Honorio III. AA. Coss.*

Interpretatio. *Quicunque damnari proscribique meruerit, ab eius facultatibus bona uxoria sequestrentur, ita ut et dotem, quam marito uxor aut eius parentes obtulerunt, et donationem, quam ante nuptias pro coniunctione susceperat, uxor retineat, sibique vindicet a bonis proscriptae facultatis aliena, quia mariti crimine uxor non potest obligari.*

4.[f]) *Iidem AA. Studio Comiti R. P.* Ne quis proscriptorum bona vel eorum, qui publicam videntur excepisse sententiam, intra biennium aestimet postulanda. Abstineant facultatibus intra id temporis expetendis, ut aut proprias quis recipiat, si, ut nobis ingenitum est, duriores casus et tristiorem fortunam imperatoria humanitate molliamus, aut tum demum postulet, quum iam fiscalem potius quam proscriptorum rem expetisse[g]) noscatur. Si quis autem petendas proscripti vel deportati intra biennium crediderit facultates, careat fructu liberalitatis augustae, ita ut nec instruantur huius modi petitiones, nec si temere instructae fuerint et sub specialis beneficii munificentia nostram provocaverint liberalitatem, habeant aliquas vires indulta. *Dat. XIV. Kal. Febr. Constantinopoli, Vincentio et Fravitta Coss.*

Interpretatio. *Bona eius, qui proscribi meruerit, intra biennium non competantur. Si quis vero intra biennium proscripti bona petierit, quod meruerit, non valebit, quia solita misericordia nostra pietas commoveri et reddere, quae merito commota iussit auferri.*

a) Tit. XXXII. C. Th. *Tit. XLII.* et sunt in C. Th. h. t. XXIV leges. b) c. 1. C. Th. *c.* 6. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 5—14, 16, 17[a]; omnia praeter interpr. des. in codd. 43, 45; inscr. et textus des. in codd. 21—23; textus et subscr. in codd. 27, 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 15, 25, 29—40; sola interpr. in cod. 19. c) c. 2. C. Th. *c.* 10. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 5—14, 16, 17[a]; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 45; inscr. et textus in codd. 21—23, 31, 35, 36; textus et subscr. in codd. 15 (ubi tamen ponitur subscr. c. 3 h. t.), 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32—34, 37—40; sola interpr. in cod. 19. d) Hoc add. ab interpr. e) c. 3. C. Th. *c.* 15. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 5—14, 16, 17[a]; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 45; inscr. et textus in codd. 15, 21—23, 31, 35, 36; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32—34, 37—40; sola interpr. in cod. 19. f) c. 4. C. Th. *c.* 17. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 5—14, 16, 17[a]; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 41, 45; inscr. et textus in codd. 15, 21—23, 31, 35, 36; inscr. et princ. textus in cod. 4 (vid. infr. not. *g*); textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32—34, 37—40; sola interpr. in cod. 19. g) Hic pergitur in cod. 4. Vid. supra c. 1 ad L. Corn. de Falso (IX, 15) not. *c.*

### EPIT. AEG.

TIT. XXXII.[a]) DE BONIS PROSCRIPTORUM SIVE DAMNATORUM.

Crimen cum auctore deficit: bona eius integra heredibus derelinquenda[b]), nisi forte maiestatis crimine damnatus sit: cuius filios occiso patre de bonis damnati patris fieri iubemus alienos.

In bonis damnati posthumus succedat.

Mulier vero defuncti dotem vel donationem in se factam vindicet, ut non inter res defuncti mariti criminosi rapiantur, quia mulier mariti criminosi non potest obligari.

Et ut res criminosi ante biennium nullus competere praesumat, quia pietatis intuitu a principe reddi solent.

a) Aeg. *Tit. XXXI.* Cf. tit. XX. not. *a.* b) Nonn. codd. *relinquenda.*

### EPIT. SUPPL. LAT. 215.

TIT. XXX. DE BONIS PROSCRIPTORUM SIVE DAMNATORUM.

Crimen cum auctore deficit: bona eius ipsius heredes accipiant.

Post mortem patris criminosi occisi filius natus in hereditate succedat.

Mulier vero defuncti dotem vel donationem in se factam vindicet. Ut a criminosi facultatibus bona uxoria separentur et quicquid maritus pro coniunctione obtulerit, hoc sibi totum mulier sicut res proprias vindicabit, quia in mariti crimine uxor non potest obligari.

Ut ante biennium res occisi nullus competere praesumat. Quod si obtinuerit, non valebit, sed pietas principis exspectetur.

| EPIT. GUELPH. | EPIT. LUGD. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|
| DE BONIS XXXII. PROSCRIPTORUM. SEU DONATORUM. l· X· ʒ. V. l· IIII. pl· V. ʒ· XIII ł· l· ʒ· XXX. I. ł. I.[a]) | XXXII. DE BONIS PROSCRIPTORUM SEU DAMNATORUM. | XXXII. DE BONIS PROSCRIPTORUM SEU DAMNATORUM. | XXXII. DE BONIS PSRESCRIPTORUM[a]); SEU DÃNATORUM. |
| I· Crimen. cum auctorem. defecere bona. damnati adheretis. pervenire. | Lex I. Ut si aliquis pro crimine suo meruerit occidi vel damnari, quod bona illius vel filii vel legitimi heredes consequi debeant, nisi crimen maiestatis damnatus[a]) habuerit, quia tunc filii de bonis patris alienantur. | Si quis pro crimine suo occidi vel damnari meruerit, crimen cum auctore deficiat, bona vero eius ad heredes legitimos pertinebunt: nisi forte maiestatis crimine damnatus sit aliquis, de quibus bonis filii habeantur extranei. | Imp̃. valeñ. data VII kal̃ decm̃b. *Intp̃.* Si quis homo ꝓ qualecũq: crimine dãnatus fuerit. bona ipsius qd̃ habuit sui filii accipiant nisi tantũ si de crim̃ magistatis acusatus fuerit et convictus postea sui filii ipsius facultatẽ habere non possunt. |
| II. Damnati hereditatem. posthumus. accepere., l· IIII. ʒ ·III[b]) ÷ | Lex II. Ut si damnatus praegnantem uxorem reliquerit, ipsa uxor statim iudices adeat et ipsos testes habeat suae praegnationis, quatenus post humationem patris aut mortem natus filius in hereditatem illius succedere possit. | Si damnatus praegnantem reliquerit uxorem, statim mulier de conceptu suo iudicem vel curiales contestetur, ut filius eius natus in bonis damnati patris succedat. | *Iť alia. Intp̃.* Si qcũq: homo p sua culpa de alicǫ crimine dãnatus fuerit aut occisus si uxorẽ prignantẽ dimiserit ipsa mulier de p̃sente ad iudices ł ad[b]) curiales de suo concepto dicat ut postea hereditates patris dãnati ipse infans recipere possit. |
| III Cuius bona p̃scribuntur. bona uxorie sequestranda. | Lex III. Ut qui damnari vel proscribi meruerit, quod ab eius facultatibus bona uxoris sequestranda sint et dotem, quam illi aut parentibus obtulit proscriptus donationemque ante nuptias, etiam retineat sibique vindicet. | Qui damnari proscribique meruerit, ab eius facultatibus bona uxoria sequestrentur, ita ut[a]) et dotem, quam marito uxor aut eius parentes obtulerunt, et donationem, quam ante nuptias susceperat, uxor sibi vindicet, quia mariti crimine uxor non potest obligari. | *Iť alia Intp̃.* Si quicũq: homo ingenuus ꝓ sua culpa dãnatus fuerit uxor eius sua[c]) facultatẽ da sui mariti facultatẽ separet et dotẹ quem[d]) ei suus maritus ł eius parentes dederint[e]) et qd̃ ei ante nupcias in donatione[f]) ꝓ coniungtionẽ dedit ipsa l sibi vindicet nec in mariti crimine uxor ñ oblicetur.[g]) |
| IIII· Bona p̃scribti. infra biennium non petenda. | Lex IV. Bona proscriptorum a quocunque intra biennium non petantur, quia, si quis petierit, etiamsi obtinuerit, non valebit eo, quod misericordia principum reddat subinde, quod commota abstulit. | Bona eius, qui proscribi meruit, intra biennium non petantur et si petantur, non valeat, quia solet ad misericordiam nostra pietas commoveri. [b]) *Dat. XIIII. Kal. Febr. Vicencio et Flavito Coss.* | |
| a) C. Th. X, 5, 4. Paul. V, 13, 1; V, 31, 1. b) C. Th. IV, 3. | a) Codex *damnatis.* | a) 64 om. *ut — obtulerunt.* Paulo supra 62 *meruit.* b) Subscript. deest in 62. | a) Ita 66. 65 *presrescriptorum.* b) 66 *a.* c) 65 *suam.* d) 65 *quam.* e) 65 *dederunt.* f) 65 *donationem.* Infra *ipsa sibi.* g) i. e. *obligetur.* — c. ult. h. t. deest. |

## TITULUS XXXIII.[a]) DE SENTENTIAM PASSIS ET RESTITUTIS ET LIBERIS EORUM.

1.[b]) *Imp. Constantinus A. ad Maximum Pf. U.* In quaestione testamenti, quod deportati filius remeante patre fecisset, remotis Ulpiani atque Pauli notis, Papiniani placet valere sententiam, ut in patris sit filius potestate, cui dignitas ac bona restituta sunt. §. 1. Ita tamen, ut gesta per filium, cuius consilia legitima aetas firmaverat, rata sint, eodem in potestatem patriam redeunte, ne eorum rescissio efficiat, quod est maxime absurdum, eodem tempore nec in patris nec in sua quemquam fuisse potestate. §. 2. Minores enim aetate iure quicquam agere prohibentur. Quibus si damnato patre tutor datus est, necesse est, ut ab officio recedat, regresso eo, quem non solum nomine redire, sed etiam officium suum nulla pravitate corruptum liberis praebere oportet, ut eorum bona tueatur et augeat. Nam si patria potestate ad corrumpendi atque effundendi patrimonii licentiam abutetur, ut furioso ac dementi, item prodigo, libidinum omnium vitiorumque servo non est eorum pecunia committenda: ab administratione fugiat: neque tutor esse desinat, omniaque minoris dispendia suis ipse damnis praestet. Sententia vero deportationis nullo patrem praeiudicio deminuat. Quem si comperta integritas ut natura, ita officio liberis restituerit, ei gubernacula rerum tradenda sunt, cuius, ad imitationem publici iuris, provisa custodia est. Quae nisi bonis patribus detur, luctuosior erit reditus quam discessus. §. 3. Ideoque tantum ad restitutionem indulgentia valeat, quantum ad correctionem sententia valuit. Utque deportationis ipsum per se nomen rerum omnium spoliatio est, ita indulgentia reditus bonorum ac dignitatis uno nomine amissorum omnium sit recuperatio. Et filii emancipationem a patribus officiis petant, ut libertatem non damnationis, sed lenitatis paternae testem habeant. *Dat. XVIII. Kal. Oct. Sirmio, Crispo II. et Constantino II. Caess. Coss.*

Interpretatio. *Si quis pater in exsilium missus filium in maiore aetate reliquerit, quaecunque de bonis propriis gessit filius, iuxta sententiam Papiniani rata et firma permaneant, nec contra aut testamentum aut transactionem filii reversus pater venire permittitur. Sane quum redierit pater, si filium vivum invenerit, filium in ius suum paterna potestate recipiet. Ceterum quod de rebus propriis absente patre filius gessit, reversus pater revocare non poterit. Quicquid vero filii in annis minoribus constituti fecerint, penitus non valebit: qui tamen si pro aetate vel absentia patris aut tutores aut curatores acceperint, reversus pater filios, repulsis curatoribus vel tutoribus, cum omni facultate recipiet: ea tamen conditione, ut rem filiorum ita administret ac regat, ut non solum detrimenta non sentiant, sed studio patris res et facultas proficiat filiorum. Quod si pater aut prodigus aut negligens aut eversor aut libidini deditus esse convincetur, et filiorum res impie ac dementer vastare ac dilapidare cognoscetur, filii talis patris, tanquam eo mortuo, sub tutore aut curatore consistant: quia sicut aequum est, ut bonus et utilis pater rem filiorum regendam administrandamque recipiat, ita iniquum est, ut in damnum filiorum reversus facultates a tutoribus curatoribusve reservatas dementi subversione dilaceret.*

**EPIT. AEG.**

TIT. XXXIII.[a]) DE SENTENTIAM PASSIS ET RESTITUTIS ET LIBERIS EORUM.

Si quis pater in exsilium[b]) missus filium in maiore aetate reliquerit, quicquid interea vendiderit aut testamento legaverit, manebit: si infra aetatem filii, quos reliquit, fuerint et aliquid vendere praesumserint, reversus de exsilio[c]) omnia ad se cum filiis revocabit. Si vero pater res filiorum vastare cognoscitur, quasi eo mortuo sub tutoribus aut curatoribus[d]) consistant.

**EPIT. SUPPL. LAT. 215.**

TIT. XXXI. DE SENTENTIAM PASSIS ET RESTITUTIS ET LIBERIS EORUM.

Si quis pater in exsilium missus filium in maiore aetate reliquerit, quum redierit pater, si filium vivum invenerit, in ius suum paterna potestate recipiat[a]). Nam quicquid absente patre adultus filius de rebus propriis gessit, pater revocare non poterit. Si vero infra aetatem filii, quos reliquerat, fuerint et aliquid vendere aut donare praesumserint, reversus de exsilio pater omnia ad se cum filiis revocabit, sic tamen, ut non liceat ei male vivendo res frustrare filiorum.

## TITULUS XXXIV.[a]) DE HIS, QUI AD ECCLESIAS CONFUGIUNT.

1.[b]) *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Antiocho Pf. P.* Pateant summi Dei templa timentibus; nec sola altaria et oratorium templi circumiectum, quod ecclesias quadripertito intrinsecus parietum septo concludit, ad tuitionem confugientium sancimus esse proposita, sed usque ad extremas fores ecclesiae, quas oratum gestiens populus primas ingreditur, confugientibus aram salutis esse praecipimus, ut inter templum, quod parietum descripsimus cinctu, et post loca publica ianuas primas ecclesiae quicquid fuerit interiacens, sive in cellulis sive in domibus, hortulis, balneis, areis atque porticibus, confugas interioris templi vice tueatur. Nec in extrahendos eos conetur quisquam sacrilegas manus immittere, ne qui hoc ausus sit, quum discrimen suum videat, ad expetendam opem ipse quoque confugiat. Hanc autem spatii latitudinem ideo indulgemus, ne in ipso Dei templo et sacrosanctis altaribus confugientium quemquam manere vel vescere, cubare vel pernoctare liceat: ipsis hoc clericis religionis causa vetantibus, ipsis, qui confugiunt, pietatis ratione servantibus. §. 1. Arma quoque in quovis telo, ferro vel specie eos, qui confugiunt, minime intra ecclesias habere praecipimus, quae non modo a summi Dei

**EPIT. AEG.**

TIT. XXXIV.[a]) DE HIS, QUI AD ECCLESIAM CONFUGIUNT.

**EPIT. SUPPL. LAT. 215.**

TIT. XXXII. DE HIS, QUI AD ECCLESIAM CONFUGIUNT.

a) Tit. XXXIII. C. Th. *Tit. XLIII.* b) c. 1. C. Th. *c. un.* Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—14, 16, 17ª, 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 45; inscr. et textus in codd. 15, 21—23; textus et subscr. in codd. 26—28; solus textus om. in codd. 25, 29—40.

a) Tit. XXXIV. C. Th. *Tit. XLV.* et sunt in C. Th. h. t. quinque leges. b) c. 1. C. Th. *c.* 4. Conc. Aur. I. ann. 511. c. 1. Abbon. Floriac. Coll. Can. c. 1. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—14, 16, 17ª; omnia praeter interpr. des. in codd. 23, 42, 43, 45; inscr. et textus in codd. 21, 22; textus et subscr. in codd. 27, 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 15, 25, 29—40; sola interpr. in cod. 19. Interpr., cuius Alcuinus partem exscripsit in ep. 118 ad Candidum et Nath. (Capit. ed. Baluz. I, 1446), invenitur in cod. Reg. Par. 3841 et ap. Abbonem l. c.

a) Aeg. *Tit. XXXII.* Vid. tit. XX. not. *a.* b) Multi codd. *exilio — testamentum.* c) Ita codd., sed Aeg. *auxilio.* d) Nonn. codd. *tutore aut curatore.* 57 om. *aut curatoribus.*

a) Aeg. *Tit. XXXIII.* Vid. tit. XX. not. *a.*

a) In cod. om. *recipiat.*

**EPIT. GUELPH.**

XXXIII. DE SENTENCIA PASSIS. ET RESTITUTIS ET LIBERIS. EORUM. pl' V' ʔ· XXVI. ɫ' I'‿ɫ III' ʔ· VI' l' II. GAĪ' ʔ· VI.[a])

Paī in exilio. misso. filius de propriā que gessit firma mansura. et si patre. reverso. probetur. tutillam non potest agere filiorum sed eis. tutor elegendus est.

DE HIS. QUI AD ECLESIAM CONFUGIUUNT.

**EPIT. LUGD.**

XXXIII. DE SENTENTIAM PASSIS ET RESTITUTIS ET LIBERIS EORUM.[a])

Ut si pater in exsilium fuerit missus et filium perfectae aetatis reliquerit, quod filius quicquid de bonis patris fecerit, ratum sit habendum, nec reversus pater contra filii aut testamentum aut transactionem debeat ire. Et filium quidem si vivum invenerit, recipiat, illa firma[b]), quae filius absente illo de bonis illius gessit. Hoc minori aetati non conceditur, quae si etiam tutores absente patre acceperit, reverso patre perdit, quia omnia sua cum filio recipiet, nisi prodigus aut negligens aut luxuriae deditus fuerit, quia tunc eo vivente tanquam mortuo filius tutorem necesse, habet quem et meretur lege consentiente.

DE HIS, QUI AD ECCLESIAM CONFUGIUNT.

**EPIT. MONACHI.**

XXXIII. DE SENTENTIA PASSIS ET RESTITUTIS ET LIBERIS EORUM.

Si quis pater in exsilium missus filium in maiori aetate reliquerit, quaecunque de bonis propriis gessit filius, iuxta sententiam Papiani rata et firma permaneant, ne contra aut testamentum aut transactionem filii reversus pater venire permittitur. Si filii vivum invenerit, filium in ius suum[a]) paterna potestate recipiet. Quod vero de rebus propriis absente patre filius gessit, reversus pater revocare non poterit. Quicquid vero filii in annis minoribus fecerint, non valebit et si tutores aut curatores acceperint, reversus pater repulsis curatoribus vel tutoribus cum omni facultate recipiet filios, ea conditione, ut rem filiorum ita regat, ut studio patris res proficiant filiorum. [b]) Quod si prodigus vel luxuriosus ut res[c]) filiorum male utatur reperiatur, tunc filii tanquam patre mortuo sub tutore vel curatore subsistant. *Dat. XVIII. Kal. Oct. Sirmio, Crispo et Constantino Coss.*[d])

XXXIV. DE HIS, QUI AD ECCLESIAM CONFUGIUNT.

**EPIT. S. GALL.**

XXXIII. DE SENTIA[a]) PASSIS ET P̄STITUTIS ET LIBERIS EORUM.

Imp̄ cons̄ data XVIII. kal̄ octubr. *Intp̄* Si ꝗcūq: homo ingenuus in exilio ꝑ suam culpā[b]) missus fuerit et si filiū mancipatū in plena etate[c]) ad domū suā dimiserit liceat ad ipsū filiū res patris sui gobernare qd̄ si exinde ipse filius aut ꝑ testam̄tum aut ꝑ alia cartā ꝑ qualecumq: necessitatē aliqd̄ expendiderit de ipsa facultate[d]) secundū sentenciā papiani hoc paī si reversus fuerit reꝗrere ei non potē; nā alias suas res si reversus fuerit in integro recipiat nā qd̄ si parvulos infantes ꝗ infra annis sunt ad domū dimiserit quando in exilio missus fuit si postea exinde reversus fuerit omnē[e]) facultatē suā ab integritatē recipiat et qd̄ si ipsi filii parvuli cuicūq: exinde aliquid dederint ipse paī omnia in suo dominio revocetur. Et[f]) qd̄si paī aut ꝓdicus hoc ē sine sua mente aut neglegens aut eversur[g]) aut libidinosus ēē convincit' et ꝑ hoc res filioru devastare debet postea ipsį filii tāquā mortuo patre sub tutorē vel curatorē cum res suas regantur[h]).

XXXIIII. DE IS ꝗ AD ECLESIA CONFUGIUNT.

---

a) Paul. II, 26, 1; III, 6, 2. Gai. tit. VI.

a) In m. *Pauli Lib. II. aera XXVI. et Lib. III. aera XV.* (leg. *V.*) *leg. V* (leg. *VI.*) *et II et III.* b) Add. *maneant.* Videtur in hoc codice excidisse rubr. Pauli *Item De Testamentis* (III, 6).

a) 62 *inussu ū — recipiat.* 64 *recipet.* Supra leg. *nec — si filium vivum.* b) 64 add. *De Prodico* (*prodigo*) *Patre.* c) 62, 63 om. *res.* d) Subscript. deest in 62.

a) 65 *sententiis;* paulo post om. *eorum.* b) 65 *quiscumque — per sua culpa in exilio.* c) 65 *plenam aetatem.* d) 65 *facultatem.* e) 65 *omnia.* f) 65 om. *et.* g) 65 *suam mentem — eversor.* h) Ita 65. 66 *regat'.*

templis ac divinis altaribus prohibentur, sed etiam cellulis, domibus, hortulis, balneis, areis atque porticibus. §. 2. Proinde hi, qui sine armis ad sanctissimum Dei templum aut ad sacrosanctum altare sive usquam gentium sive in hac alma urbe confugiunt, somnum intra templum sive ipsum altare vel omnino cibum capere absque aliqua eorum iniuria ab ipsis clericis arceantur, designantibus spatia, quae in ecclesiasticis septis eorum tuitioni sufficiant, ac docentibus, capitalem poenam esse propositam, si qui eos conentur invadere. Quibus si perfuga non annuit, neque consentit, praeferenda humanitati religio est et a divinis ad loca, quae diximus, turbanda temeritas. §. 3. Hos vero, qui templa cum armis ingredi audent, ne hoc faciant, praemonemus; dein si telis cincti quovis ecclesiae loco vel ad templi septa vel circa vel extra sint, statim eos, ut arma deponant, auctoritate episcopi a solis clericis severius conveniri praecipimus, data eis fiducia, quod religionis nomine melius quam armorum praesidio muniantur. Sed si ecclesiae voce moniti, post tot tantorumque denuntiationes, noluerint arma relinquere, iam, clementiae nostrae apud Deum et episcoporum causa purgata, armatis, si ita res exegerit, intromissis, trahendos se abstrahendosque esse cognoscant et omnibus casibus esse subdendos. Sed neque episcopo inconsulto, nec sine nostra sive iudicum in hac alma urbe vel ubicunque iussione armatum quemquam ab ecclesiis abstrahi oportebit, ne, si multis passim hoc liceat, confusio generetur. *Dat. X. Kal. April. Constantinopoli, Antiocho V. C. Cos. et qui fuerit nuntiatus.*

Interpretatio. *Ecclesiae ac loca Deo dicata reos, qui ibidem compulsi timore confugerint, ita tueantur, ut nulli locis sanctis ad direptionem reorum vim ac manus afferre praesumant: sed quicquid spatii vel in porticibus vel in atriis vel in domibus vel in areis ad ecclesiam adiacentibus pertinet, velut interiora templi praecipimus custodiri, ut reos timoris necessitas non constringat circa altaria manere et loca veneratione digna polluere. Sane si qui ad loca sancta confugerint, arma si qua secum portaverint, mox deponant, nec se existiment magis armorum praesidio quam sanctorum locorum veneratione defendi. Quod si deponere arma noluerint et sacerdoti vel clericis non crediderint, sciant se armatorum viribus extrahendos. Si vero extrahere*[c]*) de locis sanctis quemlibet reum quacunque ratione quis tentaverit, noverit se capitali supplicio esse damnandum.*

*Epit. Aeg.:* Ut[b]) reos timoris necessitas non constringat circa altaria manere et loca veneratione digna polluere, depositis armis, qui fugerint. Qui si non deposuerint, sciant se armatorum viribus extrahendos et quicunque eos de porticibus et de atriis, de hortulis, de balneis vel adiacentiis ecclesiarum abstrahere praesumserit, capite puniatur.[c])

*Ep. Suppl. Lat. 215:* Ut reos timoris necessitas non constringat circa altaria manere et loca veneratione digna polluere, ita tamen, ut depositis armis, qui refugit, in porticibus, in atriis, in hortulis, in domibus, in balneis vel in areis ad ecclesiam adiacentibus securus deambulet et qui eum abstrahere praesumserit, capite puniatur.

**EXPLICIT CODICIS THEODOSIANI LIBER NONUS.**

EXPLICIT LIBER NONUS.

# INCIPIT

# CODICIS THEODOSIANI

## LIBER DECIMUS[a]).

INCIPIT LIBER DECIMUS.

INCIPIT LIBER X.

*Imp. Constantinus ad Felicem ppo.*

## TITULUS I.[b]) DE IURE FISCI.

TIT. I. DE IURE FISCI.

TIT. I. DE IURE FISCI.

1.[c]) *Imp. Constantinus A. ad Severum Rationalem Africae. Post alia:* Possessiones atque mancipia exemta fisci patrimonio quibusdam donavimus. Haec directo iure atque perpetuo absque omni quaestione volumus obtineri; poena contra rationales et magistros privatae rei atque officiales proposita, si quid contra tentaverint etc. *PP. XVI. Kal. Iun. Romae in foro Traiani, Constantino A. V. et Licinio C. Coss.*

Interpretatio. *Quicunque agri atque mancipia quibuscunque personis de fisci nostri iure donantur, apud eos, quibus donata sunt, sine suspicione aliqua volumus permanere: contra ordinatores domorum dominicarum poena proposita, si contra praeceptionem facere cognoscuntur.*

*Epit. Aeg.:* Quicquid de fisco nostro[a]) quibuscunque personis donatum fuerit, absque repetitione actorum, quibus donata sunt, permaneant.

*Ep. Suppl. Lat. 215:* Agrum vel mancipium a principe sibi datum quilibet absque suspectione aut actorum impulsione possideat.

c) Haec add. ab interpr. sec. Go., videntur autem ad superiorem legis partem pertinere.

a) Complectitur hic liber in C. Th. XXVI titulos. b) Tit. I. C. Th. *Tit. I.* Sunt in C. Th. h. t. XVII leges. c) c. 1. C. Th. c. 2. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—14, 16, 17[a]; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 43, 45; inscr. et textus in codd. 21—23; textus et subscr. in codd. 27, 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus in codd. 15, 25, 29—40; sola interpr. in cod. 19.

b) Ben. Lev. III, 174. c) In codd. 47, 52 add. *Non liceat iudicibus disquisitionem violentiae differre vel dimittere, quia si statim ut probaverint, non vindicaverint, noverint se periculum subituros.*

a) Nonn. codd. *de iure fisci nostri — auctorum — data sunt.*

## EPIT. GUELPH.

Ita tueantur. ut loca veneranda. nullus. inrumpat quodsi interrupere. quis voluerit. summo suppliciō. adfligendo.

EXPŁIC' TEOD̷ LIBER VIIII.

INCP̃T LIB̃ X.

DE IURE FISCI.
I. ʒ ·IIII· NI· I· ʒ ·III.[a])

Que ad fisco donantur. firma mansura.

a) Leg. C. Th. X, 4. Nov. Th. tit. IV.

## EPIT. LUGD.

Lex I. Si*) ecclesiae loca Deo dicata reos, qui ad ea confugerint, tueantur et defendant, ut nullus praesumat ad direptionem eorum vim ac manum immittere, sive in portibus sive in atriis, domibus, areis etiam iuxta ecclesiam adiacentibus. Et non sit opus reis in ecclesia manere et circa altaria, ne loca venerationis polluantur. Arma submittant, qui confugerint, quia si moniti etiam hoc facere noluerint, ab armatis extrahentur. Lege capitali tamen noverit subiacere, qui confugam ecclesiae inermem quacunque ratione attentaverit.

LIBER X.

Continet titulos maiores XI, leges XVI Intpr.

I. Liber hic in prima fronte possessiones[a]) mancipiaque exemta patrimonio fisci, quibus donata fuerint, concedit poenamque contra volentibus statuit. Locationes[b]) fundorum iuris emphyteutici et rei publicae et templorum inhibet. Actoribus[c]), procuratoribus, conductoribus rei privatae, si iniuria vexantur aliorum, ad principem convolatio conceditur. Cui aliqua[d]) pro labore merito a principe donantur, non ab altero inquietandum. II. Iudicia[e]) et modum de petitionibus et ultro datis et de delatoribus leges statuunt, delatorem strangulando necant, bona eius fisco donant, beneficentiae munere quibusdam ex talium bonis impertiunt. Socium[f]) eius, qui pariter cum eo petiit, defuncto eo in talibus impetratis consociantur. Advocato fisci[g]) modum mensuramque considerant, modumque imponunt vendentibus[h]) sua, ut fideliter fisci utilitas acquiratur. III. Quae pars cuique de thesauris[i]) effossis sit merita. Ultimo de metallis et metallariis[k]); ne pro huiusmodi quaesitu aliena fundamenta vertantur, componit.

TIT. I. DE IURE FISCI.

Ut si mancipia vel agri quibuscunque personis munificentia principis donantur, quod absque ulla suspicione apud eos, quibus data sunt, manere debeant: ordinatoribus dominicarum domorum poena proposita, si contravenerint.

*) Leg. *Sic.*

a) C. Th. X, 1. b) C. Th. X, 2. c) C. Th. X, 3. d) C. Th. X, 4. e) C. Th. X, 5. f) C. Th. X, 6. g) C. Th. X, 7. h) C. Th. X, 9. i) C. Th. X, 10. k) C. Th. X, 11.

## EPIT. MONACHI.

Rei, qui ad ecclesiam confugerint, nullus ad direptionem eorum vim facere praesumat. Neque in porticis vel in atriis vel in domibus vel in areis ecclesiae adiacentibus vel interiora templi quisquam eis vim inferat; neque timor constringat. Circa altaria manere cogantur. Sane ut qui ad loca sancta confugerint, arma sua deponant, si autem noluerint et sacerdoti vel clericis non crediderint, sciant, se armatorum viribus extrahendos. Si vero quis extrahere de locis sanctis quemlibet reum quacunque ratione tentaverit, noverit, se capitali supplicio esse damnandum. *Dat. X. Kal. April. Antiocho et Basso Coss.*[a])

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI DECIMI.

I. De Iure Fisci. II. De Locatione Fundorum Iuris Emphyteutici Et Rei Publicae Et Templorum. III. De Actoribus, Procuratoribus Et Conductoribus Rei Privatae. IV. De Bonis Vacantibus. V. De Petitionibus Et Ultro Datis Et Delatoribus. VI. Si Petitionis Socius Sine Herede Defecerit. VII. De Advocato Fisci. VIII. De Fisci Debitoribus. IX. De Fide Et Iure Hastae, Hoc Est Qui Enormitatem Fisci Constringit. X. De Thesauris, Hoc Est Qui Thesaurum Invenerit. XI. De Metallis Et Metallariis.

I. DE IURE FISCI.

Quicunque agri vel mancipia de fisco nostro donantur[a]), apud eos, quibus donata sunt, permaneant: contra ordinatores domorum dominicarum poena proposita, si contra praeceptionem fecerint. *PP. XIII. Kal. Iun. Constantino A. et Licinio Coss.*

a) Subscript. om. 62.

a) 63, 64 *agris v. mancipiis — donaverat.* Subscript. deest in 62.

## EPIT. S. GALL.

Imp̃ cons̃ data X kal̃ apr̃ls. *Intp̃.* Quicũq: culpabilis ad aeclesiã confugiũ fecerit licead ei sive in aeclesia[a]) sive in portica aeclesiae sive p tota atria[b]) salvi ẽẽ debeant; et nullus p̃sumat p sua forcia quomodo de eclesia nec trahere[c]) non debet sic nec de ipsa atria ut ne forsitã p timore in ipsas aeclesias non faciunt causas inlicitas aut sorditas sed liceat eis ipsa atria p suas necessitates[d]) securus ambulare ut nulla arma secũ habere ñ debeant et qd̃ si se in sã arma confidere voluerint aut[e]) defensare et ipsa arma ad ipsos custodes ñ conmendaverint sed sup se ipsa arma habere voluerint liceat ab aliis armatis eos de ipsa aeclesia[f]) foras extrahere. Nã si simplicit̃ sine sua arma secum ñ habuerint et iuxta altare manere voluerint si quis eos postea p sua forcia de ipsa aeclesia traere voluerit sciat se capitale supliciũ ẽẽ dãnandus.

EXPLĪ THEODIS̃ LIB. VIIII.

INCIPIUNT CAPITULA[a]) DE LIBRO X.

I. De iure fisci; II. De conlocatioñ fundorũ; III. De actorib;[b]) pcuratorib; Ī conductorib; reipũ[c]); V. De pedicionib; et ultro datis et dilatorib; et q in crim̃ magistatis inventus fuerit; VI. Si peticionis[d]) socius sine ereditatẽ defecerit; VII. De avocatus fesci[e]); VIII. De fisci[f]) debitorib; VIIII. De debitũ ñ habentib; unde reddere; X. De tesauris; XI. De quirendis tesauris.

INCP̃ LIBER X.

I. DE IURIS FISCI.

Imp̃ cons̃ data XV. kal̃ iulias; *Intp̃* agros vel mancipia aut qd̃qd̃[g]) de fescale causa p verbũ regis ad qualecumq: hominẽ donatũ fuerit liceat ei in perpetuũ possidere ipsã rem.

a) 65 *ecclesiam.* b) 66 *tria.* c) 65 *per suam fortiam — ecclesiam.* 66 *tragere.* d) 65 *sua necessitatem.* e) 66 *ad.* f) 65 *ecclesiam.*

a) 66 om. *Incip.* et 67 in ind. rubr. *Capit.* b) 66 *coctoribus.* 67 *auctoribus.* 65 *et cond.* c) Tit. IV. om. in codd., sed, quasi adsit, numerantur sqq. titt. in cod. 66. d) 65 *petitiones — defecerint.* e) 65 *fisci.* 67 *adcocato fisci.* f) 65 *fesci.* g) 65 *quodquod.*

## TITULUS II. [a]) DE LOCATIONE FUNDORUM IURIS EMPHYTEUTICI ET REI PUBLICAE ET TEMPLORUM.

1.[b]) *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Probum Pf. P.* Curialibus omnibus conducendorum rei publicae praediorum ac saltuum inhibeatur facultas: illo etiam observando, ne quis curialium vel de extraneis civitatibus fundos aut loca huius modi conductione suscipiat. *Dat. VI. Kal. Iul. Treviris, Modesto et Arintheo Coss.*

INTERPRETATIO. *Omnibus curialibus conducendorum rei publicae agrorum ac saltuum licentia denegetur: illo specialiter observando, ut nullus curialis vel de extraneis civitatibus agros ac loca supra scripta sub qualibet conductione suscipiat, ne*[c]) *sub hac occasione servitia curiae debita non impendat.*

TIT. II. DE LOCATIONE FUNDORUM IURIS EMPHYTEUTICI, REI PUBLICAE ET TEMPLORUM.

Ut nullus curialis praediorum suorum recipiat conductionem [a]).

TIT. II. DE LOCATIONE FUNDORUM IURIS EMPHYTEUTICI, REI PUBLICAE ET TEMPLORUM.

Ut nullus curialis agrum fisci vel ecclesiae aut pascua vel alterius civitatis nec locet nec ad locatum [a]) dare praesumat.

## TITULUS III. [a]) DE ACTORIBUS ET PROCURATORIBUS ET CONDUCTORIBUS REI PRIVATAE.

1.[b]) *Imp. Constantinus A. ad Philippum Vicarium urbis.* Si quis ab actore rerum privatarum nostrarum sive a procuratore fuerit vexatus, super eius calumniis vel depraedationibus deferre querimoniam non dubitet. Quae res quum fuerit comprobata, sancimus, ut idem, qui contra provincialem quicquam moliri fuerit ausus, publice concremetur, quoniam gravior poena constituenda est in hos, qui nostri iuris sunt et nostra debent custodire mandata. *Dat. III. Non. Mart. Heracleae, Constantino A. III. et Licinio III. Coss.*

INTERPRETATIO. *Quicunque ab actore dominico vel procuratore fuerit alicuius iniuriae improbitate vexatus, de eorum calumniis vel depraedationibus ad principem convolare debebit. Quae res si potuerit approbari, eos, qui circa provinciales talia facere ausi sunt, placuit incendio concremari, quia graviorem poenam principes constitui voluerunt in eos, qui sui iuris sunt et sua debent custodire mandata.*

2.[c]) *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Severum Vicarium urbis.* Divum Iulianum hoc competentissime decrevisse comperimus, ut actores rei privatae nostrae minime necessitatibus terrerentur atque afflictarentur iniuriis, quas saepe numero rectores provinciarum vel arrogatione illicita principalium vel propriis decretis ordinis fieri censuissent. Quod adeo nos probamus, ut ratum esse iubeamus. *Dat. XI. Kal. Aug. Mediolano, Valentiniano et Valente AA. Coss.*

INTERPRETATIO. *Iulianum principem bene ac salubriter statuisse certissimum est, ut actores domus dominicae nullis necessitatibus turbarentur aut fatigarentur iniuriis, quas eis frequenter rectores provinciarum per suggestiones principalium facere consuessent. Cuius facti constitutionem in tantum rationabilem et necessariam iudicamus, ut firmam permanere iubeamus.*

TIT. III. DE ACTORIBUS, PROCURATORIBUS ET CONDUCTORIBUS REI PRIVATAE.

Actores fisci vel procuratores si improbitate iniuriarum, calumniarum, rapinarum oppresserint populum, crementur incendio.[a])

TIT. III. DE ACTORIBUS VEL PROCURATORIBUS ET CONDUCTORIBUS REI PUBLICAE [a]) ET PRIVATAE.

Actores fisci et procuratores si per iniustas iniurias vel calumnias aut rapinas oppresserint populum, iussu principis incendio concrementur.

Ut nec actores fisci rectores provinciae inquietare praesumant.

## TITULUS IV. [a]) DE BONIS VACANTIBUS.

1.[b]) *Imp. Constantinus A. ad Severum Pf. U.* Nec interpellatis his, quibus pro laboribus suis ac meritis aliquid donaverimus, sed in iure suo, hoc est sine molestia litis manentibus, concitatorem iudicii, qui inquietudinem inferre tentaverit, examini tuo praesentari oportet, ut citra molestiam possidentis ius suum manifestis probationibus doceat: in quo partes reluctantis ipse suscipies, quoniam fructus liberalitatis nostrae pulsatur. Hac enim lege sancimus, ut, quicunque in tales venient querelas, secundum praedictam formam ius suum ostendant: his, quae comperta fuerint, ad nostram scientiam referendis, ut salva possidentium proprietate, quibus, ut dictum est, in perpetuum quaesita est firmitas possidendi, deliberationis nostrae sit, qualiter his, qui allegationes suas probaverint, beneficio lenitatis nostrae extrinsecus debeat subveniri. *Recitata III. Non. Aug. in Palatio, Constantino A. VII. et Constantio C. Coss.*

TIT. IV.[a]) DE BONIS VACANTIBUS.

TIT. IV. DE BONIS VACANTIBUS.

a) Tit. II. C. Th. *Tit. III.* Sunt in C. Th. h. t. septem leges. b) c. 1. C. Th. *c.* 2. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—14, 16, 17[a], 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 22, 42, 43, 45; inscr. et textus in codd. 21, 23; textus et subscr. in codd. 27, 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 15, 25, 29—40. c) Hanc sententiam interpres add.

a) Tit. III. C. Th. *Tit. IV.* Sunt in C. Th. tres leges. b) c. 1. C. Th. *c.* 1. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—14, 16, 17[a], 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 43, 45; inscr. et textus in codd. 21—23; textus et subscr. in codd. 27, 28; inscr. et subscr. in cod. 44; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 15, 25, 29—40. c) c. 2. C. Th. *c.* 2. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—14, 16, 17[a], 19; omnia des. in cod. 23; omnia praeter interpr. in codd. 27, 45; inscr. et textus in codd. 21, 22, 31; textus et subscr. in cod. 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 15, 25, 29, 30, 32—40.

a) Tit. IV. C. Th. *Tit. VIII.* Sunt in C. Th. h. t. quinque leges. b) c. 1. C. Th. *c.* 3. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—14, 16, 17[a], 19; inscr. et textus des. in codd. 21—23; textus et subscr. in codd. 26—28; solus textus om. in codd. 15, 25, 29—40; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 45.

a) Multi codd. *Ut nullus de curialibus — conductorem.*

a) Om. c. 2 h. t.

a) Aeg. falso *Tit. III.* Sed hoc modo factum est, ut rell. etiam huius libri tituli falsum numerum habeant.

a) Cod. *locarium.*

a) *Publicae Et* add. ab epit.

| EPIT. GUELPH. | EPIT. LUGD. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|
| DE LOGACIONĒ II -FUNDARUM IURIS. INFITEUTECI ET. REI. PUBLICI. ET TEMPLORUM. | II. DE LOCATIONE FUNDORUM IURIS EMPHYTEUTICI ET REI PUBLICAE ET TEMPLORUM. | II. DE LOCATIONE FUNDORUM IURIS EMPHYTEUTICI ET REI PUBLICAE*). | II. DE CONLOCATIONĒ FUNDORŪ IURES ENFECI VOCE[a]) ET REIPUBLICE ET TEMPORUM. |
| I· Predia publica curialem. conducere non posse. | Interdicitur omnibus curialibus conducendorum agrorum rei publicae saltuumque licentia. Et ne curialis vel de extraneis civitatibus fundos et huiusmodi loca conductione suscipiat, ne sub occasione servitia curiae debita non impendantur. | Curialibus conducendorum rei publicae agrorum ac[a]) saltuum licentia denegetur, neque de aliis civitatibus liceat eis sub qualibet conductione suscipere, ne sub occasione servitia curiae debita non impendant. *Dat. VI. Kal. Iul. Triv. Modesto Aristheo Coss.* | Imp̃ valt̄n data. V. kal̄ iul̃ *Intp̃.* omnes curiales hoc sciant ut nullus p̃sumat de extraneas ciuitates aut de altera loca terra p̃hendere aut conducere ut forsitā pro illa hocansionē servicia · l̄ publicum[b]) ñ faciant; nā q' p qualecumq: modo sic priserit aut conduxerit ñ valebit. |
| DE TUTORIBUS PROCURATORIBUS. ET CONDUCTORIBUS. REI PUBLICE. ʒ· VII.[a]) | III. DE ACTORIBUS, CONDUCTORIBUS REI PUBLICAE. | III. DE ACTORIBUS ET CONDUCTORIBUS REI PUBLICAE. | III. DE ACTORIB; PROCURATORIB; VEL CONDUCTORIB; REI PUBLICE. |
| Si actor dominicus. cuicumque iniuriosus. exsistat. ad principem. noticia. queri debere et eos incendio placuit concremare. | Lex I. Ut quicunque fuerit ab actore dominico vel procuratore improbitate alicuius iniuriae vexatus, quod debeat ad principem convolari super calumniis et depraedationibus et si fuerit approbatum, quod qui talia facere ausi sunt, incendio concremari debeant. | Quicunque ab actore dominico vel procuratore fuerit vexatus vel depraedatus, ad principem convolet. Et si eos ita potuerit approbare, placuit, tales actores igne cremari, qui principis non servant mandata. | Imp̃ cons̃ data III. nñ februā; *Intp̃.* Si quis iudex vel auctur alicū hominē res p forcia[a]) aut p malo ingenio tullerit aut eum aliq̧s sine culpa pretaverit si ile homo hoc ad principē suggesserit princips postea illū q̧ talē ordinē ipsū hominē condānavit ignib; congremetur[b]). |
| Ut actoris. dominici. ad iudicē nullis. iniuriis. fatigentur. | Lex II. Ut actores domus dominicae nullis necessitatibus turbentur aut iniuriis afflictentur, quas frequenter rectores provinciarum per suggestiones principalium eis fieri censent. | Rectores provinciarum nullis necessitatibus actores domus dominicae perturbent, neque pro quibusdam incertis accusationibus ad principem prolatis. *Dat. XI. Kal. Aug. Valentiniano et Valente AA. Coss.*[a]) | *It̂ alia. Intp̃.* Hoc constitutū ē ut actores de domos. dominici[c]) nullis necessitatib; turbetur neç nullis iniurib; fatigent'. ab eos qui ante publicū actū fecer̃ in tanto[d]) ut rationabilē aut necessariū ē. nā alio modo rectores ꝓvinciarum opremere eos ñ p̃sumant.[e]) |
| IIII. DE BONIS VACANTIBUS. | IIII. DE BONIS VACANTIBUS. | IIII. DE BONIS VACANTIBUS. | |

EPIT. GUELPH.: a) Tit. VII. huius libri.

EPIT. MONACHI.: *) 64 add. *et templorum.* a) 62, 64 *hac.* 63 *eas.* Subscr. om. in 62.
a) Subscript. deest in 62.

EPIT. S. GALL.: a) 65 *enfecivoce*, quod Canc. accipit pro *emphyteuseos.* b) 65 *prendere — per illa — publica.*
a) 65 *et actor alicui homini — fortiam.* b) 65 *tale — concrementur.* c) 65 *dominicis.* Paulo supra 66 *constitū* pro *constitutum.* d) 65 *fecerint, in tantum.* e) Om. tit. IV.

LEX ROM. VISIGOTH.

INTERPRETATIO. *Non inquietentur ii, quibus aliqua pro suo labore donavimus, sed omnibus, quae a nobis donata sunt, in ipsorum iure positis, is, qui eos inquietare voluerit, ad iudicii audientiam protrahatur, ut sine aliqua molestia possidentis ius suum pulsator valeat confirmare: omnibus, quae hac de re inter praefatos acta fuerint, ad nostram notitiam referendis, ut et nostris inquietatus remediis adiuvetur.*

## TITULUS V.[a]) DE PETITIONIBUS ET ULTRO DATIS ET DELATORIBUS.

1.[b]) *Imp. Constantinus A. ad Populum.* Comprimatur unum maximum humanae vitae malum, delatorum exsecranda pernicies, et inter primos conatus in ipsis faucibus stranguletur, et amputata radicitus invidiae lingua vellatur, ita ut iudices nec calumniam nec vocem prorsus deferentis admittant; sed si qui delator exstiterit, capitali sententiae subiugetur. *Dat. et PP. in foro Traiani Kal. Dec., Constantino A. V. et Licinio C. Coss.*

INTERPRETATIO. *Delatores*[c]) *dicuntur, qui aut facultates prodiderint alienas aut caput impetierint alienum. Quicunque delator cuiuslibet rei exstiterit, in ipso proditionis initio a iudice loci correptus continuo stranguletur, et ei incisa radicitus lingua tollatur, ut si quis proditor futurus est, nec calumnia nec vox illius audiatur.*

2.[d]) *Idem A. ad Provinciales.* Omnes iudices invigilare praecipimus et delatores poenis afficere. Apertissimi enim iuris est, ut, quod ex cuiuscunque patrimonio ceciderit in casum, et legibus et retro iuris ordine, fisci advocatis agentibus, vindicetur. Sed quia nonnulli praecipites secundum ius possessa patrimonia deferre non cessant, damus omnibus, qui se laesos existimant, contra delatores severitatem iudicum implorare ferro destrictam. Nemo enim potest delatorem plus agnoscere quam ille, qui iniuriam per eius nequitiam sustinuit. *Dat. XI. Kal. April. Constantinopoli, Constantio et Albino Coss.*

INTERPRETATIO. *Custodientes iustitiam nomen persequimur delatorum, ita ut, quum agniti et convicti fuerint delatores, gladio puniantur.*

3.[e]) *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Provinciales Afros.* In tantum humani generis inimicos arbitra aequitate persequimur, ut delatores pronuntiatos puniri gladio iusserimus. *Dat. prid. Non. Febr. Mediolano, Valentiniano et Valente AA. Coss.*

HAEC LEX *interpretatione non indiget.*

4.[f]) *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Eutropio Pf. P.* Quisquis in crimine maiestatis deprehensus fuerit et punitus, bonaque eius, sicut plectendi consuetudo criminis habet, fiscus invaserit, nullus eadem sub spe munificentiae principalis audeat proprio iuri poscere. Qui contra legem id ausus fuerit sperare, quod non licet, reus violatae legis habeatur. Sed quoniam plerumque ita in nonnullis inverecunda petentum inhiatione constringimur, ut etiam non concedenda tribuamus, ne rescripto quidem nostro adversum formam latae legis loci aliquid relinquatur. Si quid autem ex bonis talibus nostro iudicio, nullo tamen desiderante atque poscente, concedi cuiquam voluerimus, huius modi tantum valeat liberalitas. *Dat. XVI. Kal. Dec. Thessalonica, Gratiano V. et Theodosio I. AA. Coss.*

INTERPRETATIO. *Quisquis in crimine maiestatis inventus fuerit et punitus, bona eius fiscus acquirat, ita ut nullus aliquid ex eius facultatibus sibi velut munificentiae iure audeat postulare. Et si aliquis contra leges crediderit postulandum, nec id, quod petiit, accipiat, et violator legis habeatur. Si quid tamen nullo petente, proprio arbitrio de talibus bonis cuiquam dederimus, donatio huius modi firma permaneat.*

5.[g]) *Iidem AAA. Panellino Consulari Lydiae.* Servum domini delatorem iubemus in exemplum omnium proditorum severissimae sententiae subiugari, etiamsi obiecta probaverit. *Dat. VII. Kal. Nov. Constantinopoli, Antonio et Syagrio Coss.*

HAEC LEX *interpretatione non indiget.*

a) Tit. V. C. Th. *Tit. X.* Sunt in C. Th. h. t. XXXIV leges. b) c. I. C. Th. *c.* 2. Hanc l. commemorant Azo in Lectura ad c. 5 Cod. Iust. de Delat. (X, 11) et Accursius in eadem c. 5 cit. Cf. Savigny l. c. T. III. p. 467, not. 111 (ed. I.) et p. 505, not. *a* (ed. II.). Glossatores illos usos esse Breviario nego. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—14, 16, 17[a], 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 41—43; inscr. et textus in codd. 21—23; textus et subscr. in codd. 26, 28; subscr. et interpr. in cod. 27; solus textus om. in codd. 15, 25, 29—40. Ad interpr. cf. Eleutherii ep., Felicis I. ep. I., Iulii ep. II. (Knust l. c. p. 46, 59, 69). c) Haec add. interpr. d) c. 2. C. Th. c. 3. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—14, 16, 17[a], 19, 23; sed in cod. 23 conflata est cum interpr. c. 1 h. t.; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 28, 41—43; inscr. et textus in codd. 21, 22, 25, 31, 35, 36; textus et subscr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 15, 29, 30, 32—34, 37—40. De interpr. cf. locos ad c. 1 h. t. nominatos. Lege brevior est interpr. e) c. 3. C. Th. *c.* 10. Integra est in codd. 1, 2, 4—14, 16, 17[a], 19, 22, 25, 29, 30, 32—34; desunt autem in nonn. codd. vv. interpretationis loco posita; omnia des. in codd. 15, 23, 26, 28, 31, 35—37, 39, 40; inscr., subscr. et quae pro interpr. *scripta sunt in cod.* 27, *et habetur textus pro interpr.*; inscr. *om. in* cod. 21; in cod. 38 deest textus, et conflatae sunt inscr. et subscr. cum interpr. c. 4 h. t. f) c. 4. C. Th. *c.* 15. In codd. 15, 23, 31, 35—40 est *c.* 3. Vid. c. 3 h. t. not. *e.* Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—14, 16, 17[a], 19; omnia des. in codd. 26—28; omnia praeter interpr. in codd. 38 (vid. c. 3 h. t. not. *e*), 41, 43, 45; inscr. et textus in codd. 21—23, 31, 35, 36, 37; solus textus om. in codd. 15, 25, 29, 30, 32—34, 39, 40. g) c. 5. C. Th. *c.* 17. In nonn. codd. est *c.* 4 aut *c.* 3. Vid. c. 3 et 4 h. t. not. *e* et *f.* Integra cum vv. interpretis est in codd. 1, 2, 4—14, 16, 17[a], 19, 22, 23, 25, 29—34, 36, 37; omnia praeter interpr. des. in codd. 15, 21, 28, 35, 38—40; subscr. et interpretis vv. in cod. 26; in cod. 27 textus ponitur, rell. omm.; in cod. 35 rest. textus legis flavo colore.

EPIT. AEG.

Quicquid unicuique pro suo labore de fisci iure donavimus[b]), absque ullius inquietudine valeat possidere.

### TIT. V.[a]) DE PETITIONIBUS ET ULTRO DATIS ET DE DELATORIBUS.

Delatores[b]) dicuntur, qui aut facultates prodiderint alienas aut caput impetant[c]) alienum. Qui si convicti fuerint, continuo strangulentur.[d])

Si quis in crimine maiestatis deprehenditur, bona eius fiscus acquirat et nullus haec ausus sit postulare.

Si servus super dominum fuerit delator, etiamsi obiecta probaverit, puniatur.[e])

b) Nonn. codd. *damus.*

a) Aeg. *Tit. IV.* Cf. tit. IV. not. *a.* b) Ben. Lev. III, 177. c) Nonn. codd. *impetent.* d) c. 2 et 3 desunt. e) Ben. Lev. III, 177. Ivo, Decr. XVI, 356.

EPIT. SUPPL. LAT. 215.

Ut quicquid unicuique pro suo labore de fisci iure donavimus, absque ullius inquietudine valeant possidere.

### TIT. V. DE PETITIONIBUS ET ULTRO DATIS ET DE DELATORIBUS.

Delatori[a]) non furtorum, sed bonorum aut lingua capuletur aut convicto caput amputetur. Delatores dicuntur, qui aut facultates prodiderint alienas aut caput impetant alienum.

Quicunque ergo delator cuiuslibet rei fuerit, puniatur gladio.[b])

Quisquis in crimine maiestatis inventus fuerit et punitus, bona illius fiscus acquirat.

Servus domini delator crudelissime puniatur, etiamsi obiecta probaverit.

a) Ben. Lev. III, 360. Angilr. c. 49. Concil. Duziac. p. 270, 279. Decr. Grat. cau. 5, qu. 6, c. 5. b) c. 3 h. t. om.

## EPIT. GUELPH.

Qui pro suo laborem. a principe aliqua accepere meruerint. a nullo inquietare debere.

### V. DE PETICIONIBUS ET ULTRO DATIS. ET DILATORIBUS. l' VIIII' a) ʒ XXVIIII. l' II.

Dilatoris. inicio. acusacionis. lingua incysam. poniendos.

II. Dilatores. gladio poniendo. fridem.b) quod supra.

III c) Reos maiestates ponitus bona eorum. fisco debere non ad quolibet peti posse et qui petire voluerit. inpetrare non valiat et violatur legys. habiatur.

IIII Servum. domini dilatorem. damnandum.

a) C. Th. IX, 29, 2. b) Sine dubio scrib. est *poniendos. Idem.* c) Ita codex, quia c. 3 h. t. omissa est.

## EPIT. LUGD.

Non esse inquietandos eos, quibus pro suo labore a principe aliqua donantur, sed is, qui voluerit inquietare, protrahendus sit ad iudicii audientiam.

### V. DE PETITIONIBUS ET ULTRO DATIS ET DELATORIBUS.a)

Lex I. Ut delatores, qui aut facultates alienas prodiderint aut caput alienum impetierint vel cuiuslibet rei delatores fuerint, quod correpti a iudice loci continuo strangulandi sint, incisa radicitus lingua, ut nec calumnia vel vox eorum audiri possit.

Lex II. Delatores ut si convicti fuerint, quod capite plectendi sint.b)

Lex III. Similiter iubet.

Lex IV. Ut reus maiestatis inventus et punitus, quod bona eius fiscus acquirere debeat de facultatibusque eius nullus sibi velut munificentiae iure aliquid postulet, quia non solum non accipiet, verum et violator legis existat et si de talibus bonis propria voluntate cuicunque princeps dederit, quia non petiit, donatio firma permaneat.

Lex V. Ut servus domini delator quod in exemplo delatorum omnium debeat severissime puniri, etiamsi obiecta probaverit.

a) In m. *Pauli Lib. V. aera XV.* b) In m. *Pauli Lib. V. aera XIV.* (leg. *XV.*)

## EPIT. MONACHI.

Eis, quibus pro labore suo aliqua donavimus, quietos volumus manere et ea, quae eis donavimus, in ipsorum iure positis: qui eos inquietaverint, ad iudicium protrahantura), ut sine aliqua molestia possidentes ius suum pulsatus valeat confirmare: omnia, quae de hac re imperfecte acta fuerint, ad nostram notitiam referantur, ut nostris remediis inquietatus adiuvetur. *Recitat. IIII. Non. August. Constantino A. VII. et A. Constantio Coss.*

### V. DE PETITORIBUS ET ULTRO DATIS ET DELATORIBUS.

Delatores sunt, qui facultates produnt alienas aut caput impetunt alienum. Quicunque delator cuiuslibet rei exstiterit, in ipso proditionis initio a iudice correptus, continuo stranguletur, ut lingua ei radicitus abscidatur.

a) Delatores, quum agniti fuerint et convicti, gladio puniantur.

Qui in crimine maiestatis punitur, bona eius fiscus acquirat. Quicunque de facultatibus eius velut munificentiae iure postulaverit, nec id, quod petiit, accipiat et ut violator legis habeatur. Quod si nos nullo petente de talibus bonis cuiquam dederimus, stabile permaneat.

Servum domini delatorem iubemus in exemplum omnium delatorum severissimae sententiae subiugari, etiamsi obiecta probaverit. *Dat. VIII. Kal. Nov. Antonio et Syagrio Coss.*b)

a) 63, 64 *pertrahantur.* 62 *iussu v̂.* Subscript. in 62 om.

a) 64 add. *De Crimine Maiestatis.* 63 *a. e. c. f.* c. 3 deest, quia cum c. 2 concordat. b) Subscr. deest in 62.

## EPIT. S. GALL.

### V.a) DE PETICIONIB; ET ULTRO DATIS ET DILATORIB;

Imp̃ cons̃ data kal̃ sep̃bris̃. *Intp̃.* dilatores s̃ qui absconse ad principẽ de aliorũ facultates male favellant ut ipsi hominesb) sine legem suas res p̱dant dilatores s̃ qui absconse adc) principem de alteros omines tales causas supmittent ut ipsi omines ꝗ culpas ñ habent penas habeant princips a tales dilatores ꝗ hoc faciunt secundũ legẽ linguã ipsorũ p̱sequitoresd) capullentur et si exinde convicti fuerint capite puniantur.e)

*It̃ alia; Intp̃* Si quis homo in crim̃ magistatis inventus fuerit secundũ legem puniat'f) et eius facultatẽ fiscus adquirat et nemo p̃sumat de ipsam facultatẽ a principẽ querere qd̃si postulaverit nihil accipiat et violatur legis teneatur; nã tam̃ si princeps nullum petentem de ipsag) facultatem aliqd̃ cui donaverit in p̱petuo ipsa donatio firmã obteneath) firmitatẽ.

a) Recte 65 *IV.* et ita etiam in seqq. tit. — 66 *ut ultro.* b) 66 *omilnes.* c) 66 *a.* Infra *supermintent.* d) 65 *linguas ips. per secutores,* sed cj. Canc. *persecutores.* e) c. 2 et 3 h. t. desunt. f) 65 *puniantur.* g) 65 *ipsa facultate—principe—violator—ipsam.* h) 66 *obtent.* 65 *firma.* — c. ult. h. t. deest.

## TITULUS VI.[a]) SI PETITIONIS SOCIUS SINE HEREDE DEFECERIT.

1.[b]) *Imp. Constantinus A. ad Mygdonium Castrensem S. Palatii.* Si quis forte decesserit eorum, qui communi nomine donatum aliquid a nostra impetraverunt clementia, nec superstites dereliquerit successores, placet, non ad extraneam quamcunque personam, sed ad socium vel consortem pervenire portionem illius, qui intestatus aut sine liberis defunctus est. *Dat. XII. Kal. April. Antiochia, Constantino A. IV. et Licinio IV. Coss.*

Interpretatio. *Si aliquis ex iis mortuus fuerit, ad quos nominatim munificentia nostra processit, et nec testamentum fecisse, nec filios reliquisse cognoscitur, placet, ut portionem eius is, cum quo pariter defunctus accepit, id est socius eius acquirat: merito enim socius praefertur, ubi filii nulla persona intervenisse cognoscitur.*

**TIT. VI.[a]) SI PETITIONIS SOCIUS SINE HEREDE DEFECERIT.** (Epit. Aeg.)

Si duo competierint rem fiscalem et unus sine filiis vel testamento moriatur, socius eius in hereditatem succedat.

**TIT. VI. SI PETITIONIS SOCIUS SINE HEREDE DEFECERIT.** (Epit. Suppl. Lat.)

Si duo competierint rem fiscalem et unus sine filiis vel testamento moriatur, socius eius portionem, quae defuncto a fisco fuerat consecuta[a]), percipiat.

## TITULUS VII.[a]) DE ADVOCATO FISCI.

1.[b]) *Imp. Constantinus A. Aeliano Proconsuli Africae. Post alia:* Fisci advocatus, poenam metuens, caveat, ne fiscalia commoda occultet, neve, nullo negotio exsistente, fisci nomine privatis audeat calumnias commovere. *Dat. VI. Id. Nov. Treviris, Constantino A. IV. et Licinio IV. Coss.*

Interpretatio. *Hi, qui fisci nostri commoda vel utilitatem tuentur, hanc debent custodire mensuram, ne negligentes circa ea, quae nobis iure debentur, exsistant, et ne provincialibus calumniatores, dum aliquid ab iis iniuste fisci nomine repetunt, approbentur.*

**TIT. VII.[a]) DE ADVOCATO FISCI.** (Epit. Aeg.)

Fisci advocatus caveat, ne fiscalia commoda occultet, nec, nullo negotio exsistente, fisci nomine privatis[b]) audeat calumnias commovere.

**TIT. VII. DE ADVOCATO FISCI.** (Epit. Suppl. Lat.)

Advocatus fisci ne rem fiscalem negligenter perdat; ne per calumniam alterius praesumat invadere.*)

## TITULUS VIII.[a]) DE FISCI DEBITORIBUS.

1.[b]) *Imppp. Valens, Gratianus et Valentinianus AAA. Fortunatiano Comiti R. P.* Inter chartulas deportati brevis quidam asseveratur inventus, qui nomina continebat debitorum seu contractorum. Quum tamen neque testibus credita pecunia probaretur, neque cautionibus, quae inserta sunt, doceantur, facile esse perspeximus, ut sub propriae annotationis manu unusquisque faciat debitorem. Occasionis igitur huius calumniam praesenti volumus iussione cohiberi, ut, brevis vanitate reiecta, nullus ad redhibitionem de his, quorum nomina conscripta sunt, urgeatur. *Dat. prid. Non. Iul. Hierapoli, Gratiano A. IV. et Merobaude Coss.*

Interpretatio. *Si prolati breves vel a quocunque dimissi inveniantur, in quibus sibi quicunque aliquos faciat debitores, nullis cautionibus prolatis neque aliis evidentibus documentis, nullam adscripti breves obtineant firmitatem.*[c])

**TIT. VIII.[a]) DE FISCI DEBITORIBUS.** (Epit. Aeg.)

Debito fiscali quocunque dimisso, etiamsi[b]) breves exinde inveniantur, sine cautionibus et testibus nihil vindicabunt[c]).

**TIT. VIII. DE FISCI DEBITORIBUS.** (Epit. Suppl. Lat.)

Debito ad quemcunque dimisso si breves inveniantur, sine cautione et testibus nil valebunt.

## TITULUS IX.[a]) DE FIDE ET IURE HASTAE.

1.[b]) *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. ad Magnillum Vicarium Africae.* Si quos debitorum mole depressos necessitas publicae rationis adstringat proprias distrahere facultates, rei qualitas et redituum quantitas aestimetur, ne, sub nomine subhastationis publicae locus fraudibus relinquatur et, possessionibus viliore distractis, plus exactor ex gratia quam debitor ex pretio consequatur. Hi postremo, sub emti titulo, perpetuo dominii iure potiantur, qui tantum annumeraverint fisco, quantum exegerit utilitas privatorum. Etenim periniquum est, ut, alienis bonis sub gratiosa auctione distractis, parum accedat publico nomini, quum totum pereat debitori. *Dat. XIII. Kal. Iul. Aquileia. Acc. Id. Ian. Hadrumeti, post cons. Tatiani et Symmachi VV. CC.*

**TIT. IX.[a]) DE FIDE ET IURE HASTAE.** (Epit. Aeg.)

**TIT. IX. DE FIDE ET IURE HASTAE.** (Epit. Suppl. Lat.)

---

a) Tit. VI. C. Th. *Tit. XIV.* Sunt in C. Th. h. t. duae leges. b) c. 1. C. Th. *c.* 1. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—14, 16, 17[a], 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—23; textus et subscr. in codd. 15, 27, 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29—40.

a) Tit. VII. C. Th. *Tit. XV.* Sunt in C. Th. h. t. quatuor leges. Totus titulus deest in cod. 23. b) c. 1. C. Th. c. 1. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—14, 16, 17[a], 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 45; inscr. et textus in codd. 21, 22; textus et subscr. in codd. 27, 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 15, 25, 29—40.

a) Tit. VIII. C. Th. *Tit. XVI.* Sunt in C. Th. h. t. quatuor leges. Totus tit. abest a cod. 23. b) c. 1. C. Th. *c.* 3. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—14, 16, 17[a], 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 45; inscr. et textus in codd. 21, 22; textus et subscr. in codd. 26—28; inscr. et subscr. in cod. 44; solus textus om. in codd. 15, 25, 29—40. Aurel. et Lugd. C. Th. edd. duas interpr. habent. Vid. infra not. *c.* c) In Aur. et Lugd. C. Th. edd. altera interpr. add. ex Aeg. Epit.

a) Tit. IX. C. Th. *Tit. XVII.* Sunt in C. Th. h. t. tres leges. In cod. 23 totus tit. deest. b) c. 1. C. Th. *c.* 3. Est etiam apud R. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—14, 16, 17[a], 19; inscr. et textus des. in codd. 21, 22; textus et subscr. in codd. 27, 28; inscr. et subscr. in cod. 44; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 15, 25, 29—40.

(Epit. Aeg.)

a) Aeg. *Tit. V.* Cf. tit. IV. not. *a.*

a) Aeg. *Tit. VI.* Cf. tit. IV. not. *a.* b) Aeg. *privatas.* Nonn. codd. *nec ullo* aut *nec illum negotium.* 51 om. *nec—commovere.*

a) Aeg. *Tit. VII.* Cf. tit. IV. not. *a.* b) Ita 52. Rell. et Aeg. *etiam.* c) Nonn. codd. *valebunt* s. *valet.*

a) Aeg. *Tit. VIII.* Vid. tit. IV. not. *a.* Codd. et Aeg. *De Fide iure et haste.*

(Epit. Suppl. Lat.)

a) Pro *quam defunctus a f. f. consecutus.*

*) Mixt. ex leg. et ex interpr.

| EPIT. GUELPH. | EPIT. LUGD. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|
| V.[a]) SI PETICIONĒ SOCIOS. SINE. HEREDE DEFECERIT. pl· III· Ꝣ· VIIII. Ꝣ· X· ɫ· IIII· ɫ XIII.[b]) | VI. SI PETITIONIS SOCIUS SINE HEREDE DEFECERIT.[a]) | VI. SI PETITIONIS SOCIUS SINE HEREDE DEFECERIT. | VI. SI PETICIONES SOCIUS SINE HEREDITATĒ DEFFCERINT. |
| I· Quod. duo. ad principem. meruerunt. uno dificiente alii. adq̱ritur. | Si aliquis ex illis mortuus fuerit, ad quos nominatim munificentia principis processerit, si testamentum non fecerit filiosque reliquerit, quod portionem eius socius eius, cum quo pariter accepit, acquirere debeat. | Si quis ex his mortuus fuerit[a]) sine herede, aut neque testamentum fecit, ad quos nominatim munificentia nostra processit, portionem eius ipsius socius acquirat, qui cum eo pariter petiit. *Dat. XII. Kal. April. Constantino A. IIII. et Licinio Coss.* | Imp̄ cons̄ data XII. kal̄ april̄. *Intp̄.* Si ad q̱cūq: duo homines rex unā rem ad ambos cōmune de fesco dederit si unus de ipsis mortuus fuerit nec filius nec p̱ximus[a]) n̄ dimiserit nec testam̄tū fecerit postea ille qui cū eo in comune fescale beneficiū habuit porcionē mortui de ipsā rē sibi recipiat. |
| VII DE ADVOCATO FISCI I· III.[a]) | VII. DE ADVOCATO FISCI.[a]) | VII. DE ADVOCATO FISCI. | VII. DE AVOCATO FISCI. |
| Advocato fisco. fiscalia comuta.[b]) solicite agere et privatus. non inquietare. | Illi, qui fisci commoda vel utilitatem tueri debent, quod custodire debeant, ne negligentes circa ea, quae principi debentur, exsistant, nec fisci nomine privatis audeat calumnias commovere. | Qui fisci nostri commoda vel utilitatem tuentur, hanc custodiant mensuram, ne negligentes circa ea, quae nobis iure debentur, exsistant et ne provincialibus calumniatores exsistant, dum aliquid iniuste fisci nomine repetunt. *Dat. VIIII. Kal. Nov. Constantino A. IIII. et Merobaudo Cons. et Licinio Cons.*[a]) | Imp̄. cons̄ data id̄ novb̄ri; *Intp̄.* illi[a]) qui fiscū regis exigunt[b]) tales ēē debent ut p sua negliencia[c]) de ipso fisco minus n̄ exigant nisi qd̄ iustū ē nec plus exigere non p̄sumant nisi quod iustum ē. |
| VIII. DE FISCI DEBETORIBUS. | VIII. DE FISCI DEBITORIBUS. | VIII. DE FISCI DEBITORIBUS. | VIII. DE FESCI DEBITORIB; |
| Brevis in quibus. fisci debetores conscripti. inveniuntur. si caucio eorum non inveniatur. nullius. sunt momenti. | Quod non fac[i]ant prolati breves vel dimissi si inveniantur, in quibus sibi quicunque aliquos fecerit debitores, redbibitionem neque obtineant firmitatem, nullis cautionibus prolatis aliisque firmissimis documentis. | Si prolati breves vel a quocunque demissi inveniantur, in quibus sibi[a]) aliquos faciat debitores, nullis cautionibus prolatis neque aliis evidentissimis documentis, nullam adscripti breves obtineant firmitatem. *Dat. prid. Non. Iul. Gratiano A. IIII. et Merobaudo Coss.* | Imp̄. valen̄ data. II. nn̄. iul̄. *Intp̄.* Si quis homo mortuus fuerit et brevis scriptus aut de fisco aut alius debitores suos dimiserit si testes non fuerint qui de hoc ipsus debitores convincant aut cautiones scriptas de hoc inventas non fuerint p illos breves qui sic loco[a]) fecit ipsa debita nec sui[b]) heredes nec nullus homo inquirere non potē. |
| VIIII DE FIDE ET IURE HASTE. | VIIII. DE FIDE ET IURE HASTAE. | IX. DE FIDE ET IURIASTE[a]). | VIIII. DE FIDE[a]) ET IURE ASTAE. |
| a) Ita codex, errore, pro *VI.* b) Paul. III, 9, 10; IV, 13?<br>a) Incertus num. An tit. 3 h. l.? b) i. e. *commoda.* | a) In m. *Pauli Lib. IIII* (leg. *III*) *aera VIIII. leg. X et XIII. aera* (id est IV, 13?).<br>a) In m. *Paul. Lib. V. aera XIV.* | a) 64 *Si aliquis ex his sociis, qui a nobis beneficia petunt, mortuus fuerit.* 62 om. subscript.<br>a) Subscript. deest in 62.<br>a) 62 om. *sibi* et 62, 64 *nullis.* Subscr. deest in 62.<br>a) Leg. *Iure Hastae.* | a) 65 *quemcumque — filios nec proximos.* Infra *de ipsa.*<br>a) 65 *Ille.* b) Ita 65. 66 *exibunt.* c) 65 *suam negligentiam.*<br>a) 65 *alios — ipsos — locum.* b) 66 *suis.*<br>a) 65 *fidem.* |

LEX ROM. VISIGOTH.

Interpretatio. *Si quicunque publici debiti enormitate constringitur, ut non possit hoc ipsum debitum nisi vendita propria facultate dissolvere, in eius modi debito hanc exactores formam servare debebunt, ut non ita rem praecipitent, ut res minore, quam valeat, pretio distrahatur, nec tales sub quolibet colludio provideant emtores, ut et debitor proprietatem perdat, et parum fiscus acquirat.*

## TITULUS X. [a]) DE THESAURIS.

1.[b]) *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Populum urbis Constantinopolitanae.* Quisquis thesauros et condita ab ignotis dominis tempore vetustiore monilia quolibet casu repererit, suae vindicet potestati, neque calumniae formidinem fiscali aut privato nomine ullis deferentibus pertimescat; non metalli qualitas, non reperti modus sub aliquod periculum quaestionis incurrat. §. 1. In hac tamen naturali aequitate animadvertimus quoddam temperamentum adhibendum, ut, si cui in solo proprio huius modi contigerit, integro id iure praesumat; qui in alieno, in quartam repertorum partem eum, qui loci dominus fuerit, admittat. Ne[c]) tamen per hanc licentiam quisquam aut aliena effodiat, aut in locis non sui iuris per famam suspecta rimetur. *Dat. VII. Kal. Febr. Thessalonica, Gratiano A. V. et Theodosio A. I. Coss.*

Interpretatio. *Si quicunque thesaurum in sua terra invenerit, ei ex integro, quod inventum est, acquiratur, et nullam calumniam pertimescat. Si vero in loco alieno thesaurum casu invenerit, eum, qui loci dominus est, in quartam inventarum rerum debet admittere. Attamen nullus effodiendo loca aliena praesumat ista requirere.*

## TITULUS XI. [a]) DE METALLIS ET METALLARIIS.

1.[b]) *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Paterno.* Quosdam operta humo esse saxa dicentes id agere cognovimus, ut, defossis in altum cuniculis, alienarum aedium fundamenta labefactent. Qua de re, si quando huius modi marmora sub aedificiis latere dicantur, perquirendi eadem copia denegetur, ne, dum cautium ementita nobilitas cum aedificiorum qualitate taxatur, et pretium domus, ne diruatur, offertur, non tam publicae rei studium quam privati causa videatur fuisse dispendii. *Dat. XVII. Kal. April. Constantinopoli, Theodosio A. III. et Abundantio Coss.*

Interpretatio. *Quicunque metallum dicentes latere sub alienis aedificiis quaelibet saxa vel marmora effodienda crediderint, ut per eos fundamentorum firmitas incipiat vacillare, his inquisitionis huius licentiam denegamus, ne, dum nobiliores lapides se quaerere asserunt, aut vendere aut subvertere aliena fundamenta praesumant.*

## EXPLICIT CODICIS THEODOSIANI LIBER DECIMUS.

a) Tit. X. C. Th. *Tit. XVIII.* Sunt in C. Th. h. t. tres leges. b) c. 1. C. Th. *c.* 2. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—14, 16, 17ª, 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—23; inscr. et partic. textus in cod. 15; textus et subscr. in codd. 27, 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29—40. c) Cum v. *Nec* denuo incipit cod. 15 primae classis. Vid. supra IX, 7, 3, not. *e* et IX, 27, 3, not. *f.*

a) Tit. XI. C. Th. *Tit. XIX.* Sunt in C. Th. h. t. XV leges. b) c. 1. C. Th. *c.* 14. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17ª, 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—23; textus et subscr. in codd. 25, 27, 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 29—40.

EPIT. AEG.

Ut quicunque publici debiti enormitate constringitur et proprias facultates vendiderit, hanc exactores formam serventb[b]), ut res non minori pretio, quam valet, distrahatur.

TIT. X.[a]) DE THESAURIS INVENTIS.

Quicunque thesaurum in sua terra invenerit, ei ex integro absque ulla calumnia conquiratur: si vero in loco alieno thesaurum casu invenerit, eum[b]), qui loci dominus est, in quartam inventarum rerum debet admittere. Attamen nullus effodiendo[c]) loca aliena praesumat ista requirere.

TIT. XI.[a]) DE METALLIS ET METALLARIIS.[b])

Nullus metalli causa quaerendi fundamenta domorum praesumat irrumpere.

b) Nonn. codd. *serventur.*

a) Aeg. *Tit. IX.* Vid. tit. IV. not. *a.* Fere omnes codd. om. rubricam. b) Plerique codd. *eorum — quartam;* sed 48, 50 *est in quartam.* Aeg. *ei — est quartam.* c) Nonn. codd. *effodiendi* et 47 *effodiendi domum alienam vel loca.*

a) Aeg. *Tit. X.* Vid. tit. IV. not. *a.* b) Nonn. codd. add. *et tributis.*

EPIT. SUPPL. LAT. 215.

Debitor principis non ita ab actoribus opprimatur, ut facultates proprias vendat. Nam si illud non habuerit, non sic eum fiscales ministri praecipitent, ut res minore, quam valet, pretio distrahatur.

TIT. X. DE THESAURIS.

Quicunque thesaurum in sua terra invenerit, ei ex integro, quod inventum est, acquiratur, et si in alterius terra, quarta domino tribuatur.

TIT. XI. DE METALLIS ET METALLARIIS.

Nullus bessus[a]), dum auri metallum sequitur, fundamenta domorum praesumat irrumpere.

EXPLICIT LIB. X.

a) Not. v. *Bessus.* An *Bassus?*

## EPIT. GUELPH.

Si debitum publicum vindita facultate solvendum est. moderate agendum est. ut non pormem. exsecucionem. res qui plus. valit. vili preciu vindetur.

X DE TESAURIS.

Qui thesaurus in sua. terra invenit ipsi adqruntur si vero in alienam. qui loci dominus est quarta debit admitere.

XI. DE MEDALLIS ET METALLARIIS.

Metallu sub cuius liminibus. est. invenitur. domu non fodiendu.

EXPLC LIBER X

## EPIT. LUGD.

Ut si constringitur aliquis ita debiti magnitudine, ut non possit ipsum nisi propria facultate vendita dissolvere, quod exsecutores vel exactores talem formam servare debeant, ne minori rem pretio, quam valet, is, qui debet, distrahat.

X. DE THESAURIS.

Ut quicunque thesaurum in sua terra invenerit, habeat absque alicuius calumnia; si in terra aliena, quartam debet habere partem is, cuius terra fuerit; non tamen loca aliena quisquam pro hac causa....[a])

XI. DE METALLIS ET METALLARIIS.

Ut licentia denegetur inquirendi eis, qui sub alienis aedificiis quaelibet saxa vel marmora effodienda crediderint. Nec sub tali occasione fundamenta subvertantur aliena.

### LIBER XI.*)

Continet titulos maiores XIIII Legum edicta XXVIII Intp.

De annona[a]) publicis horreis inferenda et de tributis cognoscendis edic̄. Fundum sine censu[b]) comparari non posse edicit: addit, ut, sive donetur ager sive vendatur, is, qui factus fuerit[c]) dominus, tributa rei suscipiat integra in eaque parte, qua quis possessor effectus fuerit, continuo nomen suum ...lat ascribi publicis libris ac se tributum agri, cuius possessor est, soluturum promittat. Ut nullum superindictum[d]) per rectores provinciarum imponatur provincialibus, nisi ex principali praeceptione constituit. Ab exactoribus[e]) agri tributa pendere nolentium venduntur. Exactores crimine[ee]) dispendii convicti capitis periculo subiacent. Qui[f]) damna provincialibus sub obtentu rectorum infligunt, ultimo supplicio deputentur et rerum suarum amissione damnantur. Extraordinaria sivê sordida[g]) munera provincialibus a rerum dominis non edicta si petantur, quadrupli redhibitione componuntur.. Discussoribus[h]) vel apparitoribus si quando ratiociniis publicis insertae securitates continentur, rursus polyptici per iniuriam ne petantur decernitur. De[i]) appellationibus et poenis appellantium quomodoque singulis succurrendum sit, qui crediderint appellandum, instituitur. Appellationum reparationes[k])

a) Desunt nonn. lit. in cod.; add. *praesumat effodere.*

*) Vid. supra initio libri IV. a) C. Th. XI, 1. b) C. Th. XI, 2, 1. c) c. 2 l. c. d) C. Th. XI, 3. e) C. Th. XI, 4, 1. ee) c. 2 l. c. f) C. Th. XI, 5. g) C. Th. XI, 6. h) C. Th. XI, 7. i) C. Th. XI, 8. k) C. Th. XI, 9.

## EPIT. MONACHI.

Quicunque publici debiti enormitate constringitur, ut nisi vendita facultate dissolvere non possit, in huiusmodi debito hanc exactores formam teneant, ut non ita rem minorem, quam valet, praecipitatur, pretio distrahatur, nec tales prohibeant emtores, ut et debitor proprietatem perdat, et parum fiscus acquirat. *Dat. XIII. Kal. Iul. Adrumetu Tatiani et Symmachi Coss.*[a])

X. DE THESAURIS INVENTIS.

Quicunque thesaurum in sua terra invenerit, ei ex integro, quod inventum est, acquiratur et nullam calumniam pertimescat. Si vero in loco alieno thesaurum casu invenerit, dominum loci in quarta repertarum rerum admittat. Attamen nullus effodiens loca aliena praesumat ista requirere. *Dat. VII. Kal. Febr. Gratiano A. V. et Theodosio A. Coss.*[a])

XI. DE METALLIS ET METALLARIIS.

Quicunque metallum sub alienis aedificiis effodiendum crediderit, ut pro eis fundamentum incipiat vacillare, hanc licentiam denegamus, ne aliena fundamenta subvertant. *Dat. XVIII. Kal. April. Theodosio XIII. et Abundantio Coss.*[a])

EXPLICIT LIBER X.

a) 62 om. subscript.

a) Subscript. om. in 62.

a) Subscript. om in 62.

## EPIT. S. GALL.

Imp̃ Valeñ data III kal̃ iul̃i *Intp̃.* Si quis homo ad alterũ hominẽ aut de fisco aut alico aliũ debitu debet et forsitã alia pecunia ñ habet unde[b]) ipsũ debitũ reddat nisi t̃rã suã vindederit p talẽ[c]) occansionẽ ille cui debitor est ipsa trã a minore p̃cium ñ p̃sumat recipere nisi quantũ ipsa trã valet nec p tale ingeniũ ille q alteri[d]) debet dãnum de facultatẽ suam habet[e]).

X. DE TENSAURIS.

Imp̃ graciñ; data VI kal̃ fbrũ; *Intp̃.* Si quis omo aut aurũ aut aliqua alia robustura[a]) in sua ppria trã invenerit ad nullũ hominẽ exinde dare ñ debet nisi ipse sibi in integro vindicet; nã si quis homo in alterius trã aut auru aut aliqua rebustura[b]) invenerit quartã portionẽ illi cuius tera ẽ exinde reddat.

*It̃. alia Intp̃.*[c]) DE METALLIS ET METALLARIIS hoc ẽ ut nullus p̃sumat sub alterius fundamtũ ubi ipse homo edificiũ habet nec aurũ nec nulla rebustura querere nisi p eius convenientia cuius edificiu ẽ; nec ppt ipsã reposturã[d]) illũ edificiũ alterius distruat.

EXPLI THUDOSIAÑ LIBER X.

b) 66 *habeunt de.* Supra 65 *alium debito.* c) 65 *per tale.* d) 65 *alterum.* e) 65 *habeat.*

a) 65 *robusta re,* sed vid. not. sq. et not. *d.* b) 65 *robustura* et paulo post *quarta.* c) 65 om. vv. *It. al. Int.* et habet *X.* (tit.) *De metall.* d) Ita recte scribitur hoc loco in 66. 65 *convenientiam — ipsa rebustura* et infra *destruat.*

LEX ROM. VISIGOTH.

# INCIPIT

# CODICIS THEODOSIANI

## LIBER UNDECIMUS[a]).

### TITULUS I.[b]) DE ANNONA ET TRIBUTIS.

1.[c]) *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Probum Pf. P.* Unusquisque annonarias species pro modo capitationis et sortium praebiturus, per quaternos menses anni curriculo distributo, tribus vicibus summam collationis implebit. Si vero quisquam uno tempore omnia sua debita optat expendere, proprio in accelerandis necessitatibus suis utatur arbitrio. *Dat. XIV. Kal. Iun. Remis, Gratiano et Dagalaipho Coss.*

Interpretatio. *Ista lex hoc praecipit, ut in inferendo publicis horreis tritico*[d]), *quod debet, possessor pro rata canonis sui tribus illationibus, id est quaternis mensibus singulas debitorum partes acceleret, ut per annum summa debiti canonis impleatur. Erit autem in ipsius arbitrio, si celerius potuerit, debita frumenta convehere.*

2.[e]) *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Crescentem Vicarium Africae.* Heredes scripti etiam pro minus idoneis fundis fiscale onus cogantur agnoscere, vel, si renuntiandum hereditati putent, cedant his omnibus rebus, quas ex iisdem bonis quocunque titulo et iure perceperint. *Dat. IV. Id. Iul. Contionaci, Gratiano A. II. et Probo Coss.*

Interpretatio. *Hi, qui heredes testamento scripti sunt, hereditariorum agrorum onus, id est tributum cogantur agnoscere. Quod si hereditatem sibi damnosam credunt, cedant his omnibus rebus, quae eis de hac ipsa hereditate poterunt provenire.*

### TITULUS II.[a]) SINE CENSU VEL RELIQUIS FUNDUM COMPARARI NON POSSE.

1.[b]) *Imp. Iulianus A. ad Secundum Pf. P.* Omnes pro his agris, quos possident, publicas pensitationes agnoscant; nec pactionibus contrariis adiuventur, si venditor aut donator apud se collationis sarcinam pactione illicita voluerit retinere, et si necdum translata sit professio censualis, sed apud priorem fundi dominum forte permaneat, dissimulantibus ipsis, ut non possidentes pro possidentibus exigantur. *Dat. XIV. Kal. Mart. Antiochiae, Iuliano A. IV. et Sallustio Coss.*

Interpretatio. *Fundum nullus audeat comparare, sed omnes pro his agris, qui ad eos quoquo modo pervenerint, publici canonis impleant functiones. Nec de solutione tributi cuicunque liberum sit pacisci, sed sive donetur ager sive vendatur, factus dominus integra rei tributa suscipiat.*

a) Complectitur hic liber in C. Th. XXXIX titulos. b) Tit. I. C. Th. *Tit. I.* et sunt in C. Th. h. t. XXXVII leges. 23 om. h. tit. c) c. 1. C. Th. *c.* 15. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17[a]; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 43, 45; inscr. et textus in codd. 21, 22; textus et subscr. in codd. 27, 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29—40; sola interpr. in cod. 19. d) Lex *annonarias species.* e) c. 2. C. Th. *c.* 17. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17[a]; omnia praeter interpr. des. in cod. 27; inscr. et textus in codd. 21, 22, 31, 35—37; subscr. et interpr. in cod. 26; textus et subscr. in cod. 28; solus textus in codd. 25, 29, 30, 32—34, 38—40; sola interpr. in cod. 19.

a) Tit. II. C. Th. *Tit. III.* Sunt in C. Th. h. t. quinque leges. b) c. 1. C. Th. *c.* 3. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17[a], 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 41, 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—23; textus et subscr. in cod. 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 27, 29—40.

EPIT. AEG.

INCIPIT LIBER UNDECIMUS.

TIT. I. DE ANNONA ET TRIBUTIS.

Ut annonae fiscales quaternis mensibus a debitoribus provincialium inferantur.

Suscipiat[a]) tributum, qui testamento tributariam accepit facultatem, et[b]) qui tributarium comparat fundum, eius suscipiat functionem.

TIT. II. SINE CENSU VEL RELIQUIS FUNDUM COMPARARI[a]) NON POSSE.

a) Plerique codd. *Ut suscipiat.* b) Seqq. add. ab epit., credo ex c. 1 sequentis tituli.

a) Codd. et Aeg. *Comparare.* In cod. 53 hic tit. post sq. positus est. — c. 1 h. t. deest, sed vid. tit. I. huius libri, not. *b.*

EPIT. SUPPL. LAT. 215.

*Imp. Iulianus Hecditio pp Aegypti.*

INCIPIT LIBER XI.

TIT. I. DE ANNONA ET TRIBUTIS.

A. Ut annonae fiscales quaternis mensibus a debitoribus provincialium inferantur.

B. Ut suscipiat tributum, qui testamento tributariam accepit facultatem, et[a]) qui tributarium comparat fundum, eius suscipiat functionem: quod si noluerit, careat fundum.[b])

TIT. II. SINE CENSU VEL RELIQUIS FUNDUM COMPARARI[a]) NON POSSE.[b])

a) Vid. quae de Aeg. scripsi, not. *b.* b) Ita codex.

a) Codex *Comparare.* b) Deest c. 1 h. t. Vid. quae ad Aeg. annotavi, tit. I. not. *b.*

| EPIT. GUELPH. | EPIT. LUGD. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|

**EPIT. LUGD.**

edicuntur; ac deinde quid agendum sit, si pendente[l]) appellatione mors intervenerit. Homicidarum[m]), adulterorum, veneficorum maleficorumque, qui convicti confessique fuerint, appellationes non recipiuntur. In fiscalibus[n]) manifestis debitis appellatio suspensa non praestatur. Orenopii[o]) episcopi mulcta, quem multi episcopi damnaverunt, non fisco, sed pauperibus erogatur. Manifesti debitores[p]) suffragio provocationis, id est appellationis minime sublevantur. Testamentum[q]) per appellationem dilatum iudice consensum praebente appellatorique XX libras auri fisco solvere facit. Si de momento[r]) fuerit appellatum, quid consequendum sit ordinarie. In una[s]) causa si bis quis fuerit in iudicio superatus, si tertio appellandum crediderit, in adversarium eius possessio transfertur. Chartulae[t]) se impugnantes per contrarietatem rescinduntur. Testes[u]) de causa ante interrogationem sacramento *stringuntur*. *Scriptura*[v]) in audientiam prolata probanda est vera ab illo, qui protulit, aliter falsi reus, qui protulit, detinendus. VI. Ante discussionem[x]) uni de altero suggerenti non creditur. Presbyteri[y]) citra quaestionis iniuriam testimonium dicunt salva falsi actione, si mentiuntur in aliqua. Clerici reliqui in eos sequuntur, legaliter audiuntur. Probationes[z]) a partibus possessoris inquiruntur. Testibus[a]) idoneis ab his, qui eos postulaverint, sumtus competentes dantur.

**EPIT. MONACHI.**

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI XI.

I. De Annona Et Tributis. II. Sine Censu Et Reliquis Fundum Comparare Non Posse. III. De Superindicto. IV. De Exactionibus Et Ad Exigendas Personae Dignae Mittantur. V. Ne Damna Provincialibus Infligantur. VI. De Extraordinariis Sive Sordidis Muneribus. VII. De Discussoribus. VIII. De Appellationibus Et Poenis Earum Et Consultationibus. IX. De Reparationibus Appellationum. X. Si Pendente Appellatione Mors Intervenerit. XI. Quorum Appellationes Non Recipiantur. XII. Si De Momento Fuerit Appellatum. XIII. De Possessione Ab Eo, Qui Bis Provocaverit, Transferenda. XIV. De Fide Testium Et Instrumentorum.

**EPIT. S. GALL.**

INCIPIUNT CAPITULA[a]) DE LIBRO XI.

I. De anona et tributis; II. Sine censu Ī reliqui trā[b]) conparare n̄ possit; III. De exaccionib; IIII. Ne dāna ꝓvincialib; infligant'; V. De exactores iudices; VI. De apellationib; et penis eoꝛ et consoltationibus[c]); VII. Si petentē[d]) appellationē mors intṽenerit; VIII. Quorū appellationē[e]) n̄ recipiantur; VIIII.[f]) De publica causa; X. De eo qui iudiciū rennuit; XI. De eo qui contra testamtū recausat; XII. De fide testiū et cartarū idē *strumentorū*; XIII. De sacramta danda; XIIII. Item[g]) alia eiusdē; XV. De causationes absconse.

**EPIT. GUELPH.** INCPT LIB̄ XI

**EPIT. S. GALL.** INCIPIT LIBER XI.

---

**EPIT. GUELPH.** DE ANONA. ET TRIBUTIS.

**EPIT. LUGD.** I. DE ANNONA ET TRIBUTIS.[a])

**EPIT. MONACHI.** I. DE ANNONAE TRIBUTIS.

**EPIT. S. GALL.** I. DE ANONA ET TRIBUTIS.

**EPIT. GUELPH.** I. Anona fiscalis. quomodo congregit quaternis. minsibus. spacia summa debiti. cannonis. conpleantur.

**EPIT. LUGD.** Lex I. Debitor qui debet publicis horreis frumenta convehendo inferre quaternisque mensibus partes singulas debitorum accelerare pro regula sibi statuta. Quod si potuerit celerius debita frumenta convehere, in suo arbitrio habet propriaque potestate positum.

**EPIT. MONACHI.** Inferendum publicis horreis triticum, quod debetur, possessor pro rata canonis sui tribus illationibus, id est quaternis mensibus singulas debitorum partes acceleret, ut per annum summa debiti canonis impleatur. Erit autem in ipsius arbitrio, si celerius potuerit frumenta convehere.

**EPIT. GUELPH.** II. Ut heredes. inscribti. tributa de agros. quos. acciperint solvant.

**EPIT. LUGD.** Lex II. Quod hereditariorum agrorum tributum cogantur agnoscere, qui heredes testamentorum fuerint scripti. Si damnosam hereditatem talem sibi crediderint, quod omnibus his rebus cedere debent, quae eis poterant de ipsa hereditate provenire.

**EPIT. MONACHI.** Hi, qui heredes testamento scripti sunt, tributum coguntur agnoscere. Quod si hereditatem sibi damnosam credunt, quae de ea eis poterat provenire, cedant. *Dat. III. Id. Iul. Gratiano II. et Probo Coss.*[a])

**EPIT. S. GALL.** [a]) Imp̄. Valent. data VI kal. iuli. *Intp̄.* Si quis homo de facultatē suam quā habet si forsitan exinde aut fiscu aut aliut[b]) publicu aut laboratum a parentes reddere debet si ipse tributus ej graves ē ad solvendum ipsā facultatē unde illū tributū reddere debuit dimittat ad alius suus heredes qui ipsū tributū de ipsa facultatē reddere debeant[c]).

---

**EPIT. GUELPH.** SINE CENSŪ VEL RELIQUIS. FUNDUM CONPARARE NON POSSE. I· III· ? · I· I· II.[a])

**EPIT. LUGD.** II. SINE CENSU VEL RELIQUIS FUNDUM COMPARARE NON POSSE.

**EPIT. MONACHI.** II. SINE CENSU ET RELIQUIS FUNDUM COMPARARE NON POSSE.

**EPIT. S. GALL.** II. SINE CENSUM L̄ RELIQUI FONDUCAN PARARE[a]) N̄ POSSENT.

**EPIT. GUELPH.** I. Sive. donetur sive vindatur. ager a novo. dn̄m tributa dissolvere.

**EPIT. LUGD.** Lex I. Ut publici canonis functionem impleant hi, qui agros comparant, nec liceat cuique de solutione tributi libere pacisci, sed sive donetur ager sive vendatur, is, qui factus fuerit dominus, rei tributa integra suscipiat.

**EPIT. MONACHI.** Fundorum[a]) nullus audeat vendere neque dare absque publici canonis functione, ut factus dominus fundi integra tributa suscipiat.

**EPIT. S. GALL.** Imp. iulianš data XIIII kl̄ mar̄. *Intp̄.* Si quis homo de alterū hominē fundū hoc ē trā conparaverat[b]) aut ei donatum fuerit nullo modo eā sine censum quod de ipsa trā exire debet conparare potē.

---

**EPIT. GUELPH.** a) C. Th. III, 1, 2.

**EPIT. LUGD.** l) C. Th. XI, 10. m) C. Th. XI, 11, 1. n) c. 2 l. c. o) c. 3 l. c p) c. 4 l. c. q) c. 5 l. c. r) C. Th. XI, 12. s) C. Th. XI, 13. t) C. Th. XI, 14, 1. u) c. 2 l. c. v) c. 3 l. c. x) c. 4 l. c. y) c. 5 l. c. z) c. 6 l. c. a) c. ult. l. c.
a) In m. cod. *et II. Novell.* (id est Mart.) *lib. III aera III et theod. lib. III. aera I.*

**EPIT. MONACHI.** a) Subscript. om. in 62.
a) Leg. *Fundum.*

**EPIT. S. GALL.** a) 67 om. *Incipiunt Capitula.* b) 65, 67 *terra.* c) 66 *consolatio̅.* 67 *apellacione — consolacione.* d) 65 *petente.* e) 65 *apellationem.* 67 *apellaciones.* f) 66, 67 *VIII.* g) 66 *De.*
a) c. 1 h. t. deest. b) 65 *alium.* c) 65 *gravis — ipsa — alios suos — debeat.*
a) i. e. *fundu* (*fundū*) *conparare.* 65 *terra conparare non possint.* b) 65 *conpraverit.*

2.[c]) *Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius AAA. Tatiano Pf. P.* Quisquis alienae rei quoquo modo dominium consequitur, statim pro ea parte, qua possessor fuerit effectus, censualibus paginis nomen suum postulet annotari, ac se spondeat soluturum; ablataque molestia de auctore, in succedentem capitatio transferatur. *Dat. XV. Kal. Oct. Constantinopoli, Tatiano et Symmacho Coss.*

Interpretatio. *Quicunque cuiuslibet rei dominium quolibet ordine acquisierit, continuo pro ea parte, qua possessor effectus est, publicis libris nomen suum petat adscribi, ac se promittat tributum agri, cuius possessor est, soluturum, ut remota de auctore, id est de*[d]) *priore domino inquietudine, in praesentem dominum solutio transferatur.*

Epit. Aeg.: Ut pro ea parte tributum quis reddat[b]), pro qua possessor effectus est.

Epit. Suppl. Lat.: Quisquis alienae rei quoquo modo dominium consequitur, statim pro ea parte, qua possessor fuerit factus, censualibus paginis adscribatur ablataque molestia de auctore in succedentem capitatio transferatur.

## TITULUS III.[a]) DE SUPERINDICTO.

Epit. Aeg.: TIT. III. DE SUPERINDICTO.

Epit. Suppl. Lat.: TIT. III. DE SUPERINDICTO.

1.[b]) *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Proconsules, Vicarios omnesque Rectores.* Nihil superindictorum nomine ad solas praefecturae literas quisquam provincialis exsolvat; neque ullius omnino indictionis titulus, etiam solennis, immineat, nisi eum nostro confirmata iudicio et imperialibus nexa praeceptis sedis amplissimae deposcat indictio et cogat exactio. *Dat. VII. Kal. Iun. Mediolano, Antonio et Syagrio Coss.*

Interpretatio. *Haec lex hoc praecipit, ut nullum per*[c]) *rectores provinciae superindictum provincialibus imponatur, nisi forte ex hac re processisse praeceptio dominica comprobetur. Tunc enim id, quod superindictum est, aut peti aut exigi poterit, quando a rerum domino cognoscitur constitutum.*

Epit. Aeg.: Nihil super consuetudinem sine praecepto principis a provincialibus exigatur.

Epit. Suppl. Lat.: Nihil super consuetudinem sine praecepto principis a provincialibus exigatur.

## TITULUS IV.[a]) DE EXACTIONIBUS.

Epit. Aeg.: TIT. IV. DE[a]) EXACTIONIBUS.

Epit. Suppl. Lat.: TIT. IV. DE EXACTIONIBUS.

1.[b]) *Imp. Constantinus A. ad Afros.* Quoniam succlamatione vestra merito postulastis, ne qua his, qui praestationes fiscales differunt, reliquorum laxitas proveniret, specialiter praecipimus observari, ut res eorum, qui fiscalibus debitis per contumaciam satisfacere differunt, distrahantur: comparatoribus data firmitate perpetua possidendi etc. *Dat. XV. Kal. Iun. Serdicae, Constantino et Maximo Coss.*

Interpretatio. *Quicunque agrorum suorum tributa implere contemnent, agri eius, qui tributa sua contemnet exsolvere, ab exactore vendantur, et qui comparaverint, firmissimo iure hoc ordine emta possideant.*

Epit. Aeg.: Quicunque agrorum suorum tributa implere contemnunt, exactor agrum vendat, et qui comparaverit, firmissimo iure[b]) possideat.

Epit. Suppl. Lat.: A. Contemtoris agrum venumdandum esse ab exactoribus, si tributum suum reddere neglexerit, et quod venditum fuerit, firmum manebit.

2.[c]) *Impp. Honorius et Theodosius AA. Euchario Proconsuli Africae. Post alia:* Constituto tempore publice apud Karthaginem in secretario, admisso populo, exactorum ordinabuntur idoneae strenuaeque personae. De quibus si popularis accusatio ulla processerit, in eorum locum alios par erit destinari, ita ut severa indagatione, si in concussione possessorum deprehensi fuerint, illico et capitali periculo subiaceant, et direptorum quadrupli poena ex eorum patrimonio eruatur. Iudices autem triginta librarum auri mulctae acerbitate sciant se esse plectendos, nisi ea, quae salubriter ordinata sunt, necessaria devotione compleverint. *Dat. prid. Kal. Mart. Ravenna, Honorio IX. et Theodosio V. AA. Coss.*

Interpretatio. *Haec lex hoc praecipit, exactores ad exigendas tributarias functiones idoneos esse mittendos, ita ut, si de his populi accusatio ulla processerit, id est querela deposita fuerit, in eorum locum alii dirigantur, ut habita diligenti inquisitione, si in dispendia provincialium de superexactionis crimine convinci potuerint, et capitali periculo subiaceant, et ex eorum facultatibus in quadruplum, quae sunt superexacta, reddantur. Iudices vero provinciarum triginta librarum auri se poena noverint feriendos, si haec, quae statuta sunt, implere neglexerint.*

Epit. Aeg.: Ut exactores idonei sint, et si amplius, quam consuetudo est, a provincialibus vel populis exegerint, puniantur et de facultatibus eius res superexactae in quadruplum restaurentur[c]). Si vero iudices provinciarum haec, quae statuta sunt, implere neglexerint, triginta libris auri se noverint esse plectendos.

Epit. Suppl. Lat.: B. Si amplius, quam adaerati sunt pupilli[a]) vel populus, exactor exegerit, puniatur et de fraudibus eius res superexactae in quadruplum restaurentur. Triginta damnentur libras auri iudices, si statuta neglexerint.

c) c. 2. C. Th. *c.* 5. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17ᵃ, 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 42; inscr. et textus in codd. 21—23, 31, 35; textus et subscr. in cod. 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32—34, 36—40. d) Hoc recte add. interpr.

a) Tit. III. C. Th. *Tit. VI.* Hic tit. deest in cod. 23, oscitatione, ut videtur, librarii; nam verus numerus apponitur sequenti titulo. b) c. 1. C. Th. *c. un.* Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17ᵃ, 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 45; inscr. et textus in codd. 21, 22; textus et subscr. in codd. 27, 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29—40. c) Male sec. Goth.

a) Tit. IV. C. Th. *Tit. VII.* Sunt in C. Th. h. t. XXI leges. b) c. 1. C. Th. *c.* 4. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17ᵃ; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—23, 32, 33, 35; textus et subscr. in codd. 27, 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29—31, 34, 36—40; sola interpr. in cod. 19. c) c. 2. C. Th. *c.* 20. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17ᵃ, 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 44, 45; inscr. et textus in codd. 21—23, 25, 31, 35, 36; textus et subscr. in cod. 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 29, 30, 32—34, 37—40; sola subscr. in cod. 27.

(Epit. Aeg.) b) Nonn. codd. *reddatur.*

a) In codd. 47, 52 rubr. transl. est post v. *possideat.* b) 47 om. *firm. iure.* c) Aeg. *superactae — restaurent.*

(Epit. Suppl. Lat.) a) Leg. *populi.*

| EPIT. GUELPH. | EPIT. LUGD. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
| --- | --- | --- | --- |
| II. Qui rem. aliquam adq̧rit nomen suum pubepticis.[b]) peta. adscribi. | Lex II. Quocunque modo dominium cuiuscunque rei aliquis acquisierit, ut continuo pro illa parte, qua possessor factus est, publicis libris nomen suum petat adscribi promittatque tributum agri soluturum, cuius possessor est, remota solutione a priore domino. | Quicunque cuiuslibet rei dominium acquisierit, publicis libris continuo nomen suum petat adscribi, ut tributum agri exsolvat, ut remota de priore domino inquietudine in praesentem dominum solutio transferatur. *Dat. XV. Kal. Oct. Tatiano et Symmacho Coss.*[b]) | *Ĩt alia. Intp̃.* Si quis homo ꝑ alico tenore ĩrã adquesierit de p̃sente de hoc exactores fiscales noticia faciat et ꝓmittat se ut omnẽ tributũ de ipsa terra reddere debeat sic̃ et ille qui eã ante ea tenuit si hoc fecerit illũ qui eã[c]) antea tenuit ipsum tributum ñ requiratur. |
| III. DE SUPERINDICTU. | III. DE SUPERINDICTO. | III. DE SUPERINDICTO. | *) |
| Nullum principem. superindictum inponi. posse. | Ut nullum superindictum per rectores provinciarum imponatur provincialibus, nisi forte ex eadem re praeceptio dominica praecessisse comprobetur. | Nullum per rectores provinciae superindictum provincialibus imponatur, nisi dominica praeceptio comprobet.[a]) *Dat. XVII. Kal. Iun. Antonio et Syagrio Coss.* | |
| IIII. DE EXACCIONIBUS. | IV. DE EXACTIONIBUS.[a]) | IV. DE EXACTIONIBUS. | III. DE EXACTIONIB; |
| Qui tributa agrorum non implent. ab exactore vindenda possessio. | Lex I. Si contemserint aliqui tributa suorum agrorum complere, quod debeat exactor agros illius, qui contemserit, vendere. Et quicunque tali ordine vendita possederit, firmissimo iure tenere. | Quicunque agrorum suorum tributa contemnunt, agrum ipsum[a]) ab exactore vendatur, et qui comparaverit, firmissimo iure possideat. | Imp̃ cons̃. data. XV. kal̃ iuñ *Intp̃.* Quicũq: homo trã habuerit unde fiscum solvere debeat si ipsũ censum dare ñ potuerit ille exactur qui ipsũ fiscũ tollere debet ipsa trã unde ipse census exire debet vindat et ille qui ipsã ĩrã[a]) conparaverat in ꝑpetuo firma possideat. |
| II. Exactoris idoneus. mitti debere. et si quid male egerent. pena proposita. hoc est quod super exegerint. in quaduplu̧ redeturi. iudicis. qui hoc distringere neglexerint. XXX liberas auri damnandus. l· I· ʔ· VI· l· IIII.[a]) | Lex II. Noverint se exactores tributorum tali tenore esse missos, ut, si de his querela populi processerit, in eorum loco alii dirigantur, qui si habita diligenti inquisitione in provincialium dispendia superexactionis crimine eos convincere potuerint, quod cum capitali periculo ex eorum facultatibus in quadruplum, quae sunt superexacta, reddantur et iudices, si statuta haec neglexerint, XXX libris auri feriuntur. | Exactores idoneos esse mittendos et fideles. In his si populi accusatio ulla processerit, in eorum loco alii dirigantur: ut, si dispendia provinciarum[b]) superactiones fecisse convicti fuerint, capitali periculo subiaceant et ex eorum facultatibus in quadruplum, quae sunt[c]) superexacta, reddantur. Iudices vero provinciarum XXX libras auri, si haec, quae statuta sunt, implere neglexerint, exsolvant. *Dat. prid. Kal. Mart. Honorio VIIII. et Theodosio AA. Coss.*[d]) | *Iť alia Intp.* Si exactores pũblici a populo acusati fuerint ut eorũ aliquid capitanea mala fecissent aut aliqui[b]) de publico plus quã debuerant exegissent si exinde convicti fuerint in eorũ loco alius meliores mittant' et secundũ legẽ illi moriañ et de eorum res quadruplũ ad ipsos cui male fecer̃ reddantur; iudices vero ꝓvinciarũ si hoc sapuer̃ et ipsos exactores bene ñ inquisier̃ ut de eos sic̃ iussũ ẽ iusticia faciant XXX libras auri illi solvantur[c]). |
| b) An *polypticis?*<br>a) C. Th. I, 6, 4. | a) In m. *aera XI* (huius libri) *Lex II. et Lib. XII. aera I.* | b) 62 om. subscript. 63 *et solutio.*<br>a) 63 *comprobetur.* 62, 64 om. subscript.<br>a) Leg. *agri ipsius — vendantur.* b) 64 *disp. provincialium.* c) 62, 64 *possunt.* d) 62 om. subscript. | c) 65 *antea — ea.*<br>*) Hic tit. deest.<br>a) 65 *exactor — ipsa terra.* b) 65 *aliquid.* Infra *alios.*<br>c) 65 *institiam — solvatur.* |

LEX ROM. VISIGOTH.

## TITULUS V.[a]) NE DAMNA PROVINCIALIBUS INFLIGANTUR.

1.[b]) *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Probum Pf. P. Illyrici.* Si qui eorum, qui provinciarum rectoribus obsequuntur, quique in diversis agunt officiis principatus, et qui sub quocunque praetextu muneris publici possunt esse terribiles, rusticano cuipiam necessitatem obsequii, quasi mancipio sui iuris imponat, aut servum eius vel forsitan bovem in usus proprios necessitatesque converterit, sive xenia aut munuscula, quae canonica ex more fecerunt, extorserit, vel sponte haec, quae improbata sunt, oblata non refutaverit, sublatis omnibus facultatibus ultimo subiugetur exitio, et nihilo minus rusticanum, qui se in eiusdem operas sponte propria detulisse responderit, par poenae severitudo constringat. Eadem vero circa eos censura servetur, qui xenia aut munera deferri sibi a possessoribus cogunt aut oblata non respuunt. *Dat. prid. Kal. Oct. Agrippinae, Valentiniano et Valente AA. Coss.*

Interpretatio. *Si quicunque ex his, qui provinciarum rectoribus coniunguntur aut militant, vel qui agunt in diversis officiis principatus, vel quicunque sub occasione publici actus videntur esse terribiles, rusticano alicui necessitatem servitii, velut sui iuris mancipio imposuerint, aut servum ipsius aut bovem in sui operis utilitatem transtulerint, sive xenia aut quaelibet munera crediderint exigenda, vel si oblata non recusaverint, ultimo exitio deputantur, et rerum suarum amissione damnantur.*

## TITULUS VI.[a]) DE EXTRAORDINARIIS SIVE SORDIDIS MUNERIBUS.

1.[b]) *Impp. Valentinianus et Valens AA. Secundo Pf. P.* Nihil a provincialibus extraordinaria patimur indictione deposci. Caveat igitur magnifica auctoritas tua, ne praeter ea, quae a mansuetudine nostra patuerit indicta, tenuiorum oneret functionem; ut, si quis usurpatoria temeritate amplius aliquid fuerit conatus exigere, obnoxius quadrupli repetitione teneatur. Quae severitas iussionis ad ordinariorum iudicum officiorumque terrorem debebit excurrere[c]), ut, si eorum vel gratiosa conniventia vel ignobili dissimulatione temeritas admiserit curialis, eos quoque damni similis poena castiget. *Dat. XIV. Kal. April. Constantinopoli, Valentiniano et Valente AA. Coss.*

Interpretatio. *Haec lex hoc praecipit, nihil debere a provincialibus de superindicticiis titulis peti, nisi ea tantum, quae a rerum dominis indicta constiterit. Et hoc iubet, ut quicunque aliquid superexigendum crediderit, quadrupli redhibitione componat. Sed et ad ordinarios iudices hanc inquisitionem iubet excurrere, ut etiam si quid in provinciis eorum a quibuscunque personis aut curialibus factum est, etiam eos similis damni poena castiget.*

## TITULUS VII.[a]) DE DISCUSSORIBUS.

1.[b]) *Impp. Arcadius et Honorius AA. Messalae Pf. P.* Maximas praedas hoc pacto agi de provincialibus certum est, ut acceptae semel securitates et regestae polypticis a discussoribus vel apparitoribus denuo postulentur, non quod utilitas publica flagitat, sed ut, si casu est amissa securitas, maior praeda nascatur. Decernimus itaque, ut, quando insertae securitates ratiociniis publicis continentur, rursus per iniuriam non petantur. *Dat. V. Kal. Dec. Mediolano, Stilicone et Aureliano Coss.*

Interpretatio. *Lex ista hoc iubet, in hoc maximam praedam exactores*[c]) *de provincialibus exercere, ut post emissas securitates iterum polypticos*[d]) *et securitates incipiant postulare, quod ab his non pro publica utilitate fieri, sed ut, si securitates inventae non fuerint, maior eis praeda nascatur. Ideoque statuit, ut, si securitates ratiociniis publicis vel in polypticis exactorum continentur, iterum pro cupiditatis nequitia non petantur.*

a) Tit. V. C. Th. *Tit: XI.* b) c. 1. C. Th. *c. un.* Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, $17^a$, 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—23; textus et subscr. in codd. 27, 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29—40. Cum vv. interpretationis *in sui operis utilitatem* denuo incipit cod. 24. Vid. supra IX, 9, 1, not. c. Est h. c. etiam in cod. Rosniensi 2391 (nunc Berolinensi), fol. 16, sed om. interpr. Ceterum in cod. 12 magna pars legis periit cum membrana divulsa.

a) Tit. VI. C. Th. *Tit. XVI.* Sunt in C. Th. h. t. XXIII leges. b) c. 1. C. Th. *c.* 11. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, $17^a$, etsi in cod. 12 pars legis periit; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—24 (in quo h. c. subsequitur tit. IX. h. lib., neque tamen intermisso numero); textus et subscr. in cod. 28; subscr. et interpr. in codd. 19, 26; solus textus in codd. 25, 29—40; sola subscr. in cod. 27. c) C. Th. *excutere.*

a) Tit. VII. C. Th. *Tit. XXVI.* Sunt in C. Th. h. t. duae leges. Totus tit. deest in cod. 23. De cod. 24 cf. supr. XI, 6, 1, not. *b.* b) c. 1. C. Th. *c.* 2. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, $17^a$, 19; omnia praeter interpr. des. in cod. 45; particula tantum interpretat. est in cod. 42; inscr. et textus des. in codd. 21, 22; textus et subscr. in cod. 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29—40; sola subscr. in cod. 27. c) Go. in comm. c. 1 C. Th. vituperat interpretem, quod *exactores* posuit tacens de *discussoribus;* mutavit autem interpres v. Visigothis ignotum. d) Hic quoque Go. interpretem erroris arguit, quem in extrema interpr. ab eo emendatum esse dicit.

EPIT. AEG.

### TIT. V. NE DAMNA PROVINCIALIBUS INFLIGANTUR.

Qui per potentiam alicui rusticano servitium velut sui iuris mancipio imposuerit, aut servum ipsius sive bovem in sui operis utilitatem transtulerit, ultimo exitio deputatus et rerum suarum amissione damnabitur.[a])

### TIT. VI. DE EXTRAORDINARIIS SIVE SORDIDIS MUNERIBUS.

Quicunque plus, quam adaeratum est, exegerit, quadrupli redhibitione damnabitur. Et si a quibuscunque personis factum fuerit, ordinarios iudices similis damni poena castiget.

### TIT. VII. DE DISCUSSORIBUS.

Haec lex constituit, ut, si securitates ratiociniis publicis vel in polypticis[a]) exactorum continentur, iterum per cupiditates nequitiae non petantur.

a) In cod. 46 add. ex sq. tit. *Et si a quibuscunque personis factum fuerit, ordinarios iudices similis poena castiget.*

a) Aeg. *pulipticis.* 54 om. *vel in polypticis.*

EPIT. SUPPL. LAT. 215.

### TIT. V. NE DAMNA PROVINCIALIBUS INFLIGANTUR.

Quicunque[a]) rector aut militans per potentiam rusticum sibi ut servum sub[b]) aut xenia eius vel qualescunque res ingeniosa calliditate acceperit, aut servum ipsius vel bovem in suam utilitatem transtulerit, ultimo exitio deputatus omnium rerum suarum amissione mulctabitur.

### TIT. VI. DE EXTRAORDINARIIS SIVE SORDIDIS MUNERIBUS.

Quicunque plus, quam adaeratum est, exegerit, quadrupli redhibitione damnabitur.

### TIT. VII. DE DISCUSSORIBUS.

Ut securitates ab exactoribus datae non repetantur, et si perditae ab accipientibus fuerint, per polypticum publicum liberentur a damno. Haec Scintilla amplius habet *De Indulgentiis Debitorum*[a]): Chartae superfluae descriptionis crementur incendio.

a) Cod. *Qui cum.* b) Ita cod. Leg. *subiecerit.*

a) Vv. *Haec — Debitorum* literis uncialibus scripta sunt et minio picta. Memorabilis locus, nominatur enim titulus veri Cod. Th. Cod. habet *Cartas.*

## EPIT. GUELPH.

V. NE DAMNA PROVINCIALIBUS INFLIGANTUR. I· II· ꝛ· XXX.[a])

De militantibus qui inferioribus. qualibet. damni infligunt. exilio damnandus. rerum. admissionem. privandus.

VI. DE EXTRAORDINARIIS. SIVE SORDEDIS. MUNERIBUS. ꝛ· III·[a])

Qui super indictum sine iusso. principis. petit. quadruplu reformari debere.

DE DISCUSSORIBUS.

Securitates. ṗpt predas ad discussore. non querentur.

a) C. Th. II, 30.
a) C. Th. XI, 3.

## EPIT. LUGD.

V. NE DAMNA PROVINCIALIBUS INFLIGANTUR.

Illi, qui rectoribus provinciarum coniunguntur aut militant, aut sub aliqua occasione publicatus videntur esse terribiles, vel qui agunt in diversis officiis principatus, si imposuerint alicui rusticano servitii necessitatem, velut sui iuris mancipio, vel servum ipsius, bovem etiam in sui operis utilitatem transtulerint, xenia vel quaelibet munuscula exegerint vel sibi oblata non recusaverint, quod ultimo exitio debeant deputari suarumque[a]) amissione damnari.

VI. DE EXTRAORDINARIIS SIVE SORDIDIS MUNERIBUS.

. . . . . ere[a]) peti de super titulis indicticiis a provincialibus, nisi tantum ea, quae fuerint . . . . . . dominis[b]) constituta. Qui super aliquid exigendum crediderit, componat quadrupli redhibitione vel si[c]) gratiosa conniventia, idem consensione iudicum vel ignobili dissimulatione ab officio eorum a quibuscunque personis in provincia eorum fuerit factum, quod eos similis poena damni castigare debeat.

VII. DE DISCUSSORIBUS.

Si quando securitates insertae ratiociniis publicis vel in polypticis exactorum continentur, quod a discussoribus vel apparitoribus denuo per[a]) iniuriam, ut tali pacto de provincialibus praedas agere possint, postulari non debeantur.

a) Add. *rerum*.
a) Expl. *Nihil debere*. b) Suppl. *a rerum dominis*. c) Haec ex lege sumta sunt.
a) Haec ex lege.

## EPIT. MONACHI.

V. NE DAMNA PROVINCIALIBUS INFERANTUR.

Quicunque provincialibus rectoribus iunguntur aut militant vel quicunque sub occasione publici actus videntur esse terribiles, si rusticano alicui servitio velut sui iuris mancipio imposuerit aut servum ipsius sive bovem in sua opera transtulerit sive xenia aut quaelibet munera exegerit vel sibi oblata non recusaverit, ultimo exsilio deputatur et rerum suarum amissione damnabitur. *Dat. prid. Kal. Oct. Valentiniano et Valente AA. Coss.*[a])

VI. DE EXTRAORDINARIIS SIVE SORDIDIS MUNERIBUS.

Nihil a provincialibus de superindictis petere, nisi ea tantum, quae rerum dominus constituerit. Qui amplius aliquid exegerit, in quadruplum componat. Sed et ordinariis iudicibus[a]) hanc inquisitionem iubet incurrere, ut si quid in provinciis eorum a quibuscunque sive a curialibus factum est, similis eos poena damni castiget. *Dat. XIIII. Kal. April. Valentiniano et Valente AA. Coss.*

VII. DE DISCUSSORIBUS.

Maximas praedas exactores agi de provincialibus hoc modo certum est, ut post emissas securitates iterum polypticos et securitates incipiant postulare. Quod ab his non pro publica utilitate fieri, sed ut, si securitates inventae non fuerint, maior eis praeda nascatur. Ideoque decernimus, ut si securitates ratiociniis publicis vel in polypticis exactores continetur, iterum per cupiditatis nequitiam non petantur. *Dat. V. Kal. Dec. Stilicone et Auriliano Coss.*

a) Subscript. deest in 62.
a) 63 *aliquid exierit — ordinarius iudicis* i. e. pro *ordinarios iudices*. Subscriptio deest in 62.

## EPIT. S. GALL.

IIII. NE DA̅NA ꝓVINCIALIBꝫ INFLIGANTUR.

Imp̄ valenti̅ data. II. ka̅l octub̄ *Intp̄.* Si quicu̍q: homo in qualecu̅q: iudiciaria[a]) positus ē similit̄ et illi qui iudices provinciaru̍ obsecunt aut illorum actuū[b]) agunt nisi forsitan rusticus[c]) homines per qualecu̅q: malū ingeniū contra rationem dānaverit aut si eorū manciplū aut caballum aut bovem in sua ꝓpria utilitatē p forcia minaverit aut[d]) aliqua exenia eos sine culpa sibi dare extorserit si ipse iudex hoc fecerit et ipsa exenia p̄serit obtimo[e]) exilio deputet'; et si hoc n̄ reddiderit facultatē rerū suarū amissionē dānabit'.

*V. It̄ alia Intp̄.*[a]) Nullus iudex ī exactur a ꝓbinciales homines plus exactare non[b]) debent nisi quantū ipsi p rationem dare debent aut quod in pollitico[c]) scriptū habent; nā si plus exigerit[d]) pena superiore supiaceat; et hoc qd̄ suptullit in quadruplū conponat.[e])

a) 65 *quiscumque — iudiciariam*. b) 65 *actum*. c) 65 *rusticiis*. d) 65 *pro fortia m. ut*. e) Leg. *ollimo*, i. e. *ultimo*.
a) Rubrica h. t. deest. b) 66 *exactor en̄ debent*. Supra 65 *exactor*. c) An *polyptico?* d) 66 *exigerint*. e) Tit. VI. de Discussoribus deest.

## TITULUS VIII.[a] DE APPELLATIONIBUS ET POENIS EARUM ET CONSULTATIONIBUS.

1.[b] *Imp. Constantinus A. ad Catulinum. Post alia:* Minime fas est, ut in civili negotio libellis appellatoriis oblatis aut carceris cruciatus aut cuiuslibet iniuriae genus seu tormenta vel etiam contumelias perferat appellator; absque his criminalibus causis, in quibus, etiamsi possunt provocare, eum tamen statum debent obtinere, ut post provocationem in custodia perseverent. Ea custodita moderatione, ut eorum provocationes recipiantur, qui easdem non a praeiudicio interposuisse noscuntur aut etiam ante causam examinatam et determinatam, sed universo negotio peremtoria praescriptione finito vel per cuncta membra decurso, contra iudicem interpositae esse noscantur etc. *Dat. III. Non. Nov. Treviris. Acc. XV. Kal. Mai. Hadrumeto, Volusiano et Anniano Coss.*

INTERPRETATIO. *Ista lex hoc praecipit, non debere appellantem aut carceris custodia aut cuiuslibet iniuriae afflictione constringi, exceptis tamen criminalibus causis, in quibus similis*[c] *accusantem et accusatum conditio poenae custodiaeque constringit: et eorum appellationes dicit debere recipi, sed ita, ut qui appellaverit, in custodia teneatur, quo usque ad alium iudicem crimina obiecta perveniant, ut discussis ad integrum omnibus, aut de absolutione aut de damnatione accipiat sententiam finitivam.*

2.[d] *Idem A. ad Concilium provinciae Africae.* Non recte iudices iniuriam sibi fieri existimant, si litigator, cuius negotium sententia vulneratum est, a principali causa provocaverit, quod neque novum neque alienum a iudiciis est. Ideoque post negotium principale discussum litigatori liceat litem iuris remedio sublevare; et iudices observare debebunt, ne appellatores vel in carcerem redigant, vel a militibus faciant custodiri. *PP. IV. Kal. Aug. Karthagine, Constantino A. VIII. et Constantino Caes. IV. Coss.*

INTERPRETATIO. *Lex ista hoc iubet, non debere iudices provinciarum assertiones appellantium ad suam iniuriam revocare, quia hoc nec novum nec alienum a iudiciis esse cognoscitur; et ideo hoc iubet, ut liceat litigatori vitiatam causam appellationis remedio sublevare. Hoc etiam specialiter praecepit, ut appellator nec in carcerem nec in quamcunque custodiam redigatur, sed agendum negotium suum liber observet.*

3.[e] *Impp. Constantius et Constans AA. Philippo Pf. P.* Iudices cum in civilibus causis tum etiam in criminalibus, in quibus vitae hominum salutisque quodammodo fata tractantur, appellationes admittant, nec denegent vocem in supplicium sententia destinatis. *PP. V. Id. Iun. post cons. Constantii iterum et Constantis AA.*

INTERPRETATIO. *Lex ista hoc praecipit, ut etiam in criminalibus causis, ubi vita utriusque partis in dubium devocatur, liceat appellari, nec appellandi vox denegetur ei, quem in supplicium sententia destinarit.*

### EPIT. AEG.

TIT. VIII. DE APPELLATIONIBUS ET POENIS EARUM ET CONSULTATIONIBUS[a].

Lex ista hoc praecipit, non debere appellantem cuiuslibet iniuriae[b] afflictione constringi, exceptis tamen criminalibus causis, de quibus et accusatus et qui appellat[c] in custodia teneantur, quo usque ad alium iudicem crimina obiecta perveniant.

Iudex non ad suam iniuriam revocet[d], si litigator, cuius negotium vulneratum est, a principali causa provocaverit.

### EPIT. SUPPL. LAT. 215.

TIT. VIII.[a] DE APPELLATIONIBUS ET POENIS EARUM ET CONSULTATIONIBUS.

Appellantem non debet afflictio ulla aut carceris iniuriare custodia.[b]

Sed liceat appellatori[c] etiam tam causam appellationis remedio sublevare.[d]

Sed etiam in causis criminalibus appellare[e]. Nec appellandi vox denegetur[f] ei, quem in supplicium sententia destinaverit.

## TITULUS IX.[a] DE REPARATIONIBUS APPELLATIONUM.

1.[b] *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Modestum Pf. P.* Reparatis intra mensem tertium ex priore lege temporibus, in notitiam hoc ipsum adversarii per denuntiationem ex more celebrandam iubemus sine dilatione perferri; scilicet ut, interiectorum spatiorum dinumeratione servata, ad debitum partes iudicium revertantur. Quod si is, cui reparata sunt tempora, ultra dinumerationem crediderit differendum, lata adversus eum sententia roboretur, atque in exsecutionem semel iudicata ducantur. *Dat. VI. Id. Dec. Constantinopoli, Valentiniano et Valente IV. AA. Coss.*

### EPIT. AEG.

TIT. IX. DE REPARATIONIBUS APPELLATIONUM.

### EPIT. SUPPL. LAT. 215.

TIT. IX.[a] DE REPARATIONIBUS APPELLATIONUM.

---

a) Tit. VIII. C. Th. *Tit. XXX.* Sunt in C. Th. h. t. LXVIII leges. De cod. 24 cf. supra XI, 6, 1, not. *b.* Totus titulus deest in cod. 23. In cod. 19 om. rubrica, sed est spatium duorum versuum, et continuantur iusta ratione numeri sqq. titulorum. b) c. 1. C. Th. *c.* 2. Ad interpr. vid. Angilr. c. 36. Ben. Lev. III, 251. Add. III, 105. Decr. Grat. cau. 2, qu. 6, c. 1. Alluditur sec. Go. etiam in epistola Damasi P. ad Afros cap. 5. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17[a], 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 45; inscr. et textus in codd. 21, 22; textus et subscr. in cod. 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus in codd. 25, 29—40; sola subscr. in cod. 27. De codd. 23, 24 vid. not. *a* huius tit. c) Hic add. interpres; contra is ultimam legis partem paene neglexit. d) c. 2. C. Th. *c.* 15. Ad interpr. cf. not. *b.* Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17[a], 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 28, 31, 35; inscr. et textus in codd. 21, 25, 36, 37; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 22, 29, 30, 32—34, 38—40. De codd. 23 et 24 vid. not. *a.* e) c. 3. C. Th. *c.* 20. Cf. not. *a, b* et Fabian. ep. III. c. 2. Marcell. ep. I. (Knust l. c. p. 54, 62). Burch. I, 148. Ivo, Decr. V, 261. Ans. II, 11. Decr. Grat. cau. 2, qu. 6, c. 20. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17[a], 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 28; inscr. et textus in codd. 21, 22, 31, 35—37; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32—34, 38—40.

a) Tit. IX. C. Th. *Tit. XXXI.* Sunt in C. Th. h. t. novem leges. 26 *Tit. X.*, ponitur enim hic tit. post tit. Si pendent. appell. De cod. 24 vid. supr. XI, 6, 1, not. *b.* b) c. 1. C. Th. c. 6. Fragm. Cap. C. 16. Ad interpr. cf. L. 33 Henric. I. (ap. Cancian. IV, 379). Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17[a]; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in codd. 27, 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus in codd. 25, 29—40; sola interpr. in cod. 19.

a) Aeg. *Conbolationibus.* Multi codd. *consolationibus.* Scr. ex Br. *Consultat.* b) Multi codd. et Aeg. add. *vel.* c) Aeg. *appellant.* d) Haec ex interpr. sumta sunt; reliqua ex lege ipsa. — c. 3 h. t. deest.

a) Cod. *Tit. IX.* b) Ben. Lev. III, 333. Burch. I, 148. Ivo, Decr. V, 261. Decr. Grat. cau. 2, qu. 6, c. 2. c) Leg. *litigatori vitiatam causam.* d) Seq. verbi, quod non potui eruere, sunt tres literae, quasi *uli* scr. sit. Fortasse voluit epit. ex interpr. sq. c. recipere vv. *ubi vita — devocatur.* e) Cod. *appellari.* f) Cod. *ego — supplicio — distenuerit.*

a) Cod. *Tit. X.* Seqq. quoque titulorum numeri falsi sunt.

| EPIT. GUELPH. | EPIT. LUGD. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|
| DE APELLACIONIBUS ET PENIS EORUM. ET CONSOLACIONIBUS. | VIII. DE APPELLATIONIBUS ET POENIS EARUM ET CONSOLATIONIBUS.[a] | VIII. DE APPELLATIONIBUS ET POENIS EARUM ET CONSOLATIONIBUS. | VI. DE APELLATIONĒ ET PENIS EORŪ ET CONSOLATIONĒ[a]. |
| I Apellantes non debere. cuiuslibet accionem. iniurie constringi. | Lex I. Non debere appellantem aut custodia carceris aut afflictione iniuriae cuiuslibet constringi, exceptis causis criminalibus, in quibus singulis accusantem et accusatum conditio poenae custodiaeque constringit; quorum appellationes ita recipiuntur, ut appellator in custodia teneatur, donec a iudice alio discussione facta aut absolutionem aut poenam suscipiat sicque appellationem finiat.<br>Lex II. Si *litigator*, cuius negotium sententia vulneratum est, ad principalem causam provocaverit, quod non debent iudices sibi iniuriam factam aestimare, quia tali remedio appellatoris vitiata causa sublevatur. | Non debere appellantem aut carceris custodia aut cuiuslibet iniuria constringi, exceptis criminalibus causis: qui aut de absolutione aut de damnatione accipiat sententiam definitivam. | Imp̃. cons̃. data IIII nñ. novẽbr. *Intp̃.* Quicũq: homo alterũ hominẽ de capitale culpa a iudice[b]) accusaverit iudex vero et illũ quem accusat et illum qui[c]) acusavit ãbus sub custodia mittant'; dũ ante iudicem ambo parit̃ veniant ut diligent̃ inquiratur[d]) si ipse qui acusatus ẽ culpã[e]) habeat; aut ñ habeat qd̃si de ipsa culpa convictus fuerit quale iudiciũ iudex ei dare voluerit secundũ legẽ talem adtendat et si[f]) de ipsa culpa convictus ñ fuerit ille qui eũ ad iudicẽ acusavit similẽ penã accipiat. Nã hoc observandũ ẽ ut ante quã iudex veritatẽ cognuscat qd̃ ipse omo qui acusatus ẽ dũ eum culpabilẽ ñ invenerit sub liberã custodiam ambulet ut nec in carcere nec in custodia[g]) mittatur sed ad agendã causã suã lib̃ observet. |
| II. Apellancium adserciones. ad iudicis. iniuriam non revocandu. | | Iudices provinciarum non debent assertiones appellantium ad suam iniuriam revocare, sed liceat litigatori vitiatam causam appellationis emendare, et ut appellator in custodiam non redigatur, sed negotium suum liber observet. | |
| III. In criminalibus. causis. apellare non[a]) licere. l' II. ʒ· I.[b]) | Lex III. Ut in criminalibus causis, ubi vita utriusque partis in dubium vocatur, quod liceat appellari, nec denegetur vox appellandi ei, quem sententia in supplicium destinaverit. | In criminalibus vero causis, ubi vita utriusque in dubium est, nec appellandi vox denegetur ei, quem in supplicium sententia destinaverit. *PP. V. Id. Ian. post Cons. Constantini et Constantii AA.*[a]) | *It̃ alia. Intp̃.* Lex ista hoc p̃cepet ut qui in criminealib; causis ob devicta[h]) ambe partes in dubio devocatur licet unu alterũ apellare nec apellandi vox ñ denegetur et quẽ[i]) in suplicii sententiae advenerit eũ teneat' obnoxius. |
| VIIII. DE REPACIONIONIBUS. APELLACIONUM. l' V. ʒ· V.*) | IX. DE REPARATIONIBUS APPELLATIONUM.<br>Ut qui videtur iniuste in causa sua victus, quod reparatis ante tertium mensem temporibus, quae appellationi videntur fuisse concessa, hoc ipsum in notitiam adversarii sui per denuntiationem sine dilatione debeat perferre, ut[a]) dinumeratione interiectorum spatiorum servata revertantur ad debitum partibus iudicium. Is autem, cui reparata | IX. DE REPARATIONIBUS APPELLATIONUM. | |
| a) Contra sententiam legis pugnat. b) C. Th. II, 1. *) Incert. num.; fortasse Paul. V, 35. | a) In m. cod. *et X et XXIIII et XXXV. et XXXVI. Novell. Lib. I. aera VI.* Puto illis numeris intell. tit. X. h. libri et Paul. V, 34—36. Nov. Theod. tit. VI.<br>a) Sqq. ex lege hausta sunt. | a) Subscript. om. in 62. | a) 65 *conlationem.* b) 65 *iudicem.* c) Ita 65, sed *quem* pro *qui.* 66 om. vv. *quem accusat et illum.* Paulo post 65 *ambos sub custodiam.* d) 65 *inquirat.* e) 65 *culpa.* f) 66 om. *si.* g) 65 *simile — in custodiam.* Ultima pars huius sententiae ex c. 2 h. t. hausta est. h) 65 *de victa* et ann. Canc.: „h. e. *ubi de vita.*“ Ceterum 65 *precepit — partis.* i) 65 *quae.* |

LEX ROM. VISIGOTH.

INTERPRETATIO. *Lex ista hoc praecipit, ut, si quis videtur iniuste in causa sua victus, reparatis ante tertium mensem temporibus, quae appellationi videntur fuisse concessa, statim hoc ipsum in adversarii sui notitiam deducere procuret, et intra tempora, quae appellationi constituta sunt, de hoc ipso negotio is, qui appellavit, ut sibi credit competere, agere non moretur. Quod si facere neglexerit, sententia, quae adversus eum lata fuerat, perseveret, et data exsecutione in omnibus compleatur.*

## TITULUS X.[a]) SI PENDENTE APPELLATIONE MORS INTERVENERIT.

1.[b]) *Imp. Constantinus A. ad Bassum Pf. P. Post alia:* Consulentibus iudicibus, si debeant, quum de appellatione cognoscunt, litigatoris heredibus, qui ante lapsum negotium in lite defecit, nova tempora prorogare, an eos cogere, intra dies reliquos, etiam incognitum negotium perorare, placuit, quum de appellationibus iudicatur, altero ex litigatoribus in lite defuncto menses quatuor innovare, et nova tempora prorogari, ne ignorantes negotia vel etiam super adeunda hereditate dubitantes prius, quam aliquod commodum sentiant, damnis affici compellantur. *Dat. XIII. Kal. Iun. Sirmio, Crispo II. et Constantino II. Caess. Coss.*

INTERPRETATIO. *Si pendente adhuc appellatione mors intervenerit litigatoris appellantis, heredibus eius, qui appellavit, quatuor menses ei, cuius auctor mortuus est, ad tractandum negotium debere praestari, nec eum debere ad dicendam causam praecipitari, ne per ignorantiam litis, quam non ad integrum tractavit, damnum videatur incurrere.*

## TITULUS XI.[a]) QUORUM APPELLATIONES NON RECIPIANTUR.

1.[b]) *Imp. Constantinus A. ad Catulinum.* Moratorias dilationes frustratoriasque non tam appellationes quam ludificationes admitti non convenit. Nam sicut bene appellantibus negari auxilium non oportet, ita his, contra quos merito iudicatum est, inaniter provocantibus differri bene gesta non decet. Unde quum homicidam vel adulterum vel maleficum vel veneficum, quae atrocissima crimina sunt, confessio propria vel dilucida et probatissima veritatis quaestio probationibus atque argumentis detexerit, provocationes suscipi non oportet, quas constat non refutandi spem habere, quae gesta sunt, sed ea potius differre tentare. Qui de variis litibus causisque dissentiunt, nec temere, nec ab articulis praeiudiciisque, nec ab his, quae iuste iudicata sunt, provocare debebunt. Quod si reus in homicidii vel maleficii vel adulterii vel veneficii crimine partem pro defensione sui ex testibus quaestioneque proposita possit arripere, parte vero obrui accusarique videatur, tunc super interposita appellatione ab eodem, qui sibi magis, quae pro se faciant, testimonia prodesse debere affirmat, quam ea, quae adversus ipsum egerint, nocere, deliberationi nostrae plenum arbitrium relinquatur. *Dat. III. Non. Nov. Treviris. Acc. XV. Kal. Mai. Hadrumeti, Volusiano et Anniano Coss.*

INTERPRETATIO. *In civilibus causis vel levioribus criminibus, quae legibus non tenentur inserta, appellationi*[c]) *constituta legibus dilatio praestanda est, et suspendenda est per appellationem sententia iudicantis. At vero homicidis, adulteris et reliquis, quos lex ista comprehendit, si convicti confessique fuerint et appellare voluerint, dilatio denegetur, sed statim in manifestis criminibus convicti iudicis est sententia proferenda, aut certe*[d]) *de magnis criminibus et maioribus personis ad principis est notitiam deferendum.*

2.[e]) *Impp. Constantius et Constans AA. Theodoro Consulari Syriae Coeles.* In fiscalibus debitis nullius provocationem tua gravitas censeat admittendam. Nec enim commodum publicum fas est diuturna frustratione suspendi, nec eludendi licentiam callidis fraudatoribus relaxari. *Dat. VIII. Id. Mart. Ancyrae, Rufino et Eusebio Coss.*

INTERPRETATIO. *In manifestis*[f]) *fiscalibus debitis nulli penitus appellationem debere praestari, quia non oportet publicae rei commodum qualibet dilatione suspendi.*

a) Tit. X. C. Th. *Tit. XXXV.* 26 *Tit. IX.* Vid. tit. IX. not. *a.* b) c. 1. C. Th. *c. un.* Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17[a]; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 43, 45; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in codd. 27, 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29—40; sola interpr. in cod. 19.

a) Tit. XI. C. Th. *Tit. XXXVI.* Sunt in C. Th. h. t. XXXIII leges. In codd. 23, 24 totus tit. deest. b) c. 1. C. Th. *c.* 1. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17[a] et cod. S. Germ. 366; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 44; inscr. et textus in codd. 21, 22; textus et subscr. in codd. 27, 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29—40; sola interpr. in cod. 19. c) 1, 2, 5, 7, 9, 12, alii *appellatione.* Haec videntur ab interprete addita esse, quum in ipsa lege desint, nisi fortasse explicant vv. legis *Nam—oportet.* Cf. Savigny l. c. T. I. p. 262, not. 27 (ed. I.) et p. 305, not. *g* (ed. II.). d) Haec vituperat Go. et add. sunt ab interpr. e) c. 2. C. Th. *c.* 8. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17[a]; omnia praeter interpr. des. in cod. 42; inscr. et textus in codd. 21, 22, 31; textus et subscr. in codd. 27, 28, 35; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32—34, 36—40; sola interpr. in cod. 19. f) *Manifestis* non male ab interprete additum esse scribit Go.

EPIT. AEG.

Iniuste victus infra tres menses reparet causam. Quod si facere neglexerit, sententia, quae adversum eum lata[a]) fuerit, perseveret.

### TIT. X. SI PENDENTE ADHUC APPELLATIONE MORTE INTEREMTA[a]).

Si pendente adhuc appellatione mors intervenerit, heredibus eius, cuius auctor mortuus est, placuit quatuor menses ad tractandum negotium debere praestari vel ad causarum recuperationem renovari[b]).

### TIT. XI. QUORUM APPELLATIONES NON RECIPIANTUR.

In[a]) civilibus causis vel levioribus criminibus legibus dilatio praestanda est: homicidae, adulteri, malefici, venefici[b]) convicti si appellare voluerint, non audiantur, sed statim est iudicis sententia proferenda[c]).

De fiscalibus debitis, quae non possint appellatione suspendi.

a) Nonn. codd. *inlata* s. *data.* Aeg. *conlata.*

a) Ita Aeg. Fere omnes codd. *S. p. a. a. mors intervenerit*, sed om. deinde vv. *Si — intervenerit*, quae vera scriptura videtur esse. b) Nonn. codd. *innovari.*

a) Ben. Lev. III, 181. Ivo, Decr. XVI, 226, 315. b) Nonn. codd. om. *venefici* et *si appellare.* c) Nonn. codd. *praeferenda.*

EPIT. SUPPL. LAT. 215.

Iniuste victus infra tres menses reparet causam. Post praedictum recuperationis spatium sententia ante lata manebit.

### TIT. X. SI PENDENTE APPELLATIONE MORS INTERVENERIT.

Quod appellatoris heredibus quatuor menses[a]) ad causarum recuperationem conceduntur.

### TIT. XI. QUORUM APPELLATIONES NON RECIPIANTUR.

Homicidae, adulteri, malefici, venefici convicti si appellare voluerint, non recipiantur; sed et mortarias ac frustratorias dilationes vindentur[a]) non convenit, nisi de magnis criminibus et personis maioribus pincernus est notitia deferendum[b]).

Fiscalis debeat non possint lectione suspendi[c]).

a) Cod. *quartagenses.*

a) Ita cod., corrupte. Leg. *moratorias — ut dentur.* b) Haec corrupta sunt. Nota v. *pincernus.* c) Leg. *Fiscalia debita non possunt dilatione suspendi.*

**EPIT. GUELPH.**

I Qui contra iudicium venire disponit. infra tercium minsem. adversarium contestare dibit. nec ab agendu cessare. quodsi neglexerit. facere sentencia lata permaneat.

X· SI PENDENTE· APELLACIONEM. MORS. INTERVINERIT.

Heredibus. eius. qui apellavit. quatuor mense dande inducie. ad respondendum.

QUORUM APPELLACIONIS. NON RECIPIANTUR.

I· De criminibus manifestis. convictum apellare non posse.

II. In fiscalibus. debitis. apellacionem. non esse prestandam.

**EPIT. LUGD.**

sunt tempora, si ultra dinumerationem crediderit differendum, quod lata adversus eum sententia roboretur, atque illa, quae semel in eum iudicata sunt, in exsecutionem venire debeant.

X. SI PENDENTE APPELLATIONE MORS INTERVENERIT.

Si pendente appellatione mors intervenerit litigatoris appellantis, quod heredibus illius, qui mortuus est, quatuor menses ad tractandum debeant praestari, ne negotium nescius accipiat et per ignorantiam damnum incurrat, dum praecipitatius causam accelerat.

XI. QUORUM APPELLATIONES NON RECIPIANTUR.[a]

Lex I. Quod in his tantum per appellationem sententia iudicantis suspendenda sit, quae legibus inserta non tenentur, ut sunt causae civiles, crimina leviora. Ceterum homicidis, adulteris, maleficis, veneficis ceterisque similibus, si comprehensi, convicti confessique fuerint, dilatio appellationis denegatur, sed statim iudicis sententia in talibus convictis profertur aut ad principis notitiam de maioribus personis magnisque criminibus refertur.

Lex II. Quod non sit utilitas publica diuturna frustratione[b]) suspendenda, neque in manifestis fiscalibusque debitis nulli penitus deberi appellationem praestari.

a) In m. *Paul. Lib. V. aera XXXVI. (XXXVII?) leg. II.* b) Ex lege.

**EPIT. MONACHI.**

Si quis videtur iniuste in causa sua victus fuisse, reparatus ante tertium mensem et hoc ipsum in adversarii sui notitiam procuret et intra tempora, quae appellationi constituta sunt, agere non moretur. Quod si neglexerit, sententia, quae adversus eum data fuerat, perseveret. *Dat. VII. Id. Dec. Valentiniano et Valente IIII. AA. Coss.*[a])

X. SI PENDENTE APPELLATIONE MORS INTERVENERIT.

Si pendente appellatione mors intervenerit litigatoris appellantis, heredibus eius quatuor menses ad contractandum induciae praestentur[a]) eis, cuius actor mortuus est: ne per ignorantiam damnum videantur incurrere. *PP. XII. Kal. Jan. Crispo II. et Constantino II. Caess. Coss.*

XI. QUORUM APPELLATIONES NON RECIPIANT.

In civilibus causis vel[a]) levioribus criminibus, quae legibus non tenentur inserta, appellatione constituta legibus dilatio praestanda est. At vero homicidis, adulteris, maleficis, veneficis et reliquis, quos lex ista comprehendit, si convicti confessique fuerint, appellatio denegetur, sed statim aut iudex sententiam proferat aut certe de maioribus personis ad principis notitiam deferatur.

[b]) In manifestis fiscalibus debitis nulli appellatio praestetur, nec publicum commodum dilatione suspendi.[c])

a) Subscr. deest in 62. Supra 63 *meretur.*

a) 62, 64 *inducias praestent.* Subscr. om. 62.

a) Ita 63, 64; 62 p̱ i. e. *per.* b) 64 add. *De Debitoribus.* c) c. 3 om.

**EPIT. S. GALL.**

*Itẽ alia Intp̃.*[a]) Si alicui omini videt' ut de sua causa iniuste convictus fuisset de ipsa causa iterũ ante tertiũ mensem adversario suo noticiã faciat et infra ipsos tres menses ante iudicẽ ipsã causã deliberent nam si tres menses taguerit penã qua[b]) in lege ei dada fuerit adimpleat.

VII. SI PENDENTE APELLATIONE MORS INTVENNERIT.

Imp̃. cons̃. data XIII. kal̃ iuñ. *Intp̃.* Si quis homo ad alterũ homonẽ de aliqua iure causã amallaverit et ille qui amallatus ẽ mortuus fuerit si postea ipsius heredes exinde acusati fuerint quatuor menses ad ipsam causam[a]) inquirendum spaciũ ei det'; ut ne forte p̱ neglegenciã dãnũ patiat'.

VIII. QUORŨ APELLATIONES NON RECIPIATUR[a]).

Imp̃. cons̃ data XV. kal̃ mad̃. *Intp̃.* Si quicũq: p̱sona de criminale causa acusatus fuerit aut de omicidio aut de magnis criminib; de ipso crimine a principe dicendũ[b]) ẽ ut bonorum p̱sonarum iudicia ante principem finiant'.

*It̃ alia Intp. VIIII.* De publicas[c]) causas qui fescales s̃ ubi exinde causatio orta fuerit nulla dilatio[d]) exinde ñ p̱ponatur quia dominicas causas sine omne dilatacione fenitas ẽẽ debent.

a) Rubrica h. t. deest et haec sententia cum antecedenti titulo connexa est. b) 65 *noticia — poena quam.*

a) 65 *causa — ipsa causa.* Infra *neglegentia damnu.*

a) 65 *decipiantur.* b) Canc. ann. in cod. fuisse *licendum,* sed ipse edidit *dicendum.* Praeterea 65 *principem — principe finiatur.* c) 65 *plíblicas.* d) 65 *dilatatio* et infra *dilatationem.*

| LEX ROM. VISIGOTH. | EPIT. AEG. | EPIT. SUPPL. LAT. 215. |
|---|---|---|

3.[g]) *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Claudium Pf. U.* Quoniam Chronopius ex-antistite idem fuit in tuo, qui fuerat in septuaginta episcoporum ante iudicio, et eam sententiam provocatione suspendit, a qua non oportuit provocare, argentariam[h]) mulctam, quam huius modi facto sanctio generalis imponit, cogatur expendere. Hoc autem non fisco nostro volumus accedere, sed his, qui indigent, fideliter erogari. Quod in hac causa et ceteris ecclesiasticis fiat. *Dat. VIII. Id. Iul. Valentiniano N. P. et Victore Coss.*

INTERPRETATIO. *Chronopium episcopum a multis episcopis fuisse damnatum, et studuisse eum ante iudicium sententiam, quae proferebatur, appellatione suspendere. A qua sententia, quia iuste prolata fuerat, appellare minime debuisset, in qua eum gravi mulctae,* [i]) *id est quinquaginta librarum argenti addictum fuisse dicit: quae tamen summa ipsius mulctae non fisco prodesse iussa est, sed pauperibus erogari.*

EPIT. AEG.: Chronopium episcopum viginti[d]) libris argenti lex loquitur fuisse mulctatum pro eo, quod iusto iudicio sententiam prolatam voluit appellatione suspendere.

EPIT. SUPPL. LAT.: Chronopium episcopum[d]) quinquaginta libras argenti loquitur fuisse mulctatum, quare ducte[e]) ac episcopis data sententialibus ut appellatione suspendi. Placuit, ut mulcta, quam episcopus componit vel pars ecclesiastica, non fisco, sed pauperibus erogetur[f]).

4.[k]) *Iidem AAA. ad Eupraxium Pf. U. Post alia:* A discussoribus observari iubemus, ut manifesti debitores provocationis suffragio minime subleventur etc. *PP. XVI. Kal. Mart. Gratiano A. III. et Equitio Coss.*

INTERPRETATIO. *Omnes, qui huius modi negotia discutiunt*[l]), *hoc specialiter observare debere, ut manifesti debitores appellationis suffragio non utantur, nec evidens debitum ulla possint appellationis dilatione suspendere.*

EPIT. AEG.: A discussoribus observari iubemus, ut manifesti debitores provocationis vel appellationis atque dilationis[e]) suffragio non utantur.

EPIT. SUPPL. LAT.: Ut nullus de evidenti debito possit alium appellatione[g]).

5.[m]) *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Hypatium Pf. U.* Quisquis, ne voluntas diem functi testamento scripta reseretur, vel ne hi, quos scriptos patuerit, heredes edicti per divum Hadrianum conditi beneficium consequantur, ausus fuerit provocare, interpositamque appellationem, cuius de ea re notio erit, recipiendam esse crediderit, viginti librarum auri mulcta et litigatorem, qui tam importune appellaverit, et iudicem, qui tam ignave conniventiam adhibuerit, involvat. *Dat. Non. April. Treviris, Ausonio et Olybrio Coss.*

INTERPRETATIO. *Haec lex specialiter praecipit, ut, si quis a quocunque conditum testamentum per appellationem differre voluerit, ut non debeat reserari, et scriptum heredem ab adeunda hereditate suspendere, et in hac parte iudex appellatori voluerit praebere consensum, ut quo minus scriptam voluntatem non sequatur effectus: tam ipse iudex quam is, qui appellaverit, viginti libras auri fisco cogatur exsolvere.*

EPIT. AEG.: Ut testamentum ne recenseatur, non liceat appellatione suspendi[f]): et si in hac parte iudex consenserit, ambo viginti libris auri condemnentur[g]).

EPIT. SUPPL. LAT.: Ut testamentum quod non recensetur[h]), non liceat appellationem suscipi.

## TITULUS XII.[a]) SI DE MOMENTO FUERIT APPELLATUM.

1.[b]) *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. ad Eusignium Pf. P.* Quum de possessione et momento causa dicitur, etsi appellatio interposita fuerit, tamen lata sententia sortiatur effectum, atque ita demum ad nostram scientiam referatur. Ita tamen possessionis reformationem fieri oportet, ut integra omnis proprietatis causa servetur. *Dat. XIV. Kal. Dec. Mediolano, Honorio N. P. et Evodio Coss.*

INTERPRETATIO. *Si de momento fuerit appellatum, momentariae causae audientiam proprietati obesse penitus non debere, quamlibet de momento videatur aliquid iudicatum, quod in effectum sit sine dubio deducendum, nec possit appellatione suspendi. Iubet tamen, restituto momento causam proprietatis ex integro debere cognosci.*

EPIT. AEG.: TIT. XII. SI DE MOMENTO FUERIT APPELLATUM.

Ut invasa re prius momenti beneficio possessionis reformationem fieri oportet, ita tamen, ut integra omnis proprietatis causa servetur.

EPIT. SUPPL. LAT.: TIT. XII.[a]) SI DE MOMENTO FUERIT APPELLATUM.

Ut invasa re prius momento receptam causam per ordinem discutiant, nec momentum possit appellatione suspendi.

## TITULUS XIII.[a]) DE POSSESSIONE AB EO, QUI BIS PROVOCAVERIT, TRANSFERENDA.

1.[b]) *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Proculo Pf. U.* Qui gemino iudicio fuerit superatus, nec tamen obstinatam illam pervicaciam putaverit relinquendam, sed iterum provocandum esse crediderit, ab eo ad petitorem mox possessio transferatur. *Dat. XVI. Kal. Iul. Aquileia, Tatiano et Symmacho Coss.*

EPIT. AEG.: TIT. XIII. DE POSSESSIONE AB EO, QUI BIS PROVOCAVERIT, TRANSFERENDA[a]).

EPIT. SUPPL. LAT.: TIT. XIII.[a]) DE POSSESSIONE AB EO, QUI BIS, PROVOCAVERIT, TRANSFERENDA.

g) c. 3. C. Th. *c.* 20. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17[a] et cod. S. Germ. 366; omnia praeter interpr. des. in cod. 42; inscr. et textus in codd. 21, 22, 31, 35, 36; textus et subscr. in codd. 27, 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32—34, 37—40; sola interpr. in cod. 19. Go. interpretationem falsam esse dicit. h) 15 *argumentariam.* 26 *arg. linguam id est L libr. argenti* ex Interpr. i) Haec recte add. interpres. k) c. 4. C. Th. *c.* 21. Integra cum interpr., quam Go. vituperat, est in codd. 1, 2, 4—16, 17[a]; omnia praeter interpr. des. in codd. 22, 28, 42, 44; inscr. et textus in codd. 21, 31, 35, 36; inscr. et subscr. in cod. 27 et cod. S. Germ. 366 et habetur in cod. 27 textus pro interpr.; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32—34, 37—40; sola interpr. in cod. 19. l) Non recte explicatur v. *discussores.* Vituperatur etiam a Go. m) c. 5. C. Th. *c.* 26. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17[a]; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 45; inscr. et textus des. in codd. 21, 22, 31, 35, 36; inscr. et subscr. in cod. 27, et habetur textus pro interpr.; textus et subscr. in cod. 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32—34, 37—40; sola interpr. in cod. 19.

a) Tit. XII. C. Th. *Tit. XXXVII.* b) c. 1. C. Th. *c. un.* Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17[a]; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in codd. 27, 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29—40; sola interpr. in cod. 19.

a) Tit. XIII. C. Th. *Tit. XXXVIII.* In cod. 28 deest hic tit. b) c. 1. C. Th. *c. un.* Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, 17[a]; omnia praeter interpr. des. in cod. 45; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in codd. 26, 27; solus textus om. in codd. 25, 29—40; sola interpr. in cod. 19.

(Epit. Aeg.) d) Interpr. *quinquaginta.* Lex ipsa simpliciter *argentaria mulcta.* e) Nonn. codd. *debitoris provocationes v. appellationes atque dilationes.* f) Multi codd. *suspendere.* g) Nonn. codd. *condemnantur.* 54 om. *et si — condemnentur.*

a) Nonn. codd. et Aeg. *Transferendo.*

(Epit. Suppl. Lat.) d) Cod. add. *qui.* e) Haec fortasse ita corr. sunt: *quia, quae iuste ab episcopis data sententia erat, eam app. suspendit.* f) Cod. *mulctam — eroget.* g) Exc. v. aliq., veluti *frustrare.* h) Leg. *reseretur.*

a) Est hic tit. in cod. positus post sq.

a) Vid. anteced. tit. not. *a.*

| EPIT. GUELPH. | EPIT. LUGD. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
| --- | --- | --- | --- |
| III. Contra iustam sentenciam. apellare non debere. | Lex III. Chronopium episcopum damnatum ab episcopis addictum gravi mulcta quinquaginta libras argenti, quae tamen summa mulctae non fisco profuisse, sed pauperibus. | | *It̃ alia. Intp̃ X.* Si quis homo ad unũ iudicem de sua causa iudiciũ acciperit et si postea de ipsã causã ad aliũ iudicẽ simile iudiciũ reciperit. si ipsũ iudiciũ aptare ñluerit si iterũ ante ĩcium iudicẽ ipsa causa ꝓsequere voluerit ipsa causa amittat; et ille suus adversarius ipsã[e]) rẽ unde ipsa causa agit' recipiat. |
| IIII Manifestum debytum apellacionem. non iubandum. | Lex IV. Quod manifestum debitum suffragio appellationis non debeat suspendi. | Manifesti debitores appellationis suffragio non utantur. | |
| V. Pro testamentũ non reservandũ apellacioni. nullus. est locus. iudex apellaturi. si prebeat. consensum. ut voluntas. non subsequatur effectum tam ipse iudex. quam apellatur. XX lĩbr auri. esse damnandus. | Lex V. Quod si conditum testamentum quisquam noluerit[b]) per appellationem differre, ne reseretur, taliter scriptum heredem ab accipienda hereditate suspendere, si iudex huiusmodi appellatori consenserit, quo minus scriptam voluntatem non sequatur effectus, ut XX libras auri tam ipse quam appellator fisco cogendi sint exsolvere. | [d]) Si quis condicto testamento per appellationem differre voluerit, ut non debeat reserari, et scriptum heredem ab adeunda hereditate suspenderit et ei iudex consenserit, tam ipse iudex, quam ille, qui appellavit, XX libras auri fisci viribus solvat. *Dat. Non. April. Ausonio et Olybrio Coss.* | *It̃ alia Intp̃ XI.* Si aliqui[f]) contra hunc factũ testamt̃um apellare vedare voluerit ut ñ debeat scriptũ heredẽ ad ereditatẽ venire si in tale parte iudex apellatorib; consentire voluerit si[g]) hoc fecerit tã ipse iudex quã ipse q̃ apellaverit XX libras auri in fisco exsolvat. |
| XLI.[a]) SI DE MOMENTO FUERIT APELLATUM. | XII. SI DE MOMENTO FUERIT APPELLATUM. | XII. SI DE MOMENTO FUERIT APPELLATUM. | *) |
| | Quod si de possessione et momento causa dicitur et si appellatio interposita fuerit, ut sententia lata sortiatur effectum et ita demum ad principem referatur et ita proprietatis reformatio fiat, ut integra servetur causa omnis proprietatis. | | |
| Restituto momento. causã proprietate debere cognusci. III. ł V.[b]) | | Momentariae causae obesse penitus non debere, quamlibet de momento videatur aliquid iudicatum, quod in effectum sit sine dubio deducendum, nec possit appellatione suspendi: sed restituto momento causam proprietatis ex integro debere cognosci. *Dat. XIIII. Kal. Dec. Honorio VIIII. et Evodio Coss.*[a]) | |
| XII. DE POSSIONEM AB EO QUIBUS. PROVOCAVERIT. TRANSFERENDÃ. | XIII. DE POSSESSIONE AB EO, QUI BIS PROVOCAVERIT, TRANSFERENDA. | XIII. DE POSSESSIONE AB EO, QUIBUS PROVOCAVERINT, TRANSFERENDA. | |

EPIT. GUELPH.: a) Numerus falsus est, sequentium quoque titulorum. b) Num C. Th. V, 5?

EPIT. LUGD.: b) Leg. *voluerit.*

EPIT. MONACHI: d) 64 add. *De Appellatione Pro Testamento.* Subscript. om. 62.
a) Subscr. om. in 62.

EPIT. S. GALL.: e) 65 *de ipsa — iudice ipsa causam — ipsa.* — c. 4 h. t. deest.
f) 65 *aliquis.* g) 66 *sic.*
*) Hic titulus et sequens deest.

INTERPRETATIO. *Si quicunque in una causa duobus iudiciis fuerit superatus et adhuc eandem agendi pertinaciam voluerit retinere, et iterum appellandum esse putaverit, in adversarium eius continuo possessio transferatur.*

## TITULUS XIV.[a]) DE FIDE TESTIUM ET INSTRUMENTORUM.

1.[b]) *Imp. Constantinus A. et C. ad Severum Comitem Hispaniarum.* Scripturae diversae et fidem sibi invicem derogantes, ab altera parte prolatae, nihil firmitatis habere potuerunt. *Dat. IV. Non. Mai. Constantinopoli, Dalmatio et Zenophilo Coss.*

INTERPRETATIO. *Si quis multiplici scriptura contractum suum munire cupiens de una re venditionem et donationem proferat vel quaecunque alia documenta: omnia rescindantur, quia impugnantes se chartulas lex haec vetat admitti.*

2.[c]) *Idem A. ad Iulianum Praesidem.* Iurisiurandi religione testes prius, quam perhibeant testimonium, iam dudum arctari praecepimus, et ut honestioribus potius fides testibus habeatur. §. 1. Simili more sanximus, ut unius testimonium nemo iudicum in quacunque causa facile patiatur admitti. Et nunc manifeste sancimus, ut unius omnino testis responsio non audiatur, etiamsi praeclarae curiae honore praefulgeat. *Dat. VIII. Kal. Sept. Naisso, Optato et Paulino Coss.*

INTERPRETATIO. *Testes priusquam de causa interrogentur, sacramento debere constringi, ut iurent, se nihil falsi*[d]) *esse dicturos. Hoc etiam dicit, ut honestioribus magis quam vilioribus testibus fides potius admittatur. Unius autem testimonium, quamlibet splendida et idonea videatur esse persona, nullatenus audiendum.*

3.[e]) *Imppp. Valens, Gratianus et Valentinianus AAA. ad Antonium Pf. P. Post alia:* Iubemus, omnes deinceps, qui scripturas nefarias comminiscuntur, quum quid in iudicio promiserint, nisi ipsi adstruxerint veritatem, ut suspectae scripturae et falsi reos esse detinendos. *Dat. prid. Id. Ian. Treviris, Valente VI. et Valentiniano II. AA. Coss.*

INTERPRETATIO. *Quicunque scripturam in audientiam protulerit, veritatem eius probare iubeatur, quia hoc in omnibus causis statutum est, ut scripturam prolator affirmet. Nam si is, qui scripturam protulit, eius non adstruxerit veritatem, ut falsitatis reum esse retinendum.*

4.[f]) *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Florentium Praefectum Augustalem.* Non oportet in absentem, quasi in praesentem atque convictum, verum statim putari, quicquid ab eo solo dicitur, qui accusat. *Dat. XIII. Kal. Ian. Richomere et Clearcho Coss.*

INTERPRETATIO. *Quoties quilibet accusator aliquid de adversario suo eo absente suggesserit, ei ante discussionem utriusque partis penitus non credatur.*

5.[g]) *Iidem AAA. Paulino Praefecto Augustali.* Presbyteri citra iniuriam quaestionis testimonium dicant, ita tamen, ut falsa non simulent. Ceteri vero clerici, qui eorum gradum vel ordinem consequuntur, si ad testimonium dicendum petiti fuerint, prout leges praecipiunt, audiantur. Salva tamen sit litigatoribus falsi actio, si forte presbyteri, qui sub nomine superioris loci testimonium dicere citra aliquam corporalem iniuriam sunt praecepti, hoc ipso, quod nihil metuant, vera suppresserint. Multo magis etenim poena sunt digni, quibus quum plurimum per nostram iussionem delatum fuerit, occulto inveniuntur in crimine. *Dat. VIII. Kal. Aug. Arcadio A. I. et Bautone Coss.*

a) Tit. XIV. C. Th. *Tit. XXXIX.* Sunt in C. Th. h. t. tredecim leges. Cod. 28 *Tit. XIII.* b) c. 1. C. Th. *c.* 2. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, $17^a$, 31, 32; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 43; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in codd. 27, 28; subscr. et interpr. in cod. 26; textus et interpr. in codd. 38—40 et ponitur h. l. interpr. c. 2 h. t.; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 33—37; sola interpr. in cod. 19 et cod. S. Germ. 366, sed ponitur in cod. S. Germ. 366 interpr. c. 2 h. t. Vid. c. 2 cit. Adduntur in interpr., quae non sunt in lege. c) c. 2. C. Th. *c.* 3. Ad interpr. cf. gloss. L. Vis. II, 4, 5—6. Ben. Lev. III, 283. Hincm. Opp. T. II. p. 784. Isaac. XI, 26. Leges Wallicae c. ann. 940 (Savigny l. c. T. II. p. 169 ed. II.). Ivo, Decr. XVI, 204 et 210. Pann. V. fol. 106. Cod. Vindob. iur. can. lat. 106 fol. 97. Knust l. c. p. 56 cum interpr. conferri vult Stephani P. ep. 1. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, $17^a$; omnia ut et seqq. h. tit. leges des. in cod. 27; omnia praeter interpr. des. in codd. 41—43, 45 et in codd. 38—40 (vid. c. 1 h. t. not. *b*); inscr. et textus des. in codd. 21—25, 31, 35, 36; textus et subscr. in cod. 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 29, 30, 32—34, 37; sola interpr. in cod. 19 et cod. S. Germ. 366, sed ponitur in cod. S. Germ. 366 interpr. c. 3 h. t. d) Haec add. interpr. e) c. 3. C. Th. *c.* 7. In codd. 38—40 est *c.* 2. Vid. c. 1 et 2 h. t. Librarii in hoc C. Th. libro nonnunquam errarunt. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, $17^a$; omnia praeter interpr. des. in codd. 41, 43, 45; inscr. et textus in codd. 21—24, 31, 35, 36; textus et subscr. in cod. 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32—34, 37—40; sola interpr. in cod. 19. In cod. S. Germ. 366 (vid. c. 2 h. t. not. *c*) adscripta est interpr. c. 4 h. t. De cod. 27 vid. c. 2 h. t. f) c. 4. C. Th. *c.* 9. Codd. 38—40 *c.* 3. Vid. c. 1 et 2 h. t. Ad interpr. cf. Ben. Lev. III, 238. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—16, $17^a$; omnia des. in cod. 22; omnia praeter interpr. des. in codd. 43, 45; inscr. et textus in codd. 21, 23, 24, 31, 35, 36, 41; textus et subscr. in cod. 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32—34, 37—40; sola interpr. in cod. 19. In cod. S. Germ. 366 adiecta est interpr. c. 5 h. t. De cod. 27 vid. c. 2 h. t. g) c. 5. C. Th. *c.* 10. Vid. c. 3 h. t. In codd. 22, 38—40 est *c.* 4. Vid. c. 1, 2, 4 h. t. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—12, 14—16, $17^a$ et cod. S. Germ. 366; omnia des. in cod. 28; omnia praeter interpr. in codd. 42, 43; inscr. et textus in codd. 21, 22, 24, 25, 31, 35, 36; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 29, 30, 32—34, 37—40; sola interpr. in cod. 19. In cod. 13 excidit fol. 169 cum interpretatione h. c. et sqq. Br. legibus usque ad interpr. c. 3 de Decurion. (XII, 1). De cod. 27 cf. c. 2 h. t.

### EPIT. AEG.

Qui per iudicium de possessione in una causa bis victus fuerit, non potest reclamare, sed possessio in adversarium transferatur.

TIT. XIV. DE FIDE TESTIUM ET INSTRUMENTORUM.[a])

Si de una re venditio et donatio[b]) vel quaecunque alia documenta prolata fuerint, rescindantur[c]).

Testimonium unius hominis non accipitur. Nam si in utraque parte plures sint, honestiores magis quam viliores eligendi sunt, qui testimonium suo[d]) sacramento confirment, se nihil falsi esse dicturos.

Nam[e]) qui scripturam profert, veritatem eius testibus probare debet, quia in omnibus causis constitutum est, ut scripturam prolator affirmet. Qui si eius non adstruxerit veritatem, ut reus falsitatis teneatur.[f])

a) 53 ita habet: *Cum de una re venditor vel quaec. d. pr. f. vel dum testimonium u. h. vel plures sive qui scripturam protulit sive probator ab eo XIIII De Fide Testium Et Instrumentorum.* b) 57 om. *et donatio.* c) Nonn. codd. et Aeg. *rescinduntur.* d) Plerique codd. *suum.* Ben. Lev. I, 314. Ivo, Decr. XVI, 210. e) Ben. Lev. I, 368. Ivo, Decr. XVI, 290. f) c. 4 h. t. deest.

### EPIT. SUPPL. LAT. 215.

De possessione in una causa bis victus non potest appellare, sed possessio in adversarium eius transfertur.

TIT. XIV. DE FIDE TESTIUM ET INSTRUMENTORUM.*)

*) Cod. *Instruendum.* Reliqua huius libri absunt a codice. Vacant enim fol. $42^b$ v. 21—28 et fol. $43^a$ v. 1—15.

| EPIT. GUELPH. | EPIT. LUGD. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|
| Qui. in una causam. duobus iudicis. fuerit superatus. remota apellacione possessio in adversarium transferenda. | Ut ille, qui in una causa duobus iudiciis fuerit superatus, si eandem causam pertinaciter adhuc voluerit agere iterumque appellandum putaverit, quod in adversarium eius continuo possessio transferri debeat. | Quicunque in una causa duobus iudiciis fuerit superatus et adhuc agendi pertinaciam voluerit obtinere, in adversarium eius continuo possessio transferatur. *Dat. XVI. Kal. Iul. Tatiano et Symmacho Coss.*[a] | |
| **XIII. DE FIDE TESTIUM ET INSTRUMENTORUM l.VIIII. ʔ ·XXVII.ɫ.II.**[a] | **XIV. DE FIDE TESTIUM ET INSTRUMENTORUM.**[a] | **XIV. DE FIDE TESTIUM ET INSTRUMENTORUM.** | **XII. DE FIDE**[a] **TESTIŨ ET CARTARUM ID Ē STRUMENTORŨ.** |
| I· Qui de una re donacion. et vindicion. proferit utrumque infirmari. | Lex I. Ut si quis contractum suum munire cupiens multiplici scriptura de una re donationem et venditionem protulerit, quia[b] fidem sibi invicem derogant chartae, quod nihil firmitatis habere possint. | Si quis multiplices scripturas, id est de una re venditionem et donationem proferat vel quaecunque alia similia huius documenta proponat, omnia rescindantur, quia impugnantes inter se chartas lex haec vetat admitti. | Imp̃ cons̃ data IIII nñ mad̃. *Intp̃.* De unã[b] rẽ hec lex vetat. ut nullus homo p̃sumat de unã rẽ plures cartas facere aut vindicionẽ aut donacionẽ aut censionẽ sed de unã rem una carta homo facere debet. Nã si de unã[c] rem plures cartas factas fuerint omnia rũpant' quia inpugnantes cartulas hec lex vetat. |
| II· Ut testis. sine iure iurandi. testimonio nullatinus. admittendu. | Lex II. Quod testes, priusquam de causa interrogentur, sacramento sint constringendi iurentque se nihil falsi dicturos, honestioribus etiam magis quam vilioribus testibus credatur, sed unius testimonium, quamvis splendida sit persona, nullatenus audiendum. | Iureiurando testes sacramento constringantur, antequam praebeant testimonium, ut iurent[a]), nihil se falsum esse dicturos, et honestioribus magis quam vilioribus fides admittatur. Unius testimonium cuiuslibet personae nullatenus audiendum. | *It̃ alia Intp̃.*[d] *XIII.* Quicũq: homines ad sacramta danda ante iudicẽ[e] venerint antequã de ipsa causa eos intrŏgentur[f] iurati dicant ut in nullã falsitatẽ non iurent sed qd̃ rectum sciunt dicant. Sic postea iudex quẽ honestiores et meliores et plus iustas personas viderit nisi si minor numerus sit ipsa pars iurare[g] debet. Nã si unius homines sacrãmentũ quãvis alta p̃sona sit[h] ñ ei credatur. |
| III Qui scripturam proferit. veram. firmitatem eius. adfirmet. | Lex III. Ut ille, qui scripturam protulerit in audientiam, quod veritatem eius probare debeat; hoc enim in omnibus causis statutum, ut scripturam prolator firmet. Si is, qui scripturam protulit, veritatem illius non adstruxerit, quod ut falsitatis reus sit retinendus. | [b]Qui scripturam in audientiam protulerit, eam ipse prolator affirmet. Quod si eius non adstruerit veritatem, ut falsitatis reum esse retinendum. | *XIIII. It̃ alia Intp̃.* Si quis homo qualecũq: carta in iudicio p̃sentaverit si ei iudicatũ fuerit ipse eã p sacramentũ firmare debet que legitima carta sit qd si eã firmare non potuerit ipsa carta p falsitatẽ teneat'. |
| IIII. Unu acusanti. adversario ante discussion non credendum. | Lex IV. Si quilibet accusator de adversario suo aliquid eo absente suggesserit, quod non sit ei credendum ante discussionem utriusque partis. | Non oportet in absentem quasi in praesentem atque convictum virum[c] statim putari, quicquid ab eo solo dicitur, qui accusat adversarium: [d] ante discussionem utriusque partis penitus non credatur. | *XV. It alia*[i] *Intp̃.* Si aliqui omo alterũ ominẽ ad iudicẽ[k] de qualecumq: causa absconse accusaveret ad illũ solũ non credatur nisi ambe partes inter se conprovationẽ faciant. |
| a) C. Th. IX, 27, 2. | a) In m. *Paul. Lib. V. aera XVII et XXV et XXVII leg. II III et VIII,* i. e. Paul. V, 17; V, 25, 1; V, 27, 2, 3, 8. b) Haec ex lege. Supra codex *manere* pro *munire.* | a) Subscr. om. in 62.<br>a) 63 om. *iurent.* b) 64 add. *De Carta Ostensa.* c) i. e. pro *verum.* d) Ultima vv. *ante — credatur* ex interpret. sumta sunt. 62 *uiri usque partes.* | a) 65 *fidem.* b) 65 *De una.* c) 65 *una.* d) 65 om. *It. al. Int.* e) 65 *iudices.* f) 66 *interrogetur.* Paulo post 65 *nulla.* g) 65 *iuvare.* h) 66 *set.* Paulo ante 65 *hominis.* i) 65 om. *It. alia* et habet *aliquis.* k) 65 *de qualecumque causa ante iudicem absc. accusaverit.* |

Interpretatio. *Presbyteri citra iniuriam quaestionis, id est sine supplicio corporali possunt testimonium dicere. Alii vero clerici, qui eorum ordinem sequuntur, si ad testimonium dicendum adhibiti fuerint, sicut leges praecipiunt, audiantur: ita ut salva sit contra presbyteros falsi actio, si in aliquo docebuntur fuisse mentiti; quia magis poena digni sunt, quibus quum lex reverentiam praestet, suae professionis immemores in mendacii crimine deteguntur.*

6.[h]) *Impp. Arcadius et Honorius AA. Aeternali Proconsuli Asiae.* Cogi possessorem ab eo, qui expetit, titulum suae possessionis edicere, quae tanta erit amentia, ut, ratione praepostera, petitor ab eo, quem pulsat, informari suas postulet actiones, quum omnem probationem exigi oporteat ab eo, qui vindicare nititur, non ab eo, qui se iuste tenere contendit? Intentanti namque, non suscipienti, probationum necessitas imponenda est; praeter eum, qui edicere cogitur, utrum pro possessore an pro herede possideat. *Dat. XII. Kal. April. Constantinopoli, Arcadio IV. et Honorio III. AA. Coss.*

Interpretatio. *Lex ista hoc praecipit, ut probatio non a possessore, sed a petitoris partibus requiratur, quia omnem probationem ab eo quaeri debere dicit, qui petitam rem desiderat obtinere, non ab illo, qui se iuste tenere contendit; praeter illum tantum casum, ubi interrogari necesse est possidentem, utrum ex sua persona an ex successione[i]) coeperit possidere.*

7.[k]) *Impp. Honorius et Theodosius AA. Caeciliano Pf. P. Post alia:* Quoniam ingenui testes ad causas postulantur alienas, si socii et participes criminis non dicantur, sed fides ab his notitiae postuletur, in exhibitione necessariarum personarum, hoc est testium talis debet esse cautio iudicantis, ut, his venturis ad iudicium, per accusatorem aut ab his, per quos fuerint postulati, sumtus competentes dari praecipiat etc. *Dat. XII. Kal. Febr. Ravennae, Honorio VIII. et Theodosio III. AA. Coss.*

Interpretatio. *Quicunque testes necessarios habet, dummodo idoneos, qui non sint causae aut culpae participes, studeat, qualiter eos suo sumtu, ubi causa dicenda est, debeat exhibere.*

Presbyteri[ff]) sine iniuria corporali[g]) testimonium donent, sic tamen ut falsa non simulent[h]), nec veritatem taceant. Quod si mentiti fuerint, maiorem poenam percipiant[i]).

Probationem[k]) ab eo quaeri debere dicit, qui petitam rem desiderat obtinere, non ab illo, qui se iuste tenere contendit, praeter illum tantum casum, ubi interrogare[l]) necesse est possidentem, utrum pro[m]) possessore an pro herede ex sua persona an ex successione coeperit possidere.

In exhibitione necessariarum personarum, hoc est testium talis debet esse cautio iudicantis, ut per accusatorem aut ab eo[n]), per quem fuerint postulati, sumtus competentes dari praecipiat. Ut testes ingenui postulentur, si socii et participes non fuerint.

## EXPLICIT CODICIS THEODOSIANI LIBER UNDECIMUS.

# INCIPIT CODICIS THEODOSIANI LIBER DUODECIMUS[a]).

## TITULUS I.[b]) DE DECURIONIBUS.

1.[c]) *Imp. Constantinus A. ad Evagrium Pf. P.* Nemo iudex civilium munerum vacationem cuiquam praestare curiali conetur, vel aliquem suo arbitrio de curia liberet. Nam si quis fuerit eius modi infortunio depravatus, ut debeat sublevari, de eius nomine ad nostram scientiam referri oportet, ut certo temporis spatio civilium munerum ei vacatio porrigatur. *PP. Id. Mart. Constantino A. III. et Licinio III. Coss.*

Interpretatio. *Nullus iudex vacationem indebitam tribuat curiali, nec eum de suo officio studeat liberare. Nam si ita tenuis[d]) cuiuscunque curialis et exhausta facultas est, ut ei publici oneris necessitas non credatur[e]), ad principis iussit referri notitiam.*

INCIPIT LIBER DUODECIMUS.

TIT. I. DE DECURIONIBUS[a]).

[b])Ut curiali vacatio non detur, nec eum iudex de suo officio studeat liberare.

INCIPIT LIBER XII.

TIT. I. DE DECURIONIBUS.

Nullus iudex curialem ab officio dimittere praesumat immunem.

h) c. 6. C. Th. *c.* 12. In codd. 22, 28, 38—40 est *c.* 5. Vid. c. 1, 2, 4, 5 h. t. Ad interpr. cf. Ivo, Pann. L. V. f. 106 et Decr. XVI, 203. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—12, 14—16, 17ª et cod. S. Germ. 366; omnia praeter interpr. des. in codd. 43, 45; inscr. et textus in codd. 21—24, 31, 35, 36; textus et subscr. in cod. 28; subscr. et interpr. in codd. 19, 26; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32—34, 37—40. De cod. 27 vid. c. 2 et de cod. 13 c. 5 h. t. i) Extrema pars interpr. falsa est. k) c. 7. C. Th. *c.* 13. In codd. 22, 28, 38—40 est *c.* 6. Vid. c. 1, 2, 4, 5 h. t. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—12, 14—16, 17ª et cod. S. Germ. 366; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 43; inscr. et textus in codd. 21—24, 31, 35, 36; textus et subscr. in cod. 28; subscr. et interpr. in codd. 19, 26; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32—34, 37—40. De cod. 27 vid. c. 2 et de cod. 13 c. 5 h. t.

a) Complectitur hic liber in C. Th. XIX titulos. b) Tit. I. C. Th. *Tit. I.* Sunt in C. Th. h. t. CXCII leges. De cod. 17 vid. c. 2 h. t. not. *g.* Leges Burgorum Angliae c. 44, 56, 75, 76, 80, 104, 114, 115, 122, 124, 127, 136? c) c. 1. C. Th. *c.* 1. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—11, 14—16, 17ª, 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 42—44; inscr. et textus in codd. 21—24; inscr. et interpr. in cod. 12; textus et subscr. in codd. 27, 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29—40. De cod. 13 vid. supra XI 14, 5, not. *g.* d) Recte. e) i. e. *remittatur.*

ff) Fere omnes codd. et Aeg. *Presbyteris.* g) Codd. et Aeg. *corporale.* h) Vv. *ut—simulent* sumta sunt ex lege ipsa. i) 46 *percipiant. Contra istam sententiam est necessitas illa requirenda, ubi dicit: inter duos possessores quis maiorem partem anni possedit.* k) Plerique codd. *Ut probatio.* l) Nonn. codd. *praeter illud tantam causam—interrogari.* m) Nonn. codd. et Aeg. om. *pro.* n) Nonn. codd. om. *ab eo.*

a) Nonn. codd. *curionibus.* b) Haec ap. Aeg. cum rubrica cohaerent, male.

| EPIT. GUELPH. | EPIT. LUGD. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|
| V. Presbiterus. absque iniuria. testimonium dicere posse. | Lex V. Ut presbyteri sine iniuria quaestionis, id est absque supplicio corporali testimonium possint dicere, at vero alii clerici, qui eorum sequuntur ordinem, si ad testimonium dicendum fuerint adhibiti, quod; sicut leges praecipiunt, sint audiendi, salva tamen sit actio falsi contra presbyteros, si in aliquo fuerint mentiti. | [e]) Presbyteri absque iniuria quaestionis testimonium dicant, alii vero clerici, sicut leges praecipiunt, audiantur. Quod si presbyteri docentur fuisse mentiti, magis poena digni sunt quam reliqui. | *It̃ alia Intp̃.* Si contra presbiterũ maius[l]) crimen dictum fuerit ad ipsum presbiterũ sine alico soplicio corpores credatur nam[m]) si postea cum ei creditum fuerit sup ipsa causa fuerit conprovata pro ipso mendatio reos criminis teneatur nam alii clereci si de qualecumq: maiore causã[n]) acusati fuerint et convicti sicut alii seculares iudicentur. |
| VI. Probacio. ad petitorem querendã. | Lex VI. Quod probatio non a possessore, sed a petitoris partibus sit requirenda, nisi ubi interrogari opus est possidentem, utrum ex sua persona an ex successione coeperit possidere. | Probatio non a possessore, sed a petitore quaeratur, quia omnis[f]) probatio ab eo requiritur, qui rem desiderat obtinere, non ab illo, qui eius rem tenere contendit: praeter illum, ubi interrogare necesse est possidentem, utrum ex sua persona an ex successione coeperit possidere. | *It̃ alia. Intp̃.* Lex hoc precepet ut provatio non a possesore qui rẽ possedet[o]) sed ad illũ qui querit ille debet probationẽ optinere nisi tantũ interogare debet ante a possidentem si ex sua persona aut ex successione[p]) ceperit possidere. |
| VII· In exibicionē testium qui eos invitat. sumptus. ei preparare necesse est.<br><br>EXPŁIC ŁIB· XI. TEODOSIANI. | Lex VII. Ille, qui testes idoneos habet, qui in culpa socii non sint, quod eos suo sumtu, ubi causa dicenda est, debeat exhibere. | Quicunque testes necessarios habet, dummodo idoneos, qui non sint causae culpae participes, studeat invenire, qualiter eos suo sumtu, ubi causa dicenda est, debeat exhibere. *Dat. XII. Kal. Febr. Honorio VIII. et Theodosio IIII. AA. Coss.*[g]) | *It̃ alia Intp̃* Omnis homo in iudicio pro causa sua tales testes presentare debet cui fide reprovata non est sed idonias personas in sua causã[q]) quilibet homo presentare debet.<br><br>EXP̃LI THEOD̃ LIB̃ XI. |
| INCP̃T LIB̃ XII. | LIBER XII.<br>Decurionum[a]) causam exsequitur. Praepositos, susceptores[b]) et arcarios annuatim ordinat, usque quatenus perducantur, terminum ponit. — Continet titulos maiores II, et edicta XI, interpr. VIIII. | INCIPIUNT CAPITULA LIBRI XII.<br>I. De Decurionibus. II. De Susceptoribus, Praepositis Et Arcariis. | [a])CAPITULA DE LIBRO XII.<br>I. De curionib;[b]) et arcariis. II. De susceptores p̃positis.[c])<br><br>INCIPIT LIB̃ XII. |
| DECURIONUM l· I. ʓ·I. ł VIIII· l· X· ʓ· I· Nl· I· ʓ· VIII· l· IIII.[a]) | TIT. I. DE DECURIONIBUS. | I. DE DECURIONIBUS. | I DE CURIONIB; |
| Curialem. de oficio suo. p̃ iudicẽ non relandum[b]). | Lex I. Ut nemo[c]) iudicum vacationem cuiquam curiali praestet suoque eum arbitrio de curia liberet, sed si cuiusquam curialis exhausta facultas fuerit, ut necessitas ei publici honoris non possit credi, de eius nomine ad principem sit referendum, ut ei vacatio civilium munerum porrigatur. | Nullus iudex vacationem indebitam tribuat curiali, nec de suo officio studeat liberare. Nam si ita curiali exhausta facultas est, ut ei publici honoris necessitas non credatur, ad principis referatur notitiam. | Imp̃. cons̃ data id̃ mar̃. *Intp̃.* Iudices publici alios curiales que sub se habent non eos dimittant p malo ingenio in alias operas vacare nisi suã curã faciant. Nã si facultatẽ parvã habuerint et illã curam[d]) agere ñ potuerint a[e]) principẽ suum exinde noticiã faciant. |
| a) C. Th. I, 1, 4? X, 1. Nov. Th. tit. VIII. Nov. Maior. tit. I. b) An *relevandum?* | a) C. Th. XII, 1. b) C. Th. XII, 2. c) Mixta expos. ex vv. legis et interpr. | e) 64 add. *De Presbyteris in testimonio.* f) 63 *omnem probationem — requiratur.* g) Subscript. deest in 62. | l) 65 *maior.* m) 66 *nec.* 65 *suplicium corporis.* n) 65 *reus — causa.* Infra 66 *aliis.* o) 65 *precepit — possedit.* p) 66 *possidente — p̃sona aut exocessione.* 65 *successionem.* q) 65 *fidem — causa.* 66 *presonas.*<br>a) 65 add. *Incipiunt.* 67 om. *Capit.* et habet *XIII.* b) 65 *Decurionibus.* 67 *De curioribus et cartariis.* c) Deest hic tit. in cod. 67. d) 65 *nisi sua — parva habuerit et illa cura.* e) Cum vv. *ad principem suum* pergitur in cod. 67. Vid. supra ad IX, 1, 1, not. c. 65 *principe — noticia.* |

2.[f]) *Idem A. ad Maximum Vicarium Orientis.* Si qui vel ex maiore vel ex minore civitate originem ducit, si eandem evitare studens ad alienam se civitatem incolatus occasione contulerit, et super hoc vel preces dare tentaverit vel qualibet fraude niti, ut originem[g]) propriae civitatis eludat, duarum civitatum decurionatus onera sustineat, in una voluntatis, in una originis gratia. *PP. VIII. Kal. Ian. Paulino et Iuliano Coss.*

Interpretatio. *Si quicunque curialis de ea, in qua natus est, civitate ad aliam transire voluerit, conditionem curiae debitam nullatenus possit evadere, nec si hoc ipsum mereri interposita supplicatione tentaverit, nec ullo argumento necessitates aut servitia civitatis suae pro eo, quod habitationem mutare voluit, possit evadere. Nam quicunque hoc fecerit et se in aliam civitatem transtulerit, hoc iubet, ut in utraque serviat civitate, id est in una pro conditione nascendi et in alia pro habitandi voluntate deserviat.*

Quicunque curialis in aliam civitatem[c]) se transtulerit, hoc iubet, ut in utraque serviat civitate.

Nec liceat curiali, de ea, qua natus est, in aliam se transferre civitatem. Nam qui haec facere praesumserit, in una pro conditione nascendi, in alia[a]) pro voluntate habitandi deserviat.

3.[h]) *Idem A. ad Evagrium Pf. P.* Quoniam nonnulli diversarum civitatum curiales intemperanter minores, quibus publica tutela debetur, ad curiae consortium devocarunt, ut septem vel octo annorum constitutos nonnullos nominasse firmentur, decernimus, ut omnino nullus in curiam nominationibus devocetur, nec functionum obsequia subire cogatur, nisi qui decimum et octavum annum aetatis fuerit ingressus. Quod et in futurum arceri volumus, et eos eximi, qui infra eius aetatis terminos constituti iam nominati sunt, curialibus ut vinculis absolvantur. Quum enim decimum et octavum annum aetatis intraverint, si militiae nomen inserere iuxta legem datam non potuerint vel supersederint, municipali poterunt dari obsequio. *Dat. prid. Non. Aug. Basso et Ablavio Coss.*

Interpretatio. *Minores decem et octo annorum aetate curiales nec nominari a quibuscunque nec ad servitia applicari debere: quia hoc lex sufficere credit, ut a decem et octo annis*[i]) *necessitati publicae, si necesse fuerit, applicentur, ita ut, si qui infra hanc aetatem ante nominati iam fuerint, absolvantur.*

Pupilli vero usque ad octavum decimum annum non adstringantur ad servitia.[d])

Pupilli vero usque ad octavum decimum annum non adstringantur ad actum.

4.[k]) *Idem A. ad Evagrium Pf. P.* Nullus decurionum ad procurationes vel curas civitatum accedat, nisi omnibus omnino muneribus satisfecerit patriae vel aetate vel meritis. Qui vero per suffragium ad hoc pervenerit administrare desiderans, non modo ab expetito officio repellatur, sed epistola quoque vel codicilli ab eo protinus auferantur, et ad comitatum destinentur. *Dat. prid. Id. Aug. Basso et Ablavio Coss.*

Interpretatio. *Ista lex hoc praecipit, nullum curialem, nisi omnibus curiae officiis per ordinem actis, aut curatoris aut defensoris*[l]) *officium debere suscipere, nisi omnibus, ut dictum est, ante muneribus satisfecerit, quae patriae ordine debentur. Nam si praefatus contra hanc praeceptionem quolibet suffragio aut sub quocunque obtentu honoris se munire voluerit, et obtentis careat et, ubi*[m]) *rerum domini fuerint, dirigatur.*

Per ordinem vero curiales officia*) sua agant, aliter nec praemiis liceat.

5.[n]) *Imp. Constantius A. ....* Oppidaneis ordinibus consulentes dudum iussimus, ab iniuriis corporalibus tutam esse debere ordinis dignitatem. Condemnationibus etiam modum imposuimus, qui legibus designatur. Ideoque sancimus, ut, si iudex vel in condemnationibus exprimendis vel in corporalibus iniuriis ultra licitum contra curialem exarserit, ipse quidem auri pondo quinque, officium vero eius decem fisco inferat. *Dat. XVIII. Kal. Iul. Eusebio et Hypatio Coss.*

Ut si iudex contra curialem in corporalibus iniuriis ultra licitum exarserit, ipse quidem iudex pondo auri quinque et praeter officium eius decem fisco inferat.[e])

Interpretatio. *In correctione curialium certam patientiam iudices debent retinere, ut in corpore vel in sanguine curialium non facile audeant desaevire. Nam si qui contra hoc fecerit, ipse quidem iudex quinque libras auri et officium eius decem auri libras fisco inferre cogantur.*

In correctionem curialem caedere iudex qui praesumserit, quinque libras mulctabitur auri, officia sua decem.

6.[o]) *Imp. Iulianus A. Leontio Consulari Palaestinae.* Qui pater sit tredecim liberorum, non modo ad curiam non vocetur, verum etiam, si sit decurio, honoratissima quiete donetur. *Dat. Kal. Mart. Antiochiae, Iuliano A. IV. et Sallustio Coss.*

f) c. 2. C. Th. *c.* 12. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 11, 14—16, 17ª, 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 42—44; inscr. et textus in codd. 21—25, 31, 35; textus et subscr. in cod. 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 29, 30, 32—34, 36—40. In cod. 12 sola adest interpr. conflata cum inscr. c. 3 h. t., cuius textus, subscr. et interpr. om. et des. sequentes h. libri constitutiones omnes. In hac c. incipit codex 17, desinit cod. 17ª. Vid. not. *g*. De cod. 13 vid. supra XI, 14, 5, not. *g*. In cod. 10 desinit fol. 73 cum v. *civitatum* et incipit fol. 74 cum vv. *Quod nisi factum* c. 2 de Susceptoribus (XII, 2). g) Vv. *ut originem* ultima sunt quat. XV. codicis 17ª et des. quat. XVI—XXI. Eos habet cod. 17, cuius quat. XVI. sive folium I. incipit: *proprii civitatis* etc. et continuatur usque ad v. *capite* Nov. Th. de Iudaeis. h) c. 3. C. Th. *c.* 19. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 11, 14—17, 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 28, 43; inscr. et textus in codd. 21—25, 31, 35, 36; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 29, 30, 32—34, 37—40. De codd. 10, 12 vid. c. 2 h. t. not. *f* et de cod. 13 supr. XI, 14, 5, not. *g*. i) Hanc interpr. partem improbat Go. Lege enim C. Th. filii militarium non post impletum XVIII. annum curiae addicuntur, sed simul atque eum annum ingressi sunt. k) c. 4. C. Th. *c.* 20. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 11, 13—17, 19; omnia des. in cod. 25; omnia praeter interpr. in codd. 27, 28, 42; inscr. et textus in codd. 21—24, 31, 35, 36; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 29, 30, 32—34, 37—40. De codd. 10, 12 vid c. 2 h. t. not. *f*. l) Lex *ad procurationes vel curas civitatum*. Savigny l. c. T. I. p. 261 (ed. I.), p. 304 (ed. II.). m) Recte. Lex *ad comitatum*. n) c. 5. C. Th. *c.* 47. Cod. 25 *c.* 4. Vid. supr. c. 4. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 11, 13—17, 19; omnia praeter interpr. des. in cod. 42; inscr. et textus in codd. 21—24, 31, 35, 36; textus et subscr. in codd. 26, 28, 38—40, sed add. in codd. 38—40 subscr. c. 6; subscr. om. in cod. 27 et appon. textui siglum *Int.*; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32—34, 37. De codd. 10, 12 vid. c. 2 h. t. not. *f*. o) c. 6. C. Th. *c.* 55. Cod. 25 *c.* 5. Vid. c. 4 h. t. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 11, 13—17, 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 42; inscr. et textus des. in codd. 21—24, 31, 35, 36; textus et subscr. in cod. 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32—34, 37—40. De codd. 10, 12 vid. c. 2 et de codd. 38—40 c. 5 h. t.

c) Multi codd. *in alia civitate.* d) c. 4 om. e) Ita codd.; Aeg. *inserat.* Accip. *praeter* pro *praeterea.*

a) Cod. *unam — aliam.* *) Cod. *curialis officii.*

| EPIT. GUELPH. | EPIT. LUGD. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
| --- | --- | --- | --- |
| II' Ut curiales. de una civitate ad aliam. migrans. in utraque serviat. civetatem. | Lex II. Ut si curialis de una civitate, in qua natus est, transire ad aliam voluerit, quod conditionem curiae debitam non possit evadere, sed si in alienam civitatem transtulerit, in utraque serviat civitate, in una pro conditione nascendi, in alia pro habitandi voluntate. | Si quicunque curialis de ea, qui[a]) natus est, civitate ad aliam transire voluerit, conditionem curiae debitam non possit evadere, nec ullo argumento servitia civitatis suae possit evadere. Nam si quis curialium in aliam se transtulerit civitatem, in utraque serviat civitate, una pro conditione nascendi, in alia pro habitandi voluntate. | *It̄ alia Intp̄.* A[f]) curialē hominē non licet suā civitatē dimittere in qua natus ē et[g]) in alia civitatē habitare aut curam agere. Nā si hoc fecerit in ambas civitates serviat[h]) in una ꝓcurie sue debitū et in alia ꝑ qua re ibidē habitet aut ꝑ qualecūq: honore qd̄ ibi recebit[i]). |
| III Post decem et octo. etatis. annū curiale nominare. | Lex III. Quod minus quam octodecim annorum curiales nec a quocunque nominari, nec ad servitia publicari[d]) debeant. | Minores decem et octo annorum aetate curiales nec nominari a quibuscunque nec ad servitia applicari debere, ita ut, si qui intra hanc aetatem nominati iam fuerint, absolvantur. | *It̄ alia Intp̄.* Minoris[k]) etates hoc s̄ pupilli qui infra an̄n[l]) s̄ ante XVIII annos[m]) in cura publica nullus eos p̄sumat[n]) mittere nisi si necessitas fuerit ꝑ ea causa utilitatē publicam[o]) facere debeant.[p]) |
| IIII. Curialem. nisi cure. oficiis. peractis. defensorem non fieri. | Lex IIII. Quod nullus curialis nisi per ordinem omnibus curiae officiis actis aut curatoris aut defensoris debeat officium suscipere. Si aliquis contra huiusmodi praeceptionem quolibet suffragio aut quocunque obtentu honoris se munire voluerit, quod et obtentis carere et ubi rerum domini fuerint, dirigi debeat.<br>Lex V. Ut si iudex vel in condemnationibus exprimendis vel in corporalibus iniuriis ultra licitum contra curiales exarserit, quod ipse quinque libras auri, officium vero eius decem fisco debeat conferre. | Nullum curialem, nisi omnibus curiae officiis per ordinem actis, aut curatoris aut defensoris officium debere suscipere. Si contra hanc sub quocunque obtentu honoris se munire voluerit, obtentis careat et, ubi rerum domini fuerint, dirigatur. | |
| V. Iudicis. non debere in corpore. curialem. vel in sanguinem. deservire[c]) qui fecerint quinque lib̄r. auri damnandus. et oficialis. X. | | In correptione curialium certam patientiam iudices debent tenere, ut in corpore curialium non facile audeant desaevire. Qui contra hoc fecerit, curiali iudex quinque libras auri et in fisco X libras cogatur inferre. | *It̄ alia Int̄pretacio* Si curiales[q]) in culpa inventus fuerit iudices sup eū patienciā habeant[r]) ne in ipsa turmenta deficiant qd̄ si sic ipsi iudices n̄ fecerint ꝑ illo curialē[s]) ipse iudex V. libras auri solvat[t]) et ꝑ illa curia quā ipse agebat. X libras auri in fisco conponat. |
| c) Leg. *desaevire.* | d) Leg. *applicari.* | a) Leg. *in qua.* | f) 67 *Ad.* g) 66 *ei.* 67 *civitate.* h) 65 *serviant.* i) 65 *honorem — recipit.* 67 *recepit.* k) 65, 67 *Minores.* l) 67 *annis.* m) 66, 67 *annis — nullos.* n) 67 *p̄sumat eos.* o) 65 *publica.* p) c. 4 h. t. om. q) 65 *curialis.* r) 67 *habere.* s) 65, 67 *curiale.* t) 65 *conponat.* |

Interpretatio. *Haec lex hoc praecipit, eum, qui pater probatur esse tredecim filiorum, non solum ad curiae servitia non tenendum, verum etiam, si curialis sit, honoratissima quiete donandum.*

7.[p]) *Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius AAA. Philoxeno Vicario Thraciarum.* Si quis filiam decurionis vel principalis suo iunctam consortio nullis exstantibus liberis fatali sorte perdiderit, atque eius ultimo hereditatem fuerit adeptus arbitrio, si ab omnibus alienus officiis est et nullis, quibus merito excusari possit, privilegiis adiuvatur, eius mox civitatis curiae mancipetur, in qua antea, uxore vivente, sine rerum dominio et proprietate, liber, curiae obnoxias facultates heres coeperit uxoris possidere. *Dat. III. Non. April. Constantinopoli, Arcadio A. II. et Rufino Coss.*

Interpretatio. *Si quis filiam curialis acceperit uxorem, et haec ipsa in coniugio eius mortua fuerit, et omnia ad maritum, quaecunque supra dicta videbatur possidere, testamenti voluntate pervenerint, omnibus curiae necessitatibus maritus ille, qui heres est, teneatur obnoxius.*

8.[q]) *Impp. Arcadius et Honorius AA. Petronio Vicario Hispaniarum.* Municipalia gesta non aliter fieri volumus quam trium curialium praesentia, excepto magistratu et exceptore publico, semperque hic numerus in eadem actorum testificatione servetur. Sic enim et fraudi non patebit occasio et veritati maior crescit auctoritas. *Dat. Non. Mai. Mediolano, Arcadio IV. et Honorio III. AA. Coss.*

Interpretatione *non indiget.**)

9.[r]) *Impp. Honorius et Theodosius AA. Liberio Pf. P. Post alia:* Eos curiales, qui non expletis muneribus declinarunt esse, quod nati sunt, reddi urbibus debita censura praecipimus etc. *Dat. VI. Kal. Dec. Ravenna, Honorio VIII. et Theodosio III. AA. Coss.*

Interpretatio. *Quicunque curialis, non actis servitiis, quae debebat, a debito officio declinavit, ad civitatis, unde discessit, servitia revocetur.*

## TIT. II.[a]) DE SUSCEPTORIBUS, PRAEPOSITIS ET ARCARIIS.

1.[b]) *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Cynegio Pf. P.* Exactores vel susceptores in celeberrimo coetu curiae, consensu et iudicio omnium, sub actorum testificatione firmentur, provinciarumque rectoribus eorum nomina, qui ad publici munus officii editi atque obligati fuerint, innotescant. Et animadvertant, quicunque nominaverint, ad discrimen suum universa, quae illi gesserint, redundare. *Dat. VI. Kal. Nov. Constantinopoli, Honorio N. P. et Evodio Coss.*

Interpretatio. *Exactores et susceptores publicae functionis non secretim, sed publice praesentibus aliis curialibus vel populo necessitates agendas expediendasque suscipiant: et qui nominati vel electi fuerint, iudicibus innotescant: scituris his, qui de electione talium fuerint apud acta professi, quod, si quid everterint, ad eorum, a quibus electi sunt, dispendium pertinebit.*

2.[c]) *Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. ad Paulinum Praefectum augustalem.* Non perpetui exactores in continuata vexandorum provincialium potestate, veluti concussionum dominatione, teneantur, sed per annos singulos iudiciaria sedulitate mutentur, nisi aut consuetudo civitatis aut raritas ordinis eos per biennium esse compellat.[d]) Quod nisi factum fuerit, scias, te et officium tuum non minus mulcta quam gravi poena esse plectendum. *Dat. prid. Kal. Dec. Constantinopoli, Honorio N. P. et Evodio V. C. Coss.*

Interpretatio. *Lex ista hoc iubet, non debere exactores, qui uno anno exegerint, secundi anni exactionem suscipere et possessores superflua*[e]) *exactione vexare. Sed hoc observari debere, ut annis singulis iudiciaria electione mutentur, nisi forte aut consuetudo civitatis aut raritas curialium per biennium eos exactores esse compellat. Aliter enim si factum fuerit, et iudicem et officium suum mulcta pariter et gravis poena constringat.*

## EXPLICIT CODICIS THEODOSIANI LIBER DUODECIMUS.

p) c. 7. C.Th. *c.* 124. Cod. 25 *c.* 6. Vid. c. 4 h. t. et de codd. 10, 12 c. 2 h. t. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 11, 13—17, 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 42; inscr. et textus des. in codd. 21—24, 31, 35; textus et subscr. in cod. 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32—34, 36—40. q) c. 8. C. Th. *c.* 151. Cod. 25 *c.* 7. Vid. c. 4 h. t. Integra cum vv. interpretis est in codd. 1, 2, 4—9, 11, 13—17, 19, 22, 25, 29, 30, 32—34, 37; omnia des. in cod. 23; inscr. et textus in codd. 24, 35, 36; inscr. et subscr. in cod. 27; subscr. et interpr. vv. in cod. 26; textus et subscriptio in codd. 38—40, et trahitur inscr. in codd. 39, 40 ad c. proximam; sola inscr. deest in codd. 21, 31; sola subscr. in cod. 28, ubi textus pro interpr. habetur. De codd. 10, 12 vid. c. 2 h. t. *) Savigny l. c. p. 262 (ed. I.), p. 305 (ed. II.). r) c. 9. C. Th. *c.* 170. Codd. 23, 25, 38—40 *c.* 8. Vid. c. 4 et 8 h. t. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 11, 13—17, 19, 31, 35—37, sed in codd. 31, 35 textus habetur pro interpr.; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 42; inscr. et textus in codd. 21—24, 38; textus et subscr. in cod. 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus in codd. 25, 29, 30, 32—34, 39, 40. De codd. 10 et 12 vid. c. 2 h. t.

a) Tit. II. C. Th. *Tit. VI.* et XXXIII leges continet. Deest in cod. 23. b) c. 1. C. Th. *c.* 20. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 11, 13—17, 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 43; inscr. et textus in codd. 21, 22, 24; textus et subscr. in codd. 26—28; solus textus om. in codd. 25, 29—40. De codd. 10, 12 vid. supr. XII, 1, 2. c) c. 2. C. Th. c. 22. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 11, 13—17, 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 27. 42, 44 (in cod. 44 interpr. integra post XII, 1, 2 et sola particula post Paulum V, 6, 10); inscr. et textus in codd. 21, 22, 24, 35, 36; textus et subscr. in cod. 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29—34, 37—40. De codd. 10, 12 vid. supr. XII, 1, 2 et infra not. *d.* d) Hinc iterum incipit cod. 10 fol. 74. e) i. e. sec. Go. *cum exactione.*

### EPIT. AEG.

Si curialis tredecim filios habuerit, honoratissimam immunitatem merebitur.

Si[f]) quis filiam curialis acceperit et mortua fuerit, nullis exstantibus liberis, et ab omnibus officiis est alienus, eius civitatis curiae mancipetur, ubi hereditatem uxoris coeperit possidere.

Ut municipalia gesta[g]) trium curialium praesentia fiant, excepto magistratu et exceptore[h]) publico. Semper hic numerus in eadem actorum testificatione[i]) servetur.

Quicunque curialis a debito servitio declinavit, unde discessit[k]), revocetur.

TIT. II. DE SUSCEPTORIBUS, PRAEPOSITIS ET ARCARIIS[a]).

Ut[b]) exactores alii curiales eligant. Qui si inventi fuerint extra rationem egisse, ad eorum, qui eos elegerint, dispendium pertinebit.

Ita ut exactores annis singulis mutentur, nisi forte aut consuetudo civitatis aut curialium raritas per biennium eos exactores esse compellat.

f) Mixt. ex lege et ex interpr. g) Ita 52. Rell. et Aeg. *Ut manugesta.* h) Ita 52, 53. Rell. et Aeg. *excepto rei publ.* i) Add. h. v. ex cod. 52; in rell. et apud Aeg. om.; 46 add. *serie.* k) Nonn. codd. et Aeg. *decessit.*

a) Nonn. codd. Aeg. add. *Literis,* male. b) Nonn. codd. om. *ut.*

### EPIT. SUPPL. LAT. 215.

Si curialis tredecim filios habuerit, honoratissimam immunitatem merebitur.

Maritus uxori curiali si exstiterit heres, curiae[b]), ubi accepit.

Ut municipalia gesta[c]) trium praesentia curialium fiant.

Quicunque curialium distulit suae servire civitati, revocetur ad eandem, unde discessit et serviat[d]).

TIT. II. DE SUSCEPTORIBUS, PRAEPOSITIS ET ARCARIIS.

Ut exactores alii curiales eligant. Qui si inventi fuerint extra rationem egisse, ad eorum, qui eos elegerint, dispendium pertinebit.

Ita ut exactores annis singulis mutentur, nec praesumant gravi exactione possessores opprimere. *Tit. III.*[a]) *Si Curialis Relicta Civitate Rus Habitare Maluerit,* sciat se et fundum, quem praetulerit civitati, et villam, quam plus amare voluerit quam civitatem, perditurum.

EXPL. LIB. XII.

b) Cod. *curies.* Leg. *curiae teneatur.* c) Cod. *unici p alia gesta,* err. d) Cod. *eadem — servat.*

a) Cf. C. Th. XII, 18, 2.

| EPIT. GUELPH. | EPIT. LUGD. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
| --- | --- | --- | --- |
| VI Curialem. terciū decimū filiorum patrem. quiete honorandum. | Lex VI. Ut qui pater probatur esse tredecim filiorum, non solum ad curiae servitia non sit tenendus, sed, etiamsi curialis, honoratissima quiete donandus. | Qui pater est tredecim filiorum, non solum non ad curiae servitia non tenendus, sed honoratissima quiete donandus. | *Ιt̃ alia. Ihtp̃.* Curiales[u]) omo qui XII[v]) filius legitimus habuerit et ipse paĩ fuerit XIII omnē curiã ei vel publicum ei concedatur ut ñ eam agat et insup corã bonus homines onoratus ēē debeat. |
| VII Filia curialis. moriens. si herede mittat maritum curie subiacebit. | Lex VII. Ut ille, qui curialis filiam acceperit, si illa in coniugio illius mortua fuerit, omnia, quae eius maritus testamenti voluntate possederit, quod omnibus curiae necessitatibus teneatur obnoxius. | In cuius coniugio filia curialis mortua fuerit et omnia, quae habuit, marito per testamentum dimiserit, omnibus curiae necessitatibus, sicut ceteri curiales, maritus ille, qui heres est, teneatur obnoxius. | *Ιt̃ alia Intp̃.* Si quis homo qui filia curiales[x]) a coniugiū presserit[y]) si de eius facultatē aliquid aut p testamentū aut p qualecūq: carta habuerit post mortē uxoris sue ad ipsa curia agendi teneat' obnoxius. |
| VIII' Municipalia gestarū curialium p̄sencia fieri. | Lex VIII. Quod municipalium gesta non aliter debeant fieri, nisi tres curiales praesentes sint cum magistratu et exceptore publico. | Municipalia gesta non aliter fieri volumus, quam trium curialium praesentia, excepto magistratu et exceptore publico. Semper hic numerus in eadem auctorum testificatione servetur, ut veritatis maior crescat auctoritas. | *Ιt̃ alia Intp̃.* Gesta hoc ē om̃ carta sic firma ēē potē[z]) si cū aliis testes. III curiales eo firmaverint.*) |
| VIIII' Curialem. qui non per etatis.[d]) servicia declinavit. ad oficium revocandum. l' III' ʅ' I. ꝉ ꝗ.[e]) | Lex IX. Ut si curialis a debito officio declinaverit, quod ad civitatis, unde discessit, servitia debeat revocari.[e])<br>*Explicitus XII Breviatus de Corpore Legum In quo continentur Pariter Collecta Imperatorum Edicta XI.* | Curialis non actis servitiis, quae debebat, a debito officio declinavit, ad civitatis, unde discessit, servitia revocetur. *Dat. VI. Kal. Dec. Honorio II. et Theodosio IIII. AA. Coss.*[b]) | |
| II DE SUSCEPTORIBUS PREPOSITIS. ET ARCARIIS. l' XIII' ʅ' V.[a]) | | II. DE SUSCEPTORIBUS, PROPOSITIS ET ARCARIIS. | II. *Ιt̃ alia Intp̃.*[a]) DE SUSCEPTORES P̄POSITIS ET ARCARIIS. |
| II. Exactores. publice. elegende. | | Exactores et susceptores publicae functionis publice praesentibus aliis curialibus vel populo necessitates agendas expediendasque suscipiant, et qui electi fuerint, iudicibus innotescant. Et illi, qui eos elegerunt, sciant, ut, si quid electi eorum deverterint, ad eorum dispendium pertinebit. | Imp̃. Gratianus. data VI kaĩ sep̃br[b]). Curiales qui fiscū aut publicū actum exigent non in oculto eos elegantur sed ad eleccionē multorum bonorum hominū vel de alius[c]) curiales ipsum ministeriu accipiant qd̃ si infedeles exinde[d]) fuerint ad eorum dispensacionem[e]) p̄tinebit qui eos ante iudicem elegeř.<br>*Itē alia Intp̃* Quicūq: curiales ñ facta servicia officii quã debeant si se ad ipso officio declinaverint ad civitatem unde discesset in suo officio revocent'[f]). |
| III. Exactoris. annis singulis. mutandi.<br><br>EXPL̄ L̄IB XII. | | Non debere exactores, qui uno anno exegerint[a]), secundi anni exactionem suscipere, et possessores superflua exactione vexare, sed annis singulis iudiciaria electione mutentur: nisi forte aut consuetudo civitatis aut raritas curialium per biennium eos exactores esse compellat. Aliter enim si factum fuerit, et iudicem et officium suum mulcta pariter et poena constringat. *Dat. prid. Kal. Dec. Honorio et Theodosio Coss.* | *Ιt̃ alia. Intp̃.* iudices publicos qui fescales causas iudicant Ĩ exigunt[g]) p singulus annus eos mudentur.[h]) excepto si in tale civitate ŝ ut p consuetudinē aut p necessitatem duos annus ipsa iudiciaria vel curam[i]) agant et postea in altero anno alteros iudices vel actoribus[k]) mittant' nã si iudex hoc ñ inpleverit et ipsū iudicē et officiū suū graves penas constringantur[l]).<br>EXPLIC THEODOSIANI; LIB XII. |

EPIT. GUELPH.: d) i. e. *peractis.* e) Incertus num. Num C. Th. XIV, 1, 1 et VI, 1? a) C. Th. XIII, 2?

EPIT. LUGD.: e) Om. expositio sq. tit.

EPIT. MONACHI.: b) Subscript. deest in 62. a) 62 *exierint.* 63 *exigerint.* Subscript. infra deest in 62.

EPIT. S. GALL.: u) 67 *Curialis.* v) 65 *X filios legitimos — ea agat — bonos h. honoratus,* sed Canc. em. *XII.* 67 *honoratus.* x) 65, 67 *curialis.* y) 67 *coni. se comprenderint — cartã.* z) 67 *firmas ēē debeat — eas.* *) c. 9 translata est in tit. II., ubi secunda est const.
a) 66 *Ιt̃ alia V Intp̃.* 67 om. *It. alia Intp̃.* b) 67 add. *Intp̃.* c) 65, 67 *alios.* d) 67 add. *inventi.* e) 67 *dispendio.* f) 65 *declinaverit — off. irevocetur.* 66 *declinaverit ac civ. — discesset i. s. o. ore vocet'.* 67 *debebant si se ipsos ab off. — a civ. u. discesseř — officiis revocentur.* g) Ita 65 et 67. 66 *sicut.* Ceterum 65 *singulos cannos* et 67 *annos.* h) Ita 65. 67 *mutentur.* 66 *mundent'.* i) 65 *annos — et cura.* 67 *annos — cura.* k) 67 *actores.* Paulo ante 66 *altro.* l) 67 *constringitur.*

LEX ROM. VISIGOTH.

# INCIPIT
# CODICIS THEODOSIANI
## LIBER DECIMUS TERTIUS[a]).

### TITULUS I. [b]) DE LUSTRALI COLLATIONE.

1.[c]) *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Have Postumiane karissime nobis.* Singuli quique, si per eos vernacula quaeque vendantur, functione auraria non teneantur; si vero emendi vendendivė compendiis ultro citroque quaesitis familiaris rei amplitudo cumuletur, etsi militares sint, memoratae praestationi nectantur. *Dat. VI. Id. Nov. Richomere et Clearcho Coss.*

Interpretatio. *Si quicunque rem, quae ei nata est, aut quam non emit, vendat, ad solutionem aurariam minime teneatur. Si vero emendi vendendique studio probabitur huc illucque discurrere, etiamsi militans est, ad solutionem teneatur aurariam.*

### TITULUS II. [a]) DE CENSU SIVE ADSCRIPTIONE.

1.[b]) *Imp. Constantinus A. ad Populum.* Quoniam tabularii civitatum per collusionem potentiorum sarcinam ad inferiores transferunt, iubemus, ut, quisquis se gravatum probaverit, suam tantum pristinam professionem agnoscat etc. *PP. XV. Kal. Febr. Romae, Constantino A. III. et Licinio III. Coss.*

Interpretatio. *Si tabularii aut hi*[c]), *quibus exactionis libri traduntur, potentiores voluerint relevare et, quod relevaverint, inferioribus addiderint, is, qui gravatum se probaverit, non amplius dissolvat, quam secundum censum se ostenderit suscepisse.*

2.[d]) *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Florentium Pf. P. Galliarum.* Si quis census inquisitione completa gravatum se esse credat, apud provinciae iudicem pulset, quem mavult, ex die clausi renuntiatique census spatia praestituta dinumerans; ut, si necessitatibus publicis occupatus domesticis commodis defuit, quum census agitatus est, intra anniversarii temporis circulum fiducia competitionis assistat, si vero praesentem sciat se[e]) esse censitum, intra quinque menses, quibuscunque viribus fultus immineat, ultra non habeat huius vocis arbitrium. *Dat. III. Non. Iun. Remis, Lupicino et Iovino Coss.*

Interpretatio. *Si aliquis in causa publica occupatus, quum descriptio agitaretur, per absentiam suam se esse gravatum queratur, intra anni spatium apud iudicem loci querelas suas allegare*[f]) *debebit. Nam si praesentem fuisse constat, non plus quam quinque menses ad exsequendas querelas suas sibi noverit fuisse concessum, quibus transactis agendi copia denegetur.*

### EXPLICIT CODICIS THEODOSIANI LIBER DECIMUS TERTIUS.

a) Complectitur hic liber in C. Th. XI titulos. b) Tit. I. C. Th. *Tit. I.* et sunt eius XXI leges. c) c. 1. C. Th. *c.* 13. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—17, 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 43; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in codd. 27, 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29—40.

a) Tit. II. C. Th. *Tit. X.* Sunt in C. Th. h. t. octo leges. b) c. 1. C. Th. *c.* 1. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—17; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 43; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in codd. 27, 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29—40; sola interpr. in cod. 19. c) Hoc add. interpr. d) c. 2. C. Th. *c.* 5. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—17, 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 42, 43; inscr. et textus in codd. 21—24, 31, 35, 36; textus et subscr. in codd. 25, 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 29, 30, 32—34, 37—40. e) In cod. 8 et ap. Sich. om. *se — quinque,* sed spatio relicto, insuper apud Sich. asterisco lacuna indicata. Add. Sich. in m.: „Deerant pauca verba cuiusmodi sunt: nisi intra quinque.“ f) 17 om. *allegare — suas.*

EPIT. AEG.

INCIPIT LIBER DECIMUS TERTIUS.

TIT. I. DE LUSTRALI COLLATIONE.

Hoc est, de negotiatoribus, ut quicunque emit et vendit, ille reddat aurariam[a]). Nam qui proprios fructus venumdat aut rem sibi natam vel mancipium aut pecudem, nihil telonei redhibet fisco.

TIT. II. DE CENSU SIVE ADSCRIPTIONE.

Non amplius unicuique, quam censitus est, exigatur.

Si absens censitus supra rationem fuerit, infra annum suggerat emendari. Nam si praesens fuisse[a]) constat, quinque menses ad exsequendas querelas sibi noverit concessos, quibus transactis agendi copia denegetur.

a) Plerique codd. et Aeg. *reddet auraria.* Nonn. *solutionem reddat aurariam.*

a) Nonn. codd. *fuit* et om. *constat.*

EPIT. SUPPL. LAT. 215.

INCIPIT LIBER TREDECIMUS.
*Imp. Arc. et honō āā asterio cōm orientis.*

TIT. I. DE LUSTRALI COLLATIONE.

Hoc est, de negotiatoribus, ut quicunque emit et vendit, ille reddat aurariam. Nam qui proprios fructus venumdat aut rem sibi natam vel mancipium aut pecudem, nihil telonei redhibet fisco; qui excusatum voluerit habere negotiatorem, ipsi pro eodem teloneum reddat. *Tit. II.*[a]) *De Medicis Et Professoribus.* Ut medici et rectores ac praeceptores nullis functionibus implicentur. *Tit. III.*[b]) *De Excusatione Artificum.* Ut artifices omnes immunes sint.

TIT. IV. DE CENSU SIVE ADSCRIPTIONE.

Non amplius unicuique, quam censitus est, exigatur.

Si absens censitus supra rationem fuerit, infra annum suggerat emendari. Ne colis[a]) et terra colonaria, ut si voluerit possessor terram vendere colonariam, non liceat suum exinde migrare colonum. Virgines[b]), viduae, pupilli non debent inter reliquam plebem censeri, sed immunes sint et hi, qui se sacrae legis obsequio dedicaverint. *Tit. V.*[c]) *De Censitoribus Et Peraequatoribus Et Inspectoribus.* Ut abmisi super oppressus fuerit, censum pupillus quaerat emendatione sui.

EXPL. LIB. XIII.

a) Cf. C. Th. XIII, 3. b) C. Th. XIII, 4.

a) Vid. c. 3 C. Th. h. t. Leg. *Ne colonus et t. c. vendatur.*
b) Cf. c. 6 C. Th. h. t. Cod. *Virginis — reliqua plebe — immunis.*
c) Cf. tit. XI. C. Th. h. l. c. 5. Haec corrupta sunt.

## EPIT. GUELPH.

INCP̄T LIB̄ XIII.

DE LUSTRALI. CONLACION̄.

Qui emendi vindendi. que studio. per loca discurrit auraria funccionem. tenitur.

DE CENSU SIVE ADSCRIPCIONEM.

Exactoris aliquos. revellare.[a]) et aliquos. p̄mere voluerint. nullatinus permittendi.

II. Qui per absenciam. indiscricionem. se dicit. gravatum statim. iudice innotiscere. debit. quesi tar claruerit. agendi. ei. uia denegetur.

EXPŁC LIBER XIII.

a) Pro *relevare*.

## EPIT. LUGD.

INCIPIT XIII.[a])

Continet Titulos Principales II Leges III Intp̄r. VI. Lustralem[b]) Collationem, aurariam videlicet solutionem statuit. De Censu[c]) sive adscriptione componit.

TIT. I. DE LUSTRALI COLLATIONE.

Ut qui rem, quae nata ei est, vendiderit, vel quam non emit, quod ad solutionem aurariam non debeat teneri, si vero vendendi emendique studio huc atque illuc probatur discurrere, quod, etiamsi militent, ad solutionem aurariam debeant cogi.

TIT. II. DE CENSU.

Lex I. Si tabularii aut hi, quibus exactionis libri traduntur, potentiores voluerint relevare et, quod relevaverint, inferioribus addere, quod is, qui gravatum se probaverit, non amplius dissolvat, quam secundum censum ostenderit possedisse.

Lex II. Si aliquis occupatus in causa publica, quum descriptio agitaretur, se gravatum per absentiam suam queratur, quod intra anni spatium apud iudicem loci qui[a]) querelas suas debeat allegare; si praesens fuit, quod non amplius quam quinque menses sibi noverit indultos.

a) Haec minio et literis uncialibus scripta sunt. b) C. Th. XIII, 1. c) C. Th. XIII, 2.

a) Del. *qui*.

## EPIT. MONACHI.

INCIP. CAP. LIBRI XIII. THEODOSIANI.

I. De Lustrali Collatione. II. De Censu Sive Adscriptione.

I. DE LUSTRALI CONDITIONE.

Si quicunque rem, quae ei data est aut quam non emit, vendat, ad solutionem aurariam minime teneatur[a]). Si vero emendi vendendique studio probabitur huc illucque discurrere, etiamsi militaris est, absolutionem mereatur aurariam. *Dat. VII. Id. Nov. Ricomere et Clearcho Coss.*

II. DE CENSU SIVE ADSCRIPTIONE.

Si tabularii aut hi, quibus exactionis libri traduntur, potentioribus voluerint revelare et, quod revelaverint[a]), inferioribus addiderint, is, qui gravatum se probaverit, non amplius dissolvat, quam secundum censum ostenderit possedisse.

Si quis in causa publica occupatus, quum descriptio agitaretur, per absentiam suam se gravatum duxerit, intra anni spatium apud iudicem loci querelas suas alleget. Nam si praesens fuit, non amplius quam quinque menses ad sequendas querelas conceditur, quibus transactis agendi copia denegetur. *Dat. III. Non. Iun. Lupicino et Iovino Coss.*[b])

a) 62, 64 *a solutione aurarea.* 63 *teneantur.* Subscript. deest in 62.

a) Utroque loco legendum *relevare, relevaverint.* b) Subscript. om. in 62.

## EPIT. S. GALL.

CAPITULA DE LIBRO XIII.[a])

[b])I. De lustrali conlacione. II. De censū sive adscriptionē.

INCIPIT LIBER XIII.

I. DE LUSTRALI CONLATIONE.

Imp̄ Gracian̄s data kal̄ novmb; *Intp̄.* Si aliq̄ quicūq: rē q̄ n̄ ē donata aut q̄ n̄ emit et vindet ad solucionē auri n̄ teneat' si vero empta aut vindita probabit' hoc illucq: discurrere solutionē[c]) auri teneat'.

II. DE CENSU SIVE[a]) ADSCRIPCIONĒ.

Imp̄ cons̄ data XV kal̄ fbr̄. *Intp̄.* Si tabularii aut alii cui acciones publicas traduntur si forsitan potentes homines voluerint excusare et ad minores[b]) homines alico publico sup inponere ipsi pauperes n̄ amplius solvant nisi quantū p legē censitū habent.

*It̄ alia. Intp̄.* Si aliq̄[c]) homo in causa publica occupatus fuerit et n̄ fuerit ad presente quando fescos exigit' si aliq̄ gravatus fuerit infra annū exinde ad iudicē[d]) reclamet nā si ad[e]) presente fuit et si fuerit gravatus infra V menses[f]) ipsa causa reclamet unde gravatus ē Nā si infra V menses de ipsa causa non reclamaverit postea ea retinere non potest.

EXPLICIT LIB̄ THŌD[g]) XIII.

a) Haec vv. om. 67. b) 67 *II. de lustrali c̄llūcio. III. de censu sine scriptione,* quasi pertineant hi tit. ad librum antecedentem. 65 hic et infra *conlationem.* c) 65 *probabit — solutione.*

a) 66, 67 *sibi.* b) 67 *iuniores.* Paulo post 65 *publici* et *lege.* c) 65 *aliquis.* 67 *quis.* Paulo post uterque *fiscus.* d) 67 om. *ad iudic.* e) 66, 67 *a.* Infra 67 *et sic.* f) 67 add. *de.* g) 67 om. *thōd.*

## INCIPIT

# CODICIS THEODOSIANI

## LIBER DECIMUS QUARTUS[a]).

### TITULUS I.[b]) DE COLLEGIATIS.

1.[c]) *Impp. Arcadius et Honorius AA. Graccho Consulari Campaniae.* De retrahendis collegiis vel collegiatis iudices competentes dabunt operam, ut ad proprias civitates eos, qui longius abierunt, retrahi iubeant cum omnibus, quae eorum erunt, ne desiderio rerum suarum loco originario non valeant attineri. De quorum agnatione haec forma servabitur, ut, ubi non est aequale coniugium, matrem sequatur agnatio, ubi vero iustum erit, patri cedat ingenua successio. *Dat. IX. Kal. Iun. Mediolano, Caesario et Attico Coss.*

INTERPRETATIO. *Collegiati, si de civitatibus suis forte discesserint, ad civitatis suae officia cum rebus suis vel ad loca, unde discesserunt, revocentur: de quorum filiis haec servanda conditio est, ut, si de colona vel ancilla[d]) nascuntur, matrem sequatur agnatio; si vero de ingenua et collegiato, collegiati nascuntur.*[e])

**EXPLICIT CODICIS THEODOSIANI LIBER DECIMUS QUARTUS.**

*Epit. Aeg.:*

INCIPIT LIBER DECIMUS QUARTUS.

TIT. I. DE COLLEGIATIS.

Collegiati, si de civitatibus suis discesserint, cum rebus suis revocentur[a]), et si de collegiato ex colona vel ancilla filii nati fuerint, matrem sequatur agnatio. Si vero de ingenua et collegiato, collegiati nascantur.

*Epit. Suppl. Lat.:*

INCIPIT LIBER XIV.

*Imp. Arcā et Honō. āā Eusebio cōm Sicilie.*

TIT. I. DE COLLEGIATIS.[a])

De collegiato et colona vel ancilla matrem sequitur agnatio, de ingenua et collegiato vel servo patrem.

*Tit. II. De Mendicantibus Et Invalidis.* Hoc est, de egenis, ut requiratur, si sani sunt*).

## INCIPIT

# CODICIS THEODOSIANI

## LIBER DECIMUS QUINTUS[a]).

### TITULUS I.[b]) DE OPERIBUS PUBLICIS.

1.[c]) *Imp. Iulianus A. Ecdicio Pf. Aegypti. Post alia:* Comperimus, super ergasteria publica, quae ad ius pertinent civitatis, plerosque sibi domos exstruxisse. Praecipimus ergo, eos inconcusso iure, quae aedificaverunt, possidere. *PP. IV. Non. Dec. Antiochiae, Mamertino et Nevitta Coss.*

INTERPRETATIO. *Si quis in civitate consistens in locis publicis*) sibi domos forte construxerit, eas sine inquietudine aliqua possideat.*

2.[d]) *Impp. Arcadius et Honorius AA. Eusebio Comiti sacrarum largitionum.* Ne splendidissimae urbes vel oppida vetustate labantur, de reditibus fundorum iuris rei publicae tertiam partem reparationi publicorum moenium et thermarum subustioni deputamus. *Dat. XI. Kal. Iul. Mediolano, Olybrio et Probino Coss.*

INTERPRETATIO. *Quoties aedificia vetustate consumta necesse fuerit reparari, ad ipsam reparationem tertiam partem de proprio fiscus impendat.*

*Epit. Aeg.:*

INCIPIT LIBER DECIMUS QUINTUS.

TIT. I. DE OPERIBUS PUBLICIS.

Si qui[a]) in civitate consistentes in locis publicis domus construxerint, inconcusso iure eas possideant.

Ad reparationem urbium vel oppidorum[b]) tertiam partem de proprio fiscus impendat.

*Epit. Suppl. Lat.:*

INCIPIT LIBER XV.

TIT. I. DE OPERIBUS PUBLICIS.

Ut si in re fiscali[a]) aedificaverit homo, sine inquietudine possideat.

Et ad reparationem aedificia fiscus adquaeritur.[b]) Ut provinciae iudex, si quamlibet[c]) operam ex arbitrio suo inchoare aut aedificare voluerit, non donentur[d]) senatores ad operam adiuvare[e]).

a) Sich. err. *Liber XIII.* Complectitur hic liber in Codice Th. XXVII titulos. Errore in cod. 9 scriptum est *Incipit Liber Quindicimus Tit. I. De Operibus Publicis.* b) Tit. I. C. Th. *Tit. VII.* Sunt in C. Th. h. t. tres leges. De cod. 9 vid. not. *a* antec. In cod. 7 hic tit. et sequentis lib. XV. titulus de Operibus publicis bis scripti sunt. c) c. 1. C. Th. *c.* 1. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—17; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 43; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in codd. 26—28; solus textus om. in codd. 25, 29—40; sola subscr. in cod. 19. d) Recte. e) In cod. 12 h. l. interponitur constitutio aliqua Imppp. Arcadii, Honorii, Theodosii AAA.

a) Sunt huius libri in C. Th. XV tituli. b) Tit. I. C. Th. *Tit. I.* Habet h. t. in C. Th. LIII leges. In cod. 23 hic tit. deest. c) c. 1. C. Th. *c.* 9. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—17; omnia des. in cod. 23; omnia praeter interpr. in codd. 42, 43; inscr. et textus in codd. 21, 22, 24; textus et subscr. in codd. 26—28, 37; solus textus om. in codd. 25, 29—36, 38—40; sola interpr. in cod. 19. In cod. 7 h. c. et c. 2 h. t. bis scriptae sunt. *) Lex: *super ergasteria publica.* d) c. 2. C. Th. *c.* 32. In cod. 19 est c. 1 tit. de Aquaeductu (XV, 2). Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—17; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 43; inscr. et textus in codd. 21, 22, 24, 36; textus et subscr. in codd. 26—28; solus textus om. in codd. 25, 29—35, 37—40; sola interpr. in cod. 19. De cod. 23 vid. not. *a* et *c*, et de cod. 7 supr. XIV, 1, not. *b* et c. 1 h. t. not. *c*.

a) In codd. 46, 52, 53 sequitur glossa, qua explicatur v. *Collegiati.*

a) Nonn. codd. *Si quis.* b) Aeg. et nonn. codd. *oppida.*

a) Repetitur hic tit. post Edictum Gundobaldi: *De Collegiato — patrem.* Tum haec sequuntur: *Si quis in libertatem positus ancilla sibi copulaverit in coniugio, si filii exinde nati fuer̃ agnatio matrem sequatur. Hoc ẽ, se libertus ancillam abit uxorem. Simile modo si liberta duxerit maritum agnatio servo sequatur, quia adferiore persona vadit origo.* Sequitur epit. §. 4 de Donat. (Paul. V, 12) et tit. I. Leg. Burgund. *) Cf. tit. XVIII. C. Th. h. l.

a) Cod. *rem fiscalem.* b) Ita cod., corrupte. c) Cod. *proventiae — qualibet.* d) Leg. *cogantur* aut *non vocentur s. ad o. adiuvandam.* e) Cf. c. 7 C. Th. h. t.

## EPIT. GUELPH.

INCPT LIB XIIII.

DE COLEGATUS QUI DE CIVITATE SUA DISCINDUNT. ET DE AGNACIONE EORUM GR ʔ· VI Ł III.[a])

De colona et de colejatu. colona secuntur de ingenua et coleiatu. colleiati. nascuntur.

EXPLIC XIIII.

INCPT LIB XV.

DE OPERIBUS. PUBLICIS.

I. Qui in civitatem. in locis. publicis. domus. edificant eas. sine inquietudinem. debere possedere.

II. Vetustā veniā[a]) recuperanda. principem. tercia partem. inpendere.

a) Cod. Greg. tit. VI. c. 3.
a) An *moenia?*

## EPIT. LUGD.

INCIPIT LIB. XIV.

Titulum maiorem I continet, legem unam, intp. II.[a])

De Collegatis tantum agit eorumque mensuram ponit, civitati propriae eos reformans.

TIT. I. DE COLLEGATIS.

Ut si de civitate sua forte discesserint, cum omnibus rebus suis ad loca, unde discesserint, revocentur. De filiis etiam ut ista ratio servetur, ut, si de colona vel ancilla nascantur, matrem sequatur agnatio, sed ubi iustum erit[b]), patri cedat ingenua successio.

INCIPIT LIBER XV.

Continet maiores titulos III Leges IV. Intrpr V.

Prosequitur Opera publica[a]). Aquaeductum[b]) munit ........da esse[c]), quae sub tyrannis ac barbaris gesta sunt edixi.

TIT. I. DE OPERIBUS PUBLICIS.

Ut hi, qui in civitate consistunt, si in locis publicis ad civitatem pertinentibus domos construxerint, quod eas sine inquietudine possidere debeant.

Lex II. Si necesse fuerit aedificia vetustate consumta reparari, quod ad ipsam reparationem tertiam partem fiscus de proprio debeat impendere.

a) Leg. *I.* b) Haec ex lege.
a) C. Th. XV, 1. b) C. Th. XV, 2. c) C. Th. XV, 3. Leg. *Infirmanda.*

## EPIT. MONACHI.

INCIPIT LIBER XIIII.

I. DE COLLEGIATIS.

[a]) Collegiati, si de civitatibus suis discesserint, ad loca, unde decesserint, cum rebus suis revocentur. Collegiatus, si de colona vel de ancilla natus fuerit, matrem sequatur agnatio: si vero de ingenua et collegiato patre, collegiati nascantur. *Dat. Kal. Iun. Caesario et Attico Coss.*[b])

INC. CAP. LIB. XV.

I. De Operibus Publicis. II. De Aquaeductu. III. De Infirmandis His, Quae Sub Tyrannis Aut Barbaris Gesta Sunt.

I. DE OPERIBUS PUBLICIS.

Si qui in civitate consistentes[a]) in locis publicis sibi domos construxerint, eas sine inquietudine possideant.

Quoties ad reparanda vetusta aedificia civitatum necesse fuerit, tertiam partem ad ipsam reparationem de proprio fiscus impendat. *Dat. XI. Kal. Iul. Olybrio et Probino Coss.*[b])

a) In m. cod. 64 est glossa, qua explicatur v. *Collegiati.* b) Subscript. om. 62.
a) 63 *quis — consistens.* b) 62 om. subscript.

## EPIT. S. GALL.

[a]) CAPITULA DE LIBRO XIIII.

I. De collegiatis[b]).

[c]) I. DE COLLEGATOS[d]).

Imp̄. archadius data VIII kal̄ gennar̄[e]). *Intp̄.* Si colligatus de civitatē suam cū reb; suis ad aliā civitatem ambulaverit et ibidē de colonā aut de ancillā filius habuerit totus ipsus infantes mat̄ suā partē[f]) vindicet; nā si colliagiatus[g]) de ingenua muliere infantes habuerit toti ipsi infantes colligiati nascuntur.

EXPL̄ THĒD LIB̄. XIIII.

[a]) CAPITŪ DE LĪ XV.

I. De operib; publicis. II. Itē alia eiusdē. III. De infirmandis.[b]) IIII. De infirmandis hiis. qui sub tyrannis aut[c]) barbaris gesta s̄.

INCIPIT LIBER XV.

I. DE OPERIB; PUBLICIS.

Imp̄. cons̄ data IIII nn̄ dem̄br. *Intp̄.* Illi qui in civitatē inhabitant licet ei in trā publica sibi domū edificare et postea in ppetuo securus[d]) possidere.

*It̄ alia Intp̄.* Si aliq̧ iudex antiqua publica habitacione in civitate renovare voluerit t̄ciā partē cū adiutore[e]) fisci ipsū edificiū renovet.[f])

a) 67 om. *Capit.* et coniuncta sunt huius et sequentis libri capitula cum libri XIII. capitulis. b) Om. in 65. 67 *collegiatos.* c) 67 add. *Incipit Lib. Quatuor Decimus.* d) Ita 65. 66 *colliatus.* 67 *colligatis.* e) 65 *ian.* f) 65 et 67 *filios h. totos ipsos i. m. ad sua parte* et 67 *ancilla.* g) 65 *colligatus* et infra *colligati.*
a) 65 add. *Incipiunt.* 67 om. *Capit.* Vid. lib. XIV. not. *a.* b) Haec rubrica deest in 65, recte. c) 67 *hii — et.* d) 67 *Illis — eis — publica semetipsis — securi.* e) 65 *aliquis — publici habitationem in civitatem — tercia parte.* 67 *cum adiutorio.* f) Tit. II. om.

## TITULUS II.[a]) DE AQUAEDUCTU.

1.[b]) *Impp. Arcadius et Honorius AA. Asterio Comiti Orientis. Post alia:* Usum aquae veterem longoque dominio constitutum singulis civibus manere censemus, nec ulla novatione turbari; ita tamen, ut quantitatem singuli, quam vetere licentia percipiunt, more usque in praesentem diem perdurante percipiant. Mansura poena in eos, qui ad irrigationes agrorum vel hortorum delicias furtivis aquarum meatibus abutuntur. *Dat. Kal. Nov. Caesario et Attico Coss.*

Ista Lex *tam evidens est, ut expositione non indigeat.*

**EPIT. AEG.** TIT. II. DE AQUAEDUCTU.

Damnabuntur, qui involant aquam de aquaeductu aut ducunt in aliam partem.

**EPIT. SUPPL. LAT.** TIT. II. DE AQUAEDUCTU.

Damnentur, qui furatus[a]) aquam de aquaeductu.

## TITULUS III.[a]) DE INFIRMANDIS HIS, QUAE SUB TYRANNIS AUT BARBARIS GESTA SUNT.

1.[b]) *Impp. Honorius et Theodosius AA. Constantio Comiti et Patricio.* Sub clade barbaricae depopulationis, si qua aut per fugam aut per congregationem infelicium populorum indigne invidioseque commissa sunt, ad invidiam placatarum legum a callidis litigatorum obiectionibus non vocentur. Habeant omnium criminum impunitatem, qui evadendi forsitan non habuerant facultatem, nisi eos eadem crimina iuvissent; non enim crimen dicitur, quod mortis adegit impulsus. Ex quo animadvertere cunctos litigatores congruum est, si quid depraedationis agnoverint, se recepturos, si tamen, in eorum, quos pulsaverint, facultatibus abundare aut residere id, potuerint comprobare. *Dat. Kal. Mart. Ravenna, D. N. Theodosio A. VII. et Palladio V. C. Coss.*

Interpretatio. *Quicunque hostium terrore compulsus, dum mortem timet excipere, ad depraedandum se cum hostibus fortasse coniunxerit, non propter hoc vocetur ad crimen, quod pro conservanda vita fecit invitus. Sane si quid apud eum de praeda resederit et residuum invenitur, quod evidenter agnoscitur, hoc solum reddere domino sine calumnia compellatur.*

**EXPLICIT CODICIS THEODOSIANI LIBER DECIMUS QUINTUS.**

**EPIT. AEG.** TIT. III. DE INFIRMANDIS HIS, QUAE SUB TYRANNIS AUT BARBARIS GESTA SUNT.[a])

Si quis, dum mortem timet excipere, ad depraedandum se cum suis hostibus coniunxerit, non teneatur ad culpam, et si quid apud eum de praeda resederit, hoc solum sine calumnia domino reddatur[b]).

**EPIT. SUPPL. LAT.** TIT. III. DE INFIRMANDIS HIS, QUAE SUB TYRANNIS AUT BARBARIS GESTA SUNT.

Qui se propter timorem barbaris sociavit ad praedam, non teneatur[a]) ad culpam; tantum quod apud ipsum de praeda invenitur adhuc esse residuum, sine calumnia reddat; quamlibet[b]) sub tyrannis quicquid solenniter fuerit definitum chartis, pactis, gestis, actionibus, libertatibus, manebit.

# INCIPIT CODICIS THEODOSIANI LIBER DECIMUS SEXTUS[a]).

**EPIT. AEG.** INCIPIT LIBER DECIMUS SEXTUS.

**EPIT. SUPPL. LAT.** INCIPIT LIBER SEXTO DECIMUS.
*Tit. I. De Fide Catholica.*
Ut in omnibus inviolata servetur sicut est.

## TITULUS I.[b]) DE EPISCOPIS, ECCLESIIS ET CLERICIS.

1.[c]) *Imp. Constantinus A. Octaviano Correctori Lucaniae et Brittiorum.* Qui divino cultui ministeria religionis impendunt, id est hi, qui clerici appellantur, ab omnibus omnino muneribus excusentur, ne sacrilego livore quorundam a divinis obsequiis avocentur. *Dat. XII. Kal. Nov. Constantino A. V. et Licinio C. Coss.*

Interpretatio. *Lex haec speciali ordinatione praecipit, ut de clericis non exactores, non allectos facere quicunque sacrilega ordinatione praesumat, quos liberos ab omni munere, id est ab omni officio omnique servitio iubet ecclesiae deservire.*

**EPIT. AEG.** TIT. I. DE EPISCOPIS ET CLERICIS.

Ut clerici nullo fiscali aut publico subdantur officio, sed liberos[a]) ab omni servitio iubet eos ecclesiae deservire.

**EPIT. SUPPL. LAT.** TIT. II. DE EPISCOPIS ET CLERICIS.

Ut clerici nullo fiscali aut publico subdantur officio.

a) Tit. II. C. Th. *Tit. II.* Sunt h. t. in C. Th. novem leges. b) c. 1. C. Th. *c.* 7. Integra interpretis vv. subiectis est in codd. 1, 2, 4—11, 13—17, 22—25, 29—34, 36, 37; subscr. et interpr. des. in codd. 19, 26, 27, 35, 38; sola inscr. in codd. 21, 43; sola subscr. in codd. 12, 28, 39, 40. Sunt codd., in quibus, quamquam et textus scriptus est et interpretis verba, tamen ipsi legi interpretationis siglum praefixum sit.

a) Tit. III. C. Th. *Tit. XIV.* Sunt in C. Th. h. t. XIV leges. De cod. 23 vid. tit. I. h. l. In codd. 41 et 44 numerus non est add. b) c. 1. C. Th. *c.* 14. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—17, 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 41, 42; inscr. et textus in codd. 21—23; textus et subscr. in codd. 26—28; solus textus om. in codd. 24, 25, 29—40; sola pars c. adest in cod. 44. In cod. 27 interpr. h. c. iterum scripta est post c. 115 Leg. Burg. *de Bovibus,* sequitur deinde ex Paulo Interpr. §. 3 tit. de Instit. (II, 8) eamque Lex Salica. Vid. infr. Paul. V, 18, 1, not. *c.*

a) Complectitur hic liber in C. Th. XI titulos. De codd., quibus restitutus est eorumque discrepantia cf. Haenel ad C. Th. p. 1475 et in notis ad singulas constt. ibi additis. Inter illos codd. sunt 12, 16, 17, 19, S. Germ. 366, Phill. 1741; neque vero ex iis commemorabo, nisi quod ad Br. Al. spectat. b) Tit. I. C. Th. *Tit. II.* 17 *Tit. I.* 19 *Tit. III.* In C. Th. h. t. sunt XLVII leges. In codd. 19, S. Germ. 366, Phill. 1741 ordo titulorum et constitutionum inversus est. Vid. Haenel ad C. Th. not. sup. h. tit. c) c. 1. C. Th. c. 2. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—14, 16, 17, S. Germ. 366, Phill. 1741 (sed in 16, 17 in ea parte codicis, quae Br. Al. continet); omnia praeter interpr. des. in cod. 43; inscr. et textus in codd. 21—24, 31; textus et subscr. in codd. 26—28; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32—40; sola interpr. in cod. 19. Ceterum h. c. bis scripta est in codd. S. Germ. 366, Phill. 1741.

Epit. Aeg.: a) In cod. 53 add. *Si quis nova haccio vetusta deturbaverit distruatur.* b) Nonn. codd. *reddat.*
a) Omnes codd. *liberi.* Nonn. *iubemus.* Ben. Lev. III, 185.

Epit. Suppl. Lat.: a) Leg. *furati sunt* aut *furantur.*
a) Cod. *nomenatur.* b) Cf. c. 9 C. Th. h. t.

## EPIT. GUELPH.

II· DE AQUEDUCTO.

Usum aque longo dominio constetutum non esse turbandum pl· l· ꝛ·XVII· ł· V. ꝛ·VII· ł VII.[a])

III DE CONFIRMANDIS[a]) HIS QUE SUB THYRANNIS AUT BARBARIS. GESTA SUNT.

Qui terrorem. hostium conpulsus. ad ṕdandum sed cum eis. miscuit. non vocandus. ad crimen. sed quod aput eum de ṕdā inventum fuerit sine calumnia redderetur
EXPŁIC LIBER XV.

INCPT LIB XVI.

DE. EPISCOPIS ECLESIIS ET CLERICIS.

I. Clericus. ad servicia publica. non adplicandus.

a) Paul. I, 17 et V, 7, 7.
a) Leg. *Infirmandis.*

## EPIT. LUGD.

II. DE AQUAEDUCTU.

Ut usus aquae veterum longo more constitutus singulis quibusque maneat, nec ad agrorum vel hortorum delicias furtivis quique aquarum meatibus abutantur.

III. DE INFIRMANDIS HIS, QUAE SUB TYRANNIS AUT BARBARIS GESTA SUNT.

Si quicunque hostium terrore compulsus, quia mortem timet excipere, ad depraedandum se cum hostibus fortasse iunxerit, quod non propter hoc vocetur ad crimen, quod pro conservanda vita fecit invitus. Tamen si quid apud eum de praeda resederit, hoc solum reddere domino sine calumnia compellitur.

INCIPIT LIBER XVI.
Continet titulos maiores IIII Leges XI Intp. VIIII.

Episcoporum[a]) clericorumque causam statuit religionemque exornat. Apostatas[b]) iudicat. Ne Christianum[c]) mancipium Iudaeus habeat. Excludit[d]) episcoporum audientiae causas. De Religione concedit.

I. DE EPISCOPIS.

Lex I. Ut qui divino cultui religionis mysteria impendunt, id est clerici, quod[e]) ab omnibus muneribus, omni officio exactionis omnique servitio excusentur.

a) C. Th. XVI, 1. b) C. Th. XVI, 2. c) C. Th. XVI, 4. d) C. Th. XVI, 5. e) Sqq. ex interpr.

## EPIT. MONACHI.

II. DE AQUAEDUCTU.

Usum aquae veterem longoque dominio constitutum, ita ut invenitur, manere censuimus et nulla novatione turbari. Eos vero poena constringat, qui ad irrigandum aliquid furtivis aquarum meatibus abutuntur. *Dat. Kal. Nov. Caesario et Attico Coss.*[a])

III. DE INFIRMANDIS HIS, QUAE SUB TYRANNIS AUT BARBARIS GESTA SUNT.

Quicunque hostium terrore compulsus, dum mortem timet, ad depraedandum vel aliud crimen faciendum se hostibus iunxerit, non propter hoc vocetur ad crimen, quod pro conservanda vita fecit invitus. Sane si quid apud eum de praeda evidenter agnoscitur, hoc solum domino sine calumnia reddat. *Dat. Kal. Mart. Theodosio A. VII. et Palladio V. C. Coss.*

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI XVI.

I. De Episcopis, Ecclesiis Et Clericis. II. De Apostatis. III. De Iudaeis, Coelicolis Et Samaritanis. IV. Ne Christianum Mancipium Iudaeus Habeat. V. De Religione.

I. DE EPISCOPIS, ECCLESIIS ET CLERICIS.

Ex clericis non exactores, non allectos facere quicunque sacrilega ordinatione praesumat, sed liberos ab omni mundiali officio iubemus ecclesiis deservire.

a) 62 om. subscript., hoc loco et in tit. III.

## EPIT. S. GALL.

II. DE INFIRMANDIS HIIS QUI SUB TIRANNIS AUT BARBARIS GESTA SUNT.

Imp̃ cons̃ data kal̃ mar̃ *Intp̃.* Quiquumque[a]) homo dũ hostes in qualecũq: patria[b]) ad depredandũ vadit si cũ eos ipse homo ꝑ sua morte timendo[c]) et ꝑ salvandu vitã suã coniunxerit et aliqua p̃da ipse homo priserit[d]) ꝑinde eũ non teneat' in culpa et si forsitan ad reddere ipsa causa venerit[e]) ille omo non plus reddat nisi simplicit̃ in quantũ veritatẽ cognuscit' ꝗ[f]) de ipsa preda aboptivum venisset[g]).

EXPLICIT THODSIN LIB. XV.

INCIPIUNT CAPITULA[a]) DE LIBRO XVI.

I. De episcopis et ecclesiae[b]) et clericis. II. De apustatis. III. Ne x̃pianũ mancipiũ iudeos[c]) habeat. IIII. De relegione[d]).

INCIPIT LIB XVI.

I DE EPISCOPIS ECLESIE ET CLERICIS[e]).

Imp̃. cons̃ data XII. kal̃ decemb̃r. *Intp̃.* Clerici nullã aliã curã[f]) officii agere ñ debent nisi tantũ eclesiasticas causas agant ut ñ p alias vagationes eclesias suas derelinquant[g]).

a) 66, 67 *quiquu̇.* b) 66 *patri.* 67 *depredando.* c) 66 *timiendo.* 65 *salvando.* d) 65 *preda preserit ipse homo.* 67 *conprehenderit.* e) 67 *venerint.* f) 65 *quin,* sed cj. Canc. *quid.* 67 *que.* g) 66, 67 *venisse.* 65 *adobtivum.*
a) 67 om. *Inc. Capit.* b) 65 *episcopos ecclesiae et clericos.* 67 *epis̃ ecl̃is.* c) 65 *iudeus.* d) 65 *religionem.* e) 65 *episcopos ecclesiae et clericos.* f) 65 *nulla alia cura.* g) 66, 67 *derelinquat.*

2.[d]) *Imp. Constantius A. et Constans C. Severo suo salutem.* Mansuetudinis nostrae lege prohibemus, in iudiciis episcopos accusari, ne, dum adfutura ipsorum beneficio impunitas aestimatur, libera sit ad arguendos eos animis furialibus copia. Si quid est igitur querelarum, quod quispiam defert, apud alios potissimum episcopos convenit explorari, ut opportuna atque commoda cunctorum quaestionibus audientia commodetur. *Dat. epistola IX. Kal. Oct. Acc. Non. Oct. Arbetione et Lolliano Coss.*

Interpretatio. *Specialiter prohibetur, ne quis audeat apud iudices publicos episcopum accusare, sed in episcoporum audientiam perferre non differat, quicquid sibi pro qualitate negotii putat posse competere, ut in episcoporum aliorum iudicio, quae asserit contra episcopum, debeant definiri.*

3.[e]) *Imppp. Valens, Gratianus et Valentinianus AAA. Artemio, Eurydico, Appio, Gerasimo et ceteris Episcopis.* Qui mos est causarum civilium, idem in negotiis ecclesiasticis obtinendus est: ut, si qua sunt ex quibusdam dissensionibus levibusque delictis ad religionis observantiam pertinentia, locis suis et a suae dioeceseos synodis audiantur: exceptis, quae actio criminalis ab ordinariis extraordinariisque iudicibus aut illustribus potestatibus audienda constituit. *Dat. XVI. Kal. Iun. Treviris, Valente V. et Valentiniano AA. Coss.*

Interpretatio. *Quoties ex qualibet re ad religionem pertinente inter clericos fuerit nata contentio, id specialiter observetur, ut convocatis ab episcopo dioecesanis presbyteris, quae in contentionem venerint, iudicio terminentur. Sane si quid opponitur criminale, ad notitiam iudicis in civitate, qua agitur, deducatur, ut ipsius sententia vindicetur, quod probatur criminaliter fuisse commissum.*

4.[f]) *Impp. Arcadius et Honorius AA. Hadriano Pf. P.* Quicunque residentibus sacerdotibus fuerit episcopali loco detrusus et nomine, si aliquid vel contra custodiam vel contra quietem publicam moliri fuerit deprehensus, rursusque sacerdotium petere, a quo videtur expulsus, procul ab ea urbe, quam infecit, secundum legem divae memoriae Gratiani, centum millibus vitam agat. Sit ab eorum coetibus separatus, a quorum est societate discretus, sitque huius modi personis, tenore huius legis, illicitum, sacra nostra adire secreta et impetrare rescripta; omnibus abiectis per culpam sacerdotio personis, quae impetrata sunt, infecta permaneant: scituris his, quorum defensione nituntur, absque sui reprehensione non futurum, si hoc eis pollicentur suffragium, qui divinum non videntur meruisse iudicium. *Dat. prid. Non. Febr. Ravenna, Stilicone et Aureliano Coss.*

Haec Lex *interpretatione non indiget.*

5.[g]) *Imppp. Arcadius, Honorius et Theodosius AAA.*[h]) *Theodoro Pf. P.* Quemcunque clericum indignum officio suo episcopus iudicaverit et ab ecclesiae ministerio segregaverit, aut si qui professum sacrae religionis obsequium sponte dereliquerit, continuo eum curia sibi vindicet, ut liber illi ultra ad ecclesiam recursus esse non possit, et pro hominum qualitate et quantitate patrimonii vel ordini suo vel collegio civitatis adiungatur: modo ut quibuscunque apti erunt publicis necessitatibus obligentur, ita ut colludio quoque locus non sit. Per singulos igitur binae librae auri inferendae aerario nostro a decemprimis curialibus exigantur, si aliquibus illicitam conniventiam et colludia foeda praestiterint, hominibusque improbissimis ab omnibus officiis militiae aditus obstruatur. *Dat. V. Kal. Dec. Ravennae, Basso et Philippo Coss.*

d) c. 2. C. Th. *c.* 12. Caii P. ep. un. Felicis P. ep. 1. (Knust l. c. p. 61, 71). Ben. Lev. III, 284. Hincmar. l. c. II, 325. Cod. Reg. Par. 4278, qui Hincmarum continet. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—11, 13—17, sed in codd. 16, 17 in ea sola parte, quae Br. Al. continet; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 42, 43; inscr. et textus in codd. 21—24, 31, 35, 36; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 12 (ubi interpr. ipsius legis vicem sustinet), 25, 29, 30, 32—34, 37—40; sola interpr. in cod. 19. e) c. 3. C. Th. c. 23. Est etiam in cod. Par. 4278. Pii P. ep. 2. (Knust l. c. p. 44). Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—11, 13—17, S. Germ. 366, Phill. 1741, sed in codd. 16, 17 in ea sola parte, quae Br. Al. continet; omnia praeter interpr. des. in codd. 27, 43; inscr. et textus in codd. 21—21, 31, 35, 36; textus et subscr. in codd. 28, 38; solus textus om. in codd. 25, 26, 29, 30, 32—34, 37, 39, 40, 42; sola interpr. in codd. 12, 19. Ad interpr. cf. Ben. Lev. II, 113. f) c. 4. C. Th. c. 35. Hincm. l. c. II. p. 710. Integra cum interpr. vv. est in codd. 1, 2, 4—17 (sed in codd. 16, 17 in ea sola parte, quae Br. Al. exhibet), 22—25, 29, 30, 32—34 (sed in cod. 33 cum interpr. siglo); tota lex deest in codd. 19, 21, 28, 31, 35—37; inscr. deest in cod. 27, ubi textui interpr. siglum add. est. In codd. 38—40 inscriptio, subscr. et interpretis vv. conflata sunt cum textu c. 5 h. t. hoc modo, ut inscr. c. 5 desit, subscriptio non desit, adsint igitur duarum c. subscriptiones, huius c. et c. 5 cit.; subscr. et interpr. vv. des. in cod. 26. g) c. 5. C. Th. *c.* 39. 19 *c.* 6 et codd. 21, 28, 31, 35—40 *c.* 4. Vid. c. 1, 2, 3, 4 h. t. Fabiani P. ep. 2. Stephani P. ep. 2. (Knust l. c. p. 54, 57). Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—11, 13—17, S. Germ. 366, Phill. 1741; omnia praeter interpr. des. in cod. 42; inscr. et textus in codd. 21—24, 31, 35, 36; textus et subscr. in cod. 28; subscr. et interpr. in codd. 26 (ubi textus interpretationis signum prae se fert) et 27; solus textus in codd. 12, 25, 29, 30, 32—34, 37; sola interpr. in cod. 19. De codd. 38—40 vid. c. 4 h. t. h) Recte Go. Be. reponi volunt *Impp. Honorius et Theodosius AA.*, convenienter siglo *Id. AA.*, quod in codd. 17, 19 reperitur et duorum, non plurium impp. siglum est. Vid. Haenel ad C. Th. h. l. not. k.

Ut nullus audeat episcopum apud iudices publicos accusare: sed apud alios episcopos convenit explorare[b]), quicquid sibi pro qualitate negotii debeat definiri.

Qui mos est[c]) civilium causarum, idem in negotiis ecclesiasticis obtinendus est. Quoties ex qualibet re ad religionem pertinente inter clericos fuerit nata contentio, specialiter observetur, ut convocatis ab episcopo presbyteris dioecesanis ea[d]), quae in contentionem venerint, iudicio terminentur. Sane si quid opponatur criminale, ad notitiam iudicis referatur.

Quicunque episcopali loco fuerit detrusus, si aliquid vel contra custodiam vel contra quietem publicam moliri fuerit deprehensus, pro culpa ab ea urbe, quam infecit, centum millibus vitam agat.

b) Haec sunt legis verba. c) Aeg. et nonn. codd. add. *in*. Vv. *Qui mos — obtinendus est* ex lege ipsa sumtâ sunt. d) Aeg. et plerique codd. *his*.

Ut nullus audeat episcopum apud iudices publicos accusare.

Ut clerici si[a]) inter alios episcopos causa definiatur, causam suam ante episcopum et praesulem agant.

Si episcopus ab episcopis iuste fuerit episcopali loco detrusus, si clericum non propinquus[b]) de civitate sua quam centum millibus vivat et si vult ad principem reclamare, liceat.

a) Cod. *ei*. b) Leg. *detr., clericus non propinquius*.

| EPIT. GUELPH. | EPIT. LUGD. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
| --- | --- | --- | --- |
| II. Episcopum aput iudicis publicus. non acusandum. | Lex II. Ut apud iudices publicos episcopum nemo accuset, sed in audientiam episcoporum ........[f]), quicquid sibi pro qualitate negotii putat competere. | Ne quis audeat apud publicos iudices episcopum accusare, sed in episcoporum audientiam negotium suum proferat, ut in eorum iudicio debeat definiri[a]). | *It̃ alia. Intp̃.* nullus homo p̃sumat ep̃m ꝓ[h]) nulla causa ad aliu̇ iudicem accusare nisi tantu̇ ad alius[i]) ep̃s et ipsi eũ iudicare debeant[k]) et postea ubi ipsum ep̃m emendatu̇ conspexerint auxiliante dño recuperare eũ debeant. |
| III Inter clericos si nascatur intencio. presbiteris terminanda. sane si criminale. ad iudicis noticiam deferendum. | Lex III. Si controversia ex religione inter clericos fuerit nata, quod id debeat observari, ut convocatis dioecesanis presbyteris ab episcopo, quae in contentionem venerint, terminentur. At si quid criminale opponitur, ad notitiam iudicis in civitate, qua agitur, deducatur, ut ipsius sententia vindicetur.[g]) | Quoties ex qualibet re ad religionem pertinente inter clericos fuerit nata contentio, id specialiter observetur, ut convocatis ab episcopo presbyteris et diaconis eorum iudicio terminetur[b]). Si vero aliquid opponitur criminale, ad notitiam iudicis, qui in civitate agitur[c]), deducatur. | *It. alia Intp̃.* Om̃s causas privatas hoc ŝ minores qui int̃ clericus agunt' ad ep̃m[l]) cũ aliis presbiteris iudicent'; Nã si criminales causas clerici commiserint ante ꝓvinciales iudices finiant'.[m]) |
| IIII. Qui a sacerdotio fuerit ṕpt̃[a]) culpam retrorsus. centum milibus. ab urbem. vitam agat. | | Quicunque residentibus sacerdotibus fuerit episcopali loco detrusus, si aliquid contra custodiam publicam moliri fuerit deprehensus rursumque sacerdotium petere praesumat, a quo videtur expulsus, procul ab ea urbe, quam infecit, secundum legem Gratiani centum millibus vitam agat sitque ab eorum coetibus separatus, quorum est societate disiunctus, sitque huiusmodi personis illicitum nostra adire secreta et impetrare rescripta: omnibus abiectis per culpam sacerdotii personis, quae imperata sunt, sine affectu permaneant, his vero, quorum defensione nituntur, absque sui reprehensione non futurum, si hoc eis pollicentur suffragium, qui divinum non videntur meruisse iudicium. *Dat. prid. Non. Febr. Stilicone et Aureliano Coss.*[d]) | |
| | | Quemcunque clericum indignum officio suo episcopus iudicaverit et eum pro suo scelere degradaverit aut ipse clericus professionem suam reliquerit, continuo a iudice curialibus adiungatur, ut si natalibus | |

a) pro *propter.*

f) Nonn. literae nequeunt legi. Add. *perferre non differat.* g) Om. c. 4.

a) 63 *p̃ferat — iudicium d. definire.* b) 62 *diaconibus.* 63 om. *eorum.* Ibidem *terminētur.* Supra omnes codd. *pertinentem.* c) Leg. *agit.* d) 63 *publicam petierit suffragia et sacerdotium.* Leg. *sacerdotio — impetrata — effectu.* 62 om. subscr.

h) 65 *per.* i) 65, 67 *alios.* k) 67 *debent.* l) 67 *ab ep̃o.* Paulo ante 65 *clericos.* m) c. 4 h. t. deest.

LEX ROM. VISIGOTH.

INTERPRETATIO. *Quemcunque clericum episcopus suus malae vitae esse probaverit et eum de gradu suo pro morum pravitate deiecerit, vel si ipse clericus sua voluntate professionem reliquerit clericatus, continuo a iudice curialibus adiungatur, ut, si ita et natalibus et facultatibus est idoneus, eum inter ipsos curiales officium suum implere compellat. Si autem infima persona est, inter collegiatos eum observare, vel ad quae aptus fuerit, in publico servire lex ista constituit, ita ut huius modi personae a curialibus quolibet colludio nullatenus excusentur. Quod si factum fuerit, pro singulis personis curiales binas libras auri fisco a se noverint inferendas.*

6.[i]) *Impp. Honorius et Theodosius AA. Palladio Pf. P.* Eum, qui probabilem saeculo disciplinam agit, decolorari consortio sororiae appellationis non decet. Quicunque igitur cuiuscunque gradus sacerdotio fulciuntur vel clericatus honore censentur, extranearum sibi mulierum interdicta consortia cognoscant; hac eis tantum facultate concessa, ut matres, filias atque germanas intra domorum suarum septa contineant. In his enim nihil scaevi criminis aestimari foedus naturale permittit. §. 1. Illas etiam non relinqui castitatis hortatur affectio, quae ante sacerdotium maritorum legitimum meruere coniugium. Neque enim clericis incompetenter adiunctae sunt, quae dignos sacerdotio viros sui conversatione fecerunt. *Dat. VIII. Id. Mai. Ravenna, D. N. Theodosio A. IX. et Constantio III. V. C. Coss.*

INTERPRETATIO. *Quicunque clericatus utuntur officio, extranearum mulierum familiaritatem habere prohibentur; matrum, sororum vel filiarum sibi solatia intra domum suam noverint tantum esse concessa, quia nihil turpe in talibus personis fieri vel cogitari lex naturae permittit. Illae vero mulieres sunt in solatio retinendae, quae in coniugio fuerunt ante officium clericatus.*

## TITULUS II.[a]) DE APOSTATIS.

1.[b]) *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Hypatium Pf. P.* Christianorum ad aras et templa migrantium negata testandi licentia vindicamus admissum. Eorum quoque flagitia puniantur, qui Christianae religionis et nominis dignitate neglecta, Iudaicis semet polluere contagiis. *Dat. XII. Kal. Iun. Patavi, Merobaude II. et Saturnino Coss.*

INTERPRETATIO. [c])*Reliqua pars legis de Manichaeis ideo facta non est, quia evidenter in Novellis invenitur.*

i) c. 6. C. Th. *c.* 44. Codd. 21, 28, 31, 35—40 *c.* 5; 19 *c.* 7. Cf. c. 1—5 h. t. L. Baiuv. Tit. I. c. 13. §. 2 (Cap. Dagob. XIII, 2 a. 630 ap. Baluz. I. p. 100). Ad interpr. cf. Hincm. l. c. I, 718, 719; II, 786. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—10, 13—17, S. Germ. Phill. 1741; omnia des. in cod. 12; omnia praeter interpr. in codd. 27, 42; inscr. et textus in codd. 21—24, 31, 35, 36; textus et subscr. in cod. 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus in codd. 25, 29, 30, 32—34, 37; sola interpr. in cod. 19; de codd. 38—40 vid. c. 4 h. t. In cod. 11 deest fol. I. quat. XVIIII. cum vv. *legitimum meruere* h. c. usque ad vv. *faceret ut* Nov. Th. de Th. C. Auct.

a) Tit. II. C. Th. cod. 12 (sec. seriem titt.) *Tit. VII.*, sed 12 unam tantum const. habet. In C. Th. h. t. septem leges sunt. 19 *Tit. IX.* et ins. c. 3 et 1 C. Th. Codd. S. Germ. et Phill. 1741 *Tit. VI.* et ins. c. 3 et 1 C. Th. In codd. 16, 17 des. huius et sqq. titt. rubricae, et tribuuntur reliquae h. libri constt. VI. titulo C. Th. Ne s. baptisma. 1, 2, 5—9, 13, 38—40, Sich. Til. add. ad h. tit. c. 1, 2 sq. tit. Til. hunc tit. ut *V.* addit ex Br. Cf. Haenel ad C. Th. not. sup. h. tit. In cod. 23 hic tit. om., des. etiam sqq. tituli, ultimo excepto, qui *II.* est. In cod. 24 tribuuntur huic titulo c. 1, 2 de Iud. (XVI, 3) et c. 1 Ne Chr. manc. (XVI, 4), om. autem c. 1 h. t. et reliqui h. libri tituli praeter ult., qui ante h. titulum positus est; est igitur ibi tit. de Religione *II.*, hic vero *III.* Qui sit ordo in cod. 20, non recordor, neque ex Clossio indagare potui. b) c. 1. C. Th. *c.* 3. 19, S. Germ. Phill. 1741 *c.* 1, est autem in his codd. scripta, ut in Br. Al. 16, 17 *c.* 10 C. Th. Ne sanctum baptisma. Vid. not. *a* h. t. Sed 1, 2, 5—9, 38—40, Sich. Til. *c.* 1 h. t. Vid. not. huius et sq. tit. Ep. 1, c. 1 Anacleti P., ep. 2 Eutychiani P. c. 2 et ep. 1, c. 9 Felicis P. II. (Knust l. c. p. 37, 61, 71). Integra est in codd. 1, 2, 4—10, 12—17 (17 in ea parte, ubi Br. Al. est), 19, 25, 28, 29, 32—34, 37—40. In codd. 21, 22 om. inscr. et textus; in codd. 26, 27 subscr. et interpretis vv.; in codd. 30, 31, 35, 36 deest textus. In cod. 42 adest usque ad v. *puniantur.* De codd. 23, 24 vid. not. *a* h. t. Dicendum est in aliis codd. interpretis vv. statim post v. *contagiis,* ergo ante subscr. posita esse, in aliis, veluti in 1, 12, pro eis, quae hic dantur, interpretis vv. scriptum esse *Haec lex interpretatione non eget.* Vid. infr. not. *c.* In C. Th. haec c. plenior est. c) Nonnulli codd., veluti 8 et Sich. insuper haec add. *Haec lex interpretatione non indiget.* Alii, sed pauci, brevius nihil nisi haec habent: *Haec (s. ista) lex interpretatione non eget.* Go. utraque re coniuncta sic scribit: *Haec lex Interpretatione non eget. Reliqua pars de—invenitur.* Cf. Novell. Valent. Tit. II. de Manichaeis.

EPIT. AEG.

Si quemcunque clericum ingenuum episcopus suus pro morum pravitate de gradu suo deiecerit, vel si ipse sua voluntate professionem reliquerit clericatus, continuo eum curia sibi vindicet. Et si infirma persona fuerit, inter collegiatos reputetur. Si vero hae personae per aliquod colludium se excusaverint, binas libras auri curiales fisco a se noverint[e]) inferendas.

Quicunque clericatus utuntur officio, extranearum mulierum familiaritate prohibentur; matres, sorores, filiae vel mulieres, quae ante officium clericatus in coniugio fuerunt[f]), sunt in solatio retinendae.

TIT. II.
DE APOSTATIS.

Ut testandi licentia denegetur[a]), qui Christianae religionis et nominis dignitatem neglexerint.

e) Ita plerique codd.; Aeg. *curialis—noverit.* f) Aeg. et pauci quidam codd. *defuerunt.* Supra codd. *matrum, sororum, filiarum.*

a) Ben. Lev. III, 188.

EPIT. SUPPL. LAT. 215.

Qui[c]) episcopos suos malae vitae esse probaverit et de clericatu deiecerit aut[d]) ipse[e]) vult dimittere clericatum, ad curiam revocetur et si vilis persona est, inter collegiatos deserviat, et si curiales eum celare aut excusare voluerint, duas auri libras damnentur[f]).

*)Ut nullus clericorum extranearum mulierum familiaritatem habere praesumat. Ut haeretici clericos catholicos vexare non praesumant. Ut nulli clericis catholicis functore quaeratur[g]). De decurionibus[h]), ut clerici non fiant. De subpremia[i]) voluntate catholicorum, ut in omnibus iuste debeat observare. De clericis[k]), ut invinti fiscalis hospites non suscipientes de negotia commercii nihil in publico reddant. De[l]) immunitate clericorum, ut in omnibus conservetur. De[m]) clericis, ut ipse et liberi vel uxores eorum ab homine functione fiscale sint liberi. De religione[n]), ut qui vitam religiosam duxerit, honorabilis habeatur. De curialibus, ut si ad clericatum venerint, decennium[o]) revocetur ad curiam. Post decennium in clericato permaneant. Ut[p]) qui continentium se nomine voluerint appellari, viduarum ac pupillarum domos non adeant. Ut[q]) custodes ecclesiarum vel basilicarum immunes sint a publica functione. Quaecunque[r]) circum sacrosanctas ecclesias a principibus diversis sunt statuta, manere inviolata praecipit. Privilegia[s]), quae olim reverentia religionis obtinuit, inviolata permaneant. De eis, qui[t]) episcopis aut clericis in ecclesia iniuriam generaverint, ut capite puniantur, et si rebellio plebis collectae hoc fecerit, hostili gaudio exstinguatur. Ut ecclesiae[u]) privilegia cuiusquam fuerint temeritate violata, quinque libras auri damnetur. Ut privilegia[v]), quae ecclesiis et clericis lege concessa sunt, valeant. De immunitate[x]) ecclesiarum, ut qui ea fregerit, perpetuo damnetur exsilio. Clericos[y]) non apud iudices, sed apud episcopos accusari licet. Privilegia[z]) ecclesiarum omnia, quae saeculo tyrannus inviderat, revocanda. *Tit. III. De His, Qui Super Religione Contendunt.* Ut[a]) conturbatoris sanctae religionis subdantur suppliciis, ut non solum privilegia non habeant, verum etiam poenis mortalibus pereant. *Tit. IV. Ne Sanctum Baptisma Iteretur.* Qui facere[b]) praesumserit[c]), testamenti aut donationum commoda perdant et iudices si hoc facere praesumserint, viginti libris auri mulctentur.

TIT. V. DE APOSTATIS.

De Christianis, qui ad aras et templa ministraverint. Ut iudaeorum fuerint sed ita[a]) secuti, ab hominibus[b]) facultatibus denudantur.

c) Cod. *ei.* d) Add. *si.* e) Add. *clericus.* f) Cod. *voluerit—damnetur.* *) Quum hoc loco nimis multa interponantur in codice, paululum coarctanda erant et iusto altius collocanda. g) Ita cod. Cf. c. 1 C. Th. h. t. h) Cf. c. 3 h. t. i) Cf. c. 4 h. t. Leg. *suprema—observari.* k) Cf. c. 8 h. t. l) Cf. c. 9 h. t. m) Cf. c. 10 h. t. Leg. *ipsi—ab omni f. fiscali.* n) Cf. c. 13 et 14 h. t. o) Cf. c. 19 h. t. Leg. *intra decennium revocentur.* p) Cf. c. 20 h. t. q) Cf. c. 26 h. t. r) Cf. c. 29 h. t. s) Cf. c. 30 h. t. t) Cf. c. 31 h. t. Leg. *gladio.* u) Cf. c. 34 h. t. v) Cf. c. 38 h. t. x) Cf. c. 40 h. t. y) Cf. c. 41 h. t. z) Cf. c. 47 h. t. a) Cf. c. 1, 2 C. Th. h. t. b) Cf. c. 4 C. Th. h. t. c) Leg. *praesumserint.*

a) Leg. *Ut qui iud. f. sectam.* b) Leg. *omnibus.*

| EPIT. GUELPH. | EPIT. LUGD. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|
| V. Clericus. si fuerit de gratu suu deiectus vel professionem. clericatus. continuum. a iudice curie. deputetur. infimioris. collegio. et si eos. curiales. excusare voluerint. singulas liberas. auri damnandus. | Lex IV. Si episcopus clericum suum malae vitae probaverit et deposuerit, qualiter eum curia vindicet. | et facultatibus est idoneus, inter[e]) curiales officium impleat. Si vero vilior persona est, inter collegiatos deputetur. Si tamen a curialibus huiusmodi personae quolibet colludio scusare tententur, pro singulis personis curiales binas libras auri fisco exsolvant. | *It. alia Intp̃.* Si quis ep̃s clericū suū q̄ ingenuus ē si ipsū clericu in seculares causas conversare viderit et eū[n]) de ipsa malicia emendare n̄ potuerit et si eum ꝑ malicia sua de grado suo[o]) egecerit. Et si ipse clericus ꝑ sua voluntate officium clericati demiserit si talit̃ aliq̄ clericus fecerit a fescales iudices ipsi coniungant' et si ipse clericus de bona gente ē vel suas[p]) res habuerit aut idoneus apparuerit int̃ ipsos curiales officium publicu faciat. Si aū[q]) ipse clericus inferior ꝑsona ē int̃ collegiatus officiū faciat ad tales clericus[r]) fiscales actio non necetur si q̄cumq: iudex hoc eis denegare voluerit duas libras auri in fisco solvat. |
| VI. Qui clericatus. utuntur oficio. extranearum. mulierum familiaritatē habere proibentur. | Lex V. Mulierum familiaritatem clericis interdicit. | Clerici extranearum feminarum familiaritatem non habeant, neque in domos suas habitent praeter matrem, sororem vel filiam, unde nulla suspectio mala possit generari. Et illae mulieres sunt in solatia retinendae, quae in coniugium fuerunt ante officium clericatus. *Dat. VIII. Id. Theodosio A. VIIII. et Constantio V. C.*[f]) | *It̃ alia. Intp̃.* Clerici ĩ presbiteri qui ad[s]) eclesias deserviunt in domo sua non debeant alias mulieres habere nisi matrē suā et filiam suā et germanā sororis sue et mulierē[t]) quā ante in matrimonio habuit quā honore recepisse ecclesiastice. |
| II DE APOSTATIS. Cristianis. idolis. sacrificia oferentibus. negata testandi. licenciā admissa. eorum. flagicia poniantur. | II. DE APOSTATIS. Si Christiani ad templa idolorum et aras migraverint, quod denegetur eis testandi licentia et qui dignitatem Christianae religionis neglexerint et se Iudaicis polluerint contagiis, ut pro talibus flagitiis puniantur. | II. DE APOSTATIS. Christianorum ad aras et templa migrantium, aut qui Iudaicis se polluere contagiis, admissum eorum flagitium puniatur. *Dat. XII. Kal. Ian. Merobaude II. et Saturnino Coss.*[a]) | II. DE APOSTATIS. Imp̃ gracianus. data XII. kāl. iunias. *Intp̃.* x̃piani si ad idola[a]) sacrificia offerunt testamentu facere n̄ potē[b]) et ipsi puniendi sunt. |

e) 62 om. *curiales officium — personis.* f) 62 om. subscript.
a) 62 om. subscript.

n) 66 *cū*. o) 65 *gradum suum.* 67 *gradu.* Infra uterque *dimiserit.* p) 65 *sua.* q) 65 *autem.* r) 65 *collegiatos — clericos.* 67 *collegiatos — negetur.* s) Ita 65. 66, 67 *quia de.* t) 65 *domu — germana — muliere.*
a) 66 *idolas.* b) 67 *possunt.*

LEX ROM. VISIGOTH. | EPIT. AEG. | EPIT. SUPPL. LAT. 215.

## TITULUS III.[a]) DE IUDAEIS, COELICOLIS ET SAMARITANIS.

1.[b]) *Imp. Constantinus A. ad Felicem Pf. P. Post alia:* Eum, qui ex Iudaeo Christianus factus est, inquietare Iudaeos non liceat vel aliqua pulsare iniuria: pro qualitate commissi istius modi contumelia punienda etc. *Dat. XII. Kal. Nov. Constantinopoli. PP. VIII. Id. Mai. Karthagine, Nepotiano et Facundo Coss.*

Haec Lex *interpretatione non eget.*

2.[c]) *Imp. Constantius A. et Iulianus C. ad Talassium Pf. P.* Si quis, lege venerabili constituta, ex Christiano Iudaeus effectus sacrilegis coetibus aggregetur, quum accusatio fuerit comprobata, facultates eius dominio fisci iussimus vindicari. *Dat. V. Non. Iul. Mediolano, Constantio A. IX. et Iuliano Caes. II. Coss.*

Ista Lex *interpretatione non eget.*

### EPIT. AEG. — TIT. III. DE IUDAEIS, COELICOLIS ET SAMARITANIS.*)

Si quis lege venerabili constituta ex Christiano Iudaeus effectus sacrilegis coetibus aggregatur[a]), quum accusatio fuerit approbata, facultates eius dominio fisci iussimus vindicari[b]).

### EPIT. SUPPL. LAT. — TIT. VII. DE IUDAEIS, COELICOLIS ET SAMARITANIS.

Iudaica recta facientem et ad Dei cultum respicientem si Iudaei saxis aut alio sorores generi fuerint persecuti, crementur incendio. Ut si Christianus eorum si conciliabulis sociaverint, cum his poenam debitam sustinebit[a]).

Ne[b]) ex Iudaeo Christianus factus Iudaeorum inquietare[c]).

Si ex Christiano Iudaeus effectus fuerit, omnes res suas fiscus acquirat. Ut[d]) nullus Iudaeus Christianam mulierem sibi sociare praesumat: quod si fecerint, puniantur. Ut ex Iudaeo Christianum factum nec pater, nec avus exheredare praesumat aut testamento praeterire vel minus aliquid ei relinquere, quam poterat, si ab intestato vocaretur[e]), adipisci.

## TITULUS IV.[a]) NE CHRISTIANUM MANCIPIUM IUDAEUS HABEAT.

1.[b]) *Imp. Constantinus A. ad Felicem Pf. P.* Si quis Iudaeorum Christianum mancipium vel cuiuslibet alterius sectae mercatus circumciderit, minime in servitute retineat circumcisum, sed libertatis privilegiis, qui hoc sustinuerit, potiatur etc. *Dat. XII. Kal. Nov. Constantinopoli. PP. VIII. Id. Mai. Karthagine, Nepotiano et Facundo Coss.*

Interpretatio. *Si quis Iudaeorum servum Christianum vel cuiuslibet alterius sectae emerit et circumciderit, a Iudaei ipsius potestate sublatus in libertate permaneat.*

(2.)[c]) *Impp. Honorius et Theodosius AA. Monaxio Pf. P.* Iudaeus servum Christianum nec comparare debebit, nec largitatis titulo consequi. Qui non hoc observaverit, dominio sibi petulanter acquisito careat; ipso servo, si, quod fuerit gestum, sua sponte duxerit publicandum, pro praemio libertate donando. Verum ceteros, quos rectae religionis participes constitutos in suo censu nefanda superstitio iam videtur esse sortita, vel deinceps hereditatis seu fideicommissi nomine fuerit consecuta, sub hac lege

### EPIT. AEG. — TIT. IV. NE CHRISTIANUM MANCIPIUM IUDAEUS HABEAT.

Si quis Iudaeorum Christianum servum vel cuiuslibet alterius sectae emerit et circumciderit, a Iudaei ipsius potestate sublatus in libertate permaneat.*)

### EPIT. SUPPL. LAT. — TIT. VIII. NE CHRISTIANUM MANCIPIUM IUDAEUS HABEAT.

Id est, si quis Iudaeorum Christianum mancipium circumciderit aut servum sectae alterius quem Iudaeus comparaverit, fiscus acquirat. Si emtum[a]) circumciderit, et servum perdat et capitali sententia feriatur. Quod si Christianum mercaverit, omnia, quae apud eum reperiuntur, protinus auferantur. Christiana[b]) mancipia Iudaeorum nullus audeat comparare. *Tit. IX. De Paganis, Sacrificiis Et Templis,* hoc est, ut pagani nullos possint habere honores[c]).

---

a) Tit. III. C. Th. *Tit. VIII.* Sunt in C. Th. h. t. XXIX leges. De codd. 16, 17 vid. tit. II. h. libri not. *a*. In cod. 12 deest. 19 *Tit. X.* Codd. S. Germ. 366, Phill. 1741 *Tit. VII.* 26 *Tit. IV.* Etenim sq. tit. positus est in cod. 26 ante hunc titulum ut *III.* De codd. 1, 2, 5—9, 13, 20, 23, 24, 38—40, Sich. Til. vid. tit. II. h. libri et c. 1 h. t. et Haenel ad C. Th. not. sup. huius tit. et ad c. 5, 7 eod. b) c. 1. C. Th. *c.* 5. 16, 17 *c.* 19 C. Th. Ne sanctum baptisma (XVI, 6). Vid. tit. II. h. libri not. *a*. 1, 2, 5—9, Sich. Til. (in Br. Al.) *c.* 2 *Tit. II.* (de Apostatis) et cod. 24 *c.* 1 *eiusdem tit.* In codd. 19, S. Germ. Phill. 1741 est *c.* 2 h. t. Cf. tit. II. not. *a*, ubi etiam de codd. 20, 23 dictum est. De cod. 12 vid. not. *a* antec. Integra cum interpretis verbis est in omnibus fere Br. Al. codd., praeterquam quod textus, subscriptio et interpretis vv. desunt in codd. 38—40 et inscriptio coniuncta est cum c. 2 h. t.; subscriptio et interpretis vv. om. in codd. 26—28; inscriptio, subscriptio et interpr. in codd. 24, 42, textui interpretationis siglo addito; sola interpretis vv. in codd. 4, 6, ap. Til.; denique sola inscr. om. in cod. 21. c) c. 2. C. Th. *c.* 7. 19, S. Germ. Phill. 1741 *c.* 3 h. t. 1, 2, 5—9, Sich. Til. (in Br. Al.) *c.* 3 *Tit. II.* (de Apostatis) et codd. 24, 38—40 *c.* 2 *eiusd. tit.* Vid. tit. II. h. libri, ubi etiam de codd. 20, 23 dictum est, not. *a* h. tit. et c. 1 h. t. Integra est in codd. 1, 2, 4—6, 8—10, 13—17, 19, 22, 24, 25, 28—34; inscr., subscr. et interpr. vv. des. in codd. 26, 42 et habetur textus pro interpr.; subscr. et interpr. vv. desunt in cod. 27; sola interpr. vv. in codd. 7, 35 (addito in cod. 35 interpretationis siglo), apud Til. (in Br. Al.); sola inscr. om. in cod. 21. De cod. 12 vid. supra not. *a*, de codd. 38—40 not. *b*.

a) Tit. IV. C. Th. *Tit. IX.* Cf. Haenel ad C. Th. not. sup. h. tit. et de codd. 16, 17, 19 tit. III. h. libri. Codd. S. Germ. 366, Phill. 1741 *Tit. VIII.* 1, 2, 5—9, 13, 26, 38—40, Sich. *Tit. III.* Cf. tit. II. et III. h. libri, ubi etiam de codd. 20, 23, 24 dictum est. 35 *Tit. V.*, err. In cod. 12 deest. Sunt in C. Th. h. t. quinque leges. L. Visig. XII, 3, 12 et XII, 2, 13. Concil. Aur. III. ann. 538, c. 13. Concil. Aur. IV. ann. 541, c. 30, 31. Concil. Matiscon. I. c. 16. b) c. 1. C. Th. 4, 7, 10, 13, 38—40, S. Germ. Phill. 1741, Sich. *c.* 1. Rell. Br. Al. codd. *c. un.* Vid. c. 2 h. t. not. *c*. 16, 17 *c.* 44 C. Th. Ne sanctum baptisma (XVI, 6). Interpr. rec. Concil. Meldense c. 73; Ben. Lev. III, 286; Isaac XI, 27; Burch. IV, 90 (88); Ivo I, 284; cod. Bamberg. I, 9, pag. 197. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—10, 13—17, 31, 36, 37, S. Germ. Phill. 1741; inscr. et textus des. in cod. 22; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32—34, 38—40; sola inscr. in cod. 21; sola subscr. in cod. 27; sola interpr. in cod. 19; in cod. 35 subscr. et interpr. translatae sunt in tit. de Relig. (XVI, 5), quasi essent *c.* 1 eiusd. tit. De cod. 24 vid. tit. II. not. *a*. c) c. (2.) C. Th. *c.* 4. Codd. 4, 7, 10, 13, 38—40, Sich. *c.* 2. In rell. Br. Al. codd. deest haec c., quae videtur a Br. aliena esse, quum om. in epit. Aeg., Lugd., Monach. et S. Gall. et desit interpr.

Epit. Aeg.: *) c. 1 h. t. deest. a) Codd. *adgreditur.* 52 om. *quum — approbata.* Supra nonn. codd. *fuerit effectus.* b) 52 *et facultates eius fiscus obtineat.*

*) Om. c. 2.

Epit. Suppl. Lat.: a) Cf. c. 1 C. Th. h. t. Leg. *Iudaicam sectam fugientem — alio furoris genere — eorum se c. sociaverit.* b) C. Th. c. 5, sed Br. c. 1 h. t. c) Leg. *Christianum factum liceat Iudaeum.* d) Cf. c. 6 C. Th. h. t. e) Cod. *sub inte tato.* Cf. c. 28 C. Th. h. t.

a) Cf. c. 2 C. Th. h. t. b) c. 5 eod. c) c. 21 C. Th. h. t.

| EPIT. GUELPH. | EPIT. LUGD. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|
| III DE IUDEIS CELICULIS. ET SAMARITANIS. | III.[a]) DE IUDAEIS.[b]) | III. DE IUDAEIS, COELICOLIS ET SAMARITANIS. | |
| I· Qui ex Iudeo factus est Christianus. inquietare ad iudeis. non licere. | | Eum, qui ex Iudaeo Christianus factus est, inquietari a Iudaeis non liceat vel aliqua pulsari iniuria, pro qualitate commissi istiusmodi contumelia punienda. | [a]) *It̃ alia. Intp̃.* Si de iudeo x̃pianus factus fuerit postea ñ liceat ad alius iudeos ipsū inquietare. |
| II· Qui ex Christiano iudeus. factus. est facultatem eius. fiscus. vindicari. pl· V· ʅ· XXVII· ł· III.[a]) | Ut si quis ex Christiano Iudaeus factus sacrilegis coetibus se miscuerit, quum accusatio fuerit probata, quod facultates eius debeat dominium fisci vindicare. | Si quis ex Christiano Iudaeus effectus fuerit, sacrilegis coetibus aggregetur et facultates eius fiscus obtineat. *Dat. V. Non. Iun. Constantio A. et Iuliano Coss.* | [c]) *It̃ alia. Intp̃.* Si de[d]) x̃pianis aliq̧ iudeos factus fuerit facultatẽ ipsius fiscos adquirat. |
| IIII· NE CHRISTIANUM MANCIPIUM IUDEUS ABIAT. I· II· ʅ· I. I· X.[a]) | IV. NE CHRISTIANUM MANCIPIUM IUDAEUS HABEAT. | IV. NE CHRISTIANUM MANCIPIUM IUDAEUS HABEAT. | III NE X̃PIANUM MANCIPIUM IUDEOS[a]) HABEAT. |
| Iudeus. servum quam emit. si. circumcidat. a potestatem. eius sublatus. liber erit.<br>II· Iudeum. Christianum servum non donatum non vinditum nec eos. aut volentis. aut invitus. sue secte confundat. quod factum capite poniendi. | Si quis Iudaeorum servum Christianum emerit vel alicuius sectae circumcidere praesumserit, quod debeat a potestate ipsius Iudaei sublatus liber permanere.[a]) | Si Iudaeus Christianum servum vel cuiuslibet alterius sectae emerit et circumciderit, a Iudaeis sublatus liber permaneat. *Dat. XI. Kal. Nov. Nepotiano et Facundo Coss.*[a]) | Imp̃.[b]) data VIII id̃ mad̃. *Intp̃.* Si iudeos x̃pianum mancipium habuerit et eū forsitā[c]) circūcidere et[d]) ille iudeos ipsū mancipiū p̱dat et postea ipse mancipius lib̃tus p̱maneat.[e]) |
| a) Paul. V, 24, 3.<br>a) C. Th. II, 1, 10. | a) In m. *Pauli Lib. V. aera XXVII. leg. VI. lib. IV.* (leg. V, 24, 3 et 4.) b) Om. c. 1.<br>a) Om. c. 2. | a) 62 om. subscr. — Om. c. 2. | a) Deest huius tit. rubrica et cohaeret haec et sequens sententia cum anteced. tit. — In cod. 65 hanc sententiam antecedit, quae apud nos sequitur. b) 65, 67 *licet ad alios.* c) De cod. 65 vid. not. *a* antec. d) 66 om. *de.* 67 *ex.* Praeterea 65 *Iudeus aliquis — facultate — fiscus.*<br>a) 65 *iudeus.* b) Imperator ipse deest in 65, 66. 67 add. *cons̃.* Idem pro *VIII* habet *VIIII* et *iudeus.* c) 66, 67 add. *tam,* ex antec. v. *forsitā.* 65 *iudeus — iudeus.* d) 67 om. *et.* e) c. 2 om. |

LEX ROM. VISIGOTH.

possideat, ut eos nec invitos, nec volentes caeno propriae sectae confundat; ita ut, si haec forma fuerit violata, sceleris tanti auctores capitali poena, proscriptione comitante, plectantur. *Dat. IV. Id. April. Constantinopoli, Honorio A. XI. et Constantio V. C. II. Coss.*

## TITULUS V.[a]) DE RELIGIONE.

1.[b]) *Impp. Arcadius et Honorius AA. Apollodoro Proconsuli Africae.* Quoties de religione agitur, episcopos convenit agitare; ceteras vero causas, quae ad ordinarios cognitores vel ad usum publici iuris pertinent, legibus oportet audiri. *Dat. XIII. Kal. Sept. Patavio, Theodoro V. C. Cos.*

Haec Lex *interpretatione non indiget.*

(2.)[c]) *Imppp. Arcadius, Honorius et Theodosius AAA. Diotimo Proconsuli Africae.* Edictum, quod de unitate per Africanas regiones clementia nostra direxit, per diversas provincias proponi volumus, ut omnibus innotescat, Dei omnipotentis unam et veram fidem catholicam, quam recta credulitas confitetur, esse retinendam. *Dat. III. Non. Mart. Ravenna, Stilicone II. et Anthemio Coss.*

(3.)[d]) *Impp. Honorius et Theodosius AA. Marcellino suo salutem.* Ea, quae circa catholicam legem vel olim ordinavit antiquitas, vel parentum nostrorum auctoritas religiosa constituit, vel nostra serenitas roboravit, novella superstitione summota, integra et inviolata custodiri praecipimus. *Dat. prid. Id. Oct. Ravenna, Varane V. C. Cos.*

Haec Lex *interpretatione non indiget*[e]).

## EXPLICIT CODICIS THEODOSIANI LIBER DECIMUS SEXTUS.

a) Tit. V. C. Th. *Tit. XI.*, ubi tres sunt h. tituli leges. 12 *Tit. VIII.* 19 *Tit. XIV.* Cod. S. Germ. 366 et Phill. 1741 *Tit. X.* 1, 2, 5—9, 13, 38—40, Sich. *Tit. IV.* 23, 24 *Tit. II.* Til. *Tit. VIIII.* 4, 16, 17 (in ea parte, qua Br. Al. continetur), 10, 14, 15, 21, 22, 25—37, 42, L. ap. Be. (?) *Tit. V.* Vid. tit. II. (ubi etiam de codd. 17, 20 dictum est), III. h. libri et Haenel ad C. Th. not. sup. h. tit. b) c. 1. 7, 12, 13, 19, 32, 33, 38—40, S. Germ. Phill. 1741, Sich. *c.* 1. 16, 17 *c.* 73 C. Th. Ne sanctum baptisma (XVI, 6). Vid. tit. II. h. libri. 35 *c.* 2. Vid. supr. XVI, 4, 1. In rell. Br. Al. codd. *c. un.* Subscr. deest in codd. 27, 38—40, et in nonn. codd. om. interpretis vv. c) c. (2). 12, 19, S. Germ. Phill. 1741 *c.* 2. In rell. codd. ed. Sich. Til. deest h. c. d) c. (3.) 17 *c.* 75 C. Th. Ne sanctum baptisma (XVI, 6). Vid. tit. II. h. l. 12, 19 *c.* 3. 7, 13, 32, 33, 38—40, Sich. Til. *c.* 2. 42 *c. un.* In rell. Br. Al. codd. deest h. c. Capit. III. ann. 814, c. 6. Ben. Lev. II, 367; III, 287. Subscr. deest in codd. 38—40. e) Interpretis vv. om. in ed. Til.—Sich. add. *Codicis Theodosiani Libri XVI. Et Ultimi Finis,* Br. Al. codd. *Explicit liber XVI.* (ut 7) sive *Expliciunt libri Theodosii feliciter* (ut 17) aut simili modo.

EPIT. AEG.

TIT. V. DE RELIGIONE.

Quoties de religione agitur, episcopis convenit agitare; ceteras vero causas, quae ad ordinarios cognitores vel usum publici iuris pertinent, legibus oportet audiri.[a])

a) c. 2 et 3 desunt.

EPIT. SUPPL. LAT. 215.

TIT. X. DE RELIGIONE.

Hoc est, quoties de religione agitur, episcopis convenit iudicare.*)

Ea, quae circa catholicam legem vel olim ordinavit antiquitas vel anteriorum principum auctoritas religiosa constat, novella superstitione summota, integra et inviolata servare.

*Tit. XI. De Episcopali iudicio.* Hoc est, ut[a]) quod episcopi iuste definierint, non refragetur ad iudicem et unius episcopi testimonium in causa sufficiat. *De*[b]) *sacerdotibus innoxiis et de inquietis atque deiectis*, ut ab episcopis iudicentur. *De His, qui tempore necessitatis collecti sunt*, in eo[c]) legentis dominatio permaneat et qui eos recipere noluerit, enumerata duplice pecuniam, quae data est, et expensarum rationis tunc eos recipiat. *Ut*[d]) *praeter quinque cap. crimina* omnes rei, quos paschalis solennitas in carcere invenerit, demittantur pro gaudio et veneratione tantae festivitatis.

*Expliciunt ex corpore Theodosiani codicis Libri Sedecim.*

*) Om. c. 2. a) Cf. c. 1 Sirm. b) c. 2 Sirm. c) Leg. *in eos—permaneat* (aut *in colligentis dominio permaneant*) —*voluerit—pecunia—expensarum habita ratione.* Cf. c. 5 Sirm. d) c. 8 Sirm.

## EPIT. GUELPH.

V. DE RELIGIONE
l· V· ʒ· III. l· I.[a])

Si de religīone agatur episcopos debere iudicare. ceterae cause. ad ordinarios. iudicis. pereniant.[b])

II. Ea. que circa catholicam. legem ̧ antiquis. ordinatas ṡ confirmari.

EXPLICIT TEODOSIO.

a) C. Th. V, 3, 1. b) Om. c. 2.

## EPIT. LUGD.

V. DE RELIGIONE.

Quod, quando de religione agitur, episcopis causam conveniat agitare, reliqua publicis legibus conceduntur.[a])

EXPLICITUS CODEX THEODOSIANUS IN LIBRO XVI.

a) Om. c. 2 et 3.

## EPIT. MONACHI.

V. DE RELIGIONE.

Quoties de religione agitur, episcopos convenit agitari; ceteras vero causas, quae ad ordinarios cognitores vel ad usum publici iuris pertinent, legibus oportet audiri.[a])

a) Om. subscr., praeterea c. 2 et 3 h. t. et Index Capit. Novell. Th.

## EPIT. S. GALL.

IIII.*) DE RELEGIONĒ.

Imp̄ archadius data IIII kal̄ sep̄br. *Intp̄.* Oms̄ causa[a]) qd̄ ad relegionē eclesiastica ꝑtinet episcopus[b]) eas debet iudicare; nā oms̄ causas criminales ante publicus iudices finiant'.

*It̄ alia Intp̄.* principes īrarū om̄ antiquas leges eorꝭ clemencia roboravit id ē confirmavit et novellas vero tituli legū ꝑ[c]) omnia sacratissime custodire precipimus.

EXPL̄C THŌD. LIB. XVI.

*) 66, 67 om. numerum tituli. a) 65 *omnis causas.* 67 *omnem causam.* 65, 67 *ecclesiasticam.* b) Ita 65. 67 *ep̄s debet,* om. v. *eas.* 66 *ej sic dibit.* Infra 65, 67 *publicos.* c) 65 *omnes — titulum legum per.* Deest c. 2 h. t.

# INCIPIT

# LIBER LEGUM NOVELLARUM

# D. THEODOSII A.[a]

## TITULUS I.[b]) DE THEODOSIANI CODICIS AUCTORITATE[c]).

*Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Florentio Pf. P. Orientis.* Saepe nostra clementia dubitavit, quae causa faceret, ut tantis propositis praemiis, quibus artes et studia nutriuntur, tam pauci raroque exstiterint, qui plena iuris civilis scientia ditarentur, et in tanto lucubrationum tristi pallore vix unus aut alter receperit soliditatem perfectae doctrinae. §. 1. Quod ne quaquam ulterius sedula ambiguitate tractetur, si copia immensa librorum, si actionum diversitas difficultasque causarum animis nostris occurrat, si denique moles constitutionum divalium, quae velut sub crassae demersa caliginis et obscuritatis vallo, sui notitiam humanis ingeniis interclusit; verum egimus negotium temporis nostri, et discussis tenebris compendio brevitatis lumen legibus dedimus, electis viris nobilibus exploratae fidei, famosae doctrinae, quibus delegata causa civilis officii, purgata interpretatione, retro principum scita vulgavimus, ne iurisperitorum ulterius severitate mentita, dissimulata scientia, velut ab ipsis adytis, exspectarentur formidanda responsa, quum liquido pateat, quo pondere donatio deferatur, qua actione petatur hereditas, quibus verbis stipulatio colligatur, ut certum vel incertum debitum sit exigendum. Quae singula prudentium detecta vigiliis, in apertum lucemque deducta sunt nominis nostri radiante splendore. §. 2. Nec parvum pretium sibi hoc suspicentur esse delatum, quibus divina sensa pectoris nostri mandavimus. Etenim si recte mentis acie futura prospicimus, ad posteros usque devenient laboris nostri consortio. §. 3. Quamobrem detersa nube voluminum, in quibus multorum nihil explicantium aetates attritae sunt, compendiosam divalium constitutionum scientiam ex D. Constantini temporibus roboramus, nulli post Kal. Ian. concessa licentia, ad forum et quotidianas advocationes ius principale deferre vel litis instrumenta componere, nisi ex his videlicet libris, qui in nostri nominis vocabulum transierunt et sacris habentur in scriniis; quamquam nulli retro principum aeternitas sua detracta est, nullius latoris occidit nomen, immo, lucis gratiam mutuati, claritudine consultorum augusta nobiscum societate iunguntur. Manet igitur manebitque perpetuo elimata gloria conditorum, nec in nostrum titulum demigravit, nisi lux sola brevitatis. §. 4. Et quamvis nostris auspiciis totius operis instauratio deberetur, attamen magis imperatorium magisque credidimus gloriosum, si, fugata invidia, perennitatis iure

a) Diverso modo in codicibus inscriptum est Novellis: in cod. Garamp. *Tituli Legũ Novellarũ Divi Theudosiani Augusto;* similiter in nonnullis Br. codd., modo quod *Incipiunt* antecedit et *Theodosii A.* s. *Augusti* scriptum est; in codd. 45 et Reg. Par. 4420 *Incipit liber Theodosii;* in cod. 19 *Novellae Theodosii;* nonn. codd. *Incipit legum novellarum libri II;* in codd. 35—37, aliis multis *Incipit Liber Novellarum* s. *Legum Novellarum D. Theodosii A.;* in cod. 12 *Incipit Liber Novellae D. Theodosii A.;* in cod. 15 *Incipiunt Novellarum* (sc. Libri); in aliis codd. *Incipit Liber Novellae bis Divi Theodosii A.;* in cod. 7 *Incipit liber tituli legum novellarum divi Theodosii;* in aliis scriptum est *Incipit Novellarum id est Theodosiani Codici I Auctoritate;* in codd. 1, 2, 6, 39 *Incipit Novellarum Liber I;* in cod. 34 *Incipit Liber Legum Novellarum Divi Theodosii* et positum est in margine superiore seqq. foliorum *Liber I Novellarum;* in cod. 40 *Novellarum Liber I;* Sich. et nonn. codd. *Legum Novellarum Divi Theodosii A. Liber.* Novellas imperatorum in libros divisos fuisse negat Haenel in edit. Novellarum p. 1 not. *a,* quia pauci codd. libros a primo usque ad ultimum numerent, aut si quando sint librorum in codicibus numeri, ii maxime Theodosii et Valentiniani, non reliquorum imperatorum Novellis adiecti sint, Maioriani denique Novellis in nonnullorum codd. margine superiore addatur *Lib. I.* Novell. Theod. supersunt XXVII titt. et 36 novellae. b) Tit. I. Nov. Th. *Tit. I.* Est haec Novella in codd. Br. Al. prima Novellarum Theodosii A., duobus exceptis codd., cod. 19 et cod. 20, in quibus Codicem Th. antecedit. A Sich. quoque ante C. Th. posita est. In cod. 8 bis legitur, hoc loco et ante C. Th. Manifestum est igitur, in exemplo Novellarum, quibus Visigothi usi sunt, primam inter Theodosianas eam fuisse. Eadem est in codd. Garampii, Reg. Par. 4420 et Fuldensi, qui veterum collectionum apographa sunt et apud Pith. in ind. Quibus ex causis eam non dubitavi hoc loco, ex quo a Sich. expulsa est, reponere. Codd. 1, 2, 4, 5, 7—9, 12, 14, 15, 17, 19, 20, 22—40, 42, 43, 45, Sich. Inscr. deest in cod. 9; inscr. et textus in codd. 23, 24, 35, 42, 43, 45. De cod. 11 vid. c. 6 C. Th. de Episc. (XVI, 1) not. *i.* Solus textus deest in codd. 39, 40 inde a v. *pallore,* item in cod. 38, sed ita, ut quae desint, post interpr. apposito v. *Intpr.* sub tit. *de Confirm. Novell.* suppleantur; solus, sed totus textus om. in codd. 25, 31—34, 36, 37; sola §. 8 est in codd. 22, 29; textus et subscr. om. in codd. 27, 28; subscr. et interpr. in cod. 26. Sed tantum a vv. *tavit, quae causa faceret,* quum folium antecedens exciderit. Isid. Orig. V, c. 1. c) 19 *Epistola Theodosii Minoris de Confirmatione Legum Antiquarum.* In Garampii cod. add. *Et De Legibus, Que Late Sunt Post Theudosiano Divi Theodosi Agusti.*

---

**EPIT. AEG.**

INCIPIUNT TITULI NOVELLARUM LEGUM DIVI THEODOSII.

TIT. I. DE THEODOSIANI CODICIS AUCTORITATE.

---

**EP. SUPPL. LAT. 215.**

*Imp. theū. Valentiñ āā Florentio p̄p̄o.*

INCIPIUNT TITULI LEGUM NOVELLARUM THEODOSII.

I. DE THEODOSIANI CODICIS AUCTORITATE.

EPIT. GUELPH.

INCP̄T NOVELLARŪ.

I. DE THEODOSIANI. CODICIS AUCTORITATĒ[a]).

EPIT. LUGD.

INCIPIUNT NOVELLAE.

*Theodosius*[a]) imperator, maioris Theodosii nepos, cum religione sanctus tum pro statu reipublicae strenuissimus moderator, edicta constitutionesque retro se Romano imperio ab Constantino principum in corpore uno redegit, quod Theodosianum appellavit, si quidem ante sparsim bibliothecis imperatorum servabantur. Distinxit autem corpus idem sub titulis plurimis in libris XVI, quod postea Visigothorum rex Alaricus XXI. regni sui anno una cum pontificibus et sacerdotibus nobilibusque viris subtractis illis, quae minus utilia populis videbantur, in *CLXXVIII* titulis compendiavit, expositione superaddita singulis constitutionum capitulis. Hoc idem et in Theodosii ipsius Novellarum, *Valentiniani, Martiani, Maiorani Severique imperatorum, quos Iustinianus*[b]) imperator etiam in unum retraxit, studiosus fecit, interpretationibus subditis necessarie, quorum corpuscula[c]) pari modo sub titulis *XXVIII* libellisque *V* contraxit. Gaium etiam Paulumque longissimos[d]) manuales reddidit, quorum uni *XVI*, alteri sub quinis libris *CXIV titulos dedit*, nihilominus explanatione legibus consequente. Gregoriani, Hermogeniani, Papiniani etiam ordinata non obmisit, de libris eorum *XV* titulos tantum elucidatos codici suo necessarios iudicans. *Nos vero nostri*[e]).

EPIT. MONACHI.

I.[a]) DE THEODOSIANI CODICIS AUCTORITATE.

Saepe nostra clementia dubitavit, quae causa faceret, ut tantis propositis praemiis, quibus artes, studia nutriuntur, tam pauci raroque exstiterint, qui pleno iuris civilis sententia[b]) ditarentur, ut vix unus aut alter receperit soliditatem perfectae doctrinae et moles constitutionum divalium, quae velut sub crasso demersae caliginis obscuritatis vallo, sui[c]) notitiam humanis ingeniis interclusit. Verum egimus[d]) temporibus nostris, et discussis tenebris compendio brevitatis lumen legibus[e]) dedimus: electis viris nobilibus, purgata interpretatione, retro principum scita vulgavimus, in apertam lucem, quae dicta sunt nominis nostri radiantes splendore, divalium constitutionum ex divi Constantini temporibus roboramus[f]). Manebitque perpetuo elimata gloria conditorum, nec in nostrum titulum demigravit[g]) nisi lux sola brevitatis. His adiicimus, nullam constitutionem in posterum nulloque in loco ab invictissimo principe, a Valentiniano filio nostro, posse proferre, nisi hoc idem divina pragmatica nostris intimetur mentibus. Longum est memorare, quid in huiusmodi consummatione negotii contulere vigiliis, quid *Antiochus*, cuncta sublimis, experfecto[h]) et consule, quid *Maximinus*, *Martyrius*,

EPIT. S. GALL.

[a]) INCIPIUNT CAPITULA DE LĪ XVII.

I. De tituli[b]) legū novellarū. II. De confirmacione legū novellarum. III. De iudeis samaritanis heredicis et pacanis. IIII. Ne curiales p̄cium alterius conducat nec fideiussor conductores exiat[c]). V. De tutorib;. VI. Contra sentenciā p̄fectorum[d]). VII. De pat̄nis sive mat̄nis bonis. VIII. Ne[e]) decurio a senatoria dignitatē ī aliquid honore adsperet. VIIII. De testamento. X. De alluvionib; ī[f]) palutib;. XI. De bonis decurionū et de naturalib; filiis coit in curia mittendis heretib; q̄ adscribendis.

INCIPIT TEODOLI[g]) LEGŪ NOVELLAR DIVII THEODOSII ĀG.[h])

a) Sp. l. c. p. 302 *Theudosiani — Auctoritate.*

a) Memorabilis haec expositio est in aversa fol. 78 pag. Edidi eam in libro: *Zeitschrift für geschichtl. Rechtswissenschaft.* T. VIII. p. 366. Minio picta sunt in codice, quae literis inclinatis hic expressi. b) Innotuit igitur Iustiniani codex auctori expositionis. c) Falso in libro cit. *opuscula.* d) Haec vv. videntur demonstrare, auctorem expositionis integros Gaii et Pauli libros ante oculos habuisse. e) His verbis terminatur fol. 78 codicis. Pergitur deinde in fol. 79 cum Nov. Theod. de Theodosiani Codicis Auct. et Nov. Theod. De Confirmatione Legum Novellarum Theodosii, et omissa quidem expositione. Ultima expositionis vv. demonstrant, deesse aliquid et revera post fol. 78 abscissum est unum folium, cuius iacturam graviter fero, quum non dubitem, quin multa in eo fuerint scripta, quae elucidarent historiam et formam librorum, ex quibus Alarici liber in breve contractus est.

a) Om. formula, qua indicare solent librarii finem C. Th. et initium Novellarum. b) Leg. *plena i. c. scientia.* c) 63 *crassa — sue.* d) Add. *negotium.* e) 63 *legentibus.* f) Haec obscurius scripta sunt. g) 62, 64 *demigrabit.* Iidem om. *in post quid.* h) Leg. *ex-praefecto.*

a) 67 om. *Inc. Capit.* b) 66, 67 *tulj.* c) 65, 67 *exeat* et 65 *conductoris.* d) 65, 67 *Perfectorum* et 65 *sententia.* e) 66, 67 *De.* 65 *dignitate et.* 67 *ad — disperet.* f) 65 *alluvinionibus et.* g) Id est pro *Tituli.* 65 *Theudosi* et infra *Di. VII.* 67 *Incipiunt tituli Novellarum duo tedosi.* h) Rubr. tit. I. deest et in cod. 66 numerus tituli, quare Novellarum Theodosii titulis II—IV. praeponit numeros *I—III.*; verum inde a titulo V. numeros cum reliquis convenienter habet.

memoria remaneret auctorum. Nobis ad fructum bonae conscientiae satis abundeque sufficit, revelatis legibus, inventa maiorum obscuritatis iniuria vindicasse. §. 5. His adiicimus, nullam constitutionem in posterum velut latam in partibus Occidentis aliove in loco ab invictissimo[d]) principe, filio nostrae clementiae, perpetuo augusto, Valentiniano posse proferri vel vim legis aliquam obtinere, nisi hoc idem divina pragmatica nostris mentibus intimetur. §. 6. Quod observari necesse est in his etiam, quae per Orientem nobis auctoribus promulgantur; falsitatis nota damnandis, quae ex tempore definito Theodosiano non referuntur in Codice, exceptis his, quae habentur apud militum sancta principia, vel de titulis publicis expensarum aliarumque rerum gratia, quae in regestis diversorum officiorum relata sunt. §. 7. Longum est memorare, quid in huius consummationem negotii contulerit vigiliis suis *Antiochus*, cuncta sublimis, ex-praefecto et consule; quid *Maximinus*, vir illustris, ex-quaestore nostri palatii, eminens omni genere literarum; quid *Martyrius*, vir illustris, comes et quaestor, nostrae clementiae fidus interpres; quid etiam *Sperantius*, *Apollodorus*, *Theodorus*, viri spectabiles, comites sacri nostri consistorii; quid *Epigenes*, vir spectabilis, comes et magister memoriae; quid *Procopius*, vir spectabilis, comes, ex-magistro libellorum, iure omnibus veteribus comparandi. §. 8. Quod restat, Florenti, parens carissime et amantissime, illustris et magnifica auctoritas tua, cui amicum, cui familiare est placere principibus, edictis propositis, in omnium populorum, in omnium provinciarum notitiam scita maiestatis augustae nostrae faciat pervenire. *Dat. XV. Kal. Mart. Constantinopoli, Theodosio A. XVI. Cos. et qui fuerit nuntiatus*[e]).

INTERPRETATIO. *Haec lex dicit, ut Theodosiani Codicis auctoritas omni firmitate subsistat.*

[Epit. Aeg.:] [a]) Ut omni firmitate subsistat.

## TITULUS II.[a]) DE CONFIRMATIONE LEGUM NOVELLARUM THEODOSII A.

[Epit. Aeg.:] TIT. II. DE CONFIRMATIONE LEGUM NOVELLARUM DIVI THEODOSII.

1.[b]) *Domino Valentiniano, inclito, victori ac triumphatori, semper augusto filio Theodosius perpetuus augustus pater.* Postquam in corpus unius codicis divorum retro principum constitutiones nostrasque redegimus, aliam mox legem pietas nostra promulgavit, quae tam confecto codici vires auctoritatemque tribueret, nec aliter in iudicio quas contineret leges, nisi ex ipso proferrentur, valere praeciperet; quod si quid iuris ab altero nostrûm postea conderetur, ita demum in alterius quoque principis regno vires proprias obtineret[c]), quod generatim constitutum esset, si divinis prosequentibus scriptis ad alterum principem fuisset emissum. §. 1. Quia igitur, diversis emergentibus causis, per hoc transacti temporis intervallum ferri leges alias emergentium rerum necessitas persuasit, quae, nobis perpetua rerum publicarum occupatione districtis, ad scientiam perferri *tuae maiestatis minime potuerunt*, necessarium *duximus*, has nunc saltem universas tuae serenitati cum nostrae maiestatis subnotatione transmittere, quo subiectis et provinciis et populis solenniter innotescant, earumque vis etiam in occiduis partibus incipiat observari. §. 2. Ac lites, quas inchoatas quidem, necdum tamen finitas eo tempore, quo publicantur, invenerint, secundum earum tenorem volumus terminari: illas autem, quae iam vel sententiis definitivis vel transactionibus decisae sunt, minime resuscitari. §. 3. Eas igitur, domine sancte fili, Auguste venerabilis, cunctis ex more facias divulgari, et invicem mihi et provincialibus et populis orientalibus cavenda observandaque cum suae manus adumbratione transmitti, quaecunque per id temporis spatium vestra perennitas generaliter promulgavit. *Dat. Kal. Oct. Constantinopoli, Ardabure V. C. Cos. et qui fuerit nuntiatus.*

INTERPRETATIO. *Haec lex Novellarum legum constitutiones praecipit observari.*

[Epit. Aeg.:] Hoc est, qualiter Novellarum legum constitutiones praecepit confirmari[a]).

## TITULUS III.[a]) DE IUDAEIS, SAMARITANIS, HAERETICIS ET PAGANIS.

[Epit. Aeg.:] TIT. III. DE IUDAEIS, SAMARITANIS, HAERETICIS ET PAGANIS[a]).

1.[b]) *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Florentio Pf. P.* Inter ceteras sollicitudines, quas amor publicus pervigili cogitatione nobis indixit, praecipuam imperatoriae maiestatis curam esse perspicimus verae religionis indaginem; cuius si cultum tenere potuerimus, iter prosperitatis humanis aperimus inceptis. Quod usu longae aetatis experti, piae mentis arbitrio ad posteros usque perennitatis iure fundare decrevimus caerimonia sanctitatis. §. 1. Quis enim tam mente captus, tam novae feritatis immanitate damnatus est, ut, quum videat coelum divinae artis imperio incredibili celeritate intra sua spatia metas temporum terminare, quum siderum motum, vitae commoda moderantem, dotatam messibus terram, mare liquidum et immensi operis vastitatem finibus naturae conclusam, tanti secreti, tantae fabricae non quaerat auctorem? Quod sensibus excaecatos Iudaeos, Samaritas, paganos et cetera haereticorum genera portentorum audere cognoscimus. Quos si ad sanitatem mentis egregiae lege medica revocare conemur, severitatis culpam ipsi praestabunt, qui durae frontis obstinato piaculo locum veniae non relinquunt. §. 2. Quamobrem quum, sententia veteri, desperatis morbis nulla sit adhibenda curatio, tandem, ne ferales sectae in vitam, immemores nostri saeculi, velut indiscreta confessione licentius evagentur, hac[c]) victura in omne aevum lege sancimus, neminem Iudaeum, neminem Samaritam neutra lege constantem ad honores et dignitates accedere, nulli administrationem patere civilis obsequii, nec defensoris fungi saltem officio. Nefas quippe credimus, ut supernae

d) In Garamp. cod. omnia des. post v. *invictissimo.* e) Vv. *et qui f. n.* om. in ed. Sich. et in codd. praeter 12, 17, 29, 32, 33.

a) Tit. II. Novv. Th. *Tit. II.* Sich. *Tit. I.* Cf. tit. I. not. *b.* In 19 *Epistola* esse dicitur et deest numerus, quare titulo de Iudaeis, qui sequitur, numerus *I* praefixus est. In cod. 44 positus est titulus post c. 1 C. Th. de Infirmandis his (XV, 3). In cod. 13 hic et sqq. titt. des. usque ad tit. VII. Novv. Th. de Paternis §. 7 vv. *non venientibus;* excid. enim nonnullae membranae. b) Novella integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—11, 14—17, 26, 30, 38; inscr., textus et interpr. des. in cod. 21, ubi interpr. Nov. de Iudaeis coniuncta est cum subscr. huius Nov.; inscr. et textus des. in codd. 22, 24, 25, 34; textus, subscr. et interpr. des. in codd. 27, 28, sed adiecta est interpr. Nov. de Iudaeis; solus textus in codd. 23, 29, 31—33, 35—37, sed coniuncta est in codd. 33, 35 interpr. Nov. de Iudaeis cum subscr. huius Novellae; pars textus om. in codd. 39, 40; sola interpr. in cod. 19; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 43, 45; in cod. 44 omnia praeter §. 1 et interpr.; in cod. 12 deest pars textus et subscr. c) Seqq. des. in cod. 12.

a) Tit. III. Novv. Theod. *Tit. III.* Sich. *Tit. II.* Cod. 19 *Tit. I.* Deest in codd. 23, 24, ubi vero reliquae Novellae iusto numero signatae sunt, ut haec aut consilio omissa sit, aut in codice, ex quo 23, 24 descendunt, exciderit necesse sit. b) Novella integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—11, 14—16. Omnia praeter interpr. desunt in cod. 33, quae quidem, quum etiam titulus omittatur, cum antec. Nov. cohaeret; at quum seqq. Novellarum in Br. Al. receptarum numeri recte se habeant, errore videtur librarius lapsus esse. Inscr. et textus des. in codd. 21, 22, 25; textus et subscr. in codd. 27, 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus in codd. 12, 29—32, 34—38, 40; pars textus om. in cod. 39; sola interpr. in cod. 19; sola textus et interpretationis frusta supersunt in codd. 42, 44, 45. Can. 73 Concilii Meldensis. Cod. Barberin. P. 11, 9, p. 197. Vid. not. *c.* De cod. 17 vid. infra not. *d* et *e.* c) Hinc inc. c. 73 Conc. Meld. citt. et fragmentum cod. Barber., quod terminatur v. *traduxerit* §phi 4.

[Epit. Aeg.:] a) Haec vv. apud Aeg. cum rubrica coniuncta sunt. Pro iis in codd. 47, 50, 57 haec inveniuntur: *Nullam constitutionem illatam posse proferri, nisi divina pragmatica nostris mentibus intimentur;* quae vv. sunt Novell. §. 5.

a) Plerique codd. et Aeg. *confirmare.*

a) In cod. 48 om. rubr.

| EPIT. SUPPL. LAT. 215. | EPIT. GUELPH. | EPIT. LUGD. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|---|
| | | | *Sperantius*, *Apollodorus*, *Theodorus*, *Epigenus*, *Procopius*, hi viri spectabiles[i]), ex-magistro libellorum, iure omnibus veteribus comparandi. Quod restat, Florenti, parens carissime atque amantissime, illustris, cui familiare est, placere principibus[k]), edictis propter[l]) in omnium provinciarum notitiam scita maiestatis augustae nostrae faciat pervenire. *Dat. XVI. Kal. Mart. Constantinopoli Theodosio A.*[m]) | |
| Hoc est, ut confirmentur omnia, quae in Theodosiano Codice sunt scripta. | | | Haec lex dicit, ut Theodosiani Codicis auctoritas omni firmitate subsistat. | Imp̄ teod̄[a]) data VI kal̄ mar̄ *Intp̄*. hec lex omnē legem tehodosianū libros XVI[b]) confirmat. |
| TIT. II. DE CONFIRMATIONE LEGUM NOVELLARUM EDICTUM D. THEODOSII. | II. DE CONFIRMACIONĒ[a]) LEGUM NOVELLARUM. | | II. DE CONFIRMATIONE LEGUM NOVELLARUM THEODOSII[a]).<br>*Domino Valentiniano, inclito, victori ac*[b]) *triumphatori, semper augusto filio, Theodosius perpetuus augustus pater.* Postquam in corpus unius codicis divorum retro principum constitutiones nostrasque redegimus, aliam mox legem nostra pietas promulgavit, quae tam confecto codici vires auctoritatesque tribueret, nec aliter in iudicio contineri leges, nisi ex ipso proferantur[c]), valere praeceperint. Nos tamen necessarium duximus, tuae serenitati subnotationes transmittere, quo subiectis et provinciis innotescant et in occiduis partibus incipiant observari. Domine sancte fili, auguste venerabilis, cunctis ex moribus facias divulgari, et invicem mihi et provincialibus seu orientalibus observanda qui cum suae manus adumbratione transmitti, quaecunque per id temporis spatium vestra perennitas generaliter promulgavit. | II.[a]) DE CONFIRMATIONĒ LEGŪ NOVELLARUM DIVI THEODOSII[b]). |
| Ut*) omni firmitate subsistat. | | | Haec lex Novellarum constitutionem praecipit confirmari. | Data kal̄ octob̄; *Intp̄*. Haec lex novellar̄ libros om̄s firmiter p̄cipimus recipere. |
| TIT. III. DE IUDAEIS, SAMARITANIS, HAERETICIS ET PAGANIS. | III· DE IUDEIS. SAMARITANIS. HEREDICIS. ET PAGANIS.<br>tl· ll· ꝛ· l· l· X.[a]) | III. DE IUDAEIS. | III. DE IUDAEIS, SAMARITANIS, HAERETICIS ET PAGANIS. | III.[a]) DE IUDEIS SAMARITANIS, HEREDICIS ET[b]) PAGANIS. |
| *) Haec ex interpr. tit. I. sumta sunt. | a) Sp. *confirmacione.*— Ut tit. I., ita etiam tit. II. sententia deest.<br>a) C. Th. II, 1, 10. | | l) Codd. *expectabiles.* k) 62, 64 *principalibus.* l) Leg. *propositis.* Infra scripsi *scita* pro *scitam*, quod codd. habent. m) Subscript. deest in cod. 62.<br>a) 62, 63 om. *Theodosii.* b) Codd. *hac.* c) 63 *proferentur — subnotatione — proventiis — observare — filia — devulgare.* | a) 65 *theudosius.* 67 *tedosi da XVI.* b) 65 *theudosianum.* 67 *teudosiani l. XV.*<br>a) 66 *I.* Vid. supra init. Novell. not. *h.* b) 65 *Di. VII. Theodosi.* 66 *Divii thōdn̄i.* 67 *Div teodosiani.*<br>a) 66 *II.* Vid. supra init. Novell. not. *h.* b) 65 om. *et.* |

maiestati et Romanis legibus inimici cultores etiam nostrarum legum surreptivae iurisdictionis habeantur obtentu[d]), et aequisitae dignitatis auctoritate muniti adversum Christianos et ipsos plerumque sacrae religionis antistites, velut insultantes fidei nostrae, iudicandi vel pronuntiandi quod velint habeant potestatem: §. 3. illud etiam pari consideratione rationis arcentes, ne qua synagoga in novam fabricam surgat, fulciendi veteres permissa licentia, quae ruinam praesentaneam minitantur. §. 4. His adiicimus, ut quicunque servum seu ingenuum invitum vel suasione plectenda ex cultu Christianae religionis in nefandam sectam ritumve traduxerit, cum dispendio fortunarum capite puniendum[e]). §. 5. Ut quisque igitur vel infulas ceperit, acquisitis dignitatibus non potiatur, vel synagogam exstruxerit, compendio ecclesiae catholicae se noverit laborasse. Immo qui ad honores irrepsit, habeatur, ut ante, conditionis extremae, etiamsi honorariam promeruerit dignitatem. Et qui synagogae fabricam coepit non studio reparandi, cum damno quinquaginta librarum auri fraudetur ausibus suis. Cernat praeterea bona sua proscripta, poenae mox sanguinis destinandus, qui fidem alterius expugnavit perversa doctrina. §. 6. Et quoniam decet imperatoriam maiestatem ea provisione cuncta complecti, ut in nullo publica laedatur utilitas, curiales civitatum omnium, nec non cohortalinos, onerosis quin etiam militiae seu diversis officiis facultatum et personalium munerum obligatos suis ordinibus, cuiuscunque sectae sint, inhaerere censemus, ne videamur hominibus exsecrandis contumelioso ambitu immunitatis beneficium praestitisse, quos volumus huius constitutionis auctoritate damnare. §. 7. Hac exceptione servata, ut apparitores memoratarum sectarum in privatis duntaxat negotiis nullius iudicis sententias exsequantur, nec carcerali praesint custodiae, ne Christiani, ut fieri assolet, nonnunquam obstrusi custodum odiis alterum carcerem patiantur, incertum, an iure videantur inclusi. §. 8. Hinc perspicit nostra clementia, paganorum quoque et gentilis immanitatis vigiliam nos debere sortiri, qui, naturali vesania et licentia pertinaci, verae religionis tramite dissidentes, nefarios sacrificiorum ritus et funestae superstitionis errores occultis exercere quodammodo solitudinibus dedignentur, nisi ad supernae maiestatis iniuriam et temporis nostri contemtum eorum scelera professionis genere publicentur, quos non promulgatarum legum mille terrores, non denuntiati exsilii poena compescunt; ut, si emendari non possint, mole saltem criminum et illuvie victimarum discerent abstinere. Sed prorsus ea furoris peccatur audacia, iis improborum conatibus patientia nostra pulsatur, ut, si oblivisci cupiat, dissimulare non possit. Quamquam igitur amor religionis nunquam possit esse securus, quamquam pagana dementia cunctorum suppliciorum acerbitates exposcat, lenitatis tamen memores nobis innatae, trabali iussione decrevimus, ut, quicunque pollutis contaminatisque mentibus in sacrificio quolibet in loco fuerit comprehensus, in fortunas eius, in sanguinem ira nostra consurgat. Oportet enim dare nos hanc victimam meliorem, ara Christianitatis intacta servata. An diutius perferemus, mutari temporum vices irata coeli temperie? quae paganorum exacerbata perfidia nescit naturae libramenta servare. Unde enim ver solitam gratiam abiuravit? unde aestas messe ieiuna laboriosum agricolam in spe destituit aristarum? unde hiemis intemperata ferocitas ubertatem terrarum penetrabili frigore sterilitatis laesione damnavit? nisi quod ad impietatis vindictam transit legis suae natura decretum. Quod ne posthac sustinere cogamur, pacifica ultione, ut diximus, pianda est superni numinis veneranda maiestas. §. 9. Superest, ut, quae in Manichaeos, Deo semper offensos, quae in Eunomianos, haereticae fatuitatis auctores, quae in Montanistas, Cataphrygas, Photinianos, Priscillianistas, Ascodrogos, Hydroparastatas, Borboritas, Ophitas innumerabilibus constitutionibus lata sunt, cessante desidia, celeri exsecutioni mandentur, Florenti, parens carissime atque amantissime. §. 10. Illustris igitur et magnifica auctoritas tua, cui cordi est, quum divinis, tum principalibus adhibere iussionibus famulatum, quae insatiabili catholicae religionis honore decrevimus, propositis excellentiae suae solenniter edictis, in omnium faciat pervenire notitiam. Provinciarum quoque moderatoribus praecipiat intimari, ut et eorum pari sollicitudine cunctis civitatibus atque provinciis, quae necessario sancimus, innotescant. *Dat. prid. Kal. Febr. Constantinopoli, Theodosio A. XVI. Cos. et qui fuerit nuntiatus. Eodem exemplo viro illustri Pf. P. Illyrici.*

Interpretatio. *Haec lex specialiter iubet, ut nullus Iudaeus, nullus Samaritanus ad nullum militiae aut administrationis honorem possit accedere, neque defensoris officium ulla ratione suscipere, neque carceris esse custodes: ne forsitan sub specie[f]) cuiuslibet officii Christianos vel etiam sacerdotes sub quacunque occasione iniuriis audeant fatigare, ne supra scripti, qui inimici legis nostrae sunt, legibus nostris aliquos aut condemnare aut iudicare praesumant. Nullum denuo audeant construere synagogam. Nam si fecerint, noverint, hanc fabricam ecclesiae catholicae profuturam, et quinquaginta pondo auri auctores fabricae esse mulctandos. Sed hoc sibi sciant esse concessum, ut ruinas synagogarum suarum debeant reparare. Hoc etiam specialiter in hac lege comprehensum est, ut nullus Iudaeus servum aut ingenuum Christianum audeat quacunque persuasione in suam legem transferre. Quod si fecerit, amissis facultatibus, capite puniatur. De reliquo vero haec lex damnat sectas, quae nominatim hac lege continentur insertae.*

d) Vv. *obtentu — quamquam igitur amor religionis* §phi 8 in cod. 17 transposita sunt ad c. 3 de Episcopali iudicio et cohaerent cum vv. *omnium sacerdotum* c. 3 Sirmond. Tum sequuntur ultima c. 3 Sirm. vv., deinde Nov. Th. tit. I., porro Nov. Th. tit. II., denique Nov. Th. tit. III. de Iudaeis usque ad vv. §. 4 *fortunarum capite,* quibus Novellae primae cod. 17 partis terminantur. e) V. *puniendum* (§. 4) est primum quaternionis XXII. cod. 17ª, ut, quo loco terminetur quaternio XXI. cod. 17, eo loco pergatur in cod. 17ª. f) Haec et sqq. sunt in can. 73 Concilii Meldensis.

**Epit. Aeg.**

Non licere Iudaeum nec Samaritanum quamlibet militiam agere, nec defensorem ulla ratione fieri, nec carceris esse custodem, nec de novo construere synagogam, nec suprascripti, qui inimici legis nostrae sunt, legibus nostris aliquos aut condemnare aut adiudicare praesumant, nam si fecerint, quinquaginta pondo auri eos esse mulctandos. Nec Christianum mancipium aut ingenuum praesumant in suam legem transferre. Quod si fecerit, amissis facultatibus capite puniatur[b]).

b) Aeg. *fecerint — puniantur.* 54 om. *Nec Christ. — puniatur.*

**Epit. Suppl. Lat. 215.**

Non licere Iudaeum nec Samaritanum quamlibet militiam agere, nec defensorem ulla ratione fieri, nec carceris esse custodem, nec de novo construere synagogam, sed praesumtorem eiusdem aedificium quinquaginta libras auri simultandum[a]), nec Christianum mancipium aut ingenuum praesumat qualibet occasione in sua recta[b]) transferre. Quod qui fecerit, amissis facultatibus punietur. Hoc et de reliquis sectis damnandum.

a) Leg. *aedificii — esse mulctandum.* b) Leg. *secta.*

**EPIT. GUELPH.**

I. His. ad milicie[b]) honorem. ullum accedere non licerẽ nec sinagogã iudeis edificare p̃sumserint. quinquaginta pondus auri cogantur exsolvere. nam in sua legẽ.[c]) transfere voluerint. capite. poniendus. facultatẽ.

b) Sp. *militie — licere n. sinagogae.* c) Sp. *lege transferre c. puniendus.*

**EPIT. LUGD.**

Ut nullus Iudaeus, nullus denique Samaritanus debeat ad ullum militiae aut administrationis honorem accedere, non defensoris officium, non carceris custodiam suscipere, nec legibus nostris, qui inimici legis nostrae sunt, aliquem condemnare aut adiudicare; nec synagogam construere, nisi veterem tantum resarcire. Allatis[a]) primum facultatibus capite punitur Iudaeus, qui servum vel ingenuum in lege sua persuaserit et reliqua.

a) Leg. *Ablatis.*

**EPIT. MONACHI.**

Nullus Iudaeus, nec Samaritanus ad militiam aut administrationis honorem *aut defensor aut custos carceris fiat,* ne Christianis aut[a]) etiam sacerdotibus sub quacunque occasione iniurias possint irrogare, ne illi, qui contrarii legibus nostris sunt, aliquos iudicare praesumant. Nullam habeant[b]) construere synagogam. Quod si fecerint, ecclesia catholica ibidem construatur et quinquaginta pondus auri auctores fabricae ipsius esse mulctandos: tantumque sit eis consensum, ut ruinas synagogarum suarum debeant reparare. Nullus Iudaeus Christianum audeat quacunque persuasione in suam legem transferre. Quod si fecerit, amissis facultatibus capite puniatur. Paganos vero, haereticos, Manichaeos, Eunomianos, Montanistas, Photinianos omnesque haereticos[c]) in fortunas eorum et in sanguinem ira nostra consurgat. Oportet enim dare nos hanc victimam, ut meliorem aram christianitatis intactam servemus. *Dat. prid. Kal. Febr. Theodosio A. XVI. Cos.*

a) 63 *christianus vel.* b) Leg. *audeant.* c) Rell. vv. ex lege ipsa sumta sunt. Vid. §. 8, 9. Subscript. om. in cod. 62.

**EPIT. S. GALL.**

Imp̃ theods data II.[c]) kal̄ fbr̃ *Intp̃.* Nullus x̃pianus presumat iudeũ l̄ samaritanũ nec iudicem nec actorẽ[d]) mittere nec causas x̃pianorum iudeus[e]) iudicare nullo modo debeat qd̃ si aliquis fecerit ille q̄ eũ actorẽ[f]) mittere p̃sumserit. L. pondus auri conponat; Similit̃ nullus iudeus[g]) x̃pianũ servũ ad suam[h]) legẽ ducere ñ[i]) p̃sumat nã si hoc fecerit capite puniatur.

c) 65 *Theudosius — XII.* d) 65 *iudice n. actore.* 67 *actore.* e) 65, 67 *iudeos* et 67 *nullũ.* f) 65, 67 *actore.* g) 66 *iudeos.* 67 *x̃pianus.* h) 65 *sua lege.* 67 *sua.* i) 65 om. *ñ.*

LEX ROM. VISIGOTH. | EPIT. AEG. | EPIT. SUPPL. LAT. 215.

## TITULUS IV.[a]) NE CURIALIS PRAEDIUM ALTERIUS CONDUCAT AUT FIDEIUSSOR CONDUCTORIS EXSISTAT.

1.[b]) *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Florentio Pf. P. Orientis et exconsule.* Non dubium est, in legem committere eum, qui verba legis amplexus contra legis nititur voluntatem. Nec poenas insertas legibus evitabit, qui se contra iuris sententias scaeva praerogativa verborum fraudulenter excusat. §. 1. Curiales ne ad procurationem rerum alienarum accederent, cautum est providentissima sanctione, cuius in fraudem conducendi eos sibimet usurpare licentiam, sublimitatis tuae suggestione comperimus. Quos licet pristinae legis laqueis irretiri cernamus[c]) (conductionem namque speciem esse procurationis, certissimum est), attamen ne sub fraudis suae velamine legis lateant contemtores, neve eis fucata suae calliditatis excusatio relinquatur, hac perpetuo lege valitura sancimus, conducendi quoque fundos alienos licentiam curialibus amputari, locatas res fisci viribus vindicari. §. 2. Conductor itaque locatori vel contra locator conductori contra hanc legem nulla tenebitur actione. Nullum enim pactum, nullam conventionem, nullum contractum inter eos videri volumus subsecutum, qui contrahunt lege contrahere prohibente. §. 3. Quod ad omnes etiam legum interpretationes, tam veteres quam novellas, trahi generaliter imperamus, ut legislatori, quod fieri non vult, tantum prohibuisse sufficiat, cetera quasi expressa ex legis liceat voluntate colligere: hoc est, ut ea, quae lege fieri prohibentur, si fuerint facta, non solum inutilia, sed pro infectis etiam habeantur, licet legislator fieri prohibuerit tantum, nec specialiter dixerit, inutile debere esse, quod factum est. Sed et si quid fuerit subsecutum ex eo vel ob id, quod interdicente factum est lege, illud quoque cassum atque inutile esse praecipimus. §. 4. Sed quo omnis fraudis semen per hanc legem curialibus radicitus amputetur, nec fidem suam pro conductoribus fundorum interponere concedimus curiales. Cur enim conductio prohibetur, si conductionis periculum vel sollicitudo permittitur? Secundum praedictam itaque regulam, quam ubique servari, factum lege prohibente, censuimus, certum est, nec stipulationem eius modi tenere, nec mandatum ullius esse momenti, nec sacramentum admitti, nec actionem quolibet pacto adversus eum fideiussorem competere locatori, Florenti, parens carissime atque amantissime. §. 5. Illustris itaque et magnifica auctoritas tua providentissime constituta edictis propositis ad omnes provincias perferri praecipiat. *Dat. VII. Id. April. Constantinopoli, Theodosio A. XVII. et Festo V. C. Coss.*

Interpretatio. *Nullus curialium in*[d]) *fiscali vel in privato agro conductor accedat, nec pro aliquo conductore fideiussor exsistat. Quod si quis curialem in agro suo susceperit conductorem aut pro alio conductore fideiussorem acceperit curialem, actionem suam noverit in omnibus vacuari. Nam et ager ipse, qui a possessore curiali conductus est, fisci viribus vindicetur. Curialis vero pro supra scriptis conditionibus, etiamsi cautionem emiserit, non teneatur.*

**Epit. Aeg.:** TIT. IV. NE CURIALIS PRAEDIUM ALTERIUS CONDUCAT AUT FIDEIUSSOR CONDUCTORIS EXSISTAT[a]).

Id est, non licere curialem agrum alterius conducere vel collocare, nec pro aliquo conductore fideiussorem exsistere. Nam si evenerit, ager ipse fisci viribus[b]) vindicetur. Curialis vero pro suprascriptis conditionibus, etiamsi cautionem emiserit, non teneatur.

**Epit. Suppl. Lat. 215:** TIT. IV. NE CURIALIS PRAEDIUM ALTERIUS CONDUCAT.

Non licere curialem agrum fiscalem vel privatum conducere vel pro aliquo conductore fideiussorem exsistere.

## TITULUS V.[a]) DE TUTORIBUS[b]).

1.[c]) *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Florentio Pf. P. Orientis et exconsule.* Quum in omnibus rebus, tum vel maxime moderamen desideratur in legibus, per quas delinquentes pro qualitate criminum convenit emendari. Nec enim utile est, vel a iudicibus observandum, quod modum emendationis excedit. Sic constitutionem, quae matres pupillis vel minoribus defensionem legitimam non petentes vel relictarum rerum inventarium non facientes mori praecepit intestatas, utpote amaram ac matres immoderata poena plectentem, antiquari decernimus. §. 1. Sed ne, superflua vel inhumana resecantes, impunitatem delinquentibus promittere videamur, hac saluberrima lege pupillorum quoque utilitatibus censuimus providendum. Sciant itaque, qui ad successionem vocantur pupilli mortui, si defuncto eius patre tutorem ei secundum leges non petierint intra annum, omnem eis, sive ab intestato, sive iure substitutionis, successionem eius, si impubes moritur, denegandam. §. 2. Idemque observari volumus, et si

**Epit. Aeg.:** TIT. V. DE TUTORIBUS.

**Epit. Suppl. Lat. 215:** TIT. V. DE TUTORIBUS.

a) Tit. IV. Novv. Theod. *Tit. IX.* 19 *Tit. II.* Sich. *Tit. III.* In codd. 23, 24 deest; sed quum titulus *de Tutoribus,* qui sequitur, is sit, qui in Br. Al. est, nihil videtur deesse, sed potius ex codice, unde illi descripti sunt, folia excidisse. Greg. M. epist. IX, 7. b) Novella integra cum interpr. est in codd. 1; 2, 4, 6—9, 11, 14—16, 17[a]; omnia praeter particulam interpr. des. in cod. 45; omnia praeter interpr. in codd. 42, 43; inscr. et textus in codd. 21, 22; subscr. et textus in codd. 26—28; solus textus om. in codd. 12, 25, 29—40 (nonnullis exceptis, veluti 35, 40, qui prima vv. usque ad v. *committere* habent); sola fragm. textus (pr. §. 3 inde a vv. *cetera quasi* et §. 4) supersunt in cod. 44; sola interpr. om. in cod. 19. c) Seqq. des. in cod. 10 usque ad vv. *quarta pars bonorum* §. 3 Nov. 2 Th. tit. XI. de Bonis dec. d) *In fiscali* add. ab interpr.

a) Tit. V. Novv. Th. *Tit. XI.* 19 *Tit. III.* Sich. *Tit. IIII.* In cod. 25 hic tit. deest, sed inscr. Novellae in Nov. Th. tit. VI. translata est in locum vulgatae inscriptionis. L. Vis. IV, 3, 3. b) 19 *De Tutoribus pupillorum.* 23, 24, 35—37, L. R. B. *De Tutoribus Pupillis Nominandis,* quem titulum a Visigothis truncatum esse, reponendum igitur Ritter. falso opinatur. Cf. Haenel ad Novv. Th. p. 44 not. *a.* c) Novella integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 11, 12, 14—16, 17[a]; omnia praeter interpr. des. in cod. 42; omnia praeter rubr. tit. et extrema interpretationis vv. in cod. 23, quia unum folium excisum est; in cod. 45 nihil superest nisi explanatio in nonn. codd. titulo adiecta; inscr. et textus des. in codd. 21, 22, 24; textus et subscr. in cod. 28; subscr. et interpr. in cod. 27; §. 4 textus et subscr. in cod. 26; solus textus deest in codd. 29—40; sola interpr. in cod. 19.

(Epit. Aeg.) a) Nonn. codd. et Aeg. *Ductoris adsistat.* 50 om. *Aut—Exsistat.* b) Aeg. *iuribus* et paulo post *Curiales.*

**EPIT. GUELPH.**

NE CURIALES PREDIUM ALTERIUS. CONDUCANTUR AUT FIDEIUSSOREM. CONDUCTORE. RESISTANT.[a])

Pessessor. ipsum agrum admittat.

V DE TUTORIBUS. tl' III.[a])

a) Sp. *conductorum reristor* (?) *possessor*.

a) C. Th. III, 17—19.

**EPIT. LUGD.**

IV. NE CURIALIS PRAEDIUM ALTERIUS CONDUCAT AUT FIDEIUSSOR CONDUCTORIS EXSISTAT.

Agit hoc lex ista, ut nullus curialium in fiscali agro vel in privato conductor accedat, nec pro aliquo conductore fideiussor exsistat. Ut si quis curialem susceperit in agro suo[a]) conductorem aut fideiussorem curialem pro conductore aliquo, quod talis actio ipsius vacuetur et ager ipse, quo conductus est a possessore curiali, fisci viribus debeat sociari etc.[b])

a) Cod. *agros suos*. b) Reliquarum Theodosii Novellarum expositio deest. Exciderunt enim nonnulla folia ex codice.

**EPIT. MONACHI.**

IV. NE CURIALIS PRAEDIUM ALTERIUS CONDUCAT AUT FIDEIUSSOR CONDUCTORIS.

Nullus curialium in fiscali vel privato agro conductor aut fideiussor pro conductore accedat. Quod si fecerit quis, ut curialem in agro suo suscipiat conductorem aut pro alio conductore eum fideiussorem acceperit, ager ipse fisci viribus vindicetur. Et si curialis pro hoc accusationem emiserit, non tenetur. *Dat. VI. Id. April. Theodosio A. XVI. Cos.*[a])

DE TUTORIBUS. V.

a) Subscript. deest in cod. 62.

**EPIT. S. GALL.**

IIII.*) NEC CURIALES PCIUM[a]) ALTERIUS CONDUCAT NEC FIDEIUSSOR CONDUCTORES EXIAT.

Imp̃ tehõds data IIII.[b]) id̃ apr̃l *Interp̃ta*. nullus curiales p̃sumat de fiscale Ĩ de privatũ agrũ conducere nec p alterũ conductorẽ fideiussur[c]) exire; nã qdsi aliq in agro suo curialẽ reciperit conductorẽ[d]) curiale fidẽiussorẽ acciperit sciat se ipse curiales acccionẽ suã ẽẽ vacuata. Et ipsũ agrũ quẽ conduxit fisci virib; vindicent'[e]).

V. DE TUTORIB;

*) 66 *III*. Vid. supra init. Novell. not. *h*. a) Recte cj. Canc. *praedium*. 67 *curiale—exeat*. b) 65 *Theudosius—III*. Infra *curialis*. c) 65, 67 *conductore fideiussor*. d) 65 *aliquid—curiale r. conductore curialem*. 67 *conductore aut si pro alterũ conductore curiales fidesiussore acceperit*. e) 65 *que—conducetur*. 67 *verbus vendicetur*.

mater legitima liberorum tutela suscepta ad secundas, contra sacramentum praestitum, adspiraverit nuptias, antequam ei tutorem alium fecerit ordinari eique, quod debetur ex ratione tutelae gestae, persolverit. §. 3. Quod si contra huius legis auctoritatem, antequam haec adimpleverit, secundo se marito crediderit copulandam, mariti quoque eius praeteritae tutelae ratiociniis bona iure pignoris tenebuntur obnoxia, Florenti, parens carissime atque amantissime. §. 4. Illustris itaque et magnifica auctoritas tua legem perpetuo valituram edictis propositis ab omnibus observari praecipiat. *Dat. VI. Id. Iul. Constantinopoli, Theodosio A. XVII. et Festo V. C. Coss.*

INTERPRETATIO. *Lex ista liberat matres a poena illa, quae fuerat in Theodosiani Codicis corpore constituta*[d]), *ut, si non providissent filiis tutores vel rerum inventarium non fecissent, faciendi de rebus suis testamenta vel donandi, cui voluissent, non haberent liberam potestatem et insuper notarentur infamia. Sed haec constitutio, ut matrem de praedicta poena liberat, ita minoribus in hac parte consulit, ut, si mater tutelam filiorum gerendam legitime susceperit et se iurisiurandi interpositione constrinxerit, si ad alias nuptias contra promissa transierit, et alium tutorem filiis deducta ratione non dederit, aut quae eam constiterit debere, non ante persolverit, contra legis huius ordinationem veniens, non solum eius bona, si debitrix exstiterit, filiis teneantur obnoxia, verum etiam secundi mariti, qui obligatae personae coniunctus est, facultas, in*[e]) *eo, quod debitum processerit, loco pignoris teneatur, donec omne debitum, quod ratio tutelae invenerit, suppleatur. Nam etiam pupillis in ea parte lex ista praestat auxilium, ut patre defuncto, si filio impuberi, id est infra annum quartum decimum, hae personae, quae ei defuncto possunt legibus et iure succedere, si non aut agendam tutelam ipsius susceperint, aut petierint tutorem, qui res eius aut ipsum minorem debeat gubernare, ab eius successione habeantur extranei:* [f]) *illis sine dubio profutura successione, qui ad petendos tutores lege non tenentur adstricti, et defuncto cognationis gradu inveniuntur esse propinqui.*

Hoc est, si mater tutelam filiorum suscipiens ad secundas nuptias descenderit, non solum ipsius bona, sed et mariti, qui eam sibi iunxerit, filiis obliganda[a]). Si vero hae personae, quae pupillo defuncto possunt legibus succedere, eius tutelam vel ipsum minorem non susceperint, ab eius successione habeantur extranei et aliis propinquis, quibus tutela non competit, proficiat[b]).

## TITULUS VI. [a]) CONTRA SENTENTIAS PRAEFECTORUM PRAETORIO INIUSTAS POST SUCCESSIONEM INTRA BIENNIUM SUPPLICANDUM.

1.[b]) *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Thalassio Pf. P. Illyrici.* Suggestio sublimitatis tuae et nobis non probatae legis abrogandae materiam ministravit, et, quae sit in examinandis litigatorum allegationibus tua celsitudo, monstravit. Quid enim litigantibus in amplissimo tuae sedis iudicio relinquitur, si post sententiam, quam nefas est appellatione suspendi, nec nostrae serenitatis imploretur auxilium? §. 1. Ideo hac lege perpetuo valitura litigantibus in amplissimo praetorianae praefecturae iudicio, si contra ius se[c]) laesos affirment, supplicandi licentiam ministramus, licet pro curia vel alia qualibet publica utilitate dicatur prolata sententia. Nec enim publice prodest, singulis legum adminicula denegari, Thalassi, parens carissime atque amantissime. §. 2. Illustris itaque et magnifica auctoritas tua, constitutione, quae adversus sententiam pro curia latam supplicare prohibuit, omni parte cassata, sciat, preces intra biennium tantum nostro numini contra cognitionales sedis tuae sententias offerendas, post successionem videlicet iudicis numerandum. §. 3. Huius legis ne quem latere possit utilitas, edictis propositis eam ad omnium notitiam venire praecipiat. *Dat. III. Id. Aug. Constantinopoli, Theodosio A. XVII. et Festo V. C. Coss.*

INTERPRETATIO. *Contra iudicem, adversus cuius potentiam non licuerit appellare, iubet haec lex, ut, quum privatus effectus fuerit, intra biennium liceat cuicunque, qui iniuste oppressus est, rerum dominis supplicare, ut illis iterum audientia deputetur. Quod si intra biennium post successionem illius non supplicaverint, quae contra eos fuerant iudicata, serventur et perpetuam teneant firmitatem*[d]).

TIT. VI. CONTRA SENTENTIAS PRAEFECTORUM PRAETORII INIUSTAS [a]) POST SUCCESSIONEM INTRA BIENNIUM SUPPLICANDUM.

Hoc est, si decesserit iudex de alto[b]), contra cuius potentiam quispiam non potuit reclamare, quod causam suam male iudicasset, intra biennium liceat ei reparare negotium et male sublata repetere: quia transacto biennio, quae contra eum fuerant iudicata, serventur et perpetuam teneant firmitatem.

## TITULUS VII. [a]) DE PATERNIS SIVE MATERNIS BONIS.

1.[b]) *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Florentio Pf. P.* Officium est imperatoriae maiestatis, iis etiam, qui nondum nati sunt, providere et in parentum contractibus futuris quoque liberis fructum naturae debitum praeparare. §. 1. Praeteritae constitutiones mulierem, morte mariti matrimonio dissoluto communibus liberis exstantibus, donationem ante nuptias resque alias certis modis ad eam devolutas ex mariti persona iisdem liberis quibusdam conditionibus servare praeceperant. §. 2. Haec divus nostrae mansuetudinis avus humana mente viros quoque, morte mulieris exstantibus liberis matrimonio dissoluto, circa dotem resque alias certis modis ad eum ex persona mulieris devolutas iisdem conditionibus suaserat observare. §. 3. Nos feliciter vinculo legis haec a viris observanda censemus. Nam generaliter, quoquo casu constitutiones ante hanc legem mulierem liberis communibus, morte mariti matrimonio dissoluto, quae de bonis mariti ad eam devoluta sunt, servare sanxerunt, iisdem casibus

TIT. VII. DE PATERNIS SEU MATERNIS BONIS.

d) Cf. c. 1. C. Th. Qui petant (III, 18). e) Hoc barbare dictum esse dicit Ritt. f) Sqq. interpres add.

a) Tit. VI. Novv. Theod. *Tit. XIII.* 19 *Tit. IV.* 25 *Tit. V.* Sich. *Tit. IV.* pro *V.*, err. typ. Vid. supr. tit. I—V, ubi etiam de codd. 10, 13, 17, 25 *dictum est.* Totus tit. *om.* in cod. 23, ubi folium exsectum est. b) Novella integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 11, 12, 14—16, 17ª; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 43; inscr. et textus in codd. 21, 22, 24, 25 (est vero in cod. 25 substituta inscr. Nov. de Tutor.); textus et subscr. in codd. 27, 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus in codd. 29—40; sola interpr. in cod. 19. In cod. 45 nihil superest, nisi interpr. in brevius contracta et fere conveniens cum explanatione in nonn. codd. titulis adiecta. c) Sich. *ius se* affirment,* in m. annot.: „*Deest dictio qualis est: oppressos.*" In cod. 8 post *se* sola litera *l* superest, sed ea deleta est, et sequitur lacuna quinque literarum. d) In cod. 45 haec interpr. ita mutata est: *Si contra potenga iudecis nun licuerit apellare, cũ — biennium agere non moretur.*

a) Tit. VII. Novv. Th. *Tit. XIV.* 19 *Tit. V.* 25, Sich. *Tit. VI.* Vid. supr. tit. I—V, ubi etiam de codd. 10, 13, 17, 25 dictum est. In cod. 23 totus tit. deest, quum folium exsectum sit. L. Vis. IV, 2, 13. b) Novella integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—7, 9, 11, 12, 14—16, 17ª; omnia praeter interpr. des. in codd. 41—43 (in quibus hic et illic etiam interpr. truncata est); inscr. et textus in codd. 21, 22, 24, 40; textus et subscr. in codd. 26—28; ultima Novellae vv. et subscriptio in cod. 8; solus textus om. in codd. 25, 29—39; sola interpr. in cod. 19. In cod. 45 nihil superest, nisi explanatio in nonn. codd. titulis adiecta. Nominatur haec Novella in interpr. c. 1 et 2 C. Th. VIII, 9.

a) 53 add. *Liceat matri tributa suscipere filiorum, si secundas nuptias non evenerit.* b) Scil. *successio.* Aeg. et nonn. codd. *proficiant.*

a) Rell. vv. apud Aegid. a rubrica semota et cum interpretat. coniuncta sunt. b) Plerique codd. *discesserit iudex de acto.* Paulo post scripsi *intra* pro *infra* et nonn. codd. habent *fuerint* s. *fuerat — servetur — perpetua teneat firmitate.*

## EPIT. SUPPL. LAT. 215.

Hoc est, si mater tutelam filiorum suscipiens ad secundas nuptias descenderit, non solum ipsius bona redit mariti, qui eam iunxerit, *filiis sublegan*da . . . . quos[a]) legitime tutela continet pupillo non providerent, ut illum auctorem eo destincto nihil ipsis de hereditate pupilli potest proficere, sed aliis parentibus, quibus tutela non competit.

TIT. VI. CONTRA SENTENTIAS PRAEFECTORUM PRAETORII INIUSTAS POST SUCCESSIONEM INTRA BIENNIUM SUPPLICANDUM.

Hoc est, si decesserit iudex de acto, contra cuius potentiam quispiam non potuit reclamare, quod causam suam male iudicasset, intra biennium liceat ei reparare negotium et male sublata repetere, quia transacto biennio non licet.

TIT. VII. DE PATERNIS SEU MATERNIS BONIS.

a) Seqq. usque ad v. *destincto* corrupta sunt. Supra leg. *bona, sed et mariti — obligamla.*

## EPIT. GUELPH.

I. Mater secundú vero nubens, tutillá[b]) filiorum. agere non potest.

II· De his.[c]) qui tutores. minoribus. fiant. tl· III· ʔ· XXIIII.[d])

CONTRA. SENTENCIAS. PREFECTORUM. PRETURIORUM. INIUSTAS. P̶ SUCCESSIONEM. INTRA BIENNIUM SUPPLICANDUM.

Quo tempus si excesserit sentencia contra eum lata permaniat. firma.[a])

VII· DE PATERNIS. SIUE MATERNIS. BONIS. tl· VIII· ʔ· VIIII.[a])

b) Sp. *tutillae.* c) Sp. *detur.* d) C. Th. III, 19.

a) Sp. Q. t. *excurrerit sentenciae — latae permanent firmae.* Leg. *Quod tempus.*

a) C. Th. VIII, 9.

## EPIT. MONACHI.

Si mater filiorum tutelam susceperit et se iureiurando constrixerit, non nubere, et postea nupserit et alium tutorem filiis deducta ratione non dederit aut quae eam constiterit non debere, non ante persolverit[a]), non solum eius bona, si debitrix exstiterit, filiis teneantur obnoxia, sed et mariti, qui obligatae personae coniunctus est, facultas eius in eo, quod debitum processerit, loco pignoris teneatur, donec debitum tutelae suppleatur. Si patre defuncto infra quarto decimo anno pupilli hae personae, qui[b]) ei legibus possunt succedere, si non agendi tutelam ipsius susceperint aut petierint tutorem, ab eius successione habeantur extranei: illis sine dubio profutura successio, qui ad petendos tutores lege non tenentur adstricti et gradu per legem inveniuntur propinqui. *Dat. VII. Id. Iul. Theodosio XVII. et Festo V. C. Coss.*[c])

VI. CONTRA SENTENTIAS PRAEFECTI PRAETORII INIUSTAS INTRA BIENNIUM SUPPLICANDUM.

Iudicem, adversus cuius potentiam non licuit appellari, amisso iudiciario ministerio intra biennium, quem[a]) iniuste oppressit, liceat reclamare. Quod si post successionem illius intra biennium non supplicaverit, quae contra eum fuerunt iudicata, perpetuam obtineant firmitatem. *Dat. IIII. Id. Aug. Theodosio A. XVI. et Festo V. C. Coss.*

VII. DE PATERNIS SEU MATERNIS BONIS.

a) 63 *persolvat.* b) Leg. *quae.* c) Subscript. om. 62.

a) 62 *qũ.* 63 *cui.* Subscript. deest in 62.

## EPIT. S. GALL.

Imp̃ theod̃s data. VI. id̃ iul̃. *Intp̃.* Si mat̃ tutillã de res filiorũ suor̃ post mortẽ[a]) mariti sui recipere voluer̃. ad gob̃nandum p̱missionẽ[b]) p̱ sacramentũ *faciat ut* aliú maritú p̃hendere ñ debeat *qd̃ si postea* suũ sacramtũ ñ custodierit et ad secundas nuptias venerit antea quã aliũ[c]) maritum p̃hendat ad suus filius reddat omnia qd̃ de facultates patris eorũ ad gob̃nãdũ recepit qd̃ si antea ab integritate eis ñ reddiderit et aliũ maritũ p̃serit[d]) sciat se ipse maritus ꝗ eã in coniugio p̃set[e]) res suas ad ipsos parvulus inpignorare debeat donec ipsorũ res de sui patris q: habuer̃[f]) ab integritatẽ restituat.

VI. CONTRA SENTENCIĀ P̃FECTORUM P̃TER INIUSTUS[a]) SUCCESSIONES INTRA BIENNIŨ SUPLICANDŨ.

Imp̃ valent̃ data VI.[b]) id̃. agũ. *Intp̃.* Si quis homo aliqua iudiciaria habuerit et si forsitan alicui contra legem vel rationẽ aliquid fecerit, si postea alius iudex in eius loco introierit et ille iudex qui antea fuit ipsũ[c]) dãnum ad ipsĩ parvulũ fecit ille paup postea infra duos annus ante illum aliũ iudicem ꝗ in eius loco[d]) intravit sua causa p̱sequere debeat; nam si infra duos[e]) anñ. sua causa non q̱sierit postea ea requirere[f]) ñ poteẽ.

VII. DE PAT̃NIS SIVE MAT̃NIS BONIS.

a) 65 *tutilla — morte.* 67 *tutella* et om. *suorum.* b) 65, 67 *promissione.* 67 p̱ et om. *sacramentum — suum.* c) 65 om. *alium.* Paulo infra *suos filios* et 67 *adprehendat ad suos filios omnia reddat quo de facultatẽ.* d) 67 *adprehenderit.* e) 65 *in coniugium presit.* 67 *adprehenderit.* Uterque *parvulos.* f) 65 *que habuerint.* 67 *suo patre quod.* 65, 67 *integritate.*

a) 65 *sententia perfectorum — iniustos.* 67 *prãt iniustos.* b) 67 *IIII.* c) 65 *aut rationem — locum — qui ipsum.* d) 65 *annos — locum.* e) 65 om. *duos.* f) 65 *requisierit postea requirere non potest.*

nos per huius legis auctoritatem maritum quoque, quae de bonis mulieris ad eum devoluta sunt, morte mulieris matrimonio dissoluto, communibus liberis servare censemus, nec interesse volumus, si alter pro marito donationem ante nuptias vel pro muliere dotem crediderit offerendam. Haec observari praecipimus, licet res ante nuptias donatae, ut assolet fieri, in dotem a muliere redigantur. §. 4. Nam et si culpa mulieris repudio matrimonium fuerit dissolutum, maritus totam donationem, non partes, ut in altera dote, retinebit, dominium autem rerum, quae liberis vel huius legis vel praeteritarum constitutionum auctoritate servantur, ad liberos pertinere decernimus. Itaque defuncto eo, qui eas liberis reservabat, exstantes ab omni possessore liberi vindicabunt, consumtas ab heredibus eius exigent, qui eas servare debuerat. §. 5. Alienandi sane vel obligandi suo nomine eas res, quae liberis servari praeceptae sunt, eis, qui reservaturi sunt, ademta licentia est. Negotia vero liberorum patri utiliter administrare concedimus. Dividendi quoque res inter eos ipsos liberos parentibus pro suo arbitrio vel eligendi, quem voluerint, licentiam non negamus. §. 6. In his autem casibus, in quibus res ut paternas mater liberis communibus servare praecepta est (hoc est ubi, morte mariti matrimonio dissoluto, mulier ad alias nuptias venit), vel ubi ut maternas patrem liberis communibus servare censuimus (hoc est ubi, morte mulieris matrimonio dissoluto, vir ad alias nuptias venit), si hereditatem eius parentis, qui prior mortuus est, non adierint liberi, licebit eis, tanquam eius tantum res fuerint, eas sibimet vindicare, scilicet si vel eius, qui posterior moritur, hereditatem crediderint adeundam, ne, quod favore liberorum indictum est, quibusdam casibus ad laesionem eorum videatur inventum. §. 7. Illud etiam humanis sensibus huic legi credidimus inserendum, ut eo quoque casu, quo lucratur vel mulier res, quae ad eam a marito perveniunt, vel maritus eas, quae ex bonis mulieris ad eum transeunt (hoc est ubi primum matrimonium alterius morte dissolvitur, nec superstes ad secundas nuptias venit), si res vel maritus vel uxor (hoc est qui superstes est) non consumserit vel alienaverit (quod eis ad secundas nuptias[c]) non venientibus quasi rerum dominis concessum esse, non dubium est), si hereditatem eius, qui posterior moritur, liberi adire noluerint, ut eis liceat res a patre profectas ut paternas, a matre ut maternas accipere. §. 8. Quod autem scitis prioribus continetur, nec a filia, quae in potestate est, donationem ante nuptias patri, nec a filio dotem acquiri, eo addito confirmamus, ut, defunctis his adhuc in potestate patris, si liberis exstantibus moriantur, ad liberos eorum eadem res iure hereditatis, non ad patrem iure peculii transmittatur, nec per nepotes avo videlicet acquirendae, Florenti, parens carissime atque amantissime. §. 9. Illustris itaque ac magnifica auctoritas tua legem saluberrime promulgatam ad omnes populos edictis propositis faciat pervenire. *Dat. VII. Id. Sept. Constantinopoli, Theodosio A. XVII. et Festo V. C. Coss.*

Interpretatio. *Haec lex confirmat, ut, sicut mulier post mortem mariti omnia, quae ad eam de rebus mariti quolibet ordine pervenerunt, totum filiis profuturum debeat conservare, hoc etiam et patres de rebus maternis simili observatione custodiant (excepto, quod eis fuerit filiorum morte quaesitum, ea ratione, sicut lex Theodosiani in octavo libro[d]) declarat), si ad secunda vota venerint aut forte non venerint: post quorum obitum si alienatae vel obligatae quoquo pacto fuerint res, quae filiis iussae sunt reservari, ubicunque eas potuerint invenire, ad suum dominium filios praecipit revocare. Nam permisit, ut mulier de sponsalitia donatione, quam a marito suscepit, si proprium mulier nihil habeat, dotem exinde ipsi marito possit offerre. Causas vero filiorum patres agere utiliter, cum summa strenuitate constituit, et ut dividere aequaliter inter filios facultates maternas aut per se, aut per quos elegerint, habeant potestatem. Sane de omnibus rebus uxoris, quae ad proprietatem mariti quolibet titulo vel nomine, seu donatione, seu testamento, seu morte filii pervenerint, etiamsi ad alias nuptias non transierit, si mortuo eo hereditatem eius filii adire noluerint, omnia, quae de maternis bonis maritus quocunque ordine habuit acquisita, filii sibi, sicut reliquas maternas facultates, apud quoscunque invenerint, vindicabunt. Simili ratione, si et mater marito mortuo, etiamsi ad secundas nuptias non venerit, si hereditatem eius filii adire noluerint, omnia, quae de paternis facultatibus mater eorum quoquo modo, ut superius dictum est, acquisivit, filii post mortem matris, cuius hereditatem repudiaverint, ad integrum sibi vindicent et defendant: quia iustitiae intuitu constat esse prospectum, ut, quia nihil de illius parentis rebus, qui posterior moritur, habere dignoscitur, vel ea, quae ex prioris mortui parentis bonis esse constat, ad filios debeant integra pertinere. Reliquum vero huius legis in aliis legibus habetur expositum.*

*[Epit. Aeg.]* De rebus utriusque parentis, quae quolibet ordine uno defuncto ad alium pervenerint, nihil filiis minuendum. Quod si a parentibus res, quae filiis iussae sunt reservari, fuerint alienatae, ubicunque eas filii potuerint invenire, ad suum dominium praecipit revocare[a]). Si mulier proprium nihil habeat, de sponsalitia donatione dotem potest offerre. Quicquid ad proprietatem mariti de rebus uxoris quolibet titulo vel nomine seu donatione seu testamento seu morte filii pervenerit[b]), etiamsi ad alias nuptias non transierit[c]) et hereditatem fratres defuncti apud patrem adire noluerint, omnia, quae de maternis bonis maritus quocunque ordine habuit acquisita, filii sibi, apud quoscunque invenerint, vindicabunt. Similis ratio est observanda, quicquid de rebus paternis ad uxorem pervenerit.

## TITULUS VIII.[a]) NE CURIALIS AD SENATORIAM DIGNITATEM VEL AD ALIQUEM HONOREM ADSPIRET.

### TIT. VIII. NE DECURIO AD SENATORIAM DIGNITATEM VEL AD ALIQUEM HONOREM ADSPIRET.

1.[b]) *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. ad Senatum urbis Constantinopolitanae.* Splendidissimo coetui vestro, patres conscripti, placere confidimus, si civitatum commodis consulatur. Vestrum nempe est velle civitates augeri. Vos curiis peculiariter prospicere consuestis, si quidem vobis nostro iudicio res publica solet[c]) gubernanda committi. Nam etsi otio frui vos quodam tempore patiamur, ne labore videamini fatigari continuo, non tamen ideo cura vos deserit optime regendae rei publicae. Quamobrem lege curiis profutura vobis, patres conscripti, vel maxime gratulamur. §. 1. Suggestione viri illustris atque magnifici praefecti praetorio Orientis et exconsule Florentii comperimus, quosdam curiales, iniuriis se praesidum subtrahere cupientes, ad senatoriae dignitatis praerogativam confugere. Hoc curias enervare, non dubium est; curialibus quippe praeturae munus impositum, patrias etiam functiones ac suae quemque munia civitatis, patrimoniis eorum eo modo consumtis, denegare compellit.

c) Hic iterum incip. cod. 13. Vid. supra Novell. Theod. tit. II. not. *a*. d) Cf. C. Th. VIII, 9, 1.

a) Tit. VIII. Novv. Theod. *Tit. XV.* Habet hic tit. in rec. edd. duas Novellas, quarum primam retinuerunt Visig. 19, Sich. *Tit. VI.*, sed err. in Sich. *VI.* scriptum est pro *VII.* 25 *Tit. VII.* In cod. 23 totus titulus, qui in exsecto folio fuit, deest; deest etiam in cod. 24. Vid. supr. tit. I—V, ubi etiam de codd. 10, 17, 25 dictum est. b) Novella integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 11, 13—16, 17[a]; omnia praeter interpr. des. in cod. 42; inscr. et textus in codd. 21, 22; textus et subscr. in codd. 26—28; pars textus et subscr. in cod. 12; solus textus om. in codd. 25, 29—40; sola interpr. in cod. 19. Non omnino recte habet interpr. c) In cod. 12 rell. Nov. vv. una cum subscr. desunt.

a) Multi codd. *praecepit revocari.* b) Nonn. codd. *mortis—pervenerint, pervenerunt* et Aeg. *provenerunt.* c) Nonn. codd. et Aeg. *transierint.*

## EPIT. SUPPL. LAT. 215.

De rebus utriusque parentis, quae quolibet ordine uno defuncto ad alium pervenerint, nihil filiis minuendum. Si aliud non habeat, dotem ipsi marito exinde facere posse. Patri licere causas filiorum suorum agere et bona materna inter ipsos filios aequaliter ordinare, per quem voluerit dividenda. De id[a]) enim, quod patris dominio seu ab uxore donatum, seu morte filii acquisitum est, si exinde aliquid pater donare voluerit et filii facultatem patris adire[b]) noluerint, res maternas quolibet casu a patre datas apud quemcunque invenerint possessae[c]) sibimet vindicare. Similem esse de matre conditionem de bonis paternis.

### TIT. VIII. NE DECURIO AD SENATORIAM TRANSEAT DIGNITATEM NEC AD ALIQUOS HONORES ADSPIRET[a]).

a) Leg. *eo*. b) Cod. *audire*. c) Leg. *poterunt*.

a) Cod. *Adiperit*.

## EPIT. GUELPH.

Pater vel mater[b]) uno mortuo. res. eius. servabunt. et quod mulier de donacionem. dote possit offeri.[c]) causa filiorum. patres. agere et res maternas filiis. dividere et filii patris. mortui bona ubi invinerint.[d]) vindicabunt.

### VIII NE DECURIO AD SENATURIAM DIGNITATEM VEL ALIQUA HONOREM. ADSPIRET[a]).

b) Sp. *Paterna vel materna*. c) Sp. *offerre*. d) Sp. *invenerint*.

a) Sp. *adspirare*.

## EPIT. MONACHI.

De rebus, quas mortuo marito mulier quolibet ordine habuerit, hoc est de rebus mariti defuncti, sive transeat ad secundas nuptias, sive non transeat, totum filiis profuturum debet conservare. Hoc et patres de rebus maternis similiter custodiant, excepto, quod eis fuerit filiorum morte quaesitum, sicut lex Theodosii in octavo libro declarat. Res vero supra scriptas, quas patri vel matri haec lex filiis iubet conservari, post quorum obitum si alienatae inveniantur, ad suum dominium filii eas revocent, etiamsi per scripturam donatae fuerint. Mulier vero de disponsalitia donatione, quam a marito percepit, si proprium nihil habeat, dotem exinde secundo marito potest offerre. Pater vero dividere inter filios facultates maternas aut per se aut quos elegerit, habeat potestatem. Sane de omnibus rebus uxoris, quae ad maritum seu per testamentum vel quolibet modo pervenerint seu morte filii, etiamsi ad alias nuptias transierit, si mortuo eo hereditatem eius filii adire noluerint, omnia, quae de maternis bonis maritus habuit, filii sibi sicut reliquas maternas facultates, apud quoscunque invenerint, vindicabunt. Si et mater marito mortuo ad secundas nuptias non venerit, si hereditatem eius filii adire noluerint, omnia, quae de patris facultatibus mater eorum acquisivit, filii post mortem matris, cuius hereditatem repudiaverint, id integrum sibi vindicent: quia iustum est, ut qui nihil de parentis rebus, qui posterior moritur, habere dignoscitur, vel ea, quae ex prioris mortui parentis bonis esse constat, ad filios integre pertineant. *Dat. VII. Id. Sept. Theodosio A. XVI. et Festo V. C. Coss.*[a])

### VIII. NE DECURIONES AD SENATUM VEL AD ALIQUOS HONORES ADSPIRENT.

a) Subscript. deest in 62.

## EPIT. S. GALL.

Imp̃ thõd data IIII. id̃. sepm̃br. *Intp̃.* Quicũq: homo post mortem uxoris sue si filius habuerit qd̃qd̃ de uxoris sue facultatẽ habuerit post mortẽ suam omnia ad filius[a]) suos dimittat. Nã si exinde aliquid donare[b]) voluerit hoc facere ñ habeat potestatẽ sed ipsã facultatẽ sui filii in sua potestate ab integritatem recipiant et qd̃si facultatẽ uxoris sue int̃ se et filios suos devisã[c]) habuerit si forsitan aliq[d]) de filius suus ante patris obitũ mortuus fuerit ipsã porcionem[e]) filii mortui pat̃ suus recipere debet[f]) nã tam̃ ipsã porcionẽ[g]) alienare nullo modo poteẽ. nisi ad filios suos post suã mortẽ[h]) ipsã porcionẽ revertat. similit̃ et mulier post mortem mariti sui ad filius suus[i]) ipsa condicionẽ exigere debeant.

### VIII NE[a]) DECURIO A SENATORIA DIGNITATEM VEL ALIQUID ONORE ADSPERET.

a) 65 *filios — quodquod de facultate ux. s. habuerit, it post — filios.* 67 *filios — sua o. ad filios.* b) 65 *alicui dare.* c) 65 *potestate sed ipsa — suam potestatem — facultate — divisa.* d) 67 *aliquis.* 65 et 67 *filios suos.* e) 67 om. *porcionem.* f) 67 *recipiat.* g) 67 add. *nullus.* h) 65 *sua morte ipsa portio.* 67 *mortem suam.* i) 65 *morte — filios suos.* 67 *filios suos — debeat.*

a) 66, 67 *De.* 65 *et aliquid honore.*

§. 2. Sed et quod motibus se iudicum reverentia subtrahunt dignitatis, publicis commoditatibus noxium esse perspicitis. Cessat enim debitorum compulsio, si debitorem desiderat exsecutor. Lege itaque perpetuo valitura decernimus, nullum posthac curialem senatoriae sibimet dignitatis infulas usurpare, nulli curiali licentiam dari, clarissimo se permiscendi consortio. §. 3. Sed ne providentissime constituta quibusdam praeteritis semiplena reliquisse noscamur, illis etiam curialibus, qui iam senatoriam adepti sunt dignitatem, praeturae munus remitti decernimus, qui nondum praetores sunt nominati, vel quos nominatos nondum amplissimi vestri coetus sententia praeturae muneri mancipavit obnoxios. *Dat. prid. Id. Sept. Constantinopoli, Theodosio A. XVII. et Festo V. C. Coss.*

Interpretatio. *Haec lex hoc praecepit, ut nullus curialis natus ad aliquos honores adspiret, nec dignitatem aliquam supplicando tentet assumere, nisi tantum officia curiae debita se noverit subiturum.*

**[Epit. Aeg.]** Curiali non licere aliquos honores adipisci nisi tantum officia curiae debita.

## TITULUS IX. [a]) DE TESTAMENTIS.

**[Epit. Aeg.]** TIT. IX. DE TESTAMENTIS.

1.[b]) *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Florentio Pf. P.* Ita prodest gentes barbaras nostri numinis imperio mancipari, ita nostrae victoriae videbuntur obedientibus fructuosae, si pacis commoda legum regulis componantur. Ideo divinis sensibus die noctuque res humani generis pertractantes gratum duximus, deficientium quoque voluntatibus subvenire, ut pro suo quisque testetur arbitrio, ut in potestate sua suam habeat voluntatem, ut invitus nemo nec taceat, nec loquatur. Illud quippe est proprie testamentum, quod testantis meram continet voluntatem. §. 1. Natura talis est hominum, ut quosdam diligant, alios timeant, quibusdam sint officiosae gratiae debitores, alios suspicentur, quorundam fidem intelligant eligendam, aliis nihil credendum existiment, nec tamen audeant de singulis, quae sentiunt, confiteri. Ideo veteres testamenta scripta testibus offerebant, oblatarumque eis tabularum perhiberi testimonium postulabant[c]). Sed dum iuris antiqui cautelam paulatim mutat posteritatis imperita praesumtio, et testes exigunt omnimodo, quae testamento continentur, agnoscere, eo res processit, ut, dum sua quisque nonnunquam iudicia publicare formidat, dum testibus testamenti sua non audet secreta committere, ne suis facultatibus inhiantes offendat, intestatus mori quam sua mentis arcana periculose patiatur exprimere. §. 2. Hac itaque consultissima lege sancimus, licere per scripturam conficientibus testamentum, si nullum scire volunt, quae in eo scripta sunt, signatam vel ligatam vel tantum clausam involutamve proferre scripturam, vel ipsius testatoris vel cuiuslibet alterius manu conscriptam, eamque rogatis testibus septem numero, civibus Romanis puberibus omnibus, simul offerre signandam et subscribendam, dum tamen testibus praesentibus testator suum esse testamentum dixerit, quod offertur, eique ipse coram testibus sua manu in reliqua parte testamenti subscripserit: quo facto, et testibus uno eodemque die ac tempore subscribentibus et signantibus, valere testamentum, nec ideo infirmari, quod testes nesciant, quae in eo scripta sunt testamento. §. 3. Quod si literas testator ignoret vel subscribere nequeat, octavo subscriptore pro eo adhibito eadem servari decernimus. §. 4. In omnibus autem testamentis, quae vel absentibus vel praesentibus testibus dictantur, superfluum est, uno eodemque tempore exigere testatorem et testes adhibere, et dictare suum arbitrium, et finire testamentum. Sed licet alio tempore dictatum scriptumve proferatur testamentum, sufficiet, uno eodemque die, nullo actu interveniente, testes omnes videlicet simul, nec diversis temporibus, subscribere signareve testamentum. §. 5. Finem autem testamenti subscriptiones et signacula testium esse decernimus. Non subscriptum namque a testibus atque signatum testamentum pro imperfecto haberi convenit. Ex imperfecto autem testamento voluntatem tenere defuncti, nisi inter solos liberos habeatur, non volumus. §. 6. Per nuncupationem quoque, hoc est sine scriptura, testamenta non alias valere sancimus, nisi septem testes, ut supra dictum est, simul uno eodemque tempore collecti testatoris voluntatem ut testamentum sine scriptura facientis audierint, non ut suum, ut assolet fieri, narrantis arbitrium, hoc est, ut manifeste testari se sub iisdem testibus sine scriptura eo ipso tempore dicat, non futurum suae voluntatis promittat arbitrium. §. 7. Si quis autem testamento iure perfecto postea ad aliud pervenerit testamentum, non alias, quod ante factum est, infirmari decernimus, quam id, quod secundo facere testator instituit, iure fuerit consummatum, nisi forte, in priore testamento scriptis his, qui ab intestato ad testatoris hereditatem successionemve venire non poterant, in secunda voluntate testator eos scribere instituit, qui ab intestato ad eius hereditatem vocantur. Eo enim casu, licet imperfecta videatur scriptura posterior, infirmato priore testamento secundam eius voluntatem non quasi testamentum, sed quasi voluntatem intestati valere censemus. In qua voluntate quinque testium iuratorum depositiones sufficient: quo non facto, valebit primum testamentum, licet in eo scripti videantur extranei. §. 8. Illud etiam huic legi perspicimus inserendum, ut, quoniam Graece iam testari concessum est, legata quoque ac directas libertates, tutores etiam, Graecis verbis liceat in testamentis relinquere, ut ita vel legata relicta vel libertates directae tutoresve dati videantur, ac si legitimis verbis ea testator dari, fieri observarique iussisset, Florenti, parens carissime atque amantissime. §. 9. Illustris itaque et magnifica auctoritas tua consultissimam legem edictis propositis ad omnium notitiam perferri praecipiat. *Dat. prid. Id. Sept. Constantinopoli, Theodosio A. XVII. et Festo V. C. Coss.*

Interpretatio. *Haec lex multa confirmat, quae de testamentis in Theodosiani*[d]) *corporis auctoritate conscripta sunt. Sed hoc amplius continet, ut, si aliquis iure praetorio condiderit testamentum, id est, quod septem testium subscriptionibus confirmatur, auctor testamenti, si literas scit, octavus ipse subscribat: sin autem aut subscribere non potest aut literas nescit, tunc octavum pro se adhibeat subscriptorem. Nam*

**[Epit. Aeg.]** Hoc est, ut testamentum suum qui facit, si literas scit, ipse subscribat et septem post eum: quod si literas nescit, octavum adhibeat, qui subscribat; si subscriptores nesciant, quid in

a) Tit. IX. Novv. Theod. *Tit. XVI.* 19 *Tit. VII.* 25 *Tit. VIII.* Sich. *VII.* err. pro *VIII.* In cod. 23 hic tit. deest, exsecto folio, in quo fuit. Marculphi Form. II, 10. L. Visig. lib. II. tit. 5 cap. 11. b) Novella integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 6—9, 11—16, 17ª; omnia praeter interpr. des. in codd. 22, 41—43, 45; inscr. et textus in codd. 21, 24; textus et subscr. in codd. 27, 28; pars textus, subscr. et interpr. in cod. 4 (vv. *quorum fidem* §. 1 ultima sunt quaternionis XV. et desunt quaterniones XVI. et XVII. et pergitur in quaternione XVIII. cum vv. *eadem manebit palatinum officium* §. 7 Nov. Val. tit. VIII. de Trig. ann. praescr.); subscr. et interpr. des. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29—40; sola interpr. in cod. 19; pars tantum textus superest in cod. 44. Vid. tit. I—V, ubi de codd. 10, 17, 25 sermo est. Hic et illic interpr. add., alia vero om. c) In cod. 8 post *postulabant* signum rubro colore pictum est; eodem loco Sich. asteriscum posuit. d) Cf. C. Th. IV, 4.

| EPIT. SUPPL. LAT. 215. | EPIT. GUELPH. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|
| Curiali non licere aliquos honores adipisci nisi tantum curiae debita peragenda. | Sed curiā sibi dibitā teniat[b]). | Nullus ex genere curialium natus ad senatoriam dignitatem vel aliquos honores adspiret supplicando assumere, nisi tantum officia curiae debita se noverint subiturum. *Dat. prid. Id. Sept. Theodosio A. XVI. et Festo V. C. Coss.*[a]) | Imp̄ thōd data. II. id̄ sepm̄br. *Intp̄.* Quicūq. curiales qui fescales ē constitutus ad nulla alia causa suus[b]) senior eū non debet ꝑmovere ad agendū nisi tantū in sola fescale vel curiale causa pmanere debit. |
| TIT. IX. DE TESTAMENTIS. | VIIII. DE TESTAMENTIS. | VIIII. DE TESTAMENTIS. | VIIII DE TESTAM̄TO. |
| Hoc est, ut testamentum suum qui facit, si literas scit, ipse subscribat et septem post eum testes simul positi testatore praesente et rogante uno | Que in teodosi libro de testamentis decreta sunt multa confirmari. et hic aliqua augeri. id est septē[a]) testes. ipse | Si aliquis iure praetorio condiderit testamentum, id est, quod septem testium subscriptionibus confirmatur, auctor testamenti loco octavo subscribat: si vero literas nescit, adhibeat pro se scriptorem, nam etsi scriptores nesciant, quid testamento continetur, ex hac re non habeatur infirmum. Testamento vero nihil detrahitur, | Imp̄. thōd data II. id̄ sepm̄br. *Intp̄.* Quicūq: homo testam̄ facere voluerit oportet ei ut[a]) VII. psonas eū susscribere debeant et ipse qui illū testam̄tū facit si literas scit octavo se susscribat[b]) et si literas nescit |

Epit. Guelph.: b) Sp. *sed curie sibi debitorem teneat.*
a) Sp. *separate.*

Epit. Monachi: a) Subscript. deest in 62.

Epit. S. Gall.: b) 66 *alicausa suis.* Infra 65 *et curiale* et 65, 67 *debet.*
a) 65 om. *ut.* b) 66 *sciit.* 65 *illum — octavum.* 67 om. *si literas — susscribat.*

*etsi subscriptores nesciant, quid in testamenti pagina continetur, testamentum ex hac re non habetur infirmum. Testamento vero nihil detrahitur, si per plures dies dicatur fuisse dictatum, dummodo uno die sub praesentia testatoris simul omnes rogati a testatore subscribant ac suis sigillis subscriptum muniant testamentum. Per nuncupationem quoque, hoc est sine scriptura, qui suam publicare maluerit voluntatem, convocatis simul una hora septem testibus, primum pro qua re eos venire rogaverit, evidenter explanet, ut, quia testamentum non fecit, illi apud gesta defuncti publicent et allegent voluntatem. Si quis autem facto legitimo testamento, aliud postea facere voluerit testamentum, non aliter, quod prius factum est, reddatur infirmum, nisi sequens testamentum omni fuerit firmitate conscriptum et legitimo testium numero roboratum. Nam si imperfecta forsitan fuerit deficientis voluntas, secunda voluntas tunc valeat, si in primo testamento, quod fecerat, extraneos scripsit heredes et postea in secunda voluntate illos instituit vel ad successionem vocavit, qui, etiamsi non testatus fuisset, poterant in hereditate defuncti ab intestato succedere. Quae tamen posterior voluntas defuncti, licet non sit perfecta, sic in omnibus, quae scripta sunt, valeat, ut quinque testes iurisiurandi religione confirment, testatorem ad hoc eos convocasse, ut remoto priori testamento, secundam in propinquis suis, quam perficere non valuit, conderet voluntatem: quae in omnibus vel circa omnes firma permaneat.*

testamento contineatur[a]), pro hac re non habeatur infirmum. Testes simul positi testatore praesente et rogante uno die subscribant ac suis sigillis et testator et testes subscriptum muniant testamentum. Quod si testamentum quis non occurrit scribere, convocatis simul una hora septem testibus per nuncupationem publicet voluntatem suam: ita ut testes, qui hoc audierint, gestis cum sacramento dicant, quod defuncti habuit voluntas, et ita erit firmissimum. Si quis vero[b]) testamento prius facto postea aliud facere voluerit et non legitime fuerit confirmatum, non in aliis valere nisi in his, qui etiam ab intestato iure legitimo poterant succedere.

## TITULUS X.[a]) DE ALLUVIONIBUS ET PALUDIBUS ET PASCUIS.

1.[b]) *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Cyro Pf. P. et Consuli designato.* Suggestionibus tui culminis semper magnum aliquid rei publicae conferendi materiae ministrantur, semper nobis aliquid porrigitur emendandum. Quanta itaque magnitudinis tuae provincialium cura est, per eas quoque non dubie declaratur. §. 1. Alluvionum, quae contingere solent in praediis, quae ripis quorundam fluminum terminantur, ea natura est, ut semper incerta possessio, incertum sit eius dominium, quod possessori per alluvionem accrescit. Nam quod hodie possidemus, nonnunquam altero die vicini fundi dominio, in alteram fluminis ripam translatum, acquiritur, nec tamen apud eum, cui accrescit, semper remanet acquisitum, sed plerumque redit ad priorem dominum cum augmento. Saepe nec ad posteriorem manet, nec ad priorem redit, sed in arenam fluminis inundatione dissolvitur. §. 2. Ideo suggestionem tui culminis admittentes, non Aegyptiis solis, nec de Nili tantum alluvionibus loquimur, sed quod salubre est, orbi terrarum atque omnibus provinciis promulgamus. Et ea, quae per alluvionem possessoribus acquiruntur, neque ab aerario vendi, neque a quolibet peti, nec separatim censeri vel functiones exigi, hac perpetuo lege valitura sancimus, ne vel alluvionum ignorare vitia vel rem noxiam possessoribus videamur indicere. §. 3. Similiter nec ea quidem, quae paludibus antea vel pascuis videbantur adscripta, si sumtibus ac laboribus possessorum nunc ad frugum fertilitatem translata sunt, vel vendi, vel peti, vel quasi fertilia separatim censeri, vel functiones exigi concedimus, ne doleant diligentes, operam suam agri dedisse culturae, nec diligentiam suam sibi damnosam intelligant. §. 4. Huius legis temeratores quinquaginta librarum auri condemnatione coerceri decernimus. Inter quos habendum est officium quoque tuae sedis excelsae, si aliquid eius modi suggesserit disponendum, vel si preces instruxerit petitoris, Cyre, parens carissime atque amantissime. §. 5. Illustris itaque et magnifica auctoritas tua, suggestione tui culminis hac dispositione non admissa tantum, sed etiam collaudata, legem hanc edictis propositis ad omnium notitiam perferri praecipiat. *Dat. XI. Kal. Oct. Constantinopoli, Valentiniano A. V. et Anatolio V. C. Coss.*

Interpretatio. *Hac lege sancitum est, ut, si fluvius alveum suum paulatim in aliam partem contulerit, terram ille acquirat, cuius finibus spatium terrae dignoscitur contulisse. Quam rem beneficio aquae possessoribus acquisitam nullus velut fiscalem audeat vindicare: cui rei tributum nullus adiiciat. Si quis etiam paludes suo studio derivaverit et ad usum fertilitatis adduxerit, similiter hoc is, qui excoluit, sine censu perpetuo iure possideat, neque quisquam hoc audeat a nostra munificentia postulare.*

### TIT. X. DE ALLUVIONIBUS ET PALUDIBUS.

Hoc est, si fluvius alveum mutaverit, terram ille acquiret sine ullo censu, cuius finibus spatium terrae dignoscitur contulisse. Si quis paludes suo labore derivaverit, potest[a]) hoc sine censu publico possidere. Huius[b]) legis temeratores quinquaginta librarum auri damnatione coerceri[c]) decernimus.

## TITULUS XI.[a]) DE BONIS DECURIONUM ET DE NATURALIBUS FILIIS EORUM IN CURIAM MITTENDIS HEREDIBUSQUE SCRIBENDIS.

1.[b]) *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Apollonio Pf. P.* Nulla professione virtutis nullaque re alia potius homines Deo quam prona liberalitate iunguntur. Nam quum beneficiorum fontibus genus amplificetur humanum, divinam benevolentiam nobis credimus obligari, unde spes tota vicissitudinis exspectatur. Quod si quis bene de se meritum laedat, ex amore omnium, quem liberalitas meruit, communi necesse est odio condemnetur ingratus. §. 1. Huius iniquissimae rei acerbitate commotam celsitudinem tuam a nobis remedium postulasse, praesens suggestio declaravit. Multi enim saepe nullam trahentes sorte maiorum decurionatus originem, sua sponte liberalique sententia pietatis quoddam insigne duxerunt, magnificis patriam muneribus beneficiisque donare; alii, quum exstruendi publici

### TIT. XI. DE BONIS DECURIONUM*) ET DE NATURALIBUS FILIIS EORUM IN CURIAM MITTENDIS HEREDIBUSQUE SCRIBENDIS.

a) Tit. X. Novv. Theod. *Tit. XX.* 19 *Tit. VIII.* 25, Sich. *Tit. IX.* b) Novella integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 5—9, 11—16, 17ª; omnia praeter interpr. des. in cod. 42; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in codd. 27, 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus in codd. 25, 29—40; sola interpr. in cod. 19. Sola explanatio in nonn. codd. titulis adiecta superest in cod. 45. Vid. tit. I—V. et tit. IX, ubi de codd. 4, 10, 17, 25 dictum est.

a) Tit. XI. Novv. Theod. *Tit. XXII.* 19 *Tit. IX.* 7, 25, Sich. *Tit. X.*, sed in 7 sec. seriem *Tit. XI.* Vid. supr. tit. I—V. et tit. IX, ubi etiam de codd. 4, 10, 17, 25 dictum est. In codd. 17ª, 21, 28, 38—40, 42, 43, 45 hic tit. ex una tantum Novella constat, in rell. codd. et in edd. ex duabus. b) N. 1. Codd. Sich. *N.* 1, sed in codd. 17ª, 21, 28, 38—40, 42, 43, 45 *N. un.* Etenim in cod. 21, om. inscr., textu et subscr., interpretatio huius Nov. conflata est cum interpretatione Nov. 2 eiusque subscriptione; at in codd. 17ª, 28, 38—40, 42, 43, 45 om. Nov. 2. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 5—9, 11, 14—16, 17ª; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 43; inscr. et textus in codd. 22—24; textus et subscr. in codd. 12, 26—28; solus textus om. in codd. 25, 29—40; sola subscr. in cod. 13; sola interpr. in cod. 19; sola particula textus superest in cod. 44; sola explanatio in nonn. codd. titulis adiecta in cod. 45.

a) Ita plerique codd.; rell. et Aeg. *quid testamentum contineat.* b) Aeg. om. *vero.*

a) Aeg. et nonn. codd. *post.* b) Rell. ex Nov. §. 4 sumta sunt. Nonn. codd. add. *autem.* c) Aeg. et plerique codd. *coercere.*

*) Codd. et Aeg. *Curionum.*

| EPIT. SUPPL. LAT. 215. | EPIT. GUELPH. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|
| die subscribant, ac suis sigillis et testator et[a]) testes subscriptum muniant testamentum. Quod si literas testator nescit, octavum adiiciat, qui subscribat. Quod si testamentum quis non occurrit scribere, convocatis simul una hora septem testibus per nuncupationem publicet voluntatem suam, ita ut testes, qui hoc audierint, gestis cum sacramento dicant, quod defuncti habuit voluntas, esse firmissimum. Si quis vero testamento prius facto postea aliud facere voluerit et non legitime fuerit confirmatum, non in aliis valere, nisi in his, qui etiam ab intestato iure legitimo poterant succedere. | octabos. subscribat. et renovato alio testamento. priore rescindat vel si facire intervenientẽ mortẽ non ocurrit quinque testium numero post eius. obitum testamentum firmare posse. | si per plures dies dicatur fuisse dictatum: dummodo una die sub praesentia testatoris simul omnes rogati a testatore subscribant et suis sigillis subscriptum muniant testamentum.[a]) Per nuncupationem quoque, hoc est sine scriptura, qui suam maluerit publicare voluntatem, convocatis una hora septem testibus, et pro quo eos rogavit, explanet, ut quia testamentum non fecit, illi apud gesta defuncti publicent et allegent voluntatem. Si quis autem facto legitimo testamento aliud postea vòluerit facere, non aliter prior poterit infirmari, nisi sequens testamentum omni fuerit firmitate conscriptum et legitimo testium numero roboratum. Nam si imperfectum fuerit, secundum testamentum tunc valeat, si in primo testamento extraneos scripsit heredes et in secundo illos instituit, qui sine testamento potuerant hereditare, si intestatus moreretur: quae tamen posterior voluntas defuncti, licet non sit perfecta, ita valeat, si quinque testes iurando affirment, quod testator ad hoc eos convocasset, ut remoto priore testamento secundam in propinquis, quam perficere non valuit, conderet voluntatem, quae in omnibus firma permaneat. *Dat. prid. Id. Sept. Theodosio A. XVI. et Festo V. C. Coss.*[b]) | roget alium qui ꝑ se suscribat et ipse signum † faciat. |
| TIT. X. DE ALLUVIONIBUS ET PALUDIBUS. | X DE ALLOUIONIBUS[a]) ET PALUDIBUS. | X. DE ALLUVIONIBUS ET PALUDIBUS. | X. DE ALUVIONIB; ET PALUTIB;[a]) |
| Hoc est, si fluvius alveum mutaverit, terram ille acquiret sine ullo censu, cuius finibus spatium terrae dignoscitur contulisse. Si quis paludes suo labore derivaverit, potest hoc sine censu publico possidere. [a]) Huius legis temeratores quinquaginta librarum auri damnentur. | Si fluvius ad aliam partem se conferat. illi adq̱ritur. cuius finis. spacium. dinuscitur. et de paludibus. si eas suo studio aliquis. dirivaverit. sibi iure perpetuo vindicit[b]). | Si fluvius alveum suum paulatim in aliam partem contulerit, terram ille acquiret, cuius finibus spatium terrae contulerit et nequaquam ipsam terram ad fiscum quis praesumat vindicare, nec tributum adiicere. Si quis paludes suos derivaverit ad laborandum, sine censu perpetuo iure possideat. *Dat. XI. Kal. Oct. Valentiniano A. IV. et Anatolio Coss.*[a]) | Imp̃ thõd. data XI kal̃ octub̃r. *Intp̃.* Si flumen de alvio[b]) suo exierit in alia partẽ aut p̃p̃t palutẽ aut sic loco ambulaverit t̃ram illi adquirit[c]) de cuius finis[d]) cessat nec postea de ipsa trã ꝗ de talẽ adquisitionem ẽ nec fiscus nec treutus[e]) exinde ñ exeat[f]) similit̃ et qui palutẽ potuerit exicare et exinde aut agrũ aut pradũ aut qualecũq: ꝑfectũ ibidẽ sibi facere potuerit et illũ vero sine omnẽ censum in ꝑpetuo[g]) possidere p̃cipimus. |
| TIT. XI. DE BONIS DECURIONUM ET DE NATURALIBUS FILIIS EORUM IN CURIAM MITTENDIS HEREDIBUSQUE SCRIBENDIS. | XI· DE BONIS DECURIONUM ET DE NATURALIBUS. FILIIS EORUM IN CURIA MITTENDIS. HEREDIBUSQUE SCRIBENDIS. | XI. DE BONIS CURIONUM ET DE NATURALIBUS FILIIS EORUM HEREDIBUSQUE SCRIBENDIS. | XI. DE BONIS DECURIONŨ ET DE[a]) NATURALIB; FILIIS EORUM IN CURIA MITTENDIS HERETIB; ꝗ ADSCRIBENDIS. |

**EPIT. SUPPL. LAT. 215:**

a) Cod. *testatore testes.*

a) Reliqua, ut apud Aeg., ex Nov. ipsa.

**EPIT. GUELPH.:**

a) Sp. *Allucionibus.* b) Sp. *vindicat.*

**EPIT. MONACHI:**

a) 64 add. *Donatio Sine Scriptura.* b) 62 om. subscript.

a) 62 om. subscript.

**EPIT. S. GALL.:**

a) 67 *alluv. et paludibus.* b) 65 *fluvium de aluvio.* 67 *alveo.* Paulo post uterque *parte.* c) 65 *locum — terra illi adquirant.* d) 65 *fines.* 67 *aut si — da cuius parte cessavit.* e) 65 *trivutus* et 67 *tributus.* f) 67 *exibit.* g) 65 *palute — verum sine omne — perpetuum.* 67 *omne censu.*

a) 65 om. *De.* Infra *heretibusque.* 67 *curiam — heredibus qui adscr.*

operis nulla eis necessitas immineret, diversis eam aedificiorum ornatibus extulerunt. Id augendae patriae desiderium, maximis laudibus ac praeconiis efferendum, alios curialibus oneribus, alios discussionum laqueis implicavit. Et quod ultra omnem indignationem est, rationem liberalitatis suae dare cogitur, qui luxuriae non dedisset. Quod nisi provida dispositione curetur, quotusquisque erit tam sui suaeque utilitatis ignarus, qui vel in operibus construendis largitatem exercere velit, cui discussor immineat, vel in conferendo aliquo munere gloriari, quum id, quod munus fuerat, incipit esse iam debitum? qui denique sic patriam suam diligat, ut, quum frui liceat opibus otiosis, iactura patrimonii sui sollicitam redimat egestatem? §. 2. Quapropter ipsis civitatibus potissimum consulentes, quibus suorum civium benevolentiam nolumus interclusam, huius aeternae legis saluberrima ratione decernimus, ut, si quis sua sponte nullique eiusmodi oneri subditus in qualibet civitate per se alteriusve personam quodcunque munus ediderit vel honorem gesserit, nullum ex voluntaria largitate vel praeiudicium sui status incurrat vel discussionis ratiociniis obligetur. Hoc enim pacto, quum ex voluntate praebeatur, quod, si necessitas immineat, evitetur, nec gratos suae circa patriam benevolentiae poenitebit, nec excusatio relinquetur ingratis. §. 3. Illi etiam parti sollicita nobis circa res humanas providentia suggerente consulendum esse credidimus, ut, quantum favoris splendorisque legitimae proli ex legum suffragatione praestatur, tantum naturali ac degeneri soboli derogetur. Nam quum de successionibus paternarum facultatum quaedam severiora, quaedam humaniora circa eos iura prolata sint, nulla lex eis adeo pepercit, ut eius modi sorte conceptos saltem in aliorum loco poneret, quos naturae coniunctione proximos invenisset. Sed nos, a quibus solet in hominum genus semper aliquid procedere, quo iuventur, una eademque saluberrima sanctione et horum conditioni et curiarum commoditati subveniendum esse perspeximus, ut, quum et naturalium liberorum vilitas splendidiorem fortunam et decurionum nobilitas multitudinem desideret auctiorem, utriusque generis utilitatibus in commune perpensis, ab altero commodetur, quod alteri deficit, lexque undique temperatissima collocetur, quae et naturae vitium dignitatis impertitione soletur, et ordinum dignitatem a corporum exiguitate defendat. §. 4. Hac igitur perpetuo duratura promulgatione decernimus, ut, si cui et legitimorum et naturalium liberorum progenies suppetat, veterum illibata constitutionum auctoritate servata, iustae ac legitimae sobolis iura nulla imminutione decrescant. §. 5. Si quis vero parentibus amissis naturalem duntaxat foecunditatem, non etiam legitimam sortiatur, seu liber ipse, seu curiae sit nexibus obligatus, et tradendi filios vel omnes, vel quos quemve maluerit, eius civitatis curiae, unde ipse oritur, et in solidum heredes scribendi liberam ei concedimus facultatem. §. 6. Parentibus vero superstitibus si naturalis pater vitae munus impleverit, quartam partem bonorum, contemplatione gradus legitimi, patri matrive, avo vel aviae salvam intactamque servamus, ut, si quis eorum vel praeteritus, vel parum, quam ei debebatur ex legibus, fuerit consecutus, movere de inofficioso testamento querelam pro iuris ordine concedatur. Quos ex hac nostra dispositione nec laedi credimus, nec offendi. Nec enim aliquid ex eorum iure decoquitur, quum nequeant, ad quoscunque heredes sorte transmissa, quicquam amplius ex filiorum suorum nepotumve facultatibus praeter memoratam defendere quantitatem. Nisi forte moleste ferendum sit, natura sibi cohaerentes, licet iure seiuncti sint, alienissimis anteferri rerumque esse participes, quos consortes sanguinis confitentur. §. 7. Quod si cui non ex urbe, sed vico vel possessione qualibet oriundo naturales liberi contigerint, eosque velit sub definitione praedicta et curiae splendore cohonestare, et hereditatis opibus adiuvare, eius civitatis adscribendi sunt ordini, sub qua vicus ille vel possessio censeatur. §. 8. Quod si alterutram regnantium civitatem patriam sortiatur, sit ei liberum, susceptam ex inaequali coniugio sobolem cuiuscunque civitatis decurionibus immiscere, dummodo civitas, quae eligitur, totius provinciae teneat principatum. Indignum est enim, ut, qui sacratissimae urbis ubere gloriatur, natales suos non illustris ordine civitatis illuminet. §. 9. Haec sive quum postrema definiat, sive quum donationem cuiuslibet quantitatis, habita ratione parentum, in liberos naturales pater conferat, quod de subeunda sorte curiali seu testamento seu actorum fide constituat, ita ratum esse stabiliterque volumus observari, ut, sive abstinendo hereditatibus sive abdicando donationes naturales liberi curialem voluerint evitare fortunam, posteaquam paternarum opum vel in solidum vel ex parte reperti fuerint possessores, licet eas alienaverint, omni modo ad conditionem, in qua pater eos amplificatis opibus esse voluit, etiam inviti cogantur accedere, Apolloni, parens carissime atque amantissime. §. 10. Illustris igitur et magnifica auctoritas tua, quae sanximus, edictis propositis ad universorum nostro imperio subiectorum notitiam commeare perficiat. *Dat. Kal. Ian. Constantinopoli, Maximo II. et Paterio VV. CC. Coss.*

INTERPRETATIO. *Si quis habuerit legitimos filios et naturales, id lex ista constituit, ut id observetur, quod est in Theodosiani corpore constitutum*[c]), *hoc est, ut exstantibus legitimis filiis octavam hereditatis naturalibus vel eorum matribus pater, si voluerit, derelinquat*[d]). *Si vero legitimos filios non habuerit, et naturales habuerit, et eos heredes fortasse facere voluerit, non aliter poterit, nisi ut primitus eos corpori curiae sub gestorum testificatione coniungat, et sic, si voluerit, integras ad eos sive donatione sive testamento heredes scribendo transferre poterit facultates: quarta vero patri vel matri, avo aviae, quibus de inofficioso testamento actio suppetit, specialiter servata. Hoc, seu curialis, seu liber a curia, naturalibus filiis ita conferre legis istius ordinatione permittitur, ita ut in ea civitate, in qua vel in cuius territorio habitat, naturales filios constituat curiales. Quod si, ut assolet, in duabus*[e]) *provinciis ei possessio vel habitatio fuerit, et voluerit in civitate sua eos facere curiales, hoc lex ista permittit, ut, in qua provincia elegerit, dummodo in metropolitana civitate, instituendi naturales filios curiales pater habeat potestatem.*

2.[f]) *Iidem AA. Apollonio Pf. P.* Nulla paene res adeo pro utilitate humani generis invenitur, quae non callidis hominum consiliis ad fraudem malitiamque convertitur. Nonnulli enim curiales, quorum corpori semper volumus esse consultum, parum habent, sua commoda nostris beneficiis adiuvari, nisi eis ad aliorum abutantur incommodum. Sed nos, quibus ingenitum est prodesse cunctis, obesse nemini, sicut eorum utilitatibus providendum esse censemus, ita fraudibus etiam ducimus obsistendum. Hic enim est expeditissimae sanctionis effectus, qui, dum aliis prospicit, aliorum iura non minuit. §. 1. Meminimus quippe, nuper emissa lege divali portionem quartam de facultatibus curialium fati munus implentium ex qualibet novissima voluntate, vel ab intestato etiam, ad quemcunque, praeterquam si ad filios, deferantur, curiarum deputasse corporibus. Sed multi, tanquam corrumpendi totius patrimonii occasione captata, uniuscuiusque rei sibi particulam vindicando adeo totas dilacerant facultates, ut, dum participibus relictarum opum nocere cupiant, sua quoque iura praecipitent. §. 2. Quorum nimiam licentiam provida dispositione frenantes, ipsis quidem curialibus occupandi sua auctoritate res mortui copiam denegamus, optionem vero damus heredi, ad quem vel ab intestato vel ex postrema voluntate directis vel fideicommissariis verbis decurrit hereditas, utrum aestimationem quartae partis curiae velit offerre, an omne patrimonium, quod relictum est, in partes quatuor pro sua voluntate dividere, ut, rebus totis in sortitum casumque deductis, vel curiae quadrantis vel heredi ac fideicommissario per universitatem dodrantis electio ex sortis conditione contingat. Ita scilicet et praefati successores et curia promiscui rerum dominii liberabuntur incommodo. Naturale quippe vitium est, negligi, quod communiter possidetur, utque se nihil habere, qui non totum habeat, arbitretur. Denique suam quoque partem corrumpi patitur, dum invidet alienae. §. 3. Sed ubi quarta pars[g]) bonorum mortui curiae debet offerri, immobiles quidem res, quae nec latere facile possunt, nec quicquam, si divulgentur, officiunt, sub adspectu etiam curialium aestimari dividive concedimus: mobiles autem res vel se moventes, vel instrumenta, vel si quid etiam in huius modi iure consistat, in medium proferri divulgarique non patimur, sed iuratis successoribus, quum apud se diligenter aestimaverint, quae quantique sint pretii facultates, credi oportere decernimus. Quid enim tam durum tamque inhumanum est, quam publicatione pompaque

c) *Cf.* c. 149 C. Th. de Decur. (*XII*, 1), quam interpr. non recte cepit sec. Ri. d) H. l. in cod. 27 ponitur ultima pars interpretationis: *Hoc, seu curialis — potestatem.* e) Neque haec ab interpr. recte explicata esse dicit Ri. f) N. 2 deest in codd. 17[a], 28, 38—40, 42, 43, 45. In rell. codd. et ap. Sich. est *N.* 2. Vid. Nov. 1 h. t., ubi etiam de cod. 21 dictum est. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 5—9, 11, 14—16; inscr. et textus des. in codd. 22—25, 30—33, 35, 37; textus et subscr. in codd. 12, 26, 27; solus textus in codd. 29, 34; sola interpr. in cod. 19; sola particula textus superest in cod. 44. De cod. 10 vid. infra not. *g* et tit. IV. not. c. Cod. 13 fol. XXXIV. terminatur v. *hereditatis* §. 14, proximi folii prima vv. sunt *compulerit et eodem* §. 14 Nov. Valent. tit. XII. de Episc. iud. g) Hic iterum incipit cod. 10. Vid. supr. tit. IV. not. c.

### EPIT. AEG.

Si quis habuerit legitimos filios et naturales, octavam hereditatis naturalibus vel eorum matribus pater, si voluerit, derelinquat. Si vero naturales tantum habuerit et eos heredes fortasse facere voluerit, non aliter poterit, nisi eos sub gestorum testificatione curiae coniunxerit: quarta vero patri vel matri, avo aviaeque reservata. Hoc, seu curialis, seu liber a curia, facere permittitur. [a]) Naturales autem dicuntur ingenuarum concubinarum filii, quos sola natura genuit, non honestas coniugii. Nothus dicitur, qui de patre nobili et matre ignobili gignitur. Spurius[b]) dicitur, qui de matre nobili et patre ignobili nascitur. [c])Si quis alias sententias, quae hic non continentur, ex ipsius Theodosii vel aliorum auctorum librorum corpore praesentaverit, in omnibus vacuentur, quia ipsa per Valentinianum periit Roma et cecidit Romana potestas.[d])

a) Rell. ab interprete addita *sunt*. b) 57 om. *Spurius — nascitur*. c) Rell. desunt in nonn. codd. d) Nov. 2 deest.

### EPIT. SUPPL. LAT. 215.

Hoc est, quod exstantibus legitimis filiis octava pars hereditatis naturalibus filiis et matribus eorum possit donari, si voluit pater. Quod si legitimi non fuerint filii, hereditas naturalibus sic potest derelinqui, ut eos in civitate, qua habitet, pater eorum sub gestorum testificatione subiungat et sic, si voluerit, sive per donationes sive per testamentum eos heredes scribat; ita ut tres partes ad eos perveniant iuxta voluntatem patris, quarta vero patri vel matri aut avo vel qui proximiores parentes sunt, reservetur. Hoc seu curialis, seu liber a curia naturalibus filiis ita conferre lex ista permittit.

### EPIT. GUELPH.

I. De filiis. naturalibus sic corpore contenetur.[a]) si filius. abeat octavam partem. si non abeat. quartam facultatis. sue dari., si eos heredes fieri[b]) voluerit. curie corpore esse iungendus.

a) Sp. *continetur*. b) Sp. *filii*.

### EPIT. MONACHI.

Si curialis habuerit legitimos filios et naturales, sicut in Theodosiano scriptum est, octavam, si voluerit, partem hereditatis suae naturalibus filiis vel eorum matribus derelinquat. Si vero legitimos filios non habuerit, et naturales heredes facere voluerit, aliter non poterit, nisi primum eos corpori curiae sub gestorum testificatione[a]) coniungat et tunc sive per donationes sive per testamentum transferre poterit facultates: quarta vero patri vel matri, avo aviae, quibus de inofficioso actio suppetit, specialiter reservata. Similiter et ille, qui a curia liber est, facere potest, ita ut in eo loco, quo habitat, naturales filios constituat curiales. Quod si ei in duas provincias fuerit possessio, in qua ipse eligit, filios constituat curiales, in metropolitana tam[b]) civitate eos oportet constitui.

a) 62 *significatione*. b) Leg. *tamen*.

### EPIT. S. GALL.

Imp̃ thõd. data VI. kāl genur̃s. *Intp̃*. Si quis homo habuerit legitimus filius[b]) et naturales si voluerit de facultatē suā octavā porcionem ad naturales filius[c]) dare potē et forsitan legitimus filius[d]) ñ habuerit nisi tantum naturales si forsitan eos curiales aut in fiscale actione mittere voluerit totam facultatē suā si voluerit eis dare[e]) poteē nā quartā ad alios heredes suos. reservare debeat[f]).

b) 65 *ian*. 65, 67 *legitimos filios*. c) 65 *filios*. 67 *octava porcione*. d) 65, 67 *legitimos filios*. 67 *et si forsitan*. e) 67 *donare*. Supra 65 *tota* et 66 *svolverit*. f) 67 *debet*. Paulo ante 65 *quarta*.— Nov. 2 h. t. deest. Quare 67 hoc loco add. *EXPLICIT NOVL TEODOSI. I.*

rerum familiarium et paupertatis detegi vilitatem, et invidiae patere divitias? In exigendis vero debitis si pretium, quod pro quarta parte actionum curiae competit, successores praestare noluerint, cautionibus iurata fide prolatis in medium unusquisque a debitoribus convenientem sibi exigat portionem: eque diverso aes alienum, si cui defunctus fuerat obligatus, tam iidem successores, quam curia pro sua sorte restituere compellantur. §. 4. Quod si saepe dicti successores sacramentum sibi crediderint excusandum, tum vero, ad similitudinem rerum immobilium, diligentior curialibus omnium rerum indago praebebitur: scilicet ut universis mortui facultatibus in aperto propositis, vel aestimatio rerum vel divisio, prout successores elegerint, sub praesentia curialium celebretur. §. 5. In omnibus autem casibus, ubi quarta pars curiae competit, transactiones interpositas firmas illibatasque manere decernimus. §. 6. Ad filiorum vero numerum, ad quos integras opes venire censuimus, filium, nepotem, pronepotem, patrem, avum et proavum, ad virilis sexus originem pertinentes, etsi alieni sint curia, iubemus adiungi, ut ad has quoque personas ex ultima voluntate vel ab intestato delapsae facultates nullius partis imminutione decrescant. §. 7. Filiam quin etiam, neptem proneptemve principali eiusdem civitatis, unde pater, avus vel proavus oriuntur, nuptam rerum vel ab intestato vel ex dispositione voluntatis ultimae quaesitarum integrum nullaque parte minutum dominium habere sancimus. §. 8. Quod si post parentum obitum inveniantur innuptae vel viduae, impuberibus quidem post transactam pubertatem, in aliis vero, quae pubertatem excesserint, vel etiam in viduis post mortem parentis triennium duntaxat volumus exspectari, ut interim quarta portio suspensa vel apud eam, si in matrimonio curialis eiusdem civitatis fuerit collocata, perpetuo iure permaneat, vel si intra id temporis alienum eadem curia sortiatur maritum, penitusve nupta non fuerit, memorata pars curiae cum triennii tam urbanorum quam rusticorum praediorum duntaxat fructibus addicatur; ita tamen, ut et optionis conditio in offerendis rebus quartae partis sive eius pretio[h]), et sacramenti tam de quantitate quam de aestimatione rerum mobilium deque actionibus inferendis excipiendisve, sicut in extraneis personis dictum est, ratio conservetur, ceteris videlicet, quae super hac re prolata constitutio continet, firmiter duraturis. §. 9. Sed et si mater mortui vel avia tempore, quo filius neposve moritur, in coniugio curialis inventa fuerit, ne ipsas quidem patimur quartae portionis subire iacturam. §. 10. Extraneum quin etiam heredem, propinquitatis quidem iure discretum, curiae tamen eiusdem civitatis obnoxium supra dictae portionis dispendio liberamus. §. 11. Femineo vero sexui non hac tantum provisione, sed illa insuper iuris adiectione consulimus. Praecipimus namque, ut ad similitudinem naturalium filiorum, quos decurionatus sorti paterna sententia dedicavit, filia quoque naturalis in matrimonium curialis adscita, si tamen nulla patri eius suppetat legitima soboles, idque paternae visum fuerit voluntati, et omnes res patrias donationis titulo consequatur, et heres scribatur ex integro: ita tamen, ut et parentum, quibus quarta pars patrimonii relinquenda est, et locorum, unde gener eligitur principalis, ad formam nuper emissae constitutionis ratio conservetur. Quid enim interest, utrum per filios, an per generos civitatum commoditatibus consulatur? et utrum novos lex faciat curiales, an foveat, quos invenit? §. 12. Aliam quoque de negotio curiali caliginem suggestione tui culminis moti recenti interpretatione discutimus, et inprimis descriptionis onere siliquarum quatuor, quas lucrativis iugationibus tantum, non humanis vel animalium censibus, neque mobilibus rebus iubemus indici, etsi curiales non sint, maiores ac posteros liberamus; ut, si pater, avus vel proavus filio, nepoti pronepotive vel filiae, nepti proneptive (nec interest, nuptae sint curialibus, necne) postrema voluntate vel inter vivos etiam donatione quicquam de suis opibus largiatur, memoratae descriptionis cesset indictio: eque diverso, ut, si posteri ad maiores praedicta sibi consanguinitate devinctos praefatis titulis suas conferant facultates, nullius accessione gravaminis huius modi liberalitas oneretur. Ita enim necessariis sibi coniunctisque personis sub liberalitatis appellatione debitum naturae persolvetur. §. 13. Cuius auctoritatem iuris pariter valere sancimus, et si ab intestato succedant praefati sibi generis ordine sociati. Ex his enim successionibus maxime debiti potius solutio, quam muneris oblatio comprobatur, quae, non largientibus etiam dominis, ipsa propinquitatis serie deferuntur. Ceteri vero licet quadam inter se cognatione iungantur, nunquam tamen curiale praedium sine praedicto onere lucrabuntur, nisi forte is, cui lucro res cesserit, eiusdem civitatis ordini sit obstrictus, qui, licet inter extraneos numeretur, vacuum tamen ea functione, quod datum est, consequitur. Nam quum personae conditio non mutetur, ne rei quidem statum convenit immutari. §. 14. Lucrativas vero res eas tantum volumus appellari et praedictae descriptionis gravamen excipere, quae hereditatis, legati, fideicommissi iure, mortis causa donatione, vel cuiuslibet postremae voluntatis arbitrio ad quempiam delabuntur. §. 15. Inter vivos etiam donatio simplici liberalitate confecta lucrativae merebitur et nomen et sarcinam. Si vero vel socer futurus filii, nepotis vel pronepotis sponsae affinitatis coeundae causa donaverit, vel parens etiam filiam, neptem vel proneptem curiali seu extraneo nubentem dotaverit, licet casus eventu res eius, cui data est, vertatur ad lucrum, nec inter lucrativas numerabitur, nec descriptionis oneri subiacebit. Nec enim iuris optimi est, matrimonium, quum tot tantisque suis difficultatibus opprimatur, adventitiis etiam cumulare ponderibus. §. 16. Res vero, quae memoratis causis lucrativae semel nomen exordiumque sortita est, licet ab eo, qui susceperit, ad alterum emtionis vel cuiuscunque contractus iure migraverit, cum praedicto descriptionis gravamine procul dubio transferetur, ut vel sciens sibi imputet, qui accepit oneratam, vel si ignoraverit, quod interest consequatur; contraque, si cuiuslibet contractus exordio lucrativae nomen evaserit, et si postea lucri titulo in dominatum alicuius ceciderit, sarcinam memoratae descriptionis effugiet. Nulla enim in huiusce modi causis confusionis intercedit occasio, si ad primordium tituli posterior quoque formetur eventus, nisi forte res decurionis, quae ad eum cuiuslibet mercimonii iure pervenerit, ad alterum fuerit postrema eius voluntate vel ab intestato vel inter vivos donatione translata. Tunc enim, quia semel in personam cecidit principalis, veterum titulorum nequaquam ratione perspecta, conditionem et onus merebitur lucrativae, Apolloni, parens carissime atque amantissime. §. 17. Illustris igitur et magnifica auctoritas tua edictis ex more propositis sanctionem nostrae clementiae, quam in perpetuum volumus observari, ad omnium notitiam pervenire constituat. *Dat. VIII. Id. Mart. Constantinopoli, post cons. Dioscori et Eudoxii VV. CC.*

Interpretatio. *Lege hac curiales minime prohibentur testamentum facere, sed ita ut legitimis filiis, si voluerint, facultates suas integras sine imminutione aliqua derelinquant. Ceterum si filii legitimi defuerint, quemlibet etiam extraneum a curia scribere permittantur heredem, sed ita ut heres, qui conditionem curiae nullam debet, quartam hereditatis acceptae curiae sine aliqua imminutione mox refundat. Quod si is, qui heres scriptus est, integram hereditatem habere voluerit, pro quarta illa, quae curiae deputatur, pretium, quantum valuerit, dare non differat. Agri, domus, vel quicquid latere non potest, communi aestimatione taxentur. De praesidio*[i]) *vero, aut quicquid latere potest, heres scriptus curiae praebeat sacramenta, secundum fidem pretium soluturus. Quod si noluerit, prolatis omnibus, tres partes heres et quartam curia vindicabit. De cautionibus vero, quae testatori curiali debentur, simili ratione divisis etiam, quae testator curialis debuisse convincitur, tres partes heres et quartam curia creditoribus sine dilatione dissolvat. Pactiones, quae inter heredem et curiam de hereditatis divisione factae fuerint, firmae permaneant. Filii vero, nepotes et pronepotes, qui avis et proavis per virilem gradum successerint, seu scripti heredes sint, seu ab intestato succedant, sive curiales sint, sive a curia liberi, de hereditate sibi debita vel dimissa quartam partem curiae nomine penitus non amittant. Filia etiam curialis, neptis, proneptis, si curiali ipsius civitatis in matrimonio iuncta fuerit, avo, proavo intestatis in integra hereditate succedit. Et si testatus fuerit et has personas relinquat heredes, quartam portionem curiae refundere non coguntur. Quod si filia, neptis aut proneptis a patre, avo vel proavo vel in minore aetate vel viduae relinquantur heredes, posteaquam ad annos pubertatis accesserint, triennio exspectentur, ut, si curiali eius civitatis nupserint, integram hereditatem, sicut eis vel debita est vel dimissa, sine aliqua imminutione possideant. Si vero ei nupserint, qui curiae nihil debebat, quartam partem hereditatis a die mortis auctoris curiae cum fructibus sine aliqua dissimulatione restituant. Et si sine maritis voluerint perdurare, quartam similiter curiae cum fructibus reddant. Quod si rem*

h) 8, Sich. om. *sive eius pretio*, sed in 8 spatium est et asteriscus ap. Sich. (*partis * et*), annot. autem apud Sich. in m.: „*Deest verbū, quale est, maneat.*" i) Barbare sec. Ritt. pro pecunia, auro, argento.

EPIT. SUPPL. LAT. 215.

Si curialis nullos habuerit filios et ut propinquos, quemlibet extraneum a curia scribit heredem, tres partes facultatis heres scriptus possideat, quartam curiae refundat aut redimat; et quicquid curialis alicui debuit, tres partes heres, quartam curia solvat. Similiter fiat de eo, quod ei debetur. Quod si curiales[a]) scribit herede extraneo filios vel propinquos habuerit, ipsi in curia fuerint, quartam hereditatis ipsi recipiant. Filia curialis[b])

a) Haec corrupta sunt. b) His vv. terminatur codex.

EPIT. GUELPH.

II. De pupillorum XXXV.[c]) annus. tl· II· ? · IIII· ɫ· I.[d]) Nl· II· ? · XII.[e]) ɫ· XI.

III. Ut curiales. quem voluerit scribat[f]) heredem. quarta. curie demissa. ɫII. ? ·X.[g])

EXPŁIC[h]) NOUEŁ LIB̃ ·I·

c) Leg. *XXV.* d) C. Th. II, 4, 1. e) Nov. Val. tit. XII, 1. Sp. om. *XII. ɫ.* f) Sp. *scribant.* g) Incert. num. An Nov. Val. tit. X? Sp. *XX.* h) Sp. *Explc.*

EPIT. MONACHI.

Curiales, si testamentum facere voluerint, non prohibentur: aut si voluerint, legitimis filiis integras hereditates servent. Si filii legitimi defuerint, quemlibet extraneum potest instituere heredem; sed ita, ut heres, qui curialis non est, quartam hereditatis acceptae curiae refundat aut pro eadem quarta pretium curiae exsolvat. De praesidio vero similiter aut quartam curiae cum iuramento restituat aut pretium. De cautionibus[c]), quae testatori curiali debentur, simili ratione, ea vero, quae testator curialis debuisse convincitur, tres partes heres et quartam curia exsolvat. Pactiones, quae inter heredem et curiam hereditatis divisione facta fuerint, firmae permaneant. Filii vero, nepotes et pronepotes, qui avis et proavis per virilem gradum successerint, seu scripti heredes sive curiales sint seu a curia liberi, de hereditate sibi dimissa quartam partem curiae nomine penitus non amittant. Si filia curialis, neptis, proneptis, si curialem illius civitatis maritum acceperit, avo, proavo intestatis in integram hereditatem succedat. Et si testatus fuerit et has personas relinquat heredes, quartam portionem curiae refundere non coguntur. Quod si filia, neptis aut proneptis a patre, avo vel proavo vel in minori aetate aut viduae relinquantur heredes, postquam ad annos pubertatis accesserint, triennio *exspectentur*[d]), ut, si curiali eius civitatis nupserint, integram hereditatem, sicut ei debita est, possideant. Si vero curiali non nupserint, quartam partem hereditatis curiae cum fructibus a die mortis auctoris restituant. Quod si sine maritis voluerint perdurare, quartam similiter cum fructibus reddant. Quod si rem relictam a parentibus tenere maluerint, sacramento praebito de quantitate hereditatis quartam partem curiae in pretio refundant. Matri quoque vel aviae, si curiales maritos habuerint, quartam portionem hereditatis defuncti filii vel nepotes, quae eis acquisita est, a curia non auferatur. Nam si curialis curialem extraneum scribat heredem, ipse quartam curiae non refundat. Filia quoque naturalis si curiali nupserit, licet

c) 63 add. *vero.* d) 62 *expetentur.*

*relictam a parentibus tenere maluerint, sacramento praebito de quantitate hereditatis quartam partem curiae in pretio mox refundant. Matri quoque vel aviae, si tamen curiales maritos habuerint, quartam portionem hereditatis defuncti filii vel nepotis, quae eis acquisita est, lex ista a curia non iubet auferri. Nam si quis curialis quemlibet extraneum et tamen curialem scribat heredem, et ipse quartam, quia portio curiae ipsius est, non refundat. Curialis etiamsi legitimos filios non habuerit, et habuerit naturales, si voluerit eos curiae iungere, et heredes scribere, vel donatione in eos propriam conferre substantiam, faciendi habeat potestatem. Filia quoque naturalis si curiali nupta fuerit, licet ei proprias et donare et relinquere facultates, ea conditione, ut patrem matremve, vel quibus actio de inofficioso testamento competit, nullatenus praetermittat. Sed eis legibus debitam vel donationis vel mortis tempore, hoc est quartam portionem reservet.*

**EXPLICIT LIBER LEGUM NOVELLARUM DIVI THEODOSII** [k]).

# INCIPIT

## LIBER LEGUM NOVELLARUM

# D. VALENTINIANI A.[a])

INCIPIUNT TITULI LEGUM NOVELLARUM DIVI VALENTINIANI AUGUSTI.

## TITULUS I.[b]) DE FRUCTIBUS INTER MARITUM ET UXOREM EXPENSIS FILIIS VEL HEREDIBUS MINIME IMPUTANDIS.

TIT. I. DE FRUCTIBUS INTER MARITUM ET UXOREM STANTE CONIUGIO EXPENSIS.

1.[c]) *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Albino II. Pf. P.* Auctoritatis suae memorem amplissimum senatum gratanter agnovimus, cuius consilium improbis rebus semper occurrit. Hinc est, quod nuper illustribus ac sublimibus viris, quos evocari ad sacratissimum comitatum utilitas publicae necessitatis exegit, nobis suggerenda mandavit, ne abhorrenda usurpatio ab omni honesta conversatione vires diutius obtineret. §. 1. Comperimus enim, quasdam post maritorum obitum filios suos proposita indecora actione nudasse, quum ab his patrimonii sui fructus quaererent, quos utique stante matrimonio in illa aequalitate vivendi in commune consumtos convenit aestimari, quorumque ratiocinium perplexum atque confusum ad veritatis fidem discuti posse non credimus. Quumque illud frequentius noverimus accidere, ut maiores expensas flagitet matronalis ornatus, et quum nunquam viri post uxorum obitum huius modi aliquid credant communibus filiis opponendum, durum est, muliebri tantum licentiae ista permitti. §. 2. Ideoque Albine, parens carissime atque amantissime, illustris ac praecelsa magnitudo tua hac edictali sciat nos lege sanxisse, ne de coniugii copula eorum alter superstes defuncti heredes super hac repetitione redituum aestimet lite pulsandos. Hac enim conditione et uxores teneri volumus et maritos. Sive enim intercesserit dos, seu oblata non fuerit, omne iurgium huiusce repetitionis et ratiocinii conticescat. §. 3. Hanc autem legem utilitati et concordiae humani generis profuturam edictis per provincias propositis amplitudo tua in omnium notitiam faciet pervenire. *Dat. III. Id. Sept. Ravenna, D. N. Theodosio A. XVIII. et Albino V. C. Coss.*

Interpretatio. *Si vir uxore superstite moriatur, fructus, quos stante coniugio constat expensos, nullam postea a communibus filiis seu ab heredibus mater repetendi habeat facultatem. Quod et si uxor vivo marito decesserit, maritum praecipit eadem lege constringi, ut et ipse a filiis vel heredibus uxoris de ipsis fructibus, qui in commune expensi sunt, penitus nihil requirat.*

Uno ex his defuncto nec a filiis nec ab aliis heredibus requirendum.

k) In plerisque Br. Al. codd. add. *Expl Liber Novellarum Divi Theodosii;* in aliis *Explicit Novellarum* (*Divi*) *Theodosii* aut *Explicit Novellae Divi Theodosii* aut *Finis Novellarum Legū D. Theodosi A.* aut *Expliciunt Tituli Novelle Divi Theodosiani.* Sich. *Novellarum Theodosii A. Finis.* In cod. 9 add.: *Hic quaere de Theodosiano Novell libro in hera VIII. Si quis hereditate positus sibi ancillam in coniugio copulaverit, agnatio matrem sequatur. Simili modo, si liberta servo* (l. *servum*) *acceperit marito* (l. *maritum*), *agnatio patrem sequatur, quia inferiore parte vadit.* In codd. 23, 24 sequuntur novem Novellae a Visigothis non receptae. Cf. Haenel in Praef. Novell.

a) In codd. Novellis Valentiniani ita inscr. est: *Incp.* s. *Incipiunt Novellarum Divi Valentiniani A.* s. *Inc̄ Divi Valentiniani* s. *Tituli Legum D. Valentiniani* s. *Incp Novellae D. Valentiniani A.* Pauci add. numerum libri. Novellarum Valentiniani supersunt XXXV tituli et 46 novellae. b) Tit. I. Novv. Val. *Tit. XIII.* 19 *Tit. XXI.*, antecedunt enim XX tituli, quos Visigothi non receperant, iam sequuntur in illo codice tituli in Br. Al. recepti. De codd. 4, 13 vid. Nov. Th. tit. IX. et tit. XI. nov. 2. c) Novella integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 5—12, 14—16, 17[a], Paris. 4420; omnia desunt in cod. 42, sed addita est interpr. tit. III. de Homicidiis, qui ipse om.; omnia praeter interpr. des. in codd. 41, 43, 45; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in codd. 26—28; solus textus in codd. 25, 29—40. In cod. 19 deest omnium Novellarum interpretatio.

**EPIT. GUELPH.**

INCPT II DE FRUCTIBUS. I' INTER UIRUM ET UXOREM. EXPENSIS FILIIS VEL HEREDIBUS. MINIME INPOTANDIS.[a])

a) Sententia deest.

**EPIT. LUGD.**

INCIPIUNT NOVELLAE VALENTINIANI.

I. DE FRUCTIBUS INTER MARITUM ET UXOREM EXPENSIS FILIIS VEL HEREDIBUS MINIME IMPUTANDIS.

Ut si vir superstite uxore moriatur vel mulier superstite viro, quod a communibus filiis vel heredibus neuter eorum debeat fructus requirere, quos stante coniugio[a]) constat expensos.

a) Cod. *quos tante.*

**EPIT. MONACHI.**

proprias et donare et relinquere facultates: ea conditione, ut patrem matremve vel quibus actio de inofficioso competit, nullatenus praetermittat, sed eis quartam portionem reservet. *Dat. Id. Mart. post cons. Dioscori et Evodii V. C. Coss.*[e])

INCIPIUNT CAPITULA NOVELLARUM D. VALENTINIANI A.

I. De Fructibus Inter Maritum Et Uxorem Expensis Filiis Vel Heredibus Minime Imputandis. II. De Manichaeis. III. De Homicidiis Casu Factis. IV. De Testamentis[a]). V. De Sepulcri Violatoribus. VI. De Libertis Et Successionibus Eorum. VII. De Indulgentiis Reliquorum. VIII. De Triginta Annorum Praescriptione Omnibus Causis Opponenda. IX. De Colonis Vagis Vel Agnatione Eorum Et De Advenis. X. De Confirmandis His, Quae Administrantibus Vel Publicum Officium Gerentibus Distracta Sunt Vel Donata Et De Advocatis Vel De Ceteris Negotiis. XI. De Parentibus, Qui Filios Suos Per Necessitatem Distraxerunt, Et Ne Ingenui Barbaris Venundentur[b]). XII. De Episcopali Iudicio Et De Diversis Negotiis[c]).

INCIPIT NOVELLARUM DIVI VALENTINIANI AUGUSTI.

I. DE FRUCTIBUS INTER MARITUM ET UXOREM ET EXPENSIS HEREDIBUS NON QUAERENTIBUS.

Expensas, quas vir cum uxore manente coniugio fecerint et unus ex his decesserit, ei, qui superstes fuerit, ipsas expensas vel fructus a filiis communibus vel ab heredibus non quaerantur, quos parentes eorum consumserunt. *Dat. VII. Id. Sept. Theodosio A. XVII. et Albino V. C. Coss.*[a])

e) Subscript. deest in 62.

a) 64 *De T. inter virum et uxorem.* b) 64 *De His qui — vendantur neque trans mare.* c) In cod. 64 add. rubr. *De Exactoribus Perpetuis Ad Triennium Evocatis.*

a) Subscript. deest in 62.

**EPIT. S. GALL.**

DE LIBRO XVIII.

I. De[a]) maritū et uxoris spensis. II. De omicidiis casu an[b]) voluntate factis. III. De testamentis[c]) de marito et muliere sine filiis[d]). V. De sepulcris violatorib;. VI. De libtis et successionib;[e]) eorū. VII. De triginta annorū pscripcionib;[f]) causis oponenda. VIII. De colonis vagiis et vagacione eorꝫ et avenas[g]). VIIII. De confirmandis hiis q[h]) administrantib; vel publicū officiū gerentib; distractē s̄ l̄ donata et de advocatis l̄ ceteris negociis. X. De parentib; qui filios suos p necessitatē distraunt[i]) et ne ingenib; barbaris venundent' neque mare vindant. XI. De episcopale iudicio et[k]) de divsis negociis.

INCIPIT NOVL[a]) DIVII[b]) VALENTINI.

I. DE FRUCTIB; INT MARITUM ET UXOREM SPENSIS[c]).

Data IIII id. sepmbr. *Intp.* Quicūq: homo ingenuus si uxorē suā supvixerit aut uxor maritū qdqd de mobilia habuerint et cumunē[d]) voluntatē expendider.[e]) excepto de tra aut de mancipia ante ponimus; nā de mobilia fructib; liberā habeant[f]) potestatem; nec hoc sui heredes postea reqrere n̄ debeant[g]).

a) 67 *De fructibus inter mar. ex uxore sponsis.* 65 *uxores.* b) 66 *causan.* 67 *omicidis.* c) 67 add. h. l. *IIII,* quod significat tit. IV. Nam in 66 deest tit. IV. Ceterum 67 *de viro et uxore.* d) 65 add. *IIII. Hoc de testamento.* e) 67 *successoribus.* f) 67 *pscripcion omnibus causis.* g) 67 *vagis — de avenas.* 65 *de vagationem.* h) 65, 67 *his qui.* i) i. e. *distrahunt.* 65 *destraunt.* 67 *et ingenui — venundantur neque trans mari.* 65, 67 *vendant.* k) 65 *vel.* 67 *episcopali.*

a) 65, 67 *Novella.* b) 65 *Di. VII. Valentin.* 67 *Valentiani.* c) 67 *espensis.* d) 65, 67 *commune.* 67 *voluntate.* e) 65 *expendiderint.* 67 *expender.* 66 add. *et.* f) 65 *libera habeat.* g) 67 *debent.* Om. tit. II. *De Manichaeis.*

## TITULUS II. a) DE MANICHAEIS.

1. b) *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Albino II. Pf. P.* Superstitio paganis quoque damnata temporibus, inimica publicae disciplinae et hostis fidei Christianae, ad excidium sui clementiam nostram non immerito provocavit. Manichaeos loquimur, quos exsecrabiles et toto orbe pellendos omnium retro principum statuta iudicarunt. Nec dissimulationem crimina nuper detecta patiuntur. Quae enim et quam dictu audituque obscoena in iudicio beatissimi Leonis Papae, coram senatu amplissimo, manifesta ipsorum confessione patefacta sunt? adeo, ut eorum quoque qui diceretur episcopus, et voce propria proderet, et omnia scelerum suorum secreta perscriberet. Quod notitiam nostram latere non potuit, quibus tutum non est, negligere tam detestandam divinitatis iniuriam et impunitum relinquere scelus, quo non solum corpora deceptorum, sed etiam animae inexpiabiliter polluuntur. §. 1. Unde Albine, parens carissime atque amantissime, illustris et praecelsa magnificentia tua hac nos in aeternum victura lege statuisse cognoscat, quam in omnium provinciarum faciet notitiam edictis propositis pervenire, ut, ubicunque terrarum quisquis Manichaeorum fuerit deprehensus, poenas, quas in sacrilegos iura sanxerunt, auctoritate publicae severitatis excipiat. §. 2. Sitque publicum crimen, et omni volenti sine accusationis periculo tales arguere sit facultas. §. 3. Nec cuiquam licitum tutumque sit aut celare tales, aut talibus connivere, quum omnia de his a nobis confirmata sint retro principum constituta, ut noverint universi hac edictali lege proposita, Manichaeos dignitate militiae et urbium habitatione privandos, ne quis innocens talium conversatione aut societate capiatur. Successiones nec capiant, nec relinquant, sed fisci nostri viribus aggregentur. Nec his quod palam interdicimus, ulla fraude quaeratur. Iniuriarum careant actione, contractus c) liberos omnino non habeant. §. 4. Primates uniuscuiusque militiae vel officii mox exigenda per apparitionem vestram decem librarum auri mulcta percellat, si quem hac superstitione pollutum siverint militare. Neque enim aliquid nimium in eos videtur posse decerni, quorum incesta perversitas religionis nomine lupanaribus quoque ignota vel pudenda committit. *Dat. XIII. Kal. Iul. Romae, Valentiniano A. VI. et Nomo V. C. Coss.*

Ex INTEGRO *sic ponenda*, *quia* EXPOSITIONE *non eget* d).

**TIT. II. DE MANICHAEIS.**

Eo quod eos iuxta consensum Papae Leonis non solum expelli a civitatibus iubet, sed in omnibus sicut et sacrilegos plenissima severitate condemnat.

## TITULUS III. a) DE HOMICIDIIS CASU AN VOLUNTATE FACTIS.

1. b) *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Maximo Pf. P. II. et Patricio.* Criminosos quidem aversamur omnes et praecipue humano cruore pollutos, quorum crescit audacia, quum impunitas per simplicia vel etiam personalia rescripta donatur. Nefas dictu, per ignorantiam facinora defensione vallamus. Sed quantum est, quod occupationibus nostris astutia plectendae subreptionis illudit? quum rescripta huius modi etiam viro illustri quaestore nesciente procedant, quem custodem statuimus esse iustitiae, qua nullum carere debet oraculum. §. 1. Merito ergo male usurpata prohibentes hac edictali lege sancimus, ut homicidii, quod tamen casibus imputaverit confessio supplicantis, non aliter indulgentia, nisi nostri numinis annotatione praestetur, quoniam rariora erunt facinora sub nostrum ventura iudicium, nec ulla nisi discussis rebus venia continget. §. 2. Postquam tamen ad cuiuscunque cognitoris tribunal annotatio nostra pervenerit, examinari fidem precum diligenter iubemus, ut, si homicidium vel casu vel vitandae mortis necessitate constiterit admissum, venia tribuatur orantibus. Deprehensos vero in mendaciis illico poena percellat. His enim tantum volumus ignosci, in quorum lapsibus sola potest fortuna culpari. Homicidas autem in hominum caedem nefaria voluntate grassatos aliorumve capitalium criminum reos nec per annotationes nostras licebit absolvi. §. 3. Vir spectabilis magister scrinii, qui interdicta supplicantibus responsa praebuerit, quinque librarum auri mulctam sacro aerario nostro cogatur inferre. Memorialis quoque cuiuslibet scrinii, qui adversus vetita rescriptum fuerit exsecutus, spoliatus militia quinquennii relegatione plectatur. Quod enim fas non est vel per annotationes nostras nocentes mereri, multo magis vetamus rescriptis simplicibus impetrare, Maxime, parens carissime atque amantissime. §. 4. Illustris itaque et praecelsa magnificentia tua necessariam humano generi sanctionem cunctorum notitiae publicari propositis iubebit edictis, ut salubria constituta nullus ignoret. *Et manu divina: Divinitas te servet per multos annos, parens carissime atque amantissime. Dat. VI. Id. Dec. Romae, D. N. Valentiniano A. VI. et Nomo V. C. Coss. PP. pridie Id. Dec. in foro Traiani. Subscripsi.*

INTERPRETATIO. *Lex ista praecipit, ut, si quis ad principem convolaverit, asserens se casu homicidium perpetrasse, non voluntarie a se homicidium fuisse commissum, et si per supplicationem a rerum dominis veniam potuerit impetrare, a rectore provinciae, ubi casus iste commissus est, id specialiter debet inquiri et si certa fuerit suggestio supplicantis, veniam mereatur obtentam. Ceterum si voluntarie habita discussione convictus fuerit homicidium commisisse, eandem poenam excipiat, quae de homicidiis legibus habetur expressa; impetrata non valeant, et capitali sententia feriatur. Reliqua constituta lex ipsa declarat* c).

**TIT. III. DE HOMICIDIIS CASU AN VOLUNTATE FACTIS.**

Si quis ad principem confugerit et casu vel vitandae mortis necessitate se homicidium fecisse suggesserit, et per supplicationem veniam impetraverit a), si certa fuerit suggestio, veniam mereatur obtentam: tamen a rectore provinciae debet inquiri. Qui si voluntarie convictus fuerit homicidium commisisse, capitali sententia feriatur.

a) Tit. II. Novv. Val. *Tit. XVII.* 19 *Tit. XXII.* Totus tit. deest in codd. 23, 24, 28, sed tamen seqq. titt. numeri retinentur. Vid. Nov. Th. tit. IX., tit. XI. nov. 2 et Nov. Val. tit. I. b) Novella integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 5—12, 14—16, 17a, 22, 26, 29—31, 34, 36, 37, Par. 4420; omnia praeter interpr. des. in codd. 21, 42, sed in cod. 21 mutata sunt vv. interpretis. Inscr. et pars textus des. in codd. 25, 38—40; pars textus inde a §. 1 in codd. 32, 33; sola subscr. in codd. 27, 35. In cod. 45 ipsa Novella deest; pro ea titulo adiecta est explanatio. c) Hinc ordo in cod. 25 turbatus est. Nam v. *contractus* sequitur inscr. Nov. de Sepulcri viol. additis vv. *Item alia Interp̄;* haec §. 2 dictae Novellae inde a vv. *Quisquis igitur* usque ad *magnificentia tua legem.* Cum his vv. continuo cohaeret posterior pars Novellae de Manichaeis inde a §. 4. Eam sequuntur tituli de Homicidiis et de Testamentis, denique post interpretationem Nov. 2 de Testam. posita est, praefixo v. *Explanatio,* §. 9 et subscr. Nov. de Sepulcr. Nihil quidem deest, sed transpositum est folium, quod postremam huius legis partem continet. d) Nonn. codd. *Ista* (alii *Haec lex*) *interpretatione non eget* (nonn. *indiget*). Sich. *ponenda est.* 21 hanc interpr. habet: *Lex ista manicheis ita damnat, ut in nulla urbe eis facultas sit vicendi propter scelerum suorum legem.* Interpres causam dicit, cur non interpretatus sit Novellam.

a) Tit. III. Novv. Val. *Tit. XIX.* 28 *Tit. II.* 19 *Tit. XXIII.* Vid. Nov. Th. tit. IX., tit. XI. nov. 2 et Nov. Val. tit. I. et II. b) Novella integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 5, 6, 8—12, 14—16, 17a, Par. 4420; omnia praeter interpr. des. in codd. 43, 45; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in codd. 28, 44; solus textus in codd. 25, 27, 29—40; sola subscr. in cod. 26. In cod. 7 post v. *admissum* §. 2 desunt reliqua textus vv. et subscriptio. c) Hanc interpr. in cod. 8 et in Sich. ed. sequitur tit. II. L. R. B.

a) Nonn. codd. *impetravit* et mox *iubet inquiri.*

**EPIT. GUELPH.**

II DE MANECHEIS.

Hec lex precepit. ut quicunque manicheorum fuerint. reperti pena sacrilegii. subiturus. vel qui eos. celaverit. et dignitatis. honorem. privandus. facultates. eorum fisco subdendas. oficiales qui eos non prodedirint. X· libr̄ auri damnandus.

**EPIT. LUGD.**

II. DE MANICHAEIS.

Manichaeos dignitate, militia et urbe penitus pellendos.

**EPIT. MONACHI.**

II. DE MANICHAEIS.

Manichaeos exsecrabiles ex toto mundo pellendos, quorum secta obscoena in iudicio beati Papae Leonis coram senatu detecta est et omnium scelerum suorum secreta perscripta nobis patuerunt. Ideoque sancimus, ut, ubicunque manichaeus fuerit deprehensus, poenas, quas in sacrilegos iura sanxerunt, excipiant et omni volenti sine accusationis periculo tales arguere sit facultas. Nec unquam sit licitum aut celare tales aut connivere[a]), ut universi noverint, manichaeos dignitate militiae et urbium habitatione privandos et possessiones eorum fisci nostri viribus aggregentur. Nec his, quod palam interdicimus, ulla fraude quaeratur. Iniuriarum careant actione, contractos liberos omnino non habeant. Primates uniuscuiusque militiae vel officii mox exigenda per apparitionem vestram decem libras auri mulcta percellat, si quem hac superstitione pollutum siverint[b]) militare. *Dat. XIII. Kal. Iul. Valentiniano A. et Nomo Coss.*

**EPIT. S. GALL.**

**EPIT. GUELPH.**

III DE HUMICIDIIS CASU AN VOLUNTATE FACTIS.

Si casu factū. principes precepcionē liberari posse. si voluntatē. ꝗ de humicidiis est constitutū sentencia subiturū et inpetrata non valeant.

**EPIT. LUGD.**

III. DE HOMICIDIIS CASU AN VOLUNTATE FACTIS.

Quod cui casu provenisse contigerit, non aliter indulgentiam obtinere[a]) quam praestatione principis possit, sic tamen, ut, ad cuiuscunque cognitoris tribunal annotatio ipsius principis pervenerit, diligenter examinata precum fide, si homicidium casu vel vitandae mortis necessitate constiterit admissum, veniam tribuat oranti. Deprehensum vero in mendacio illico puniat. Homicidas porro vel aliorum capitalium reos criminum nec annotationes principum absolvant. Ille, qui responsa supplicantibus interdicta praebuerit, quinque libras auri sacrario principis inferat. Memorialis quoque, qui adversum vetita exsecutus fuerit rescriptum, militia spoliatur ac quinquennii relegatione plectitur.

a) Cod. *obtineri.*

**EPIT. MONACHI.**

III. DE HOMICIDIIS CASU VEL VOLUNTATE FACTIS.

Si quis ad clementiam nostram convolaverit, asserens se casu homicidium perpetrasse, non voluntarie, non[a]) aliter indulgentia nisi nostri numinis annotatione praestetur: postquam tamen ad rectores provinciae annotatio nostra pervenerit, debet inquiri: si certa fuit suggestio, veniam mereatur. Nam si voluntarie homicidium convictus fuerit perpetrasse, impetrata non valeant, sed capitali sententia feriatur: quia non aliter a nobis veniam meruit impetrare, nisi si nolens homicidium fecit aut[b]) vitandae mortis necessitate vel in quorum lapsibus sola potest fortuna culpari. Homicidas autem voluntarie in hominum caede grassatos aliorumve capitalium criminum reos nec per annotationes nostras licebit absolvi. Vir spectabilis magister scrinii, qui interdicta supplicantibus responsa praebuerit, quinque auri libras aerario nostro cogatur exsolvere[c]). Memorialis quoque cuiuslibet, qui adversum vetita rescriptum fuerit exsecutus, spoliatus militia quinquennii relegatione plectatur. Quod enim fas non est vel per annotationes nostras nocentes mereri, multo magis vetamus[d]) rescriptis simplicibus impetrari. *Dat. VII. Id. Dec. Valentiniano XVI. et Evodio V. C. Coss.*[e])

a) Codd. *cohibere.* Infra *apparationem.* b) 63 *miscuerint.* Subscr. deest in 62.

a) Vv. *non aliter—praestetur* ex §. 1 Novellae hausta sunt; sequentia vv. *postquam tamen annotatio nostra pervenerit* ex initio §. 2. Codd. *nominis* pro *numinis.* b) Rell. omnia ex Novella ipsa sumta sunt. Vid. §. 2 et 3. c) 63, 64 *inferre,* ut Novella. d) Codd. *exspectabilis—exspoliatus—vitamus.* e) Subscr. deest in 62.

**EPIT. S. GALL.**

II. DE OMICIDIIS CASU AN VOLUNTATE[a]) FACTIS.

Imp̄ thod̄ data II. id̄. decem̄br; *Intp̄.* Quicuque homo homicidiū sine sua voluntate fecerit et ipse homo qui hoc fecit a[b]) principem suggesserit qd̄ p sua voluntate hoc n̄ fecisset . si ꝓbatū fuerit qd̄ verū dicat veniā consequat'; Nā si vero sine alterius culpa homicidiū fecerit talīt exinde paciat' sic̄ reliqui homicidas[c]) qd̄ in superiorē legē[d]) conscriptū ē.

a) 67 *voluntatē.* b) 67 *ad—voluntatē.* 65 *principe.* c) 67 *homicide.* d) 65 *superiore lege.*

## TITULUS IV.[a]) DE TESTAMENTIS.

1.[b]) *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Albino II. Pf. P. et Patricio.* Iam dudum quidem divus avunculus noster, testamentorum compendia generali lege complexus, formulam iuris antiqui et inanem verborum conquisitionem non necessariam iudicavit, validissimam statuens voluntatem, quum de nostris altaribus coniuges petunt, ut decedenti prius succedat superstes. §. 1. Sed quoniam Leonius, vir spectabilis, munitus veteribus constitutis nostram supplex maluit exspectare sententiam, occasionem novandae legis amplectimur, salubri definitione censentes, ut, sive inter se coniugum seu quorumcunque consensus oblatis serenitati nostrae precibus optaverit, morte praeventis heredem superstitem fieri oportere personam, hoc ita ratum firmumque permaneat, ut nihil robustius aestimetur. §. 2. Et in augustam notitiam pervenisse sufficiat, etiamsi nullum processerit ex hac parte responsum. Nam quum liceat cunctis iure civili atque praetorio, liceat per nuncupationem, liceat municipalibus gestis iudicia suprema componere, procul dubio manebit firmior haec voluntas, quae testimonio principis et subscriptione conditoris firmatur, si tamen nullum defuncti posterius exstabit arbitrium. §. 3. Leonius vero et Iucunda, uxor eius, tanta vicissim caritate certarunt, ut fusis simul precibus ius poscerent liberorum, et propter incertum sortis humanae superstitem coniugem precarentur heredem: licet superfluo illud addentes[c]), ut intestatae successionis ius ac licentiam sortirentur (quum hoc ipsum, quod serenitati nostrae preces pariter obtulerunt, sit testamenti ordo praecipuus); praeterea, sicut supplicationi connexa mónstrarunt, quamvis in unius chartae volumine supremum votis paribus condidere iudicium, septem testium subscriptionibus roboratum. Cui nos aeternam tribui firmitatem legis huius definitione censemus, quoniam nec captatorium dici potest, quum duorum fuerit similis affectus et simplex religio testamenta condentium, cunctisque iam liceat, quoquomodo et quibuscunque verbis ultimum dictare iudicium, sicut eorum principum statuta declarant, qui removerunt sanctionibus suis meliore prudentia vetusti iuris ambages. §. 4. Idcirco, quia minutiis priscae consuetudinis et obscuritate summota solam defunctorum convenit inspici voluntatem, cui multum roboris erit, si vel septem vel quinque testibus muniatur, et virum spectabilem Leonium, praeter fiduciam precum pridem cum uxore communium, voluntas quoque alia et subscriptionibus testium munita defendit, apud eundem solida successione Iucundae coniugis suae iugiter permanente, quisquis voluerit delata nobis supplicatione testari, habeat liberam facultatem. §. 5. Cuius heres ex edicto divi Hadriani hereditaria corpora consequetur, nec bonorum possessionis petendae sustinebit necessitatem, quam generaliter omnibus relaxamus. §. 6. Ne tamen hoc testamenti genus plus iusto muniisse credamur, si quis sibi vel inofficiosi querelam vel praeteriti competere duxerit actionem, hanc utramque secundum iuris et legum statuta servamus, Albine, parens carissime atque amantissime. §. 7. Idcirco illustris et praecelsa magnificentia tua saluberrimam sanctionem mox in omnium pervenire notitiam propositis iubebit edictis, ut possit facile cognosci, condendarum servandarumque legum curam nobis esse praecipuam. *Dat. XII. Kal. Nov. Romae, Aetio III. et Q. Aurelio Symmacho VV. CC. Coss. PP. in foro divi Traiani. Antelata edicto Albini iterum Pf. P. et Patricii.*

INTERPRETATIO. *Haec lex de aliis titulis testamentorum id amplius habet, ut in coniugio positi, si filios non habeant, seu maritus uxorem, seu uxor maritum voluerit, relinquant heredem, quod ius dicitur liberorum: quia, etiamsi una charta suam condere maluerint voluntatem, ut invicem se heredes scribant, qui alteri superstes exstiterit, dimissam rem iuxta legis huius ordinem vindicabit; ita tamen, ut his personis, quibus lex concedit, si fuerit de inofficioso querela, actio reservetur.*

2.[d]) *Iidem AA. Albino II. Pf. P. et Patricio.* Quum sciamus, et divos principes et clementiam nostram condendarum legum fomitem frequenter invenisse de precibus, iuvat, ex facto, quod nuper evenit, cunctis profutura sancire. Illustrem feminam Pelagiam quum Micce illustris femina dictare vellet heredem, sed testium copiam non haberet, per holographam scripturam votum circa praedictam feminam supremae prodidit voluntatis. Nam, quod solum potuit secretius licere morienti, indicem iudicii sui paginam Caesario viro spectabili, tribuno et notario, fratris sui filio, secura commisit, quem natalium decus et propinquitatis religio fidem cogerent servare defunctae. Nec sane electionis suae cura testatricem fefellit. Desideriis amitae Caesarius obsecutus chartam fidei suae creditam, iuris et conscientiae memor, eadem, qua sumserat, simplicitate vulgavit. Sed illustris heres, ab ambitu cupiditatis aliena, nihil de successione praesumsit, nihil de corporibus hereditariis vindicavit, intra hos modestiae terminos manens, ut subdito precibus ultimae voluntatis arbitrio, non prius se putaret heredem, nisi nos causae iustitiam probaremus. Recensitis igitur omnibus, defunctae iudicium roboramus, cui, praeter filium fratris et literas suas, testes habere non licuit. Idcirco illustris femina Pelagia pro ea parte, qua heres scripta est, defunctae potietur arbitrio. §. 1. Ne tamen huius statuti salubritatem generi negemus humano, mansura iugiter lege decernimus, ut, quisquis per holographam scripturam supremum maluerit ordinare iudicium, habeat liberam facultatem. Multis enim casibus saepe contingit, ut morientibus testium numerus et copia denegetur. Quibus erit de legibus nostris inter ipsa vitae deficientis pericula causatio, si propriae manus literis scribere, quos voluerint, non sinantur heredes. Aliis testes itinerum necessitas, aliis solitudo villarum, aliis navigatio servis tantum comitibus expetita subducit. Aliorum testatas esse prohibent voluntates hi, qui, velut obsessos, conclavibus suis solent custodire languentes. Nostrae posthac beneficio sanctionis intestatus nemo morietur, cui fuerit sollicitudo testandi, late viam supremis aperimus arbitriis: si holographa manu testamenta condantur, testes necessarios non putamus. Scripto enim taliter sufficiet heredi, asserere etiam sine testibus fidem rerum, dummodo reliqua congruere demonstret, quae in testamentis debere servari tam veterum principum, quam nostrae praecipiunt sanctiones, ut in hereditariorum corporum possessionem probata scripturae veritate mittatur. §. 2. Quum tamen testium praesentiam testator elegerit, legitimum numerum semper oportebit adhiberi. §. 3. Necessitatem quoque praecipitem summovemus, quae testatores hactenus compulit, sub unius diei spatio supremum, festinato nimis, ordiri et implere iudicium. Quibus nos licentiam tempusque largimur, ut voluntatem, quam de rebus propriis mente conceperint, frequenter scribant, frequenter retractent, frequenter emendent, et quot voluerint diebus in tantae praesertim causae meditatione versentur. Haec enim deliberatio nihil immaturum relinquit, cui licebit saepe dictata corrigere. §. 4. Testes autem subscriptiones suas uno die vel omnes pariter, vel, si legitimus numerus exiguam moram fecerit, horis praebere diversis sub obtutibus testatoris iubemus. §. 5. Praeterea, quoniam plerique deficientium voluntates suas cupiunt esse secretas, nec ante vulgari, quam luce priventur, statuimus ac iubemus, ut, si testes rogati paginae, cuius arcana nescierint, coram testatore subscripserint, nihil ex ignoratione testium testamentorum firmitatibus derogetur, Albine, parens carissime atque amantissime. §. 6. Idcirco illustris et praecelsa magnificentia tua iustissimam legem et cunctis generaliter profuturam[e]) in omnium celeriter ire notitiam propositis iubebit edictis, ut facile possit agnosci nostrarum salubritas sanctionum. *Dat. VII. Kal. Ian. Romae, Aetio III. et Symmacho VV. CC. Coss. Acc. VI. Kal. Ian. Romae. PP. V. Kal. Ian. in foro Traiani. Subscripsi.*

INTERPRETATIO. [f])*Haec lex licet alia replicet, quae in aliis legibus habentur exposita, tamen hoc amplius observandum esse praecipit, ut, si cui fuerit testandi voluntas, et testes forsitan defuerint, voluntatem suam propria manu perscribat, quae prolata post defuncti obitum plenam obtineat firmitatem.*

a) Tit. IV. Novv. Val. *Tit. XX.* 28 *Tit. III.* 19 *Tit. XXIV.* Cf. Nov. Th. tit. IX. et tit. XI. nov. 2, Nov. Val. tit. I. et II. L. Vis. II, 5. b) Codd. (praeter 19, 27, 45) Sich. *N.* 1. 19, 27, 45 *N. un.* Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 5—12, 14—16, 17ᵃ, Par. 4420; omnia praeter interpr. desunt in codd. 42, 43, 45; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in codd. 27, 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29—40. c) Seqq. in codd. 1, 2, 7, 8, 10, 14, 15, 26 et ap. Sich. inverso ordine ita scripta sunt: *ut intestatae serenitati nostrae preces pariter obtulerunt, si successionis ius ac licentiam sortirentur, quum hoc ipsum testamenti ordo praecipuus praeterea.* Est vero in hoc vel illo cod. *ut testandi, serenitatis* s. *serenitates, obtulerint* (ut Sich.), *huius hac licentia, ipsum* (s. *ipsud*) *quod* (ut Sich.) aut *ipso ut quod, ordo praecipit praeterea* (ut Sich.). 6 *superfluo preces pariter obtulerint si successionis ius hac licentia sortirentur ipsum quod testamenti ordo* etc. d) Codd. (praeter 19, 27, 45, ubi haec Nov. deest) Sich. *N.* 2. Integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 5—12, 14—16, 17ᵃ, Par. 4420; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 43; inscr. et textus in codd. 21—24; textus et subscr. in cod. 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus deest in codd. 25, 30—40, et textus usque ad §. 6 in cod. 29. In cod. 17ᵃ huic Novellae praeponitur rubrum: *Tit. De Testamentis.* Interpretatio brevissima est. Nominatur haec Novella in interpr. c. 7 C. Th. de Test. (IV, 4). e) Vv. *iustissimam—profuturam* instar rubricae novi tituli in cod. 7 scripta sunt. f) 7 add. *de Sepulcris.* Est enim huic interpretationi antepositus num. *tit. V.*, qui cum rubr. deest in sq. tit.

## EPIT. AEG.

TIT. IV. DE TESTAMENTIS.

Ut in coniugio positi si filios non habeant, seu maritus uxorem, seu uxor maritum voluerit, relinquat heredem, quod ius[a] dicitur liberorum. Et si voluerint, in una charta suam condere poterunt voluntatem. Ubi[b] septem vel quinque testium fuerit subscriptio, aeternam tribuimus firmitatem, ita tamen, ut his personis, quibus lex concedit, si fuerint de inofficioso querelae, actio reservetur.

Tam veterum principum quam nostrae praecipiunt sanctiones, ut in hereditariorum corporum possessionem probata scripturae veritate mittatur. De holographa manu: id est, si tota scriptura testatoris manu perscripta testibus non indiget, nec aliis subscriptoribus, quia in subscriptione multorum confingi potest[c]), sed tota pagina una manu conscripta confingi non potest. Si alicui fuerit testandi voluntas et testes fortasse defuerint, voluntatem suam propria manu perscribat, quae probata post defuncti obitum plenam obtinet firmitatem.

a) Nonn. codd. et Aeg. *eius.* Mox fere omnes codd. *poterint.* b) Nonn. codd. om. *Ubi — firmitatem.* Infra nonn. et Aeg. *hae personae — si non fuerint.* c) In cod. 52 om. *Tam — potest.* In nonn. codd. om. *id est — test. manu.*

## EPIT. GUELPH.

IIII· DE TESTAMENTIS.

Si que vir sive mulier in coniugio si filius non habiant. se invicem. possunt scribere heredes.

II Qui voluntatem suam propria. scribit manu plenam obtenit firmitatem.

## EPIT. LUGD.

IIII. DE TESTAMENTIS.

Ut si filios non habuerint, quod seu mulier maritum, seu maritus uxorem heredem possit facere et etiamsi in unam chartam maluerint condere voluntatem suam, heredes se invicem scribere ...[a]) tum roboris[b]) quinque aut septem testes conferent; tamen his personis, quibus lex concedit, de inofficiosi querela[c]) actio reservetur.

Lex II. Inter alia haec lex ista concedit, ut si cui forte testes ..... rint[d]), quando habet testandi voluntatem, propria manu voluntatem suam possit perscribere, quae post obitum prolata plenam obtinere valeat defuncti firmitatem.

a) Add. *possunt.* b) Ex lege ipsa. c) Cod. *querelam.* d) Leg. *testes defuerint.*

## EPIT. MONACHI.

IIII. DE TESTAMENTIS.

Vir atque uxor in coniugio positi, si filios non habeant, si maritus uxorem, seu uxor maritum voluerit, relinquat[a]) heredem: quod ius dicitur liberorum. Qui etiamsi in una charta suam condere maluerint voluntatem, ut invicem se heredes scribant, qui alteri superstes exstiterit[b]), dimissam rem sibi vindicet, ita tamen, ut his personis, quibus lex concedit, si fuerit de inofficioso querela, actio reservetur.

[c]) Si cui fuerit testandi voluntas et testes defuerint, voluntatem suam propria manu perscribat, quae probata post defuncti obitum plenam obtinet firmitatem. *Dat. VII. Kal. Ian. Aetio I. et Symmacho Coss.*[d])

a) 63 *habeant maritus uxori s. u. marito v. relinquere.* Etiam 64 *relinquere* et add. *De Ius Liberorum.* b) 63 *steterit.* c) 64 add. *De Ografis.* d) 62 om. subscript.

## EPIT. S. GALL.

III. DE TESTAm̄TIS.

IMP̄. thōd[a]) data XII. kal̄ novem̄b; *Intp̄.* Si quis homo ingenuus habens uxorem et filius n̄ habuerint si maritus uxorem suā ꝑ cartā voluerit heredē dimittere aut uxor maritū ambo unus alii parii[b]) cartas faciant int̄ se salva falsicia[c]) ad alius[d]) heredes suos hoc ē quartā porcionem nā de alia facultatē suā[e]) liberā habent potestatē faciendi int̄ se sic̄ voluerint.

*IIII. Itē alia. Intp̄.*[f]) Si quis homo testam̄tū[g]) carta alicui facere voluer̄ si testes n̄ fuerint ille qui in[h]) ipsa carta facere voluerit[i]) ꝓpria manu suā ipsā carta subscribat qui hoc ꝑ suā voluntatem fecerit hoc qd̄ facit integrā obtineat firmitatem.

a) 65 *theud.* hic et saepe. b) 67 *carta — parit.* c) 65 *filios — falcidia.* d) 65, 67 *alios.* e) 65, 67 *facultate sua.* 65, 67 *habeant.* f) 67 om. *Intp̄.* g) 67 add. *aut.* h) 65 om. *in.* i) 67 *rogavit.* 65 *manum — ipsa.* 67 *ipsa.*

## TITULUS V. [a]) DE SEPULCRI VIOLATORIBUS.

1.[b]) *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Albino II. Pf. P. et Patricio.* Diligenter quidem legum veterum conditores prospexerunt miseris et post fata mortalibus, eorum, qui sepulcra violassent, capita persequendo. Sed quoniam noxiae mentes caeco semper in facinus furore rapiuntur, et se ad poenas dudum statutas existimant non teneri, necesse est severitatem novari, quam videmus hactenus impune contemtam. Quis enim nescit, quietos sollicitari funestis ausibus manes et horribilem violentiam defunctorum cineribus inferri? Luce palam sepulcra caeduntur, et quicquid religio vetat, in usum licentiae traxit sacrilega praesumtio. Finis malorum iam nec mortuis datur, in quorum supplicia constructio miserandae sedis eripitur. Scimus enim, nec vana fides est, solutas membris animas habere sensum, et in originem suam spiritum redire coelestem. Hoc libris veteris sapientiae, hoc religionis, quam veneramur et colimus, declaratur arcanis. Et licet occasus necessitatem mens divina non sentiat, amant tamen animae sedem corporum relictorum et, nescio qua sorte rationis occultae, sepulcri honore laetantur, cuius tanta permanet cunctis cura temporibus, ut videamus in hos usus, sumtu nimio, pretiosa montium metalla transferri operosasque moles, censu laborante, componi. Quod prudentium certe intelligentia recusaret, si nihil crederet esse post mortem. Nimis barbara est et vesana crudelitas, munus extremum luce carentibus invidere et, dirutis per inexpiabile crimen sepulcris, monstrare coelo corporum reliquias humatorum. §. 1. Huius nefandi sceleris inter ceteros reos vehementior clericos querela persequitur, quos portentis talibus immorantes frequenter adspexit dies tristior. Ferro accincti vexant sepultos, et obliti numinis coelo ac sideribus praesidentis cinerum contagione pollutas sacris altaribus manus inferunt, tanto in profundam caliginem conscientiae suae stupore demersi, ut reverendis audeant interesse mysteriis, et post excidia funerum credant Deum posse placari, quem nocentes precantur incassum, quem vita melior exorat. §. 2. Commissorum talium foeditatem, ne diutius tempora nostra maculentur, hac edictali lege damnamus. Quisquis igitur[c]) sepulcra, profundae violator quietis et lucis ipsius hostis, effoderit, quisquis ex his quaelibet marmora aut saxa sustulerit, poenae mox habeatur obnoxius. §. 3. Servos colonosque in hoc facinore deprehensos duci protinus ad tormenta conveniet. Si de sua tantum fuerint temeritate confessi, luant commissa sanguine suo: si dominos inter supplicia nullo interrogante nexuerint, pariter puniantur. §. 4. Ingenui quoque, quos similis praesumtio reos fecerit, si fortasse plebeii et nullarum fuerint facultatum, poenas morte persolvant: splendidiores autem vel dignitatibus noti bonorum suorum medietate mulctati, perpetua notentur infamia. §. 5. [d]) Clericos vero, quos tam diri operis constiterit auctores, dignos credimus maiore supplicio; vehementius enim coërcendus est, quem peccasse mireris: scelus omne gravius facit claritudo personae. Intolerandum, nimis exsecrabile, non ferendum, induere nomen et titulum sanctitatis, et abundare criminibus. Quisquis igitur ex hoc numero sepulcrorum violator exstiterit, illico clerici nomen amittat, et stilo proscriptionis addictus, perpetua deportatione plectatur. Quod ita servari opörtere censemus, ut nec ministris, nec antistitibus sacrae religionis in tali causa statuamus esse parcendum. Facessant querelae, nullius innocentiam sauciamus: nocentes tantum lex nostra persequitur. §. 6. Sed quoniam plerumque statutis salubribus dissimulatione venalium iudicum negatur effectus, praesenti iubemus edicto, ut provinciae moderator, adminiculo municipum fultus, censuram nostrae legis exerceat. Et licet nemo reus possit fascibus ac securibus reluctari, si quis tamen exstiterit sic superbus, sic impotens, sic rebellis, in cuius nequeat ire supplicium, amplissimas potestates directa relatione mox instruat, ne severitas iusta lentetur. §. 7. Quod si violatores sepulcri, quos potuerit, secundum formam sanctionis huius punire neglexerit, vel de superioribus referre distulerit, facultatibus et honore privetur. §. 8. Cuius quisquis, sive adhuc in potestate positi, sive privati, propter omissam poenam violatoris sepulcri voluerit accusator emergere, habeat liberam facultatem. Nec delatoris formidet invidiam, quum praemio magis dignus sit, qui se constanter improbos odisse monstraverit, Albine, parens carissime atque amantissime. §. 9. Illustris et praecelsa magnificentia tua legem, quam pietatis et religionis amore concepimus, provinciis provinciarumque rectoribus celeriter innotescere propositis iubebit edictis, ut criminosis poena reddatur, innocenter viventibus gratulatio, pax sepultis. *Dat. III. Id. Mart. Romae. Acc. VI. Kal. April. Romae, Calypio V. C. Cos. PP. in foro Traiani VIII. Id. April. Antelata edicto Albini, viri illustris, II. Pf. P. et Patricii.*

ISTA LEX *interpretatione non indiget.*

## TITULUS VI. [a]) DE LIBERTIS ET SUCCESSIONIBUS EORUM.

1.[b]) *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. ad Albinum II. Pf. P. et Patricium.* Quum iuris aequitas omnibus dominis in commune permiserit, fructu libertatis et praemio fortunam mutare servorum, nec manumissoris posteros his graves esse conveniat, quos meliore iudicio tanti muneris auctor evexerit, duras nimis bene meritis credimus sanctiones, quae sic opprimunt sub ingrati actione libertos, ut ab heredibus defunctorum praecipiant in servitutem vocari, tanquam contra iniuriarum vel superbiae reos nulla, nisi abrogandae libertatis, poena sufficiat. §. 1. Huius ergo statuti vigorem benignius corrigentes, mansura iugiter lege decernimus, ut, si quis ex familia sua cuiuslibet sexus homines libertate donaverit, eius heredes, sive extranei, sive filii sive filiae, sive nepotes neptesve fuerint, vel propinqui cuiuscunque cognationis et nominis, manumissos non teneant ad obsequiorum necessitatem, nullamque contra ingratos habeant actionem. Sed, quod minime remur, si contumeliam fortasse pertulerint, ad coërcendos iniuriarum reos utantur iure communi. Nemo sibi nostrae legis obstaculo credat perire vindictam: late adversum noxios severitas patet. Hoc unum genus ultionis nostro saeculo venturisque temporibus nulli prorsus sperare permittimus, ut in ius vocati postulet servitutem. Iustitiam praesentis edicti, si bene sentiant, famae praestamus heredum, ne videantur non agere causam doloris, sed exercere potius cupiditatis ardorem. §. 2. De successionibus etiam, quas latius et obscurius veteres protulerunt, compendium lucidae definitionis[c]) adhibemus. Itaque libertus, qui civis Romani privilegium fuerit consecutus, sive unicum pignus, sive plures cuiuslibet sexus habeat filios, quum mori coeperit, soboli suae omnes proprias, si maluerit, facultates supremo securus dimittat arbitrio. §. 3. Quod si nulla prole gaudebit, quatuor uncias bonorum suorum manumissoris filio vel, si plures erunt, filiis derelinquat, aut, si filiorum nullus exstiterit, nepoti ex filio vel nepotibus eandem deputet portionem. §. 4. Filias vero manumissoris earumque filios et nepotes impune praetereat, nisi forsitan aliud amor suaserit voluntasque morientis. §. 5. Ne quid autem scaevis[d]) interpretationibus calumniantium moliantur insidiae, quod pro liberto statuimus, pari sibi munere etiam liberta defendat. §. 6. Praeterea intestatis libertis filius filiave, nepos neptisque, vel si plures superstites fuerint, dummodo liberi civesque Romani, pro totius patrimonii soliditate succedant. §. 7. Nam si nec filios habuerint, nec

a) Tit. V. Novv. Valent. *Tit. XXII.* 19 *Tit. XXV.* Totus titulus deest in cod. 28. b) Novella integra cum interpr. est in codd. 1, 5—12, 14—16, 17ª, 22, 23, 26, 29—40, Par. 4420; in cod. 21 om. inscr.; in cod. 45 haec Nov. in breve contracta est; in codd. 42, 44 fragmenta textus tantum supersunt. De cod. 25 vid. supra tit. II. not. c et infra not. c. Cf. etiam Nov. Th. tit. IX., tit. XI. nov. 2, Nov. Val. tit. I. et IV. Terminatur cod. 24 vv. *violentiam defunctorum;* fol. 190 cod. 2 vv. *licet occasus* et pergitur in fol. 191 vv. *adhibemus itaque libertus* §. 2 tit. sq. De cod. 27 vid. not. *d.* c) Hinc incipit haec Nov. in cod. 25. d) Seqq. des. in cod. 27, et ponitur pro iis, quae om. sunt, haec interpr.: *Cuius quisquis sive Gai (?) huc in potestate positus sive privati propter omissam poenam violatoris sepulchri violaverint accusare habeant liberam facultatem.*

a) Tit. VI. Novv. Valent. *Tit. XXIV.* Cod. Par. 4420 *Tit. VII.*, err. pro *VI.*, nam sextus tit. est sec. ord. titt. 19 *Tit. XXVI.* 28 *Tit. IV.* 25 *Tit. V.* L. Vis. V, 7, 11. b) Novella integra cum interpr. est in codd. 1, 5—9, 11—16, 17ª, Par. 4420; omnia praeter interpr. particulam des. in codd. 42, 43, 45; inscr. et textus in codd. 21—23; textus et subscr. in codd. 27, 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29—40. In cod. 10 exciderunt duo folia, in quibus praeter ultima huius Nov. vv. *et detestemur iniustos* etc. scripta erat interpr. et tit. VII. c) Hic pergitur in cod. 2 fol. 191. Vid. tit. V. not. *b.* d) In cod. 8 et in Sich. ed. exc. *scaevis,* sed suppletur in m. Sich. ed. *iniquis;* in cod. 8 est spatium.

**EPIT. AEG.**

### TIT. V. DE SEPULCRORUM VIOLATORIBUS.

Pie et pulchre prolata et dicta sententia, ut qui[a]) sepulcra violaverint, puniantur tam ingenui quam servi. Si maior persona in hoc scelere fuerit deprehensa, amissa medietate bonorum suorum perpetua notetur infamia. Si clericus, depositus de omni honore clericali perenni exsilio deputetur. Si iudex hoc persequi aut hoc implere distulerit, facultatibus et honore privetur. Et quicunque hoc scelus accusare voluerit, licentia ei tribuatur.

**EPIT. GUELPH.**

### V. DE SEPULCRIS.

Sepulcrorum violatores, seu clerici vel laici fuer̕ ṕventi. gravibus. turmentis adflicti. poniendi. splendediores vero medietatem rerum suarum amissis perpetuo notentur. infamio.

**EPIT. LUGD.**

### V. DE SEPULCRIS.

Ut poena habeatur obnoxius, qui sepulcra effoderit, quive marmora vel saxa inde sustulerit. Si servus vel colonus ad tormenta ducatur, si de se tantum fuerint confessi, sanguine suo commissa luant; si de dominis, pariter puniantur. Ingenui etiam solent, si plebeii et nullarum fuerint facultatum, morte poenas solvere[a]), splendidiores vel noti dignitatibus bonorum medietate damnati infamia perpetua notantur. Clerici etiam amisso clericatu proscriptioni[b]) addicti perpetuo relegantur.

**EPIT. MONACHI.**

### V. DE SEPULCRORUM VIOLATORIBUS.

Ne foeditate sepulcrorum violatores diutius tempora nostra commaculent, haec edita lege damnamus. Quisquis igitur sepulcra profundae violator quietis et lucis ipsius hostis effoderit et quaelibet marmora vel saxa sustulerit, servus colonus, qui in[a]) hoc facinore fuerit deprehensus, duci protinus ad tormenta convenit. Si de sua tantum fuerint temeritate confessi, luant commissa sanguine suo. Si dominos inter supplicia nullo interrogante nexuerint, pariter puniantur. Ingenui vero, quos similis praesumtio reos fecerit, si plebeii et nullarum fuerint facultatum, poenas morte persolvant, splendidiores vel dignitatibus noti bonorum suorum medietate mulctati perpetua notentur infamia. Clericos vero, quos tam diri operis constat auctores, maiori supplicio dignos et vehementius coercendos, statimque clerici nomen amittat et stilo proscriptionis addictus perpetua deportatione plectatur. Nec minus[b]) et antistitibus in tali causa parcatur. Praesenti iubemus edicto, ut provinciae moderator censuram nostrae legis exerceat. Si quis tamen exstiterit sic superbus sicque rebellis, in quem nequeat adire supplicium, directa relatione mox nostrae potestati perpateat, ne severitas iusta lentetur. Quod si rectores violatores sepulcri, quos potuerint, secundum formam sanctionis huius punire[c]) neglexerint vel de superbioribus referre distulerint, facultatibus et honore priventur. Quisquis sive adhuc in potestate positi sive privati propter[d]) omissam poenam violatoris sepulcri voluerit causator emergere, habeat liberam potestatem, nec delatoris formidet invidiam, quum praemio magis dignus sit, qui se constanter improbos odisse monstraverit. *Dat. III. Id. Mart. Romae. Accepta VI. Kal. April. Calepio V. C. Cos. Proposita in foro Traiani.*

**EPIT. S. GALL.**

### V. DE SEPULCRIS VIOLATORIB;

Imp̃ thôd data III.[a]) id̃. mars̃. *Intp̃.* Si quicûq: omo tubas[b]) mortuorũ de x̃pianos hominis p fraudẽ expoliaverit secundũ legẽ moriatur.

---

**EPIT. AEG.**

### TIT. VI. DE LIBERTIS ET SUCCESSORIBUS EORUM.

**EPIT. GUELPH.**

### VI. DE LIBERTIS ET SUCCESSIONIBUS EORUM tl' IIII ꝛ· VI.[a])

**EPIT. LUGD.**

### VI. DE LIBERTIS ET SUCCESSIONIBUS EORUM.

**EPIT. MONACHI.**

### VI. DE LIBERTIS ET SUCCESSIONIBUS EORUM.

**EPIT. S. GALL.**

### VI. DE LIB̃TUS[a]) ET SUCCESSIONIB; EORUM.

---

EPIT. AEG.: a) Ben. Lev. III, 192. Isaac. XI, 24.

EPIT. GUELPH.: a) C. Th. IV, 8.

EPIT. LUGD.: a) Cod. *solvent.* b) Cod. *proscriptione.*

EPIT. MONACHI.: a) 62 om. *in.* Supra codd. *lucris* pro *lucis.* b) 63, 64 *nec ministris nec antist.* Supra codd. *stilo.* c) 62 *pervenire.* d) 64 add. *propter,* quod rell. om. Ceterum 62 *amissam,* 63, 64 *omissa.*

EPIT. S. GALL.: a) 67 *IIII.* b) 67 *sepulchra.* 63 *Si quiscumque — homines per fraude.* 67 *homines — secundo lege.* a) 63 *libertos.* 67 *libertis.*

nepotes, reliquerint tamen patrem, matrem, fratrem, sororem, pari libertate gaudentes, medietatem sibi intestatae successionis haec de supra dictis persona defendat, quae gradu potior invenitur, aliam vero medietatem manumissorum reservamus heredibus, quos tunc respiciet omnis hereditas, si intestato expressa necessitudinum nomina defuisse constiterit. §. 8. Ipsis vero manumissoribus nihil penitus derogamus, quibus ius patronatus integrum semper manebit salvumque durabit, quicquid vel prisci iuris auctoritas vel superiorum principum sanctiones contra ingratos detulere libertos. §. 9. Sed ne penitus sibi reverentiam posteri causentur negatam, statuimus et iubemus, ut adversum manumissoris filios et nepotes liberti libertaeve in nullis omnino causis testimonium dicant. Quod si, licet nihil valiturum, dixerint, puniantur, Albine, parens carissime atque amantissime. §. 10. Illustris et praecelsa magnificentia tua propositis reverenter edictis cunctorum sensibus aequitatem nostrae legis insinuet, ut, quanto studio et detestemur iniustos et libertati tribuamus favorem, totus, ubi noster est, orbis agnoscat. *Dat. III. Non. Iun. Romae, Calypio et Ardabure VV. CC. Coss. PP. in foro Traiani V. Id. Iun. Antelata edicto Albini V. C.*

INTERPRETATIO. *Lex ista constituit, ut liberti, qui cives Romani effecti sunt, ab heredibus manumissorum, sive filii sint sive extranei, proposita iniuriae actione, qua se dicant laesos, pro occasione istius ingratitudinis ad servitium nullatenus revocentur. Sed si talis casus emerserit, quasi contra alios ingenuos, sic de iniuriis apud iudicem actio proponatur. De successionibus vero libertorum,* *) *hoc est civium Romanorum, id censuit observandum, ut libertus sive liberta, si unum filium seu plures habuerint, ipsis facultatem suam morientes, si voluerint, integram derelinquant. Contra cuius voluntatem nec filii ex patrono, nec nepotes ex filio ulla venire poterunt ratione. Quod si libertus libertave, qui defuncti fuerint, filios non habuerint, et testari fortasse voluerint, tertiam facultatis suae manumissorum filiis vel nepotibus, qui ex masculis nati fuerint, derelinquant. Filias vero manumissoris earumque filios et nepotes ab hac hereditate, salva pagina testamenti, securi, si voluerint, praetermittant: quia feminae ad istas hereditates penitus non vocantur: nisi forte illi liberti de duabus partibus per gratiam aliqua filiabus vel nepotibus ex filia patronorum suo voluerint conferre iudicio. Si vero liberti nec filios dimiserint, nec nepotes, si*[e]) *patrem, matrem, fratrem, sororem, et ipsos libertos civesque Romanos factos esse constiterit, quos superstites derelinquunt, tunc medietatem sibi patroni heredes vindicent, et medietatem supra scriptis personis de gradu defuncti liberti, qui proximior invenitur. Nam si*[f]) *liberti, qui cives Romani fuerint, vivo manumissore decesserint, si sine voluntate patroni condere voluerint testamenta, penitus non valebunt: quia auctoritati manumissorum omnia lex ista servavit. Contra filios vero vel nepotes nec libertus, nec liberta testimonium dicere in quacunque causa praesumant: quod si fecerint, licet recipi nulla liceat ratione, tamen quicunque liberti contra filios vel nepotes patroni contrarium testimonium dederint, puniantur.*

Si quis familiae suae libertatem donaverit, eius heredes vel propinqui manumissos non teneant ad obsequiorum necessitatem[a]), et si talis casus emerserit, quasi contra alios ingenuos, sic de iniuriis apud iudicem actio proponatur. Et ut cives Romani liberti facultates suas filiis suis remota patronorum heredum repetitione relinquant. Quod si filios non habuerint et testari voluerint, tertiam partem manumissorum filiis vel nepotibus, qui ex masculis nati fuerint, derelinquant. Filias vero manumissoris, si voluerint, praetermittant, quia feminae ad istas hereditates penitus non vocantur. Si vero liberti nec filios dimiserint nec nepotes, si patrem, matrem, fratrem, sororem et ipsos libertos civesque Romanos esse constiterit, tunc medietatem sibi patroni heredes vindicent et medietatem supra scripti qui proximior invenitur. Et quod vivo manumissore libertus non potest condere testamentum: contra filios vero vel nepotes manumissorum nec libertus nec liberta testimonium dicere in quacunque causa praesumant; licet recipi nulla liceat ratione, tamen si contrarium testimonium dixerint, puniantur.

## TITULUS VII.[a]) DE INDULGENTIIS RELIQUORUM.

1.[b]) *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. consulibus, praetoribus, tribunis plebis, senatui suo salutem dicunt.* Si vos liberique vestri valetis, bene est, nos exercitusque nostri valemus. Licet aliae occupationes exstiterint, ultra differri non potuit: apud verecundam enim conscientiam mendacii genus est, promissa tardare. Sciamus licet, devotionem possessorum fiscalia nulla vel parva debere, tamen quod in huius discussionis officio et nullius et modici una eademque conditio est, evidenter exponimus, cur designatae necessitati placeat subveniri. Putabitur enim conniventia, nisi nostro studio corrigatur. §. 1. Quantum ad propositum nostrum attinet, provincialibus undique volumus esse consultum, et diversis[c]) fessos incommodis sufficientibus beneficiis adiuvare. Verum obstitit invida plerumque subreptio, quoniam iam non potest tantum, quantumlibet intenta, cogitatio providere, ut improbis etiam latentes nocendi aditus obstruantur. §. 2. Discussores ad provincias non electi, sicut comperimus, sed ambientes ire dicuntur, quod nobis et proceribus nostris aliarum sollicitudinum mole constrictis efficere inveniuntur otiosi. Hoc modo facultates possessorum miserabiliter conciderunt, et hinc maius incommodum, unde remedia certa debuere provenire. Ubi trepidam provinciam talis discussor adierit, stipatus calumniarum ministris, superbit elatus inter obsequia sumtuosa, expetit adminicula provincialis officii, scholares etiam saepe coniungit multiplicato et hominum numero et officiorum, ut, quantum avaritiae libuerit, terror extorqueat. Prima sunt venientis exordia, ut proferat et revolvat super diversis numerosisque titulis terribiles iussiones: praetendit minutarum supputationum caligines inexplicabili obscuritate confusas, quae inter homines versutiarum nescios hoc amplius agunt, quo minus intelligi possunt. Securitates expetunt annorum serie et vetustate consumtas, quas servare nescit simplicitas et fiducia nihil debentis. Revera enim aut quoquomodo pereunt, quasi iusta contingit occasio depraedandi, aut, si exstant, redimendum est, ut ferantur accepto. Ita fit, ut apud improbum rei arbitrum merito noceat, chartula quum perit, nihil proficiat, non perisse. Innumerae deinde clades, saeva custodia, suspendiorum crudelitas et universa tormenta, quae interea laetus et crudelitatis pertinax et egregius quaesitor exspectat. Collega furtorum palatinus hortatur, instat apparitio turbulenta, urget immitis exsecutio militaris. Indignum facinus, haec de civibus, velut inter hostes, pecuniae placitis, non allegationum iustitia, non miseratione finiri. Tanta vexatio quum nihil unquam fisci utilitatibus prosit, tamen non desinit iterari: quasi aliquid efficaciter gestum, vix dum uno e provincia decedente cum novis

TIT. VII. DE INDULGENTIIS RELIQUORUM.

Id est de diversis militantibus vel exactoribus: quum egressi fuerint de praesentia principis, ut non praesumant exspoliare provincias: quia per illos aliquando amittit sine dubio fiscus, quod commodo suo exactor augmentat.

*) Recte explicatur §. 8 legis. e) Reponerem *sed* pro *si*, si codd. assentirentur. §. 7 ipsius Novellae: *Nam si nec filios habuerint nec nepotes, reliquerint tamen patrem.* Sed scio saepe dici *si—si.* f) Nonn. codd. om. *qui—Nam si.*

a) Tit. VII. Novv. Valent. *Tit. I.* 19 *Tit. XXVII.* 25 *Tit. VI.* Visigothi transposuerunt hanc Novell. Cf. Haenel in Novv. edit. p. 121 sq. not. sup. Habet hic tit. in rec. Novell. edd. tres Novv. b) N. 1. Novv. Val. *tit. I. nov.* 3. Vid. edit. cit. p. 123 not. sup. Novella integra cum interpr. vv. est in codd. 1, 2, 6—9, 11—16, 17[a], 25, 29—40, Reg. Par. 4420; subscr. et interpretis vv. des. in cod. 26; interpretis vv. in codd. 5, 21; subscr. om. in codd. 22, 27. In codd. 42, 44, 45 non adsunt nisi fragmenta Nov.; in codd. 21, 31, 35—37 textui interpretationis siglum affigitur; tota Novella deest in codd. 23, 24, 28. In Aur. Lugd. Rittersh. Go. edd. pro interpretis vv. Summa ex Aeg. Epit. add. est. De subscr. vid. infr. not. *e* et *f.* c) In cod. 37 excid. vv. *attinet—diversis.*

a) Hucusque ex Nov. ipsa. Vid. §. 1. Nonn. codd. *teneantur.*

### EPIT. GUELPH.

I* De bona libertis. sine filiis tercia patronu filiis relinquenda qui vivo manumissore non condunt testamentum. non contra heredes patronu dicere. testimonium possunt. si dicire presumserint. in ipso exordio ponientur.

VI[a]) DE INDULGENCIIS RELIQUORUM.

Si provincialibus male fuerit exactum beneficio principis. relevandum.

a) Err. pro *VII.*

### EPIT. LUGD.

Ut si liberti, qui cives Romani effecti sunt, quod ab heredibus manumissorum pro occasione ingratitudinis, si se dixerint in actione proposita laesos, nullatenus ad servitium debeant revocari. *Libertus sive liberta*, ut, si unum filium aut plures habuerint, morientes totam facultatem suam ipsis, si volunt, relinquant; si filios non habuerint et testari voluerint, manumissorum filiis vel nepotibus ex masculo tertiam facultatis suae derelinquant; filiae vero eorumque filii et nepotes excluduntur, nisi de duabus partibus liberti pro gratia aliqua eis voluerint aliquid conferre. Si filios vel filias liberti non dimiserint, si patrem, si fratrem sororemve superstites, quos cives Romanos factos esse constat, habuerint, medietatem suorum patronis heredibus relinquant.

VII. DE INDULGENTIIS RELIQUORUM.[a])

a) Hic et sq. tit. in cod. positi sunt post tit. IX. et X. Scripti sunt in fol. 93 et 94, quae debebant poni inter fol. 90 et 91.

### EPIT. MONACHI.

*Impp. Theodosius et Valentinianus AA. ad Albinum II. Pf. P. et Patricium.*[a]) Liberti, qui cives Romani effecti sunt, ab heredibus manumissorum, sive filii sive extranei sint, heredes, proposita iniuriae actione contra libertos, qua se dicant laesos, pro occasione istius ingratitudinis ad servitium nullatenus revocentur. Sed si talis casus emerserit, quasi contra alios ingenuos, sic de iniuriis apud iudicem *actio proponatur. De successionibus vero libertorum civium*[b]) Romanorum, si libertus seu liberta si filium seu plures habuerint filias, facultatem suam, si voluerint, integram derelinquant et neque filius patrono neque nepotes ex filio ullo modo contra haec venire poterint. Quod si libertus libertave defuncti filios non habebunt, si testare voluerint, tertiam[c]) facultatis suae manumissorum filiis vel nepotibus ex masculo natis derelinquant. Filias vero manumissorum earumque filios et nepotes ab hac hereditate, salva pagina testamenti, securi, si voluerint, praetermittant, quia feminae ad istas hereditates penitus non vocantur, nisi forte illi liberti de duabus partibus pro gratia filiabus vel nepotibus ex filiis patronorum voluerint conferre. Si vero liberti nec filios dimiserint, nec nepotes, si patrem vel matrem, fratrem, sororem cives Romanos factos dimiserint, medietatem sibi patroni heredes vindicent et medietatem parentes liberti proximiores accipiant. Nam si liberti cives Romani vivo manumissore decesserint, non poterunt condere testamentum sine voluntate patroni sui. Contra filios vero patronis vel nepotes libertus vel liberta testimonium contrarium dicere non praesumant. Quod si fecerint, non audiantur, sed statim puniantur. *Dat. III. Non. Iul. Calepio et Ardebure VV. CC. Coss.*

DE INDULGENTIIS RELIQUORUM. VI.[a])

*Theodosius et Valentinianus AA. Cons. P. Trib. Publ.*[b]) *Senatui Sal. d.* Volumus omnes aditus nocendi obstruere, quod comperimus discussores ad provincias non electos committere, sed ambientes ire. Et stipatus calumniarum ministris superbit elatus[c]) et terribiles iussiones praetendit. Instat apparitio turbulenta, urget imminens exsecutio militaris. Indignum facinus, haec[d]) de civibus, velut inter hostes, pecuniae placitis, non allegationum iustitia, non miseratione finire. Tantam vexationem quum nihil fisci utilitas prosit, tamen non desinit iterari[e]), quasi aliquid efficaciter gestum et uno decedente[f]) cum novis auctoritatibus alter excurrit. Hunc nos, patres conscripti, fomitem perniciosi ardoris exstinguimus, nec patimur ulterius ad exhaustorum[g]) interitum desaevire. Superiores igitur, patres conscripti, omnium temporum reliqua tam arcalium quam utriusque aerarii usque[h]) ad incipientem primam indictionem iubemus ad indulgentiam pertinere: nemo prorsus quaelibet usque ad designatum tempus transacta discutiat. Sola est nunquam calumnianda securitas. Neminem deinceps licebit de hoc negotio arbitrio unius iudicis adspirare. Utrum mitti debeat inspector publicus, tractat ante deliberet cum aulicis potestatibus, qualis persona mittatur: nihil imprudenter audebit, quem eligit talium virorum examinatus assensus. Necesse est ab eo integritatis reverentiam custodiri, qui novit, tot se custodes habere, quot iudices. Aliter pergenti ad provinciam et fortunarum et famae iubemus esse discrimen: revocetur publice timore periculi, quem occulte cupiditas festinare compellit. Similis ei conditio manebit, qui discussorem cupiens mittere, non fideliter suggesserit attestatione gestorum[i]) formam mittendi, quam statuimus debere servari. Sardiniam ab hoc excipi placuit, quoniam apud nonnullos calliditate quadam maxima pars pecuniae residet, quam exactam publicis oportuit erogationibus applicari: quum satisfecerit, ad

a) Ita codd. b) 64 *civilium.* c) Ita 64; rell. *testē.*

a) Err. pro *VII.* b) 64 *Cons. Patribus Publ.* c) 64 *electus.* d) 62 *hoc.* e) 63 *tanta vexatione—desinet iterare.* f) 63 *unum discedentem* et 64 *et vix unum discedentem.* g) 64 *exactorum.* Paulo post 63, 64 *deservire.* h) Ita 63, 64; 62 *quam utriusque ad incip.* i) 64 *testatorum.* Postea codd. *ad hoc.*

### EPIT. S. GALL.

Imp̃. tebõd data III. nñ iannar. *Intp̃.* Si lib̃ti qui cives romani dimissi sunt aliqua leve culpa ad filius[b]) patronorũ suorũ fecerint ꝓ hoc ñ cadant in servicio similiſ vero si ipsi liberti sive baro[c]) sive mulier mortui fuerint et[d]) unũ filiũ aut plures dimiserint facultatẽ *suã qd̃ habent ipsi liberti liceat ei ab integritate*[e]) suȧ ad filios suos dimittere et qd̃ si filius non habuerint ĩciã partẽ facultatem suã ad suos patronos dimittant; id ẽ ad masculos; nã ad feminas de talẽ facultatẽ[f]) venire ñ potẽ nisi si ipsi lib̃ti suã ꝓpria voluntatẽ ad suas patronos exinde condonare[g]) voluerint et qd̃si ipsi lib̃ti nec filius[h]) nec nepotes dimittunt postea medietatem facultatis suae ad suos alius heredes si ingenui fuerint dimittere potẽ et medietatem ad suus patronus dimittant et qd̃ si illi ingenui qui lib̃ti dimissi s̃ vivo ipso homine qui eius lib̃tatẽ habet[i]) forsitan cuicũq: de sua facultatẽ carta facere voluerit hoc sine pmisso patroni sui ñ habeant licenciã facere et qd̃si forsitã ipse lib̃tus contra filius ĩ[k]) nepotes patroni sui forsitan aliqua greve[l]) culpa dicere voluerit qd̃ ꝓbare ñ potẽ secundũ legẽ moriatur.[m])

b) 65, 67 *filios.* c) 67 *vir.* d) 67 om. *et—dimiserint.* e) 65, 67 *integritatem.* f) 65 *si filios—tercia parte facultate sua ad patronos suos—tale facultate.* 67 *tali facultate.* Paulo post 66 *sipsi* et 65 *propriam.* g) 65 *patronas dimittere exinde vel.* 67 *ꝓpria voluntate—voluerit.* h) 65 *filios* et una cum 67 infra *alios—suos patronos.* Praeterea 67 *facultatē—possunt.* i) 67 *qui eos libertavit.* k) 65 *facultate—filios et.* Etiam 67 *filios* et supra *voluerint.* l) 67 *grave.* Infra 65 *lege.* m) Om. tit. VII. *de Indulg. rel.*

auctoritatibus alter excurrit. Si utilis publico esse non potuit, qui ante perrexit, superfluum est ire alterum, aeque provincialibus obfuturum. §. 3. Hunc nos, patres conscripti, [d]) fomitem perniciosi ardoris exstinguimus, nec patimur ulterius ad exhaustorum interitum desaevire. Nobis perit deterior possessor effectus, nobis proficit non gravatus. Venduntur induciae his, qui non possunt esse solvendo, quum dilationis redemtio publicam magis attenuet functionem. Amittit sine dubio fiscus, quod commodo suo exactor augmentat. Superiorum igitur, patres conscripti, omnium temporum reliqua tam arcalium, quam utriusque aerarii usque ad incipientem primam indictionem iubemus ad indulgentiam pertinere: nemo prorsus quaelibet usque ad designatum tempus transacta discutiat. Sola est nunquam calumnianda securitas, quam aeternitas nostra concedit. §. 4. Licet hanc humanitatem cunctis ad quietem sciamus posse sufficere, tamen addimus, quo provisio nostra magis possit grata praestari, nemini deinceps licebit ad hoc negotium arbitrio unius iudicis adspirare. Utrum mitti debeat inspector publicus, tractatus ante deliberet sublimis viri parentis patriciique nostri, nec non magnificus vir praefectus praetorio, qui communionis utilitatem virtutum suarum magnitudine nobiscum pervigiles et cogitant et tuentur: cum aulicis potestatibus pro sua moderatione disponant, si iusta necessitas cogit, qualis persona mittatur. Nihil impudenter audebit, quem elegit talium virorum examinatus assensus. Necesse est ab eo integritatis reverentiam custodiri, qui novit, tot se custodes habere, quot iudices. §. 5. Aliter pergenti ad provinciam et fortunarum et famae iubemus esse discrimen; revocetur publici timore periculi, quem occulta cupiditas festinare compellit. Similis conditio manebit officium eius potestatis, quae discussorem mittere cupiens, non fideliter suggesserit attestatione gestorum formam mittendi, quam statuimus debere servari. §. 6. Sardiniam ab hoc excipi placuit, quoniam apud nonnullos calliditate quadam maxima pars pecuniae residet, quam exactam publicis oportuit erogationibus applicari: quum satisfecerit, ad ipsam quoque beneficia nostra perveniant. §. 7. Illustris viri comitis rei privatae insinuatio patefecit, dudum nostram clementiam praecepisse, intra Africam, sicut per alias provincias, adiectione quinquennii, pretium distractorum praediorum ab emtoribus debere suppleri: palatinos super hac re olim directos, necdum quid profecerint retulisse. Quare nolumus, hunc titulum interpretationi huiusce iussionis adiungi, ne sub occasione orationis accepta consumant. Dici enim reliqua non possunt, unde non residua pars, sed et omnis, quae sperari potest, summa debetur. *Et manu divina: Optamus vos felicissimos ac florentissimos nostrique amantissimos per multos annos bene valere, sanctissimi ordinis P. C. Et ad latus*[e]): *Dat. III. Non. Mart. Roma, Valentiniano A. VII. et Avieno V. C. Coss.*[f])

ISTA LEX *interpretatione non indiget.*

## TITULUS VIII. [a]) DE TRIGINTA ANNORUM PRAESCRIPTIONE OMNIBUS CAUSIS OPPONENDA.

1.[b]) *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Firmino Pf. P.* ( Boni principis cura vel prima vel maxima est, quietem provincialium propitia sollicitius mente tractare, quibus, quanto plus fuerit humanitatis impensum, tanto pronius amor devotionis incumbit. ) Haec est enim natura mentis humanae, ut, quod amittit ex commodo, compenset in gratia, et animos praestitis largiores interiore quodam vinculo caritatis obstringat. Iuvat itaque, iuris perpetui, emphyteutici, patrimonialis, iuris rei publicae vagas aeternasque calumnias et nullo temporum fine conclusas certis et designatis terminis limitare. Quam nobis necessitatem ferendae legis iusta imposuit querimonia plurimorum. Quis ferat, institui iurgia, quae avi ac proavi nescierunt? quae alia improbum litigatorem tam valida defensio summovebit, si possessorem nec saecula in infinitum transacta defendunt? §. 1. Praeter tantae aetatis iniuriam vehementer offendit, quod quibusdam nec militiae suae privilegia suffragantur. Diuturno excubiarum labore perfunctis impingi contumeliosam status comperimus quaestionem, et quos verecundiae attestatione natalium splendor conspicuus, praeclara scriniorum officia probaverunt, naevo erubescendae obiectionis urgeri: emeritos aulicis honoribus viros trahi ad laqueos vilissimi colonatus et tunc periculosius laborare, quando post continuos observationum labores et residuo vitae optata debent quiete gaudere. §. 2. Domini vernulas suos fidelius servientes, quum libuerit, iugo servitutis absolvunt, et quod esse non poterant qualitate nascendi, manumissionis beneficio consequuntur. Indignum facinus, deteriorem conditionem liberis esse, quam servis, ut humilis abiectaque fortuna legibus, quod non habebat, acquirat, nobilior, quod habuit, obtinere non possit. Absit a temporibus nostris, ut id conscientia nostra permittat. Quin imo hunc nobis gloriae titulum vindicamus, ut nostro studio gravissimae consuetudinis licentia comprimatur: decet nostris specialiter remediis veternosae valetudinis adversa curare. Medicinae huius laus aeterna contingit, quum nos tam salubris aequitatis auctores aetas et praesens et futura declarat. §. 3. Ad quam benevolentiam praecipue nos hortata est lex domini patris clementiae meae, Theodosii perennis Augusti, qua, virtutum suarum morem secutus, humano generi profunda quiete prospexit, constituens, post triginta annos nulla penitus iurgia, quae medio tempore mota non fuerant, excitari. Cuius invicti principis laudibus etiam praesentem legem necesse est applicari. Illa namque pia mente praestando, viam huic alteri praebuit, qua beneficia eius latius panderentur. Praecipimus igitur propter quorundam pravas interpretationes, quibus sanctio memorata non sufficit, dum minutias iuris et captiosa verba sectantur, ut, quae specialiter iussa sunt, specialiter abrogentur, quum generalitatis designatio universa consumat, nec aliquid esse possit exceptum, quod non per illud venerabile constitutum hoc peremtorio vocabulo concludatur. Dicendo enim, omnia, nullum penitus cuiuslibet litis aut causationis fomitem derelinquit. §. 4. De originariis et colonis, inquilinis ac servis utriusque sexus, peculiis atque agnationibus designati iuris, id est perpetui, patrimonialis, emphyteuticarii et rei publicae, post triginta annorum curricula nulla deinceps actio moveatur. Et negotium, de quo per expressa tempora solenniter nemo pulsavit, novum nemo proponat. §. 5. Quod et in omnium consummatione causarum iussum est debere servari. Aequum est enim, tot annos sine interpellatione decursos, nullo nomine, nulla prorsus occasione subverti, ac si constiterit, memorati temporis intercessisse silentium, etiam has causas, quae sub fiducia legum praesenti sanctione ablatarum motae sunt, nec finitae, huius sacrae praeceptionis auctoritate volumus aboleri, quia, ut inchoari tales nolumus actiones, ita male inchoatas haberi oportet exstinctas. §. 6. Intra haec sane tempora si coepta lis fuerit de originariis vel agnatione cespitis designati, hanc formam erga possidentes servari praecipimus, quae lege divi parentis nostri Honorii de colonis utriusque sexus iuris privati evidenti definitione conscripta est: scilicet ut a persona feminea viginti annorum, a virili triginta repetentem praescriptio obiecta summoveat. Quam et in illa parte observari convenit, quae statuta est de agnatione talium personarum. §. 7. Et licet rem omnibus causis generaliter profuturam a nemine temerari posse credamus, tamen, ne quos sacrilega temeritas ad surreptionem quacunque compellat audacia, praesumentes triginta librarum auri poena percellat. Eadem manebit[c]) palatinum officium utriusque aerarii, nec non officium culminis tui vel cunctarum iudicum provinciarum, ut pari sorte, quae salubriter constituimus, periculo etiam salutis suae illibata con-

d) 32 om. *fomitem—patres conscripti,* sed nonnullis foliis post add. in fol. 104 et annotatur: „*Require in Novellarum lib. II. in tit. VII de Indulgentiis reliquorum.*" e) Supersunt vv. *Et manu divina—ad latus* in solis codd. 5, 9, 17[a], 32, 33, absunt a rell. codd. et a Sich. f) Cuiacius hic nonnulla add., quae desunt in omnibus codd. et in Sich. edit. Unde Cuiacius ea hauserit, ignoratur. Cf. Haenel in edit. Novell. pag. 130.

a) Tit. VIII. Novv. Valent. *Tit. XXVI.* 19 *Tit. XXVII.*, sed sec. ord. *Tit. XXVIII.* 23 *Tit. VII.* 28 *Tit. V.* 25 *Tit. VII.* Est etiam in cod. S. Germ. 366 et in cod. Phill. 1741. L. Vis. X, 2, 3 et 4. L. Burg. tit. LXXIX. c. 2—5. Cf. C. Th. IV, 12, 1 not. *a.* Ans. V, 20. Burch. III, 149. Pann. II, 65. Decr. Grat. cau. XIII. qu. 2. c. 1. Bernardus Papiensis, c. 7 tit. de Praescript.; cap. 5 X. de Praescript. Commemoratur in interpretatione c. 1 C. Th. de Actionibus certo tempore finiendis (IV, 12). b) Novella integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 5—12, 14—16, 17[a], 22, 23, 29—40, Par. 4420, S. Germ. 366 et Phill. 1741; fragmenta tantum textus supersunt in codd. 41, 42, 44, 45. In cod. 28 Novella inc. cum vv. §. 4 *Post triginta* et in cod. 25 inde a §. 4. In cod. 26 des. subscr. et interpr.; in cod. 21 om. inscr. Pars textus et subscr. exc. in cod. 27 inde a v. *Aequum* §. 5. De cod. 4 vid. infra not. c.
c) Cum vv. *manebit palatinum* pergit cod. 4. Vid. supra Novv. Theodos. tit. IX. not. *b*

EPIT. AEG. | EPIT. GUELPH. | EPIT. LUGD. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL.

**EPIT. LUGD.**

Discussor et inspector publicus ad provincias quod non debeant mitti, nisi tractatus ante deliberaverit praefecti praetorio aut sublimis alterius patriciique ordinis dignitas, qui pro communi utilitate una cum aulicis potestatibus disponant, si iusta necessitas cogit, qualis persona mittatur; quum aliter qui perrexerit ad provincias, quod substantiarum et famae suae debeat sustinere discrimen.

**EPIT. MONACHI.**

ipsam quoque beneficia nostra pervenient. Illustris viri comitis rei privatae insinuatio patefecit, dudum nostram clementiam praecepisse, intra Africam sicut per alias provincias obiectione quinquennii pretium distractorum praediorum ab emtoribus debere suppleri: palatinus super hac re olim directus necdum quid proficerent, retulisse. Quare nolumus, hunc titulum interpretationis huiusce iussionis adiungi, ne sub occasione orationis accepta consumant. Dici enim reliqua non possunt, unde non residua pars, sed omnis, quae sperare potest, summa debetur. *Dat. III. Non. Mart. Romae, Valentiniano Augusto VII. et Habegeno Coss.*

**EPIT. AEG.**

TIT. VIII. DE TRIGINTA ANNORUM PRAESCRIPTIONE OMNIBUS CAUSIS OPPONENDA: ET DE ORIGINARIIS ET COLONIS, INQUILINIS AC SERVIS.[a])

Ut post triginta annos perniciosa diversarum omnium causarum propositio conquiescat. Et a persona feminae viginti annorum, a viri[b]) triginta repetentem praescriptio obiecta summoveat. Et licet remotis omnibus causis generaliter profuturam legem a nemine temerari posse credamus, tamen, ne quos sacrilega temeritas ad subreptionem quamcunque compellat, audaciam praesumentis triginta librarum auri poena percellet.

a) Vv. *Et de origin. — servis* leguntur in Novell. §. 4. b) Aeg. et nonn. codd. *auri* pro *a viri.*

**EPIT. GUELPH.**

DE XXX. ANNORUM PRESCRIPCIONŪ OMNIBUS CAUSIS. OPONENDA.

Lites om̄[a]) qui infra XXX. annis. muta non fuerint nec moveri possunt.

DE ORIginariis.[b]) et colonis XXX anni priorem excludent dominum.

III[c]) lites ꝗ cepte. et perfecte non fuerint tamquam necepte habiantur. IIII Si q̄ XXX annis.[d]) explicitis. litem moveri temptaverit XXX libr auri. se noverit condemnaturum. tl· IIII· · ʒ · XII.[e])

a) i. e. *omnes.* b) Lit. *De Ori* minio pictae sunt, quasi novus tit. inciperetur. Vid. §. 4 h. tit. c) Vid. §. 5 h. tit. d) Vid. §. 4 et 7 h. t. e) C. Th. IV, 12.

**EPIT. LUGD.**

VIII. DE TRIGINTA ANNORUM PRAESCRIPTIONE.

Eadem firmat, quae a Theodosio imperatore inde statuta sunt, triginta librarum auri poena damnat contra praesumentes, post triginta quippe annos omnes actiones conquiescere iudicat.

**EPIT. MONACHI.**

VII.[a]) DE TRIGINTA ANNORUM PRAESCRIPTIONE.

*Impp. Theodosius et Valentinianus AA. ad Firminum Pf. P.*[b]) Boni principis cura maxima est, quietem provincialium sollicita mente tractare. Iuvat itaque, iuris perpetui, emphyteutici, patrimonialis, iuris rei publicae calumnias nullo temporum fine conclusas designatis terminis limitare. Ad quam benevolentiam praecipue nos hortata est lex domini patris nostri Theodosii augusti V. C., qui constituens post triginta annos nulla penitus iurgia, quae medio tempore mota non fuerant, excitari. Praecipimus igitur propter quorundam pravas interpretationes, quibus sanctio memorata non sufficit, dum minutias iuris et captiosa verba sectantur, ut quae specialiter iussa sunt, specialiter abrogentur, quum generalitatis designatio universa consumat, nec aliquid possit esse exceptum, quod non per illud venerabile constitutum peremtorio vocabulo concludatur. Nullum penitus cuiuslibet causa fomitem derelinquit. De originariis et colonis, inquilinis ac servis utriusque sexus, peculiis atque agnationibus eorum designatis iuris, id est perpetui, patrimonialis, emphyteuticarii et rei publicae, post triginta annorum curricula nulla deinceps actio moveatur et negotium, de quo per expressa tempora solenniter nemo pulsavit, novum nemo proponat, quod et in omnium consummatione causarum servetur. Aequum est enim, tot annos sine interpellatione decursos nulla prorsus occasione subverti ac si constiterit, memorati temporis intercessisse silentium, etiam has causas, quae sub fiducia legum praesenti sanctione[c]) ablatorum motae sunt nec finitae, huius sacrae praeceptionis auctoritate volumus aboleri, quia, ut inchoari tales nolumus actiones, ita male inchoatas haberi oportet exstinctas. Intra haec sane tempora si coepta lis fuerit de originariis vel agnatione[d]) cespitis designati, ea forma servetur, quam Honorius parens noster augustus de colonis definivit, id est de femina a viginti annis, a virili triginta repetente praescriptio obiecta summoveatur. Quod et in illa parte observari convenit, quae statuta est de agnatione talium personarum. Et licet rem omnibus causis generaliter profuturam a nemine temerari posse credamus, tamen, ne quos sacrilega temeritas ad subreptionem quamcunque compellat, audaciam praesumentes triginta libras auri poena percellat. Eadem manebit palatinum officium utriusque aerarii, nec non et officium culminis tui vel cunctarum iudicum provinciarum, ut pari sorte, quae salubriter constituimus, periculum etiam salutis suae illibata

a) Err. pro *VIII.* Vid. tit. anteced. not. *a.* b) Ita codd. c) 63 *praesentis actione.* d) 63, 64 *hac natione.* 64 *agnitione.* Infra 64 *submoveat.*

**EPIT. S. GALL.**

VII. DE TRIGINTA ANNORŪ PSCRIPTIONĒ[a]); OMNIB; CAUSIS OPPONENDA.

Imp̄ theod data XV. kal̄ iul̄ *Intp̄.* omnes causas p̄t qui de postliminū[b]) hoc ē ꝗ de captivitatem revertunt l̄ de minorib;[c]) qui infra annis sunt. Nā om̄ alias causas quid[d]) unus ad alterum reqrere vult infra XXX ann̄ int̄ se deliberentur[e]). Nam post XXX ann̄ eas requirendi omines non habeant potestatē.

a) 65, 67 *perscriptione.* b) 67 *post de Liminū.* Paulo post 65 *capliritate.* c) 67 *melioribus.* d) 67 *qui de.* e) 67 *diiudicent* et infra *habeat.*

servent, Firmine, parens carissime atque amantissime. §. 8. Illustris et praecelsa magnitudo tua, per quam novimus universitatis quietem studiosa diligentia custodiri, legem cunctis provinciis, universis litibus applicandam propositis vulgabit edictis, ut post triginta, sicut dictum est, annos perniciosa diversarum omnium causarum propositio conquiescat. *Dat. XV. Kal. Iul. Ravenna, Asturio et Protogene VV. CC. Coss. PP. in foro Traiani XIII. Kal. Aug., sub edicto Firmini, viri illustris Pf. P.*

Ista Lex ideo interpretata *non est, quia sequens sub titulo de episcopali iudicio et diversis negotiis et de tricennio loquitur, et omnia, quae hic comprehensa non sunt, evidenter habet expressa.*

## TITULUS IX.[a]) DE COLONIS VAGIS VEL AGNATIONE EORUM ET DE ADVENIS.

1.[b]) *Imp. Valentinianus A. Firmino Pf. P. et Patricio.* Quum pure et fideliter observari debeant, quae caventur in legibus, latam dudum de colonis originariis fucum pati quorundam maligna mente cognovimus. Nam quum is, a quo discessit obnoxius, triginta annorum repellatur obiectu, eundo per hos atque alios designatum tempus assumit; ita contingit, ut, quum illi pereat, a quo fugit, nec huic, ad quem venit, possit acquiri, mansionum permutatione desinat esse, quod natus est, libertatem, quam nascendo non habuit, fugae sibi assiduitate defendens. Nulli unquam, nisi colono fugitivo, culpa sua praemium fuit: ea causa incipit melior effici, qua poenam meretur. §. 1. Quod tamen sufficit huc usque licuisse. Nam quum prior dominus obice legis excluditur, illi eum iubemus acquiri, apud quem eosdem annos statuti temporis probatur implesse. Quod si propter conclusionem tricennalem et ad vim praescriptionis eludendam aequaliter habitet per diversos, is eum vindicet iure colonario serviturum, penes quem a die primae fugae triginta annorum posteriora tempora concluduntur, alias huic lucro cedat, cum quo maximam tricennii partem vagus et infidus habitator efficit. Quod etiam de mulieribus originariis aeque vagantibus praecipio custodiri. §. 2. Colona vero, quae petitori post viginti annorum curricula denegatur, si quem partum ante designatum tempus edidit, priori domino convenit non perire: aequum est, ut ad eum soboles redeat suscepta tunc temporis, quum adhuc mulier competebat, ut damnum amissae matris, quod processu contingit annorum, prolis saltem vindicatio consoletur. Quem casum iubemus vicariorum compensatione finiri, ne, quod impium est, filii a parentibus dividantur. §. 3. Item placet, ut pars, cuius maritum esse constiterit, pro uxore eiusdem meriti vicariam reddat, quatenus prava forsitan dominorum obstinatio a faciendo divortio conquiescat, quia et in eius modi personis salva et inconvulsa debet coniunctionis affectio permanere. §. 4. Sane sicut colonas commutari posse, priora statuta iusserunt, ita etiam de viris licentia sit. Igitur commutationes factas lex nostra confirmat, ac si aliqua cessio sine personarum commutatione processit, vel deinceps facta fuerit, non valeat, ne ad alterum coloni, ad alterum possessio exhausta perveniat. §. 5. Advenae plerumque tenues abiectaeque fortunae quorundam se obsequiis iungunt, ut, simulata laboris et obsequiorum patientia, accepto sumtu ac vestitu illuviem et squalorem egestatis evadant. Ubi de angustiis cladis suae et humanitate et miseratione colligentes fuerint liberati, iam repleti, iam nihil de miseria cogitantes eligunt feminas ad patremfamilias pertinentes, solertia, forma, utilitate meliores: quum satias ceperit, derelinquunt: non statu priore perpenso, non assuetudine coniunctionis, non dulcedine filiorum, nulla lege prohibente discedunt. Itaque si nulli quolibet modo obnoxius civitati ad praedium se cuiuscunque rusticum urbanumque collegerit, et mulieri obnoxiae sociari voluerit, gestis municipalibus profiteatur habitandi, ubi elegerit, voluntatem, ut hoc vinculo praecedente nec habitaculum, quod placuit, deserat, nec consortium mulieris abrumpat. Qua professione depromta, salva ingenuitate, licentiam non habeat recedendi. §. 6. Pari lege mulieres ingenuas iubeo detineri, a quibus coniunctio appetita est et electa servorum vel colonorum, ut his abire non liceat. Filii earum, si denuntiatio non praecessit, in eorum iure et dominio, apud quos creati sunt vel creantur, colonario nomine perseverent: post denuntiationem vero editos secundum scita divalia servos esse censemus, ut illos nexus, sicut dictum est, colonarius teneat semper obnoxios, hos conditio servitutis, Firmine, parens carissime atque amantissime. §. 7. Illustris et praecelsa magnificentia tua huius generalis constitutionis formam edictis propositis ad omnium faciet notitiam pervenire. *Dat. prid. Kal. Febr. Romae. Acc. III. Non. Febr. Romae. PP. in foro Traiani, Adelphio V. C. Cos.*

Interpretatio. *Lex ista constituit, ut, si colonus proprium dominum fugerit, et triginta annis per diversorum domos aut agros fortasse latuerit, et non nisi impletis triginta annis a die fugae suae praedictum colonum dominus potuerit invenire, ab eo, apud quem inventus fuerit, tricennali annorum praescriptione dominus, qui fugam coloni sequitur, excludatur. Secunda iterum conditione currente, ut, si forte apud tres personas denis annis colonus ipse habitaverit, ille eum vindicet, apud quem posteriori tempore invenitur. Tertia conditio est, ut, si inter eos, apud quos per tricennium habitaverit, fuerit orta contentio, ipsi praedictus colonus addicatur, apud quem per illos triginta annos maiori annorum numero dignoscitur habitasse. De colonae vero fuga, par, apud quoscunque habitaverit, forma servetur, ea tamen conditione servata, ut, sicut de coloni iure proprius dominus triginta annorum praescriptione excluditur, ita et impleto viginti annorum numero, de repetitione colonae domini petitio repellatur. Ita tamen, ut filii, qui intra viginti annos nati fuerint, quando adhuc colona domino competebat, a domino, qui colonam praeiudicio temporis perdidit, secundum constitutionem, quae sub titulo De Episcopali iudicio*[c]) *processit, debeant revocari. Post vicesimum autem annum nati illius dominio acquiruntur, cui colonam tempus addixerit. Iubetur etiam, ut de talibus personis commutatio non negetur, ita ut vicaria mancipia tam pro colona, quam pro portione filiorum dare*

a) Tit. IX. Novv. Valent. *Tit. XXX.* 19 *Tit. XXIX.* 23 *Tit. VIII.* 28 *Tit. VI.* 25 *Tit. VIII.* Commemoratur in interpr. C. Th. V, 10, 1.
b) Novella integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—12, 14—16, 17[a], Par. 4420; omnia praeter interpr. des. in codd. 21, 41—44; inscr. et textus in codd. 22, 23; textus et subscr. in codd. 27, 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29—40. In cod. 45 nihil superest nisi interpr. in breve compendium contracta. c) Vid. infr. tit. XII.

### TIT. IX. DE COLONIS VAGIS VEL AGNATIONE EORUM ET ADVENIS.

Si colonus proprium dominum per triginta annos latuerit, etiam apud tres personas habitaverit, ille eum vindicet, apud quem posteriore et maiore tempore dignoscitur habitasse. De colona vero viginti anni dominum excludunt: Ita tamen ut filii, qui infra viginti annos nati fuerint, quando adhuc colona domino competebat, a domino revocentur. Iubetur tamen, ut tam pro colona quam pro portione filiorum vicaria mancipia dare coloni dominus mox procuret. Quod etiamsi convenerit, et pro colono is, cuius colona est, pari constitutione debebit implere[a]). Advenae ingenui, qui se colonae iungi voluerint[b]) alienae, gestis

a) Ita 52. Rell. et Aeg. *impleri.* b) Ita fere omnes codd.; Aeg. *noluerint.*

## EPIT. GUELPH.

ꝗIII[a]) DE COLONIS UAGIS ET AGNACIONEM EORUM. ET DE ADVENIS.

I. Si colonus. p XXX annus. in fuga sit. et colona XX ann priorem. excludent dominum. de quorum filiis. due partis ad patrem. in divisionē vocantur tercia ad matrem.

a) i. e. *VIIII.*

## EPIT. LUGD.

IX. DE ADVENIS.

Si colonus dominum fugerit et latuerit triginta annos per diversorum domos et per eosdem annos ad eum dominus suus non potuerit pervenire, quod tricennali praescriptione ab eo, apud quem inventus fuerit, dominus, qui fugam coloni sequitur, excludatur et si forte denis annis apud tres personas idem colonus habitabat, quod ille debeat vindicare, apud quem ultimo invenitur, et quod si orta contentio fuerit inter eos, apud quos per tricennium idem colonus habitavit, quod ipsius esse debeat, apud quem annorum numero noscitur habitasse. Par forma de colonae fuga servatur, nisi quod non triginta annorum spatium, sed viginti domino obiicitur. Filii tamen, qui intra vicennium nati fuerint, domino ipsi revocentur, post nati illi domino acquirantur, qui colonum sibi addixerit, quem casum tamen compensatio finit vicariorum.

## EPIT. MONACHI.

conservent, Firmini parens carissime: ut post triginta, sicut iam supra dictum est, annum diversarum omnium causarum propositio conquiescat. *Dat. XV. Kal. Iul. Ravennae, Asterio et Protegene viro clarissimo Coss.*

IX. DE COLONIS VAGIS ET AGNATIONE EORUM ET ADVENIS.

*Theodosius et Valentinianus AA. Firmino Pf. P.* [a])Si colonus proprium dominum fugerit et triginta annos per diversorum domos vel agros latuerit et post triginta annos a die fugae suae dominus invenerit, apud quem inventus fuerit, tricennali annorum praescriptione dominus, qui fugam coloni sequitur, excludatur. Si forte apud tres personas denos[b]) annos colonus ille habitavit, ille eum vindicet, apud quem inventus fuerit. Si tamen de hoc fuerit nata contentio, praedictus colonus addicatur, apud quem plus annos habitavit. De colona vero per viginti annos haec eadem forma servetur: ita tamen, ut filii, qui intra viginti annos de ea nati fuerint, dominus, qui colonam perdidit, eos sibi acquirat. Post vicesimum vero annum nati illius dominio acquirantur, cui colonam tempus addixerit. [c])De talibus personis commutatio non negetur, neque de colona neque de filiis eius, ut colonis dominus vicariis tribuat aut, si convenerit, pro colono dominus colonae.

a) Ita codd. b) 62, 63 *de nos annos*, 64 *de non annus.* c) 64 add. *De Mancipia vicaria.*

## EPIT. S. GALL.

VIII. DE COLONIS VAGIIS ET AGNATIONĒ[a]) EORŪ ET DE AVENAS.

Imp̃ tehod; data. II kal̄ februš. *Intp̃.* Si colonus dn̄m suum fugerit aut p qualecũque modo ubicũq: XXX ann̄ quieto ordine[b]) latuerit postea post XXX annus dn̄s suus eum requirere nec vindicare n̄ potē[c]). Et qd̃si ipse colonus p ipsos XXX ann̄ aput duos vel[d]) tres homines conversaverit et unusquisq: eũ X ann̄ habuerit ipse eũ vindicet qui posteriores annus eũ habuerit[e]) et qd̃si unus de ipsus omines plures ann̄ eũ habuerit quā illi alii ille qui eum maiorē numerũ eã habuit ipse eũ[f]) vindicet. Iterũ de colona vero ꝗ p. XXX[g]) ann̄ ubicũq: quieta[h]) or-

a) 65 *agnatione.* 67 *vagis — agnitionē — advenas.* b) Ita 65. Similiter 67 *que do ordine.* 66 *que de ordinē.* Supra 67 *fugierit* et infra 65 *annos.* c) 67 om. *non potest.* d) 67 *aut.* e) 67 *habuit.* 65 *annos — ipsos.* 67 *ipsis.* f) 67 om. *eum.* 65, 67 *maiore.* g) 65 *qui per XXX.* Canc. hic et infra em. *XX.* Ita certe interpr. Visig. et utroque loco 67 *XX.* h) Ita 65. 66 *que de.* 67 *que dũ hordine latare potuerit — annis.*

*coloni dominus mox procuret, quod etiam si convenerit, et pro colono is, cuius colona est, pari constitutione debebit implere. Advenae ingenui, qui se colonae iungi voluerint alienae, quia saepe fit, ut contubernia electa contemnant, gestis profiteantur, se de domo domini colonae, cui iunctus fuerit, nulla ratione discedere, et ingenuitate manente, nullam habeat licentiam evagandi, aut cui coniunctus fuerit, deserendi. Ingenua itemque mulier si contubernium coloni elegerit alieni, si ei denuntiatum non fuerit, coloni sint domino profuturi, quoscunque eius partus ediderit. Post denuntiationem vero quoscunque ediderit, non colonos, sed servos noverit esse futuros.*

profiteantur, se de domo domini colonae nulla ratione discedere, ingenuitate tamen manente. Si voluntate propria aut colonus ingenuae mulieri aut ingenua colono se sociaverit, ante denunciationem filios suos colonos, post denunciationem servos noverint esse futuros.

## TITULUS X.[a]) DE CONFIRMANDIS HIS, QUAE ADMINISTRANTIBUS VEL PUBLICUM OFFICIUM GERENTIBUS DISTRACTA SUNT VEL DONATA, ET DE ADVOCATIS VEL DE CETERIS NEGOTIIS.

1.[b]) *Imp. Valentinianus A. Firmino Pf. P. et Patricio.* Quae plerique in legibus constituta dissimulant, necesse est, praesenti iussione sanciri, ut, omni ambiguitate summota, instauratione solidiora reddantur. In administratione enim et in militia positis emendi licentiam denegatam, superflua nonnullorum dicitur esse persuasio, quum lex divi Honorii ad Palladium Pf. P. missa, in Theodosianum redacta corpus, hanc copiam talibus legatur dedisse personis. Quem non taedeat alioquin ista conditio, his solis, qui ad honores aliquos evehuntur, libertatem in contractibus non patere? et quum huic obstaculo nulla fortuna subiaceat, non mediocris, non nobilis, non plebeia, universitatis ius et commodum solis militantibus denegari? Censeo igitur, ut in quibuslibet administrationibus, officiis, in quocunque militiae gradu positis emendi quae ceteris copia sit, dummodo emtio et venditio celebretur iure communi. Neminem volo potestatis iussu et impressione compelli. Volenti vendere, definitam et conscriptam pecuniam oportet inferri. Videat instrumentorum scriptor, sciant ii, apud quos venditionis documentum necesse est allegari. Nihil refert, quis emat, quum publica fide pretium venditor consequatur. §. 1. Quod si emtor officio et administratione perfunctus, intra anni metas, aut super illata violentia lege conscripta carceris, catenarum, custodiae publicae vel privatae, vel in quolibet genere factionis, aut non annumerato pretio evidenter fuerit confutatus, vel se de iudicio tergiversatione subtraxerit, et agat, ne gestae rei veritas possit agnosci, venditori solidorum numerum inferat, qui tabulis continetur, possessionem nihilominus perditurus, ut ad dominum redeat, cui taliter probatur ablata. §. 2. Item si venditor nihil horum sustineat, quae ponimus, et callida refragatione causetur, manente contractu perpetua firmitate, et pecuniam reddat emtori, quam eum in pretium constiterit accepisse. §. 3. Hac sanctione eos quoque iubemus esse munitos, quos administrantes et ulla gerentes officia praedia rustica vel urbana certum est dato pretio comparasse. §. 4. Donationes quoque habitas et commutationes circa eas personas, quarum immerito hactenus emtio fluctuabat, similiter roboramus. Ita fit, ut in actu publico positos fidelius laborare delectet, quum vident, seu emtione, seu commutatione, quae instar obtinet emtionis, seu donatione, seu alio quolibet titulo venientia apud se posterosque suos inconvulsa mansura. §. 5. Non patimur praeterea, nonnullorum alio genere iura turbari. Notum est, post fatalem hostium ruinam, qua Italia laboravit, in quibusdam regionibus et causidicos et iudices defuisse, hodieque gnaros iuris et legum aut raro aut minime reperiri. Nam haec necessitas fecit, perpetuitatem dari provincialibus advocatis. §. 6. Si quis curiali venditori aliqua laboranti necessitate subvenit, quum modo ab exactore fiscalium functionum, modo a creditoribus urgeretur, et sine cautela vendidit, quam premente iniuria quaerere non vacabat, ne diutius suspendiis, squalore custodiae, sportulae concussione, usuris in maiorem cumulum crescentibus vexaretur, cur non maneat venditio, quae praestitit obnoxium a dispendiis et suppliciis liberari? Alii destituta atque inculta propterea vendiderunt, quia ieiuni cespitis onerosam professionem non poterant sustinere. Iniquum est, tam iustis praecedentibus causis confectae venditioni ob hoc solum, quia decreti interpositio defuit, adimi firmitatem. Statuo itaque a tempore, quo Italiam Alaricus intravit, nullam moveri quaestionem his, quae curiales taliter de facultatibus propriis vendiderunt. A die sane latae huius saluberrimae iussionis quum praedia sua distrahunt curiales, primores etiam curiae, qui vendendi necessitatem ignorare non possunt, in collegae venditionem subscribant. Hoc ordine omnis causatio sopietur, nec emtor his auctoribus quicquam de resolutione formidat, nec venditor potest sub tali assertione fraudari. Quem si deceptum oppressumve claruerit, ab ipsis etiam subscriptoribus reddi iubemus indemnem, ut utilitati eius cum emtore improbo pariter addicantur. §. 7. In diversis provinciis vacuas curias derelinquunt, qui certatim ad privilegia causidicis illustris praetorianae sedis atque urbanae delata festinant: quum meliores natalibus suis effici volunt, non curant, urbes proprias spoliatas ministeriis et officiis debitis interire. Nos neque meliora desideria volumus impedire, neque passim destitui civitates. Quisquis ergo ad hoc officium venire contendit, non ante sibi sciat esse permissum, quam universa munia, quae patriae suae debet, exsolvat. Cuius tamen indulgemus arbitrio, ut, si ad togam properat, suffectum curiae praestet, cuius studio perficiat universa, quae per ipsum fuerant procuranda. Nec absolutum statim credat appositione subiecti, quia, si inefficax ullo debito actu fuerit, recursum ad ipsum praebemus auctorem, nihilominus ad eos concuriales, qui minus idoneum susceperunt. Professurus igitur gesta secum deferat apud moderatorem confecta provinciae, ut et officio iudicis notum sit, locum absentis quae persona susceperit, quae possit publicis necessitatibus sufficiens dare responsum: hac providentia nihil negligens in totum potest urbibus evenire. §. 8. Iubeo sane, ut, si in provinciali foro quatuor constat esse causidicos, quorum patrocinium in controversiam parti possit utrique sufficere, quum voluerit is, qui ultra memoratum modum potuerit inveniri, veniat ad praedictas sedes ob negotia peroranda. Alioquin licentiam non habebit, si illic non

TIT. X. DE CONFIRMANDIS HIS, QUAE ADMINISTRANTIBUS VEL PUBLICUM OFFICIUM GERENTIBUS DISTRACTA SUNT VEL DONATA: ET DE ADVOCATIS[a]) VEL CETERIS NEGOTIIS.

a) Tit. X. Novv. Valent. *Tit. XXXI.* 19 *Tit. XXX.* 28 *Tit. VII.* 25 *Tit. IX.* A cod. 23 titulus abest. b) Novella integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 11, 12, 14—16, 17[a], Par. 4420; omnia praeter interpr. des. in cod. 42; inscr. et interpr. in codd. 21, 22; textus et subscr. in cod. 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus in codd. 25, 27, 29—40. In cod. 45 nihil est, nisi interpr. in compendium redacta. In cod. 10 lacuna est post *tabulis con* §. 1 usque ad vv. *publice debentur* interpr. Nov. Val. de Episc. iud. Desunt enim nonn. fol.

a) Ita em.; codd. et Aeg. *Advocandis.*

## EPIT. GUELPH.

X DE CONFIRMANDIS HIS QUE ADMINISTRANTIBUS. VEL PUBLICUM OFICIUM GENTEBUS. DISTRACTA SUNT VEL DONATA ET DE ADVOCATIS. VEL DE CETERIS. NEGUCIIS.

## EPIT. LUGD.

ne, quod impium est, filii a parentibus du...... Item et pro colono et pro colona commutatio vicaria valet. Advena, si se colonae iungi voluerit, quod gestis profiteri[a]) nec se de domo domini colonae aliqua ratione ab inde subtrahat. Item colono alieno, si se mulieri iunxerit, si denuntiatum ei non fuit, quod filii eorum colonario iure apud dominos ipsorum manere debeant. Post denuntiationem non colonos, sed servos noverint futuros, quos genuerint.

X. DE CONFIRMANDIS HIS, QUAE ADMINISTRANTIBUS VEL PUBLICUM OFFICIUM GERENTIBUS DISTRACTA SUNT VEL DONATA, ET DE ADVOCATIS VEL DE CETERIS NEGOTIIS.

a) Leg. *profiteatur* aut add. *debeat*.

## EPIT. MONACHI.

[d])Si advena ingenuus se colonae iungere voluerit, gestis profiteatur, se de[e]) domo domini colonae nulla ratione discedere et ingenuitate manente nullam habeat licentiam evagandi aut cui iunctus fuerit, deserendi. Ingenua mulier, si colono se voluntarie iunxerit et ei denuntiatum non fuerit antea, quod colonus est, filii eius sint coloni. Post denuntiationem vero filii eius non coloni, sed servi noverint esse futuri. *Dat. III. Kal. Febr. Adelphio V. C. Cos.*

X. DE CONFIRMANDIS HIS, QUAE ADMINISTRANTIBUS VEL PUBLICUM OFFICIUM GERENTIBUS DISTRACTA SUNT VEL DONATA, ET DE ADVOCATIS ET RELIQUA. *Valentiniani A.*[a])

d) 64 add. *De Advena*. e) 62, 64 *sede*. 63 *sed de*.
a) Ita codd.

## EPIT. S. GALL.

dine latere potuit postea post XXX ann̄ dn̄s suus eam requirere n̄ potē et si[i]) ipse colonū[k]) ī colona filius habuerint quantuscūq: filius ille colonus infra XXX ann̄ habuerit[l]) si inventi fuerint ille suus prior dominus quē ille colonus fugivit ipsos infantes ille vindicet[m]) similiter et illa colona quantuscumq: filius infra XX ann̄ ei nati fuerint si inventi fuerint similit̄ sic̄ et de colono ille dn̄s quē fugiit[n]) ipsos infantes ille vindicet.

VIIII. DE CONFIRMANDIS HIIS ꝙ ADMINISTRANTIB; L̄ PUBLICŪ OFFICIU GERENTIB; DISTRACTA[a]) S̄ VEL DONATA ET DE ADVOCATIS VEL CETERIS NEGOCIIS.

i) 67 *quodsi*. k) Leg. *colonus*, ut 65 et 67. Ceterum 65 *aut* pro *vel* et una cum 67 *filios — quantoscumque filios — quantoscumque filios*. l) 67 *haberet si infra ienti fuer*. m) 67 *vindicavit*. n) 65 *fugit*. 67 *fuerint* et infra *vindicav̄*.
a) 65, 67 *his — distracte*.

fuerit numerus designatus. Providere enim decet, ne provinciales, tenues homines, defensionis inopia ad auditoria sumtuosa venire cogantur. Is ergo illustribus iudiciis ad actionem causarum debebit admitti, qui probat relatione iudicis competentis, tantos intra provinciam sibi creditam esse causidicos, qui possint controversiae sustinere conflictum, Firmine, parens carissime atque amantissime. §. 9. Illustris igitur et praecelsa magnificentia tua hanc saluberrimam sanctionem programmate suo ad universorum faciet notitiam pervenire. *Dat. pridie Kal. Febr. Romae, Adelphio V. C. Cos.*

Interpretatio. *Haec lex praecipit, ut, quia in administratione positis vel in quolibet officio militantibus leges anteriores id specialiter praescribebant, ut nihil aut comparare aut commutare aut donatum suscipere tempore militiae vel administrationis eis ulla ratione liceret. Sed nunc Valentiniani Imperatoris hac lege praeceptum est, ut omnes administrantes vel militantes, aut in quocunque officio publico constituti sunt, et comparandi et commutandi et accipiendi donationis titulo habeant liberam potestatem. Solum est, ut nullus probet huiusmodi scripturas aut per metum aut per fraudem suppositae personae aut violenter extortas, id est, aut in carcere constituto, aut in quibuslibet vinculis posito, aut aliquod se tormentorum genus suppliciorumque perpesso aut forsitan pretium se, quod instrumentis inscriptum est, non docuerit percepisse. Tunc vero non solum instrumentum, si fuerit, vacuatur, sed talis emtor et possessionem reddat, et pretium venditori, quod instrumentis continetur insertum, cogatur implere. Si vero nihil horum venditor, ut dictum est, fortasse pertulerit, et contra venditionem hanc voluntarie factam sub tali obiectione venire tentaverit, cum proposita poena, quae non valuerit comprobare, merito durante possessione in iure illius, a quo fuerat comparata, pretium venditor, quod accepit, emtori, cui calumniam intulit, absque ulla dilatione restituat. Curiales etiam, quibus hucusque sine decreti interpositione res suas vendere aut alienare a corpore curiae non licebat, si certa fuerint necessitate constricti, ut debitum, quod pro utilitate publica contraxit, dum creditorum poenas metuit, supplere festinet, quicquid sub tali necessitate vendiderit, omni firmitate subsistat. Nec interpositio decreti quaeratur, sed tantum concuriales sui, quos necessitas eius poterit non latere, in ea venditione subscribant, et nihil emtori de emta re calumniae penitus opponatur, sed rem comparatam emtor perpetuo iure possideat. Ita tamen, ut si forsitan se aliqua fraude, intercedentibus concurialibus suis, qui subscriptores iubentur accedere, venditor se probaverit fuisse deceptum, tam emtoris quam subscriptoris dispendio venditor reddatur indemnis. Curiales vero si ad advocationem venire voluerint aut aliquam militiam sperare, provideant huius modi personas, quae munia ipsorum debeant expedire, provisuri, ut nihil per eos rei publicae possit imminui: nam ad se omne dispendium noverint pertinere, et se ad locum, in quo alium substituerant, revocandos. Reliquum vero huius legis ideo interpretatum non est, quia hoc in usu provinciae istae*[c]) *non habent.*

(Epit. Aeg.) Haec lex praecipit, ut omnes administrantes vel militantes in quocunque officio publico et comparandi et commutandi habeant liberam potestatem. Ut nulla scriptura valeat per metum facta, id est aut in carcere constituto aut in quibuslibet vinculis posito aut si[b]) forsitan pretium, quod instrumentum[c]) loquitur, non docuerit percepisse. Talis vero emtor et possessionem reddat et pretium venditori implere cogatur. Si vero venditor contra venditionem voluntarie factam vel pretio accepto venire tentaverit, durante possessione, a quo fuerit comparata, et venditor pretium, quod accepit, cui calumniam intulit, restituat. Curiales autem si certa fuerint necessitate constricti, id est publica[d]) utilitate, quicquid vendiderint, omni firmitate subsistat.

## TITULUS XI.[a]) DE PARENTIBUS, QUI FILIOS SUOS PER NECESSITATEM DISTRAXERUNT, ET NE INGENUI BARBARIS VENUMDENTUR, NEQUE AD TRANSMARINA DUCANTUR.

(Epit. Aeg.) TIT. XI. DE PARENTIBUS, QUI FILIOS SUOS PER NECESSITATEM DISTRAXERUNT.

1.[b]) *Imp. Valentinianus A. Aëtio Patricio.* Quum diebus omnibus et momentis studium celsitudinis tuae et sollicitudinem pervigilem circa utilitatem publicam comprobemus, etiam praesenti insinuatione monstrasti, qua nullum pateris benigna et salubri providentia addictae per necessitatem ingenuitati praeiudicium provenire. Ostendis, non omnia sinistrae licere fortunae, ut status, quem illa voluit inopia cogente mutari, ad splendorem suum humanitatis nostrae beneficio reducatur. Notum est, proxime obscoenissimam famem per totam Italiam desaevisse, coactosque homines filios et parentes vendere, ut discrimen instantis mortis effugerent. Tantum unicuique miseranda macies et letalis pereuntium pallor extorsit, ut totius, quem natura concessit, amoris obliti, alienare suos, genus pietatis putarent. Nihil est enim, ad quod non desperatio salutis impellat: nil turpe, nil vetitum credit esuriens: sola cura est, ut qualicunque sorte vivatur. Sed iniquum iudico, ideo libertatem perire, quia vita non perit, et agi horrore vilissimae servitutis, ut exitium pudeat evasisse. Cui non ingenuo mori satius est, quam iugum servile perferre? Illa sunt dulcia, quae praestita non deformant, quae accepisse delectet, quibus uti non turpe sit. Dici beneficium non potest, si pereat, quod servis pro summa remuneratione praestatur. Igitur libero statui, cui specialiter sapientissimi conditores iuris legesque voluerunt esse consultum, nullum praeiudicium patior irrogari; renovans statuta maiorum, venditionem censeo summoveri, quam praedicta fames de ingenuis fieri persuasit: ita sane, ut emtor pretium sub quintae adiectione recipiat, hoc est, ut quinto solido unus addatur, decimo duo, similiter crescente numero, quamcunque summam venditio facta designat. Ita fit, ut neque illum rebus afflictis ac desperatis emisse poeniteat, qui amplius recipiat, quam ad pretium dederat, nec pereat sub tanta clade distracta libertas. §. 1. Si quis sane barbaris venditionem prohibitam fecerit, vel emtum ingenuum ad transmarina transtulerit, sciat, se sex auri uncias fisci viribus illaturum. §. 2. Quam saluberrimam legem, Aëti, parens carissime atque amantissime, illustris et praecelsa magnificentia tua notitiae omnium propositis vulgabit edictis. *Dat. prid. Kal. Febr. Romae, Adelphio V. C. Cos.*

c) i. e. Galliae a Visigothis subactae.

a) Tit. XI. Novv. Val. *Tit. XXXII.* 23 *Tit. IX.* 19 *Tit. XXXII.* 28 *Tit. VIII.* 25 *Tit. X.* Vid. Nov. Th. tit. IX. et Nov. Val. tit. V. et X.

b) Novella integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 11, 12, 14—16, 17[a], Par. 4420; omnia praeter interpr. des. in codd. 42—45; inscr. et textus in codd. 22, 23, 31; inscr., pars textus et subscr. in cod. 21; textus et subscr. in codd. 27, 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29, 30, 32—40.

(Epit. Aeg.) b) Plerique codd. om. *si.* c) Multi codd. *instrumentis.* d) Nonn. codd. *pro publica.*

**EPIT. GUELPH.**

I' Si preditus. potestate. aliquid absque iniuria uinditur.[a]) conparauerit aut donatum acceperit. hec lex iubet esse stabilem. si ab invito quis. uindederit aut donaverit irritum esse iubet; curialis. si pro funccionẽ publica teneatur. vindendi. licencia tribuetur.

XI DE PARENTIBUS QUI FILIUS. PER NECESSITATEM DISTRAXERUNT ET UT NE INGENUI. BARBARIS. VENUNDENTUR. NEQUE AD TRANSMARINA DUCANTUR.

a) Deest siglum, legendum enim *uindituris*, i. e. *venditoris*.

**EPIT. LUGD.**

Ut hi, qui in administratione positi sunt vel in quolibet officio publico militant, quod comparandi et commutandi et accipiendi donationis titulo habeant liberam potestatem. Quod si huiusmodi scripturas constat esse aut per metum aut per fraudem suppositae personae aut violenter extortas, id est aut in carcere constituto aut in quibuslibet vinculis posito aut aliquo tormentorum genere suppliciorumque perpesso, nullus eas probet, aut etiam si pretium, quod instrumentis scriptum est, non fuerit persolutum, quod non solum instrumentum vacuetur, sed talis emtor cum possessione venditori pretium quoque instrumentis[a]) inditum reddere sit cogendus. At si nihil horum venditor pertulerit et contra venditionem voluntarie factam obiectione tali, scilicet poenae venire tentaverit, quod possessione manente emtori venditor pretium acceptum reddere debeat. De curialibus etiam sic confirmatum, quod, quicquid vendiderint, dummodo debitum, quod pro utilitate publica contraxerint, supplere valeant, quod aliter non liceret, omni firmitate subsistat remque comparatam emtor perpetuo iure possideat. Tamen curiales, quibus latere venditoris necessitas non potest, in venditione tali subscribant. Si forte curialium fraude, qui subscripserint, venditor se deceptum probaverit, ipse indemnis redditus, emtor et subscriptores dispendium sustineant etc.[b])

a) Codex *strumentis*. b) Exciderunt nonn. folia codicis, in quibus fuerunt Novv. Valentin. tit. XI. et XII.

**EPIT. MONACHI.**

Leges anteriores id specialiter praescribebant[b]), ut qui in administratione positi vel in quolibet officio militantibus nihil aut comparare aut commutare aut donatum suscipere tempore militiae vel administrationis liceret. Nunc vero omnibus publico officio constitutis comparandi, commutandi, accipiendi, donandi liberam damus potestatem. Tantum ne fraus aut violentia vel terror nullatenus intersit, aut pretium inscriptum studeant adimplere. Si vero in unum ex his supradictis inveniatur quis culpabilis, non solum instrumentum, si fuerit, vacuatum, sed et possessionem reddat et pretium venditori, quod instrumentis habetur insertum. Si vero venditor nihil de supra dictis pertulit et contra venditionem suam reclamaverit, cum proposita poena, strumento[c]) valente, simul et pretium restituat emtori. Curiales etiam, si certa fuerint necessitate constricti, pro debito utilitatis publicae, quicquid sub tali necessitate vendiderint, omni firmitate subsistat et curiales in ea venditione subscribant, quos necessitas eius potuit non latere, nec alia interpositio decreti quaeratur. Emtor vero perpetuo iure emta possideat: ita tamen, ut si aliqua fraus in subscriptoribus aut emtore intervenit, contra venditorem ipsi dispendio venditori reddantur. Curiales vero si ad advocationem venire voluerint aut aliquam militiam sperare, provideant huiusmodi personas, qui querimoniam ipsorum debeant expedire: provisuri, ut nihil per eos rei publicae possit imminui. Nam ad se omne dispendium noverit pertinere, et se ad locum, in quo alium substituerat, revocandum. *Dat. prid. Kal. Febr̃. Adelphio V. C. Cos.*

XI. DE PARENTIBUS, QUI FILIOS SUOS DISTRAXERUNT, ET NE INGENUI BARBARIS AUT TRANS MARE VENDANTUR.

b) 62, 63 *perscribebant*. c) i. e. pro *instrumento*.

**EPIT. S. GALL.**

Imp̃ valenĩ data II. kal̃ febr̃ *Intp̃.* Anterior lex fuerat ut qs miliciã agebat ĩ[b]) qualecũq: officiũ publicum gerebat ut dum in ipsa milicia ĩ officio herat. nec conparandi nec commotandi[c]) nec donatũ recipere de altero homine licenciã ñ habere sed in hac[d]) p̃sente lege veracit' constituimus ut et comparare et comutare et donatioñ[e]) p qualecũq: carta reciperit hoc qd̃ legitimũ ẽ liberã habeat potestatẽ sed tam̃ cavere debeat ut p nullũ malũ ingenio ad qualẽcumque hominem[f]) suã rem tollere ñ debeat et qd̃ si[g]) forsitan de qualecũq: hominẽ dũ in ipso officio ẽ de qualecũq: sua forcia aut p sua tima[h]) aut ei alicũ suplicium faciat[i]) aut p qualecũq: ingenio malo si aliquã facultatẽ p tã mala fraude cũparaverit aut commutaverit aut donation extorserit et carta reciperit et p̃ciũ ñ dederit ipsa carta reddat et insup ipsum p̃ciũ quẽ p illa facultate[k]) placuit ut det et postea nec ipsum p̃cium nec facultatẽ ñ habeat similiĩ curiales vero p fescale debita suã facultatẽ vindere possunt sed sic̃ in superiore legem scriptũ ẽ trã sine suo censu conparare nullo modo nullus[l]) homo debet.

X. DE PARENTIB; QUI FILIUS SUUS P NECESSITATẼ DISTRAUNT ET NE INGENUI BARBARIS VENUDENT' NEQUE TRANS MARE VINDANT'[a]).

b) 67 om. *vel — gereba'*. 65 *qui militia — militia*. c) 66 *ommotandi*. 65 *hominem licentia*. d) 65, 67 *hoc* et 65 *legem*. e) 67 *aut et — commodare et donare*. f) 65 *libera — inienium — qualecumque homine*. 67 *nullo ingenio*. 66 *qualẽcũ*. g) 65 om. *si*. h) 67 *est p — potestatẽ ut*. 65 *suam tema*. i) 65 *faciant*. 67 *malo ingenio* et paulo post *aliqua*. 66 *cũparerit*. k) 65 *aliqua — fraudem — donativum — facultatem*. 67 *facultatẽ placuit det*. 66 *insuper ipso*. l) *facultate v*. 67 *debitũ — potest — lege — suñ censũ — nullius*. 66 *nullius*.

a) 65 *filios suos — necessitate — venundetur*. 67 *filios — transmarina*.

INTERPRETATIO. *Hoc praecepit haec lex: quicunque ingenui filios suos in qualibet necessitate seu famis tempore vendiderint, ipsa necessitate compulsi, emtor si quinque solidis emit, sex recipiat, si decem, duodecim solidos similiter recipiat, aut si amplius, secundum suprascriptam rationem augmentum pretii consequatur. Nam si huius modi personas aliquis aut ad extraneas gentes aut transmarina loca transferre aut venumdare praesumserit, ipse, qui hoc contra statuta praesumserit, sex auri uncias fisco se noverit illaturum.*

## TITULUS XII. [a]) DE EPISCOPALI IUDICIO, ET DE DIVERSIS NEGOTIIS.

1. [b]) *Imp. Valentinianus A. Firmino Pf. P. et Patricio.* De episcopali iudicio diversorum saepe causatio est. Ne ulterius querela procedat, necesse est praesenti lege sanciri. Itaque quum inter clericos iurgium vertitur, et ipsis litigatoribus convenit, habeat episcopus licentiam iudicandi, praeeunte tamen vinculo compromissi. Quod et laicis, si consentiant, auctoritas nostra permittit. Aliter eos iudices esse non patimur, nisi voluntas iurgantium interposita, sicut dictum est, conditione praecedat, quoniam constat, episcopos et presbyteros forum legibus non habere, nec de aliis causis, secundum Arcadii et Honorii divalia constituta, quae Theodosianum corpus ostendit, praeter religionem, posse cognoscere. Si ambo eiusdem officii litigatores nolint, vel alteruter, agant publicis legibus et iure communi: sin vero petitor laicus, seu in civili seu in criminali causa, cuiuslibet loci clericum, adversarium suum, si id magis eligat, per auctoritatem legitimam in publico iudicio respondere compellat. §. 1. Quam formam etiam circa episcoporum personam observari oportere censemus: ut, si in huiusce ordinis homines actionem pervasionis et atrocium iniuriarum dirigi necesse fuerit, per procuratorem solenniter ordinatum apud iudicem publicum inter leges et iura confligant, iudicati exitu ad mandatores sine dubio reversuro. Quod his religionis et sacerdotii veneratione permittimus. Nam notum est, procurationem in criminalibus negotiis non posse concedi. Sed ut sit ulla discretio meritorum, episcopis et presbyteris tantum id oportet impendi: in reliquis negotiis criminalibus, iuxta legum ordinem, per se iudicium subire cogantur. Si ab exsecutore conventi parere detrectent, servato iuris ordine sententia teneat contumaces. §. 2. In clerico petitore consequens erit, ut secundum leges pulsati forum sequatur, si, ut dictum est, adversarius suus ad episcopi vel presbyteri audientiam non praestat assensum: poena defensoribus negotii, qui in eodem extraordinario iudicio adfuerint atque egerint, huius modi constituta, ut causidicum officii amissio, iurisconsultum existimationis et interdictae civitatis damna percellant. §. 3. Nullus originarius, inquilinus, servus vel colonus ad clericale munus accedat, neque monachis et monasteriis aggregetur, ut vinculum debitae conditionis evadat: non corporatus urbis Romae, vel cuiuslibet urbis alterius, non curialis, non ex primario, non aurarius, civis, collegiatus sit vir aut publicus servus. §. 4. Iubemus, ut clerici nihil prorsus negotiationis exerceant. Si velint negotiari, sciant, se iudicibus subditos clericorum privilegio non muniri. §. 5. Defensores ecclesiae de expressis urbium ministeriis non liceat ordinari, acquiescentes huic officio rerum suarum amissio comitetur, quas curiae vel corpori suo praecipimus applicari. Si custodire haec et exsequi neglexerint iudices competentes, facultatibus suis et status privilegiis exuantur, primoribus officii capitali discrimine constituto, ipsis nihilominus a tali officio repellendis, ut ab urbis suae competentibus obsequiis non recedant. Hi autem, qui intra decennium transactum a die latae huius legis diaconi ordinati sunt, suffectos pro se dare debebunt. Si non habent, unde sibi hac ratione prospiciant, ipsi ad nexum proprium reducantur; ceteris inferioris gradus ad competentia ministeria retrahendis, exceptis episcopis atque presbyteris, servatis tamen, quae de patrimonio talium personarum legum praecedentium statuta sanxerunt. §. 6. Originarii sane vel servi, qui iugum natalium declinantes ad ecclesiasticum se ordinem transtulerunt, exceptis episcopis, ut dictum est, et presbyteris, ad dominorum iura redeant, si non in eodem officio annum tricesimum compleverunt: ita ut huius conditionis diaconus domino pro se vicarium reddat, omni pariter peculio restituto. Circa quem nihilominus, si copia vicarii dandi non suppetat, quae de ministeriis urbium superius sunt statuta, serventur. §. 7. Universis clericis, praeter ecclesiasticos actus, nihil omnino cum aliis causis decet esse commune, nec cum locis iuris publici, quae, quasi destituta plerumque et non necessaria, elicitis supplicationibus velut ad usum quendam religionis evertunt: poena viginti librarum auri scriniorum proximis interposita, si aditus huic supplicationi fuerit attributus. §. 8. Opportunum duximus occasione legis, ea de successione decernere, quae anterioribus constitutis non sunt evidenter expressa. Itaque si vir sine liberis uxore superstite moriatur, sponsalium, quae mulier accepit, obeuntis patri matrive mediam restituat portionem, sibi residuam servatura. Si desint personae, quas loquimur, ipsi universa proficiant pro pudore percepta, quae non exstantibus tam caris religiosisque nominibus imminui non oportet. §. 9. Similis erit de dote conditio, quam dari praesentis oraculi decernit auctoritas, ut, si nullis interpositis conditionibus viro fuerit attributa[c]) (quae lucrativa esse potest), uxoriae mortis eventu patri matrive defunctae maritus acceptae dotis mediam restituat quantitatem. Pars vero feminae tantum dare debebit, quantum sponsalibus maritus intulerit, ut dantis et accipientis sit aequa conditio, ne placita futuraque coniunctio uni lucrum, alteri faciat detrimentum. §. 10. Muliere in matrimonio intestata deficiente superstitibus filiis derelictis, pater ususfructus totius patrimonii habeat potestatem usque ad vicesimum filiorum aetatis annum: post medietatem restituat filio filiaeve, sibi in diem vitae suae medietate detenta. Si expleto filiorum vicesimo anno medietatem portionis suae unicuique dare noluerit, soboli, quae medietatem ex bonis maternis a patre non fuerit consecuta, post obitum patris a successoribus aestimatione habita iubemus exsolvi, ut, quod in familia quis constitutus amisit, futura saltem compenset aetate. §. 11. In ipsorum autem matrimoniorum reverentia et vinculo, ne passim et temere deserantur, antiquata novella lege, quae solvi coniugia sola contraria voluntate permiserat, ea, quae a divo patre nostro Constantio decreta sunt, intemerata serventur. §. 12. Tricennali temporum definitione concludi ea praecipimus, quae perpetuis aut infinitis saeculis servabantur, exceptis Afrorum negotiis, qui se probaverint necessitatem Vandalicam pertulisse: ut de eorum causis illa tempora praefixo tricennio subtrahantur, quae claruerit sub hostilitate consumta. Ceterum alia intra expressa metarum suarum censemus spatia contineri. §. 13. Sane sicut non coeptam intra tricennium quamlibet causam vetuimus inchoari, ita quae contestatae litis sumsit exordium, excepto privilegio pupillaris aetatis, quod divae memoriae patris nostri Theodosii lege[d]) concessum est, intra eadem tempora terminetur, nisi forte post vicesimum quintum annum, ex quo competere actio coeperat, contestata lis fuerit. Cui si is casus eveniat, emenso hoc tricennio, quod statutum est, aliud quinquennium prorogamus, intra quod debent negotia universa consumi, ne a malitiosis ingeniis, calumniando legem priorem contestatis litibus, aliud tricennium vindicetur. Abunde enim sufficit quinquennii adiectio, qua evoluta, nulli penitus actioni copia tribuetur. Quae autem intra vicesimum quintum annum contestata lis fuerit, statuto tricennio modis omnibus consumatur. §. 14. Petitorem iubemus, postquam edito actionis genere adversarium suum tenuit, et ad respondendum coegit, propositae litis probationibus imminere, quoniam ad

a) Tit. XII. Novv. Val. *Tit. XXXIV.* 23 *Tit. X.* 19 *Tit. XXXI.* 28 *Tit. IX.* 25 *Tit. XI.* In cod. Paris. 4420 deest. Vid. Nov. Th. tit. XI, nov. 2 et Nov. Val. titt. II, V, X. Rec. est in cod. S. Germ. 366 et Phill. 1741, sed sparsis per diversa loca et ipsius Novellae et interpretationis fragmentis omissaque posteriore parte inde a §. 8 et 9. Est praeterea haec Nov., sed non integra in cod. Paris. Suppl. Lat. 215. Hincmari Opp. II, 545. Docum. Francic. ann. 838. Nominatur in interpr. Nov. Val. tit. VIII. de Trig. ann. praescr. et tit. IX. de Colonis vagis. Abrogatam in Gallia per Karolum M. hanc Novellam putat Le Gendre, de Episcopali Iudicio p. 56. Pertz, Monumenta III, 191 et c. VI. De interpr. cf. Fabiani P. ep. III. Angilr. c. 34 et 35. Ben. Lev. III, 240, 332. b) Novella integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 11, 12, 15, 16, 17[a], 22; omnia praeter interpr., quae quidem truncata est sive in compendium redacta, des. in codd. 41—45; inscr. et textus in codd. 21, 23; textus et subscr. in codd. 27, 28, 38, 39; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29—37, 40; pars textus in cod. 14. In cod. 11 post vv. interpr. *fuerit inchoata* desunt quat. XXIV. priora duo folia, in quibus erant vv. *finalis actio—Simili etiam* interpr. Nov. Mart. I. De cod. 13 vid. infr. not. *e*, de cod. 10 Nov. Val. tit. X. not. *b* et de cod. 7 infr. not. *i*. c) Hic terminatur cod. S. Germ. 366. d) Cf. C. Th. IV, 12 (13), 1.

**EPIT. AEG.**

Quicunque ingenuus filios suos aut fame aut qualibet necessitate vendiderit, emtor, si quinque solidis emit, sex recipiat, si decem, duodecim recipiat. Nam si huiusmodi personas aut ad extraneas gentes aut ad transmarina loca venumdare praesumserit, sex auri uncias fisco se noverit illaturum.

TIT. XII. DE EPISCOPALI IUDICIO ET DE DIVERSIS NEGOTIIS*).

*) Haec sunt ultima vv. cod. 59.

**EPIT. GUELPH.**

Sed qui presumserint. VI· uncias aureis se damnandus. tl· III· ʔ· III.[a])

XII. DE EPISCOPALI IUDICIO ET DE DIUERSIS. NEGUCIIS.

a) C.Th. III, 3.

**EPIT. MONACHI.**

*Valentinianus A.**) Quicunque ingenuus filium suum per necessitatem vendiderit, emtor, qui V solidos dedit, VI recipiat, si X, XII recipiat et deinceps secundum supra scriptam rationem. Nam si huiusmodi personas aut ad extraneas gentes aut trans mare vendiderit quisquis, sex auri uncias fisco se noverit illaturum. *Dat. prid. Kal. Febr. Adelphio V. C. Cos.*

XII. DE EPISCOPALI IUDICIO ET DIVERSIS NEGOTIIS.

*Valentinianus A. Firmō Praef. Praet. et Patricio.*[a]) *I. De Iudicio episcopi inter clericos et monachos.* Diversorum saepe causationem. Ne ulterius querelae procedant, necesse est praesenti lege sanciri. Episcopus habeat licentiam iudicandi inter clericos: si tamen ipsis litigatoribus convenit, praeeunte tamen vinculo compromissi. Quod et de laicis, si ipsi consentiant, auctoritas nostra permittit. Aliter episcopos iudices esse non permittimus.

*) Ita 62, 63. 64 add. *Firmio Pf. P.*

a) Ita codd. Sequuntur in cod. 62 undecim rubricae, quasi sint undecim tituli, sed omnia, quae continent, ex una hac Novella hausta sunt, cohaerent etiam in codd. 63, 64, omissis illis rubricis, sed singulis paragraphis add. lit. *B, C, D, E, F* etc.

**EPIT. S. GALL.**

Imp̃. valenĩ. data II.[b]) kaĩ. fb̃r; *Intp̃.* Quicũq: ingenuus homo filius suus aut p fame̦ auț p qualecũq: necessitatẽ vindiderit; si V solidus. filiu̦ suu̦ vindideriț[c]) quando eum redimere voluerit. VI solidos reddat et filiu̦ suum recipiat et si. X solidus[d]) prisit. XII reddat si vero amplius reciperit secundũ istũ numerum ꝓ filio suo reddat et qd̃ si ille homo ꝗ eũ conparavit aut ultra mare aut in longa regionẽ vindiderit unde eum revocare ñ possit. VI. uncias aurũ in fisco solvat[e]).

XI. DE EP̃I *) IUDICIO ET DE DIVERSIS NEGOCIIS.

b) 65 *V.* Infra 65, 67 *filios suos.* c) 67 *aut pro* et om. *si V — vindiderit.* d) 65 *necessitate — V. solidos — solidos presit.* 67 *sol̃ accepit XXVI reddat.* Idem infra *conpararerit.* e) 65 *componat.*

*) 65 *episcopale.*

damnosam iudicii observationem quemquam prius non debet ullus attrahere, quam omnia documenta praepararit, quibus exhibitum in disceptatione convincat. Quod et scitis veterum principum continetur. Alias, si quis ad iudicium quem venire compulerit[e]), et eodem in officio, vel fideiussionis vinculo constituto non urgeat, quo intra quatuor menses institutas peragat actiones, et constiterit iudicem causas alias cognovisse, petitor, qui secretarium vitio suo noluit introire, sumtus expensasque restituat, quoniam actoris tergiversationem esse non convenit impunitam. Pulsatus his recuperatis ab observationis necessitate, integro petitori negotio, liber abscedat. §. 15. Quod si pulsatus quis adesse neglexerit, evocatus secundum ordinem iuris sententiam excipiat contumacis. Exhibitus sane si de solo pulsatus fuerit, cessante fideiussionis necessitate, periculo negotii observationem se subiturum promittat. In pecuniariis autem causis non nisi pro quantitate debiti, quod fuerit postulatum, praesentiae suae fideiussorem dabit, si maluerit subire conflictum: si tamen eum in his locis, in quibus pulsatus fuerit, patrimonium petitae summae conveniens constiterit non habere. §. 16. Si quis a suspecto iudice illustri viro praefecto urbis Romae, propter aliquas domesticas et privatas simultates, vocem appellationis emiserit, apud successorem eius sequentem mox, quas ante timuit, exserat actiones, ut relationibus difficultatum ac morarum, quas intercedere ad respondendum nolumus, necessitas auferatur. §. 17. Nec quisquam provocet a praefato cognitore in causa, cuius meritum intra centum solidos continetur. §. 18. Si forte duorum praediorum unus dominus atque possessor ex referto originariis et colonis agro ad alterum rus aliquos homines propria voluntate et ordinatione transtulerit, ita id maneat, ut, sive venditione seu donatione seu quolibet alio modo ad diversos dominos res utraque pervenerit, translatos originis iure et titulo revocari non liceat. Indecorum est, auctoris facta convelli, quae pro consilio suo et tractatu necessaria iudicavit, quum magis deceat ad eius reverentiam, quae illi visa sunt, inviolata servari. §. 19. Quod autem antehac promulgata lege censuimus, amissae temporibus originariae sobolem priori domino non perire, id in argumentum trahi aperta definitione prohibemus: scilicet, secundum legem ad Palladium datam, sobolem dividi censemus, quae de originario suscepta fuerit alieno, Firmine, parens carissime atque amantissime. §. 20. Quare illustris et praecelsa magnificentia tua hanc saluberrimam edictalem legem, etiam pendentibus in foro negotiis profuturam, propositis vulgabit edictis, ut, quanta nobis disponendae quietis publicae cura sit, omnibus innotescat. *Dat. XVII. Kal. Mai. Romae, Herculano V. C. Cos.*

Interpretatio. *Lex ista de diversis rebus multa constituit: sed inprimis de clericis quod dictum est, ut nisi per compromissi vinculum iudicium episcopale non adeant, posteriori lege Maioriani abrogatum est. De reliquis praecepit, ut si quis laicus clericum sive in civili seu in criminali negotio per auctoritatem iudicis ad publicum provocaverit, pulsatus sine dilatione respondeat. Episcopi etiam sive pro pervasione rei alicuius, sive pro quibuscunque gravibus iniuriis ad iudicium fuerint provocati, licet in criminalibus causis per alium nulli liceat respondere. Episcopis tamen et presbyteris hac lege praestatur, ut in talibus causis misso procuratore respondeant, sine dubio ut ad eos redeat sententia iudicati. In reliquis vero criminalibus causis, ubi de scelere persona convincenda est, suam in iudicio praesentiam exhibere procurent. Quod si tertio conventi per exsecutorem ad iudicium venire noluerint, sententiam excipiant contumacis. Clericus si aliquem lite pulsaverit, in foro illius, quem ad iudicium provocat, audiatur: si tamen pulsatus non acquieverit ad episcopi vel presbyteri venire iudicium. Quod si aliud fecerit ille, qui pulsat, defensores causae ipsius taliter notari praecepit, ut ab omni officio et prosecutione causarum habeantur extranei. Nullum etiam originarium, inquilinum, servum sive colonum ad clericatus officium iubet accedere, neque in monasteriis recipi, ne per hanc occasionem debitam conditionem possint evadere. Nam nec corporatus civitatis alicuius, qui publicum servitium debet, nec curialis nec collegiatus clericus esse praesumat. Clericos quoque praecepit, ut negotiationes nullatenus exercere praesumant: quod si fecerint, velut alii negotiatores, a iudicibus emendentur. De corporibus namque publicis nullum fieri defensorem ecclesiae, lex ista constituit. Quod si quis ex curia acquieverit, ut fiat defensor ecclesiae, noverit, res suas omnes curiae aut illi corpori, unde discesserat, applicandas, et se ad servitium civitatis in suo corpore revocandum. Nam et iudicem et officium eius provinciae, si eos non revocaverint, gravi, sicut ipsa lex loquitur, dicit poena feriendos. Diaconis, qui ex curialibus vel ex quolibet corpore publico facti sunt, praecepit, ut pro se ad agenda, quae utilitati publicae debentur, suffectos dare debeant. Quod si non dederint, ipsi ad conditionem debitam revocentur. Nam episcopos atque presbyteros non iubet hac lege constringi, nisi tantum, ut de patrimoniis suis, quae sunt Maioriani lege constituta, evidenter observent. Originarios vero vel servos, qui ad honorem ecclesiasticum adspiraverint, debere intra triginta annos a dominis revocari. Ita tamen, ut diaconus pro se vicarium, si habuerit, reddat, et omne peculium suum dominus eius usurpet. Quod si vicarium non habuerit, unde reddat, ipse ad conditionem propriam revocetur. Nam omnes clericos iubet, ut nullas alias causas, nisi actus tantum ecclesiasticos agant, et ut publica loca pro ecclesiarum reparatione non destruant. De successione quoque hoc specialiter credidit inserendum, ut, si vir uxore viva moriatur, et filios non habeat, sed aut patrem aut matrem dimittat, de sponsalitia donatione, quam fecit, medietatem sibi uxor vindicet, medietatem patri aut matri defuncti mariti, qui superstes eorum fuerit, sine difficultate restituat. Quod etiamsi uxori talis casus evenerit, de dote, quam ab uxore maritus accepit, simili ratione, id est, medietatem parentibus, aut si unus eorum superstes fuerit, se noverit redditurum. Quod si nec parentes superstites fuerint, nec filii, persona coniugis, quae altero supervixit, et dotem et donationem sibi iure perpetuo vindicabit, ita ut faciendi de his, quicquid voluerit, habeat liberam potestatem. Mulier vero, quae filios dereliquit, si marito superstite intestata defecerit, maritus eius, hoc est pater eorum, facultates ab uxore dimissas pro usufructu in sua habeat potestate: ita ut quum unusquisque filiorum ad vicesimum aetatis suae annum pervenerit, medietatem portionis suae sine dilatione recipiat, et medietatem sibi pater in diem vitae suae ad usumfructum retineat. Quod si alicui transacto vicesimo anno medietatem portionis suae dare noluerit, fructus eius medietatis, quam daturus erat, post mortem patris filius de paterna hereditate a successoribus eius habita aestimatione recipiat, quos patri[f]) exigere pro sua potestate non valuit. De divortiis vero inter coniuges, sublata Novella lege, quae sunt a divo Constantio ordinata, praecepit observari. Tricennalem vero legem in omnibus negotiis ita iubet evidentius custodiri, ut omnia tempora, quae in infinitum negotia extendebant: quia diversi in quadraginta annos, diversi iurisconsultores de aliquibus rebus perpetuam fecerant actionem; specialiter commemoravit, ut omnia de omnibus causis intra triginta annorum curricula concludantur, praeter, sicut de postliminio dictum est, ut illi anni salvo tricennio captivis imputari non debeant, in quibus hostium dominatione detenti sunt. Quae tamen lex tricennalis, sicut illa tempora ad triginta annos revocat, quae amplius lites fecerant propagari, ita reliqua, quae intra triginta annos suis quibusque locis evidenter iussa sunt observari, in omnibus praecipit custodiri. Nam etiamsi lis intra tricennium inchoata fuerit et non definita, quasi nec coepta fuerit[g]), habeatur exstincta: excepta pupillari causa[h]), quibus pro aetatis fragilitate, sicut lex divi Theodosii continet, constat esse consultum: ut ea tempora in tricennio non imputentur, in quibus minores sub tutorum iubentur potestate consistere. A quibus tamen, si post vicesimum quintum annum, ex eo, quo competere actio coeperat, lis fuerit contestata, quintum tantum annum supra tricennium pupillis iubet augeri. Ita ut completis triginta et quinque annis, sicut reliquorum causae intra triginta annos, ita et eorum intra triginta quinque annorum spatia concludantur. Pupillorum vero causae vel lites, quae, antequam ad vicesimum quintum annum perveniant, contestatae fuisse probantur, intra tricennium sine adiectione quinquennii modis omnibus consumantur. De petitoribus vero constitutum est, ut, si petitor adversarium suum pulsatum in iudicio deferre voluerit, quem aut sub fideiussione aut cautione fecit adduci, et non festinet intra quatuor menses, in quibus tamen iudex ad*

e) Cum v. *compulerit* pergitur in cod. 13. Vid. Nov. Th. tit. XI. Nov. 2 not. *f.* f) Haec paulo obscuriora sunt et ab interprete adiecta. g) Fere omnes codd. add. *ita.* Respexit interpres §. 13 Novellae, neque vero ibi aliam esse coniunctionem vv. perspexit. h) Fere omnes codd. *excepto pupillares causae.* Interpres iterum male intellexisse videtur §. 13 cit.

### EPIT. AEG.

Si inter clericos iurgium vertitur et ipsis litigatoribus convenerit, praeeunte tamen vinculo compromissi, habeat episcopus licentiam iudicandi.[a]) Episcopis tamen et presbyteris hac lege praestatur, ut seu pro pervasione seu pro quibuscunque gravibus iniuriis ad iudicium fuerint provocati, misso procuratore respondeant, sine dubio ut[b]) ad eos redeat sententia iudicati. In reliquis vero criminalibus causis, ubi de scelere persona convincenda est, suam in iudicio praesentiam exhibere procurent: qui si tertio conventi ad iudicium venire noluerint, sententiam excipiant contumacis. Nullum originarium, inquilinum ac servum sive colonum ad clericatus officium iubet accedere, neque in monasteriis recipi. Clericis praecipit, ut negotiationes nullatenus exerceant publicas: quod si fecerint, velut alii negotiatores a iudicibus emendentur. Diaconi, qui ex curialibus vel ex quolibet corpore publico facti sunt, praecipit, ut pro se suffectos dare debeant. Nam episcopos atque presbyteros non iubet hac lege constringi, nisi tantum, ut de patrimoniis suis, quae sunt Maioriani lege constituta, evidenter observent. Originarios vero vel servos[c]), qui ad honorem ecclesiasticum adspiraverint, infra triginta annos a domino revocentur. Omnes clericos iubet, ut nullas alias causas nisi actus tantum ecclesiasticos agant. Si vir uxore viva moriatur et filios non habeat, sed patrem aut matrem dimittat, de sponsalitia donatione, quam fecit, medietatem sibi uxor vindicet et medietatem patri aut matri defuncti mariti restituat. Quod etiamsi uxori talis casus evenerit, de dote, quam ab uxore maritus accepit, medietatem parentibus se noverit redditurum: quia [d])pars feminae tantum dare debebit, quantum in sponsalibus ei maritus intulerit, ut dantis et accipientis sit aequa conditio, ne ipsa coniunctio uni lucrum, alteri faciat detrimentum. Quod si nec supradicti parentes superstites fuerint nec filii, persona coniugis, quae altero supervixerit, et dotem et donationem sibi vindicet iure perpetuo: ita ut faciendi de his[e]), quicquid voluerit, habeat liberam potestatem. Pater res filiorum ab uxore dimissas usque ad vicesimum annum aetatis eorum usurpet, ita ut,

a) Hucusque ex Nov. ipsa. Vid. init. b) Nonn. codd. *et* et infra *procuret — iubemus — monasterio — clericos — praecipimus — episcopis atque presbyteris non iubemus.* c) Hoc remansit ex interpret.; sed tamen 52 *Originarii v. v. servi.* d) Seqq. usque ad v. *detrimentum* sumta sunt ex Nov. ipsa. Vid. §. 9. Aeg. et pauci quidam codd. *dari.* e) Aeg. *id.* Nonn. codd. *eo.* Scripsi *his* ex interpr.

### EPIT. GUELPH.

I. Sentencia. prima. lex sta constituit ut nisi ex conpromisso. clerici episcopi iudicium non audiant.

II. Si cum laico. clericus. abiat epi̾ et presbiteris per procuratorem. litigare permissum eciam in criminalibus causis. finē cause ad ipsus redire.

III. Si clericus[a]) laicum litē pulsit condicionē cuiuslibet obnoxium. uel curialem. aut colleiatus. ad clericatum non uenire non in monasteriis. recepi.

IIII. Clericos[b]) neguciónis.[c]) non agere.

V. Curialem. eclesie defensorem non fieri.

VI. Ut diaconu̹ ex curia ordinatus. pro se vicarium dare dibiat.

VII. Episcopum et presbiterum non dare.

VIII. Originarius. clericos[d]) infra XXX. annus. reuocari. diacon̹ uicariu̹ dari.

VIIII Clericos[e]) suos tantum actus. agere et loca publica. non distruere.

X. De donacion̹ vel dotē in coniugiu̹ datā marito sine filiis. mortuo medietatem uxor. superius. uindicauit.[f]) similiter eciam et uxorem mortua. maritus. aliam medietatem morientis. pater aut mater.

XI. De bonis. ꝗ ab uxorem vel marito uno supersteti. filiis. dimittuntur.

XII. De diuorciis. de tricinale[g]) lege. ei. et infra XXX añ. suis. locis seruandas. et pupillis. XXXV. añ concessus.

XIII. Si petitur infra quatuor mensis. causam non ex-

a) Cod. *cler,* cum virgula trans literam *l* ducta; post *r* quatuor literae deletae sunt. b) Hoc v. scriptum est, ut not. *a.* c) i. e. pro *negotiationes.* d et e) Vid. not. *a.* f) i. e. *vindicabit.* g) i. e. *tricennali.*

### EPIT. MONACHI.

*II. De iudicio inter clericos et laicos.* Si quis laicus clericos in civili vel in criminali negotio per auctoritatem iudicis ad publicum provocaverit, pulsatus sine dilatione respondeat. Episcopi et presbyteri in omnibus causis, etiam criminalibus, per advocatos respondeant, sine dubio ut ad eos redeat sententia iudicati. Nulli alii licebit in criminali causa advocatum mittere nisi episcopo et presbytero. Si quis tertio conventus per exsecutorem ad iudicium non venerit, sententiam excipiat contumacis.

*III. Quales ad clericatum non veniant, nec monachi fiant.* Clericus si aliquem lite pulsaverit, in foro illius, quem ad iudicium provocat, audiatur: si tamen pulsatus non acquieverit ad iudicium episcopi vel presbyteri venire. Quod si aliud fecerit ille, qui pulsat, defensores causae ipsius taliter notentur, ut ab omni officio et prosecutione causarum habeantur extranei.[b]) Nullum originarium, inquilinum, servum sive colonum ad clericatus officium admittimus venire, neque in monasteriis recipi, neque corporatos civitatis alicuius, qui publicum officium debent. Nec curialis, non ex primarius[c]), non aurarius vel collegiatus clericus esse praesumat. Clerici negotia saecularia non exerceant. Quod si fecerint, a iudicibus emendentur.

*IIII. Ex Quibus Non Fiant Defensores Ecclesiae.* Defensores ecclesiae de[d]) expressis urbium ministris non liceat ordinari. Quod si quis de curia defensor fiat ecclesiae, omnis res eius curiae aut illi corpori, unde discessit, applicentur et ipse ad servitium civitatis illius revocetur. Iudices vero, qui haec exsequi neglexerint, facultatibus suis et statu privilegii exuantur.

*V. De Diaconis, Presbyteris, Episcopis Et De Originariis Clericis Et Servis Et Religione Et De Publica Loca.* Diaconi, qui ex curialibus vel ex quolibet corpore publico facti fuerint, pro se suffectos tradant: sin aliud, ipsi ad conditionem debitam revocentur. Episcopi atque presbyteri hac lege non teneantur adstricti, nisi tantum, ut de patrimoniis suis, quae sunt Maioriani lege constituta, observent. Originarius vero vel servus, qui ad honorem ecclesiasticum adspiraverit, intra triginta annos a dominis revocetur. Sed diaconus pro se vicarium tribuat et omne peculium eius dominus ipsius usurpet. Quod si vicarium non dederit, ad conditionem propriam revertatur. Nullus clericorum alias causas nisi actus tantum ecclesiasticos agat et publica loca pro ecclesiarum reparatione non destruant.

*VI. De Successione Hereditatis.* Si vir uxore viva moriatur et filios non habeat et patrem vel matrem dimittat, de sponsalitia donatione, quam fecit, medietatem uxor vindicet, medietatem pater vel mater defuncti. Si vero uxori talis casus evenerit, de dote, quam ab uxore maritus accepit, similiter fiat, ut supra praeceptum est. Quod si nec filii nec parentes superstites fuerint, persona coniugii, qui altero[e]) supervixerit, et dotem et donationem sibi iure perpetuo vindicet, faciendi de id, quicquid voluerit.

*VII. De Tricennali Praescriptione.* Mulier vero, quae filios derelinquit, si marito superstite intestata moriatur,

b) In codd. 63, 64 interponitur *D,* tanquam sit nova paragraphus. c) Ex Nov. §. 3. d) Ex §. 5 Nov., ut etiam seqq. vv. *exsequi — exuantur.* e) 62, 64 *alterũ.*

### EPIT. S. GALL.

Imp̃ valeñ; data XVI[a]) kal̃ mar̃; *Intp̃.* Clericus si de criminale causã[b]) ante publicũ iudicem acusatus fuerit sine omnẽ dilationẽ ipsa causam respondeat epĩ vero vel prĩbi si de criminali causa acusati fuerint advocatus[c]) rogent qui ꝑ se ipsa causa in iudicio respondere debeant; Nã alii seculares homines ꝑ se ipsos in indicio suas causas respondeant qđsi forsitan terciã[d]) vicẽ amallati fuerint et ante iudicem venire noluerint sic̃ alii contumaces pene feriundi s̃ similit̃ vero nullus inqllinus nec colonus vel servus ad officium clericati vel monahatis venire non debet[e]); Nã clericus vero nec negocia nec alias curas publicas agere non debet. Similit̃ nec curiales publici qui fescales actionis[f]) habent ipsas actiones dimitere ñ possunt ut eclesiarum causas agant diaconus vero ꝗ excuriales parentes natus ẽ aut ipse ipsas curias agat qđ sui parentes agerunt[g]) aut ꝑ se vecariũ det qui ipsas agere debeat. Nã epm̃ vel prbm̃ ñ teneat' in tale legem constricti originarii vero vel servi[h]) qui infra XXX anñ in clericati officio inventi fuerint a dñs suus[i]) in servicio revertantur; Diaconos vero aut ꝑ se vecariũ det aut ipse ad dñm suũ revertat; Similit̃ vero nullũ clericũ liceat alias curas agere nisi eclesiarum nã seu clericorum seu diaconorum pecunia qui uricenarii[k]) vel servi fuerint si hoc infra XXX anñ inventi fuerint ad dñs suus revertant'. Nã sicut[l]) in superiore tituli legũ constañ scriptũ ẽ om̃ causas post XXX annos eàs homo requirere ñ potẽ nisi tantum de postliminio hoc ẽ[ll]) de captivitatẽ reversi s̃ et de minorib; qui infra annis sunt illi vero qui de captivitatem revertent[m]) sup XXX anñ III. anñ causas suas inquirere[n]) possunt minores vero parvoli sup XXX anñ V anñ[o]) causas

a) 67 *XV.* b) 66 om. *si.* 65 *criminale causa.* 67 om. *ante.* c) 65, 67 *omne — advocatos.* Supra 65 *de criminale.* 67 *debeat.* d) 65 *tercia.* e) 65 *et servus — et monachati — debent.* f) 65, 67 *fescales actiones.* g) 65 *agerent.* 67 *ipsas causas — egerunt.* h) 65 *et servi.* 67 *lege — originaria.* i) 65, 67 *dominos suos.* k) 65 *uricnarii.* 67 *Diaconus — originaria.* l) 66 *sic.* ll) 65 *est qui de captivitate.* m) 65 *revertunt.* 67 *reversi.* n) 66 *requirere.* o) 67 om. *V ann̄.*

LEX ROM. VISIGOTH.

*audiendas causas vacare dignoscitur, actionem, quam proposuit, debeat expedire: ille, quem compulit ad audientiam, observare sumtus et expensas litis a petitore recipiat, et liber abscedat: salva tamen integritate negotii illius petitoris, qui ad praesens pro tarditate sumtuum vel expensarum damna sustinuit. Nam si quis pulsatus in iudicio adesse noluerit, post trinam conventionem sciat se contumacis sententiam subiturum: id est, ut quicquid, si adfuisset, in iudicio addicendus erat, petenti litigatori quasi victus exsolvat. Quicunque autem si de agro vel de domo fuerit pulsatus, sine fideiussione alicuius caveat se adfuturum esse in iudicio. Nam si pecuniam quis ab eo repetat, fideiussionem pro quantitate pecuniae dare debebit, si de hoc debito voluerit parare conflictum: tunc tamen fideiussor ab eo requiri non debet, quando pulsatus in his locis, in quibus audientia est, non minoris debiti ipsius possessiones habere probatur. Si quis iudicem pro quibuscunque causis adversum sibi esse senserit, aut habuerit fortasse suspectum, vocem appellationis exhibeat, ut, quum ei successum fuerit, integro negotio apud alium iudicem amotis dilationibus possit audiri. In ea vero causa iudiciariae potestati, id est illustri appellari non debet, in qua usque ad centum solidos fuerit iudicatum. Si quis dominus duorum fuerit praediorum, et de una possessione ad aliam, quae iuris sui est, mancipia originaria vel colonaria transtulerit, et ad diversos dominos fundus uterque pervenerit, nihil contra ordinationem domini prioris aliunde translatis mancipiis repetere aut pulsare praesumat, sed cui aut venditus aut donatus aut dimissus ager fuerit, in eo eum statu possideat, in quo ab auctore constat fuisse dimissum. De colonarum vero agnatione id remota ambiguitate hac lege constat esse praeceptum, ut secundum legem, quae ad Palladium data est de colono et colona, inter duos dominos dividatur agnatio, id est, ut coloni dominus duas partes filiorum et tertiam colonae dominus sibi debeat vindicare. Quae vero actiones perpetuae fuerunt, et ad tricennium revocatae sunt, placuit annecti, id est, hereditatis petitio, si tamen ab auctore, cui competebat, fuerit inchoata finalis actio, homicidii, furti, tutelae gestae, de fugitivis, de curialibus, vel de collegiatis revocandis, emti, venditi, locati et conducti, negotiorum gestorum, mandati, pro socio*[i]).

## EXPLICIT LIBER LEGUM NOVELLARUM DIVI VALENTINIANI A.

EPIT. AEG.

quum unusquisque filiorum ad praedictum annum pervenerit, medietatem portionis sine dilatione percipiat et medietatem pater sibi in diem vitae suae retineat. Quod si alicui hoc, quod iussum est, dare noluerit, filius de paterna hereditate post obitum illius a successoribus eius habita aestimatione cum usufructu recipiat. Ut triginta anni omnium causarum terminum ponant, praeter de postliminio in his, qui in hostium dominationem ducti sunt. Omnibus causis, quae infra triginta annos suis quibusque locis et temporibus iussae sunt observari, in omnibus praecipit custodiri. Si lis infra tricennium[f]) inchoata fuerit, nec definita, quasi nec coepta, ita habeatur exstincta. De pupillis vero, sicut reliquorum causae infra triginta annos, ita eorum triginta quinque annorum spatia concludantur. Pupillorum vero causae, quae infra vicesimum et quintum annum contestatae fuisse probantur, infra tricennium[g]) sine adiectione quinquennii modis omnibus consumantur. Si petitor adversarium suum in iudicio deferre voluerit et non festinet intra quatuor menses, in quibus iudex ad audiendas causas vacare dignoscitur, ut actionem, quam proposuit, debeat expedire: ille, quem compulit, sumtus et expensas litis a petitore recipiat, et si pulsatus in iudicio adesse noluerit, post tertiam conventionem sententiam excipiat contumacis, ut petenti litigatori quasi victus exsolvat. Quicunque de agro vel de domo fuerit pulsatus, sine fideiussione[h]) caveat se adfuturum esse iudicio. Tunc tamen fideiussor requiri non debet, quando pulsatus in his locis, in quibus audientia est, non minoris[i]) debiti ipsius possessiones habere probatur. Si quis dominus duorum fuerit praediorum et de una possessione ad aliam[k]) mancipia transtulerit et ad diversos dominos fundus uterque pervenerit, in eum statum unusquisque possideat, in quo ab auctore constat fuisse dimissus. Eas vero actiones, quae perpetuae fuerunt et ad tricennium[l]) revocatae sunt, placuit annecti, id est hereditatis petitio, si tamen ab auctore, cui competebat, fuerit inchoata finalis actio, homicidii, furti, tutelae gestae, de fugitivis, de curialibus, vel de collegiatis revocandis, emti, venditi, locati et conducti, negotiorum gestorum, mandati, pro socio[m]).

i) In codd. Br. Al. diversis formulis terminatur liber Legum Novellarum Valentiniani: *Expl. Novellarum D. Valentiniani; Expliciunt Novell. Divi Valentiniani Aug.; Legum Novellarum D. Valentiniani Aug. Finis,* ut Sich. etc. Pauci add. *II.* In cod. 7 multa vv. cum interpretatione huius Novellae uno tenore cohaerent; adduntur enim nonnulla ex §. 7 tit. I. Novv. Martiani; deinde principium et rubrum tituli illius, tum pars §. 3, 4 et 5 eiusd. Novellae; postea sequitur omissis tit. II. et III. pars tituli IV. Novv. Martiani et annectitur Novella I. Martiani, ita tamen ut rubro eius legis siglum adscriptum sit *Interpret.* et add. inscriptio et pars principii Novellae. Post illius subscriptionem scripta est formula: *Explicit Novellarum Divi Valentiniani III. augusti. Incipit Novellarum Divi Marciani Augusti liber.*

f) Nonn. codd. et Aeg. *triennium.* g) Hic quoque Aeg. *triennium.* h) Codd. et Aeg. *fidei iussione.* Paulo post scripsi *iudicio*; nonn. codd. et Aeg. *iudicium*, alii *in iudicium.* i) Nonn. codd. et Aeg. *minores.* k) Aeg. et nonn. codd. *alia.* l) Aeg. *triennium.* m) Ita 50, ut interpr. Rell. codd. et Aeg. habent *mandati propositio.*

## EPIT. GUELPH.

pediat. litis. et expensas. reddat. salvo principali neguciū.

XIIII· Qui pulsatus. in iudiciū adesse noluerit uel sentenciam contumacis. excipiat.

XV. Si de agrū quis petat vel pecuniā.

XVI· Si iudex suspectus habeatur. et usque ad C· solidos[h]) non apellandum.

XVII· Si mancipia de uno predio. ad alio fugirent trans. lata. qđ auctur decreuit heres non admutat.

XVIII De colonorum agnacionē diuidenda ꝗ acciones. perpetue. ad tricennium reuocate sunt.

EXPLICIT NOUELLARUM LIB̄ ·II·

h) Cod. *sol* cum virgula per lit. *l* ducta.

## EPIT. LUGD.

EXPLICITUS DIVUS VALENTINIANUS.

## EPIT. MONACHI.

maritus eius facultates uxoris pro usufructu habeat, ita ut quum unusquisque filiorum ad viginti annos aetatis venerit, medietatem portionis suae recipiat et medietatem pater in dies vitae suae ad usumfructum teneat[f]). Quod si alicui transacto vicesimo anno medietatem portionis suae dare noluerit, fructus eiusdem medietatis post mortem patris filius de paterna hereditate a successoribus eius habita aestimatione recipiat, quos patri exigere non valuit.

*VIII. De Petitoribus Qui Causas Suas Differunt.* Omnes causas intra triginta annorum curricula concludantur, praeter sicut de postliminio dictum est. Nam si lis intra tricennium inchoata fuerit[g]), ita habeatur exstincta, excepto pupillarias causas secundum legem divi Theodosii, in quibus minores sub tutore consistunt, in tricennio non imputentur. A quibus tamen, si post vicesimum quintum annum[h]) ex eo, quo competere actio coeperat, lis fuerit contestata, quinque anni super triginta pupillis augeantur. Postea vero sicut reliquorum causae infra triginta annos, ita eorum intra triginta quinque concludantur. Pupillorum causae, quae ante viginti et quinque annis fuerint contestatae, intra tricennium consumitur.

*IX. Si Pulsatus Ad Iudicium Venire Contemserit.* Si petitor adversarium suum pulsatum in iudicio deferre voluerit, quem aut sub fideiussione aut cautione fecit adduci[i]), infra quatuor menses, in quibus iudex ad audiendas causas vacare dignoscitur, actionem, quam proposuit, debet expedire. Si ita non fecerit, illi, quem compulit ad audientiam, expensas litis restituat et accusatus liber abscedat, salva tamen integritate negotii illius petitoris, qui ad praesens pro tarditate sumtuum vel expensarum damna sustinuit.[k]) Si quis pulsatus post tertiam conventionem in iudicium non venerit, sciat se contumacis sententiam subiturum: id est ut quicquid, si adfuisset[l]) in iudicio, adiiciendum erat, petenti litigatori quasi victus exsolvat. Quicunque de agro vel de domo fuerit pulsatus, sub fideiussione alicuius caveat, se adfuturum esse iudicio. Nam si pecuniam quis ab eo repetat, fideiussorem pro quantitate pecuniae dare debet, si de hoc debito voluerit parare conflictum. Tunc tamen fideiussor ab eo requiri non debet, quando pulsatus in his locis, in quibus audientia est, non minoris debiti ipsius possessionis habere probatur. Si quis iudicem pro quibuscunque causis adversus sibi esse senserit aut habuerit forte suspectum, vocem appellationis exhibeat, ut quum ei successum fuerit, integro negotio apud alium iudicium amotis dilationibus possit audiri. In ea vero causa iudiciariae potestati, id est illustri appellari non debet, in qua usque ad centum solidos fuerit iudicatum.

*X. Si De Una Possessione Ad Aliam Mancipia Transferantur.* Si quis dominus duorum fuerit praediorum et de una possessione ad aliam mancipia transtulerit originalia[m]) et ad diversos dominos fundus uterque pervenerit, cui venditus aut donatus ager fuerit vel dimissus, in eo eum statu possideat, in quo ab auctore constat fuisse dimissum.

*XI. De Colonarum Actiones.* De colonarum agnatione secundum legem, quae ad Palladium data est, dividantur, id est ut coloni[n]) dominus duas partes filiorum et tertiam colonae dominus sibi vindicet. Quae vero actiones perpetuae fuerant et ad tricennium revocatae sunt, placuit annecti, id est, hereditatis petitio, si tamen ab auctore, cui competebat, fuerit inchoata, finalis actio, homicidii, furti, tutelae gestae, de fugitivis, de curialibus vel de collegiatis revocandis, emti, venditi, locati, conducti, negotiorum gestorum, mandati, pro socio. *Dat. XVI. Kal. Mai. Romae, Herculano V. C. Cos.*

E X P L I C I T.

f) 63 *relineat.* g) 64 add. *nec finita, quasi nec coepta fuerit,* ex interpret. h) 64 *XXV annum;* 63 *XXV anno;* 62 *XXII anno.* i) 63, 64 *adici.* k) 63, 64 add. not. *K,* quasi sit nova §. l) 62, 63 *adfuisse.* Deinde 64 *addicendus.* m) 63, 64 *mancipia orienalia vel colonaria transtulerit et.* n) Ita 63, 64. Sed 62 *est in colonis.*

## EPIT. S. GALL.

suas inquirere possunt. Nā sup istū numerum causa nullo modo[p]) in se querere[q]) ñ possunt. Similit̃ vero quicūq: homo de sua causa iudicē in suspicionē habuerint[r]) ut ea p racionē ñ iudicasset licet ipsui homini at aliū iudicē sua iusticiam quirere[s]) similit̃ vero de colono vel[t]) colona dicendū ē quomodo filii eorū int̃ dñs suus devitant'[u]); Ille dñs cuius colonus ē de filiis eius duas porciones recipiant[v]) et ille dñs cuius colona ē de filiis eius t̃cia parte recipiat portionem.

EXPLI DIVI[x]) VALENTINI.

p) 67 *causas nullu m.* Etiam 65 *causas.* q) 65 *m. insequere.* r) 65, 67 *habuerit.* s) 65 *at — inquirere.* 67 *ipsi — iusticia prosequere.* t) 65 *et.* 67 *aut.* u) 65 *int. dominos suos dividantur.* 67 *filii eius i. dominos suos dividantur.* v) 65 *recipiat.* x) 65 *Di. VII.* 67 om. *Divi Valentini.*

# INCIPIT

# LIBER LEGUM NOVELLARUM

# D. MARTIANI A.[a]

## TITULUS I.[b]) NEMINEM EXHIBERI DE PROVINCIA AD COMITATUM, NISI AD RELATIONEM IUDICIS, A QUO FUERIT APPELLATUM.

1.[c]) *Impp. Valentiniani et Martiani AA. Edictum.* Multa remediorum genera nostrae clementiae, provincialibus suis prospicere gestienti[d]), et crebra cogitatio suppetit, et ipse rerum usus apportat. Nam quum venalem iudicum ambitum radicitus amputasset, et ad res privatas vel publicas sincerissime gubernandas homines spectandos atque consultos traxisset invitos, sciens quippe, felicem fore rem publicam, si a nolentibus et actus publicos repulsantibus regeretur, cogitanti nostrae pietati statim occurrit, quonam modo possint longi itineris intervallo et enormibus sumtibus legitimo egentes auxilio liberari. Videtis enim agmina, videtis catervas adeuntium infinitas non solum a finitimis provinciis, verum extremo orbis Romani limite confluentes, et adversum suos adversarios conquerentes. Quod profecto nullatenus accidisset, si in locis integritas vel severitas iudicum floruisset. Et ne igitur huius modi flagitia etiam ulterius porrigantur, ne quis desertis laribus suis aut certe dulcibus pignoribus per incognitas mundi partes diutius pervagetur, hoc consultissimo edicto statuendum pariter et omnibus declarandum pietas nostra decernit. §. 1. Quicunque civilem actionem vel certe criminalem accusationem adversariis suis intendere moliuntur, viros clarissimos adeant provinciarum rectores, et expositis querimoniis insinuatisque desideriis suis paratissimum promtissimumque posthac subsidium iuris exspectent. Illi noxiae potentiae vim legum benignam opponant: illi divitiis integram mentem obiiciant. Non illum supercilium, quod hoc tempore nullum est, terrebit: non effeminabit mentem severam quilibet census oblatus: sed unicuique, non altiore suspecta, non despecta humiliore fortuna, nostrae mandatorum non immemores pietatis, et antiquo et nostro iure succurrent, et querimonias suas probantibus aut indemnitate servata aut legitima vindicta consulent subsecuta. §. 2. Has ergo ob causas nullum adversarium suum a proximis vel longinquis partibus, non per sacros affatus, non per magnificentissimorum vel illustrium iudicum sententias, volumus exhibere, nisi forsitan aut propter potestatem adversarii, aut ipsius rei difficultatem, aut publici debiti molem deficiente rectore provinciae spectabilis iudicis, qui in locis vel proximo deget, vel amplissimae potestatis vel aliorum maiorum iudicum auxilium postuletur. §. 3. His pro commodo vestro et pro nostri imperii humanitate dispositis, unusquisque vestrûm, quum sint in locis iudices, legum custodes et earum pervigiles defensores, prout quisque possit sine peregrinatione, sine sumtibus super dubiis rebus et adire iudicem et auxilium amicum legibus adipisci, haec, quae dicta sunt, observare debebit. Si vero vel ab adversario, tanquam excedente provinciale praesidium, fuerit contemtus vel a iudice non auditus, hocque in amplissimae potestatis vel alio maiore, competenti tamen, examine per relationem iudicis contra adversarium emissam, seu ipsum iudicem, documentis quibusdam, neglexisse nostrae maiestatis edicta, sui periculi memor, se promiserit probaturum, tunc post indemnitatem ei legibus servatam etiam vindicta iuri congrua in convictum protinus subsequetur. §. 4. Quod si appellatio apud iudicem fuerit subsecuta, ea, quae super provocationibus legibus antiquitus statuta sunt, diligentius modis omnibus complebuntur. §. 5. His additur aliud maius, quod innocentes praecipue hactenus conterebat. Nonnulli namque suis allegationibus diffidentes, vexare suos adversarios[e]) tantummodo cupientes, non iure cum his, sed arte pugnabant, et per sermonem fucatum et phalerata verba, nonnunquam legibus ante confusis, ad aliena eos iudicia pertrahebant ita, ut hinc saepius eveniret, ut et miles in civili et privatus in militari, sed sibi incongruo, peregrinaretur iudicio. Ergo hanc quoque partem, ne ad laesionem nobis subiectorum patiamur iuris et legum contemtum ulterius perdurare, hoc providentissimo edicto nostra pietas censuit emendandam. Iubemus namque, omnes, pro priscis ac saluberrimis institutis, suos adversarios satisfactionem forsitan differentes in proprio foro, non in minime competenti, fictis quibusdam occasionibus, exposcere litigatorem. §. 6. Actor rei forum sequatur. Quod sine coelesti sententia non constat esse decretum, intactum inviolatumque servetur; nemo a nostra serenitate postulet (nec enim impetrabit, non rescriptum, non mandatum vel iussum, quod dicunt, sacrum), suos adversarios in minime competenti iudicio respondere, maxime quum hoc tempore, quod superius dictum est, unusquisque clarissi-

a) Codd. *Incp̄ Divi (D.) Marciani A.* (et om. *Novellae,* quia antec. *Finiunt* s. *Expl. Novellae Valentiniani*) s. *Incp̄t Novllr Divi Martiani* s. *Incp̄t Capitula Novell. Divi Martiani* (sequitur titulorum index eumque rubr. *Novellae D. Martiani A.*) s. *Incipiunt Legum Novellarum D. Martiani Imp. A.* et similiter. Pauci codd. add. *Lib. III.* Vid. Novv. Theod. tit. I. not. *a.* Sich. *Legum Novellarum Divi Martiani A. Liber.* b) Tit. I. Novv. Mart. *Tit. I.?* Martiani Novellae supersunt in iis tantum codd., quorum potissima pars Breviarium Alarici est. Eleutherii ep. 1. Felicis ep. 1. Iulii ep. 2. (Knust l. c. p. 46, 60 et p. 69). Angilr. c. 8 et 34. Ben. Lev. III, 240, 323. Add. III, 25; IV, 17 et 18. Ivo V, 248; VI, 331. Decr. Grat. cau. III, qu. 6, can. 16 et 17. c) Novella integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—6, 8—10, 12—16, 17ª, 26; omnia praeter interpr. des. in codd. 43, 45; inscr. et textus in codd. 21—23, 35—37; textus et subscr. in cod. 28; subscr. et interpr. in cod. 27; solus textus in codd. 25, 29—34, 38—40; in cod. 7 ipsius Novellae fragmenta tantum adsunt cum inscr., subscr. et interpr. Vid. not. *d.* De cod. 11 vid. Nov. Val. tit. XII. not. *b.* d) In cod. 7 post v. *gestiendi* omnia des. usque ad §. 3 vv. *neglexisset nostrae;* sed vid. infra §. 7 not. *g,* ubi principium h. Nov. repetitur. e) Rell. des. in cod. 7; uno tenore adiunguntur vv. tit. IV. Cf. not. *f* et *g.*

---

INCIPIUNT NOVELLAE DIVI MARTIANI.

TIT. I. NEMINEM EXHIBERI[a]) DE PROVINCIA AD COMITATUM, NISI AD RELATIONEM IUDICIS, A QUO FUERIT APPELLATUM[b]).

a) Ita scripsi. Aeg. et plerique codd. *exhibere,* nonnulli *exhibi.* b) Codd. fere omnes add. *id est ut auctor rei forum* (54 *furtum*) *sequatur.* Vid. not. c.

## EPIT. GUELPH.

INCPT LIB III.

·I· NEMINE. EXIBERE DE PROUENCIA SUA. AD COMITATUM NISI AD. RELACIONEM IUDICIS. A QUO FUERAT. APELLATUS. l· II. I. l· IIII.[a])

a) C. Th. II, 1, 4.

## EPIT. LUGD.

INCIPIT DIVUS MARTIANUS.

Continet titulos principales V, Leges aeque V, interpr. II.

Hoc codicello[a]) statutum, quo loco et apud quem pulsator et pulsatus causas suas exserant, quidque militantes super hoc agant. Relaxatae[b]) tributorum reliquiae beneficio principis a quoquam non quaerendae. Retinentur[c]) perpetuo aliisque heredibus dimittuntur, quae a principe de fiscalibus agris largiuntur. Senatorum[d]) connubia permissu legali ordinantur. Sanctimonialibus[e]), viduis, diaconissis omnibusque religiosis matronis pietas principum de hereditaria voluntate consulit .... Martianus in hoc opere finem facit.

I. NEMINEM EXHIBERI DE PROVINCIA AD COMITATUM, NISI AD RELATIONEM IUDICIS, A QUO FUERIT APPELLATUM.

a) Nov. Mart. tit. I. b) Nov. Mart. tit. II. c) Nov. Mart. tit. III. d) Nov. Mart. tit. IV. e) Nov. Mart. tit. V.

## EPIT. MONACHI.

INCIPIUNT DIVI MARTIANI NOVELLARUM LIBRI III.[a])

I. Neminem Exhiberi De Provincia Ad Comitatum, Nisi Ad Relationem Iudicis, A Quo Fuerit Appellatum. II. De Indulgentiis Reliquorum. III. De Praediis Civitatum Omnium. IV. De Matrimoniis Senatorum. V. De Testamentis Clericorum.

I. NEMINEM EXHIBERI DE PROVINCIA AD COMITATUM, NISI AD RELATIONEM IUDICIS SUI.

a) Add. *Capitula.*

## EPIT. S. GALL.

INCIPIUNT CAPITULA DE LIBRO XVIIII.[a])

I. De eos qui in duas ꝓvincias conversant'. II. De indulgenciis relicorū vel[b]) de p̄ciis çivitatū omniū. III. De matrimoniis senatorū. IIII. De testam̄tis[c]) clericorū vel sc̄emoniales.

INCIPIT NOVELLA DIVII[d]) MARCIANI.

NEMINĒ EXIBERE DE ꝒVINCIA A COMITATŪ NISI A RELATIONE IUDICIS A QUO FUERIT[e]) APELLATUS.

a) Ita 65. 66 *Capitula XVIIII Libro.* 67 *De Libro XVIIII.* b) 65 *et.* c) 67 *testamento.* d) 65 *Novelli Di. VII.* 67 *Novelli Divi.* e) 65 *Nemine—fuerat.* 67 *relationē—fuerat.*

morum vel spectabilium iudicum, si tamen propter causas praedictas ita usus tulerit, et integras adeuntibus aures praebere, et omni postposita invidia, omni spreta gratia recto proposito potuerit iudicare. §. 7. Quam formam etiam in militari parte volumus observari, nec passim aliquem armatae militiae sociatum longinquis partibus trahi, sed in locis apud competentem iudicem pulsari, nisi tamen super maximis[f]) et necessariis causis et militarem iudicem in locis excedentibus fuerit accusatus: non ignorante eo, cuius ex interpellatione aliquis secundum datam formam in longinqua fuerit protractus examina, quod si culpa sui fuerit dilata cognitio, vel minime actioni suae adfuerit, vel delata non probaverit, pro calumnia quidem poenam luat legibus constitutam, pro pecuniaria vero causa post dispendia, post sumtus, considerata quantitate postulatorum vel medii itineris intervallo, condemnationem pro aestimatione iudicis sustinebit. Nam dignum est, eos, qui maiorum nostrorum nostrarumque legum avaritia stimulante vel invidia incitante fines perturbare seu castra perfringere conabuntur habitantium, saltem intentato, quo magis puniuntur[g]), dispendio refrenari. §. 8. Ergo consulite vestris commodis, nostris saluberrimis parete praeceptis. Nemo a nostra pietate, maioribus occupata, vel a magnificentissimis seu illustribus iudicibus, nisi in maximis ac necessariis, quod superius cautum est, rebus publicisve debitis exhibitionis subsidium poscat. Nam si quis aliter, quam edicta continent, petulanti animo, his despectis, maiorem iudicem vel nostram primum contra ordinem legum adierit maiestatem, sciat, se non solum litis iacturae atque plus petitionis periculo, verum etiam competenti motui fore subdendum. *Dat. V. Id. Oct. Constantinopoli, Valentiniano A. VII. et Avieno V. C. Coss.*

Interpretatio. *Si quis adversarium suum aut repetitione aut criminis obiectione pulsaverit, in provincia, in qua consistit ille, qui pulsatur, suas exserat actiones, nec aestimet adversarium suum alibi aut longius ad iudicium pertrahendum: illi vero, qui pulsatus fuerit, si iudicem suspectum habuerit, liceat appellare. Simili etiam et militantes ordine teneantur, ut et ipsi apud competentes iudices, quas competere sibi credunt, exserant actiones, quia omnibus legibus constitutum est, ut actor rei forum sequatur.*

[Epit. Aeg.:] Si[c]) quis adversarium suum qualibet obiectione pulsaverit, in provincia, in qua consistit ille, qui pulsatur, suas exserat[d]) actiones.

## TITULUS II. [a]) DE INDULGENTIIS RELIQUORUM.

[Epit. Aeg.:] TIT. II. DE INDULGENTIIS RELIQUORUM.

1.[b]) *Impp. Valentinianus et Martianus AA. Palladio Pf. P.* Curae nobis est, utilitati humani generis providere: nam id die ac nocte prospicimus, ut universi, qui sub nostro imperio vivunt, et armorum praesidio ab hostili impetu muniantur, et in pace libero otio ac securitate potiantur. Ideoque mirati sumus laudabilem suggestionem celsitudinis tuae, quae praeter alias virtutes, quibus sublimitas tua plurimum pollet, etiam humanitatem tui culminis evidenter ostendit. Nam debitorum, quae in reliquis trahuntur, exactionem molestam esse testatur obnoxiis, ac merito postulavit, ut praedicti debitores sacra nostra indulgentia liberentur. Quapropter admirabilem insinuationem tuam probandam esse censemus. §. 1. Cesset igitur pro securitate provincialium exactio reliquorum, et a sextae indictionis initio usque ad finem quintae decimae nuper elapsae debita deleantur, sive ex possessionibus liberari, vel patrimonialis templorumve aut civilis fiscalisve iuris, seu in auro, seu in argento, seu in speciebus, vel in metallica quacunque materia aliove quolibet collationis titulo in publicis calculis residere noscuntur. Et sive arcae sublimitatis tuae, sive thesauris, sive sacro debentur aerario, sive cellario, vel privatae rei nostrae, aut dominicae domui, sive operibus huius inclitae urbis, omnia collatoribus, nec non curialibus, seu cohortalibus, seu provincialibus officiis, et aliis, quicunque reperiuntur obnoxii, remittantur. §. 2. Et ne qua liberalitatem nostram caligo fraudis possit impedire, etsi in privatum contractum vel in cautionem debitum publicum transiisse vel novatum esse dicatur, aut si quis curialis exactor vel cohortalis compulsor pro obnoxio se intulisse commemoret, nihilominus liberalitas nostra firma permaneat. §. 3. Curialibus etiam et cohortalibus nulla superexactionis adversus optiones vel actuarios vel devotissimos milites querelae permittatur occasio, ita ut et optiones et actuarii et devotissimi milites invicem taceant, et nullam adversus curiales, seu cohortales, vel collatores, seu officia provincialia, seu decuriones moveant pro debitis publicis actionem, etiamsi quas expensas se pro aliis intulisse contendant. §. 4. Praeterea quicquid ex titulo senatorii follis in provinciis debetur, hoc quoque remitti iubemus. §. 5. Si quid autem ex quintae decimae indictionis vel superiorum temporum debitis ad expensas primae indictionis seu posteriorum temporum deputatum est, et si quid ex naulis ac pretiis materiarum, et relevatis vel donatis, aut translatis atque adaeratis, vel ab arca sacratissimae Constantinopolitanae urbis debetur, id huius donationis beneficio non tenebitur. Sed et si quid in auro, vel in speciebus, vel in materiis civitatum operibus deputatum est, et hoc erogatum non esse monstratur, eius quoque ratio servetur intacta, nec possint debitores huius donationis auxilio niti, sed compellantur hi, qui noxii reperiuntur, implere suscepta opera et sumtuum reddere rationes. Nec enim oportet hanc liberalitatem nostram eo usque protendi, ut in aliorum lucra iniuste proficiat, quod ornatui urbium delegatum est. §. 6. Sentiant universi, quantum sibi pietas nostra profuerit, et in posterum devoto animo pensitationes publicas solvant, qui se sciant praeteritis debitis liberatos, Palladi, parens carissime atque amantissime. §. 7. Illustris igitur et praecelsa magnificentia tua huius saluberrimae pragmaticae legis moderationem per universos populos ac provinciarum iudices edictis propositis divulgari curabit, ut securi et beneficium nostrae pietatis et securitatis suae fructum libenter agnoscant. *Scripta Palladio viro illustri Pf. P. Orientis: Hermogeni viro illustri Comiti sacrarum largitionum: Gennadio viro illustri Comiti rerum privatarum: Maximino viro illustri Comiti et praeposito sacri cubiculi, D. N. Valentiniano A. VII. et Avieno V. C. Coss.*

Interpretatio. *Lex ista hoc continet, ut per provincias relaxatae beneficio principis tributorum reliquiae non quaerantur, tamen quod exactum est, si apud exactores residere constiterit, id praecipit, ut publicis debeat utilitatibus non perire, sed quod exactum est, a retentatoribus thesauris inferatur, et a provincialibus vel a possessoribus, quod solutum non fuerit, non quaeratur.*

[Epit. Aeg.:] Hoc est, ut, quicquid provincialibus per beneficium principis tributorum[a]) fuerit relaxatum, ab exactore non requiratur.

f) Vv. *apud quem et necessariis causis ex militarem iudicem locis excidentibus magis puniuntur quam edicto* adsunt in cod. 7. Vid. Nov. Val. tit. XII. not. *i*. g) 7 *puniuntur quam edicto* et adiungitur sine ullo signo principium huius Novellae usque ad vv. *usus appostat nec venale.*

a) Tit. II. Novv. Mart. *Tit. II.?* In cod. 23 titulus deest. Vid. tit. I. b) Novella integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—6, 8—16; omnia praeter interpr. des. in cod. 45; inscr. et textus in codd. 21, 22; textus et subscr. in codd. 28, 31, 36; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 27, 29, 30, 32—35, 37—40. In cod. 17[a] nonnulla folia desunt cum vv. *si quid ex naulis* §. 5 et sqq. usque ad vv. *sed licere statuimus* tit. IV. §. 2.

c) Aeg. in m. ann. . „*Actor sequitur forum rei.*" d) Ita fere omnes codd.; Aeg. *exerceat.*

a) Aeg. et nonn. codd. *tributum.*

## EPIT. GUELPH.

Accionem ibi agere debere ubi. his.[b]) qui pulsatur. habitat et iudicem. apellari licere et militantis similiter. tl' II' ƨ' II' l' V.[c])

### II' DE INDULGENCIIS RELICORUM. l' II' ƨ' VII.[a])

b) i. e. *is*. c) C. Th. II, 1, 4.

a) Nov. Val. tit. VII. Sententia huius tituli deest.

## EPIT. LUGD.

Ut si aliquis adversarium suum aut repetitione aut obiectione pulsaverit, quod ipsum adversarium suum in provincia, in qua consistit ipse, qui pulsatur, ad iudicium pertrahere debeat; alibi aut longius non liceat et illi, qui pulsatur, si iudicem suspectum habuerit, quod liceat appellare. Simili modo militantes apud competentes iudices actiones, quas sibi competere credunt, exserant.

### II. DE INDULGENTIIS RELIQUORUM.

Ut relaxatae beneficio principis tributorum reliquiae non quaerantur, tamen quo actum est, publicis utilitatibus non pereant etc.

## EPIT. MONACHI.

*Valentinianus et Martianus AA.* Si quis adversarium suum pulsaverit, in provincia, qua consistit ille, suas exserat actiones. Nec aestimet adversarium suum longius ad iudicium pertrahendum. Ille vero, qui pulsatus fuerit, si iudicem suspectum habuerit, liceat appellare. Similiter et militantes apud competentes iudices exserant rationes, quia omnibus legibus constitutum est, ut actor[a]) rei forum sequatur. *Dat. Id. Oct. Constantinopoli, Valentiniano A. VII. et Avieno Coss.*

### II. DE INDULGENTIIS RELIQUORUM.

*Valentinianus et Martianus AA. Palladio.*[a]) Per provincias relaxata beneficio principis tributa reliquae non quaerantur: tamen quod exactum est, si apud exactores est, publicis utilitatibus non pereat[b]), sed thesauris inferatur et quod solutum non fuerat, non quaeratur. *Valentiniano A. VII. et Avieno Coss.*[c])

a) Codd. *auctor*.

a) Cod. 64 librarius huius et seqq. titt. inscr. coniunxit cum anteced. quaque subscr. b) Ita 64; rell. *quaeratur*. Supra 64 *actum*. c) 63 add. *Moribus in sanctis pulcra est concordia pacis*.

## EPIT. S. GALL.

Imp̄ valentinus data II. kal̄ octobr̄. *Intp̄.* Quicuq: homo cū alio omine causam habuerit et unus de ipsus[f]) homines fuerint de una patria et ille[g]) alter de alia in illa patria ipsa causa int̄ eos iudicent' ubi ille homo inhabitat. quē de ipsa causa amallatur.

### II. DE INDULGENCIIS RELIQUORŪ L[a]) DE P̄CIIS CIVITATŪ OMNIŪ.

f) 65, 67 *homine—ipsos* et 67 *fuerit*. g) 65 add. h. l. *inter eos*, sed om. infra vv. *inter eos*. 67 *patria in ipsa*.

a) 65 om. *vel* et habet *pretii*. Confusae sunt rubricae secundi et tertii tituli: sententia autem ex tertio titulo adscripta.

## TITULUS III.[a] DE PRAEDIIS CIVITATUM OMNIUM.

1.[b] *Impp. Valentinianus et Martianus AA. Palladio Pf. P. Orientis.* Avaritiae suae culpam arguit, qui pro possessionibus, quas detinet, debitas functiones inferre cunctatur. Itaque inter ceteros egregios actus, quibus rei publicae tua sublimitas prodest, etiam suggestionem de praediis iuris civilis oblatam iure laudamus, per quam postulatum est, ut, si qui memorata praedia demto civili canone consecuti sint, veterem canonem in posterum cogantur agnoscere. §. 1. Celsitudo igitur tua id nobis placuisse cognoscat, ut, si qui vel ex titulo donationis, vel ex emtione, sive ex alio quolibet titulo possessiones iuris civilis tantummodo et cuiuslibet civitatis et praecipue huius aeternae urbis, cui maiorem debemus favorem, tam civilis, ut dictum est, iuris, quam etiam agonotheticas possessiones, ex consulatu Ausonii et Olybrii demto civili canone acceperunt, impositum praediis canonem iuxta fidem publicorum monumentorum civitati, ad quam praedia pertinuerunt, praebere iubeantur, ex praesenti quoque quarta indictione, cessante praeteriti temporis canonis exactione, manente penes eos successoresque eorum et detentatores illibato dominio. Nam si privatis viris debita non patimur denegari, multo magis praebenda sunt civitatibus, quae iure debentur, quum sufficiat possessoribus, quod apud eos dominium in perpetuum ex nostra liberalitate permaneat. §. 2. Si quae tamen possessiones iuris civilis canonem privatis largitionibus in praesenti praebent vel nunquam ademtum vel postea impositum, ad hanc pragmaticam iussionem non pertinebunt, sed privato aerario canonem, quem nunc agnoscunt, inferre ex more debebunt, dominio firmiter apud eos successoresque eorum et detentatores pari modo permanente. §. 3. Illud etiam dispositionis culminis tui probamus atque firmamus, ut, si qui cuiuslibet iudicis commotione mulctati sunt, et partem seu totam mulctam adhuc debere noscuntur, hi quoque indulgentia nostrae clementiae perfruantur, et nullam sustineant exactionem, Palladi, parens carissime atque amantissime. §. 4. Celsitudo igitur tua haec, quae per hanc pragmaticam legem sanximus, rectoribus provinciarum declarare non differat, ut et civitates et possessores et ceteri, de quibus haec constituimus, utilitati suae consultum esse laetentur. *Dat. XV. Kal. Febr. Constantinopoli, Martiano A. I. Cos.*

Interpretatio. *Si quid de fiscalibus agris vel aedificiis donatione principis vel venditione vel qualibet ratione ad privatos fortasse pervenerit, id lex ista constituit, ut soluto canone a possessoribus in perpetuum teneatur, et impletis fiscalibus debitis, illi, qui possident, heredibus suis relinquendi aut quibus voluerint donandi habeant potestatem.*

**TIT. III. DE PRAEDIIS CIVITATUM OMNIUM.[a]**

Si quis de fiscalibus agris donatione principis vel venditione vel qualibet ratione ad privatos fortasse pervenerit, soluto canone a possessoribus vel eius heredibus in perpetuo teneatur aut quibus voluerint[b]), donandi habeant liberam potestatem.

## TITULUS IV.[a] DE MATRIMONIIS SENATORUM.

1.[b] *Impp. Valentinianus et Martianus AA. ad Palladium Pf. P.*[c] Leges sacratissimae, quae constringunt omnium vitas, intelligi ab omnibus debent, ut universi, praescripto earum manifestius cognito, vel prohibita declinent vel permissa sectentur. Si quid vero in iisdem legibus latum fortassis obscurius fuerit, oportet id imperatoria interpretatione patefieri, ut omnis sanctionis removeatur ambiguum, et in suam partem iuris dubia derivare litigatorum contentio alterna non possit, negotiorum quoque cognitores ac tribunalium praesides, apertam definitionem legum secuti, suspensis nutantibusque sententiis inter scita incerta non fluctuent. Plana enim et facilis ad pronuntiandum via patet iudici, quoties non est illud ambiguum, iuxta quod necesse est iudicari. §. 1. Magnificentia tua, in causis omnibus terminandis rectum semper tramitem studens tenere iustitiae, consuluit clementiam nostram super Constantinianae legis ea parte, in qua aliquid existere videtur ambiguum. Nam quum sanciret, ne senatori, perfectissimo, duumviro, flamini municipali, sacerdoti provinciae habere liceret uxorem ancillam, ancillae filiam, libertam, libertae filiam, civem Romanam vel Latinam factam, scenicam vel scenicae filiam, tabernariam vel tabernarii filiam, vel lenonis, aut arenarii, aut eam, quae mercimoniis publice praefuit, vetitis [d]) interdictisque personis adiecit etiam humilem abiectamque personam. Ex matrimonio magnam dubitationem in iudiciis nasci, tua asseruit celsitudo, utrumne haec nomina etiam ad pauperes ingenuas feminas referri debeant, easque a matrimonio senatorum praescriptum legis excludat. [e]) Absit, ut hoc nefas ullis temporibus, ut credatur cuiquam dedecori data esse paupertas, quum saepe plurimis multum paraverint gloriae opes modicae, et continentiae fuerit testimonium census angustior. Quis arbitretur, inclitae recordationis Constantinum, quum geniales senatorios thoros contaminari pollutarum mulierum faece prohiberet, fortunae munera bonis naturalibus praetulisse? et divitiis, quas varietas casuum tam potest adimere quam tribuere, postposuisse ingenuitatem, quae auferri non potest, si semel nata sit? §. 2. Ille vero honesti amantissimus et morum sanctissimus censor eas humiles abiectasque iudicavit esse personas, et matrimoniis senatorum duxit indignas, quas aut nascendi decolor macula, aut vita probrosis quaestibus dedita sordentibus notis [f]) polluit, et vel per originis turpitudinem vel obscoenitate professionis infecit. Ideoque omnem dubitationem, quae quorundam mentibus iniecta fuerat, auferentes, manentibus et solidissima in perpetuum firmitate durantibus cunctis his, quae super matrimoniis senatorum sanxit constitutio divae memoriae Constantini, humilem vel abiectam feminam minime eam iudicamus intelligi, quae, licet pauper, ab ingenuis tamen parentibus nata sit. Sed licere statuimus senatoribus et quibuscunque amplissimis dignitatibus praeditis, ex ingenuis natas, quamvis

**TIT. IV. DE MATRIMONIIS SENATORUM.**

a) Tit. III. Novv. Mart. *Tit. III.* 23 *Tit. II.* Vid. tit. I. et II. b) Novella integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—6, 8—16; omnia praeter interpr. des. in cod. 45; inscr. et textus in codd. 21—23; textus et subscr. in codd. 27, 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus deest in codd. 7, 25, 29—40. De cod. 17ª vid. tit. II. not. *b.*

a) Tit. IV. Novv. Mart. *Tit. IV.* 23 *Tit. III.* Vid. tit. I—III. b) Novella integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—6, 8—12, 14—16; omnia praeter interpr. des. in cod. 45; inscr., subscr. et interpr. supersunt in cod. 7, ipsius autem legis fragmenta coniuncta cum tit. I.; inscr. et interpr. des. in codd. 21—23; textus et subscr. in codd. 27, 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29—40; sola subscr. in cod. 13. Petri Exc. I, 1. Concil. Toletan. IX. c. 13. Vid. Nov. Mart. tit. I. et II., infra not. *c, d* (ubi etiam de cod. 1 sermo est), *f, g* et Nov. Val. tit. XII. not. *i.* c) Prima Nov. vv. usque ad *praefuit* §. 1 des. in cod. 7. Vid. not. *d.* d) Literae *inter* in cod. 1 ultimae sunt versus quarti decimi fol. 231ª sive folii 1ª quat. XXXII.; reliqua paginae pars vacua est, nihil autem deest, altera enim pagina pergit cum syll. *dictisque.* Inde a v. *vetitis* nonn. leguntur in cod. 7 usque ad v. *sordentibus* §. 2. e) In cod. 19 mutt. vv. sic: *ingenuas seu pauperes feminas per hoc scriptum a matrimoniis senatorum lex excludat. Sed absit hoc nefas illis fuisse temporibus.* f) In cod. 7 exc. *notis polluit—senatoribus* §. 3.

a) In cod. 52 rubr. positum est post v. *potestatem.* b) Aeg. et nonn. codd. *teneantur—noluerint.* Aeg. in m. „*Canon.*“

## EPIT. GUELPH.

### III. DE PREDIIS. CIUITATUM OMNIUM.

Si qˀ de prediis fiscalibus. a principem donantur. firmum maneri.

### IIII. DE MATRIMUNIIS. SENATORUM.

## EPIT. LUGD.

### III. DE PRAEDIIS CIVITATUM.

Quod si quid de fiscalibus agris vel aedificiis principis donatione vel venditione vel altera ratione ad privatos pervenerit, ut a possessoribus perpetuo teneantur etc.

### IV. DE MATRIMONIIS SENATORUM.

## EPIT. MONACHI.

### III. DE PRAEDIIS CIVITATUM.

*Valentinianus et Martianus AA. ad Palladium Pf. P.*[a]) Si quis de fiscalibus agris vel aedificiis donatione principis vel venditione vel qualibet ratione ad privatos pervenerit, soluto canone a possessoribus in perpetuum teneatur et impletis fiscalibus debitis heredibus suis relinquendi vel quicquid voluerit faciendi liberam habeant potestatem. *VI. Kal. SB. Martiano A. Cos.*

### IIII. DE MATRIMONIIS SENATORUM.

## EPIT. S. GALL.

Imp̃ valens̃.[b]) data V. kal̃. febr̃. *Intp̃.* Quicũq: homo aut p conparacionẽ aut p qualecũq: modo de fescale causam aliqua facultatem habuerit censũ qd̃ exinde exire debit reddat et si ipsũ redderit tam ille quam et sui heredes ipsa causa in ppetuo securi posideant[c]).

### III. DE MATRIMONIIS SENATORŨ.

a) Ita G3; reliqui codices omittunt dignitatem Palladii.

b) G5 *Valent.* Infra *debet.* c) G7 *causa—debet—reddiderit—possidebunt.*

pauperes, in matrimonium sibi adsciscere, nullamque inter ingenuas ex divitiis et opulentiore fortuna esse distantiam. §. 3. Humiles vero abiectasque personas eas tantummodo mulieres esse censemus, quas enumeratas et specialiter expressas copulari matrimoniis senatorum lex praedicta non passa est, hoc est ancillam, ancillae filiam, libertam, libertae filiam, civem Romanam vel Latinam factam, scenicam vel scenicae filiam, tabernariam vel tabernarii, vel lenonis, aut arenarii filiam, aut eam, quae mercimoniis publice praefuit. Quod quidem haud dubie credimus ipsum divae memoriae Constantinum in ea, quam promulgavit, sanctione sensisse, ideoque huius modi inhibuisse nuptias, ne senatoribus [g]) harum feminarum, quas nunc enumeravimus, non tam connubia quam vitia iungerentur. §. 4. [h]) Cetera etiam, quae ab inclitae recordationis Constantino vel ab aliis post eum divis principibus super naturalibus filiis eorumque matribus, de concubinis quoque ingenuis, et de his, quae post uxoris obitum in nuptias convenerunt quaecunque sacris constitutionibus definita sunt, iubemus inviolabiliter custodiri: ita tamen, ut promulgatas prius leges hae, quae postmodum latae sunt, auctoritate praecedant, et quaecunque ex ipsis est posterior tempore, sit validior sanctione, Palladi, parens carissime atque amantissime. §. 5. Illustris igitur et magnifica auctoritas tua hanc serenitatis nostrae legem perpetuo in aevum omne valituram edictis ex more propositis ad omnium notitiam faciat pervenire. *Dat. prid. Non. April. Constantinopoli, Aëtio et Studio VV. CC. Coss.*

Interpretatio. *Hac lege permissum est, ut exceptis vilibus infamibusque personis, quas lex ista commemorat, pauperes et sine ulla dignitate natalium, dummodo honestas et honestis parentibus procreatas, senatores, si voluerint, uxores eligendi et ducendi habeant potestatem. Quod et omnibus exemplo legis huius sine dubitatione permittitur.*

Hoc est, ut vilibus infamibusque et sine ulla dignitate natalium personis non liceat senatores ducere uxores [a]), sed ingenuas natas, quamvis pauperes, in matrimonium sibi adscire debeant.

## TITULUS V. [a]) DE TESTAMENTIS CLERICORUM.

TIT. V. DE TESTAMENTIS CLERICORUM.

1. [b]) *Imp. Martianus A. Palladio Pf. P.* Saepe materiam scribendis ferendisque legibus negotia inopinato exorta suppeditant, et aut novas constitui sanctiones, aut durius et asperius latas faciunt abrogari. Aequalis enim in utroque aequitas est, vel promulgare, quae iusta sunt, vel antiquare, quae gravia sunt. Nuper quum de testamento clarissimae memoriae Hypatiae, quae inter alios virum religiosum Anatolium presbyterum in portione manifesta bonorum suorum scripsit heredem, amplissimo senatu praesente tractaret pietas mea, et dubium videretur, an vere esse deberent hae voluntates viduarum, quae testamento suo aliquid his clericis relinquunt, qui sub praetextu religionis huius modi feminarum domus adeunt, quum lex divae memoriae Valentiniani et Valentis et Gratiani ecclesiasticos, vel eos, qui continentium se volunt nomine nuncupari, nihil quacunque liberalitate viduarum extremo iudicio permittat adipisci, contra haec autem divae memoriae Valentiniani, Theodosii et Arcadii constitutio legeretur: inspicientibus et aestimantibus nobis latoris animum visum est, iusta ac rationabili poenitentia priorum constitutionum vigorem antiquare voluisse. Nam quum in prima lege viduarum tantummodo mentio facta sit, in secunda autem tantummodo diaconissarum, intelligitur, eam constitutionem, quae viduarum et diaconissarum meminit, de lege utraque dixisse. §. 1. Quod quum de voluntate latoris et de sanctione legis nobis videretur, universum testamentum iussimus relegi atque replicari, et quum repertum fuisset, alias quoque partes eiusdem voluntatis ita iuste ac prudenter institutas, ut nullum de se meritum neglexerit, multa sacrosanctis ecclesiis, multa pauperibus, multa monachis religionis intuitu, multa captivorum redemtioni commota miserabili eorum sorte contulerit, multa libertis suis eadem latorum sibi obsequiorum contemplatione praestiterit, alteram quoque partem institutionis, in qua Anatolium presbyterum reliquit heredem, advertimus ordine fuisse dispositam. Ea enim mobilia, quae plurimis iuste ac pie reliquit, per hunc voluit universa compleri, ut non solum heredis, sed paene etiam dispensatoris fungatur officio. Ideoque huius modi praedictae clarissimae memoriae Hypatiae voluntatem etiam in ea parte, qua Anatolium presbyterum instituit heredem, ea auctoritate firmavi. §. 2. Sed ne in posterum vel ex prioribus constitutionibus, quarum superius fecimus mentionem, et quas nunc praecipio penitus abrogari, vel ex praesentis negotii dubitatione aliquid forte relinquatur ambiguum, securitati vel fiduciae morientium providentes, generali perpetuoque victura hac lege sancimus, ut, sive vidua, sive diaconissa, sive virgo Deo dicata, vel sanctimonialis mulier, sive quocunque alio nomine religiosi honoris vel dignitatis femina nuncupetur, testamento vel codicillo suo, quod tamen alia omni iuris ratione munitum sit, ecclesiae, vel martyrio, vel clerico, vel monacho, vel pauperibus aliquid vel ex integro, vel ex parte in quacunque re vel specie credidit relinquendum, id modis omnibus ratum firmumque consistat, sive hoc institutione sive substitutione, seu legato aut fideicommisso, per universitatem vel specialiter, sive scripta sive non scripta voluntate fuerit derelictum: omni in posterum de huius modi negotio ambiguitate summota. §. 3. Donationibus etiam vel qualibet liberalitate tam viduarum, quam diaconissarum, sive virginum, quae Deo dicatae sunt, vel sanctimonialium quaecunque in ecclesiam, vel martyrium, vel clericum, vel monachum, vel pauperes collata fuerint, pari robore firma esse praecipio, Palladi, parens carissime atque amantissime. §. 4. Illustris igitur et magnifica auctoritas tua ea, quae generali legis huius sanctione decrevi, edictis ex more propositis ad omnium notitiam faciat pervenire. *Dat. X. Kal. Mai. Constantinopoli, Anthemio V. C. Cos.*

Interpretatio. *Sanctimonialibus, viduis, diaconissis omnibusque religiosis matronis hac lege permittitur, ut seu testamento, seu fideicommisso, seu per nuncupationem, seu per codicillos vel quibuslibet aliis scripturis, quod voluerint, ecclesiae, episcopis, presbyteris vel diaconibus et omnibus clericis relinquendi habeant potestatem. Et si voluerint heredibus suis quoscunque post eorum obitum substituere, habeant potestatem.*

Omnibus sanctimonialibus vel religiosis matronis hac lege permittitur, ut quicquid clericis vel ecclesiis atque pauperibus relinquere voluerint, sive scripta [a]) sive non scripta, vel ex integro vel ex parte, liberam habeant potestatem.

## EXPLICIT LIBER LEGUM NOVELLARUM D. MARTIANI A. [c])

g) Quae sequuntur, sunt in cod. 7. h) §. 4 in cod. 19 sic scripta est: *Cetera etiam quaecunque idem inclitae recordationis vel ceteri post eum divi principes de matrimoniis diffinierunt, iubemus inviolabiliter custodiri ita tamen ut promulgatis prius legibus — sanctione* et om. *Palladi p. c. a. a.*

a) Tit. V. Novv. Mart. *Tit. V.?* 23 *Tit. IV.* 42 *Tit. II.* b) Novella integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—9, 11—16, 17[a]; omnia praeter interpr. des. in codd. 42, 45; inscr. et textus in codd. 21—23; textus et subscr. in codd. 27, 28; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 29—40; sola subscr. in cod. 10. c) Terminantur Novellae Martiani in codicibus formulis *Expl̃ Novell. Divi Marciã* s. *Marciani; Explicit Novellarum Divi Martiani* (s. *Martiniani*) *A.; Explic̃ Libri Novellarum Divi Marciani A.* et similiter. Nullus, si recte recordor, codex numerum addit.

a) Nonn. codd. *vilesinfamesque — senatoribus d. uxoribus.*

a) Vv. *sive scripta sive non scripta* et *vel ex integro vel ex parte* ex Nov. ipsa sumta sunt. Vid. §. 2. Nonn. codd. om. *ecclesiis.*

## EPIT. GUELPH.

Senatoribus. pauperis. honeste natus. uxores ducere hac legem permissum est.

### V. DE TESTAMENTIS CLERICORUM.
tl' V. ·ʔ· III.[a])

I. Mulieribus relegiosis. licere quos. voluerint. heredis. constituere.

EXPLIC NOUEL LIB̃. III.

a) C. Th. V, 3.

## EPIT. LUGD.

Ut exceptis vilibus infamibusque personis, si senatores voluerint, pauperes et sine dignitate ulla natalium, honestas tamẽn et honestis parentibus natas ducere possint uxores etc.

### V. DE TESTAMENTIS CLERICORUM.

Ut sanctimoniales, viduae, diaconissae omnesque religiosae matronaeque[a]) quamcunque scripturam episcopis, presbyteris et diaconibus vel reliquis clericis habeant, quod voluerint, relinquendi potestatem etc.

EXPLICITUS DIVUS MARTIANUS.

a) Add. *per*.

## EPIT. MONACHI.

*Valentinianus et Martianus AA.* Vilibus et infamibus personis[a]), hoc est[b]) ancillam, ancillae filiam, liberti filiam, civi romanam vel latinam factam, scenicam vel scenicae filiam, lenonis aut arenariae filiam, tabernariam vel tabernariae filiam aut eam, quae mercimoniis publice praefuit, pauperiores et sine ulla dignitate natalium, ex his omnibus senatoribus non permittimus accipere uxores. *Dat. prid. Non. April. Aetio et Studio V. C. Coss.*

### V. DE TESTAMENTIS CLERICORUM.

*Martianus A. Palladio Pf. P. Orientis.* Sanctimonialibus virginibus, viduis, diaconissis omnibusque religiosis feminis seu testamentum seu per fideicommissum seu per nuncupationem seu per codicillos vel quibuslibet aliis scripturis, quod voluerint, ecclesiae vel episcopis, presbyteris, diaconibus, clericis, monachis relinquendi liberam habeant potestatem. Et si voluerint heredibus quoscunque post eorum obitum substituere, libera eis maneat facultas haecque omnia pari[a]) robore firma esse praecipio. *Dat. X. Kal. Mai. Anthemio V. C. Cos.*

a) Male scripta est haec epit. b) Seqq. usque ad *praefuit* sumta sunt ex Nov.

a) Vv. *pari—praecipio* leguntur in Novell. S. 3.

## EPIT. S. GALL.

Imp̃ valn̄tj data nñ apr̃l *Inlp̃.* Omnes senatores excepto de viliorib; psonas ĩ ꝗ infamia deputati[a]) s̃ uxorẽ eis de tales homines ducere ñ liceat. Nã quãvis de pauperes homines[b]) sit ingenua psona ẽ et cũ bona fama senatur ad uxorem eã prendere[c]) potẽ.

### IIII. DE TESTAMTIS CLERICORŨ VEL SCAEMUNIALES.

Imp̃. Marciũs data X kal mad̃. *Intp̃.* Hec lex p̃cipit ut[a]) sc̃emuniales et viduas ĩ qualescũque sc̃emuniales[b]) feminas liceat eis p qualecumque scriptura et ad ep̃s et ad[c]) prb̃s et ad qualescũq: clericus ꝗ ad eclesias deserviunt. de[d]) suas qualecũq: cartas si voluerint facere eis[e]) possunt.

[f])EXPLIC DIVII MARCIANI.

a) 66 *deportati.* 65 *uxores ei.* 67 *uxorẽ illius atque eiusdem tales.* b) 65 *parentes.* 67 *sit si.* Infra uterque *senator.* c) 67 *adprehendere.*

a) 66, 67 *aut.* 65 *precepit.* b) 67 *religiosas.* 65 *et* pro *vel.* c) 67 *qualecum scripturas* et om. *ad.* Etiam 66 *qualecum.* Infra 65, 67 *clericos.* d) 67 add. *res.* e) 67 *ei.* f) Ita 66. 65 *Di. VII. Mar.* et om. *Expl.* 67 om. *Div. Mar.*

# INCIPIT
# LIBER LEGUM NOVELLARUM
# D. MAIORIANI A.[a]

## TITULUS I.[b]) DE CURIALIBUS, ET AGNATIONE VEL DISTRACTIONE PRAEDIORUM EORUM, ET DE DIVERSIS NEGOTIIS.

1.[c]) *Impp. Leo et Maiorianus AA. Basilio Pf. P.* Curiales nervos esse rei publicae ac viscera[d]) civitatum, nullus ignorat. Quorum coetum recte appellavit antiquitas minorem senatum, huc redegit iniquitas iudicum exactorumque plectenda venalitas, ut multi patrias deserentes, natalium splendore neglecto, occultas latebras et habitationem elegerint iuris alieni, illud quoque sibi dedecoris addentes, ut, dum uti volunt patrociniis impotentum, colonarum se ancillarumque coniunctione polluerint. Itaque factum est, ut et urbibus ordines deperirent, et prope libertatis suae statum nonnulli per contagionem consortii deterioris amitterent. §. 1. Quod ne ulterius possit licere, saluberrima lege sancimus, praeteritae praesumtionis supplicium relaxantes, ut praeter illos, qui patrias suas aliqua munerum collatione iuverunt, ac propterea nulla ordinibus praesumtione depereunt, ubicunque intra triginta abhinc retro annos inventi fuerint curiales, constrictis procuratoribus vel conductoribus praediorum, dominisque conventis ad urbes, quas deseruerant, cum uxoribus reducantur (quod ingratum esse agrorum dominis non oportet, quum debuerint poena severiore percelli), amittant mulieres, quas illicitis consortiis iunctas esse noverunt. §. 2. A quo constituto nec domum nostrae serenitatis excipimus, quorum progeniem ita dividendam esse censemus, ut, quotquot fuerint masculini sexus filii, patrem sequantur, feminis praedii domino relinquendis: illa discretione servata, ut, si ex colonabus nati sint, curiae inserantur, si ex ancillis editi, collegiis deputentur, ne materni sanguinis vilitate splendor ordinis polluatur. §. 3. De collegiatis vero illa servanda sunt, quae praecedentium legum praecepit auctoritas. Quibus illud provisio nostrae serenitatis adiungit, ut collegiatis operas patriae alternis vicibus pro curialium dispositione praebentibus extra territorium civitatis suae habitare non liceat. §. 4. Hoc de pendentibus sanxisse sufficiat. In futurum vero haec observanda censemus, ut, si quis actor procuratorve domino nesciente susceperit curialem, aut non intra annum propriae restituerit civitati, si ingenuus probatur, collegiis applicetur, si servus est, fustuario supplicio interficiendum se esse cognoscat. Quod si id sciente domino aut volente factum esse doceatur, et non intra statuti temporis metas, etiam cum ultione, correctum, ipsius praedii, in quo hoc admissum fuerit, amissione mulctetur. §. 5. Similiter si servo suo actori procuratorique ullus filiam iunxerit curialis, aut certe iunctam esse permiserit, et non intra praescripti temporis terminum natalibus suis urbique reddiderit, illa quidem curiae restituenda revocetur (quam iubemus ab intestato parentibus aequa cum ceteris lance succedere, quia per eius quoque progeniem ordo reparandus est): ille vero, si originarius erit, qui sibi frustra ac temere mariti nomen contra interdictum legis indiderit, collegiis nihilominus deputetur, si famulus, servilibus poenis peribit. §. 6. Filia curialis si genitalis soli amore neglecto in alia voluerit nubere civitate, quartam mox omnium facultatum suarum ordini conferat, a quo se alienare desiderat: illi urbi, ad quam migraverit, curialis sine dubitatione paritura. §. 7. Et quoniam usquequaque obviandum est eorum dolis, qui nolunt esse, quod nati sunt, quicunque se sub nomine clericatus seu quodam religionis obtentu curialis vel corporatus fortasse subtraxerit, secundum praecedentium legum statuta, si intra diaconatus gradum locatus probatur, ad originem suam sine dilatione revocetur, si vero iam diaconus aut presbyter aut episcopus latae huius legis tempore reperitur, sive adhuc obnoxius functionibus, sive muniis persolutis, nihil de patrimonio suo alienaturum se esse cognoscat. Cui si masculini sexus prolem seu propinquos[e]) esse contigerit, qui utique curiae necessitatibus obsequantur[f]), mox medietatem omnium facultatum eis tradere non desistat, sibi ad usumfructum sex residuas uncias retentaturus: si defuerit sexus virilis, easdem in filiabus sine dubio servaturus, si tamen curialium connubiis copulentur. Qui si in totum fortasse defuerint, ad ordinem urbis suae praedictum patrimonium pertinebit. Si qua sane huius modi persona originis suae vinculis obligata ex his, quos ad ordines iubemus reduci, sub divini ministerii occasione intra ecclesiam se credi-

---

**EPIT. AEG.**

INCIPIUNT NOVELLAE DIVI MAIORIANI.

TIT. I. DE CURIALIBUS[a]) ET DE ACTIONE VEL DISTRACTIONE PRAEDIORUM EORUM ET DE DIVERSIS NEGOTIIS.

Curiales nervos esse rei publicae ac viscera civitatum, nullus ignorat. Quod si se colonarum ancillarumque coniunctione polluerint, quotquot fuerint masculini[b]) sexus filii, patrem sequantur. Si colonus[c]) filiam curialis maculaverit, in collegium deputetur, si vero servus fuerit, in tormentis deficiat. Si quis actor procurator domino nesciente susceperit curialem aut non intra annum propriae[d]) restituerit civitati, si ingenuus probabitur, collegiis applicetur, si servus, in tormentis deficiat. Quod si id sciente domino factum doceatur, ipsius praedii, in quo habitat, amissione mulctetur.

---

a) Codd. *Incipiunt Tituli Divi Maioriani* s. *Incipit Novel. Divi Maioriani* s. *Incp̃t Noullr* (s. *Nouell.*) *Divi Maioriani. Inc̃* s. *Incip̃ Divi Maiorani* s. *Maioriani A.* aut *Incipit quartus Divi Maioriani* ut 7, sed 8 cum multis codd. *Incipiunt Novell. Leg. D. Maioriani A.* Sunt etiam qui simpliciter *Incipiunt Novellae Divi Maioriani A.* Sich. *Legum Novellarum Divi Maioriani A. Liber.* Novellarum Maioriani fuerunt, si non plures, certe XII tituli. b) Tit. I. Novv. Maior. *Tit. VII.* Commemoratur in interpr. Nov. Val. tit. XII. de Episc. iud. c) Novella integra cum interpr. est in codd. 1, 2, 4—11, 13—16. Totus tit. deest in cod. 23, sed spatio relicto. Omnia praeter interpr. partic. des. in codd. 43, 45; inscr. et textus in codd. 21, 22; textus et subscr. in cod. 28; pars textus cum subscr. in cod. 12; subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus om. in codd. 25, 27, 29—34, 36—40. Pars interpr. deest in cod. 35 et ipsa Novella cum priore interpr. parte in cod. 17. Vid. not. *l* et *d, e, f.* In cod. 17[a] post vv. *Qui si in totum* §. 7 desunt quatern. XXVI. et XXVII. cum seqq. Novv. et Gaii titt. usque ad §. 3 tit. de Testamentis (II, 2) vv. *Sed hi, qui insa.* d) Literis *essere publice ac vi* terminatur versus quintus folii 125[a] cod. Ott.: reliqua pars paginae vacua est, et sequitur in sequenti Gaius, neque hic integer. e) Haec §. inde a vv. *Cui si* in cod. 19 ita mutata est: *Cui si filii vel propinqui fuerint curiae obsequentes medietatem omnium eis facultatum impertiatur sibi — uncias servaturus. Si masculi defuerint filiabus easdem daturus, si tamen curialibus nupserint. Si et he defuerint totum patrimonium curiae proficiet. Si quis sane ex talibus se sub divini ministerii occasione in ecclesia occu'uerit conventus eum archidiaconus repraesentet.* f) 12 *esse constiterit qui — obsequentur* et om. reliqua pars textus cum subscr.

a) Ita fere omnes codd.; Aeg. *Curionibus.* b) Ita 46. Rell. codd. et Aeg. *maculati* aut *maculatae.* c) Vv. *Si colonus — deficiat* videntur ex interpr. sumta esse. d) Aeg. *proprie,* antique more scribendi. Scripsi etiam *aut non* cum plerisque codd., pro quo Aeg. *ac non.*

### EPIT. GUELPH.

INCP̃T LIB̃ IIII.

DE CURIALIBUS. ET DE AGNACIONE UEL DETRACCIONEM. PREDIIS. ET DE DIVERSIS. NEGUCIIS. tl· XII · ʓ · I.[a])

a) C. Th. XII, 1.

### EPIT. LUGD.

INCIPIT DIVUS MAIORANUS.

Continet titulos principales II, leges II, intp̃r̃ II. Leonem et Maioranum.

I. Curiales intra triginta annos requiruntur ad civitatis suae curiam .... cantur, etiam punitis, qui eos celaverint. Filia curialium violata tamen restituitur curiae. Episcopis, presbyteris, diaconibus, si de curia fuerint, lex statuitur ...... clerici ad curiam reclinentur, quae pars episcopis, presbyteris, diaconibus curia solutos de bonis suis maneat, quae filiis quaeque filiabus. De[a]) praedia curialia non vendenda. Curiales non affligendos, sed ordinem iustum in eis per diversa negotia tenendum. II. Vi clericatum decem librarum auri multi repensat; episcopum consentientem ad sedi apostolicum[b]) dirigit; parentes vi clericati tertia bonorum parte damnat; episcopo ... ordinato reclamationem tollit.

I. DE CURIALIBUS ET AGNATIONE VEL DISTRACTIONE PRAEDIORUM EORUM ET DE DIVERSIS NEGOTIIS.

a) Del. *De*. b) Leg. *Ad sedem apostolicam*. Male scripta est haec expositio.

### EPIT. MONACHI.

INCIPIT NOVELLARUM DIVI MAIORIANI.

I. De Curialibus Et Agnationibus Vel Distractione Praediorum Et De Diversis Negotiis. II. De Episcopali Iudicio Et Ne Quis Invitus Clericus Ordinetur.

I. DE CURIALIBUS ET AGNATIONIBUS VEL DISTRACTIONE PRAEDIORUM ET DE DIVERSIS NEGOTIIS.

### EPIT. S. GALL.

CAPITULA[a]) DE LIBRO XX.

I. De curialib; et de actionib; p̃ciorũ eorũ et de diversis negociis[b]). II. De ep̃is cl̃e[c]) iudicio et ne quis invitus clericus ordinetur.

INCIP̃. NOVELLI DIVII[d]) MAIORIANI.

I. DE CURIALIB; ET DE AGNACIONIB; P̃CIORŨ[e]) EORŨ ET DE DIVERSIS NEGUCIIS[*]).

a) 67 om. *Capitula*. b) 67 *negotiorum*. c) 65 *epis. cler. iud.* 67 *cleris*. d) 65 *Di. VII.* 67 *Divi Marciani*. e) Hoc Canc. accipit pro *praediorum*, recte. 67 om. *p̃cior. eor.* et praepos. *de*, quae antecedit v. *agnacionibus*. *) 67 om. *neguciis*.

derit occulendam, eam constrictus archidiaconus repraesentet. §. 8. [g]) Hic etiam eorum nequitia comprimenda est, qui locum principalitatis indepti vendunt defugas curiales et obnoxios corporatos, quum eos occulta depraedatione concusserint, quos utique, si honestatis memores patriae suae aliquid affectionis impenderent, revocare deberent. Quod ne deinceps existiment se impune facturos, quicunque in tam sceleratis nundinis fuerit quocunque accusante convictus, capitalem poenam subibit. §. 9. Praedia vel urbana vel rustica nunquam sine interpositione decreti curialis alienet. Quod ne forte provincialis iudex facile aut gratificanter indulgeat, ad eminentium praefectorum sub relatione notitiam dirigatur, quibus solis aestimare permittimus, utrum ineluctabilis necessitas venditorem faciat curialem. Aliter contractus super his rebus initi non valebunt. In mancipio tantummodo distrahendo non est decreti quaerenda solennitas, si quinque primorum curiae subscriptio atque consensio adiecta monstretur. §. 10. Inter quae iustum est, ut his, quos reduci volumus, consulamus, ne iniuriis corporalibus pro civilis plerumque iudicis commotione subdantur. Unde quoties aut culpa gravis aut aliquod curialis crimen arguitur, sciant iudices, eo sub fideiussione ordinis constituto, ad magnificos viros praefectos praetorio esse referendum, ut in ipsorum sit arbitrio constitutum, qualiter, quod admissum probabitur, vindicetur. §. 11. Nunquam curiae a provinciarum rectoribus generali condemnatione mulctentur, quum utique hoc et aequitas suadeat et regula iuris antiqui, ut noxa tantum caput sequatur, ne propter unius fortasse delictum alii dispendiis affligantur. §. 12. Strenarum, Kalendarum ac pulveratici nomine a curialibus nihil petatur. Si quis horum aliquid poposcerit, aut etiam offerentem contra interdicta susceperit, singulas libras auri per singulos curiales a se noverit exigendas. §. 13. Nec hanc partem ducimus negligendam, in qua et ordinibus et possessorum compendiis providetur. Itaque provinciali iudici non solum faciendarum evectionum nulli tribuatur facultas, verum ne ipsi quidem, quum ad alteram pergere coeperit civitatem, plus quam unam sibi angariam et duos paraveredos alteramque angariam officio suo, sed et paraveredos duos liceat postulare. Si quisquam amplius aestimaverit praesumendum, octo equos constrictus exsolvat, publicis mox mutationibus aggregandos. §. 14. Compulsor tributi nihil amplius a curiali noverit exigendum, quam quod ipse a possessore susceperit: quia ad hoc tantummodo perurgendus est, ut pariter exigat, et publicum debitorem ostendat atque convincat. Praeterea [h]) nullus solidum integri ponderis calumniosae improbationis obtentu recuset exactor, excepto eo gallico, cuius aurum minore aestimatione taxatur. Omnis concussionum removeatur occasio, nihil mutaturae [i]) nomine postuletur, ita ut, quisquis hoc posthac usurpandum esse crediderit, sive praetoriani sit miles officii, seu palatinus, vel sacri aerarii vel privati, seu professionem negotiationis exercens, fustuariae subditus poenae servilibus suppliciis periturum se esse cognoscat. §. 15. [k]) Illis quoque fraudibus obviandum est, quas in varietate ponderum exactorum calliditas facere consuevit, qui vetustis caliginibus abutentes, Faustinae aliorumque numinum nescientibus faciant mentionem. Quibus penitus amotis atque in perpetuum hac lege damnatis, a praetoriana sede ad singulas non solum provincias, sed etiam civitates pondera examinata mittantur, quibus tam omnis exactor, quam negotiator utatur, capitale sibi sciens unusquisque supplicium, si constituta transscenderit. §. 16. Inter haec etiam officiorum pro laborum merito non est commoditas negligenda. Et quia per rectores provinciarum exigi omnem canonem tam ad arcam praefecturae pertinentem, quam sacris vel privatis largitionibus inferendum, sed et binos per iugum vel millenos solidos remunerationibus deputatos compelli debere praecepimus, possessori non putamus onerosum, quem a multis molestiis et sportularum et numerosis mutaturae dispendiis liberamus, si semissem solidi per iuga singula seu singulas millenas amplius iubeamus inferri, qui pro ordinatione nostra inter diversa officia dividatur. Ita ergo praedicta summa inter compulsores, ut diximus, partienda est, ut palatinus siliquam mediam pro siliquatico solidi remunerationis binorum solidorum, exactor siliquam, quatuor autem siliquas tam curialis, quam officium provinciale percipiat, officium sane praefectorum sex semis siliquas consequatur. Quisquis ultra aliquid aut exigendum aut accipiendum esse crediderit, subditus verberibus et cingulo privabitur, et facultatibus exuetur. §. 17. Illud quoque onus a civitatibus vel praecipue curiarum ordinibus ac negotiatoribus summovendum est, quibus non parva dispendia provinciarum iudicum infligit adventus, ut eos in otio plerumque residentes deliciis exquisitis alere quasi quadam lege cogantur. Contra quam iniquitatem remedium providentes, hac evidenti praeceptione decernimus, ut rectori provinciae totius anni tempore non plus quam triduo una civitas alimonias subministret, ita ut, si diutius voluerit commorari, de proprio sibi sciat esse vivendum. Sed ne vaga interpretatio eorum, quae pro humanitate praebenda sunt, nihilominus praedictos fatiget, quid inferri diurnum debeat, eminentissimae praefecturae pandetur edicto, quod instar nostri volumus esse praecepti: hac conditione sociata, ut, si supra hunc modum quicquam a curialibus seu negotiatoribus iudex putaverit postulandum, aut sub nomine oblationis acceperit (quod magis extorsisse credendum est), mox administratione depulsus, privilegio dignitatis amisso, proscriptione feriatur, Basili, parens carissime atque amantissime. §. 18. Illustris sane et praecelsa magnificentia tua omnium provinciarum rectores suis auctoritatibus admonebit, ut principales vel seniores urbium singularum, tam curiarum, quam reliquorum corporum, albos, quos conscripsit vetustas, proferre compellant, obnoxiorum familias sub confectione gestorum capitis sui periculo detegentes, ita ut, quae statuta sunt, edictis propositis in cunctorum notitiam perferantur. *Dat. VIII. Id. Nov. Ravenna, Leone et Maioriano AA. Coss.*

INTERPRETATIO. *Lex haec Maioriani de curialibus quae custodienda sint, evidenti observatione constituit, ut infra triginta tantummodo annos, sicut lex de omnibus dudum lata testatur, ad ordinem suum, quem deseruerint, curiales debeant revocari. Nam de collegiatis illa specialiter custodiri confirmat, quae lex in Theodosiani Codicis corpore scripta declarat. Itaque praecepit, ut, si curialem cuiuscunque possessionis actor domino nesciente susceperit, et non transacto anno ad civitatem curiae, cui debetur, fecerit revocari, si ingenuus fuerit is ipse actor, in collegio deputetur, si servus, fustibus verberetur. Nam si cum conscientia domini curialem ultra anni spatium tenere praesumserit, et non ordini suo, sicut dictum est, post annum sine mora reddiderit, noverit, ipsum praedium, in quo inventus fuerit curialis, se dominus praedii perditurum. Filia vero curialis, si aut servo aut actori aut procuratori sese coniunxerit, aut dominus agri iunctam esse permiserit, et non post anni spatium curiae fuerit restituta, illa quidem continuo parentibus curialibus in hereditatem successura reddatur, quia per eam, si se curiali iunxerit, ordo poterit reparari. Ille vero, cuius contubernio curialis filia fuerit maculata, si colonus est, collegio deputetur, si vero servus fuerit, inter tormenta deficiat. Filia vero curialis, si civitatis suae curialem accipere*[l]) *noluerit maritum, et suam deserens ad aliam se contulerit civitatem, quartam portionis ordini curiae suae, quem despexit, de facultatibus suis cogatur inferre, ad illam civitatem sine dubio, in quam se transtulit, curiales filios, si curialem maritum acceperit, sine dubio paritura. Si autem curialis vel corporatus, nolentes esse, quod nati sunt, clerici esse voluerint, et in quocunque officio ante diaconatum fuerint constituti, ad originis suae officium sine dilatione aliqua revocentur. Si vero iam diaconus aut presbyter aut certe episcopus fuerit ordinatus, sive munia sua solverit, sive non solverit, de patrimonio suo nihil alienare praesumat. Qui si masculini sexus filios vel propinquos habuerit, quibus tantum personis curiae necessitas ut observari possit imponitur, illis statim medietatem de facultatibus suis dare non differat, medietatem sibi ad usumfructum retineat. Quod si aut filios aut propinquos virilis duntaxat sexus non habuerit, sed filias habebit, quas lex a necessitate publica facit alienas, tunc eis sex uncias bonorum suorum tradat, si tamen curiales maritos acceperint, per quos et necessitas publica possit impleri, et ex quibus nati curiales merito appellentur. Quod*

g) §. 8 in cod. 19 ita scripta est: *Eorum autem n. c. est, qui* (om. *locum — vendunt*) *refugas curiales* (om. *et obnoxios c. q. eos*) *occulte conclusos vendunt quos utique — debuerant. Quod ne d. extiment* (om. *se*) *impune — fuerit aliquo accusante — subibit.* h) In cod. 19 sqq. usque ad v. *taxatur* sic scripta sunt: *Nullus exactor solidum int. ponderis calumnietur pt̃* (praeter) *galli cum qui minore pretio taxatur.* i) In cod. 19 vv. *nihil mutaturae — cognoscat* sic contracta sunt: *nichil mutuum es* (aes) *postuletur; qui praesumserit fustibus subditus servilibus suppliciis peribit.* k) §. 15 in cod. 19 in breve compendium contracta est: *Illis quoque obriandum fraudibus quibus quidam servorum simplicitate abutentes in varietate ponderum vetusta religionis nomina apponunt. Quibus remotis a praetoriana sede omnibus annis per singulas civitates et provincias pondera exacta mittantur, quibus tam exactor quam negotiator utatur Basili p̃. k. aa.* et om. §. 16, 17. l) Sequentia vv. huius interpretationis des. in cod. 35; vid. Haenel. ad Maioriani Nov. tit. VI. de Sanctimonialibus §. 6 not. *c*; exstant in cod. 17.

## EPIT. GUELPH.

Filia curiales. si servo alieno. uel colono se iuncxerit ad curia q̧ reuocari. Si de alia ciuitaē ingenuo iunxerit. quarta ordinari.

## EPIT. LUGD.

Ut si curiales ordinem suum deseruerint, quod usque ad XXX annos sint revocandi et si actor cuiuscunque possessionis domino nesciente curialem susceperit . . . . . . fecerit revocari ante annum ad civitatem et curiae, cui debetur; quod si fuerit ingenuus, ipse actor collegiis sit deputandus, si servus, fustibus verberandus; si conscio domino post annum retinuerit et curiae continuo non reddiderit, quod praedium, in quo inventus fuerit, dominus perdat. Quod si filia curialis aut servo, aut actori, aut procuratori sese coniunxerit, dominus . . ue agri iunctam esse permiserit, quod ipsa continuo curiae reddatur, successura in hereditatem parentibus *curialibus*; is vero, cuius copulatione fuerit maculata, colonus collegiis deputetur, servus vero in tormentis deficiat. Si autem curialis filia curialem acceperit et ad aliam civitatem se contulerit, quartam portionem de facultatibus suis civitati, quam despexit, inferat, filios paritura curiae et civitati, ad quam se contulit. Curialis vel corporatus, si nolentes esse, quod nati sunt, clerici fieri voluerint, ad officium suum et curiam revocentur, nisi diaconi aut presbyteri aut episcopi fuerint ordinati, qui tamen, sive munia sua solverint, sive non solverint, de patrimonio suo nihil alienare poterunt, sed filiis aut propinquis masculini sexus, ut curiae necessitas observari possit, medietatem statim dare

## EPIT. MONACHI.

Curiales infra XXX[a]) tantummodo annos, sicut lex de omnibus dudum lata testatur, ad ordinem suum, quem deseruerint, revocentur. De collegiatis vero illa custodiatur, quae in Theodosiano Codice habetur inserta.[b]) Si curialem cuiuscunque possessionis actor domino nesciente susceperit et non transacto anno ad civitatem curiae, cui debetur, fecerit revocari, si ingenuus fuerit, ipse actor in collegio deputetur, si servus, fustibus verberetur. Nam si cum conscientia domini curialem intra anni spatium tenuerit et non ordine suo, sicut dictum est, post annum sine mora reddiderit, ipsum praedium, in quo inventus fuerit curialis, dominus praedii amittat. Filia vero curialis *si aut servo aut actori aut procuratori* se iunxerit atque dominus agri iunctam esse permiserit et non post anni spatium curiae fuerit restituta, illa quidem continuo parentibus curialibus hereditati successura reddatur, ille vero, qui eam maculavit, si colonus est, collegio deputetur, si servus, in tormentis deficiat. Filia curialis si curialem accipere noluerit maritum, et ad aliam se contulerit civitatem, quartam portionis ordini curiae suae, quam despexit, de facultatibus suis cogatur inferre. Et si curialem maritum accepit, ad illam civitatem, in qua se transtulit, sine dubio curiales paritura. [c])Si autem curialis vel corporatus clericus esse voluerit, in quocunque officio ante diaconatum fuerit constitutus, ad originis sui officium revocetur. Si vero diaconus aut presbyter vel episcopus fuerit ordi-

a) 62, 64 *XX.* b) Codd. hic inserunt *B.* c) 64 add. *De Curialibus Clericis.*

## EPIT. S. GALL.

Imp̄ Leō data VIII. id̄. novēbris. *Intp̄.* Si q̧s. curiales filiā habuerit ipsa filia[f]) n̄ habet potestatem se ad aliū hominem in matrimonio iungere nisi ad alium curialem et qd̄ si in alia civitatē ad maritū ambulaverit, quartam porcionē de facultatē suā pdat nā clerici vero om̄ clerici q̧ de curiales nati s̄ si onorē non abent a curialē[g]) officiū revertant' et si ad eclesiā confugerint[h]) archidiaconus eos ad iudices curie p̄sentet; Nā ep̄s vero[i]) vel prb̄t aut diaconus si de curialib;[k]) nati sunt ipsorū res n̄ licet de ipsa curia extraere et si filius habuerent[l]) ad ipsā cur alem actionē revertant.

f) 67 *curialis.* 66 *ipsa filiam.* g) 65 *civitate — honore — curiale.* 67 *quarta — ad curial.* h) 67 *confugierit:* 65 *Archidiacones.* i) 67 om. *vero.* k) 65 *curiales.* l) 65 *filios habuerint.* Etiam 67 *habuerint* et infra *revertat.*

*si curialibus non fuerint copulatae, curialis praedicti patrimonium ad civitatis suae ordinem pertinebit. Si quis vero de his, quos superius diximus sine excusatione honoris debere ad suum ordinem vel originem revocari, ad ecclesiae septa confugerit, archidiaconus teneatur, ut eum debeat praesentare. Sane si quis curialem latentem sub aliqua commodi intercessione vendiderit, qui eum magis debuit revocare, noverit, se capitali supplicio puniendum. Iubentur etiam curiales, ut praedia urbana vel rustica sine decreti interpositione non vendant, nisi potestatibus referatur, quia vendendi arcta necessitas imminet curiali. Mancipia autem distrahendi sine decreto habebit liberam potestatem, dummodo quinque priores curiae testes in ea venditione subscribant. Nam et hoc curialibus voluit esse consultum, ne aut hi, qui revocantur ad curiam, aut illi, qui in gravi culpa tenentur obnoxii, tam facile tormenta sustineant, nisi ad potestatem dignissimam sub fideiussionis vinculo dirigantur, ut ipse de eorum factis possit ferre sententiam, nec ut ordo curiae pro unius culpa mulctam excipiat, nisi tantum is, qui probatur obnoxius. Nam nec in his rebus, unde aliqua iudici per sportulam conferuntur, curiam praecepit sentire dispendia. Reliqua vero pars legis interpretata non est, quia haec, quae continet, usu carent, et certe ad intelligendum non habetur obscura.*

## TITULUS II.[a]) DE EPISCOPALI IUDICIO, ET NE QUIS INVITUS CLERICUS ORDINETUR, VEL DE CETERIS NEGOTIIS.

1.[b]) *Impp. Leo et Maiorianus AA. Ricimeri viro illustri Comiti et Magistro utriusque militiae atque Patricio.* De re necessaria ad locum: Ad suscipiendum clericatus officium unicuique nos optionem dedisse, cognoscas, non legem, quia, quamlibet sanctum, onus ut volentibus patimur imponi, ita ab invitis iubemus arceri. Nonnullorum enim persuasio sacerdotum reluctantibus onus istud imponit, ut improvidas mentes violentiae intercedentis offensa ad odium piae religionis instituat. Eo ergo licentiam huius praesumtionis excludimus, ut[c]), si quispiam probatus fuerit vi coactus sub contumelia publica clericatus officiis successisse, spontaneis accusatoribus, vel si ipse voluerit allegare perpessa, licentiam commodemus, apud iudices competentes huius modi admissa damnare: ut, si inter leges obiecta constiterint, decem libras auri archidiaconus cogatur inferre ei, qui pertulerit, exsolvendas, dehinc, si ille desistit, accusatoris censibus et civitatis ordini profuturas: illo suae reddito voluntati, qui coactus non potuit consecrari. Et quia ab huius modi ausu nec episcopum a verecundia esse convenit alienum, ad apostolicae sedis devocetur antistitem, ut in illa reverendissima sede notam illicitae praesumtionis incurrat. Sane quia non iniusta suspicio est, huic operi parentum colludia plerumque misceri, dum liberis aliis amore nimio gratificantur, et alios iniusta sententia persequuntur, aeque patres ac matres, si comprobati fuerint invitos filios praefato oneri subdidisse, bonorum suorum tertia iubemus affligi ipsius filii censibus profutura. Si qui sane episcopus invitus fuerit ordinatus, hanc consecrationem nulla violari accusatione permittimus. [d]) [Illud quoque nobis eodem suspectu religionis occurrit, ut hominem, qui ad ecclesiae profugia recurrit, quicunque temerator aut sacris altaribus cogatur evertere, aut pro eo inhumana dispendia sustinere exabundantia[e]), ut multo minus poenae obnoxios quoque foribus sanctis ad mortem vel cruciatum cogatur eiicere, quum reis instituta haec consueverint esse profugia. Quod si quis statuti nostri temerator emerserit, aut homines intra ecclesias constitutos ad poenam non reprehendit adducere, capitali supplicio subiacebit.] *Dat. V. Kal. April. Arelato, Magno et Apollonio VV. CC. Coss.*

Interpretatio. *Haec lex ideo ad integrum scripta non est, quia iam, quae de diversis negotiis loquitur, in reliquis legibus evidenti interpretatione habentur expressa. Sed hoc amplius habet, quod ad locum scribi fecimus de his, qui inviti clerici ordinantur, quod per se sine interpretatione intelligi potest.*

## EXPLICIT LIBER LEGUM NOVELLARUM DIVI MAIORIANI A.[f])

a) Tit. II. Novv. Maior. *Tit. XI.* 23 *Tit. I.* Regino II, 173. b) Novella integra cum interpr. est in cod. 8. Inscr., textus usque ad v. *permittimus*, subscr. et interpr. supersunt in codd. 1, 2, 4—7, 9—16, 22, 27, 30, 33; inscr., pauca textus vv., subscr. et interpr. in cod. 36. Omnia praeter interpr. partic. desunt in cod. 45; inscr. et textus in codd. 21, 23; textus et subscr. in cod. 28; pars textus et subscr. in cod. 32; pars textus, subscr. et interpr. in cod. 26; solus textus in codd. 17, 25, 29, 31, 34, 35, 38—40; pars textus in cod. 19. Mutilam esse Novellam in Br. Al. codd. apparet ex interpr. Vid. not. *d.* c) Seqq. usque ad *consecrari* scripta sunt in m. codicis 36, sed mutt. et trunc.: *Si quis probatus fuerit vi coactus clericatus officia succedisse decem libras auri argenti* (sed del. est *argenti*) *archidiaconus cogatur inferre ei qui pertulit. Quod si parentes invitos filios probato honore subdidisse bonorum suorum tertiam iubemus adfligi ipsius filii censibus profutura filio tamen suae—non poterit consecrari.* d) Vv. *Illud—subiacebit* des. in omnibus codd. praeter 8, ex quo Sich. ea ed. Transierunt autem in cod. 8 sine dubio ex codice Morpacensi. Etiam in m. Cui. 1—Cui. 2*. Lugd. Novv. edd. annot.: „*Sequentia non erant in vet.*" Ri. ea supposititia esse dicit quum propter sermonem, tum quia interpres eorum nullam faciat mentionem. Etiam Be. mutila et supposititia videntur. Equidem mutila et depravata, neque vero supposititia ea esse puto, quandoquidem interpres Novellam non integram esse declarat. e) 8 *ex habundantia ut*; vacuum enim interest inter utrumque v. spatium, quasi desit aliquid. f) Plerique codd. add. *Explicit Legum Novellarum D. Maioriani Liber*; alii *Explicit Novellarum D. Maioriani A.* s. *Expl Novell Divi Maioriani* s. *Expliciunt Novellarum Divi Maioriani* s. *Finiunt Novellae Divi Maioriani A.* Pauci *Expl. Novell. D. Maioriani Lib. IIII.*



### TIT. II. DE EPISCOPALI IUDICIO.

Si quis probatus fuerit vi coactus clericatus officio successisse, decem libras auri archidiaconus cogatur inferre ei, qui pertulit. Quod si parentes invitos filios probentur honori subdidisse, bonorum suorum tertia iubemus affligi, ipsius filii censibus profutura[a]): filio tamen suae reddito voluntati, quia[b]) coactus non potuit consecrari.[c])

### TIT. III. DE ORTU IMPERII.
### TIT. IV. DE INDULGENTIIS RELIQUORUM.
### TIT. V. DE DEFENSORIBUS CIVITATUM.
### TIT. VI. DE AEDIFICIIS PUBLICIS.
### TIT. VII. DE BONIS CADUCIS SIVE PROSCRIPTORUM.
### TIT. VIII. DE SANCTIMONIALIBUS ET VIDUIS ET DE SUCCESSIONIBUS EORUM.

Ut si inter coniugatos non fuerit aequa donatio, nec matrimonium iudicetur, nec legitimi filii procreentur.

Hae sex sententiae propterea non sunt defloratae, quia in aliquibus libris non inveniuntur, in aliquibus tamen inveniuntur.

a) Ita scripsi, cum 52. Rell. *tertiam—profutura.* Aeg. *tertiam—profuturam.* b) Multi codd. *qui.* c) Cf. ad sqq. Haenel in Praef. Novellarum p. XXXII. et Praef. h. libr. cap. II (*Epitome ab Aegidio edita*).

**EPIT. GUELPH.**

II· DE EPISCOPALI IUDICIIS. ET DE DIUERSIS NEGUCIIS. ET UT NE QUIS. INUITUS CLERICUS. ORDINETUR.

Quod si factum fuerit. archidiaconus X li͞br auri damnari. et ipsum ad se redire voluntatem. quod si contingat episcopum permanere in episcopatu.

EXPŁIC LI͞B IIII·

**EPIT. LUGD.**

cogentur, medietatem vero ad usumfructum tantum sibi reservabunt; porro si filii aut propinqui masculini sexus defuerint et filiae curiales maritos habentes tamen fuerint, sex uncias, id est medietatem suorum bonorum eis tradere ad necessitates publicas explendas debebunt. De istis vero, qui sine excusatione honoris debent ad suum ordinem et originem revocari, si quis ad septa ecclesiae confugerit, ut archidiaconus teneatur ad eum repraesentandum. Capitali sententia punitur, qui curialem latentem sub aliqua commodi intercessione vendiderit. Curiales praedia urbana vel rustica non vendant sine decreti interpositione et nisi referatur potestatibus vendendi necessitas; mancipia autem distrahendi potestatem habeant, dummodo in venditione quinque curiales conscribant et sive illi curiales, qui revocantur ad curiam, sive qui gravi culpa tenentur obnoxii non facile tormenta sustineant, sed ad dignissimam potestatem sub fideiussionis vinculo dirigantur, ut ipse de eorum factis ferat sententiam etc., quae per se clara apertaque in hac lege sunt.

II. DE EPISCOPALI IUDICIO, ET NE QUIS INVITUS CLERICUS ORDINETUR VEL DE CETERIS NEGOTIIS.

Quod clericatus officium, ut volentibus imponitur, sic a nolentibus arcetur, et si quispiam sub contumelia publica officiis clericatus successisse probatus fuerit vi coactus, si huiusmodi admissum inter leges obiectum fuerit, quod archidiaconus decem libras auri cogatur inferre, episcopus pro huiusmodi ausu ad antistitem apostolicae sedis devocatur, ibi praesumtionis notam subiturus. Parentes si filios invitos clericatus honori subdiderint, et tertia bonorum suorum affligantur, filii ipsius censibus profutura. Sane episcopus invitus ordinatus nullam vocem accusationis habet.

**EPIT. MONACHI.**

natus, sive munia sua solverit sive non solverit, de patrimonio suo nihil alienare praesumat. Qui si masculini sexus filios vel propinquos habuerit, quibus tantum personis qui curiae necessitatibus obsequantur, medietatem omnium facultatum suarum dare non differat et medietatem sibi ad usumfructum retineat. Quod si filias tantum habeat, si curiales maritos acceperint, sex uncias bonorum suorum eis tradat. Quod si curialibus non fuerint copulatae, curialis praedicti matrimonium ad civitatis suae ordinem pertinebit. Si qui vero de his, quos superius diximus, sine excusatione honoris debere ad suam originem revocari, si ad ecclesiae septa confugerit, archidiaconus teneatur, ut eum debeat praesentare. Si quis curialem sub aliqua commodi intercessione vendiderit, noverit se capite puniendum. [d]) Curiales praedia urbana vel rustica sine decreti interpositione non vendant, nisi potestatibus referantur. Mancipia vero distrahendi sine decreto habebit liberam potestatem, dummodo quinque [e]) priores curiae testes in ea venditione subscribant. Curiales, qui revocantur ad curiam aut qui in gravi culpa sunt, non tam facile tormentis subdantur, nisi ad potestatem dignissimam sub fideiussoribus dirigantur. Nam nec si de his rebus, unde iudicia aliqua per sportulam conferuntur, curia praecepit sentire dispendia. *Dat. VIII. Id. Nov. Leone et Maioriano Coss.*

II. DE EPISCOPALI IUDICIO, ET NE QUIS INVITUS CLERICUS ORDINETUR.

*Leo et Maiorianus Ad Ricimerum Illustrem Comitem.* Ad suscipiendum clericatus officium unicuique nos optionem [a]) dedisse, non legem. Itaque si archidiaconus aliquem invitum fecerit ordinari, decem libras auri ei, qui pertulit, cogatur inferre. Quod si ille ordinatus se in accusationem noluerit alligare, accusatores censibus et civitatibus ordine profuturas, et illo suae reddito voluntati, qui coactus non potuit consecrari. Et qui ab huiusmodi ausu nec episcopum a verecundia esse convenit alienum, ad apostolicae sedis devocetur antistitem, ut in illa reverentissima sede notam [b]) praesumtionis incurrat. Si pater aut mater invitos filios praefato honori subdiderint, bonorum suorum tertia iubemus affligi et ipsius filio censemus profutura. Si episcopus invitus fuerit ordinatus, hanc consecrationem nulla violari accusatione permittimus. *Dat. V. Kal. April. Magno et Apollonio Coss.*

d) 64 add. *De Praedia Curialium.* e) Hic numerus add. in 64, deest in 62, 63.

a) 62 *opinionem.* b) 64 add. *illicitae.*

**EPIT. S. GALL.**

II. DE EPISL̃.[a]) IUDICIO ET NE QUIS INVITUS [b]) CLERICUS ORDINET'.

Imp̃. Leõ data. V.[c]) kal. apr̃i *Intp̃.* Nullus p̃sumat ingenuũ omine sine sua [d]) voluntatẽ clericũ facere.

EXPLI DIVII [e]) MAIORANI.

a) Ita 66. 65 *Epis. vel Iud.* 67 *ep̃is iud.* b) 65 *invictus.* c) 65 *II.* d) 65 *injenuo hominem sine suam.* e) 65 *Di. VII. Maioriani.*

# INCIPIT

## LIBER LEGUM NOVELLARUM

# DIVI SEVERI A.[a])

INCIPIT NOVELLA DIVI SEVERI.

### TITULUS I.[b]) DE ABROGATIS CAPITIBUS INIUSTIS LEGIS DIVI MAIORIANI A. AD LOCUM[c]).

TIT. I.[a]) DE ABROGATIS CAPITIBUS.

1.[d]) *Impp. Leo et Severus AA. Basilio Pf. P. et Patricio.* [Abrogatis capitibus iniustae legis Maioriani], illud tantum ex eadem lege retinemus[e]), quod veterum legum commendat auctoritas, scilicet ut post viri obitum sponsalia in usumfructum tantum mater habeat, et a filiis alienare non possit, sive in alias nuptias venerit, sive non venerit, et ut omnibus ex eodem matrimonio filiis ex aequo communia in unum aut alterum matri conferre non liceat. Nam quid est aliud, a filiis alienare, si hoc non est, quum proles numerosa contigerit, praetermissis ceteris uni vel alii prava velle intentione largiri? Sint sane matres, si ita libuerit, pro impensis obsequiis in filiorum electione liberales, usumfructum suum, cui voluerint, largiantur, proprietatis commoda cunctis pariter filiis deputata non minuant. §. 1. In illa tamen parte matribus salva filiorum utilitate consulimus, ne eas necessitas dandae fideiussionis adstringat, quia et factu difficile est, et super hoc filiis abunde[f]) vel prioribus constitutis vel praesenti lege prospicitur, quibus et alienatorum vindicatio competit, et ex maternis bonis perditarum redintegratio facultatum, Basili, parens carissime atque amantissime. §. 2. Quare illustris et praecelsa magnificentia tua huius constitutionis oraculum edictorum faciet solennitate proponi, ut legis asperitas, quae ad amplitudinem tuam primae praefecturae administratione data est, per te correcta atque emendata vulgetur. *Dat. X. Kal. Mart. Romae, Basilio V. C. Cos.*

Interpretatio. *Haec lex imperatorum Leonis et Severi ea, quae Maioriani lex de diversis rebus, quas ipsa testatur, observanda[g]) esse praeceperat, specialiter vacuavit, et id tantum, quod rationabile et pristinis legibus congruum fuit, credidit reservandum, quod ipse sua constitutione confirmat dicens: „Illud[h]) tantum ex eadem lege retinentes, quod veterum legum confirmat auctoritas.“ Itaque, ut post viri obitum relicta uxor usumfructum tantum sponsalitiae donationis habeat, et nihil exinde alienare praesumat, sive ad alias nuptias venerit, seu certe non venerit, neque aliis, nisi tantum omnibus filiis suis ex eodem patre genitis, cuius donatio est, haec ipsa sponsalitia largitas aequaliter dimittatur. Nec liceat matri, cui voluerit, de filiis aliquid exinde amplius pro sua voluntate donare. Sane de usufructu suo quod ei lege concessum est, donandi, cui voluerit, liberam habeat potestatem. Nam ea, quae omnibus tantum filiis aequaliter iussa est reservare, nec minuat, nec inter filios pro suo arbitrio dividere ulla ratione praesumat. Hoc tamen matribus hac lege praestatur, ut salva filiorum utilitate, fideiussores pro retinenda hac ipsa sponsalitia donatione dare non debeant, quia talis petitio gravis est, et sufficit filiis, quod vel hac lege vel prioribus statutis constat esse prospectum, ut etiamsi matres eorum secundo nupserint, eorum maritorum facultates loco pignoris obligentur, et si quid ipsae matres exinde praesumserint, de facultatibus earum illata sibi filii damna resarciant.*

Ut non liceat matri de sponsalitia donatione[b]), cui voluerit, de filiis pro sua voluntate donare, sed omnibus filiis suis ex eodem patre genitis haec ipsa largitas aequaliter dimittatur. Et si maritum acceperit, facultates ipsius mariti loco pignoris obligentur, et si quid ipsa mater exinde praesumserit, de facultatibus suis[c]) sibi filii damna resarciant.

### EXPLICIT LIBER LEGUM NOVELLARUM D. SEVERI A.[i])

a) Novellarum Severi duo supersunt tituli. Ita plerique codices; alii *Incipit Divi Severi Aug.* aut *Incipit Lex Severi ā* aut *Incipiunt Novellae Divi Severi ā* aut *Novellarum Divi Severi Augusti*, ut Sich. Pauci add. numerum libri, qui plerumque sic: *Incipit divi severi aug̃. quintus* aut *Incipit Severi Divi Lib. V.* b) Tit. I. Novv. Severi *Tit. I.* c) In 12, 13 add. *et de Donationibus sponsaliciis. Filiis matre fideiussores non esse dandos,* in aliis *id est de sanctimonialibus, viduis, de hereditatis tertia, vel de ceteris negotiis.* Haec interpretis esse verba, iam observavit Rittersh. in m. ed. Novell., et revera huc translata sunt ex explanatione titulorum, quam in nonnullis codicibus inesse saepe dixi. Desunt in omnibus codd., quos inspexi, et apud Sich. A Be. uncis inclusa sunt. d) Mutila est haec novella in omnibus Br. Al. codd. praeter 19. Vid. not. *e.* L. Vis. IV, 2, 14. Inscriptio, textus inde a vv. *illud tantum,* subscriptio et interpr. adsunt in codd. 1, 2, 4—9, 11—16, Sich. Omnia des. in cod. 23, est autem spatium scribendae legi relictum. Inscr. et textus des. in cod. 21; pars textus, subscriptio et interpr. in cod. 10; textus et subscr. in codd. 26, 28; solus textus om. in codd. 25, 27, 29—40. In codd. 43 et 45 nihil superest nisi pars interpr.; in cod. 22 pars interpr. desideratur. e) Lacunam uncis inclusam explet cod. 19. Supplementum edidit Haenel in Themidis vol. IX. Parisiis 1828. p. 156. Cf. Haenel in edit. Novell. p. 335 not. *f.* Orta est lacuna, quia Novella iisdem fere a vv. orditur, ex quibus rubrum constat; induxit fortasse interpres librarios in errorem, qui repetit vv. *Illud—retinentes.* Cum Sich. consentiunt codd. omnes praeter 19. f) Seqq. usque ad Paulum des. in cod. 10; exciderunt enim nonn. folia. g) Omnes fere codd. *observandum.* h) Raro vv. legum ab interpr. referuntur. i) Ita multi codices; alii *Expl. Lib Legum Novellarum;* alii *Expl. Lib. Legum Novell. Feliciter Amen* s. *Deo Gratias Amen* s. *Explicit Legum Novellarum* (ut 7) s. *Novellarum Legum Finis* (ut 8) s. *Explicit Legum Novellarum* s. *Explicit D. Severi* aut *Explicit Lex Divi Severi* (ut 35, 36). Numerus libri s. librorum non commemoratur.

a) Aeg. in m. annot. *„Titulus unicus.“* b) Nonn. codd. et Aeg. *sponsalitio donationem.* c) Nonn. codd. *eius.*

## EPIT. GUELPH.

INCPT LIB̄ V.

DE ABROGATIS CAPITIBUS.
tl· III· ʒ· I.[a])

I. Post vero[b]) obitum relicta. uxor sponsaliciam donacionem. pro usufructū tenere potest. filiis. de ipso matrimuniū equaliter post suum obitum dimissurā.

EXPŁIC NOUEŁ[c]).

a) C. Th. III, 8? b) Leg. *viri*. c) In cod. Guelph. sequitur Paulus, tunc demum Gaius.

## EPIT. LUGD.

INCIPIT DIVI SEVERI A.
Tantum unum capitulum continens sub I aera et titulo

DE ABROGATIS CAPITIBUS INIUSTIS LEGIS D. MAIORANI. AD LOCUM.

Inter alia haec agit, ut si relicta uxor usumfructum sponsaliciae donationis habuerit, quod nihil inde alienare debeat, sive venerit ad alias nuptias sive non venerit, sed filiis ex eodem patre natis, cuius donatum est, haec ipsa sponsalicia largitas reservetur, nec pro sua voluntate liceat illi cui voluerit de filiis suis amplius dare. De usufructu vero, quod ei concessum est, habeat potestatem, cui voluerit, dare etc.

## EPIT. MONACHI.

INCIPIT DIVI SEVERIANI NOVELLARUM LIBER V.

DE ABROGATIS CAPITIBUS INIUSTIS LEGIS DIVI MAIORIANI A. AD LEGEM.

Haec lex ea, quae Maioriani lex observanda esse praeceperat, specialiter vacuat, praecepit ex eadem lege retinendum, quod veterum confirmat auctoritas, [a]) ut post viri obitum relicta uxor usumfructum tantum sponsaliciae donationis habeat et nihil exinde alienare praesumat, sive ad alias nuptias venerit sive non venerit, et omnia filiis illius, cuius donatio est, dimittantur. Nec liceat matri, ex eadem donatione aliquo filio aliquid dare nisi de usufructu[b]), sed aequaliter eis servetur ad dividendum. Hoc tamen matribus praestamus, ut salva filiorum utilitate, fideiussores pro tenenda ipsa sponsalicia dare non cogantur, sed haec sufficiat filiis, si matres eorum secundo nupserint, eorum maritorum loco pignoris obligentur. Et si quid ipsae matres exinde praesumserint, de facultatibus earum illati sibi filii damna resarciant. *Dat. X. Kal. Mai. Basilio V. C. Cos.*

a) 64 add. *De Dote*. b) Epit. *usufructi*.

## EPIT. S. GALL.

CAPITULA[a]) DE LIBRO XXI.
I. De abrogatis capitib;[b]) iniustis legis.

INCIPIT NOVELLI DIVII[c]) SEVERI.

I. DE ABROGATIS CAPITIBUS INIUSTIS.

Imp̄. leo data X. kal̄ mar̄. *Intp̄.* In hac lege similiter dic̄ sic̄ in anteriorē legē[d]) scripsimus mulier post mortē mariti sui nec de sua dote qd̄ ei suus maritus fecit nec de alia facultatē qd̄ ei suus maritus dimisit nullā licenciā[e]) exinde abet alienare nisi tantū usufructum exinde habeāt et postea si ad[f]) secundas nupcias venerit aut si mortua fuerit omnē facultatē mariti sui ad filios suos dimittat.

EXPLICIT DIVII[g]) SEVERI.

a) 67 om. *Capit.* 66 *XX.* b) 66 *copltib.* 67 *copiti* et *legil.* 65 *legi.* c) 65 *Di. VII.* 67 *Divi.* d) 65 *anteriore.* 66 *alteriorē.* Supra 66 *similt.* e) 65 *alia—nulla licentia.* 67 *nullū l. e. non habeat.* f) 66 *a.* g) 65 *Di. VII.* 67 *Divi.* Supra 65 *scripsimus. Mulier*, quasi in v. *Mulier* nova §. incipiatur.

LEX ROM. VISIGOTH.

# INCIPIT

# LIBER GAII.

## TITULUS I.

Gaius Institutionum libro primo dicit[a]), omnes homines aut liberos esse aut servos. Sed ex his ipsis, qui liberi sunt, alios esse ingenuos, alios libertinos. Ingenuos, qui ingenui nati sunt: libertinos, qui pro iusta servitute manumissi liberi fiunt. Ingenuorum omnium unus status est.[b]) Libertorum vero ideo non unus est, quia tria sunt genera libertatum: quia liberti aut cives Romani sunt, aut Latini, aut dediticii. Tamen[c]), qui cives Romani sint, qui Latini, qui dediticii, breviter explanandum est.[d])

§. 1. Cives Romani sunt, qui his tribus modis, id est testamento, aut in ecclesia, aut ante consulem fuerint manumissi.

§. 2. Latini sunt, qui aut per epistolam, aut inter amicos, aut convivii adhibitione manumittuntur.

§. 3. Dediticii vero sunt, qui post admissa crimina suppliciis subditi et publice pro criminibus caesi sunt: aut in quorum facie vel corpore quaecunque indicia aut igne aut ferro impressa sunt et ita impressa sunt, ut deleri non possint; hi si manumissi fuerint, dediticii appellantur.

a) 1 sec. Haub. *Gai. Institutionum Liber Primus de personis,* sed sec. literas, quas Föringer benevolenter mecum communicavit: *Incp̄ Ti Ti Gai. Gai Institutionum Lib. Primus D...* (des. nonn. literae et sequitur spatium unius versus) *Omnes* etc., quare nequeo assentire Heimbachio de inscriptione huius libri in Gersdorfii Repertorio Lips. 1845. T. I. p. 302 disputanti. 2 *Incp̄ Titi* (h. e. *tituli*) *Gai. Gaius Institutionum libro primo dicit.* 4, 12 *Incipit Lib. Gaius I. Tit. Institutionum libro primo dicit.* 5 *Incipit Titi Gai Tit̃. Gai. Institutionum Lib. I dicit.* Similiter 9 *Incipit Titi Gaii Titii Gaius Institutionum Liber Primus dicit.* 13 *Incipit Lib̃. Gai. I. Tit. Gaius Institutionum de Liberis aut servis. Omnes homines* etc. 14 *Incipiunt Capitula Gai Institutionibus Lib. I.* (sequitur index titulorum) *Incipit Liber Legum Gai Primus De Institutionibus. Omnes.* 6 *Incipit Liber Titi Gai. Gaius Institutionum Liber Primus dicit.* 7 *Incipiunt tituli Gagi. Gaius de Institutionum libri primi dicit.* 15 *Incipit Liber Legum Gagi, cuius Institutio Libro Primo dicit. Tituli Institutionum Cai Lib.* (sequuntur tituli) *Finiunt tituli Gai. Gaius. Institutionum Liber Primus. De Statu hominum* (antiquitus scriptum erat *De Liberis*). *Omnes* etc. 35, 36, 41 *Incp̄. Gaius Liber I. I. De Libertatibus servorum. Omnes* etc. 42 *Incip̄. Lib. Gaius. II. De Stitutionem Liber I.* 38—40 *Incipit Liber Gai. De Liberis Gaius Institutionum Lib. Primo Dicit.* 25 *Tituli Legum Gagi* (sequitur titulorum index) *Gaius Constitutionum Liber Primus.* 34 *Incipit Gai. Institucionum Lib. I. Dicit.* 37 *Incipit Gaius Institutionum Liber Primus Dicit* (sequitur index titulorum). *Expliciunt Capitula. De Libertatibus Servorum. Omnes* etc. 45 *Incipiunt Liber Gaius. Omnes* etc. 21 *Incp̄t. Lib. Tituli Gai. Institutionū De Numero Servorum Testamentorum Manumittendorum Gaius Institutionum libro primo dicit.* Idem codex in indice titulorum *Incipiunt Capitula Gai. Gaius Institutionum Liber Primus dicit, quod omnibus liceat manumittere et quod XIIII annorum testari possint manumittere non possint et de statu ingenuorum et libertorum.* 27 *Incp̄ Lib. Gai. Caius Institutionum Liber Primus dicit.* 22 *Incipit Gaii Liber Primus Gaius Constitutionum Liber dicit.* 23 *Incipit Gaius Institutionum Omnes* etc. 31 *Gaius Institutionum Liber I. Omnes* etc. 32 *Incipit Lib. Gai. De Ingenuis Natis hac libertus idem civibus Romanis Latinis et Dediciis Et Institutis. Omnes* etc. 33 *Incipit Gai Lib. I. De Ingenuis Natis Hac Libertis Factis Idē Civibus Romanis Latinis Et Deditiis. Omnes* etc. 24, 28 *Incipit Gaius. Institutionum Liber I. I Dicit de Libertatibus servorum. Omnes* etc. Quomodo codd. 11 et 16 incipiant, nescio. Sich. *Caii Institutionum Liber Prior, De Personis. Tituli Libri Prioris.* (Sequitur index titulorum libri I.; index libri II. est post tit. de Curatione.) *De Statu Hominum. Tit. I. Omnes homines.* Bouch. *Titi Gaij Institutionum, Liber Primus. Omnes homines.* Ex iis, quae attuli, constat, incerta esse prima vv. Gaii a Visigothis in compendium redacti incertamque primi tituli rubricam. Illa inclusi, hanc omisi. Ceterum ex vv. *Liber Primus* s. *Libro Primo* colligi nequit, hanc epitomen in omnibus libris Mss. ex duobus libris constare. Vid. lib. II. tit. I. Ex ipso Gaio retenta sunt. b) 13 add. *secundum legem in codice Theodosiani constitutā, ubi dicit, ingenuos testes ad causas alienas debere venire. Liberti testimonium non habent, quia ingenui non sunt.* Quae lex C. Theodosiani intelligenda sit, ignoro, nam neque in tit. de Libertis (IV, 10) neque in tit. de Fide test. (XI, 39 s. 14 Br.) haec vv. rep. c) i. e. *Itaque.* Nonn. codd. om. *aut Latini — sint* et paulo infra *et ita impr. sunt.* d) Ad pr. et §. 1—3 cf. Gai. I, 9—12, 17, 13 et de tota re *Caii Institutionum Libri II. ex rec. Ant. Schultingii cum animadv. crit. Ger. Meermani.* Lips. 1792. 8. praef. p. 4—6. (Meermani Thesaur. T. VII. p. 675.)

EPIT. AEG.

### INCIPIT GAI IURISCONSULTI LIBER PRIMUS[a]).

### DE LIBERTATIBUS SERVORUM.

Omnes homines aut liberos esse aut servos. Ingenuos[b]), qui ingenui nati sunt; libertinos, qui pro iusta servitute manumissi liberi fiunt. Libertorum vero tria sunt genera, aut cives Romani sunt, aut Latini, aut dediticii.[c])

a) 48—50 om. *Iurisconsulti,* alii *Gai Iurisc.* Aeg. *Iureconsulti.* b) Nonn. codd. *ingenui.* c) Om. §. 1—3.

EPIT. SUPPL. LAT. 215.

### INCIPIT LIBER GAI FELICITER.

Omnes homines aut liberos esse aut servos.[a])

Cives Romani sunt, qui tribus modis, id est testamento aut in ecclesia aut ante consulem fuerint manumissi.

Latini, qui convivii[b]) adhibitione manumittuntur.

Dediticii, qui pro criminibus caesi[c]) aut in eorum facie vel corpore quaecunque indicia aut igne aut ferro impressa sunt.

a) Vid. quae in Praef. de hoc codice exposui. b) Cod. *conviviae.* c) Cod. *cessi.*

## EPIT. GUELPH.

a)INCPT GAĪ

DE TRIBUS GENERIBUS LIBERTATUM ET QUORUM MANUMISSIO NON VALET. QUA b) ETATEM. QUIS TESTAMENTUM FACERE POTEST.

Ingenuorum omnium status. unus est libertorum c) non est. quia trea. genera sunt.

Cives d) romani. qui per testamentum aut in eclesia. aut per consulem. manumittuntur.

Latini. qui per epistolam. aut inter amicus. aut in conviviū adhybeti e).

Dediticii. vero qui criminosi. aut p̄nutati. f) fuerint si manumittuntur.

a) Antecedit Paulus. Cf. Spangenb. in libro: Zeitschr. f. gesch. Rechtsw. T. V. p. 307. In m. cod. a rec. manu scriptum est *Ex Gaio Iureconsulto*. b) Sp. *manumissio nuda quae*. c) Sp. *status unde*. d) Sp. *liveri*. e) Sp. *adhibent*. f) Sp. *pernutati*.

## EPIT. MONACHI.

INCIPIT LIB. I. GAI. EX CORPORE THEODOSIANI.

I. De Statu Ingenuorum Et Libertinorum. II. De Numero Servorum Testamento Manumittendorum. III. De Iure Personarum, Ut Distringendi Servos Domini Habeant Potestatem. IV. De Matrimoniis, Ut Ex Propinquis Non Fiant. V. De Adoptionibus, Hoc Est De Filiis Adoptivis. VI. Quibus Modis Filii Exeant De Potestate Patris. VII. De Tutelis, Hoc Est Qualiter Pupilli Tutores Accipiant. VIII. De Curatione. IX. De Rebus Publicis Vel Ecclesiae Vel Privatis. X. De Testamentis, Quod Non Omnibus Licet Facere. XI. De Exheredatione Liberorum. XII. De Legatis.a) XIII. De Lege Falcidia.b) XIV. De Fideicommissis Et Reliqua. XV. De Intestatorum Hereditatibus. XVI. De Obligationibus, Qualiter Ex Contractu Nascuntur.c) XVII. Quibus Modis Obligatio Tollitur Et Reliqua Plura.

I. QUOD OMNIBUS NON LICEAT MANUMITTERE ET DE STATU INGENUORUM ET LIBERTORUM.

Omnes homines aut liberos esse aut servos. Sed ex his ipsis, qui liberi sunt, alios esse ingenuos, alios libertinos. Ingenuos, qui ingenui nati sunt; libertinos, qui manumissi liberi sunt a). Ingenuorum omnium unus status est. Libertorum tria sunt genera.

Aut cives Romani sunt, his tribus modis, id est testamento aut in ecclesia aut ante consulem fuerint manumissi.

Latini sunt, qui aut per epistolam aut inter amicos aut convivii adhibitionem manumittuntur.

Dediticii sunt, qui post admissa crimina publice caesi sunt, aut in quorum corpore b) indicia aut igne aut ferro impressa sunt, ut deleri non possint. Hi si manumissi fuerint, dediticii appellantur.

a) 64 add. *Qui in testamento scribitur legatarius.* b) 64 add. *Qui Falcidiam non servat.* c) Vv. *Qual. Ex C. N.* des. in cod. 63. In eodem om., quae tit. III—VI., VII., IX., X., XIV. adiecta sunt.

a) 63 *fiunt*. b) 62 *aut quorum corporibus*.

## EPIT. SELD.

INCIPIUNT CAPITULA LIB. I. GAI.

DE LIBERTATIBUS SERVORUM I.

Omnes homines aut liberos esse aut servos, sed ex his ipsis, qui liberi sunt, alios ingenuos, alios libertinos. Ingenuos, qui de ingenuis nati sunt, libertinos, qui pro iusta servitute manumissi liberi fiunt. Ingenuorum omnium unus status est. Libertorum vero ideo non unus est, quia tria sunt genera libertatum, quia liberti aut cives Romani sunt, aut Latini sunt aut dediticii.

Cives Romani sunt his tribus modis, id est testamento aut in ecclesia aut ante consulem manumissi.

Latini, qui aut per epistolam aut inter amicos aut convivii adhibitione manumittuntur.

Dediticii, qui post admissa crimina suppliciis publice subditi sunt, in quorum facie aut corpore quaecunque indicia aut igne aut ferro impressa sunt indelebiliter. Hi manumissi dediticii vocantur.

## EPIT. S. GALL.

CAPITULA a) DE LIBRO XXII.

I. De generib; ingenuorū ī lib̄torū b). II. De numero servorū testam̄tū manumitendorum. III. De iure p̄sonarū. IIII. De incestis matrimoniis. V. De adopcionib; VI. Quibus modis exeunt filii de potestate patris c). VII. De tutores d) aut legitimi s̄ aut testam̄tarii legitimi sunt. VIII. De curationū p̄actis e) pupellarib; annis. VIIII. De testamentis f) et de exereationē liberorū. X. De exereatione g). XI. De lege falsicia. XII. De fideiussore h). XIII. De q̄b: modis obligatio tollat'. id i) ē de furtō.

INCIPIT LIB. GAGII a).

*Intp̄.* Ingenuorū statū unū b) ē nā lib̄torū vero trea genera s̄ ingenui vero sunt qui de ingenuos parentes nascuntur lib̄ti c) sunt sicut iā diximꝯ trea genera hoc ē cive romanū d) et latini et devivicii e).

Cive romani ingenui p̄ tres modis facere potē id ē. p̄ testamentū aliū vero in eclesiā ante plebem f). tercia vero ante principē.

Latino ingenuo g) p̄ tres modis facere potē id ē p̄ minutas h) cartas alia est ante amicus tercia ē si eū in convivio suo liberū i) dimittit.

Didicius k) vero lib̄tus p̄ tres modis facere potē id ē si quicūque servus in culpa ceciderit et ꝑ ipsa culpa multas penas reciperit postea vero ꝑ ipsas penas dn̄s eius ꝑ sua mercede ingenuū eū ēē dimittere debet. Alia ē si dn̄s suus ei de ferro calido l) qualecūq; nota in suo membro fecerit quē non posset delere t̄cia ē si p̄ qualēcumq; causā dn̄s suus ei m) tale signū in suo corpore miserit q̄ sēp̄ parere n) possit.

a) 67 om. *Capit.* b) 65 om. *vel lib.* c) 67 *parentis.* d) 65 *tutore.* 67 *utores.* Vv. *aut—sunt* non ad rubricam tituli pertinent, sed incipiunt sententiam illius tituli. Ceterum 65 *testamentorum* pro *testamentarii* et 67 *testamentariis,* sed hic om. etiam vv. *legitimi sunt,* quae primo loco leguntur. e) Vv. *peractis* etc. incipiunt sententiam illius tituli. f) Rell. desunt in 67. Post *et de* 66 add. *re.* g) 65 *exereationem.* 67 add. *liberorum.* h) 67 *fideiussores.* i) 67 *id' de fructo.*

a) 67 *Gā. II.* b) 65 *statum unum.* c) 67 add. *vero.* d) 67 *civē romani.* e) 65, 67 *divicicii.* Leg. *dediticii.* f) Cf. Savigny l. c. T. I. p. 393, not. 279 (ed. I.); p. 457, not. *b* (ed. II.). 67 *Cives—ecclesia* et om. *ante.* g) 65 add. *vero.* h) 66 *minusta.* i) 65 *libertum* et om. *suo.* k) 67 *didicicius.* l) 66 *callido.* 67 *caldo* et mox *que.* m) 65 *et.* n) 67 *parare.*

**LEX ROM. VISIGOTH.**

§. 4. Sed[e]) inter haec tria genera libertorum ideo cives Romani meliorem statum habent, quia et testamenta facere et ex testamento quibuscunque personis succedere possunt; nam Latini et dediticii nec testamenta condere, nec sibi ex testamento aliorum aliquid dimissum possunt ullatenus vindicare. Tamen Latini certis rebus[f]) privilegium civium Romanorum libertorum consequi possunt: dediticii vero nulla ratione possunt ad civium Romanorum libertatem ordinis[g]) beneficio pervenire. Nam Latini patronorum beneficio, id est, si iterum ab ipsis aut testamento, aut in ecclesia, aut ante consulem manumittantur, civium Romanorum privilegium consequuntur.

§. 5.[h]) Non tamen omnes domini servos suos manumittere possunt: nam si aliquis multa debita habeat, cuius substantia creditoribus teneatur obnoxia, si in fraudem creditoris sui servos suos manumittere voluerit, collata manumissio non valet.[i])

§. 6.[k]) Aut si libertus civis Romanus[l]) liberos non habuerit, et in fraudem patroni sui servos suos manumittat, similiter data manumissio non valebit.

§. 7. Praeterea minor quicunque viginti annorum dominus libertatem servo dare non potest; nisi forte tantum minor manumissor, cui pater suus et mater a patrono donati sunt, eosdem[m]) manumittat, aut certe paedagogum aut collactaneum manumittat[n]). Nam quamlibet dominus, id est quatuordecim annos egressus, testamentum facere possit et heredem instituere et legata relinquere, libertatem tamen servis non potest in hac aetate conferre.

## TITULUS II. DE NUMERO SERVORUM TESTAMENTO MANUMITTENDORUM.

[a]) Constitutum est, quantum servorum numerum testamento de quanta familia liceat manumitti, hoc ordine: ut, si quis duos servos habet, ambos manumittere possit: qui vero tres[b]), duos testamento manumittat: qui quatuor, similiter duos: qui sex, tres: qui octo, quatuor: qui decem, quinque: qui undecim, duodecim, tredecim, quatuordecim, quindecim, sedecim, decem et septem, similiter quinque[c]): qui decem et octo, sex: et ab hoc numero usque ad triginta, tertiam partem manumittere liceat: qui amplius quam triginta habuerit, usque ad centum, quartam partem de numero servorum manumittere potest: qui vero plures quam centum habuerit, quintam partem manumittere potest. Sed hoc statutum est, ut de quamlibet[d]) grandi familia nulli amplius quam centum testamento manumittere liceat.

§. 1.[e]) Nam qui voluerit aut in ecclesia, aut ante consulem, aut inter amicos, aut per epistolam manumittere, potest his manumissionibus omnem familiam iugo servitutis absolvere.

§. 2.[f]) Nam si aliquis testamento plures manumittere voluerit, quam quot continet numerus supra scriptus, ordo servandus est, ut illis tantum libertas valeat, qui prius manumissi sunt, usque ad illum numerum, quem explanatio continet superius comprehensa: qui vero postea supra constitutum numerum manumissi leguntur, in servitute eos certum est permanere. Quod si non nominatim servi vel ancillae in testamento manumittantur, sed confuse omnes servos suos vel ancillas[g]) is, qui testamentum facit, liberos facere voluerit, nulli penitus firma esse iubetur hoc ordine[h]) data libertas; sed omnes in servili conditione, qui hoc ordine manumissi sunt, permanebunt. Nam et si ita in testamento servorum manumissio adscripta fuerit, id est, in circulo, ut qui prior, qui posterior nominatus sit, non possit agnosci, nulli ex his libertatem valere manifestum est, si agnosci non potest, qui prior, qui posterior fuerit manumissus.

e) Gai. I, 22, 25, 26, 28, 35. f) Cf. Paul. V, 18, 10 interpr. g) 23, 24 om. *consequi — ordinis.* h) Gai. I, 36, 37. i) Roever (Fragm. vet. Icti. Lugd. 1739. 8. p. 35) se interpretationem Visig., quae non sit edita, reperisse in duobus antiquissimis Mss. testatur. Sunt illi codd. Lugd. Bat. n. 114 et 119, quos num. 53, 54 signavimus. Quum Summam ab Aeg. editam contineant, Roeverum errasse manifestum est. k) Gai. I, 38 — 40. l) Vulgo add. h. l. *filios,* quod v. delevi multorum codd. auct., etsi *filius* sit etiam in epit. Suppl. Lat. 215. m) 14 om. *et mater — eosdem.* n) Bou. om. *aut — manumittat.*

a) Gai. I, 42, 43. Odonis Cluniac. vita S. Geraldi lib. III. Cf. Savigny l. c. T. II. p. 107, not. 70 sq. (ed. I.) et p. 111, not. *l, m* (ed. II.). b) 4 om. *qui vero tres — manumittere potest*, et nonn. codd. om. *qui octo quatuor.* c) 14 om. *qui undecim — quinque.* d) Cf. infr. II, 3, §. 1, not. *i.* e) Gai. I, 44. f) Gai. I, 45, 46. g) Nonn. codd. om. *vel ancillas.* h) i. e. *modo.* Paul. II, 20, 5 interpr.; III, 3, 1 interpr.

**EPIT. AEG.**

Ideo cives Romani meliorem statum habent, quia testamenta facere et ex testamento succedere possunt. Nam Latini et dediticii hoc facere non possunt, tamen ingenuitati eorum non praeiudicat.

Debitor*) frustra servum manumittere praesumit, si creditoribus res a se debitas non ante reddiderit.[d])

Nam quamlibet dominus, id est[e]) quatuordecim annos egressus, testamentum facere possit, libertatem tamen servis[f]) non potest in hac aetate conferre, nisi tantum paedagogo aut collactaneo.

### TIT. II. DE NUMERO SERVORUM TESTAMENTO MANUMITTENDORUM.

Si quis duos habet, ambos manumittere potest, qui vero tres, duos testamento manumittat, qui quatuor, similiter duos, qui sex, tres, qui octo, quatuor, qui decem, quinque, qui undecim, duodecim, tredecim, quatuordecim, quindecim, sedecim, decem et septem, similiter quinque, qui octodecim, sex et ab[a]) hoc numero usque ad triginta tertia pars manumittatur; qui amplius quam triginta habuerit usque ad centum, quarta pars manumittatur, qui vero[b]) plus quam centum habuerit, quinta pars manumittatur; et in testamento[c]) non plus quam centum mancipia manumittantur.

Nam quicunque voluerit aut in ecclesia aut ante consulem aut inter amicos aut per epistolam manumittere, potest. His manumissionibus omnem familiam[cc]) iugo servitutis absolvet.

Et quod in illis valeat manumissio testatoris, qui legitimo numero in testamento prius fuerint nominati, in illis vero non valeat, qui supra constitutum numerum postea manumissi leguntur, et[d]) qui confuse omnes servos suos manumiserit et non nominatim, nihil valebit.

*) H. l. Roever, fragm. de iur. spec. p. 35 et Haubold ineditum esse dicunt, falso. d) Om. §. 6. e) Nonn. codd. et Aeg. *idem.* f) Aeg. *servus.*

a) Ita codd. Falso Aeg. *qui duodecim, undecim, qui quatuordecim tredecim, qui sedecim, quindecim, qui decem et septem similiter quindecim et ab hoc.* b) 46 om. *qui vero — manumittatur.* c) Multi codd. *testamentum.* cc) Aeg. *omni familiae iugum.* d) Nonn. codd. om. *et.*

**EPIT. SUPPL. LAT. 215.**

Tantum cives Romani[c]) testamenta facere et ex testamento quibuscunque personis succedere possunt.

Debitor[d]) frustra servum manumittere praesumit,[e]) creditoribus res a se debitas non ante redderet.

Si civis Romanus factus filios liberos[f]) non haberet, servos suos manumittere non potest.

Et quali modo Latini beneficio dominorum possint civium Romanorum assequi dignitatem. Nam quamlibet dominus, id est quatuordecim annos egressus testamentum facere possit et heredem instituere[g]) et legata relinquere,[h]) tamen servis non potest in hac aetate[i]) conferre, forsitan paedagogo aut collactaneo ex voluntate parentum.[k])

c) Cod. *civis Romane.* d) Cod. *debetur.* e) Add. *si.* f) Cod. *filius liberus.* Del. *filius.* g) Cod. *instruere.* h) Add. *libertatem.* i) Cod. *et ante.* k) Sequitur Summa tit. C.Th. de Donatt. (VIII, 5), ubi vid. not. *a.*

## EPIT. GUELPH.

Ciues. romani. meliorem dignitatem habent. quia testare et per legatum succedere et libertus facire possunt. pl' III' ʔ' IIII. ɫ' I.[g])

### II. DE NUMERŨ SERVORUM. [a]) TESTAMENTŨ MANUMITTENDORUM.

Idẽ.[b]) de duus. unum. de tribus. duus. usque ad decim. medietatem. ab undecim. usque ad decim. et octo. V. de decim. et octo usque ad XXX.[c]) tercia. de XXX. usque ad 'C quarta ꝗ super hoc numero. habuerit. quinta. qualibet.[d]) grande familia abiat nulli amplius quam 'C liciat manumittere.[e])

Qui postia super hoc numeru manumissi[f]) fuerint ad servitutem revocari precepit.[g]) pl' IIII. ʔ' XIII.[h])

g) Paul. III, 4, 1. Rell. h. t. §phi desunt.

a) Sp. add. *per*. b) Sp. *Idem. de duis*. c) Sp. *tria*. d) Sp. *quae liber .... familiae*. e) Deest §. 1. f) Sp. *manumittit, si*. g) Sp. *praecipit*. h) Paul. IV, 13. Sp. om. ʔ' Desunt rell. h. t. §phi.

## EPIT. MONACHI.

Ceteris vero cives Romani meliorem statum habent, quia et testamenta facere et ex testamento quibuscunque personis succedere possunt. Nam Latini et dediticii nec testamento concedere[c]) nec ex testamento sibi possunt aliquid vindicare. Latini privilegia civium Romanorum consequi possunt: dediticii aero non possunt. Nam Latini patronorum beneficio vut per testamentum aut in ecclesia aut ante consulem manumissi cives Romani efficiuntur.

[d]) Non tamen omnes domini servos suos manumittere possunt. Nam si aliqui multa 'debita habeant, cuius substantia a creditoribus tenetur obnoxia, in fraudem creditoris sui si manumiserint, non valebit.

Aut si libertus civis Romanus filios liberos non habuerit et in fraude patronis[e]) sui servos suos manumittat, non valeat manumissio eius.

Minor viginti annorum dominus servo libertatem dare non potest, nisi forte tantum minor manumissus, cui pater suus vel mater a patrono donati sunt, aut paedagogum aut collactaneum manumittat. [f]) Nam quamlibet dominus quatuordecim annos egressus testamentum facere possit et heredem instituere et legata relinquere, libertatem tamen servis non potest in hac aetate conferre.

### II. DE NUMERO SERVORUM TESTAMENTO MANUMITTENDORUM.

Constitutum est, quantum servorum numerum per testamentum liceat manumitti, hoc ordine: qui duos servos habet, ambos manumitti[a]) potest, qui tres, duos testamento manumittat, si vult, et usque ad decem medietatem, usque ad decem et septem vero quinque. A decem et octo usque ad triginta, tertiam partem manumitti licet. Super triginta vero usque ad centum quartam partem manumittere potest. Qui autem plus quam centum habet, quintam partem manumittat. Sed de[b]) quamvis grandi familia nulli amplius quam centum manumittere testamento liceat.

Nam qui voluerit aut ante ecclesiam aut ante consulem aut inter amicos aut per epistolam manumittere, potest his manumissionibus omnem familiam iugo servitutis absolvere.

Nam si aliquis testamento plures manumittere voluerit, quam continet numerus supra scriptus, ordo servandus est, ut illis tantum libertas valeat, qui prius manumissi sunt, usque ad illum numerum, qui supra scriptus est. Qui vero supra constitutum numerum manumissi leguntur, in servitute permaneant. Quod si non nominatim servi vel ancillae in testamento manumittantur, sed confuse in unum, nulli penitus firma esse iubetur. Nam si in testamento, qui primus aut[c]) posterior nominatus sit, non possit *agnosci, nulli ex his libertas maneat.*

c) 63, 64 *condere*, recte, si legitur *testamenta*. d) 64 add. *Quod non omnes manumittant*. e) Leg. *fraudem patroni*. f) 64 add. *Post XIIII annos testare potest*. 62, 64 *quilibet*.

a) Leg. *manumittere* hic et infra. b) 62, 63 om. *de*; 64 *quacis*. c) 62 *et*.

## EPIT. SELD.

Libertorum autem ideo cives Romani meliorem statum habent, quia testamenta facere et aliis ex testamentis succedere possunt, neutrum Latini vel dediticii faciunt. Latini tamen privilegia civium Romanorum consequuntur, si iterum a domino manumissi vel in ecclesia vel ante consulem fuerint.

Non tamen omnes domini servos suos manumittere possunt. Qui enim multa debent et quorum substantia a creditoribus tenetur obnoxia et in fraudem creditorum servos suos voluerit manumittere, non valet.

Aut si libertus civis Romanus in fraude patroni servos manumittat, non valebit.

Minor viginti annorum libertatem servo dare non potest, nisi paedagogo aut collactaneo; testamentum tamen facere et heredem instituere potest a XVIII annis.

### II. DE NUMERO MANUMITTENDORUM.

Constitutum est, quantum servorum numerum et de quanta familia manumitti liceat. Si quis duos servos habet, ambos manumittere potest; qui tres, duos; qui quatuor, duos; qui sex, tres; qui octo, quatuor; qui decem, quinque; qui undecim, duodecim, tredecim, quatuordecim, quindecim, sedecim, decem et septem, similiter quinque; qui decem et octo, tertiam partem; qui amplius quam triginta usque ad centum, quartam partem; qui plures quam centum, quintam partem. De quamlibet autem grandi familia nulli plus quam centum manumittere licet testamento duntaxat.

Nam in ecclesia aut ante consulem aut per epistolam omnis familia manumitti potest.

Nam si quis testamento plures manumiserit, quam numerus supra scriptus continet, illis valeat libertas, qui prius manumissi sunt, usque ad numerum legitimum; qui vero ultra fuerint, eis non valebit. Quod si non nominatim servi vel ancillae, sed confuse testamento manumittuntur, nulli penitus firma libertas erit. Et si ita in testamento servorum manumissio adscripta fuerit, id est in circulo, ut qui prior, qui posterior nomina*tus sit, non possit agnosci, nulli ex his li*bertatem valere manifestum est.

## EPIT. S. GALL.

Nā cive' romanu' lib̃tus meliorem quam illi alii quia[o]) et testamentum facere potest. Et omnia quae habet ꝑ comiatu' patroni sui cui voluerit condonare potest. latinus vero lib̃tus cu' gracia dñi sui potest ad hoc[p]) ꝑvenire ut cives romanus lib̃tus fiat. didicius vero libertus ad hoc ꝑvenire nullo modo potest.[q])

### II. DE NUMERO SERVORU' TESTAMENTU' MANUMITTENDORU'.

*Intp̃.* Quantos servus[a]) homo ꝑ suo testam̃to liberos dimittere potest. id est qui duos servos habet ambos liberos dimittere potest. qui tres habet duos dimittere potest. qui quatuor[b]) habet duos dimittere potẽ. qui VI. habet III dimittere potẽ[c]) qui. octo. habet[d]) IIII, qui. X. habet V.[e]) qui usque ad XVII. habet. V. dimittat qui XVIIII[f]) habet. VI. qui plus habet usque ad XXX t̃ciã partem dimittere potẽ qui plus usque ad C. servus[g]) habet quartam partẽ liberos dimittat[h]): postea vero quamvis plures servus habeat homo. C. ex ipsis[i]) ꝑ testamentũ lib̃tare potẽ; ꝑ minutas vero cartas[k]) et ante principem l̃ ante amicus om̃ suus servus[l]) l̃ ancillas libertare potẽ.

o) 65 *illi aliqua*. 67 *qui*. Ceterum 67 *cives romanus—poss̃*. p) 65 *haec*. Infra *Didicicius*. q) Rell. omnia huius tit. desunt.

a) 65, 67 *servos* et 67 *suũ testam̃tũ*. b) 67 om. *quatuor* et paulo post *dimitt. pot.* c) 67 om. *dimittere potest*. d) 66 om. *habet*. e) 65 add. *dimittat*. f) Canc. *XVIII.*, sed Canc. annotat, male legi in codice 65 *XVIIII*. g) 65 *tertia parte—servos*. Etiam 67 *servos*. 66 om. *ad*. h) 67 *dimittere potest*. 65 *quarta parte*. i) 65, 67 *servos habet* et 65 *ipsi*. k) 67 *causas*. 65 *cartas totos suos servos et ancillas libertare non potest; nisi si fuerit ante principe* etc. l) 65 *amicos suos, omnes suos servos*. 67 *principem nec non amicos et om̃s suos servos*.

LEX ROM. VISIGOTH.

§. 3. Nam si aliquis in aegritudine constitutus in fraudem huius legis facere noluerit testamentum, sed epistolis aut quibuscunque aliis rebus[i]) servis suis pluribus, quam per testamentum[k]) licet, conferre voluerit libertates, et sub tempore mortis hoc fecerit, hi, qui prius manumissi fuerint, usque ad numerum superius constitutum liberi erunt: qui vero post statutum numerum manumissi fuerint, servi sine dubio permanebunt.

§. 4. Nam si incolumis quoscunque diverso tempore manumisit, inter eos, qui per testamentum manumissi sunt, nullatenus computentur.

## TITULUS III. DE IURE PERSONARUM.

[a])Aliquae personae sui iuris sunt, aliquae alieno iuri subiectae sunt. Itaque quum ostenditur, quae personae alieno iuri subiectae sint, tunc evidenter agnoscitur, quae sui iuris sint[b]).

§. 1.[c]) In potestate itaque dominorum sunt servi; quam potestatem omnes gentes habere certum est: sed distringendi in servos dominis pro sua potestate permittitur; occidendi tamen servos suos domini licentiam non habebunt: nisi forte servus, dum pro culpae modo caeditur, casu[d]) moriatur. Nam si servus dignum morte crimen admiserit, iis iudicibus, quibus publici officii potestas commissa est, tradendus est, ut pro suo crimine puniatur.

§. 2.[e]) In potestate etiam patrum sunt filii[f]) ex legitimo matrimonio procreati.

## TITULUS IV. DE MATRIMONIIS.

[a])Legitimae sunt nuptiae, si Romanus Romanam nuptiis intervenientibus vel consensu ducat uxorem.

§. 1.[b]) Sed non omnes personas uxores ducere licet: quia nec patri filiam, nec filio matrem, nec avo neptem, nec nepoti aviam. Quod non solum de personis, quae nobis propinquitate coniunctae sunt, sed etiam vel[c]) adoptivis, hoc est affiliatis[d]), iustum est observari; nam etsi per emancipationem adoptio dissolvatur, nuptias tamen inter has personas semper constat[e]) illicitas.

§. 2.[f]) Inter fratrem quoque et sororem, sive eodem patre ac matre nati fuerint sive diversis matribus aut patribus, matrimonia esse non possunt. Inter adoptivos etiam fratres illicita sunt coniugia, nisi forte adoptio emancipatione fuerit dissoluta: nam si emancipatio[g]) intervenerit, nuptiae inter huiusmodi fratres licito contrahuntur.

§. 3.[h]) Fratris quoque et sororis filiam uxorem[i]) ducere non licet.

§. 4. Sororem quoque patris ac matris uxores accipere non licet.

§. 5.[k]) Genero quoque socrum suam, nec socero nurum uxorem accipere licet, nec vitrico privignam, nec privigno novercam.

§. 6. Fratres enim amitinos vel consobrinos in matrimonium iungi nulla ratione permittitur.[l])

§. 7. Sed nec uni viro duas sorores uxores habere, nec uni mulieri duobus fratribus iungi permittitur.

§. 8.[m]) Quod si quis incestas vel nefarias, id est, quae sunt superius comprehensae, nuptias inierit, nec uxorem habere videtur, nec filios: nam hi, qui ex huiusmodi conceptione nati fuerint, quamlibet matrem habere videantur[n]), patrem vero nullatenus habere censentur, et tanquam si de adulterio concepti fuerint, computantur: qui spurii appellantur, hoc est sine patre filii.

i) Vid. supr. I, 4, not. *f.* k) 14 om. *sed epistolis—per testamentum* et mox *usque—manumissi fuerint.*

a) Gai. I, 48, 50. b) 6 om. *Itaque—sint.* c) Gai. I, 52, 53. d) Del. *forsitan* multorum codd. auct. e) Gai. I, 55. f) i. e. *liberi.*

a) Librarius cod. 6 h. l. interpon., quae supra omiserat. Vid. tit. III. pr. not. *b.* b) Gai. I, 58, 59. c) Ita omnes codd., quos inspexi. d) i. e. *adoptivis.* Cf. C. Th. V, 1, 2 interpr. e) Ita plerique codd., om. v. *esse,* quod edd. habent. 14 om. *nuptias—semper.* f) Gai. I, 61. g) 14 om. *emancipatione—emancipatio.* h) Gai. I, 62. Interpres mutavit. i) 9, Bou. om. *ducere—* (§. 4) *uxores.* k) Gai. I, 63. l) Interpres mutavit. m) Gai. I, 64. Regino I, 429. n) Multi codd. *quamlibet uxorem habere;* nonn. codd. om. *matrem habere.*

EPIT. AEG.

Et si quis sub tempore mortis servos suos plures, quam in testamento licet, quocunque modo manumiserit, etiam per epistolas aut per quaecunque argumenta, qui post statutum numerum manumissi fuerint, in servitute permaneant.

Nam quoscunque incolumis[e]) diverso tempore manumisit, in libertate permaneant.

### TIT. III. DE IURE PERSONARUM.

Aliquae personae sui iuris sunt, aliquae alieno iuri subiectae sunt.

In potestate dominorum sunt servi, occidendi eos tamen licentia denegatur; nisi forte, dum culpam vindicat, casu evenerit.

In potestate patris sunt filii ex legitimo matrimonio procreati.

### TIT. IV. DE MATRIMONIIS.

Legitimae sunt nuptiae, si Romanus Romanam nuptiis intervenientibus vel ex consensu ducat uxorem.

[a])Sed non omnes personas uxores ducere licet, quia nec patri filiam, nec filio matrem, nec avo neptem, nec nepoti aviam, nec sororis fratrisque filiam, nec sororem patris ac matris, nec genero socrum, nec socero nurum suam, aut vitrico privignam, aut privigno novercam, nec fratris amitini aut consobrini.

Sed nec uni viro duas sorores, nec uni mulieri duobus fratribus ulla ratione iungere licebit.

Nam qui ex huiusmodi conceptione nati fuerint, adulteri sunt et spurii appellantur, hoc est sine patre.

e) Aeg. *in coloniis.*

a) In cod. 54 add. *Qui sunt incesti.* Est gloss. Infra Aeg. *amitani.*

EPIT. GUELPH.

### III. DE IURE PERSONARUM.

Qui sint alieni. iure subiecti. et seruus. ad dnm non occidendus. alieni iuris sunt serui. qui in potestatē[a]) dominorum sunt disciplinandis. tam[b]) non occidendis. dominis. permissum est. si gravi culpa[c]) fecerint. a iudicibus. sunt puniendi. qd̃ dum ceditur. ad domino mortuus. fuerit ad culpam dominus non teneatur.[d]) tl' VIIII. ʔ' VIIII.[e])

### IIII DE MATRIMUNIIS. tl' IIII. ʔ' XII.[a])

Quibus personis. in matrimuniu non liceat coniungi. hoc est incestas. omni generi nupcias. sic lex ipsa docit. fieri non licere.[b])

Quod si factum fuerit. filii legytimi non abendi.

a) Sp. *potestate domino sui sunt.* Cod. *dnoru.* b) Sp. *autem.* c) Sp. *culpae.* d) Om. §. 2. e) C. Th. IX, 9.

a) C. Th. III, 7? Deest pr. tit. b) Om. §. 2—7.

## EPIT. MONACHI.

Nam qui in aegritudine in fraude huius legis facere voluerit testamentum, sed et epistolis aut quibuscunque rebus servis suis pluribus, quam per testamentum licet, conferre voluerit libertates et sub tempore mortis hoc fecerit, hi, qui prius manumissi fuerint, usque ad numerum constitutum liberi erunt, non tamen amplius.

Nam si incolumis quoscunque diverso tempore manumisit, inter eos, qui per testamentum manumissi sunt, nullatenus computentur.

### III. DE IURE PERSONARUM.

Distringendi in servos dominis permittitur, occidi non permittitur, nisi forte, dum pro culpae modo caeditur servus, casu moriatur. Nam si servus dignum morte crimen admiserit, iudicibus, quibus publici officii potestas est, tradatur puniendus.

[a])In potestate etiam patrum sunt filii ex legitimo matrimonio procreati.

### IIII. DE MATRIMONIIS.

Legitimae sunt nuptiae, si Romanus Romanam nuptiis intervenientibus ducat uxorem.

[a])Nuptiae autem incestivae hae sunt: si pater filiae vel mater filio nubat, avus neptam, nepos aviam;

frater sororem,

fratris aut sororis filia[b]),

sororem patris aut matris,

gener socrum, socrus nurum, vitricus privignam, privignus novercam,

fratres etiam amitinos vel consobrinos.

Duas[c]) sorores unum virum habere, mulier duobus fratribus adoptivis, hoc est affiliatis.[d]) Huiusmodi etiam et illis illicitae[e]) sunt coniunctiones, [f])nisi adoptio emancipatione fuerit dissoluta.

Has coniunctiones supra scriptas lege praesenti interdicimus et qui de talibus concepti fuerint, tanquam in adulterio concepti computentur, qui spurii appellantur, hoc est sine patribus filii.

a) 64 add. *De Legitimis Liberis.*

a) 64 add. *De Incestis.* b) Leg. *filiam.* 62 *filii.* Nonn. vv. §. 2 translata sunt in infer. loc. Vid. not. *f* sq. c) 63, 64 *duabus.* d) Ex §. 1. e) 62 *milite.* f) Haec ex §. 2 h. t. sumta sunt.

## EPIT. SELD.

Nam si aliquis aegrotus et morti proximus epistolis suis plures servos, quam numerus continet, manumiserit, prius manumissi usque ad numerum liberi erunt; ceteri in servitute manebunt.

### TIT. III. DE IURE PERSONARUM.

Aliquae personae sui iuris sunt, aliquae alieno iuri subiectae.

In potestate dominorum sunt servi iure omnium gentium. Distringendi servos dominis potestas permittitur, non occidendi, nisi forte servus, dum caeditur, casu moriatur. Nam si servus dignum morte crimen admiserit, iis iudicibus, quibus publici officii potestas commissa est, tradendus est, ut pro suo crimine puniatur.

In potestate etiam patrum sunt filii ex legitimo matrimonio procreati.

### IIII. DE MATRIMONIO.

Legitimae sunt nuptiae, si Romanus Romanam nuptiis intervenientibus vel consensu ducat uxorem.

Sed non omnes personas uxores ducere licet; quia nec patri filiam, nec filio matrem, nec avo neptem, nec nepoti aviam. Quod non solum de propinquis observandum est, sed etiam de adoptivis. Nam etiamsi adoptio dissolvatur, nuptias tamen inter has personas semper constat illicitas.

Inter fratres quoque et sorores vel uterinos vel alias matrimonia esse non possunt. Inter adoptivos etiam fratres illicita sunt coniugia, nisi emancipatio fuerit. Si emancipatio intervenerit, licite contrahuntur.

Fratris quoque et sororis filiam uxorem ducere non liceat.

Nec sororem patris ac matris.

Nec gener socrum, nec socer nurum, nec vitricus privignam, nec privigna novercam ducere potest.

Fratres etiam amitinos vel consobrinos iungi non licet.

Nec sorores nec uni mulieri duos fratres habere licet.

Si quis enim incestas et superius dictas nuptias contraxerit, nec uxorem habere videtur nec filios. Hi autem, qui ex his nuptiis nati fuerint, tanquam ex adulterio nati, etsi matrem habere videantur, patrem tamen non habere censentur.

## EPIT. S. GALL.

Qd̃si ipse homo in egritudine fuerit qui ingenuus dimittere volet et ꝓpe[m]) fuerit ad mortem ꝑ talem ingeniū ꝑ minutas cartas totus suus servus[n]) et ancillas lib̃tare n̄ potē. nisi quā[o]) legitime superius ꝑ testamentū continet. illū numerū liberos[p]) dimittere potē.[q])

### III. DE IURE PSONARUM.

*Intp̃.* Nullus ingenuus homo ꝓ nulla culpa suū servum ꝑ se occidere n̄ debeat[a]) sed ipsū servū culpabilē ad iudicē tradat qui ipsum[b]) iusta culpa sua ponire debeat nisi eū antea suos[c]) dn̄s ꝓ ipsa culpa in trabalio miserit et forsitan hoccasio evenerit et ibidē ipse servus mortuus fuerit ꝓ hoc dn̄m[d]) eius n̄ teneat' in culpa.

Similit̃ filii ꝑsonarū qui legitimi s̄ ĩ de legitimo matrimonio ꝓcreati antequā mancipetur in potestatē[e]) parentorum suorū ꝑmanebunt.

### IIII. DE INCESTIS MATRIMONIIS.

*Intp̃.* Hec lex specialiter p̃cepit ut ad nullū hominē liceat cū sua ꝓpinqua[a]) parente nec in adulterio se miscere nec in coniugio accipere nec illa femina in matrimonio n̄ liceat habere.[b]) uxore nā si quis hoc fecerit penas superiores[c]) legis feriantur.

m) 66 *integritudinem — ꝓpe.* 67 *ingenuos d. vult et prope.* 65 *egritudinem — ingenuos — prope f. ad morte.* n) 65, 67 *tale ingenio — totos suos servos.* 67 *vel.* o) 67 *quantum.* p) 67 *liberum.* q) Om. §. 4 et pr. tit. sq.

a) 67 *servum suum — debet.* b) 66 *ipsa.* 67 *iuxta.* c) 65, 67 *suus* et infra 67 *intra ballio.* d) 65 *per hoc dominum.* e) 65, 67 *potestate* et supra 67 *ꝓmancipetur.* Om. pr. tit. sq.

a) 65 *exspecialiter — suam propriam.* 67 *ad nullo.* b) 67 add. *Quicūq: suus propincus antea habuit.* 65 *uxorem.* c) 67 *pena superioris.* — §. 2 — 8 desunt.

**LEX ROM. VISIGOTH.**

§. 9.[o]) Regula iuris hoc continet, ut, qui legitime concipiuntur, tempore conceptionis statum sumant: qui vero non de legitimo matrimonio concipiuntur, statum sumant eo tempore, quo nascuntur. Ac proinde de legitima coniunctione conceptus, etiamsi mater eius statum mutet, id est, si ancilla fiat, ille, qui legitime conceptus est, ingenuus nascitur: nam qui non legitimo matrimonio concipitur, si mater eius ex ancilla, dum praegnans est, libera[p]) facta fuerit,[q]) liber nascetur: si vero ex ingenua ancilla praegnans facta fuerit, servus nascetur; quia non legitime, sed vulgo conceptus est.

**EPIT. AEG.**

Legitime conceptus, etiamsi mater eius ex ingenua ancilla fiat, ingenuus nascitur. Iste, qui non legitime concipitur, si mater eius ex ancilla, dum praegnans est, libera facta fuerit, liber nascitur, si vero ex ingenua ancilla praegnans efficiatur, is, qui natus ex ea fuerit, servus erit.

**EPIT. GUELPH.**

Et homo statum quando sumat. qui legitimi incipiuntur. statum sumunt, qui non legitimũ matrimuniũ tempore quã nascuntur, pl' II. ʔ' XXV.[c])

## TITULUS V. DE ADOPTIONIBUS.

Adoptio naturae similitudo est, ut aliquis filium habere possit, quem non generaverit.

§. 1.[a]) Et ipsa adoptio duobus modis fit: una, quae arrogatio dicitur: alia, quae adoptio. Arrogatio est, quando aliquis patrem non habens[b]) adoptatur, et ipse se in potestatem adoptivi patris dat. Et ideo arrogatio dicitur, quia et ille, qui adoptat, interrogatur, utrum illum, quem adoptat, filium habere velit[c]): et ille, qui adoptatur, interrogatur, utrum id fieri velit. Illa vero alia adoptio est, ubi quis patrem habens, ab alio patre adoptatur: et ita ille, qui adoptatur, de certi patris potestate discedit, et in adoptivi patris incipit esse potestate[d]).

§. 2.[e]) Nam et feminae adoptari possunt, ut loco filiarum adoptivis patribus habeantur: feminae vero adoptare non possunt, quia nec filios ex se natos in potestate habent.

§. 3.[f]) Spadones autem, qui generare non possunt, adoptare possunt: et licet filios generare non possint, quos adoptaverint filios habere possunt.

§. 4.[g]) Si quis vero filios habens se dederit adoptandum[h]), non solum ipse in patris adoptivi potestatem redigitur, sed et filii eius[i]), si tamen avum paternum non habuerint, in adoptivi patris transeunt potestatem, tanquam nepotes.

### TIT. V. DE ADOPTIONIBUS.

Adoptio naturae similitudo est, ut aliquis filium habere possit, quem non generaverit.

Vir quidem et masculum et feminam secundum ordinem legis adoptare potest. Femina vero neque masculum neque feminam adoptare potest, quia nec filios a se natos in potestate habet.

### DE ADOPCIONIBUS.[a])

De duobus. generibus adopcionum id est una que adrogacio. alia que adopcio vocatur. adrogacio quando quis. patrem non habens. adoptatur ab alio. de certis. patris. potestatẽ discedit.

Femeni adoptari possunt. adoptare non possunt.

Spatones adoptandi non sunt.[b])

## TITULUS VI.[a]) QUIBUS MODIS FILII EXEUNT DE POTESTATE PATRIS.

Filii[b]); qui in potestate patris sunt, mortuo patre sui iuris fiunt. Sed si hic filius, qui morte patris sui iuris effectus est, filios habeat, in eius post patris sui obitum erunt filii potestate. Nam si pater moriatur, et avus paternus vivat, nepos ex filio sui iuris esse non potest: quia in avi remanet potestate, qui avo mortuo sui iuris efficitur. Item si moriatur pater, et relinquat filium emancipatum, et ex eodem filio emancipato nepotes, tunc nepotes liberi et sui iuris erunt, et in patris emancipati potestatem non veniunt.

§. 1.[c]) Item de potestate patris exeunt filii, si pater eorum in exsilium missus fuerit: quia non potest filium civem Romanum in potestate habere homo peregrinae conditionis effectus. Item filius, si vivo patre in exsilium missus fuerit, in potestate patris civis Romani esse non potest, quia similiter peregrinae conditionis factus agnoscitur[d]).

§. 2.[e]) Item si ab hostibus pater captus sit, in potestate, quamdiu apud hostes fuerit, filios non habebit[f]). Sed si de captivitate evaserit, iure postliminii omnem, sicut in aliis rebus, ita et in filiis recipit potestatem. Si vero pater, qui ab hostibus captus est,[g]) in captivitate moriatur, ab eo tempore, quo ab hostibus captus est, filii sui iuris effecti intelliguntur.

§. 3.[h]) Item per emancipationem[i]) filii sui iuris efficiuntur. Sed filius masculus tribus emancipationibus de potestate patris exit et sui iuris efficitur[k]).

Emancipatio autem, hoc est manus traditio, quaedam similitudo venditionis est: quia in emancipationibus praeter illum, hoc est certum patrem, alius pater adhibetur, qui fiduciarius nominatur. Ergo ipse naturalis pater filium suum fiduciario patri mancipat, hoc est manu tradit: a quo fiduciario patre naturalis pater unum aut duos nummos quasi in similitudinem pretii accipit, et iterum eum acceptis

### TIT. VI. QUIBUS MODIS FILII EXEANT DE POTESTATE PATRIS.

Id est pater naturalis[a]) tradit filium suum fiduciario patri et iterum fiduciarius pater tradit eum naturali patri, accepto uno aut duobus nummis quasi in similitudinem pretii, hoc secundo et tertio fit coram testibus. Si pater moriatur et avus paternus vivat, nepos ex filio in eius remanet potestate.[b])

### VI. QUIBUS MODIS. EXEUNT FILII. DE POTESTATẼ PATRIS. pl' II' ʔ' XXVI.[a])

Emancipacio. quomodo celebretur.[b]) patre mortuo. filii in sua sunt potestatẽ.

Si pater in exilio fuerit depotatus. aut ab hostibus captus.[c]) filii. in sua sunt potestatẽ.

Emancipati. iterante. pretore. filii. in sua sunt potestatẽ. auo paterno. mortuo.[d]) filii in sua sunt potestatẽ.

o) Gai. I, 89—92. p) 14 om. *mater—libera.* q) 9, Bou. om. *liber—fuerit* et 15 *quia non—est.*

a) Gai. I, 98 et 99. Form. Sirm. I, 23. b) i. e. *sui iuris.* Cf. infr. §. 4 h. t. et infr. XI, 3. c) 15 om. *et ille—velit,* 4, 30 *illum—utrum* et 7, 27 *interrogatur—adoptat.* d) 31 add. *quae adoptio sine gestorum allegatione nullam obtinet firmitatem.* In cod. 36 haec vv. interpon. inter §. 2 et 3. e) Gai. I, 101 et 104. f) Gai. I, 103. g) Gai. I, 107. h) i. e. *arrogandum.* i) Haec male habent.

a) Hunc tit. habet cod. Reg. Par. 7710 post Ciceronis Top. Sequuntur duo loci Pauli II, 3 et V, 7. b) Gai. I, 127. c) Gai. I, 128. d) 9 ex corr. Bou. *quia similiter conditionem mutasse dignoscitur.* e) Gai. I, 129. f) Complures codd. *habebit in potestate.* g) 4 om. *in captivitate—captus est.* h) Gai. I, 132, 119, 134, 133. i) 36 om. *quo ab hostibus—emancipationem.* k) Nonn. codd. om. *Item—efficitur.*

a) Cf. §. 3 h. t. Transpositae sunt §phi h. t.
b) §. 1, 2 des.

c) Paul. II, 25.
a) Deest pr. h. t. b) Om. §. 4.
a) Paul. II, 26. b) Cf. §. 3.
c) Ex §. 2. d) Cf. princip.

## EPIT. MONACHI.

[g])Regula iuris hoc continet, ut qui legitime concipiuntur, in conceptione statum sumant. Et qui de[h]) legitimo concepti fuerint coniugio, tempore, quo nascuntur, statum sumant. Ac proinde ille, qui legitime conceptus est, si mater eius statum mutet, hoc est si ancilla fiat, ille, qui nascitur, ingenuus est. Ille vero, qui non de legitimo matrimonio conceptus est, si mater eius, dum praegnans est, libera facta fuerit, liber nascitur. Si vero ex ingenua praegnante ancilla facta fuerit, servus nascitur ille, qui non legitime, sed vulgo conceptus est.

### V. DE ADOPTIONIBUS.

Adoptio naturae similitudo est, ut aliquis filium habere possit, quem non generavit.

Quae duobus modis fit: una, quae arrogatio dicitur, alia, quae adoptio. Arrogatio est, si ille, qui patrem non habet, adoptatur et ipse se in potestatem adoptivi patris dat. Et ideo arrogatio dicitur, quia se invicem interrogant. Adoptio est ille, qui patrem habens ab alio patre adoptatur et de patris proprii potestate discedit et in potestatem patris adoptivi transit.

Nam et feminae adoptari possunt loco filiarum, ut adoptivos patres habeant, feminae vero adoptare non possunt, quae nec filios a se natos in potestate habent.

Spadones adoptare possunt, etiam qui generare non possunt.

Si quis filios habens se dederit adoptandum, et ipse et filii eius in adoptivi patris transeant potestatem. Si tamen avum paternum ipsi filii non habuerint, nepotes adoptivi erunt.

### VI. QUIBUS MODIS FILII EXEUNT DE POTESTATE PATRIS.

Filii, qui in potestate patris sunt, mortuo patre sui iuris fiunt. Et si filios habeant, in potestate patris erunt. Nam si pater moriatur et avus paternus vivat, nepotes ex filio in avi remanent potestate; avo mortuo sui iuris erunt. Item si moriatur pater et relinquat filium emancipatum, filius istius emancipati sui iuris erit[a]).

Item si pater in exsilium missus fuerit[b]), exit de potestate patris.

Item si ab hostibus pater captus sit, post reversionem filios in potestate sua recipiet.

Item filius masculus tribus emancipationibus de potestate patris exit.

Mancipatio, hoc est manus traditio et[c]) quaedam similitudo venditionis. Et patri[d]) illi, hoc est certo patri alius pater adhibetur, qui fiduciarius dicitur. Et ille naturalis pater filios suos fiduciario manu tradit et unum aut duos nummos quasi pretium ab eo accipit. Et iterum acceptis nummis secundo et tertio fiduciario patri mancipat

g) 64 add. *De Legitimis Et Non Legitime Conceptus.* h) 64 *non.* Leg. *qui non de.*

a) 64 *erunt.* b) 64 *fuerit non potest filium civem romanum in potestate habere. Item si filius vivo patre in exilium missus fuerit, exit.* c) Leg. *est.* d) 62 *pateri illi.* 63, 64 *et praeter illum certum patrem alius pater adhibetur* etc., recte.

## EPIT. SELD.

Qui legitime concipiuntur, tempore conceptionis statum sumunt. Non legitime concepti tempore nativitatis statum sumunt. Proinde legitime conceptus, etiamsi mater eius ancilla facta statum mutet, tamen ingenuus nascetur. Contra non legitime ex ancilla conceptus, si mater praegnans libera facta fuerit, liber nascetur; si vero ex ingenua ancilla praegnans facta fuerit, servus nascetur.

### TIT. V. DE ADOPTIONIBUS.

Adoptio naturae similitudo est, ut aliquis filium habere possit, quem non generavit. Quae vel adoptio vel arrogatio dicitur. Arrogatio est, quando aliquis patrem non habens adoptatur et ipse se in potestatem adoptivi patris dat. Et ideo arrogatio dicitur, quia uterque in omnia interrogatur, uter an et ille filium et ille patrem habere velit. Adoptio est, quando aliquis patrem habens ab alio patre adoptatur et adoptatus a certo patre in adoptivi potestatem discedit. Haec adoptio sine gestorum allegatione non valet.

Feminae adoptari possunt, ut loco filiarum habeantur; ipsae vero adoptare non possunt, quia nec filios ex se natos in potestate habent.

Spadones, licet non generent, filios adoptivos habere possunt.

Si quis filios habens ab alio adoptatur, filii etiam eius in adoptivi patris transeunt potestatem, ut sint ei loco nepotum, si tamen avum paternum non habuerint.

### QUIBUS MODIS FILII EMANCIPENTUR.

Filii, qui in potestate patris sunt, mortuo patre sui iuris fiunt. Sed si hic filius, qui morte patris sui iuris effectus est, filios habeat, in eius potestate erunt. Nam si avus paternus vel etiamsi pater moriatur, nepos ex filio sui iuris esse non potest, quia in avi remanet potestate, qui avo mortuo sui iuris efficitur. Item si moriatur pater relinquens filium emancipatum et ex eo nepotes, nepotes sui iuris erunt, nec in patris emancipati erunt potestate.

De potestate patris missi in exilium exeunt filii, quia homo peregrinae conditionis effectus civem Romanum in potestate habere non potest. Itemque filius, si vivo patre in exilium missus fuerit, a patris potestate discedit.

Si ab hostibus captus est pater, quamdiu in captivitate est, filiorum potestatem amittit. Si evaserit, iure postliminii et eos et omnia sua recipit. Si in captivitate moriatur, ab eo tempore filii sui iuris erunt.

Per emancipationem filius sui iuris efficitur filius tribus emancipationibus de potestate patris exit.

Mancipatio autem, hoc est manus traditio, quaedam similitudo venditionis est, quia in emancipationibus praeter certum patrem alius pater adhibetur, qui fiduciarius nominatur. Naturalis pater filium suum fiduciario patri mancipat, hoc est tradit et a fiduciario patre naturalis pater unum aut duos num-

## EPIT. S. GALL.

Similiť vero si ingenua mulier in adulterio de servo conciperit[d]) infans qui ex ea de hoc natus fuerit servus ēē debet; nā si liberta antequā lib̃tatem ꝑcipiat p̃gnans fuerit et dū ipsum partum infra se habuerit et sic fuerit libera dimissa ille infans qui tunc ex ea natus fuerit lib̃ ꝑmanebit.

### V. DE ADOPCIONIB; [a])

*Interp̃.* Quicūq; ingenuus homo alienū filium adoptivū collegere[b]) voluerit ut eum[c]) ꝓ filio habeat hoc facere potē nā duob; modis ē ista[d]) condicio illum dicit' adoptivū qui patrē habet vivum et ad alium patrem se conmandare voluerit[e]) et illū dicit' arogatū qui patrē vivum n̄ habet et ad aliū patrē se conmendat et adhuc si ipse qui eum[f]) recipit rogat eum ut secū ꝓ filio conversare debeat[g]).

Similiť vero et de filias ipsa condicio agendā[h]) ē.

### VI. QUIB; MODIS FILII EXEUNT DE POTESTATE PATRIS.[a])

*Intp̃.*[b]) Si pať eorum ab ostib; in captivitatē ductus fuerit aut in exilio missus fuerit aut in perigrinationem[c]) ambulaverit dum ad ꝓprium suū n̄ revenerit filii adulti in potestatē suā remaneant[d]).

Et alio modo filie mancipant'[e]) hoc est inmancipatio si pať eorum eos ꝑ manum dat ad alium seniorem et eos ei comendaverit[f]) aut si ad ipsus filius uxores dederint ut in[g]) sua ipsorum potestatē eos vivere dimittat[h]) postea vero si duo fratres fuerint et filius habuerint si ipsorum pať[i]) mortuus fuerit

d) 65 *conceperit.*

a) 66, 67 *opcionib.* b) 67 *colere.* c) 65 *eo.* 67 *pro filium.* d) 65 *ita.* e) 67 *vult.* f) Canc. *cum.* 65, 67 *recepit.* g) 67 *converset.* h) 65, 67 *agendum.* §. 3, 4 desunt.

a) §. 1 om. De pr. cf. §. 2 i. f. h. t. b) §. 2 et 3 conflatae sunt. c) 67 *peregrinatione.* d) 67 *potestate sua remanent.* e) i. e. *fili* (filii) *emancipantur.* 65 *filii mancipantur.* f) 67 *et ille commutaverit.* Supra *manus.* Infra 65 *ipsos filios.* g) 67 om. *in.* h) 65 *s. p. e. dimittat vivere* et infra *filios.* 67 *potestate — filios.* i) Vid. pr. h. t.

LEX ROM. VISIGOTH.

nummis fiduciario patri tradit. Hoc secundo et tertio fit, et tertio cum fiduciario patri mancipat et tradit[l]), et sic de patris potestate exit[m]). Quae tamen emancipatio solebat ante praesidem fieri, modo ante curiam[n]) facienda est: ubi quinque testes cives Romani in praesenti erunt, et pro illo, qui libripens appellatur, id est, stateram tenens, et qui antestatus[o]) appellatur, alii duo, ut septem testium numerus impleatur. Tamen quum tertio mancipatus fuerit filius a patre naturali fiduciario patri, hoc agere debet naturalis pater, ut ei[p]) a fiduciario patre remancipetur et a naturali patre manumittatur: ut, si filius ille mortuus fuerit, ei[q]) in hereditate naturalis pater, non fiduciarius, succedat. Feminae vel nepotes masculi ex filio una emancipatione de patris vel avi exeunt potestate et sui iuris efficiuntur. Et hi ipsi, quamlibet una mancipatione[r]) de patris vel avi potestate exeant, nisi a patre fiduciario[s]) remancipati fuerint et a naturali patre manumissi, succedere eis naturalis pater non potest, nisi fiduciarius, a quo manumissi sunt. Nam si remancipatum[t]) sibi naturalis pater vel avus manumiserit, ipse eis in hereditate succedit.

Quod si habeat quis filium et ex eo nepotes, et voluerit filium emancipare et nepotes in sua potestate retinere, in arbitrio eius est: aut si voluerit nepotes[u]) emancipare et filium in sua potestate retinere[v]), et hoc ei pro iuris ordine licere manifestum est. Quod non solum de nepotibus, sed et de pronepotibus[x]) similiter facere potest.

## TITULUS VII. DE TUTELIS.

Tutores aut legitimi sunt aut testamentarii.

§. 1.[a]) Legitimi sunt, qui pupillo per virilem sexum propinquitate coniunguntur: et qui proximior fuerit de agnatis, ad ipsum legitima tutela pertinet: quia is, qui proximus fuerit ad tutelam, ipse proximus est[b]) et ad hereditatem.

§. 2. Testamentarii sunt, quos patres aut avi paterni in[c]) testamento suo tutores filiis aut nepotibus delegaverint. Quod si nec testamentarius tutor fuerit, nec legitimus, tunc ex inquisitione iudicis pupillis tutores dantur.

## TITULUS VIII. DE CURATIONE[a]).

Peractis pupillaribus annis, quibus tutores absolvuntur, ad curatores ratio[b]) minorum incipit pertinere. Sub curatore sunt minores aetate, maiores eversores[c]), insani. Hi, qui minores sunt, usque ad viginti et quinque annos impletos sub curatore sunt. Qui vero eversores aut insani sunt, omni tempore vitae suae sub curatore esse iubentur: quia substantiam suam rationabiliter gubernare non possunt.

(EXPLICIT LIBER PRIMUS.)

# (INCIPIT LIBER SECUNDUS.)

## TITULUS I. (IX.) DE REBUS.[a])

[b])Gaius superiore commentario de iure personarum aliqua disputavit, nunc in hoc commentario de rebus iterum[c]) tractat.

§. 1.[d]) Omnes itaque res aut nostri iuris sunt, aut divini, aut publici[e]). Nostri iuris sunt, quae in proprietate nostra esse noscuntur. Divini iuris sunt ecclesiae, id est, templa Dei, vel ea patrimonia ac substantiae, quae ad ecclesia-

l) 12—14 om. *Hoc secundo—tradit.* m) 30 om. *et sic—exit.* n) Haec interpretis sunt. Cf. C. Th. V, 1, 2, interpr. Savigny l. c. T. I. p. 263 (ed. I.), p. 306 (ed. II.). o) Memorabilis locus *de Antestato.* p) 14 om. *tertio—ut ei.* q) 12 om. *a naturali—ei.* r) Nonn. codd. om. *una emancipatione.* s) Multi codd., etiam 1, 2, Sich. Bou. om. *fiduciario.* t) Edd. add. *eum,* quod plerique codd. om.; in aliis deest *sibi.* u) Nonn. codd. om. *si voluerit nepotes.* v) 15 om. *in arbitrio—retinere.* x) 35, 36 om. *sed et de pronepotibus.*

a) Gai. I, 155, 156, 164, 165, 144, 185. b) 14 om. *fuerit—est.* c) Plerique codd., inter quos 1, 2, Bou. om. *in.*

a) 12—15, 20, 28, 36 (in ind.) *curationibus,* alii *curatoribus,* ut Sich., aut *curatore.* b) i. e. *administratio rerum.* c) i. e. *prodigi.*

a) 1, 2, 6, 11, 27, 29 *Expl. Tit. I. de Rebus.* Similiter puto scriptum esse in cod. 16, ubi tit. de Rebus *primus* est. Pauci igitur, sed vetustissimi codd. de novo numerant titulos. De cod. Pip. vid. ult. tit. in f. Memorabile est, ne unum quidem cod. *secundi libri* mentionem facere, quapropter rubrum libri a me uncis inclusum est. Sich. *Tituli Libri Posterioris* (sequitur index titt.) *Caii Institutionum Liber Posterior, De Rebus. Caius superiore commentario de iure personarum aliqua disputavit, nunc in hoc commentario de rebus iterum tractat. De Rerum Divisione Tit. I.,* quae partim puto a Sich. excogitata esse. Totus tit. deest in cod. 30. In cod. 21, om. rubro, cohaeret cum VIII. tit. b) Gai. II, 1. c) i. e. secundo loco. d) Gai. II, 2, 3, 8, 9. e) 6, 14 om. *nostri—publici.*

EPIT. AEG.

Et si voluerit nepotes emancipare et filium in sua potestate retinere, in suo permittitur arbitrio.

## TIT. VII. DE TUTELIS.

Tutores aut legitimi[a]) sunt aut testamentarii.

Legitimi sunt, qui proximiores de agnatis inveniuntur et ad ipsos[b]) legitima tutela pertinet.

Testamentarii sunt, quos patres[c]) aut avi paterni testamento suo tutores aut filiis aut nepotibus delegaverint. Quod si isti non fuerint, tunc ex inquisitione iudicis tutor pupillis detur.

## TIT. VIII. DE CURATORIBUS.

Minores sub curatoribus sunt usque ad viginti quinque annos. Eversores et insani omni tempore vitae suae sub curatore esse iubentur.

## TIT. IX. DE REBUS.*)

a) 54 om. *legitimi—testamentarii.* b) Aeg. *ipsum.* c) 52 *pater aut avus paternus per testamentum* et om. *suo* et mox *aut.*

*) Pr. §. 1, 2 h. t. des.

EPIT. GUELPH.

Femine simile. emancipate. sui. iuris. efficiuntur.

## VII. DE TUTILLIS. ꝛ· XVII.[a])

Tutores. legitimi. patrui sunt et agnati. qui pupilli per uirilem sexum. discendunt.

Qui si. sti. defuerint. inquescionē iudicis. pupillis tutores dantur.

## VIII. DE CURACIONIBUS.

Quod minores etatē maiorem. seuersores. uel insani. sub curacionē esse iubentur.

## VIIII. DE REBUS. GR. ꝛ· VI.[a])

Quod omnes res. aut nostri iuris. sint. aut diuina aut publici. nostri iuris. propria di-

a) C. Th. III, 17. Om. pr. tit.

a) C. Gr. tit. VI. Om. pr. tit.

### EPIT. MONACHI.

et tradit et sic de patris potestate exit. Et haec emancipatio fiat ante curiam, praesentibus quinque testibus civibus Romanis et pro illo, qui libripens appellatur, id est staterem tenens et qui antestatus appellatur, alii duo[e]) aut septem testium numerus impleatur. Tamen quum tertio mancipatus fuerit filius a patre, hoc agere debet naturalis pater, ut a fiduciario remancipetur et a naturali patre manumittatur: ut si filius eius mortuus fuerit, in hereditatem naturalis pater, non fiduciarius succedat. Feminae vel nepotes masculi ex filio una emancipatione de patris vel avi potestate exeunt et sui iuris efficiuntur. Et hi, nisi a fiduciario patre remancipati fuerint et a[f]) naturali patre manumissi, succedere eis naturalis pater non potest, nisi fiduciarius, a quo manumissi sunt: quia si naturalis pater aut avus remancipatis manu non miserint, hereditati eorum non succedunt[g]).

Si quis voluerit filium emancipare et nepotes sibi retinere aut nepotes emancipare et patrem eorum retinere, hoc ei pro iuris ordine licebit. Similiter et de pronepotibus.

VII. DE TUTORIBUS.

Tutores aut legitimi sunt aut testamentarii.

Legitimi sunt, qui pupillo per virilem sexum propinquus sunt[a]) in hereditate.

Testamentarii sunt, quos patres aut[b]) avi paterni per testamentum tutores filiis aut nepotibus delegaverint. Quia si isti non fuerint, iudex ex inquisitione tutor datur.

VIII. DE CURATIONE.

Peractis pupillaribus annis, quibus tutores absolvuntur, sub curatore[a]) sunt minores aetate usque ad viginti et quinque annos. Eversores vero aut insani omni vita sua sub curatore[b]) esse iubentur.

IX. DE REBUS.

Omnes itaque res aut nostri iuris sunt aut divinae, id est ecclesiae, aut publici. [a])Publici iuris sunt muri, fori, portae, theatra, circus, arenae. Sed haec nullius bona

e) 62, 63 *alios duos.* Leg. *ut* pro *aut.* f) 62, 63 om. *a.* g) 63, 64 *succedant.*

a) 63 *est in hereditatem.* b) Ita 63, 64; 62 *at.*

a) 62, 63 *subcuratores.* b) Vid. not. *a.*

a) 64 add. *Qui in Alieno Aedificet,* sed desunt vv. *Publici—iura dicuntur* §. 3; vid. tamen infra ad §. 6, not. *e.*

### EPIT. SELD.

mos accipit in similitudinem pretii et iterum eum acceptis nummis fiduciario patri tradit. Itemque fit tertio. Haec emancipatio solebat ante praesidem fieri, modo ante curiam facienda est, ubi quinque cives Romani in praesenti sunt. Sane quum filius tertio emancipatus fuerit a patre naturali fiduciario patri, fiduciarius remancipat eum naturali, ut a naturali patre manumittatur, ut si filius obierit, ei naturalis, non fiduciarius in hereditate succedat. Feminae vel nepotes masculi ex filio una emancipatione de patris vel avi exeunt potestate et hi ipsi, nisi a patre fiduciario remancipentur naturali et ab eo manumittantur, eis naturalis succedere non potest, sed fiduciarius.

Quod si habeat quis filium et ex eo nepotes, in eius potestate sit, si voluerit, filium emancipare et nepotes in suo iure tenere an nepotes emancipare et filium tenere. Item de pronepotibus.

TIT. VII. DE TUTELIS.

Tutores aut legitimi sunt aut testamentarii.

Legitimi sunt, qui pupillo consanguinitate propinqui sunt virilis duntaxat sexus. Quorum proximus et ad tutelam et ad hereditatem proxime succedit.

Testamentarii sunt, quos pater aut avus paternus testamento filiis vel nepotibus tutores instituit. Quod si nec legitimus nec testamentarius fuerit, tunc ex inquisitione iudicis pupillis tutores dantur.

VIII. DE CURATIONE.

Peractis pupillaribus annis, quibus tutores absolvuntur, ad curatores ratio minorum incipit pertinere. Sub curatore sunt minores et eversores et insani: minores usque ad viginti et quinque annos completos. Eversores et insani omni tempore vitae suae sub curatore esse iubentur, quia substantiam suam rationabiliter gubernare non possunt.

EXPLICIT.

TIT. I. DE REBUS.

Gaius superiore commentario de iure personarum aliqua disputavit, nunc de rebus tractat.

Omnes res nostri iuris sunt aut divini aut publici. Nostri, quae in proprietate nostra esse noscuntur; divini ecclesiae vel templa Dei et patrimonia ad

### EPIT. S. GALL.

ipsi infantes in havi[k]) pat̄ni potestate[l]) remanebunt.

VII. DE TUTORES[a]).

Tutores aut[b]) legitimi sunt testamentarii legitimi s̃;

*Intp̄.* Si[c]) ingenuus homo mortuus fuerit et filios parvulus[d]) qui infra ann̄ sunt demiserit; si heredes legitimus[e]) non dimiserit aut testam̄tarius lib̄tus[f]) qui res de ipsos parvulus gob̄nare debeant tunc iudices ipsius loci tales homines iustus inquirere debeat qui eorū res sine omne damnū de ipsos parvulus[g]) gub̄nare debeant[h]).

VIII. DE CURATIONE*).

Pactis pupillarib; ann̄. *Intp̄.* parvoli hoc ē qui in minore etate s̃ post XX et V.[a]) annus etate suae de tutorū potestatem[b]) exeunt et qd̄ si[c]) forsitan aliquid ipsi parvuli talē infirmitatē[d]) habuerint ut suas res gob̄nare ñ possint diebus vite sue ipsi parvoli in tutorū potestatē[e]) ēē debeant.[f])

k) 65 *avii.* l) 65, 67 *potestatem.*

a) 67 om. *De Tutores* et pro rubro habet vv. *Tutores—legilimi sunt.* b) 66 *autem.* 65 *sunt aut testamentarii.* c) Conflatae sunt §. 1 et 2. d) 65, 67 *parvulos.* e) 65, 67 *legitimos.* 67 *hereditabunt leg.* f) 67 *testamentarios libertos.* g) 65, 67 *parvulos—iustos—debeant—parvulos.* 65 *iudex.* h) 66 *debeat.*

*) 65 *curationem.* a) 65, 67 *XXV annos.* 67 *etatis.* b) 67 *potestate.* c) 65 *co si.* Canc. em. *quod si.* d) 65 *tale infirmitate.* e) 65 *potestate* et om. *ēē.* f) Om. tit. IX.

### LEX ROM. VISIGOTH.

stica iura pertinent. Publici iuris sunt muri, fora, portae, theatra, circus, arena, quae antiqui sancta appellaverunt, pro eo, quod exinde tolli aliquid aut contingi[f]) non liceret. Sed haec omnia in nullius bonis sunt, ideo publici iuris esse dicuntur. Sed et res hereditariae, antequam aliquis heres existat, id est, quando dubitatur[g]), utrum scriptus an legitimus heres succedere debeat, in nullius bonis esse videntur.

§. 2.[h]) Praeterea quaedam res corporales sunt, quaedam incorporales.[i]) Corporales sunt, quae manu tangi possunt: velut ager, mancipium, vestis, aurum, argentum, et his similia. Incorporales sunt, quae tangi non possunt: qualia sunt ea, quae non in corpore, sed in iure consistunt, sicut est hereditas, et obligationes de diversis contractibus scriptae. Et licet hereditas vel emtio aut diversi contractus[k]) res corporales in se habeant; ius tamen ipsius hereditatis vel emtionis aliorumque contractuum incorporale est.

§. 3. Incorporalia etiam sunt iura praediorum urbanorum vel rusticorum. Praediorum[l]) urbanorum iura sunt stillicidia, fenestrae, cloacae, altius erigendae domus aut non erigendae, et luminum, ut ita quis fabricet, ut vicinae domui lumen non tollat. Praediorum vero rusticorum iura sunt via, vel iter, per quod pecus aut animalia debeant ambulare[m]) vel ad aquam duci, et aquaeductus; quae similiter incorporalia sunt. Haec iura tam rusticorum quam urbanorum praediorum servitutes appellantur[n]).

§. 4.[o]) Item regulariter constitutum est, ut superposita inferioribus cedant: id est[p]) ut, si quis in solo nostro, sine nostro permissu, domum aedificaverit, ad eum, cuius terra est, domus aedificata pertineat: vel si aliquis in agro nostro arbores aut vineas vel plantas quascunque posuerit, similiter superficies solo cedat: vel si messem in campo seminaverit, omnia haec, quae in terram alienam iactantur, domino terrae acquirantur. Quod et de chartis vel pergamenis, si in alienis[q]) scribat, licet aureis aut argenteis literis, similiter eius est scriptura, cuius chartae aut pergamena fuerit. Quod et de tabula, hoc est, si aliquis in tabula mea picturam fecerit, observatur: quia statutum est, ut tabulae pictura cedat.

§. 5.[r]) Quod si quis ex uvis meis vinum aut ex spicis frumentum aut ex olivis oleum fecerit, eius vinum, triticum vel oleum est, cuius spicae aut uvae aut olivae fuerint. Si quis etiam ex tabulis alienis navem aut armarium aut quodcunque ad usum pertinens fecerit, simili ratione eius erunt, quae facta fuerint, de cuius ligno facta probantur. Similiter etiam si ex lana vel lino alieno vestimenta fecerit, eius erunt vestimenta, cuius lana vel linum fuisse probabitur.

§. 6.[s]) Sed in his omnibus superius comprehensis quicunque in terra aliena aliquid posuerit aut aedificaverit aut horum[t]), quae dicta sunt, aliquid fecerit, illis, qui aliena praesumserint, hoc competit, ut expensas vel impendia, quae in his fecerint, a dominis, qui rem factam vindicant, recipere possint.

§. 7.[u]) Acquiritur autem nobis non solum per nosmet ipsos, sed et per eos, qui in potestate nostra sunt, sicut filii vel servi: quia quicquid his a qualibet persona donatum vel venditum fuerit, aut heredes fuerint[v]) instituti, id patribus et dominis sine aliqua dubitatione conquiritur: praeter eos filios, quibus per leges ut castrense peculium habere permissum est.

Hi vero servi, qui in usufructu nostro et in proprietate alterius sunt, hoc tantum usufructuario acquirere possunt, quod opere aut manibus suis fecerint aut de mercedibus operis sui acceperint. Nam si eis aut hereditas aut legatum dimittatur aut donationis aliquid conferatur, hoc proprietario domino, non usufructuario acquiritur.

## TITULUS II. (X.) DE TESTAMENTIS.[a])

[b])Per universitatem, hoc est, omnia simul bona, acquirimus hereditate, emtione, adoptione: quia is, quem adoptaverimus, si sine patre est, cum omnibus bonis suis ad nos transit.

§. 1.[c]) Id quoque statutum est, quod non omnibus liceat facere testamentum: sicut sunt hi, qui sui iuris non sunt, sed alieno iuri subiecti sunt, hoc est, filii, tam ex nobis nati, quam adoptivi.

§. 2.[d]) Item testamenta facere non possunt impuberes, id est, minores quatuordecim annorum, aut puellae duodecim.

§. 3. Item et hi, qui furiosi, id est, mente insani fuerint, non possunt facere testamenta. Sed hi, qui insani sunt[e]), per intervalla, quibus sani sunt, possunt facere testamenta.

f) Recte *contingi*, i. e. *contrectari.* Cf. Paul. II, 32, 1. g) Haec nimis restricta sunt. h) Gai. II, 12—14. i) 40 om. *corporales—incorporales* et 6, 12 *quaedam—sunt.* k) 12 om. *et licet—contractus.* l) 1, 2, 5, 6, 9, 12, 15, Bou. om. *urbanorum—praediorum.* m) Nota *itineris* definitionem. n) 1, 2, 5, 9, 13, 15, alii, Bou. *et iura tam rusticorum* (om. *quam urbanorum*) *s. a.;* reliqui codd., Sich. *Haec iura tamen rusticorum* (om. *quam urbanorum*) *pr. s. a.* o) Gai. II, 73—75, 77, 78. p) Multi codd. om. *id est.* q) Multi codd. om. *in alienis* aut tantummodo *in.* r) Gai. II, 79. s) Gai. II, 76. t) Multi codd., inter quos 1, 2, et Bou. *haec.* u) Gai. II, 86, 87, 91. v) 1, 2, 9, Bou. om. *aut heredes fuerint.*

a) In cod. 30 hic tit. IX. est. b) Gai. II, 97, 98. c) Gai. II, 112. d) Gai. II, 113. e) 4, 8, 13—15, 20, 22—24, 26, 30, 34—36, 38, 39, alii, Sich. add. *si intervalla ipsius insaniae habeant s. habent.* Vv. *ni sunt per intervalla* pergitur in fol. 119 s. primo cod. 17[a]. Vid. Nov. Maior. tit. I. not. c.

### EPIT. AEG.

Nullus sic altius aedificet domum, ut alii domui lumen tollat.

Si quis in solo nostro sine nostro permissu domum aedificaverit, arbores vel vineas plantaverit, messem seminaverit, haec omnia domino terrae acquiruntur.

Si quis ex tabulis alienis navem aut opus aliud fecerit, eius erunt, de cuius ligno facta probantur. Similiter si ex lana vel ex lino alieno vestimentum fecerit, eius erunt vestimenta, cuius lana aut linum fuisse probatur.

Illis tamen, qui aliena praesumserunt, hoc competit, ut[a]) expensas, quas in his fecerint, a dominis, qui rem factam vindicant, recipere possint.

Quicquid filii aut servi acquirunt, id patribus et dominis sine dubio acquiritur, praeter eos filios, quibus per leges habere permissum est.

Quicquid servis in usufructu[b]) acquiritur, id est[c]) hereditas aut donatio, id proprietario domino, non usufructuario acquiritur[d]).

## TIT. X. DE TESTAMENTIS.

Adoptivus filius, si mortuus fuerit, ei moritur, qui eum adoptavit.

Filii tam ex nobis[a]) nati quam adoptivi sine voluntate parentum testamentum facere non possunt.

Nec pueri ante XIV annos, nec puellae ante XII possunt facere testamentum.

Furiosi vel insani nisi per intervalla non possunt facere testamentum.

a) Aeg. et codd. *ut in exp.* Pro *quas* Aeg. et nonn. codd. *quae.* Supra nonnulli codd. om. *aliena.* b) Aeg. et nonn. codd. *usumfructum.* c) 51 om. *id est* etc. d) Nonn. codd. *adquirit* aut *adquiruntur.*

a) Ita codd., sed *tamen* pro *tam.* Aeg. *nobili.*

### EPIT. GUELPH.

uini. eclesia. uel eius. patrimonia. publici. maenia.[b])

Ciuitatibus edificia uel culturas. solo cedenda.[c])

Filiorum uel seruorum adquesicio. dominis. uel patribus profutura.

## X DE TESTAMENTIS
tl· IIII· · ʔ · IIII.[a])

[b])Quando minoris. uel furiosi.[c]) possunt facire testamentum. uel quibus. non. liceat. hoc est filii. uel ad optiui.[d]) qui in potestatē patris. sunt testamentum facire non possunt. minoris[e]) pueri. XIIII· et puelle XII· testamentum facere non possunt. Insani[f]) per interuallā facent testamentum. pl· III· ʔ· III· l. I.[g])

b) Om. §. 2, 3 h. t. c) Om. §. 5, 6.

a) C. Th. IV, 4. Om. pr. h. t. b) Ex §. 1—3 composita. c) §. 3. d) §. 1. e) §. 2. f) §. 3. g) Paul. III, 4, 1.

EPIT. MONACHI.

sunt, sicut nec hereditas, quando dubitatur, quis legitimus heres succedat.

Urbanorum iura sunt stillicidia, fenestrae, cloacae, altius erigendae aut non erigendae domus, ut vicinae domus lumen non tollat. Rusticorum iura sunt viae vel iter pecorum vel iter ad aquarum et ad aquaeductus. Sed haec incorporalia iura dicuntur.

Si quis in solo nostro sine nostro permissu domum aedificaverit vel[b]) arbores aut vineam plantaverit vel messem aut quascunque plantas posuerit, omnia domino terrae acquiruntur. Licet[c]) in carta nostra literis aureis vel argenteis vel alia scriptura quis faciat, illi erunt, cuius carta est. Similiter et de tabulis.

Si quis ex uvis meis vinum aut ex spicis frumentum aut ex olivis oleum fecerit, mea erunt. Si quis ex tabulis alienis navem aut armarium aut aliud quodcunque fecerit aut si ex lana vel lino alieno vestimentum fecerit, illius erit[d]), de cuius re facta sunt.

Sed in his omnibus, quicunque in terra aliena aliquid posuerit vel aedificaverit aut haec, quae dicta sunt, fecerit, expensas, quas in his fecerunt, a dominis, qui rem vindicant, recipiantur.[e])

[f])Filiis vel servis, quicquid eis a quibuslibet personis donatum vel venditum fuerit, aut heredes fuerint instituti, id patribus et dominis conquiritur: praeter eos filios, quibus per legem ut castrense peculium habere permissum est.
Hi vero servi, qui in usufructu nostro et in proprietate alterius sunt, quod opere suo acquisierint. Nam si eis aut hereditas aut legatum dimittatur aut donationis aliquid conferatur, id proprietario domino, non usufructuario acquiratur.

## X. DE TESTAMENTIS.

Ita omnia bona acquirimus: hereditate, emtione, adoptione: quia is, quem adoptamus, si sine patre est, cum omnibus bonis suis ad nos transit.
His enim non licet facere testamentum, qui sui iuris non sunt, hoc est filii tam ex nobis nati quam adoptivi.

Neque impuberes, id est minus quatuordecim annorum, aut puellae duodecim.

Et qui furiosi, hoc est qui mente insani sunt, nisi per intervalla temporum ad mentem redeant, tunc possunt facere testamentum.

b) Add. *vel* in 63, 64; in 62 deest. c) Ita 63, sed add. *et*. 62, 64 *liceat*, sed 64 add. *et*. d) 63, 64 *alienum—erunt*. e) In cod. 64 hic adduntur vv. *Publici—iura dicuntur*, quae supra omissa erant. Vid. §. 1 not. *a*. f) 64 add. *Quod Filii Patribus Vel Servi Domis* (i. e. *Dominis*) *Adquiruntur*.

EPIT. SELD.

ecclesias pertinentia. Publici muri, fora, portae, theatra, circus, arena, quae antiqui sancta vocarunt, quod exinde aliquid tolli non liceret. Sed et res hereditariae, antequam aliquis heres existat, id est, quando dubitatur, utrum scriptus an legitimus heres succedere debeat, in nullius bonis esse videntur.

Sed et res corporales sunt, quaedam incorporales. Corporales, quae manu tanguntur, ut ager, mancipium, vestis, aurum, argentum. Incorporales, quae tangi non possunt, quales sunt ea, quae non in corpore, sed in iure consistunt, sicut est hereditas et obligationes diversis contractibus scriptae. Nam licet hereditas vel emtio aut diversi contractus res corporales in se habeant, ius tamen ipsius hereditatis vel emtionis incorporale est.

Incorporalia etiam sunt iura praediorum urbanorum vel rusticorum. Praediorum urbanorum iura sunt stillicidia, fenestrae, cloacae, altius erigendae domus aut non erigendae et ita ut aliquis fabrica sua alterius aedificio lumen non tollat. Praediorum vero rusticorum iura sunt viae, per quas pecora et animalia vel ambulent vel ad aquas ducantur et aquaeductus. Haec tamen iura praediorum rusticorum vocantur.

Item regulariter constitutum est, ut superposita inferioribus cedant, ut si quis in solo meo sine meo permissu domum facit, mihi aedificium cedat. Item si vineas vel arbores vel plantas quascunque posuerit vel messem in mea terra sine meo consensu severit vel in carta mea scripserit vel in tabula mea pinxerit,

aut ex uvis meis vinum aut ex spicis frumentum aut ex olivis oleum aut ex tabulis meis navem vel armarium vel aliquid tale aut ex lino meo vel lana vestimentum fecerit, et vineae et arbores et messis et scriptura et pictura et vinum et frumentum et oleum et navis vel armarium et vestimentum mea erunt.

Hoc tantum constitutum est, ut dominus, qui rem suam vindicat, expensas operis illi reddat, qui in alieno aedificavit vel cetera, quae dicta sunt, fecit.

Acquirimus autem nobis per nos et per eos, qui in potestate nostra sunt. Quicquid enim filiis nostris vel servis datur vel venditur vel hereditate dimittitur, totum nostrum est, praeter eos filios, quibus castrense peculium habere permissum est.

Hi vero servi, qui in usufructu nostro et in proprietate alterius sunt, hoc tantum usufructuario acquirere possunt domino, quod opere acquisierint vel manibus fecerint aut mercedibus operis sui acceperint. Nam si eis aut hereditas aut legatum dimittatur aut donetur, proprio id domino, non usufructuario acquiritur.

Per universitatem, hoc est omnia simul bona acquirimus hereditate, emtione, adoptione, quia is, quem adoptaverimus, si sine patre est, cum omnibus bonis suis transit.

## TIT. II. DE TESTAMENTIS.

Hoc quoque statutum est, quod non omnibus liceat facere testamentum, sicut hi sunt, hoc est filii et naturales et adoptivi.

Item testamentum non faciunt impuberes, id est pueri minores quam quatuordecim annorum, puellae duodecim.

Nec furiosi, nisi per intervalla resipuerint, possunt facere testamenta.

EPIT. S. GALL.

## VIIII. DE TESTAMENTIS.[a])

*Intp̃.*[b]) Hii sunt qui testam̃tũ facere ñ possunt id ẽ infans qui infra anñ ẽ et adoptivus filius nec[c]) furiosus. hoc ẽ furiosus qui sanã mentem ñ habet si teste[d]) cum int̃ impetus ad[e]) ꝓpria mente revenerit testam̃tũ facere. potẽ.

a) Pr. om. b) Conflatae sunt §. 1—3. c) 67 *et—sana mente*. d) 65 *testes*. 67 *sed iste*. Scriptura cod. 67 vera videtur. e) 65 *a*.

LEX ROM. VISIGOTH.

## TITULUS III. (XI.) DE EXHEREDATIONE LIBERORUM.[a])

[b])Is, qui filium in potestate habet, curam gerere[c]) debet, ut testamentum faciens masculum[d]) filium aut nominatim heredem instituat aut nominatim exheredet, nam si masculum filium testamento praeterierit, non valebit testamentum.

§. 1.[e]) Si vero filiam praeterierit[f]), non rumpit testamentum filia praetermissa: sed inter fratres suos, legitimo stante testamento, suam, sicut alii fratres, consequitur portionem; si vero testamento extranei heredes scripti fuerint, stante testamento[g]), filia medietatem hereditatis acquirit. Nam si facto testamento, in quo filius masculus praetermissus est, evenerit, ut, vivente adhuc patre, filius, qui praetermissus[h]) est, moriatur, sic quoque, quamlibet[i]) filius ille mortuus fuerit, testamentum, quod factum est, non valebit[k]).

§. 2.[l]) Posthumorum duo genera sunt: quia posthumi appellantur hi, qui post patris mortem de uxore nati fuerint, et illi, qui post testamentum factum nascuntur. Et ideo, nisi is, qui testamentum facit, in ipso testamento comprehenderit: *Quicunque filius aut filia mihi natus natave fuerit, heres mihi sit;* aut certe dicat, *exheres sit*, valere non potest eius testamentum: quia, sicut superius iam dictum est, legitime concepti pro natis habentur, nisi quod melior est conditio posthumae quam natae: quia nata, si praetermissa fuerit, non rumpit testamentum: posthuma vero, sicut masculus, testamentum rumpit.

§. 3.[m]) Si quis post factum testamentum adoptaverit apud populum illum[n]), qui sui iuris est, hoc est, qui patrem non habet[o]), aut apud praetorem illum adoptaverit, qui in potestate patris est, quasi ei filius natus sit, ita eius rumpitur testamentum.

§. 4.[p]) Posteriore quoque testamento, quod iure factum est, id, quod ante iure factum fuerat, rumpitur. Quod si facto posteriore testamento heres scriptus aut ante aditionem hereditatis moriatur, aut vivo testatore defecerit, aut conditio possibilis, sub qua heres institutus est, impleta non fuerit, is, qui testamentum fecit, intestatus mori videtur: quia testamentum, quod prius fecerat, testamento posteriore rescissum est, et quod posterius factum est, his rebus, quas diximus, infirmatur.

§. 5.[q]) Alio quoque modo testamenta iure facta infirmantur, si aliquis post factum testamentum[r]) capite minuatur, id est, aut ab hostibus capiatur, aut pro crimine in exsilium deputetur. Similiter et si quis adoptatus fuerit, testamentum, quod, antequam adoptaretur, fecerat, non valebit.

§. 6.[s]) Heredes aut sui sunt, aut necessarii, aut extranei. Sui[t]) heredes appellantur filii aut nepotes ex filiis masculis, quos in potestate avus vel pater habet. Necessarii sunt heredes servi, qui cum libertate heredes instituuntur. Necessarii ideo, quia, aut velint aut nolint, necesse est eis heredes esse. Nam qui creditoribus tenentur obnoxii, et putant, se non tantum in substantia, quantum in debitis relinquere, ipsi servos suos manumittunt, et heredes necessarios faciunt, ut quo magis heres quam dominus infamiam incurrat, quum res eius, id est, hereditas domini pro debitis venditur et creditoribus datur. Extranei sunt, qui nullo[u]) propinquitatis gradu testatori iunguntur, sed eos quicunque pro arbitrio suo scribit heredes.

## [TITULUS IV. (XII.) DE SUBSTITUTIONIBUS, ET FACIENDIS SECUNDIS TABULIS.[a])]

Substitutio est, quae post institutionem a testatore fieri solet, id est, secundi heredis appellatio. Et duae sunt, quarum una vulgaris dicitur, alia pupillaris.

a) Nonn. codd. Bou. *De E. Filiorum.* b) Gai. II, 123. c) Gaius *curare.* d) Abundat *masculum.* e) Gai. II, 124, 123. f) 15 om. *non valebit—praeterierit.* g) 1, 2, 5, 6, 9, 14, alii, Bou. om. *suam—testamento.* h) 24 om. *evenerit—praetermissus.* i) i. e. *quantumvis.* Cf. supr. I, 2 pr. k) Multi codd. *videbitur.* l) Gai. II, 133, 132, 147, 132, 134. m) Gai. II, 138. n) Multi codd. *pupillum* aut *filium pupillum,* err. o) Cf. I, 5, 1, not. *b.* p) Gai. II, 144. q) Gai. II, 145. r) Multi codd. om. *iure—testamentum,* alii *capite.* s) Gai. II, 152, 156, 153, 154, 161. t) 1, 2, 12—15, alii *Heredes aut sui sunt aut sui necessarii sunt aut extranei. Sui necessarii heredes.* 4, 7, 30, 34, alii *Heredes aut sui sunt aut sui et necessarii sunt aut extranei. Sui necessarii heredes s. heres.* 8, 22, 23, 31—33, alii *Heredes autem sui sunt aut sui et necessarii sunt aut extranei. Sui necessarii heredes.* 38—40, Sich. *Heredes autem sui sunt, aut non sui: aut necessarii sunt, aut extranei. Sui heredes.* 27 *Heredes autem sui sunt aut sui necessarii sunt* et om. *sui heredes—necessarii.* 6, 9, Bou. add. *Sunt* verbo *necessarii.* u) Haec falsa sunt.

a) Inveni hunc tit. in codd. 8, 15, 38—40; sitne in cod. 16, incertus sum. Est autem in ed. Sich. Quum desit in codd. 1, 2 aliisque vetustissimis codd., rubrum inclusi uncis.

EPIT. AEG.

### TIT. XI. DE EXHEREDATIONE LIBERORUM.

Si pater filium in testamento praetermiserit, filius quidem rumpit testamentum.

Similiter et filia posthuma[a]), si memorata non fuerit, rumpit testamentum. Nata vero non rumpit, sed inter fratres suam accipit[b]) portionem.

a) Haec sunt ex §pho 2. b) Aeg. et nonn. codd. *accepit.* §. 3—6 h. t. des. et om. tit. *de Substitut.*

EPIT. GUELPH.

### XI. DE EXHEDITACIONĒ LIBERORUM. tl· IIII. ꝛ· IIII.[a])

Si q̔ de filiis. testamentū sint. pretermissi.[b]) et de posthumis.[c]) que rumpunt testamentum uel quo alio.[d]) poss̉ rumpi. et de tribus[e]) generibus heredum.

Pater si filio in testamentū. pretermittat. rumpit testamentum.

Si filia non rumpit. sed cum aliis. in hereditate. succedit.

Posthumurum duo genera sunt id est qui post mortem patris. nati sunt et illi. qui post. testamento factum. nascuntur. rumpunt testamento.[f])

a) C. Th. IV, 4. b) Princ. et §. 1. c) §. 2. d) sc. *modo.* §. 3—5. e) §. 6. f) De §. 3—6 vid. not. *d* et *e.*

## EPIT. MONACHI.

### XI. DE EXHEREDATIONE LIBERORUM.

Is, qui filios in potestate habet, testamentum faciens masculum filium aut nominatim heredem instituat aut nominatim exheredet. Nam si masculum filium in testamento praeterierit, non valebit testamentum.

Si vero filiam praeterierit, non rumpit testamentum, sed inter fratres suos hereditatem consequitur aequaliter. Si vero in testamento extranei heredes scripti fuerint, stante testamento, filia medietatem hereditatis acquiret. Nam si vivente patre filius, qui praetermissus est in testamento, moriatur, testamentum, quod factum est, non valebit.

a) Posthumi dicuntur, qui post mortem patris nascuntur et qui post testamentum a patre facto nascuntur. Ideo nisi dicat in ipso testamento: si filius aut filia mihi natus natave fuerit, heres mihi sit aut dicat non sit, valere eius testamentum non potest, quia legitime concepti pro natis habentur: nisi quod melior est conditio posthumi quam natae: quia nata, si praetermissa fuerit, non rumpit testamentum, posthuma vero, sicut masculus, testamentum rumpit.

Si quis post factum testamentum adoptaverit apud populum illum, qui sine patre est, aut apud praetorem illum, qui in potestate patris est, quasi ei filius natus sit, rumpit testamentum.

Posteriore quoque testamento, quod iure factum est, id, quod ante iure factum fuerat, rumpitur. Quod si facto posteriore testamento heres scriptus aut ante aditionem hereditatis moriatur aut vivo testatore defecerit aut conditio possibilis, sub qua heres institutus est, impleta non fuerit, is, qui testamentum fecit, intestatus mori videatur, quia testamentum, quod prius fecerat, testamento posteriore rescissum est.

Alio quoque modo testamenta iure facta infirmantur: si aliquis post factum testamentum capite minuatur, id est si ab hostibus capiatur aut pro crimine in exsilium deputetur aut si adoptatus, antequam adoptaretur, testamentum fecerat, non valebit.

b) Heredes aut sui sunt aut legitimi aut sui et necessarii aut extranei. Sui heredes sunt necessarii filii aut nepotes ex filiis masculis, quos in potestate avus vel pater habet. Necessarii heredes sunt servi, qui cum libertate heredes instituuntur: ideo necessarii, quia, velit nolit, necesse est ei heredes esse. Nam qui creditoribus tenetur obnoxius et putat se non tantum in substantia quantum in debitis relinquere, hic servum suum manumittit et heredem facit, ut magis heres quam dominus infamiam incurrat. Extranei heredes sunt, qui nullo propinquitatis gradu testatori iunguntur, sed eos quicunque pro arbitrio suo subscribit heredes.

a) 64 add. *De Posthumis.* b) 64 add. *De Heredibus.*

## EPIT. SELD.

### TIT. III. DE EXHEREDATIONE LIBERORUM.

Si qui filium in potestate habet, curam gerat, ut testamentum faciens masculum filium aut nominatim heredem instituat aut nominatim exheredet. Si enim masculum filium praeterierit, testamentum non valet.

Si vero filiam praeterierit, non rumpit testamentum filia praeterita, quae tamen stante testamento legitimam inter filios consequitur portionem. Si extranei heredes scripti fuerint, filia medietatem hereditatis consequitur.

Posthumorum duo genera sunt. Posthumi enim vocantur, et qui post mortem patris et qui post factum testamentum vivente adhuc patre nascuntur. Ideo nisi qui testamentum facit dicat, si quis mihi filius filiave nascatur, heres mihi sit vel exheres sit, testamentum non valet: quia, sicut superius iam dictum est, legitime concepti pro natis habentur, nisi quod melior est conditio posthumae quam natae; quia nata, si praetermissa fuerit, non rumpit testamentum, posthuma vero praetermissa rumpit.*)

Posteriori tempore iure facto testamento rumpitur posterius iure factum. Si facto posteriore testamento heres scriptus ante aditionem hereditatis aut vivo testatore defecerit aut conditio possibilis, sub qua heres institutus est, impleta non fuerit, is, qui testamentum fecit, intestatus mori videtur, quia testamentum anterius posteriore et posterius his rebus, quae diximus, scissum est.

Si quis post factum testamentum capite minuatur aut pro crimine exsilio missus est, testamentum non valebit. Testamentum, quod is, qui adoptatur, ante adoptionem fecerat, non valebit.

Heredes aut sui sunt aut necessarii aut extranei. Sui filii aut nepotes ex filiis. Necessarii, qui cum libertate heredes instituuntur. Necessarii ideo, quia, aut velint aut nolint, necesse est eis heredes esse. Nam domini creditoribus obnoxii, non tantum in substantia quam in debitis habentes, necessario servos heredes instituunt, quo magis heres quam dominus infametur, quum hereditas pro debitis venditur. Extranei sunt, qui nullo propinquitatis gradu testatori iunguntur.**)

*) Om. §. 3. **) Om. tit. IV.

## EPIT. S. GALL.

### X. DE EXERETATIONE LIBERORŨ.

Si quis testam̃tu̓ fecerit, si filiũ masculũ habuerit aut de p̃sentẽ a) illũ in ipso testam̃to heredem scribat aut de p̃sente illũ exeredet: Nã si sic ñ fecerit ipse testamentus b) stare ñ potẽ

et qd̃ si filias habuerit et illas in suo testam̃to heredes scribere noluerint ꝓ ipsas filias testam̃ c) cadere ñ potẽ.

Nã postomi vero duob; modis dicunt' d) hoc ẽ infans qui post e) testamentu̓ factu̓ nascit' et qui post mortem patris natus ẽ ille homo qui testam̃tũ facit in ipso testamento scribere debet et dicat si mihi filius aut filia nati fuerint heredes mei sint aut dicat exheredes nã si sic ñ fecerit illi infantes qui postea nascuntur rumpunt testam̃tũ. f)

a) 65 *presente.* b) 67 *ipsum testamentum s. n. poterit.* c) 65 *testamentus.* 66 *in sua.* 67 *filia — illa — heredẽ — ipsa filia.* d) 67 *intelleguntur.* e) 67 add. *ei.* f) Rell. h. t. et tit. sqq. duo desunt.

LEX ROM. VISIGOTH.

§. 1.[b]) Vulgaris dicitur, *ille heres mihi esto*, sive hoc filio sive extraneo. *Quod si hereditatem meam adire nolueris, illum substituo, ad quem hereditas mea debeat pertinere.*

§. 2.[c]) Pupillaris substitutio filiis tantummodo impuberibus dari potest, quae ita fit: *Ille filius meus si intra pubertatem decesserit, illum ei substituo.* Sed pupillaris substitutio ita secreta esse debet, ut ad notitiam substituti pervenire non possit, ne vitae pupilli aliquas substitutus insidias moliatur: nam in extrema pagina testamenti fieri debet, ut pars illa, in qua substitutio pupillaris scripta est, quamdiu pupillus annos pubertatis egrediatur, obsignata permaneat, et prior pars testamenti, in qua heres scriptus est, reseretur. Hoc etiam de posthumis[d]) fieri potest.

§. 3.[e]) Nam si extraneus heres scriptus sit, etsi aliquem substituere non possumus, ut si heres exstiterit, et intra aliquod tempus mortuus fuerit, alius ei heres sit, potest tamen per fideicommissum obligari, ut alii rogatus a testatore hereditatem aut integram aut pro parte restituat.

## TITULUS V. (XII. s. XIII.) DE LEGATIS.

[a])Legatorum genera sunt quatuor, vindicationis, damnationis, sinendi modo, et praeceptionis.

§. 1.[b]) Vindicationis legatum est, si testator sic locutus fuerit[c]): *Illum servum tibi do*, aut *lego:* vel, *illam rem tibi praesume*, *habe*, *vindica.* Quod post mortem testatoris statim legatarius, non exspectato herede, sibi praesumit. Quam si praesumserit, nec pro praesumto legato ab herede potest calumniam sustinere: nec, si aliena res[d]) fuerit, quae legata est, legatarius hoc poterit ab herede petere. Si per vindicationem una res multis legata sit, et singuli hanc ipsam rem praesumere velint, aequales singuli de re legata capiunt portiones[e]).

§. 2.[f]) Per damnationem isto ordine[g]) legatum dimittitur, ut testator in testamento scribat: *Tu heres meus illi hoc da:* aut, *illud illi ab herede meo dari iubeo.* In quo genere legati etiam alienae res per legatum dimitti possunt. Et necesse[h]) est heredi, aut redimere eam rem, quae iuris alieni est, et legatario tradere; aut si is, cuius est res, vendere noluerit, quantum res illa valebit, legatario in pretio compensare. Sed si testator rem alienam quasi suam credens, per hoc genus legatum reliquerit, legatarius hoc ab herede[i]) petere non potest, et inutile est legatum. Nam si sciens alienam esse, per legatum dederit, necesse est ab herede aut ipsam rem aut aestimationem rei in pretio[k]) legatario dari.

§. 3.[l]) Ceterum inter damnationis legatum et vindicationis hoc interest, quod per vindicationem res aliena relinqui non potest; per damnationem eo pacto, quo superius comprehensum est, potest. Illae etiam res, quae in rerum natura non sunt, per damnationem legato dimitti possunt, velut si ita testator in testamento scribat: *Fructus, qui ex illo agro nati fuerint*, aut, *id*, *quod ex illa ancilla natum fuerit*, quod in legato vindicationis fieri non potest; quia non potest haec legatarius testatore mortuo continuo vindicare.

§. 4.[m]) Est et inter legatum vindicationis et damnationis ista similitudo, quod per legatum vindicationis sive damnationis, si coniunctim, id est, duobus aut pluribus una res in legato dimissa fuerit omnibus, in utroque legato simul ab omnibus praesumatur.

§. 5. Inter legatum vindicationis et damnationis illa distantia est, ut, si disiunctim, id est, singulis quaecunque res per legatum damnationis relicta fuerit, singulis integra debeatur; id est, ut unus rem ipsam accipiat, alii aestimationem rei ipsius in pretio ab herede percipiant.

§. 6.[n]) Sinendi modo haec legati verba sunt: *Ille heres meus*, *rem illam illum permitte praesumere et sibi habere.* Nam et propriam rem testator, et heredis sui, et alienam per sinendi legatum relinquere potest. In quo legato quoquo modo non quidem heres legatario rem, quae relicta est, iubetur tradere, sed vindicanti legatario non permittitur prohibere.

§. 7.[o]) Praeceptionis vero legatum non nisi uni[p]) ex heredibus dari potest, ut aliquid ei ex hereditate praecipuum relinquatur, [q])et si aut coniunctim, id est, multis, aut disiunctim[r]) singulis relinquatur, omnibus una res tantum, quae nominata est, debetur; non uni res et alii aestimatio, sicut in legato damnationis est constitutum.[s])

b) Gai. II, 174. c) Gai. II, 179—181, 183. d) Codd. *pomis* aut *pomis* aut *per oms.* Cod. 8, quo usus est Sich., habet *et de pomis,* quod Sich. mut. in *et de donis.* Edd. diverso modo locum sanare studuerunt: *eisdem paginis; de bonis, deinde, in extraneis.* Bo. recte rest. *de posthumis.* Latet hoc in *pomis*, quod librarii, qui haesitabant in h. l., corr. *pomis,* unde *per omnes* factum est. e) Gai. II, 184.

a) Gai. II, 192. b) Gai. II, 193, 194, 197, 199. c) Vv. *sic l. f.* des. in nonn. codd. d) 13 om. *potest—res.* e) Nonn. codd. om. *velint—portiones.* f) Gai. II, 201, 202. g) i. e. *modo.* h) 15 om. *genere—necesse.* i) 12 om. *quasi—ab herede.* k) Vv. *in pretio* abundant. l) Gai. II, 210, 203, 210, 194. m) Gai. II, 205. n) Gai. II, 209, 210, 214. o) Gai. II, 216, 217, 223. p) 1, 2, alii codd. *legatum omnes si uni.* Bou. *omnibus sicut uni.* q) Vv. *et si—relinquatur* des. in codd. 1, 2, 5, 6, 24, aliis, ed. Bou. r) 12, 13 om. *id est—disiunctim.* s) Nonn. codd. add. *Hic De Paulli Sententiis Addendum.* In nonn. codd. haec ad tit. sq. subiuncta sunt. Paul. III, 8. Cf. C. Th. II, 21, 2, not. *d.*

EPIT. AEG.

### TIT. XII. DE LEGATIS.[a])

Quicquid per testamentum alicui fuerit dimissum, post mortem testatoris legatarius, non exspectato herede, sine eius calumnia praesumat. Si per vindicationem una res multis legata sit, aequales singuli capiant portiones.[b])

a) Pr. h. t. deest. In cod. 50 deest totus titulus: pro eo summa c. 1 C. Th. de Maternis bonis (VIII, 9) scripta est: *De Paternis Et Maternis Successionibus. De utriusque parentis hereditate nichil filiis aut filiabus minuendum aut distrahendum praecipimus. Quodsi hereditas patris ac matris, quae ad filios iure perpetuo et ad filias pertinent, fuerint alienatae, ubicunque eas invenerint ad suum dominium decrevimus revocare.* b) §. 2—7 desunt.

## EPIT. GUELPH.

### XII. DE LEGATIS.

Legatorum. genera sunt quatuor. id est uindicacionis. damnaciones. sinendi modo. et precacionis.

Vindicacionis legatus. est qui post mortem testatores. absque heredem. quod ei datum est usurpare potest.

Damnaciones. legatus. est q p heredem. dari iubet. quod si de alieno dari iubeat. heres aut in speciem. implere aut in precio conpellitur.[a]

Sinendi. modo. legatus. est. si testatur dicat. ille heres meos. rem. illam illum abere permitto.

Precepcionis. legatu unus. ex heredibus. rem nominatam dari potest.

a) Om. §. 3—5.

## EPIT. MONACHI.

### XII. DE LEGATIS.

Legatorum genera sunt quatuor: vindicationis, damnationis, sinendi modo et praeceptionis.

Vindicationis legatum est, si testator dicat: illum servum tibi do aut lego vel illam rem tibi praesume, habe, vindica. Quod post mortem testatoris statim legatarius non exspectato herede sibi praesumat, nec tamen ab herede calumniam sustineat: nec, si aliena res fuerit, quae legata est, legatarius hoc poterit ab herede repetere. Si per vindicationem una res multis legata sit et singuli hanc ipsam rem praesumere velint, aequales singuli de re legata capient portiones.

Per damnationem legatum dimittitur, ut in testamento scribatur: tu heres meus, illi hoc da aut illud illi ab herede[a] meo dari iubeo. In quo genere legati etiam alienae res per legatum dimitti possunt. Et necesse est heredi aut redimere eam rem aut, quantum res illa valet, legatario in pretio consignet: si tamen testator sciens rem alienam legavit. Quod si nesciens rem alienam pro sua legavit, non valebit legatum, nec ab herede quaeri potest.

Inter damnationis legatum et vindicationis hoc interest, quod per vindicationem res aliena[aa] relinqui non potest, per damnationem potest. Illae etiam res, quae rerum natura non sunt, per damnationem legati dimitti possunt, ut si ita testator: fructus, qui ex illo agro nati fuerint, aut[b] ex ancilla natum fuerit, per legatum tamen vindicationis fieri non potest.

Per legatum vindicationis sive damnationis si coniunctum, id est si pluribus una res demissa fuerit, ab omnibus praesumatur.

Nam si disiunctum, id est singulis per legatum damnationis res dimissa fuerit, unus rem ipsam accipiat, alii aestimatione rei ipsius pretium ab herede percipiant.

Sinendi modo haec legati verba sunt: Ille heres meus rem illam illum permitte praesumere et sibi habere. Non propriam rem testator et heredes sui et alienam per sinendi legatum non[c] relinquere potest. Non quidem haec heres tradat, sed vindicanti legatario non prohibeat.

Praeceptionis vero legatum non nisi uni[d] ex heredibus dari potest, ut aliquid ei ex hereditate praecipuum relinquatur. Si autem coniunctim, id est multis, aut disiunctim[e] singulis relinquatur, omnibus una res tantum, quae nominata est, debetur: non uni res et alii aestimatio, sicut in legato damnationis est constitutum.

a) Ita 63, 64. In 62 scriptum est *illi habere de meo.* aa) Codd. *alienas.* b) Add. *quod.* c) 64 om. *non.* Ante 62 *sidendi.* d) 62 *unum.* e) Codd. *coniunctum — disiunctis.*

## EPIT. SELD.

### TIT. IV. DE LEGATIS.

Legatorum genera sunt quatuor: vindicationis, damnationis, sinendi modo et praeceptionis.

Vindicationis legatum est, si testator sic locutus fuerit: illum servum tibi do aut lego: illam rem tibi praesume, habe, vindica. Hanc post mortem testatoris statim legatarius, non exspectato herede, praesumit, nullam inde calumniam passurus. Si aliena res fuerit, quae legata est, legatarius potest eam repetere. Si per vindicationem una res multis legata sit, pares singuli accipiant portiones.

Per damnationem legatum datur hoc modo: tu heres meus illi hoc da: aut illud illi ab herede meo dari iubeo. In quo genere legati etiam aliena dimitti possunt. Et necesse est heredi aut redimere alienam rem et legatario tradere, aut si is, cuius res est, vendere noluerit, quantum res illa valet, legatario in pretio dare. Sed si testator suam rem credens, quae aliena est, per hoc genus legati reliquerit, inutile est legatum. Si vero sciens rem alienam esse reliquerit, necesse est heredi, ut aut redimat aut legatario compenset.

Inter damnationis ergo et vindicationis legatum hoc interest, quod per vindicationem res aliena legari non potest, per damnationem potest. Res etiam, quae in rerum natura non sunt, per damnationis legatum dimitti possunt, ut si testator dicat: fructus, qui ex illo agro fuerint nati aut quod ex illa ancilla natum fuerit. Non ita per vindicationem, quia legatarius non potest ea continuo testatore mortuo vindicare.

Haec autem similitudo est inter haec duo legata, quod, si una res pluribus dimissa fuerit, per utrumque legatum simul ab omnibus praesumatur.

Sed haec distantia erit, ut si singulis quaecunque res per damnationem relicta fuerit, singulis integra debeatur.

Sinendi modo haec legati verba sunt: Ille heres meus rem illam illum permitte praesumere et sibi habere. Nam testator propriam rem et heredis sui et alienam per hoc legatum potest relinquere. In quo heres non iubetur legatario rem tradere, sed non permittitur vindicare prohibere.

Praeceptionis vero legatum non nisi uni ex heredibus datur, cui aliquid ex hereditate praecipuum relinquatur; et si aut coniunctim multis aut disiunctim singulis relinquatur, omnibus una res tantum, quae nominata est, debetur: non uni res et alii aestimatio, sicut in legato damnationis.

## LEX ROM. VISIGOTH.

### TITULUS VI. (XIII. s. XIV.) DE LEGE FALCIDIA.

[a]) Lege Falcidia constitutum est, ut[b]), quicunque heres fuerit institutus, quartam partem totius hereditatis habeat. Quod si testator hereditatem suam legatis exinanierit, hoc statutum est, ut Falcidiam sibi de[c]) imminutione legatorum heres retineat, constante nihilominus testamento.

### TITULUS VII. (XIV. s. XV.) DE FIDEICOMMISSIS.

[a]) Potest aliquis recto iure heredem instituere et rogare eum, ut hereditatem suam aut omnem aut ex parte alii per fideicommissum reddat. Nam si heredem directo iure non instituerit, fideicommissarius non potest ad alium acceptam hereditatem[b]) transmittere. Sed in hac quoque re hoc observandum est, quod de Falcidia supra iam dictum est[c]), ut heres institutus, etiamsi omnem hereditatem alii restituere iussus sit, ita hereditatem alii[d]) restituat, ut quartam sibi ex ipsa hereditate retineat[e]).

§. 1.[f]) Et singulae quaecunque res per fideicommissum dimitti possunt, hoc est, aut fundus aut domus aut mancipium aut argentum.

§. 2. Ab ipso fideicommissario alteri[g]) fideicommissum dimitti potest.

§. 3.[h]) Et a legatario, licet legatum dimitti non possit, fideicommissum potest.

§. 4. Et non solum propriae res a testatore per fideicommissum dimitti possunt, sed etiam ipsius heredis aut legatarii aut cuiuslibet extranei.

§. 5. Ne[i]) legatarius, cui per testamentum parum dimissum est, plus alii per fideicommissum, quam id, quod consequitur, reddere iubeatur.

§. 6.[k]) Quum autem aliena res per fideicommissum relinquitur[l]), necesse est heredi vel legatario rem illam, quae per fideicommissum[m]) est relicta, aut redimere et fideicommissario dare, aut pretium eius rei, quantum aestimata fuerit, fideicommissario numerare, sicut in damnationis legato fieri diximus.

§. 7.[n]) Libertates etiam servis per fideicommissum dari possunt, ut heres vel legatarius ea mancipia manumittant, quae testator ab iis ut manumitterent speravit. Nec interest, utrum hoc testator de suis servis an de ipsius heredis vel de legatarii aut de alienis fieri iubeat. Quod si de alienis fecerit[o]), similiter cogitur heres emere ipsum servum et manumittere. Quod si illum dominus suus nolit vendere, perit[p]) per fideicommissum data libertas: quia in hac re heres aestimationem in pretio dare non cogitur. Sed quum per fideicommissum libertas datur, is, qui manumissus fuerit, non testatoris, sed heredis libertus est.

§. 8.[q]) Praeterea inter fideicommissa et legata sunt quaedam distantiae. Fideicommissum[r]) ad eum, cui aliquid dimissum est, herede mortuo poterit pervenire, si talis[s]) fuerit conditio testamenti; nam legatum ita relinqui non potest. Item legatum per codicillum relictum non valet, nisi codicilli testamento fuerint confirmati[t]): fideicommissum vero, etiamsi codicilli testamento non fuerint confirmati, nihilominus debetur. Item per legatarium legatum alteri relinqui non potest, sed fideicommissum potest. Item per legatum servo alieno directa libertas dari non potest, per fideicommissum potest[u]). Item per codicillos nemo heres institui potest, quamvis testamento confirmati sint: sed is, qui testamento heres fuerit institutus, potest per codicillum rogari, ut[v]) hereditatem, quae ei data est, alii eam totam vel pro parte restituat: quod validum est, etiamsi codicilli testamento non fuerint confirmati. Item, quamvis non possimus post mortem eius, quem heredem instituimus, alium ei substituere, tamen[x]) per fideicommissum rogare eum possumus, ut quum moriatur, alii eam hereditatem vel totam vel pro parte restituat. Et quia, sicut superius dictum est, etiam post mortem heredis fideicommissum ei, cui relictum est, dari potest: idem efficere possumus[y]), quod hoc ordine fit, ut testator scribat: *Illum heredem instituo, et volo, ut quum mortuus fuerit, ad illum hereditas mea per-*

a) Gai. II, 227, 224. b) Permulti codd. om. *ut*. c) Multi codd. om. *de*.

a) Gai. II, 248, 254. b) 15 om. *alii — hereditatem*. c) 14 om. *quod de — est*. d) 22 om. *restituere — alii*. e) 24 om. *ut — retineat*. f) Gai. II, 260. g) Multi codd. *dimittere possunt — argentum et in ipso fideicommissario*, et om. ut Bou. *alteri*. h) Gai. II, 261. i) Codd. *nec* s. *et ne*, ut Bou., pauci *ne*. k) Gai. II, 262. l) 25 om. *reddere — relinquitur*. Multi codd. om. *autem*. m) 5, 9, Bou. om. *Quum — fideicommissum*, alii *relicta aut*. n) Gai. II, 263 — 266. o) 13 om. *quodsi — fecerit*. p) *perit* deest in multis codd. q) Gai. II, 269 — 273, 277, 278, 280, 282. r) 36 om. *et legata — fideicommissum*. s) 30 om. *herede — talis*. Multi codd. Bou. *mortuo pervenire debet*. t) 4, 12 — 17[a], 24, 36 om. *fideicommissum — confirmati*. u) 1, 2, 5, 6, 9, 15, 35, Bou. om. *per legatarium — potest;* alii om. sola vv. *per legatum* aut *item per legatum*, aut *per legatum — directa*. v) 15 om. *institutus — ut*. x) 4, 5, 8, 9, 12 — 15, 17[a], 22, alii, Bou. om. *quamvis — tamen*. y) Haec recte rest. Bo. ex cod. Ver., sunt enim in codd. 13 — 15.

## EPIT. AEG.

### TIT. XIII. DE LEGE FALCIDIA.

Quicunque heres fuerit institutus, quartam partem totius hereditatis habeat. Quod si testator hereditatem suam legatis exinanierit, hoc statutum est, ut Falcidiam sibi de imminutione[a]) legatorum heres retineat, constante nihilominus testamento.

### TIT. XIV. DE FIDEICOMMISSIS.

Qualiter fideicommissum reddi debeat vel a quo dimitti[a]) aut qualiter aut quibus modis possit impleri et quamlibet[b]) per fideicommissum dispenset testator facultatem suam, quartam tamen legitimo debet heredi[c]).

a) Aeg. *immunitione*.

a) Nonn. codd. *ad quos dimittitur*. b) Nonn. codd. *quemlibet*. c) Nonn. codd. *quarta — debetur h*. Reliquae §phi des. et in breve contractus est tit.

## EPIT. GUELPH.

### DE LEGE FALCIDIA.

Ut quartam tucius[a]) hereditatis. testatoris. heres abeat institutus.

### XIIII.[a]) DE FIDEICOMISSIS. pl· IIII. ʓ · I.[b])

Quod perfecta causa. sicut per legatum damnacionis.[c])

Et alieni res. demitti possunt.[d])

Et qui sint distancie inter fideicomissa. uel legata. legatum per codicillum non valit sicut. per testamentum non firmentu non firmentur nihil valent. per legatarium legatus. institue. non potest. fideicomissarium. potest. servo alieno. dari libertas. non potest. per fidei. comissum potest. per codicillum heres institue. non potest. per testamentario heredi. potest.

a) i. e. *totius*.

a) Post hunc num. est spatium trium versuum. b) Paul. IV, 1. c) Om. §. 1—3. d) Om. §. 5—7.

## EPIT. MONACHI.

### XIII. DE LEGE FALCIDIA.

Quicunque heres fuerit institutus, quartam partem totius hereditatis habeat. Quod si testator hereditatem legatis exinanierit, Falcidiam sibi de imminutione legatorum heres retineat, constante nihilominus testamento.

### XIIII. DE FIDEICOMMISSIS.

Potest aliquis recto iure heredem instituere et rogare eum, ut hereditatem suam aut omnem aut ex parte alii per fideicommissum[a]) reddat. Nam si heredem directo iure non instituerit, fideicommissarius non potest ad alium acceptam hereditatem transmittere. Sed heres institutus, etiamsi omnem hereditatem alii restituat, quartam sibi retineat.

Et quaecunque res per fideicommissum dimitti potest.[b])

Et a legatario, licet legatum dimitti non possit, fideicommissum potest.

Et non solum propriae res a testatore per fideicommissum dimitti possunt, sed etiam ipsius hereditas aut legatarii aut cuiuslibet extranei.

Nec legatarius, cui per testamentum parum dimissum est, plus alii per fideicommissum, quam id, quod conquiritur, reddere iubeatur.

Quum autem aliena[c]) res per fideicommissum relinquitur, necesse est heredi vel legatario rem illam aut redimere et fideicommissario dare aut pretium eiusdem aestimationis.

Libertates etiam servis per fideicommissum dari[d]) possunt, ut heres vel legatarius ea mancipia manumittant, quae testator ab eis ut manumitterent speravit. Nec interest, utrum hoc testator de suis servis an de[e]) ipsius heredis vel legatarii aut de alienis fieri iubeat. Quod si de alienis fecerit, similiter cogitur heres ipsum emere et manumittere. Si vero dominus servum vendere noluerit, perit libertas. Qui per fideicommissum manumissus fuerit, non testatoris, sed heredis libertus est.

Inter fideicommissa et legata. Fideicommissum ad eum, cui[f]) aliquid dimissum est, herede mortuo, pervenire, si tamen talis fuerit conditio testamenti, nam legatum ita relinqui non potest. Item legatum per codicillum relictum non valeat, nisi codicilli testamento fuerint confirmati: fideicommissum[g]) vero, etiamsi codicilli testamento non fuerint confirmati, nihilominus debetur. Item per legatarium legatum alteri relinqui non potest, sed fideicommissum potest. Item servo alieno directa libertas dari non potest, per fideicommissum potest. Item per codicillum nemo heres institui potest, quamvis testamento confirmati sint, sed is[h]), qui testamento heres fuerit institutus, potest per codicillum rogari, ut hereditatem, quae ei data est, alii ei totam vel pro parte restituat, quod validum est, etiam si codicilli testamento non confirmentur[i]). Item per fideicommissum rogare eum possumus, ut, quum moriatur, alii eam hereditatem vel totam vel pro parte restituat. Post mortem heredis fideicommissum ei, cui relictum est, ita dari potest, ut scribat, illum heredem institutum[k]) volo, ut quum mortuus fuero, ad illum hereditas mea pertineat. Fideicommissa, si tardius, quam scriptum est, soluta fuerint, usurae et fructus debentur: legationum[l]) vero usurae non debentur, sed ex mora solutionis, si per damnationem relicta fuerint, duplicantur.

a) 62 *fideicommissos.* b) §. 2 deest. c) Codd. *alienas.* Infra *existimationis.* d) Codd. *dare.* e) Codd. *ante* et 62 *ipsum.* f) Codd. *qui.* g) 64 om. *fideicommissum — confirmati.* Supra 63 *non valet,* infra 62 *nihil homin'.* h) 62 *de his* pro *sed is,* quod 64. i) Ita 63; rell. *confirment.* k) 63 *instituto.* l) i. e. *legatorum.*

## EPIT. SELD.

### TIT. V. DE LEGE FALCIDIA.

Lege Falcidia constitutum est, ut quicunque heres fuerit institutus, quartam partem totius hereditatis habeat. Quod si testator hereditatem suam legatis exinanierit, hoc statutum est, ut Falcidiam sibi de imminutione legatorum heres retineat, constante nihilominus testamento.

### TIT. VI. DE FIDEICOMMISSIS.

Potest aliquis directo iure heredem instituere et rogare eum, ut hereditatem suam aut omnem aut ex parte alii per fideicommissum reddat. Nam si testator heredem directo iure non instituerit, fideicommissis non potest ad alium acceptam hereditatem transmittere. Sed hic observandum est, ut heres, etiamsi scriptum sit, ut totam hereditatem restituat alii, quartam tamen partem sibi retineat.

Singulae res, hoc est aut fundus aut domus aut mancipium aut argentum a fideicommissario alteri per fideicommissum dimitti possunt.*)

Et non solum propriae res a testatore per fideicommissum dimitti possunt, sed etiam ipsius heredis aut legatarii aut cuiuslibet extranei.

Nec legatarius, cui per testamentum parum dimissum est, plus alii per fideicommissum dare cogetur.

Quum autem alienas testator res per fideicommissum relinquit, non erit heredi vel ipsam rem redimere vel aestimationem pretii fideicommissario dare.

Libertates etiam servis per fideicommissum dari possunt, ut heres eos manumittat, quos testator iusserit, vel suos vel heredis vel alienos. Si alienos, redimat heres a domino, si poterit. Si non poterit, non cogetur dare pretium. Quum autem per fideicommissum libertas datur, manumissus non testatoris, sed heredis libertus est.

Inter legata et fideicommissa hae sunt distantiae. Fideicommissum ad eum, cui aliquid dimissum est, herede mortuo poterit pervenire, si talis fuerit conditio testamenti. Legatum non potest. Item fideicommissum, etiamsi codicilli testamento non fuerint confirmati, valet. Legatum per codicillos relictum non valet, nisi codicilli per testamentum fuerint confirmati. Item per legatarium legatum alteri relinqui non potest, sed fideicommissum potest. Item per legatum servo alieno directa libertas dari non potest, per fideicommissum potest. Item per codicillos nemo heres institui potest, quamvis testamento confirmati sint. Sed is, qui testamento fuerit institutus, potest per codicillum rogari, ut hereditatem, quae ei data est, alii totam vel pro parte restituat, quod validum est, etiamsi codicilli testamento non fuerint confirmati. Item per fideicommissum rogare heredem possumus, ut, quum mortuus fuerit, totam hereditatem vel pro parte alii relinquat, quia, sicut supra dictum est, etiam post mortem heredis fideicommissum valet. Praeterea fideicommissorum et legatorum alia conditio est, ut, si fideicommissa tardius, quam iussum est, soluta fuerint, usurae et fructus debentur, legatorum vero usurae non debentur, sed ex mora solutionis duplicantur.

*) Om. §. 3.

## EPIT. S. GALL.

### XI. DE LEGE FALSICIA[a]).

*Intp̃.* Nullus homo nec testamentũ nec alia carta de sua facultate facere ñ[b]) potẽ. ubi falsicia hoc ẽ quartã partẽ ñ[c]) reservaverit.

### XII. DE FIDEICOMMISSIS.

*Intp̃.* Si quis homo ꝑ qualecũq: causa fideiussorem[a]) acciperit si se ad ipsũ fideiussorẽ[b]) vult fide qd̃ fecit solvat et qd̃si illũ fideiussorem[c]) dimittere vult ad suũ debitorẽ se tenere potẽ[d]) ut suũ debitũ ei reddat.[e])

a) 65 hic et infra *Falcidia.* b) 65 om. *non.* c) 65 *quarta parte.* 66 *reservaverint.*
a) 65 *pro fidemiussorem,* om. *qualec. causa.* 67 *fideiussore* et om. *acciperit — fideiussorem.* b) 65 *acceperit — fidemiussorum.* c) 67 *fideiussore.* 65 *fidemiuss.* d) 65 *debet.* e) Rell. h. t. des. et titt. sqq. XVI. et XVII.

LEX ROM. VISIGOTH.

*tineat.* Praeterea et in hoc alia fideicommissorum et legatorum conditio est, quia[z]) fideicommissa, si tardius, quam scriptum sit, soluta fuerint, usurae et fructus debentur: legatorum vero usurae non debentur, sed ex mora solutionis, si per damnationem relicta fuerint, duplicantur.

## TITULUS VIII. (XV. s. XVI.) DE INTESTATORUM HEREDITATIBUS.

[a]) Intestatorum hereditates primum ad suos heredes pertinent. Sui autem heredes appellantur filius filia, nepos vel neptis, pronepos proneptis ex nepote: quia omnes per virilem sexum descendentes sui vocantur. Naturales sunt hae personae, ac adoptivae. Adoptivorum*) comparatione legitimi naturales appellantur. Sed ita nepos vel neptis ex filio avo sui heredes sunt[b]), si pater eorum de potestate patris aut morte aut emancipatione discesserit: nam si eo tempore, quo aliquis moritur, filium in potestate habeat, et ex eo nepotes, illi vivo patre suo et in potestate avi constituto, sui heredes avo esse non possunt.

§. 1.[c]) Similiter posthumi, qui, si vivo patre[d]) nati fuissent, in potestate eius futuri erant, sui heredes sunt.

§. 2.[e]) Si quando aliquis moriatur, et reliquerit filium aut filiam et ex alio filio mortuo nepotes neptesve, filii vel nepotes ex filio defuncto patre vel avo hac ratione succedunt, ut filius ac[f]) filia suas partes accipiant et nepotes ex filio portionem, quam pater eorum erat habiturus, accipiant: quia regulariter constitutum est, ut inter suos proximior longiore gradu positum non excludat: et non in capita, sed in stirpem dividatur hereditas. Item si quis moriens filium non relinquat, sed ex duobus masculis filiis dimittat nepotes, hoc est, ex uno filio unum vel duos nepotes, ex altero tres aut quatuor, similiter, sicut superius dictum est, in stirpem, non in capita hereditas dividitur, hoc modo, ut illi duo nepotes ex uno filio medietatem percipiant, et illi quatuor ex alio filio aliam medietatem, hoc est, ut tales accipiant portiones, quales patres eorum, si vixissent, habituri erant.

§. 3.[g]) Si defuerint sui heredes, tunc hereditas defuncti pertinet ad agnatos. Agnati enim sunt per virilem sexum defuncto propinquitate coniuncti, id est, consanguinei fratres, hoc est, de uno patre nati. Nec disputari potest, si de diversis matribus nascantur, qui uno patre geniti sunt. Item patruus, id est, frater patris, fratris sui filio agnatus est. Ipso modo sunt fratres patrueles, hoc est, qui de singulis germanis nati sunt. Hoc ordine agnoscitur, qui sint agnati, sicut supra diximus, per virilem sexum propinquitate coniuncti.

§. 4.[h]) Non tamen omnibus simul agnatis lex hereditatem propinqui intestati dat; sed his, qui defuncto mortis suae tempore proximiores inveniuntur.

§. 5.[i]) In feminis vero alia conditio est: quia inter feminas sola tantum soror consanguinea habetur agnata, ut germano suo defuncto ab intestato ei agnationis iure succedat. Reliquae feminae, hoc est, amita, id est, patris soror, vel fratris filia, nec in capiendis hereditatibus propinquorum legitimae sunt, nec masculis propinquis agnationis iure succedunt. Ipsarum vero hereditates ad masculos propinquos agnationis conditione perveniunt.

§. 6.[k]) Regulariter constitutum est, ut inter agnatos proximior posteriorem excludat, et inter eos non in stirpem, sed in capita ab intestato dividatur hereditas. Nam inter suos, sicut superius diximus, alia ratio est, ut proximior posteriorem non excludat, et semper hereditas in stirpem, non in capita dividatur. Nam si quis moriens dimittat germanum, et ex altero germano filios, germanus frater, quia gradu proximior est, solus succedit, fratris filii non succedunt. Item si moriatur quis, et de duobus germanis fratribus dimittat filios duntaxat masculos, et ex uno fratre dimiserit duos, ex alio quatuor similiter masculos; omnes quidem fratrum filii patruo suo ab intestato succedunt: sed non in stirpem, sed in capita, ita ut illi duo ex uno patre duas accipiant portiones, et illi quatuor ex alio accipiant quatuor portiones[l]). Nam si sorores habuerint, in patrui hereditatem non veniunt, sicut nec sororis filii in avunculi hereditate succedunt.

§. 7.[m]) Nam et regulare est[n]), ut cognati tunc intestatorum propinquorum hereditates capiant, quando aut sui aut[o]) agnati defuerint.

z) 5, 9, Bou. om. *fideicommissorum — quia.*

a) Gai. III, 1, 2. *) Plerique codd. *ac* s. *hac ad. ad.* et om. *enim,* quod in edd. h. l. interpon. b) 12, 13 om. *hae personae — heredes sunt.* c) Gai. III, 4. d) 14 om. *suo — patre.* e) Gai. III, 7, 8. f) Plerique codd. *vel.* g) Gai. III, 9, 10. h) Gai. III, 11. i) Gai. III, 14. k) Gai. III, 15, 16, 14. l) 1, 2, 4—6, 9, 12—15, 17[a], alii om. *et illi — portiones.* m) Gai. III, 29 sqq. n) Ita fere omnes codd. et om. *statutum* post *regulare,* quod in rec. edd. add. Nonn. codd. *Nam et hoc reg.* etc. o) Multi codd. *et sui et agnati.*

EPIT. AEG.

## TIT. XV. DE INTESTATORUM HEREDITATIBUS.

Intestatorum hereditates primum ad suos heredes pertinent. Sui autem heredes appellantur filius filia, nepos neptis, pronepos proneptis ex nepote, quia omnes per virilem sexum descendentes sui vocantur. Naturales sunt hae personae ac adoptivae. Adoptivorum enim comparatione[a]) legitimi naturales appellantur. Sed ita nepos vel[b]) neptis ex filio avo sui heredes sunt, si pater eorum de potestate patris aut morte aut emancipatione discesserit. Nam si eo tempore, quo aliquis moritur, filium in potestate habeat et ex eo nepotes, illi vivo patre suo et in potestate avi constituto[c]) sui heredes avo esse non possunt.

Similiter posthumi, qui, si vivo patre nati fuissent, in potestate eius futuri erant, sui heredes sunt.

Si quando aliquis moriatur[d]) et reliquerit filium aut filiam et ex alio filio mortuo nepotes neptesve, filii vel nepotes ex filio defuncto patre vel avo hac ratione succedunt, ut filius vel filia suas portiones accipiant et nepotes ex filio portionem, quam pater eorum erat habiturus, accipiant, quia regulariter constitutum est, ut inter suos proximior longiore gradu positum[e]) non excludat et non in capita, sed in stirpem dividatur hereditas. Item si quis moriens filium non relinquat, sed ex duobus masculis filiis dimittat nepotes, hoc est ex uno filio unum vel duos nepotes, ex altero tres aut quatuor, similiter, sicut superius dictum est, in stirpem, non in capita hereditas dividatur, hoc modo, ut illi duo nepotes ex uno filio medietatem percipiant et illi quatuor ex alio filio aliam medietatem, hoc est, ut tales accipiant portiones, quales patres eorum, si vixissent, habituri erant.

Si defuerint sui heredes, tunc hereditas defuncti pertinet ad agnatos. Agnati enim sunt per virilem sexum defuncto[f]) propinquitate coniuncti, id est consanguinei fratres, hoc est, de uno patre nati. Nec disputari potest, si de diversis matribus nascuntur, qui uno patre geniti sunt. Item patruus, id est frater patris, fratris sui filio agnatus est. Ipso modo sunt fratres patrueles, hoc est, qui de singulis germanis nati sunt. Hoc ordine agnoscetur, qui sunt agnati, sicut supra diximus, per virilem sexum propinquitate coniuncti.

Non tamen omnibus simul agnatis lex hereditatem propinqui intestati dat; sed his, qui defuncto mortis suae tempore proximiores inveniuntur.

In feminis vero alia conditio est, quia inter feminas sola tantum soror consanguinea habetur agnata et germano suo defuncto ab intestato ei agnati iure succedat. Reliquae feminae, hoc est, amita, id est patris soror vel fratris filia, nec in capiendis hereditatibus propinquorum legitimae sunt, nec masculis propinquis agnationis iure succedunt. Ipsarum vero hereditates ad masculos propinquos agnationis iure perveniunt.

Regulariter constitutum est, ut inter agnatos proximior posteriorem excludat, et inter eos non in stirpem, sed in capita ab intestato dividatur hereditas. Nam inter suos, sicut superius diximus, alia ratio est, proximior posteriorem non excludat et semper hereditas in stirpem, non in capita dividatur. Nam si quis moriens dimittat germanum et ex altero germano filios, germanus[g]) frater, quia gradu proximior est, solus succedit, fratris filii non succedant[h]). Item si moriatur quis et de duobus germanis fratribus dimittat filios duntaxat masculos, ex uno fratre dimiserit duos, ex alio quatuor similiter masculos, omnes quidem fratrum filii patruo ab intestato succedunt: sed non in stirpem, sed in capita, ita ut illi duo ex uno patre duas accipiant portiones et illi[i]) quatuor ex alio quatuor accipiant portiones. Nam sorores si habuerint, in patrui hereditatem non veniunt, sicut nec sororis filii in avunculi hereditate succedunt.

Nam et hoc regulariter constitutum est[k]), ut cognati tunc intestatorum propinquorum hereditates capiant, quando aut sui aut agnati defuerint.

a) Nonn. codd. *corporatione.* b) Aeg. *et.* c) Aeg. *constituti.* Nonn. codd. *constitutos.* d) Nonn. codd. *moritur.* e) Nonn. codd. *posito.* f) Aeg. *defuncta.* g) Multi codd. *germanos.* h) Nonn. codd. *succedunt.* i) 51 om. *et illi — sorores.* k) Aeg. *Nam et regulare est const.* Nonn. codd *N. et h. regularem est c.*

EPIT. GUELPH.

### XV. DE INTESTORUM HEREDITATIBUS.

tl· V· ꝛ · I· pl· IIII· ꝛ · VIII.[a])

Qui sint sui. herides uel qui. agnati. dicantur. id est uim.[b]) heredes. apellantur. filius. filia. nepus. neptis. qui per uirilem sexum discendunt. naturales adoptivorum. filii. nuncupantur.[c])

A latere germanus. germana. germani. filii. qui agnati dicuntur patrui. patruorum filii. qui defuncto propinqui. esse noscuntur. et ab' intestato. succedere possunt.[d])

a) C. Th. V, 1. Paul. IV, 8. b) pro *sui.* c) Om. §. 1, 2. d) Om. §. 4—7.

EPIT. MONACHI.

### XV. DE INTESTATORUM HEREDITATIBUS.

Intestatorum hereditates primum ad suos pertinent, hoc est filius filia, nepos vel neptis, pronepos proneptis[a]) ex nepote, quia omnes per virilem sexum descendentes sui vocantur. Naturales sunt hae personae ac adoptivae. Adoptivorum enim comparatione legitimi naturales appellantur. Sed ita nepos vel nepotes ex filio avi sui[b]) heredes sunt, si pater eorum de potestate patris aut morte aut per emancipationem discesserit. Nam si, quum moritur, filium in potestate habeat et ex eo nepotes, illi[c]) vivo patre suo et in potestate avi constituto sui heredes avo esse non possunt.

[d])Posthumi, qui, si vivo patre nati fuissent, in potestate eius futuri erant, sui heredes sunt.

Si quis moriens relinquit filium aut filiam et ex alio filio mortuo nepotes neptesve[e]), filii vel nepotes ex filio defuncto patre vel avo hac ratione succedunt, ut filius vel filia suas partes accipiant[f]) et nepotes ex filio portionem, quam pater eorum erat habiturus, accipiant: quia regulariter constitutum est, ut inter suos proximior longiore gradu positos non excludat. Et non in capita, sed in stirpem dividatur hereditas.

Si defuerint sui heredes, tunc hereditas pertinet ad agnatos. Agnati sunt per virilem sexum defuncti propinqui, de uno patre nati[g]), de una aut de diversis matribus: filius patrui, fratres patrueles, hoc est qui de singulis germanis nati sunt: hoc sunt agnati per virilem propinquitatem.

Et ex istis[h]), qui proximiores sunt, fiunt heredes intestati.

In feminis vero sola tantum soror consanguinea habetur agnata, ut germano intestato agnatis[i]) iure succedat. Reliquae feminae, hoc est amita, id est patris soror vel fratris filia, nec in capiendis hereditatibus masculis propinquis iure succedunt. Ipsarum vero hereditates ad masculos propinquos perveniunt[k]).

Constitutum est[l]), inter agnatos proximior posteriorem non excludit[m]), et semper hereditas in stirpem, non[n]) capita dividatur. Nam si quis dimittat germanum superstitem et ex alio germano filios, germanus solus succedit, quia proximior est. Si quis de duobus germanis dimittat filios masculos, ex uno duos, ex alio quatuor, ita omnes patruo suo succedant et patres eorum successores fiant in stirpem et non per capita, sed[o]) quisquis filii portionem patris sui. Similiter[p]) si quis moriens filium non reliquerit, sed ex filiis masculis nepotibus, sive ex uno unum, sive plures ex plurimis, quod patribus debebatur, perveniet ad filios. Nam unde superius de germanis fratribus inseruimus. Si sorores habuerint, in patrui hereditatem non veniunt, sicut nec sororis filii in avunculi hereditate succedunt.

Nam et hoc regulare est, ut cognati tunc intestatorum propinquorum hereditates capiant, quando aut sui aut agnati defuerint.

a) 62 *filias — vel nepotes pron. pronepotes.* 63 *filios f. nepote neptis pronepote pronepotis.* 64 *pronepotis.* b) 64 *avo suo.* c) 62 add. *qui.* d) 64 add. *De Posthumis.* e) Ita edidi. 62 *nepotes nepotis sui* (*nepotisvi*). 63, 64 *nepotes neptis vel.* f) 63 *capiant.* Supra codd. *ac* (pro *hac*) *ratione.* g) 64 add. *et.* h) 62 *histis.* i) Leg. *agnationis.* k) 62 *succedant — pervenient,* sed 63, 64 *succedunt — perveniunt.* l) 63, 64 add. *ut;* tunc leg. *excludat.* m) 64 *excludet, nam inter suus proximior posteriorem non excludet et.* Etiam 63 *excludet.* n) 63 add. *in.* o) 62 add. *si.* p) Haec sententia ex §. 2 hausta est.

EPIT. SELD.

### TIT. VII. DE INTESTATORUM HEREDITATIBUS.

Intestatorum hereditates primum ad suos heredes pertinent. Sui autem heredes dicuntur filius filia, nepos aut neptis, pronepos proneptis ex nepote; quia omnes per virilem sexum descendentes sui vocantur. Naturales sunt hae personae ac adoptivae; adoptivorum enim comparatione legitimi naturales appellantur. Sed ita nepos vel neptis ex filio sui heredes erunt avo, si pater eorum de potestate patris aut morte aut emancipatione discesserit, nam si eo tempore, quo aliquis moritur, filium et ex eo nepotes in potestate habeat, illi vivo patre et in potestate avi constituto sui heredes avo esse non possunt.

Similiter posthumi sui heredes sunt, qui, si vivo patre nati fuissent, in eius potestate fuissent.

Si quando quis moriens reliquerit filium aut filiam et ex alio filio nepotes neptesve, filii vel nepotes ex filio defuncto patre vel avo hac ratione succedunt, ut filius vel filia suas portiones et nepotes ex filio portionem, quam pater eorum erat habiturus, accipiant, quia regulariter constitutum est, ut inter suos proximior longiore gradu positos non excludat, sed in stirpem dividatur hereditas. Si quis moriens filium non relinquat, sed ex duobus filiis dimittat nepotes, ex uno unum aut duos, ex altero tres aut quatuor, similiter, sicut superius dictum est, in stirpem, non in capita dividatur hereditas, hoc modo, ut illi duo nepotes ex uno filio medietatem percipiant et illi quatuor ex alio filio aliam medietatem, tales scilicet portiones, quales pater eorum haberet, si viveret.

Si vero defuerint sui heredes, tunc hereditas defuncti pertinet ad agnatos. Agnati enim sunt per virilem sexum defuncto propinquitate coniuncti, id est consanguinei fratres, hoc est uno patre quacunque matre nati. Item patruus fratris sui filio agnatus est, hoc est patrui filius.

Non tamen omnibus agnatis hereditatem defuncti propinqui lex donat, sed his, qui proximiores inveniuntur.

In feminis vero alia conditio est, quia inter feminas sola tantum soror consanguinea habetur agnata, ut fratri suo intestato defuncto succedat. Reliquae feminae, hoc est amita vel fratris filia, nullo iure propinquis succedunt. Ipsarum vero hereditates ad masculos propinquos agnationis conditione perveniunt.

Regulariter constitutum est, ut inter agnatos proximior posteriorem excludat et semper hereditas in stirpem, non in capita dividatur. Nam si quis moriens dimittat germanum et ex altero germano filios, germanus frater, quia gradu proximior est, solus succedit, fratris filii non succedunt. Item moriens aliquis si ex duobus germanis fratribus dimittat filios, omnes quidem fratrum filii patruo succedunt, nisi in stirpes, sed in capita, ita, ut illi duo ex uno patre duas accipiant portiones et illi quatuor ex alio quatuor. Sorores si habuerint, in patrui hereditatem non veniunt, sicut nec sorores filii in avunculi hereditate succedunt.

Cognati autem tunc intestatorum propinquorum hereditates capiunt, quando aut sui aut agnati defuerint.

## TITULUS IX. (XVI. s. XVII.) DE OBLIGATIONIBUS.

[a]) Obligatio in duas species dividitur: nam omnes obligationes aut ex contractu nascuntur aut ex culpa. Quae ex contractu nascuntur, quatuor genera sunt, quae singula hoc ordine distinguuntur: aut enim re[b]) contrahitur obligatio, aut verbis, aut literis, aut consensu.

§. 1.[c]) Re contrahitur, quoties aliqua cuicunque mutuo dantur, quae in his rebus contingunt, quae pondere, numero, mensura continentur: hoc est, si pecunia numeretur, vel frumentum detur, vinum aut oleum, aut aes, aut ferrum, argentum vel aurum. Quae omnia numerando aut pensando aut metiendo ad hoc damus, ut eorum fiant, qui ea accipiunt, et ad nos statuto tempore non ipsae res, sed aliae eius naturae, quales datae sunt, atque ipsius ponderis, numeri vel mensurae reddantur[d]). Propter quod mutuum appellatum est, quasi a me tibi ita datum sit, ut ex meo tuum fieret.

§. 2.[e]) Verbis contrahitur obligatio ex interrogatione dantis et responsione accipientis, ita, ut si ille, qui dat, interroget, *hoc mihi dabis?* qui accipit, respondeat, *dabo:* aut in obligatione debitoris, si aliquis fideiussor accedat, ille, qui cum persona fideiussoris contrahit, interroget ipsum: *fide tua esse iubes?* et ille respondeat: *fide mea esse iubeo*, hac conditione non solum ille, qui debitor est, sed et is, qui fideiussor exsistit, obligantur. Et non solum fideiussor ipse, dum vivit, sed et heredes ipsius, si ille defecerit, tenentur obnoxii. Creditor autem, qui pecuniam dedit, in potestate habet ad reddendam pecuniam, quem velit tenere[f]), utrum ipsum debitorem an fideiussorem. Sed si debitorem tenere elegerit, fideiussorem absolvet: si vero fideiussorem tenuerit, debitorem absolvet[g]): quia uno electo, quem idoneum creditor iudicavit, alterum liberat.

§. 3. Sunt et aliae obligationes, quae nulla praecedente interrogatione contrahi possunt, id est, ut si mulier sive sponso uxor futura sive iam marito[h]) dotem dicat. Quod tam de mobilibus rebus, quam de fundis fieri potest. Et non solum in hac obligatione ipsa mulier obligatur, sed et pater eius, et debitor ipsius mulieris, si pecuniam, quam illi debebat, sponso creditricis ipse debitor in dotem dixerit. Hae tantum tres personae nulla interrogatione praecedente possunt dictione dotis legitime obligari. Aliae vero personae, si pro muliere dotem viro promiserint, communi iure obligari debent, id est, ut et interrogata respondeant, et stipulata promittant.

§. 4. Item et alio casu, uno loquente et sine interrogatione alii promittente, contrahitur obligatio, id est, si libertus patrono aut donum aut munus aut operas se daturum esse iuravit[i]). In qua re supradicti liberti non tam verborum solennitate, quam iurisiurandi religione tenentur. Sed nulla altera persona hoc ordine obligari potest.

§. 5.[k]) Praeterea inutilis est promissio, etiamsi stipulatione interveniente facta sit, si aliquis[l]) id se daturum promiserit, quod sui iuris non est: hoc est, si aut ingenuum[m]) hominem quasi servum se daturum promittat: aut si mortuum aliquis, quem vivum credebat, promiserit: aut locum sacrum aut sanctum aut religiosum daturum[n]) se quicunque promiserit.

§. 6.[o]) Praeterea inutilis est promissio, si aliquis rem sub tali conditione promittat, quae impleri pro rei difficultate non possit.

§. 7.[p]) Praeterea inutilis est interrogatio et promissio, si ita aliquis interroget debitorem, *post mortem meam*, vel, *tuam illud dari spondes?* Quod propterea inutile visum est, quia a persona heredis obligatio incipere non potest. Et ideo nec heredi creditoris sub hac sponsione obligatur debitor, nec[q]) debitoris heres creditori tenetur obnoxius[r]).

§. 8. Item inutilis est obligatio, si dicat creditor, *pridie, quam moriar, dare spondes?* vel interroget debitorem[s]), *pridie, quam moriaris?* similiter et haec stipulatio inutilis iudicatur, quia non potest sciri, quando sit pridie, quam aliquis moriatur, nisi postquam mortuus fuerit.

§. 9.[t]) Item si pure interroget creditor, et debitor sub conditione promittat.

§. 10. Vel si creditor decem solidos debitorem interroget, et debitor quinque promittat, hoc ordine[u]) integrum debitum vacillare cognoscitur.

§. 11.[v]) Si aliquis nobis pecuniam debeat, possumus debitorem nostrum[x]) compellere, ut pecuniam, quam nobis redditurus erat, alteri se caveat redditurum. Neque potest ei, cui pro nostro debito cavit, de cauto et non numerato, sicut fieri solet, aliquid disputationis afferre, quum id, quod a nobis accepit, alteri caverit redditurum.

§. 12.[y]) Literis obligatio fit, aut a re in personam, aut a persona in personam. A re in personam, velut si id, quod ex emtione aut conductione aut societate debes, alii reddas. A persona in personam[z]), velut si id, quod mihi alter debet, alteri personae delegem, ut reddere debeat.

§. 13.[a]) Consensu fiunt[b]) obligationes, ex emtionibus et venditionibus, locationibus conductionibus, societatibus et mandatis: quia in huiusmodi rebus consensus magis quam scriptura aliqua aut solennitas quaeritur. In quibus rebus etiam inter absentes obligatio contrahi potest, quod in aliis rebus fieri non potest.

§. 14.[c]) Emtio igitur et venditio contrahitur, quum de pretio inter emtorem et venditorem fuerit definitum; etiamsi pretium non fuerit numeratum, nec pars pretii aut arra data fuerit.

§. 15.[d]) Locatio et conductio simili ratione consistunt, ut consensu, etiam verbo, definitio inter consentientes firma permaneat.

§. 16.[e]) Societatem inire possumus aut omnium bonorum aut unius alicuius negotiationis. Et potest ita iniri societas, si tamen hoc inter socios convenit[f]), ut unus pecuniam det, alter operam suam pro pecunia ponat.

a) Gai. III, 88, 89. b) In cod. 27 sqq. des. usque ad §. 12 h. t. c) Gai. III, 90. d) Fere omnes codd., etiam 1, 2, *ponderibus numeratae vel mensuratae reddantur.* Bou. Sich. *ponderis numeratae vel mensuratae;* supra multi codd. *et nobis.* e) Gai. III, 92, 116, 115, 120, 121. f) Vid. Paul. V, 10, 2 not. *h.* g) *si — absolvet* deest in nonn. codd. et in ed. Sich. h) *sive iam marito* om. multi codd. i) 1, 2, 4, 5, 9, 14, 15, 17[a], 30 — 32, 38 — 40, 36, alii, Bou. Sich. *iuraverit* (s. *iuravit* aut *iuraverat*). *Exponendum* (nonn. codd. et Bou. add. *est*) *hic, quid sit donum aut munus vel operae* (s. *opera*) *supradicti.* Similiter 6 *iuraverit — operae hh sed si debitorem tenere elegerit fideiussorem absolvet si vero fideiussorem supradicti.* k) Gai. III, 97. l) Plerique codd. *si id aliquid.* m) i. e. *liberum.* n) Permulti codd. om. *daturum.* o) Gai. III, 98. p) Gai. III, 100. q) Nonn. codd. om. *sub — nec.* r) Nonn. codd. *creditoris heres debitoris tenetur obn.* s) 5, 9, 15, Bou. om. *pridie — debitorem.* t) Gai. III, 102. u) i. e. *modo.* v) Gai. III, 110, 111. x) Haec interpretis sunt. y) Gai. III, 128 — 130. z) 1, 2, 5, 6, 9, 15 om. *a re — in personam* aut *a re — in personam vel.* 14 om. *ex emtione — si id.* a) Gai. III, 135, 136. b) Nonn. codd. om. *alteri p. delegem — fiunt.* c) Gai. III, 139. d) Gai. III, 142. e) Gai. III, 148 — 150. f) Plerique codd. om. *convenit.*

### TIT. XVI. DE OBLIGATIONIBUS.*)

Ut non solum fideiussor, dum vivit, est obligatus, sed et heredes ipsius, si ille defecerit, teneantur obnoxii. Creditor autem in potestate habeat reddendi pecuniam quem velit[a]) tenere, utrum debitorem an fideiussorem: sed si debitorem tenere elegerit, fideiussorem absolvat, si vero[b]) fideiussorem tenuerit, debitorem absolvat.

Si aliquis, quod implere non potest, promiserit, et inutilis promissio fuerit, neque ipse neque heredes sui teneantur obnoxii. Si actor[c]) contra mandatum egerit, non praeiudicat mandatori.

Consensu fiunt obligationes ex emtionibus et venditionibus, locationibus et conductionibus, societatibus et mandatis, in quibus rebus consensus magis quam scriptura quaeritur.

*) §. 1, 3 — 5, 7 — 12, 14 — 19 om. a) Nonn. codd. *vellet.* b) 48, 54 om. *si vero — absolvat.* Nonn. codd. *absolvet.* c) Haec ex §. 20 huc transtulit auctor libri.

EPIT. GUELPH.

### XVI. DE OBLIGACIONIBUS.

tl· II· ʔ· XII· ɫ· III· pl· V· ʔ· VI·[a])

Soluitur obligacio. hoc modo. si aliquis. rem non sibi dibitam. promittat. aut mortuo. quid sperabati esse uiuum. aut si unum sine interrogacionem[b]) loquentē. et alio promittente.

Aut si promittat quod implere non potest.[c])

Aut si. creditur. sub condicionem. promittat.[d])

Vel si alterius. in pecunia. et altera de nun numerata. pecunia caveatur.[e])

a) C. Th. II, 12, 3? Paul. V, 8. Om. pr., §. 1—3. b) Cf. §. 4. c) Om. §. 7, 8. d) Om. §. 10. e) Om. §. 12—16.

EPIT. MONACHI.

### XVI. DE OBLIGATIONIBUS.

Obligatio in duas species dividitur, id est aut ex contractu aut ex culpa. Ex contractu quatuor genera sunt: aut e re[a]) contrahitur obligatio, aut verbis, aut literis, aut ex consensu.

E re contrahitur, quoties his rebus mutuo dantur, quae pondere et numero mensurae continentur: hoc est si pecunia numeretur[b]), frumentum, vinum, oleum ac ferrum et his similia[c]), quae pro hoc damus, ut nobis non ipsa, sed alia eiusdem naturae reddantur. Et dictum mutuo, quod ex meo tuum fiat.

Verbis contrahitur, ut si quis interroget: hoc mihi dabis, et dicis: dabo. Aut si fideiussor dicat, fide mea esse iubeo, et non solum debitor et fideiussor, sed et heredes fideiussoris, si ille defecerit. [d]) Creditor in potestatem habet, utrum debitorem an[e]) fideiussorem velit tenere et quem elegerit, teneat, alterum absolvat.

Sunt obligationes[f]) absque interrogatione, id est si sponsa sponso aut mulier marito dotem dicat, sive de mobilibus vel de immobilibus. Et in hac obligatione tam ipsa mulier quam etiam pater ipsius et debitores eiusdem mulieris obligantur, si tamen debitores in dotem dixerint. Aliae vero personae praeter his tribus superius nominatis si pro muliere marito promiserint dotem, interrogata respondeant et stipulata promittant.

Item uno loquente contrahitur obligatio, id est si libertus patrono aut domino aliquid iurando promiserit. Sed nullus alius hoc ordine obligari potest.

Praeterea[g]) inutilis promissio, etiam stipulata hoc, quod sui iuris non est aut impossibile[h]) est, inutilis promissio est, nec tenebitur promissor obnoxius.[i])

Si creditor decem solidos debitorem interroget et debitor quinque promittat, hoc ordine integrum debitum vacillare cognoscitur.

Possumus debitorem nostrum compellere, ut pecuniam, quam nobis debet, alteri se caveat redditurum. Nec potest ei, cui pro nostro debito cavit, de cauto et non numerato aliquid disputare, quum id, quod a nobis accepit[k]), alteri caverit redditurum.

Literis obligatio fit aut a re[l]) in personam aut a persona in personam, velut si id, quod ex emtione[m]) aut societate debes, alii reddas, a persona, velut si id, quod mihi alter debet, alteri personae delegem, ut reddat.

Consensu fiunt obligationes ex emtionibus, locationibus conductionibus, societatibus et mandatis. In his rebus consensus magis quam scripturae solennitas quaeritur; in quibus etiam inter absentes obligatio contrahi potest, quod in aliis rebus fieri non potest.

Exemtio[n]) et venditio contrahitur, quum de pretio inter emtorem et venditorem fuerit definitum, etiamsi pretium non fuerit numeratum, nec arra data.

Locatio et conductio similiter, ut etiam per verbum definita firma permaneant.

[o]) Societas, si ita inter socios convenerit, ut unus pecuniam det, alter operam suam pro pecunia ponat. Ista si verbis inita fuerint,

a) 62, 64 *ere,* hic et infra. 63 *haere.* b) 63 *hoc est nummos* et 64 *hoc est nummus* pro *si pecunia numeretur.* c) V. *similia* add. in 63, deest in rell. d) 64 add. *De Fideiussoribus.* e) 62, 64 *aut.* Infra 63 *absolvit.* f) 62 *oblationes.* g) 62, 64 *Propterea.* h) Vid. §. 6. i) Om. §§. 6—9. k) 62 *accipit.* 63, 64 *cavit.* l) Ita emend.; 62 *fit dare,* 63, 64 *fit aut dare.* m) Vv. *emtione—fiunt obligationes* desunt in 64. n) Leg. *Emto* s. *Ex emto et vendito.* o) 64 add. *De Sociis.*

EPIT. SELD.

### VIII. DE OBLIGATIONIBUS.

Obligatio aut ex contractu aut ex culpa nascitur. Ex contractu quatuor genera sunt; aut enim e re aut verbis aut literis aut consensu contrahitur. E re, quoties aliqua cuique mutuo dantur, quae res pondere, numero, mensura continentur, ut pecunia, frumentum, oleum, vinum, argentum, aurum, ferrum. Quae numerando, metiendo, pensando damus, ut statuto tempore eiusdem numeri et mensurae et ponderis nobis eiusdem generis res reddantur. Quae ideo mutua dicuntur, quia ex meis tua fiunt.

Obligatio fit verbis, quum accipiens interrogat: Hoc mihi das? Dans respondet: Dabo, aut cum fideiussor dator interroget istum: Fide tua esse iubes? Et ille respondet: Fide mea esse iubeo. In hac conditione et debitor et fideiussor et utrorumque etiam heredes obnoxii sunt. In creditoris autem potestate est, quem velit tenere, debitorem an fideiussorem. Si unum tenuerit, alterum absolvit.

Sunt et aliae obligationes, quae nulla praecedente interrogatione contrahi possunt, ut uxor si marito dotem dicat. Quod tamen de mobilibus rebus, quam de fundis fieri potest. Et non solum mulier hic obligatur, sed et pater eius et debitor ipsius mulieris, si pecuniam, quam illa debet, sponso ipso in dotem dixerit. Hae tres personae nulla interrogatione praecedente possunt dictione dotis obligari. Alii vero, si pro muliere dotem marito promittant.

Obligatio etiam contrahitur, si libertus patrono aut donum aut munus aut operas se daturum esse iuravit, in qua re libertus non tam verbo, quam religione iurisiurandi tenetur.

Praeterea inutilis promissio est, etiam stipulatione interveniente facta, si aliquis non suum se daturum promiserit vel ingenuum quasi servum, vel mortuum, quem vivum putabat, aut locum sacrum aut religiosum vel si aliquis rem promittat sub conditione, quae impleri non possit. Aut si ita dicat aliquis: Post mortem meam et tuam illud dari spondes? Quod propterea inutile visum est, quia a persona heredis obligatio incipere non potest.

Item inutilis est stipulatio, si dicat creditor: Pridie quam morior, dare spondeo[a]), vel si debitor dicat: Pridie quam moriaris, reddes? Haec stipulatio ideo inutilis dicitur, quia nescitur, quando sit pridie, quam aliquis moriatur, nisi post eius mortem.[b])

Item si creditor debitor decem solidos interroget et debitor quinque promittat, hoc ordine integrum debitum vacillat.

Si aliquis pecuniam nobis debet, possumus eum compellere, ut alii eam se caveat redditurum, nec aliquid inde ei potest disputationis oriri, si, quod nobis debebat, alteri se caverit redditurum.

Literis obligatio fit a re in personam, velut si id, quod ex emtione aut conductione aut societate debes, alii reddas; a persona in personam, velut si id, quod mihi alter debet, alteri deleget, ut reddat.

Consensu fiunt obligationes ex emtionibus et venditionibus, locationibus conductionibus, societatibus et mandatis, quia in huiusmodi rebus consensus magis quam aliqua scriptura quaeritur. In quibus rebus obligatio contrahi potest etiam inter absentes.

Emtio et venditio contrahitur, quum de pretio fuerit definitum, etiamsi non fuerit numeratum, nec arra data.

Locatio et conductio similiter in verbo solo definita firma permaneat.

Societatem inire possumus aut omnium rerum aut unius alicuius negotiationis. Et potest ita iniri societas, ut unus pecuniam det et alter operam. Huius rei definitio etiam verbo ita valet, ut

a) Ita codex. b) Om. §. 9.

LEX ROM. VISIGOTH.

Et huius rei definitio etiam verbo inita valet; ita ut quicquid societatis tempore quolibet modo fuerit acquisitum, sociis commune sit.

§. 17.[g]) Permanet autem inita societas, donec in ipso consensu socii perseverant: quia, sicut consensu contrahitur, etiam dissensu dissolvitur[h]). Dissolvitur ergo societas aut morte unius socii, aut contraria voluntate, aut capitis diminutione, id est, si unus ex sociis, sicut frequenter supra diximus, capite fuerit diminutus.

§. 18.[i]) Similiter et mandari verbo potest. Et quum verbis mandatum fuerit, obligatio contrahitur. Possumus enim aut nostra negotia aut aliena cuicunque agenda mandare: dummodo honestum aliquid agi mandemus. Nam si contra bonos mores aliquid mandare voluerimus, hoc est, si cuiquam mandemus, ut alicui furtum faciat, aut homicidium aut adulterium admittat, in his rebus mandati obligatio non contrahitur.

§. 19.[k]) Solvitur mandatum aut morte, cui mandatum est, aut contraria illius voluntate, qui mandavit.

§. 20.[l]) Sed is, cui mandatur, mandati formam egredi non potest: aut si egressus fuerit, et mandatori teneatur obnoxius, et quod extra mandatum egit, non praeiudicet mandatori.

## TITULUS X. (XVII. s. XVIII.) QUIBUS MODIS OBLIGATIO TOLLITUR.

[a]) Tollitur obligatio solutione debiti. Praeterea aliquoties tollitur obligatio, etiam si aliud, quam cautum fuerat a debitore, creditori reddatur. Nam si quicunque pro pecunia, quam creditori cavit, acquiescente creditore, aurum aut argentum aut mancipia vel alias quaslibet species, habita aestimatione, consentiente creditore, dederit, obligatio[b]) evidenter tollitur.[c])

§. 1.[d]) Quia[e]) de obligationibus, quae ex contractu nascuntur, diximus, superest, ut de iis obligationibus[f]), quae ex delicto nascuntur, simpliciter disputemus. Ex delicto nascuntur[g]) obligationes, si aliquis furtum fecerit, vel bona aliena rapuerit, vel damnum alteri dederit, aut iniuriam fecerit[h]). Quarum omnium rerum uno genere ex delicto nascitur obligatio.

§. 2.[i]) Furtorum autem genera sunt quatuor: manifesti, nec manifesti, concepti, et oblati. Manifestum furtum dicitur, si quando fur, quum cuiuscunque rem tollit, in ipso furto deprehenditur. Nec manifestum furtum appellatur, quod, quamlibet, dum fieret, inventum non est, tamen furtum factum fuisse probatur. Conceptum furtum dicitur, quum apud aliquem alterum res furata invenitur. Oblatum furtum dicitur, quum res furtiva alicui ita a fure datur, ut apud ipsum furem inveniri non possit.

§. 3.[k]) Praeterea qui rem alienam, invito aut nesciente domino, contingit[l]) vel tollit aut de loco movere praesumit, furtum facit.

§. 4. Et si quis rem utendam acceperit, aut commendatam[m]) apud se habuerit, et ea aliter usus fuerit, quam accepit, furti actione tenetur.

§. 5. Praeterea si quis iumentum alterius ad hoc accepit, ut eum quinque milibus duceret, si id decem milibus, aut longius, quam ab illo, qui dedit, fuerit constitutum, abegerit, furti reus erit.

§. 6.[n]) Et multa praeterea horum quoque similia sunt secundum legem. Nam furti tenetur etiam, qui ipse furtum non fecerit, sed ut fieret, opem aut consilium aut studium commodarit: velut, si quis pecuniam, quam in manu aliquis tenebat, excusserit, ut alii eam rapere possent[o]).

## EXPLICIT GAII LIBER FELICITER[p]).

g) Gai. III, 151—153. h) 12 om. *perseverant — dissolvitur,* alii solum v. *dissolvitur.* i) Gai. III, 155, 157. k) Gai. III, 160, 169. l) Gai. III, 161.

a) Gai. III, 168. b) 14 om. *obligatio e. tollitur.* c) Rubr. et tit. h. l. ponendum esse, certum est, etsi desit in omnibus codd. Bo. excogitavit rubr. *Tit. XI. De Obligationibus, quae ex delicto nascuntur.* d) Gai. III, 182. e) Plerique codd. *Quod.* f) 12, 13 om. *dederit — obligationibus* et 14 *contractu — quae.* g) In 14 om. *disputemus — nascuntur,* in codd. 15, 32, 33 *simpliciter — nascuntur* et in cod. 27 *Quia — nascuntur.* h) 23 om. *vel bona — fecerit.* i) Gai. III, 183—187. k) Gai. III, 195, 196. l) i. e. *contrectat.* Cf. Paul. II, 32, 1, interpr. not. c. m) i. e. *depositam.* n) Gai. III, 202. o) 1, 2 *Et multa praeterea quorumcumque similia sunt secundum lege furti tenetur sed ut* (2 a sec. m. *si ut*) *fieret opem aut consilium aut studium commodaret* (2 a sec. m. *commodari*) *velut si quis pecuniam quam in manu aliquis tenebat excusserit ut alii eam rapere possint.* 7 *Et multa praeterea quarumcumque similia sunt quem secundum legem furtum tenetur si ut fierit opem aut consilium aut studium commonerit* (in marg. *commodaverit*) *vel si quis pecuniam quam in manu aliquis tenebat excluserit* (in marg. *excusserit*) *ut alii eam rapere possint.* 34 *Et multa preterea quorum arum similia sunt secundum et ille* (manu recent. *lege*) *furti tenetur sed ut fieret et opem aut consilium aut studium commodariet velut si quis pecuniam quam in manu aliquis tenebat excusserit ut alii eam rapere possent similis conditi[o] servetur.* Bou. *Et multa praeterea quoruncunque similia sunt secundum legem furti tenentur. Sed et si quis, ut ferret opem aut consilium aut studium commodaverit, velut si quis pecuniam quā in manu aliquis tenebat, excusserit ut alii eam rapere possint, in idem iudicium incidit.* Sich. *Et multa praeterea quoruncunque similia sunt, secundum quae et ille furti tenetur, si ut fieret opem aut consilium, aut studiū commodaverit. Vel si quis pecuniam, quam in manu aliquis tenebat, excusserit, ut alii eam rapere possent.* Rell. codd. consentiunt aut cum codd. 1, 2, 7, 34, aut cum Bou. s. Sich., nisi quod hic et ille *quorum horum* s. *quarum harum* sive *horum quorum* habet aut *sed et ille* aut levibus differat literarum mendis, quae orthographiam spectant. p) Ita permulti codd., etsi nonn. om. *Liber.* Sunt etiam, qui breviter sic: *Expl Gaius.*

EPIT. AEG.

*)

## TIT. XVII. QUIBUS MODIS OBLIGATIO TOLLATUR.

Tollitur obligatio, quum debitum de quibuscunque rebus impletur.[a])

Furtorum genera sunt quatuor, manifesti, nec manifesti, concepti et oblati.

Qui rem alienam invito aut nesciente domino contingit vel tollere aut de loco movere praesumit, furtum facit.

Et si quis[b]) rem utendam acceperit aut commendatam apud se habuerit et ea[c]) aliter usus fuerit, quam acceperit[d]), furti actione tenetur.

Similiter et de iumento, si longius, quam constitutum fuerit, duxerit, furti reus tenetur.

Et si aliquis pecuniam, quam in manu habes[e]), excusserit, ut alii rapere possint, furti reus tenetur et multa horum similia.

*) Vid. §. 6 h. t. in fine not. *c.*

a) Om. §. 1. b) Nonn. codd. om. *quis.* c) Aeg. *eam.* d) Nonn. codd. *accepit.* 49 om. *Similiter — tenetur.* e) Aeg. *quae in manu habetur.*

## EPIT. GUELPH.

Aut si sint socii. duo. unů mortuo. societas. solvitur.

De mandatis. si alicui. quod inico[f]) est fieri mandemus. mandati. obligacio solui potest.[g])

Lis. cui mandatur. mandati. formam. gredi non potest. quod si exceserit quod extra mandatum egit mandatori non praeiudicat.

### XVII. QUIBUS MODIS. OBLIGACIO TOLLATUR. pl· II· ⁊· IIII.[a])

Et quod furturum. genera sunt quatuor. uel qui delecta. ad furtum perteneant id est manifesti. nec manifesti concepti. et oblati.

Qui alienam rem. nescientem. domino contegit uel de loco mouit. furti. accionem. tenetur.

Item. ꝗ rem utandam. accepit. et eam alicui. utendam dedit furti. accionem. tenetur.

Furtum fecit. qui vehicolum quinque milibus. ducendum petiit. et si. decim. superduxerit furti accionem. tenetur.

Si pecunia que manů tenentur. alĩ excusserit. furti accio tenetur. pl· II· ⁊· XXXII.[b])

EXPĿC GAĪ[c]).

f) i. e. pro *iniquum*. g) Deest §. 19.

a) Paul. II, 4. Deest pr. et §. 1. b) Paul. II, 32. c) In cod. seq. Cod. Gregor.

## EPIT. MONACHI.

valent, ita ut quicquid societatis tempore fuerit acquisitum, sociis commune sit, quamdiu socii perseverant.

Ex mandato obligatio contrahitur, dum aut nostra negotia aut aliena mandamus, dummodo honestum aliquid mandamus.

Solvitur autem mandatum morte aut unius aut ambobus.

Sed is, cui mandatur, mandati forma egredi non potest, aut si egressus fuerit, et mandatori tenetur obnoxius, et quod extra mandatum egit, non praeiudicat mandatori.

### XVII. QUIBUS MODIS OBLIGATIO TOLLITUR.

Tollitur obligatio soluti debiti vel si aliud, quam cautum fuerat a debitore, creditori reddatur. Nam si pro pecunia, quam creditori cavit, acquiescente creditore aurum aut argentum vel quicquid aestimationem dederit, tollitur obligatio ex contractu.

Ex delicto obligationis vel[a]) si quis furtum faciat vel quicquid mali aut damni inferat, ex delicto fiat obligatio.

[b]) Furtorum genera sunt quatuor, manifesti, nec manifesti, concepti et oblati. Manifestum dicitur, quando in ipso furto deprehenditur. Nec manifestum, qui dum fieret, inventum non est. Conceptum furtum dicitur, quum apud alterum res furata invenitur. Oblatum furtum dicitur, quum res furata alicui datur, ut apud furem non inveniatur.

[c])Qui rem alienam invito aut nesciente domino contingit vel tollere ac[d]) de loco movere praesumit, furtum facit.

Si quis rem alienam apud se habeat ad usum vel commendatam et ea alter usus fuerit, furti actione tenetur.

[e])Si quis iumentum sibi praestitum longius, quam ille, qui praestitit, constituit, duxerit, furti reus est.

Similiter et multa alia his similia. Et ille furto teneatur, qui, ut fiat[f]), opem aut consilium aut studium commodaverit, velut si quis pecuniam, quam in manu aliquis tenebat, excusserit, ut alii eam rapere possint.

EXPLICIT CAI. I.

a) 63 *ut*. b) 64 add. *De Furtis*. c) 64 add. *Qui rem aliena contingit*. d) 62, 64 *hac*, i. e. pro *ac*. 63 *aut*. e) 64 add. *De Furtis*. f) 64 *teneatur sed ut fierit*.

## EPIT. SELD.

quicquid societatis tempore quolibet modo fuerit acquisitum, sociis commune sit.

Permanet autem consensu societas et dissensu dissolvitur, id est aut morte socii aut contraria voluntate aut capitis deminutione.

Possumus autem nostra negotia aut aliena cuicunque agenda monstrare, dummodo honestum aliquid agi voluerimus; ut vel furtum faciat vel adulterium vel homicidium, in his rebus obligatio non contrahitur.

Solvitur autem mandatum aut morte utrius aut voluntate contraria.

Sed is, cui mandatur, mandati formam egredi non potest, aut si egressus fuerit, mandati retinetur obnoxius.

### TIT. IX. QUIBUS MODIS OBLIGATIO TOLLITUR.

Obligatio tollitur soluto pretio et si aliud, quam cautum fuerat a debitore, creditori reddatur, ut si aestimatione habita et creditore acquiescente debitor reddat pro pecunia aliam speciem.

Obligatio etiam nascitur ex delicto, vel furto, vel rapina, vel damno vel iniuria in alterum.

Furtorum genera sunt quatuor, manifestum, nec manifestum, conceptum et oblatum. Manifestum est, quando quis in ipso furto deprehenditur. Non manifestum, quando, quamlibet non fuerit inventum furtum, tamen scitur, quis furatus fuerit. Conceptum, quum apud aliquem alterum res furtiva inveniatur. Oblatum, quum res furata ita alteri a fure datur, ut apud ipsum furem inveniri non possit.

Praeterea qui alienam rem de loco commovere invito domino praesumit, furtum facit.

Similiter furti actione tenetur, si quis rem utendam acceperit aut commodatam et ea aliter usus fuerit, quam accepit.

Praeterea qui iumentum alicuius verbi gratia ad quinque milliaria accepit, si illud ultra duxerit, furti actione tenetur.

Et multa praeterea, quae harum rerum similia sunt, ut etiam studium vel consilium commodare, velut si quis pecuniam, quam in manu alter tenebat, ideo excusserit, ut alii eam rapere possent.

EXPLICIT LIB. GAII.

## EPIT. S. GALL.

### XIII. DE QUIB; MODIS OBLIGATIO TOLLATUR.[a])

*Intp̃. de furto.* furtuorũ genera š. IIII. id ẽ. manifesta[b]) et ne manifesti vel concepti et oblati. Manifestus furtus ẽ; si quicũq: homo furtum fecerit et sup ipsũ furtũ conp̃ensus fuerit. ne manifestus furtus ẽ; si aliqui furtũ fecerit[c]) et cũ sup ipsũ furtum ñ conp̃hendit' sed taṁ ipsũ furtũ factũ habet. Concepti furtus ẽ qui rẽ qđ omo involat et aput aliũ hominem[d]) invenit' et non aput illũ qui ipsũ furtũ fecit.[e]) oblati actio furtus[f]) ẽ ut si aliqui homo alterius rem sine[g]) coṁiatum dñi sui tetigerit.

Oblati actio furti[h]) ẽ ut si aliqui alterius caballũ sup convenienciam ipsius longius minaverit quã inĩ eos convenerit; [i])oblati actio furtus ẽ. Si quicũque homo alicui consilium dederit ut quicũq:[k]) furtũ faciat. oblati actio furti[l]) est; si quicůq: homo rem suã in manu sua tenet eã ei alĩ homo ipsam rẽ de manu excusserit[m]) ut ea pdere debeat istas tales causas oṁ homo eas p furtum[n]) tenere potẽ.

EXPLĪ LIB̃ GAGII[o]) FELICIT̃.

a) Om. pr. et §. 1. b) 67 *manifesti*. c) 67 *facit*. 65 *aliquis*. d) 67 om. *hominem*. e) 67 *facit*. f) 67 *furti*. g) 67 om. *commiatum — alterius*. h) 65 *furtus* et paulo post *aliquis*. i) 67 *convenit*. 65 add. *oblati actio furtus est, si quicumque furtum faciat*. k) 67 *aut qualecũque*. l) 65, 67 *furtus*, sed 67 om. *actio*. m) 65 *manum suam tenit eam, alt. hom. si ipsam — manum suam excoserit*. n) 65 *omnis — pro furtu*. 67 *omnis — pro furtu*. 65 habet supra *furtorum genera*. o) 67 *Ga. II* (pro *Gaii*).

# INCIPIT

# PAULI SENTENTIARUM

## LIBER PRIMUS[a]).

## TITULUS I.[b]) DE PACTIS ET CONVENTIS.

(1.) SENTENTIA.[c]) De his rebus pacisci possumus, de quibus transigere licet: ex his enim pacti obligatio solummodo nascitur.

INTERPRETATIONE *non eget.*

1. (2.) SENTENTIA. Omne pactum posteriore pacto dissolvitur*), licet pariat exceptionem.

INTERPRETATIO. *Si de una re inter ipsas personas duae pactiones fiant, posterior valebit.*[d])

(3.) SENTENTIA. Pacto[e]) convento Aquiliana stipulatio subiici solet: sed consultius est, huic poenam quoque subiungere: quia, rescisso quoquo modo pacto, poena ex stipulatu repeti potest.

INTERPRETATIONE *non eget.*[f])

2. (4.)[g]) SENTENTIA. Neque contra leges, neque contra bonos mores pacisci possumus.

INTERPRETATIO.[h]) *Si inter aliquos conveniat aut de admittendo crimine, vel inferenda violentia, vel faciendo, quod lex aut honestas prohibet, aut de rebus alienis, aut si de bonis viventis aliquid paciscantur, haec pacta valere non possunt.*[i])

(5.)[k]) SENTENTIA. De rebus litigiosis et convenire et transigere possumus.

INTERPRETATIONE *non eget.*

a) Valde diversas formulas librarii codicum Sententiis Pauli praeposuerunt. Codd. 1, 2, 6, 12, 26, 27, 33, 42 ita habent: *Incipit Pauli Sententiarum Lib. I.* s. *Primus.* Similiter 38, 40 *Incipit Liber I* (39 add. *Iulii*) *Pauli Sententiarum,* sed add. *Corpore huius opere* (s. *operi*) *convenit adnecti, quae in Theodosiano pro dirimendis litibus inveniuntur inserta.* Bou. *Incipit Primus Liber Iulii Pauli Sententiarum.* 15 *Incipit Liber Pauli Sententiarum. Ex Pauli Sententiarum Corpore huic corpori convenit adnecti que in Theodosiano pro redimendis litibus non inveniuntur inserta.* Similiter 23, 29. 4, 30, alii *Incipit Liber Pauli Ex—pro* (ut 15) *reddendis l. n. i. inserta. Pauli Sententiarum Lib. I.* 21 *Incp̄t Pauli Feliciter Ex Pauli Sententiarum Corpore Huic Operi—inserta. Pauli Sententiarum Lib. Primus.* Similiter 8, 22, 23, 24, 29, 31, 34, 35, quorum vero nonnulli om. *Incp̄t* aut *Incp̄t Pauli* aut *Pauli—Primus,* alii habent *reddendis.* 5 om. omnem inscriptionem et subsequitur ultima Gaii vv. tit. de Pactis. 10 *Pauli Sentent. ad Filium Liber Primus Cum Interpretationibus additis.* 7, 13, 14, 43 *Incipit Pauli Sententiarum Liber Primus Ex Pauli Sententiarum Corpore huic corpori* (14 *operi* et 13 *a vico peki,* err.) *convenit—inserta.* 19 *Incip̄ cap̄. Lib. I. Pauli Institutionum* (sequitur index titt.). *Ex Pauli Sententiarum Corpore Huic Operi convenit* etc. 25 *Incipit Pauli Tituli Sententiarum Lib. I.* 28 *Incipiunt Pauli Sententiae. Ex Corpore Sententiarum Pauli huic* etc. 32 *Incipit Pauli Lib. Sententiarum Lib. II.* (sic). 45 *Incipiunt Tituli Ex Pauli Sententiis Corpore Liber Prim̄. De Pactis et Conventis.* 36 *Incipiunt Tituli Ex Pauli Sententiarum Corpore Liber Primus.* Sequuntur tituli libri I. *Expliciunt Tituli Ex Pauli Sententiarum. Incipiunt Pauli Sententiae. Ex Corpore Sententiarum Pauli Huic Corpori—redemendis l. n. inv. ins. Incipit Liber Primus Pauli Sententiarum.* 16, 17ª, Sichardus: *Iulii Pauli Sententiarum Receptarum Ad Filium Liber Primus* (subsequitur index titulorum). *Corpori Huius Operis c. a. q. in Th. pro dirimendis l. n. i. inserta.* Cuiacii editiones: *Iulii Pauli Sententiarum Receptarum ad Filium Liber Primus* itemque in sqq. libris. Duo igitur, sed eiusdem generis codices habent vv. illa: *Receptarum Ad Filium,* sed dicendum est, codices 25, 27, 42, alios in fine primi libri habere: *Exp̄l. Lib. I. Iulii Pauli Sententiarum Receptarum Ad Filium Lib. II.* aut *Iulii Pauli Sententiarum Receptarum Expl̄ Lib. I.,* ut 1, 2, 5, 9, 12, 23, 29, 31, 33 et Bouchardus, verum in sqq. librorum subscriptionibus sibi non constare; nam alii (etiam 16 et 17, in quibus infra scriptum est: *Ex Corpore Pauli Sententiarum* et *Item Alia Ex Corpore Ipso*— vid. fol. 53 et 54 cod. 17—) om. *Filium* aut utrumque v. *Filium* et *Receptarum,* alii non omnibus libris subiiciunt formulam, sed modo huic modo illi libro, ut taceam verborum ordinem, qui in nonnullis codd. mutatus est. Plerique codd. add. in fine librorum *Exp̄l. Lib̄.* s. *Exp̄l. Lib̄ Pauli* et sequitur numerus libri. Cf. Schroeter, Observ. iur. civ. Jen. 1826. 8. p. 61—67. Schrader, Kritische Zeitschrift f. Rechtswissenschaft. Tübingen 1827. T. III. p. 320. Witte, Allgemeine Encyclopädie der Wissensch. u. Kunst. III. Sect. XIV. Art. Paulus p. 228 sqq. Arndts, Iulii Pauli Receptarum Sententiarum ad Filium Libri Quinque. Bonnae 1833. 8. p. XII—XIV. Equidem vero deletis vv. *Receptarum* et *Ad Filium* eum titulum restitui, quem cum reliquis veteris iuris libris, quibus Pauli Sententiae conservatae sunt, Pandectis, Collatione Leg. Mosaic. et Roman., Appendicibus Breviarii cumque vetustissimis eius libris mss. convenire vidi. Auctor quidem Consultationis in c. VI. v. *Receptarum* usus est, neque vero ut repeteret verbum ipsius Pauli, sed ut significaret, a se receptam esse aliquam Pauli sententiam in librum suum. Rudorff, Ueber die Entstehung der Consultatio (Zeitschrift f. geschichtliche Rechtswissenschaft. Berlin 1846. T. XIII. p. 62). b) Sententiae h. tit. des. in codd. 21, 23, 26, 27. In recent. edd. antecedunt septem tituli ex l. 22 D. ad Munic. (L, 1), l. 7 D. de Decur. (L, 2), l. 16 D. de Muner. (L, 4), l. 10 et 12 D. de Vacat. et excus. mun. (L, 5), l. 5 D. de Off. assess. (I, 22), l. 10 D. de Legation. (L, 7), l. 5 D. de Admin. rer. ad civ. pert. (L, 8), l. 46 D. de Damno inf. (XXXIX, 1). c) Hanc sent. habent 12, 13, 16, 17ª. Apposui ad singulos locos v. *Sententia,* codices imitatus, qui habent *Sent̃* aut *Sentent̄.* Pauci codd. om. h. v. et cohaeret in iis, ut ap. Bouchardum, Pauli locus plerumque cum sq. sententiae interpretatione. Sichardus ad primam cuiusque tituli §. om. v. *Sent.,* distinguit autem §phos, quae primam subsequuntur, v. *Alia,* contra vetustissimorum et plurimorum codd. auctoritatem. Numeros, etsi desunt in codicibus, apposui, ut singuli loci nominari possint. *) Ben. Lev. Add. III, 14. Sent. om. 21, 25. Est in Cons. c. IV. mutt. vv. d) Cf. Schult. et Arndts ad h. l. In nonn. codd. textus et interpr. conflatae sunt. e) Hanc sent. habent 12, 13. Cf. ad eam Pardessus l. c. p. 645 sqq. f) Codd. aut *Interpretatione Non Eget* s. *Indiget* aut *Ista Interpretatione Non Indiget* s. *Eget,* si quam sentent. Visigothi non sunt interpretati. Retinui, quod brevissimum est et vetustiss. codd. confirmatur, veluti 1, 2. Dicendum est, codices nonnunquam sibi non constare; habent enim etiam *Ista Interpretatione Non Indiget,* quum in iisdem paullo ante sit *Interpretatione Non Eget.* g) Cons. cap. VII. h) Bou. *Imperatio* et coniungitur cum §. 6. In codd. 24, 25 cohaerent textus et interpr. In cod. 27 interpr. manca est, in cod. 19 deest. Coll. Can. An. saec. XI. Ivo XVI, 194. i) Post hanc interpr. in rec. edd. add. sent. ex Cons. k) 12, 13, 16, 17ª habent hanc sententiam, sed add. in cod. 17ª: *haec pacta valere non possunt.*

INCIPIUNT TITULI SENTENTIARUM PAULI IURECONSULTI[a]).

TIT. I. DE PACTIS ET CONVENTIS.[b])

Omne pactum posteriori pacto dissolvitur.

Neque contra leges, neque contra bonos mores, quod lex aut honestas prohibet, pacisci possumus.

a) Nonn. codd. *Incipiunt Tituli Sententiarum Libri Primi. Ex Pauli Sententiarum Corpore Quos Huic Operi Convenit Adnecti Qui In Theodosiano Pro Redimendis Litibus Non Inveniuntur Inserti.* 51 *Incipiunt T. S. Ex Pauli Sententiarum Corpori Huic Operi Convenit Adnecti, Quae in Theodosiani Corpore Pro—Inserta.* b) §. 1, 3, 5, 6 om.

<table>
<tr><th>EPIT. GUELPH.</th><th>EPIT. MONACHI.</th><th>EPIT. SELD.</th><th>EPIT. S. GALL.</th></tr>
<tr>
<td>INCP̆T PAULI LIB̆ ·I·</td>
<td>INCIPIT PAULI SENTENTIARUM LIBER I.<br>I. De Pactis Et Conventis. II. De Procuratoribus Et Cognitoribus. III. De Procuratoribus. IV. De Negotiis Gestis. V. De Calumniatoribus. VI. De Reis Institutis. VII. De Restitutione Integri, Hoc Est De Crimine Accusatis Et Reliqua. VIII. De Dolo, Hoc Est, Si Aliud Agitur, Aliud Simulatur. IX. De Minoribus XXV Annorum. X. De Plus Petendo. XI. De Satisdando. XII. De Iudiciis Omnibus, Qui Falsa Detulerit Vel Nesciens Allegavit Et Alia Quam Plura. XIII. De Iudicato, Qui Exhibet Et Qui Scripturam Turbaverit Et De Re Vendita Et Reliqua. XIV. De Via Exarata. XV. Si Quadrupes Damnum Intulerit. XVI. De Finium Regundorum, Hoc Est Qui Terminos Deiecerit. XVII. De Servitutibus Et De Exu Consuetudinario. XVIII. De Familiae Herciscundae, Hoc Est De Divisione. XIX. De Quemadmodum Poenae Per Infitiationem Duplentur. XX. De Fideiussore Et Sponsore. XXI. De Sepulcris Et Lugendis Et Corpora Transferenda Et Expensis Pro Sepulturis.</td>
<td>INCIPIT PAULI SENTENTIARUM LIBER I.</td>
<td>[a]) CAPITULA DE LIB. XXIII.<br>I. De omni pactu qui int̃ II hominis[b]) agitur. II. De qualecũq: causa unde int̃ duos homines agit̃[c]). III. De ipsa causa. IIII. De procuratorib; et cognitorib; V. De omnẽ rẽ[d]) unde unus ad alterũ debit' ẽ. VI. Qui res alienas recipit[e]) ad usuras. VII. De filiis familie hoc ẽ sine uxore[f]). VIII. De calumniatorib; VIIII. De minoris[g]) etatib; X. De pignora vel[h]) fiducia. XI. De p̃stito. XII. De satisdandum. XIII. De falsariis. XIV. De lib̃tis vel de[i]) servis. XV. De muliere prignante. XVI. De filio antequã[k]) mancipent'. XVII. De eo carta fragat[l]). XVIII. De vendicionib; XVIIII. De consilio malo qui dat alieno servo. XX. De invasione[m]) trẽ alterius. XXI. Si duo heredes t̃rã[n]) insimul habuerint. XXII. De peculio damno Ĩ qualecũq: damnũ[o]). XXIII. De aqueducto vel via privata. XXIIII. De duos heredes. XXV. De negatione debiti. XXVI. De fideiussores. XXVII. De sepellicione mortui[p]).<br>INCIPIUNT[q]) PAULI. SENTR̄ LIB. I.</td>
</tr>
<tr>
<td>DE PACTIS. ET CONSTITUTIS.[a])<br>tl· II· ʔ· VIIII· pl· IIII· ʔ· V· ꝉ· VII.[b])</td>
<td>I. DE PACTIS ET CONVENTIS.[a])</td>
<td>TIT. I. DE PACTIS.[a])</td>
<td>I. DE OMNI[r]) PACTŬ QUE INT̆ DUOS HOMINES AGITUR.</td>
</tr>
<tr>
<td>De una re si duo pacta fiant. posterior valet.[c])</td>
<td>Omne pactum posteriore pacto dissolvitur, licet pariat exconceptionem: hoc est, si de una re duae pactiones fiant, posterior valebit.</td>
<td>Omne pactum posteriore pacto dissolvitur.</td>
<td>Si primus pactus que int̃ se fecer̃[s]) et possesũ ñ fuerit ille posterior factus[t]) valebit.</td>
</tr>
<tr>
<td>II. De quibus rebus non valeant. id est de alienis. vel intencionê positis.[d])</td>
<td>Neque contra bonos mores pacisci possumus, ut, si quis de rebus alienis aut de id, quod lex facere prohibet, paciscatur, non valeat.</td>
<td></td>
<td>II. Itẽ alia. de qualecũque causa unde inter duos homines agitur et ante iudicem venerint et si[u]) qualecũque carta ipse iudex p aliqua forcia aut p aliquas p̃mias sup eũ qui iusticiã[v]) habuerit ei iniuste fecerit ipsa carta ñ optineat firmitatem.</td>
</tr>
<tr>
<td>a) In cod. Paulus post Novell. collocatus est. — §. 1 om. b) C. Th. II, 9. Paul. IV, 5, 7 s. 8. c) Om. §. 3. Sp. fiunt. d) Om. §. 5. Sp. idem d. a. v. vel intericionem.</td>
<td>a) Om. §. 1, 3, 5.</td>
<td>a) In Paulo epitomator codicis Seldeniani secundi ordinis codices imitatus modo sententias modo interpretationes omisit; alias decurtavit, paucas mutavit. Quapropter, ut brevis essem, eas tantum sententiasvel interpretationes descripsi, quae decurtatae aut mutatae sunt. Diversam scripturam iam indicavi in Varietate Scripturae Ex Pauli A Visigothis Epitomati Codicibus. Bonnae 1834. Omissos locos eodem loco notavi, quo de lacunis aliorum codd. dixi; loci, de quibus nihil dictum est, conveniunt cum Br. Al.</td>
<td>a) In cod. 67 pro v. Capitula haec posita sunt: DE LIBRO | BREVIARIUM | De qualecũque causa int̃ duos homines | agitur et ante iudicicẽ venerit herit | de omni rẽ unde unus ad alterũ hominẽ | debet. herunt duo qui res alienas recep̃ (fol. 64) ad usuras herunt. III. Si pat̃ duos filios habuerit unus ex illis habuerit uxorẽ herunt | EXPLICIT LIBER BREVIARIUS. Vid. Paul. lib. I. tit. 2, 5, 6, 7, quae cur hoc loco collecta sint, quum sint in seqq. repetita, non intelligo. b) 65 et 67 duos homines et 65 omne. c) 65 agit. d) 65 omne. 67 omne re. e) 65, 67 recepit. f) 65 uxorem. 67 usuras. g) 67 minores. 65 minoribus. h) 65 et. i) 67 om. de. 65 et pro vel. k) 67 mancipetur. l) 65 frangat. 67 qui c. frangit. m) 67 manumission. n) 65 terra. o) 65 vel de qualecumque damno. 67 peculii — qualec. fera. p) 67 sepellicion̄ mortuor̄. q) 65, 67 Incipit. r) 67 omne et 65 omne pactu. s) 65 fecerunt. 67 fecerint et possessi non fuerint. t) 65 om. factus. 67 pactus. u) 65 om. si. v) 65 iustitia — obteneat. 67 in iusticiã. §. 1, 3, 5 des.</td>
</tr>
</table>

| LEX ROM. VISIGOTH. | EPIT. AEG. | EPIT. GUELPH. |
|---|---|---|
| 3. (6.)[1]) SENTENTIA. Post rem iudicatam pactum, nisi donationis causa interponatur, servari non oportet.<br>INTERPRETATIO. *Post rem iudicatam pactio inter eos, qui litigaverunt, tunc obtinet firmitatem, si de summa, quam iudicio constat addictam, ab eo, qui vicit, aliquid concedatur.*[m]) | | Post iudicatum quo modo paccio fiat si de summā[e]) iudicati. iudicium missum sit. |
| **TITULUS II. DE PROCURATORIBUS ET COGNITORIBUS.**[a]) | TIT. II. DE PROCURATORIBUS ET COGNITORIBUS. | II· DE PROCURATORIBUS ET COGNITORIBUS*). tl· II· ʒ · XII.[a]). |
| 1.[b]) SENTENTIA. Omnes infames, qui postulare prohibentur, cognitores fieri non possunt, etiam volentibus adversariis.<br>INTERPRETATIO.[c]) *Infames sunt, qui propter aliquam culpam notantur infamia. Et ideo tales personae ad agendas causas nec mandatum dare, nec suscipere ab altero possunt, etiamsi hoc eorum adversarii acquiescant.* | Infames sunt, qui propter aliquam culpam notantur infamia, et ideo tales personae ad agendas causas nec mandatum dare, nec suscipere ab altero possunt, etiamsi hoc eorum adversarii acquiescant.[a]) | Infames. personas. cognitores. fieri non posse. |
| 2.[d]) SENTENTIA. Feminae in rem suam cognitoriam operam suscipere non prohibentur.<br>INTERPRETATIO.*) *Feminae, licet procurationem suscipere prohibeantur, tamen, si dominae et procuratrices fiant, pro re iam sua agere possunt.* | | II. Femena quomodo per mandatum litigare[b]) possit si domine. et procuratrices fiant. |
| 3.[e]) SENTENTIA. In rem suam cognitor procuratorve ille fieri potest, qui pro omnibus postulat.<br>INTERPRETATIO.[f]) *Nec procurator in causa aliena, nec procurator et dominus, ut pro re sua agat, infamis persona fieri potest.* | | III. Infamem. non procuratorem. non dominum[c]) fieri. |
| 4. SENTENTIA.[g]) Actio iudicati non solum in dominum aut domino, sed etiam heredi et in heredem datur.<br>INTERPRETATIO. *Actio de executione iudicatarum rerum non solum ipsi auctori, qui egit, competit, sed et heredi similiter datur. Nam et heres victi ab herede victoris ad solutionem iudicati nihilominus retinetur.* | | IIII. De heredibus uicti[d]) uel uictoribus sic auctorē uiuente.[e]) ita et mortuo. tenere possent.[f]) tl· IIII· ʒ · XVI.[g]) |
| **TITULUS III.**[a]) **DE PROCURATORIBUS.** | TIT. III. DE PROCURATORIBUS*). | III. DE PROCURATORIBUS. tl· II. ʒ · XII.[a]) |
| 1.[b]) SENTENTIA. Mandari potest procuratio praesenti, et nudis verbis, et per literas, et per nuncium, et apud acta praesidis et magistratus.<br>INTERPRETATIONE *non eget.*[c]) | Mandari potest procuratio praesenti et nudis verbis et per literas et per nuncium et apud acta et praesidis[a]) et magistratus.[b]) | Procuracio quomodo mandari potest de presenti. et uerbis. et litteris. |
| 2.[d]) SENTENTIA. Procurator aut ad litem, aut ad omne negotium, aut ad partem negotii, aut ad res administrandas datur.<br>INTERPRETATIO.[e]) *Procurator eas tantum res agere potest, quas ei evidenter constiterit fuisse commissas.*[f]) | | II· Procuratur que in mandatu non contenentur.[b]) non agit. |
| **TITULUS IV.*) DE NEGOTIIS GESTIS.** | TIT. IV. DE NEGOTIIS GESTIS.[a]) | DE NEGOCIIS GESTIS. |
| 1. SENTENTIA. Qui negotia aliena gerit, et bonam fidem et exactam diligentiam rebus eius, pro quo intervenit, praestare debet.<br>INTERPRETATIONE *non eget.*[a]) | | De his q[a]) negucia aliena. agunt fideliter unde gerunt. de rebus. creditis. prestare[b]) debebt.. |

l) Consult. cap. IV. Om. sent. in 19. m) Non omnino interpretatio quadrat cum sent. Ex Cons. cap. IV. primum a Cuiac. in edit. a. 1566 receptae sunt duae sent. Deinde in edd. Schult. Arndts. sequitur *tit. de In Ius Vocando,* qui in Aur. ed. ante tit. I. positus erat et constat ex l. 6 D. de In ius voc. (II, 4), l. 19 D. de Iure patron. (XXXVII, 14).

a) Sententias huius tit. om. 21, 27. Omnes Br. Al. codd. Bou. *De Procuratoribus et Cogn.*, sed 7, Sich. *de Curatoribus et Cogn.* et 24 *De Cognit. et proc.* In cod. 9 et ed. Bou. tit. II. et III. cohaerent, suntque sententiae et interpretationes tit. III. primo, II. tit. secundo loco positae. b) Sententia deest in codd. 19, 23—26, 38—40. Bou. *Imperatio,* ut §. 2, 4. c) Stephani P. ep. I. Dionysii P. ep. II. Felicis I. P. ep. II. Eutychiani P. ep. II. Felicis II. P. ep. I. cap. 5. Ben. Lev. Add. IV, 17. Prima vv. *Infames—infamia* interpres addidit; sqq. quoque videtur ex Paulo sumsisse. d) In 24, 28 sententia cohaeret cum interpr. vv. *tamen—possunt.* Eam om. 23. *) Deest in cod. 19. e) Sent. om. 26; in codd. 35, 36 interpr. est, sed corr. in cod. 35. f) Sent. in cod. 26. Om. interpr. in cod. 19. Interpres aliquantulum restrinxit sententiam. g) Sent. om. 19, 25, 26. Bou. *Imperatio.*

a) Vid. tit. II. not. *a.* In cod. 5 deest totus tit., sed adscriptus est in m. cod., unde explicari potest, cur mutatus sit ordo in ed. Bou., quae videtur ducta esse ex cod. 9. Sent. h. t. des. in codd. 24, 39, 40. b) Sent. om. 27. c) Vv. *Int.—eget* om. multi codd. et Bou. et hic et in aliis locis, ubi in rell. libris adsunt, quod brevitatis causa semel moneo. d) Sent. om. 19, 21, 25, 26, 39. Interpr. in cod. 9 et ed. Bou. Ibidem *Procuratori audientia ad omne.* e) Sent. in cod. 31. Paulus genera procuratorum describit, interpres exponit, *quid* a procuratoribus agi possit. f) In recent. edd. huic §. submissae sunt sex sententiae ex Cons. cap. III. et ex l. 30, 71 D. h. t. (III, 3).

*) Bou. *Tit. III.* Vid. tit. II. not. *a.* a) §. 1 cum interpretis vv. om. 23, 24, 38—40.

a) Seqq. §phi des.

*) Nonn. codd. et Aeg. *Procurationibus.*

a) Aeg. *praesides.* Nonn. codd. *praeside.* b) §. 2 deest.

a) §. 1 om.

e) Sp. *summa.*

*) Sp. *cognitionibus.* a) C. Th. II, 12. b) Sp. *Femina q. promovendae rei agere — fiunt.* c) Cod. *non dnm.* Sp. *nec pr. nondum fiat.* d) Sp. *victis.* e) Sp. *vincere.* f) Sp. *possunt.* g) C. Th. IV, 16.

a) C. Th. II, 12. b) Sp. *continentur.*

a) Sp. *qui.* b) Cod. *presta re* etc. Sp. *prestare se d.*

## EPIT. MONACHI.

Post rem iudicatam, qui litigaverint, tunc pacisci possunt, si de summa, quam iudicio constat addictum, ab eo, qui vicit, aliquid concedatur.

### II. DE PROCURATORIBUS ET COGNITORIBUS.

Omnes infames cognitores non fiant, hoc est ad agendas causas[a]) nec mandatum dare, nec accipere possunt, etiamsi hoc eorum adversarii acquiescant.

Feminae tantum in re sua[b]) cognitrices vel procuratrices fieri non prohibentur.

Ne procurator in causa aliena et dominus fiat, ut pro re sua agat, infamis persona fieri potest.

[c]) Actio de executione iudicatarum rerum non solum ipsi auctori, qui egit, competit, sed et heredi similiter debetur. Nam et heredes victi ab herede victoris ad solutionem iudicati retinebitur.

### [a]) III. DE PROCURATORIBUS.

Mandari potest procuratio praesenti et nudis verbis et per literas et per nuncium et apud acta praesidis et magistratus.

Procurator eas tantum res agere potest, quas ei evidenter constiterit fuisse commissas.

### IIII. DE NEGOTIIS GESTIS.

Qui negotia aliena gerit, bonam fidem et exactam diligentiam habeat.

a) Ex sent. et interpr. compos. — 62 *de agendis causis.* b) 63 *rem suam.* c) 64 add. *De Heredes Actoris.*

a) Tit. III. deest in cod. 62; in rell. codd. legitur, est vero in m. cod. 62 sic: *B ... et nudis verbis* | *tam praesidis et magis* | *agere potest quasvis suas.*

## EPIT. SELD.

In rem suam procurator ille fieri potest, qui pro omnibus postulat.[a])

### TIT. III. ITEM.

### TIT. IV. DE NEGOTIIS GESTIS.

a) Om. interpr.

## EPIT. S. GALL.

*III. Intp̃. Sub ĩtli.*[x]) homo qui de sua[y]) causa iusticiã habet qualecumq: cartolã exinde conscribere[z]) voluerit integra optineat firmitatem.

*Itẽ alia.* IIII. DE PROCURATORIB; ET COGNITORIB;

Om̃ infamatus hoc ẽ om̃[a]) qui in falso crimine detentus[b]) fuerit testimoniu portare ñ potẽ et iudex ipsum[c]) inquirere faciat et sine nullũ hominem adcusantẽ de omne culpa discuciat.

*Itẽ alia. Intp̃.* et[d]) si eum aliquis acusaverit et[e]) in falso crimine inventus fuerit nec in sacramĩto nec in nullo testimonium[f]) amittatur.

*It alia* ad femina de nullã rem ꝓcurationem ñ licet recipere nisi in ꝓprias suas ipsius res et illũ ipsum si ingenua[g]) aut bona ꝑsona fuerit in suas ipsius res aut in filiorum suorum res sic recipiat ꝓcurationem ad gob̃nandũ illum[h]).

*Item alia* nullus servus in causã dñi sui sine censu[i]) ad ꝓpriã causã ꝓcurator ẽẽ ñ potẽ[k]).

*V. Itẽ alia.*[l]) De omnẽ rem unde unus ad alterũ ominẽ debit' ẽ.[m]) si ipse debitur mortuus fuerit aut forsitan de patria migraverit omnẽ ipsius debitũ sui heredes qui eius facultatẽ habuerit[n]) solvant'.

*Ite alia*[*]) ꝓcurator illas res gob̃nare aut defendere potẽ Ī et[o]) quas ei ante testes commissas[p]) fuerint; nã in alias res ꝓcurator ẽẽ non potẽ Ī quas ei ante testes ñ fuerint consignatas aut si ꝑ iussionẽ principis aut[q]) ꝑ scripta ei ñ fuerint consignatum.

*It. alia Intp̃.* in negocia[r]) aut qualecũq: actu agit ꝑ nullam rem nec ꝑ nullu sportulu causa[s]) alteri homini errare ñ debet nisi directu iudiciu iudicare[t]); nã si hoc fecerit quid alterius causa[u]) ꝑ hoc errare debeat ñ valebit.

x) Ita 66, i. e. *sub titulo.* Aliquid excidit. 65 *III. De ipsa causa. Intpr. Subtutor,* Canc. v. *Subtutor* non intelligit. 67 *III. Sub tutella De ipsa causa Interpr̃e.* y) 67 *Si ipse homo qui de ipsa.* z) 65 *scribere — obteneat.*

a) 65 *Omnes — omnes.* 67 *Omnis — omnis.* b) 67 *inventus.* c) 67 *illum* et infra *omni.* d) 65 om. *et.* e) 67 om. *et.* f) 65 *testimonio.* g) 65 *inienuam.* 66 *bone.* h) 67 *de nulla — in sua* et om. *illum.* i) Ita 66. Similiter 65 *causa d. s. sine censum ad,* sed Canc. fatetur, quid vv. *sine censum* sibi velint, se non assequi. 67 *causa domini sui nec in sua ꝓpria causa,* recte, quod etiam ex illis scripturis rell. codd. facile elici potest. k) 67 *esse debet.* l) 65, 67 add. *Intpr.,* sed 67 om. *Item.* Praeterea 67 *omni.* m) 65 add. *et.* Paulo post 65 *debitor.* n) 67 *habuerint.* *) 67 add. *Intp̃.* o) 67 om. *vel et.* p) 66 add. *non.* Vid. §. 2 h. t. 65 *fuerit.* q) 65 *iussione.* In codd. 65, 66 desunt vv. *per — consignatum* et ex seq. sententia *It. — negocia,* cohaerent igitur ita: *principis aut qualecunque actum.* Restitui haec ex cod. 67. In cod. 66 quatuor versuum spatium vacuum est. r) Vid. not. anteced. s) 67 *nullo isportulu causã.* t) 67 *rectum iudicare.* u) 65 *causam.* 67 *debet.*

LEX ROM. VISIGOTH.

2. SENTENTIA. Tutor post finitam tutelam, si in administratione duret, actione negotiorum gestorum pupillo vel curatori eius tenebitur.[b])

INTERPRETATIO. *Tutor, si peracta tutela, id est, impletis pupillaribus annis, voluerit in ipsa administratione persistere, de actis negotiis pupillo vel curatori eius non tutelae, sed negotiorum gestorum cogendus est reddere rationem.**)

3. SENTENTIA. Si pecuniae quis negotium gerat, usuras quoque totius temporis praestare cogetur et periculum eorum nominum, quibus collocavit, agnoscere, si litis tempore solvendo non sint: hoc enim in bonae fidei iudiciis servari convenit.[c])

INTERPRETATIO. *Qui pecuniam exercet alienam, usuras eius reformare**) *cogendus est. Et si minus idoneis personis de hac ipsa pecunia fortasse crediderit, pro ipsorum personis, quae solvere non possunt, damnum ipse, qui talibus personis credidit, sustinebit.*

4. SENTENTIA. Mater, quae filiorum suorum rebus intervenit, actione negotiorum gestorum et ipsis et eorum tutoribus tenebitur.[d])

INTERPRETATIO. *Mater, quae se in retinendis rebus filiorum miscuerit, tam ipsis, quam tutoribus eorum negotiorum gestorum cogetur reddere rationem.*[e])

5. SENTENTIA. Filiusfamilias aut servus si negotium alicuius gerat, in patrem dominumve peculio tenus actio dabitur.[f])

INTERPRETATIO. *Si filiusfamilias aut servus sine iussu patris aut domini negotia gesserint aliena, et ex hoc inveniuntur obnoxii, tantum damni pater vel dominus sustinebit, quantum in eorum peculio potuerit inveniri.*[g])

6. SENTENTIA. Si pater vel dominus servo vel filiofamilias aliena agenda negotia commiserit, in solidum tenebitur.[h])

INTERPRETATIONE *non eget.*

7.[i]) SENTENTIA. Pater, si emancipati filii res sine ulla exceptione a se donatas administraverit, filio actione negotiorum gestorum tenebitur.

INTERPRETATIO. *Si pater ea, quae emancipato filio sine aliqua conditione donaverat, administrare praesumsit, filio emancipato pro his, quae in rebus eius gessit, negotiorum gestorum tenebitur actione.*[k])

8. SENTENTIA. Qui, quum tutor curatorve non esset, pro tutore curatoreve res pupilli adultive administraverit, actione negotiorum gestorum pro tutore curatoreve tenebitur.

INTERPRETATIONE *non eget.*[l])

## TITULUS V.[a]) DE CALUMNIATORIBUS.

1.[b]) SENTENTIA. Calumniosus est, qui sciens prudensque per fraudem negotium alicui comparat.

INTERPRETATIONE *non eget.*

2. SENTENTIA. Et in privatis et in publicis iudiciis omnes calumniosi extra ordinem pro qualitate admissi plectuntur.[c])

INTERPRETATIO.[d]) *Qui apud cunctos aut apud privatos iudices fuerit de calumniae obiectione convictus, non exspectata ordinis sententia, prout causa fuerit, supplicio subdetur.*

## TITULUS VI. DE REIS INSTITUTIS.[a])

1.[b]) SENTENTIA. De his criminibus, quibus quis absolutus est, ab eo, qui accusavit, refricari accusatio non potest.

ISTA INTERPRETATIONE *non eget.*

b) §. 2 om. 19, 21—27, 38—40. In codd. 32, 33 deest interpr. usque ad vv. *curatori eius* et cohaeret reliqua pars interpr. (*non tutelae* etc.) cum sententia. Etiam in cod. 19 sent. mutila est. *) In recent. edd. sequitur una sent. ex l. 37 D. h. t. (III, 5). c) §. 3 om. 19, 21, 25—28. Bou. huic §. et §. 4—6 praefixit v. *Imperatio.* *) i. e. *restituere.* Cf. infr. I, 7, 2, 4; I, 12, 2; IV, 3, 1; V, 6, 1; V, 8, 4. d) §. 4, 5 om. 21, 25, 26—28. e) 19 om. interpr. In codd. 38—40 dicitur sententia esse et turbatus est ordo; is enim est: §. 5, 6, interpr. §. 4, §. 5, 6 (bis igitur hic sunt), §. 7, interpr. §. 8, interpr. §. 5 usque ad vv. *inveniri potuerit,* interpr. §. 7, §. 8. In cod. 39 librarius post vv. §. 7: *Pater si emancipati filii* notat: *ista sup est scripta, ipsũ textum ideo fui dubius scribere* et sequitur interpr. §. 7. f) Sententiam om. 21—26, 28. g) Aur. Lugd. Rittersh. Schult. edd. add. *Et si iubente domino vel patre susceperint, in solidum tenebitur* ex Aegidio. h) Sent. om. 27. Interpretis vv. des. in multis codd. i) Sent. om. 6, 21, 25—28. In aliis interpr. est, sed corr. in nonn. k) Interpr. deest in 19; in 36 ponitur post §. 8. l) Ita codd., exceptis illis, qui interpretis vv. omittunt, ut Bou. In m. cod. 8 ab Amerbachio adscriptum est: *Interpretatio. Si pater in retinendis rebus filiorum se miscuerit, tam ipsis, quam tutoribus eorum, negotiorum gestorum cogitur reddere rationem.* Ea ex cod. 8 Sich. sumsit huicque §. pro interpretis vv. subiunxit. Videntur a Paulo ipso proficisci et a Breviario aliena esse, nisi rec. interpr. §. 7 et 8 continent. In rec. edd. sequuntur duae sententiae, ex l. 47 D. h. t. (III, 5).

a) Sententiae h. tit. des. in codd. 23, 24, 39, 40. b) §. 1 in cod. 39 a rec. man. add. est. c) Sent. om. 21, 22, 25—28, 38. d) Sent. in codd. 5, 9, 27, 32, 33 et add. *Ista interpr. non eget.* Ita etiam Bou., ubi interpr. cum sententia conflata est. 19 om. interpr. Vv. *cunctos* et *non exspectata ordinis sententia* interpr. non recte expressit mentem Pauli. Hunc tit. subsequitur in Cuiacii ed. ann. 1586 et sqq. edd. tit. de Fugitivis, quem Cuiac. primus edid. ex cod. Vesontino in Obs. XXI, 11.

a) In cod. 27 huic tit. rubr. sq. tit. praefixum est et sequenti tit. rubr. huius tit. In cod. 25 rubr. deest, et cohaerent h. tit. sent. cum sq. tit., cui num. VI. praefixus est. Sed quum octavus tit. ibi quoque *VIII.* dictus sit, errorem librarii huic et sq. titulo subesse apparet. In rec. edd. principium tituli faciunt quinque sententiae ex l. 6 D. ad Sc. Turpill. (XLVIII, 16). b) Ben. Lev. III, 163, 291. Burch. XVI, 9. Ivo, Decr. XVI, 319.

EPIT. AEG.

Tutor si impletis pupillaribus annis voluerit in ipsa administratione persistere, omnium[b]) negotiorum gestorum cogendus est reddere rationem.

Qui pecuniam exercuit alienam, usuras eius reformare cogendus est.

Mater, quae se in retinendis rebus filiorum miscuerit, tam ipsis quam tutoribus eorum negotiorum gestorum cogitur reddere rationem.

Si filiusfamilias vel servus sine iussu patris aut domini negotia gesserint aliena, et ex hoc inveniantur obnoxii, tantum damni pater vel dominus sustinebit, quantum in eorum peculio potuerit inveniri.

Et si iubente domino vel patre susceperint, in solidum tenebitur.

Si pater ea, quae emancipato filio dedit[c]), administrare praesumserit[d]), negotiorum gestorum tenebitur actione.

Qui, quum tutor curatorve non esset, si pro tutore curatoreve res pupilli adultive administraverit, actione[e]) negotiorum gestorum pro tutore curatoreve tenebitur.

### TIT. V. DE CALUMNIATORIBUS.[a])

Quicunque de obiectione calumniae fuerit convictus, prout causa fuerit, supplicio subdetur.

### TIT. VI. DE REIS INSTITUTIS.[a])

b) Nonn. codd. *de omni.* c) 46 addit *dedit,* quod rell. codd. et Aeg. om.; nonn. add. *sunt* post *quae.* d) Nonn. codd. *praesumsit.* e) Aeg. et codd. *actionem.* Aeg. *administravit.*

a) §. 1 om.

a) §. 1, 3 des.

## EPIT. GUELPH.

II. Tutor si peractat utilla[c]) in administracionē[d]) consistat. non de rebus sed detullā[e]) reddere racionem.

III. Qui pecuniam exercuit alienam. usurā reddere conpellitur.

IIII. Mater si rem filiorum tenuerit.[f]) de gestis. neguciis. racionem reddetura.[g])

V. Si filius uel seruus. non iussi negucia agunt[h]) aliena de eorum peculio. si obnoxii inueniuntur reddendum.

VI. Quod si iussi agant.[i]) ipse a quo iubentur[k]) tenetur.

VI[l]) Si a patre filio. emancipatū aliquid. dotum est de gesto. negucio tenendus. accionem.

VIII. Si cum tutor. quis non deessit tutores. oficium egit. p tutores tenebitur accionis. tl· IIII· ʔ· XVIII.[m])

### DE CALUMNIATORIBUS tl· VIIII· ʔ· XX· VIIII.[a])

Calomniosus quis sit qui se iens.[b]) per fraudem negucium conparat.

II· Omnes calomniosi. suppliciū subdendi.[c])

### VI. DE REIS INSTITUTIS.

.I. Si de criminibus quis. absulutus est. ne filio.[a])

c) pro *peracta tutilla*, ut Sp., i. e. *tutela*. d) Sp. *administratione*. e) An pro *sed de tutela?* Sp. *de ulla*. f) Sp. *tenibit*. g) Sp. *reddere debet*. h) Cod. *agnt*. i) Sp. *agunt*. k) Sp. *iubetur*. l) Err. pro *VII*. Infra *dotum* est pro *donatum*. Sp. *emancipatu a. donaverit de*. m) Sp. *officium — protutores — accione*. Cf. C. Th. III, 19.

a) C. Th. IX, 29. b) Leg. *sciens*. Sp. *qui se ibis*. c) Sp. *suppliciu subdandum*.

a) Sp. *filion accus*.

## EPIT. MONACHI.

[a]) Tutores peracta tutela si voluerint in ipsa administratione persistere, de actis negotiis pupillo vel curatori eius non tutelae, sed negotiorum gestorum reddat rationem.

[b]) Qui pecuniam exercuit alienam, usuras reformet. Quod si minus idoneis personis de ipsa pecunia credit, ipse damnum sustineat.

Mater, quae se in retinendis rebus filiorum miscuerit, tam ipsis quam tutoribus eorum negotiorum gestorum cogetur reddere rationem.

Si filiusfamilias aut servus sine iussu patris vel domini negotia egerit aliena et ex hoc inveniantur obnoxii, tantum damni pater vel dominus sustinebit, quantum in eorum peculio poterit inveniri.

[c]) Si pater ea, quae emancipato filio sine aliqua conditione donaverat, administrare praesumsit, negotiorum gestorum tenebitur actione.

Qui, quum tutor curatorve non esset, si pro tutore curatoreve res pupilli adultive administraverit, actione negotiorum gestorum pro tutore curatoreve tenebitur.

### V. DE CALUMNIATORIBUS.

Calumniosus est, qui sciens per fraudem negotium alicui comparat.

Qui apud iudices fuerit de calumniae obiectione convictus, non exspectata ordinationis sententia, prout causa fuerit, supplicio subdatur.

### VI. DE REIS INSTITUTIS.

De his criminibus, de quibus quis absolutus, ab eo, qui accusavit, refragari accusatio non potest.

a) 64 add. *De Tutoribus*. b) 64 add. *De Pecunia Aliena*. c) 64 add. *De Repetitionibus*. — §. 6 om.

## EPIT. SELD.

Tutor si peracta tutela in ipsa administratione persistere voluerit, de actis negotiis pupillo vel curatori eius negotiorum gestorum cogendus est reddere rationem.

## EPIT. S. GALL.

*It̃ alia.*[*]) De tutorib; hoc ē qui res orfanorum se ꝓmittit[v]) gobnare si post finitam tutillam[x]) legitimū annorū completus et ipse homo in ipsā gobernationē ipse tutor stare voluerit; ille omo cuius res sunt ꝓ actorem suum ipsum tutorē[y]) tenere potē.

*It̃e alia.* Qui res alienas recepit[z]) ad usuras sic̃ int̃ ipsos convenerit[a]) ad illū cuius res sunt solvat; Si ille plus[b]) quesierit cuius res s̃ qd̃ int̃ eos convenit iuratus[c]) dicat ille qui ipsas res recipit[d]) quod inde fraude nulla ñ fecisset ut sic̃ int̃ eos convenit sic solvat.

*It̃ alia Intp̃.* Si mat̃ filiorū res[e]) patrem mortuum voluerit suscipere ad gobnandum ñ ei necetur et ipsa vero similē exinde racionē datura ē sic̃ et alt̃ omo qui res orfanorū recipit[f]) ad gobnandū.

*VII. It̃e alia* de filios familiae hoc ē si filius sine uxorē fuerit aut si ad regē[a]) l̃ ad alterū patronū comendatū ñ fuerit nisi ad hoc in solā potestatem[b]) patris ꝑmanserit sic ē ille filius sic̃ et servus si tales filius vel servus pecunia aut qualecūq: rem de altero hominē reciperint nescientē patre[c]) aut domino suo et ipsā[d]) rem ꝑdiderint et postea ille qui ad illos ipsā rē cōmendavit si eā[e]) reqrere voluerit et ipsi ñ habuerint ei unde reddere dñs l̃ pat̃ eorū amplius ei non reddat nisi quantū de ipsorū peculiare invenire potuerit.

*It̃e alia.* Si pat̃ duos filius[f]) habuerit et unus de illos uxorē habuerit aut ad regē l̃ ad[ff]) alterū patronū cōmendatū[*]) fuerit et pat̃ eorum ad illum plus fecerit quā legitimū ē[g]) illū qui sine uxore ē aut ad regē aut ad patronū commendatū non ē pat̃ eius de[h]) suū ꝓprium ad illū ipsas res adimpliat' et ille cui plus fecit integra obtineat firmitatem.

### VIII. *It̃e alia.* DE CALUMNIATORIB;

Ille ñ est calūniat'[a]) qui int́ duos omines contendētes de qualecumque rem iusticiā dic̃ sed ille ē calumniatur ꝗ rogitus aut ꝑ primias alterius causa deseitat.[b])

*) 67 *VII. It̃ alia Intp̃.* v) 67 *promittet.* x) Ita 65. 66 *finito aut illā.* 67 *finita tutella.* y) 65 *in ipsa — tutore.* 67 *completos — ipsa gubernatione — actore suo — tutore.* z) 65 *recipit.* a) 67 *convenit.* b) 65 om. *plus.* c) 67 *iratus.* d) 65 et 67 *recepit.* Ceterum in 65 et 66 desunt *quod — solvat.* Restitui ea ex 67. e) 65 et 66 om. *It. — res.* Canc.: „Desunt aliqua ad legis intelligentiam necessaria. Sensus esse deberet: *Mater si res filiorum patre mortuo voluerit* etc." In 66 quatuor versuum spatium est. Secutus sum cod. 67, qui praeterea *patre mortuo.* f) 65 *daturam — recepit.* 67 *simile.*

a) 65 *rege.* 67 *est fili sine uxore — a regē.* b) 67 *adhuc in sola potestate.* c) 65 *talis — pecuniam — homine — nesciente patrem.* 67 *talis — reciperit nesciente.* d) 65 *ipsa.* 67 *aut* pro *et.* e) 65 *ea.* 67 *ad illā — peculiarē.* f) 65 *filios.* ff) 65 *et ad.* *) 65 hic et infra *commendatum.* g) 65 add. *ad.* Paulo post *uxorem.* h) 67 *ad.* 66 *ꝓbrium.*

a) 65 hic et infra *calumniatus*, sed Canc. accipit utroque loco pro *calumniator.* Paulo post 66, 67 *qualecum.* b) Rell. des. usque ad tit. VII. §. 8.

2.[c]) SENTENTIA. Filius accusatoris, si hoc crimen, quod pater intendit, post liberatum reum persequi velit, ab accusatione removendus est.

INTERPRETATIONE *non eget.*

3.[d]) SENTENTIA. Crimen, in quo alius destitit vel victus recessit, alius obiicere non prohibetur.

ISTA INTERPRETATIONE *non eget.*

## TITULUS VII. DE INTEGRI RESTITUTIONE. [a])

1.[b]) SENTENTIA. Integri restitutio est redintegrandae rei vel causae actio.

ISTA INTERPRETATIONE *non indiget.*

2.[c]) SENTENTIA. Integri restitutionem praetor tribuit ex his causis, quae per metum, dolum, et status permutationem, et iustum errorem, et absentiam necessariam, et infirmitatem aetatis gesta esse dicuntur.

INTERPRETATIO.[d]) *Integri restitutio dicitur, si quando res quaelibet aut causa, quae perierat, in priorem statum reparatur, vel id, quod alicui sublatum est, reformatur.*[e]) *Hoc enim, quod per praetorem antea fiebat, modo per iudices civitatum*) agendum est: ita ut eorum causae vel res in integrum revocentur, qui aut per timorem potestatis alicuius compulsi sunt, aut fraude vel errore decepti sunt, aut per captivitatem vel quamcunque iniustam necessitatem substantiam suam aut statum ingenuitatis perdidisse noscuntur: aut si qui pro necessitate longinquae peregrinationis absentant**): vel ad restauranda ea, quae in damnis minorum gesta esse probantur.*

3.[f]) SENTENTIA. Integri restitutio plus quam semel non est decernenda: ideoque causa cognita decernitur.

INTERPRETATIO.[g]) *Ut in integrum res vel causa redeat, non nisi semel a iudice potest cognita causa praestari.*

(4.)[h]) SENTENTIA. Integri restitutio aut in rem competit aut in personam. In rem actio competit, ut res ipsa, qua de agitur, revocetur: in personam, aut quadrupli poena intra annum vel simpli post annum peti potest.

INTERPRETATIO. *Quoties de revocanda re vel causa integrae restitutionis beneficium petitur, aut in rem aut in personam agendum est, id est, ut res ipsa, de qua agitur, quae sublata est, recipiatur. Et quum in personam actio intendi coeperit, si qui rem indebite abstulisse convincitur, id, quod sublatum est, in quadruplum reformare*) debet: post annum vero in simplum.*

4. (5.) SENTENTIA. Si[i]) aliquis, ut se de vi latronum vel hostium vel populi liberaret, aliquid mancipavit vel promisit, ad metum non pertinet: mercedem enim depulsi metus tribuit.

INTERPRETATIO.[k]) *Quicunque aliquid, ut se de hostibus vel seditione populi aut de latronum impetu liberaret, causa mercedis, ut evaderet, aut promisit aut dedit, hoc pro metu se dedisse non poterit allegare, nec revocare, quod dederit.*

5. (6.)[l]) SENTENTIA. Servus per metum mancipatus quicquid acquisierit vel stipulatus sit, ei acquirit, qui vim passus est.

INTERPRETATIO. *Si, quum domino vis infertur, servum metu interveniente dederit, et apud eum, cui datus fuerat, aliquid quolibet pacto acquisierit, quum servum ipsum dominus, cui est vis illata, receperit, ad eum omnia, quae servus acquisierat, pertinebunt.*

6. (7.)[m]) SENTENTIA. Vis est maior rei impetus, qui repelli non potest.

INTERPRETATIONE *non eget.*

7. (8.)[n]) SENTENTIA. Qui quem in domo inclusit, ut sibi rem manciparet aut promitteret, extorsisse mancipationem videtur.

INTERPRETATIO.[o]) *Qui aliquem in domo sua clausum tenuerit, quascunque ei scripturas extorserit, non valebunt.*

8. (9.)[p]) SENTENTIA. Qui quem ferro vinxit, ut sibi aliquid traderet vel venderet, vim intulisse videtur.

INTERPRETATIONE *non eget.*

9. (10.)[q]) SENTENTIA. Qui in carcerem quem detrusit, ut aliquid ei extorqueret, quicquid ob hanc causam factum est, nullius est momenti.

INTERPRETATIONE *non eget.*

c) Interpretatio in cod. 13. In cod. 39 deest, sed add. in marg. a sec. man. d) Interpretatio in codd. 13, 35; om. in codd. 19, 38—40. In rec. edd. submissa est h. §pho sententia ex l. 44 D. de Iure fisci (XLIX, 14).

a) Vid. tit. VI. not. *a*. b) §. 1 in nonn. codd. et ap. Sich. Bou., omm. vv. interpretis, cohaeret cum secunda sent., om. in codd. 19, 21—23, 25—27, 30, 32, 33, 35, 36, 38—40. c) Sent. om. 13, 15, 21—23, 25—27, 30, 32, 33, 35, 36, 38—40. d) Interpr. om. 19, 21. Cf. Capit. (Ben. Lev.) III, 288. e) Sqq. maximam partem interpres aliunde sumsit, partim non recte scripsit. Ad v. *reformare* cf. I, 4, 3 interpr. Mox *enim* pro *autem*. *) Vv. *modo p. i. civ.* add. interpr. ex usu Visig. Savigny l. c. T. I. p. 260 (ed. I.), p. 303 (ed. II.). **) Nota v. *absentant*. f) Sent. om. 13, 15, 21, 26, 27, 30. In ed. Bou. cohaeret cum antec. interpr. g) Interpr. om. 19, 30; in cod. 22 est post interpr. §. 4. h) Haec sent. cum interpr. superest in solis codd. 38—40, adscripta est ab Amerbach. in m. cod. 8, unde eam hausit Sich., add. sigl. *A. E.* (Aliud Exemplum); solam interpr. habent 22, 43, in compend. redacta est in Epit. Monachi et in Epit. Guelph. Bou. eam om. Ben. Lev. III, 289. Burchardi, Lehre v. d. Wiedereinsetzung in den vorigen Stand p. 43, 44 totum locum posteriore tempore Legi Rom. Visig. additum esse putat; ei obloquitur Arndts ad h. l. not. 2. Quum desit in codd., qui integram L. R. V. complectuntur et in vetustissimis quidem, veluti 1, 2, desit etiam in Aeg. epitome, non dubito assentiri Burchardo. *) Cf. I, 4, 3. i) Sent. om. 13, 15, 19, 21, 22, 25—28, 38—40. k) V. *Interpr.* om. Sich. l) *Imperatio* in codd. 5, 9, ed. Bou.; om. in codd. 13, 15, 19, 21, 22, 25—28. m) Sent. om. 26, 38—40, 21 pro interpr. habet. In ed. Bou. cohaeret cum interpr. antec. Cf. Brachylogus II, 11, 5; sed videntur Digesta (IV, 2, 2) adhibita esse. n) Sent. in 19 conflata est cum §. 7; ap. Bou. interpr. est. Sent. om. 21, 25—28, 38—40. o) Interpr. om. 19, 28. V. *scripturas* restrinxit interpres sententiam. p) Sent. om. 26; interpr. in codd. 13, 15. q) Sent. om. 26, 27; interpr. est in cod. 31. Cf. Coll. Can. An. saec. XI. Ivo, XVI, 205.



Filius accusatoris, si hoc crimen, quod pater intendit, post liberatum reum persequi velit, ab accusatione removendus est.

## TIT. VII.[a]) DE INTEGRI[b]) RESTITUTIONE.

Redintegrandum est a praesentibus iudicibus et in eius, unde abscessit, potestate revocandum, quod quacunque conditione temporis aut dolo aut captivitate aut fraude aut virtute maiorum aut per quamcunque iniustam necessitatem substantiam suam aut[c]) statum ingenuitatis perdidisse noscuntur.

Quod non potest revocare praemium, quod per[d]) se quis dedit, ut periculo possit evadere.

Si, quum domino vis[e]) infertur, servum dederit, quum ipsum servum dominus receperit, ad eum, quicquid acquisierit, pertinebit.

Vis est maior rei impetus, qui repelli non potest, ideoque[f]) non facit praeiudicium.

Qui[g]) aliquem in domo sua clausum tenuit vel ferro vinxit vel in carcerem[h]) detrusit, ut sibi aliquid traderet, venderet vel promitteret: quicquid ob hanc causam factum est vel quascunque ei scripturas extorserit, non valebit.

a) §. 1, 3, 4 des. b) Aeg. et nonn. codd. *In Integrum.* c) Aeg. add. *per,* quod codd. omitt. Cf. Aldricus in Doc. Franc. a. 838. Savigny l. c. T. II. p. 117, not. 104 (ed. I.), sive p. 121, not. *n* (ed. II.). Sed propter vv. decurtata et mutata, et propter alia vv., quae Aldricus protulit, locum ex epit. Suppl. Lat. 215 sumtum esse puto. d) Plerique codd. *pro.* e) Aeg. *ius.* Mox nonn. codd. *reciperet.* f) Haec add. ab interpr. g) Composita ex hac interpr. et sentent. §. 9 et 10. h) Aeg. et nonn. codd. *carcere.*

| EPIT. GUELPH. | EPIT. MONACHI. | EPIT. SELD. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|
| II Accusatores persequi licere. | Filius accusatoris, si hoc crimen, quod pater intendit, post liberatum reum persequi velit, ab accusatione removendus est. | | |
| III· De criminosus. uictus est alium acusare non posse. | Crimen, in quo alius destitit vel victus recessit, alius obiicere non prohibetur. | | |
| VII. DE INTEGRI RESTITUCIONE tl II· ʗ· IIII· ɫ· I· tl· II· ʗ· XV· ɫ· I.[a])<br>Per integri. restitucionem res cui reddatur. | VII. DE INTEGRI RESTITUTIONE. | DE INTEGRI RESTITUTIONE. | |
| Quod per timore. fraudem. uel errorem decepti sunt.[b]) que in damnis minorum gesta[c]) sunt. ipsis restituendum. | Integri restitutio: quod per praetorem antea fiebat, modo per iudices civitatum agendum est, ut eorum causae vel res in integrum revocentur, qui aut per timorem potestatis aut fraude vel[a]) errore decepti sunt aut per captivitatem vel quamcunque iniustam necessitatem substantiam suam aut statum ingenuitatis amiserint aut pro necessitate longinquae peregrinationis absentiant vel ad restauranda ea, quae in damnis minorum gesta esse probantur. | | |
| | | Integri restitutio plus quam semel non est decernenda.[a]) | |
| II· Integri restitucionem. similē[d]) prestandum. | Ut in integrum res vel causa redeat, non nisi semel a iudice potest cognita causa praestari.[b]) | | |
| III Res qui sublata est. infra annum quadruplū reddendā[e]). | | | |
| IIII Oppericulum[f]) euadendum. promissa redendā. | [c]) Quicunque aliquid, ut se de hostibus vel de seditione populi aut latronum liberaret, dedit aut promisit, hoc non poterit revocare.<br>[d]) Quoties integri restitutionis beneficium petitur, aut in re aut in persona agendum est, ut res, quae sublata est, recipiatur, et quum personae actio intendi coeperit, is, qui rem indebite abstulit, id, quod sublatum est, intra annum quadruplum reformet[e]). | | |
| V. Seruus. si p̄p̄t metum datur.[g]) si aliquid adq̄rit. et seruum recipiat et adq̄sita. | [f]) Si, quum domino vis infertur, servum metu interveniente dederit et apud eum, cui datus est, aliquid acquisierit, quum servum ipsum dominus, cuius vis est illata, receperit, ad eum pertinet, quicquid servus acquisierit. | | |
| VI. Vim esse. maiorem. impetum. | Vis est maior rei impetus, qui repelli non potest. | | |
| VI.[h]) Qui clauso scripturas extorquid. non ualit[i]). | Qui aliquem inclusum tenuerit[g]) et ei ibidem aliquas scripturas extorsit, non valebunt. | Qui aliquem in domum inclusit, ut sibi rem manciparet vel traderet vel venderet, vim intulisse videtur et ideo nihil eorum valet.[b]) | *Itē alia.* Si quis alterū ominē p forciā aut in domo aut in carcere[c]) aut in catenis miserit aut p qualecumq: ingenio illum extorserit ut illi de res suas qualecūque cartola facere debeat ipsā cartolā[d]) nullā opteneat firmitatē.[e]) |
| VIII. Ferro uinctus. q̄[k]) uindit non ualere. | Quisque aliquem ferro vinxit[h]), ut sibi aliquid traderet vel venderet, vim intulisse videtur. | | |
| VIIII. Carcere detrussus. q̄ uindit non ualit[l]). | Qui in carcerem aliquem detrusit, ut aliquid ei extorqueret, si aliquid factum fuerit, nullius est momenti. | Qui in carcerem aliquem detrusit, ut aliquid ei extorqueret, nullius momenti est. | |
| a) C. Th. II, 4, 1 et II, 15 (16?), 1. b) Cod. *decepti s̄*. Sp. *deceptis.* c) Sp. *geste.* d) i. e. *simil (semel) est.* e) Sp. *reddenda.* f) Sp. *Ob* et *reddenda.* g) Sp. *datus — adquirit — adquisita.* h) Err. pro *VII.* i) Sp. *VII — scripturam — valet.* k) Sp. *quod.* l) Sp. *Carsere datus res que v. n. v.* | a) §. 1 deest. — 62 *fraudē aut.* b) §. 4 non deest, sed alio loco, inter §. 5 et 6 posita est. c) 64 add. *Qui P. Minorē dedit.* d) Est §. 4 h. t.; vid. not. *b.* e) 63, 64 *reformetur* et add. 64 *post annum in simplo reddatur.* f) 64 add. *Quod Vi Extorquitur.* Postea 63 *servum meum.* g) 63, 64 *tenuit.* h) Ita 63, 64; 62 *vixit.* | a) Om. *ideoque c. c. d.*, interpretatio et §. 4. b) Confusae sunt in unam §. 7 et 8. | c) Vid. §. 9 h. t. d) 65 *ipsa cartula.* 67 *forcia — ipsa.* e) Mixt. ex §. 7—9. Tit. VIII. om. |

## TITULUS VIII. DE DOLO MALO.[a])

1.[b]) SENTENTIA. Dolus malus est, quum aliud agitur, aliud simulatur.

INTERPRETATIONE *non eget.*

2.[c]) SENTENTIA. Si qui dolum aut metum adhibuit, ut res ad alium transiret, uterque de vi et dolo actione tenebitur.

INTERPRETATIONE *non eget.*

## TITULUS IX. DE MINORIBUS XXV ANNORUM.

1.[a]) SENTENTIA. Minor XXV annorum, si aliquod flagitium admiserit, quod ad publicam coërcitionem spectet, ob hoc in integrum restitui non potest.

INTERPRETATIO.[b]) *Minores aetate, si crimina graviora commiserint, per aetatem se non poterunt excusare.*

2.[c]) SENTENTIA. Qui minori mandavit, ut negotia sua agat, ex eius persona in integrum restitui non potest: nisi minor sua sponte negotiis eius intervenerit.

INTERPRETATIO.[d]) *Si quis maior annis minori per mandatum negotia sua agenda commiserit, ex persona minoris integri restitutionem accipere non potest: nisi forsitan minor sine mandato voluntarie se causis miscuerit alienis.*

3.[e]) SENTENTIA. Si maior effectus res, quas minor egit, pacto vel silentio comprobavit, adversus hoc quoque in integrum restitui frustra desiderat.

INTERPRETATIO.[f]) *Si quis id, quod minor aetate gessit, postquam maior effectus est, id est usque ad impletum vicesimum octavum annum, silentio suo et taciturnitate revocare noluit, de hac re integri restitutionem petere non potest*[g]).

4.[h]) SENTENTIA. Si minor minori heres exsistat, ex sua persona, non ex defuncti in integrum restitui potest.

INTERPRETATIO.[i]) *Si minor minori successerit, non ex persona defuncti ille, qui heres est, sed ex sua agere potest; hoc est, si ille, qui defunctus est, duodeviginti annorum sit, et succedens viginti, ex istius, qui successit, aetate tempora computanda sunt.**)

5.[k]) SENTENTIA. Minor se in his, quae fideiussit vel fidepromisit vel spopondit vel mandavit, in integrum restituendo, reum principalem non liberat.

INTERPRETATIO.[l]) *Si minor maiorem fidedicat,* [m]) *licet ipse teneri non possit, tamen quem fidedixit, teneri potest.*

6.[n]) SENTENTIA. Qui sciens prudensque se pro minore obligavit, si id consulto consilio fecit, licet minori succurratur, ipsi tamen non succurretur.

INTERPRETATIO.[o]) *Qui sciens minorem, hoc argumento pro eo fideiussor accessit, ut excusatione minoris aetatis fideiussionem suam in posterum liberaret, minor quidem aetatis beneficio liberatur; sed ad solvendum debitum fideiussor, qui hoc argumento usus est, retinetur.*

7.[p]) SENTENTIA. Minor adversus emtorem in integrum restitutus, pretio restituto fundum recipere potest. Fructus enim in compensationem usurarum penes emtorem remanere placuit.

INTERPRETATIO.[q]) *Si minor praedium, quod vendiderat, per integri restitutionem, reddito emtori pretio, receperit, fructus ab emtore perceptos recipere non potest: sed eos, quanti fuerint, in compensationem usurarum iussum est imputari.*

8.[r]) SENTENTIA. Minor adversus distractiones eorum pignorum et fiduciarum, quas pater obligaverat, si non ita, ut oportuit, a creditore distractae sint, restitui in integrum potest.

INTERPRETATIO.[s]) *Minor annis ea, quae pater eius oppignoraverat vel fiduciae causa posuerat, si viliore pretio, quam oportebat, a creditore distracta convicerit, potest soluto debito ad recipiendam rem suam integri restitutionis auxilium promereri.*[t])

## TITULUS X. DE PLUS PETENDO.

1.[a]) SENTENTIA. Causa cadimus aut loco, aut summa, aut tempore, aut qualitate. Loco, alibi: summa, plus: tempore, repetendo ante tempus: qualitate, eiusdem speciei rem meliorem postulantes.

INTERPRETATIO. *Causam perdit, quicunque aut commendatum sive commodatum aliquid alibi, quam placuit, dari petierit*[b]); *aut plus, quam datum est, reddi poposcerit; aut ante tempus, quam redhibitio promissa est, petierit reformari; aut meliorem speciem, quam dederat, postularit.*

a) In cod. 17[a] deest rubrum et cohaerent §. 1, 2 cum antec. tit. negligentia librarii, nam sq. tit. nonus appellatur. b) Aldricus in Docum. Franc. a. 838. Coll. An. cit. Ivo l. c. c) 5, 9, Bou. sentent. om., in cod. 27 interpr. est. Amerbach. in m. cod. 8 notat: *A. E.* (Aliud Exemplum) *Doli actiõe tenebitur qui dolum malum adhibuit, ut res ad alium transierit.* Coll. cit. Docum. Franc. cit. Ivo l. c.

a) Sent. om. 19, 21, 22, 25—27, 35, 36, 38—40. b) Nonn. codd. om. interpr. et habent *Int̃ ñ ind̃.* c) Sent. om. 15, 21, 23, 25, 28. d) In cod. 7 interpr. pro sent. habetur; bis est in cod. 33; est etiam in cod. Par. 4482; om. in cod. 19. Infra plerique codd. *agere* pro *accipere.* e) Sent. om. 15, 21, 25, 28. f) Interpr. om. 9, 19, Bou.; in cod. 7 sententia est. Cf. Coll. can. saec. XI. Ivo XVI, 205. g) Aur. Lugd. Rittersh. Schult. edd. add. *quod in pupillaribus annis vendidisse vel tacuisse suggesserit* ex Aeg. h) 9, 15, 19, 21, 25, Bou. om. sent., quae in codd. 7, 40 interpr. signum habet. i) Interpr. deest in cod. 28, in 16 sententia est. *) Sequuntur in rec. edd. duae sententiae ex l. 34, pr. §. 1 D. de Minor. (IV, 4). k) Sent. om. 19, 21, 25, 28. l) Sententia in cod. 15. Seqq. in rec. edd. duae sententiae ex l. 48 D. de Minor. (IV, 4). m) Hic mutavit interpres. n) Sent. om. 15, 21, 22, 25, 28. o) Sent. in cod. 15. *Argumento,* i. e. *intentione.* 19 om. interpr. p) Sent. om. 15, 21, 22, 25, 28, 30. q) Interpr. om. 19, 30. r) Sent. om. 22, 25, 28. s) Sent. in cod. 15, deest in 19. t) Sequitur in ed. Arndtsii tit. Ex quib. cau. maiores ex l. 39 D. Ex quib. cau. mai. (IV, 6).

a) *Imperatio* in cod. 9, ed. Bou.; om. in codd. 21—28, 35, 36. Cons. cap. V. b) Non omnino recte interpres exposuit Paulum. 19 *om.* interpr.

---

**EPIT. AEG.**

### TIT. VIII. DE DOLO.[a])

Si quis dolo vel metu alium circumvenerit, ut transferat rem suam ad alium, non stabit; uterque de vi et dolo actione tenebitur.

### TIT. IX. DE MINORIBUS XXV ANNORUM.[a])

Minores aetate, si crimina vel flagitia graviora commiserint, se per aetatem non poterunt[b]) excusare.

Non posse quempiam integri restitutionem post vicesimum octavum annum requirere: quod se in pupillaribus annis vendidisse vel tacuisse suggesserit.

Si minor maiori successerit, ex istius, qui successit, aetate tempora computanda sunt.

Si quis se pro minore obligaverit, minor quidem aetatis beneficio liberatur[c]), fideiussor tamen ad solvendum debitum retinetur.

Si minor praedium vendiderit, per integri restitutionem, reddito emtori pretio, fundum recipere potest.

Minor annis ea, quae pater eius oppignoraverat[d]), si viliori pretio, quam oportebat, a creditore distracta convicerit, potest soluto debito ad recipiendam rem suam integri[e]) restitutionis auxilium promereri.

### TIT. X. DE PLUS PETENDO.

Causam perdit[a]), quicunque aut commodatum sive commendatum aliquid alibi sibi, quam placuit, dari petierit, aut plus, quam datum est, reddendum[b]) poposcerit, aut ante tempus, quam quo[c]) redhibitio promissa est, petierit reformari, vel meliorem speciem[d]), quam dederat, postularit[e]).

a) §. 1 deest.

a) §. 2 et 5 des. b) Aeg. *poterint.* Nonn. codd. *potuerint.* c) Plerique codd. et Aeg. *liberatus.* d) Alii codd. et Aeg. *obpignoraverit.* e) Aeg. et codd. *integre.*

a) Nonn. codd. *perdat.* b) Nonn. codd. *reddendi* s. *reddenda.* c) Aeg. *pro.* d) Aeg. *meliori specie.* e) Nonn. codd. *postularet* s. *postulare.*

## EPIT. GUELPH.

### VIII. DE DOLO MALO
### tl· II· ꝛ · XV.[a])

.I. Dolus. malus. quid apellatur. quod aliut agitur. aliud simulatur.

II. Qui ꝓ dolum aut uim. pro alio egit dolo. et ui tenebitur.

### VIIII. DE MINORIBUS XV. ANNORUM tl· IIII. ꝛ · IIII· ł· I.[a])

I. Si minor flagicium admisit. per etatem. non excusabitur.

II· Si minor negucia agat aliena. in integrū n̄ restituit. nisi se uoluntatē. causis miscuit alienis.

III. Si q̄ minor male gessit. infra XXV III ann̄ non requesierit. postia non requerat.

IIII Si minor in hereditatē minori. successit succedentes. ex sua non ex mortui persona. ad respondendum cogendus est.

V. Si minor maiori. fide dicat. non ipse tenendus est sed quē fidem dix̄.

VI. Si maior minori fide dicat. maior qui fraudem gessit. non minor tenendus est.

VII. Si q̄ minor uindedit maior recepit.

VIII Si pater rem. minus. que valebat opignorauit minor restituto precio revocat.

### X DE PLUS PETENDO.
### l: II· ꝛ · V. ł III.[a])

Quomodo causam perdit quicunque quod prestetit ante placitum petit uel plus petit.

a) C. Th. II, 15.
a) C. Th. II, 16, 1 sqq.?
a) Paul. II, 5, 3?

## EPIT. MONACHI.

### VIII. DE DOLO.

Dolus est, quum aliquid agitur, aliud simulatur.

Qui dolum vel metum adhibuit, ut res ad alium transiret, uterque de vi et de dolo actione tenebitur.

### IX. DE MINORIBUS XX ET V ANNORUM.

Minoris aetatis si crimina graviora commiserint, per aetatem se non poterunt excusare.

[a]) Qui minori mandavit, ut negotia sua agat, ex eius persona in integrum restitui non potest, nisi minor sua sponte negotiis eius intervenerit.

Si quis maior annis minori per mandatum negotia sua agenda commiserit, ex persona minoris integri restitutionem accipere non potest: nisi forsitan minor sine mandato voluntarie se causis miscuerit alienis.

Si quis id, quod minore aetate gessit, usque vicesimum octavum annum sua taciturnitate revocare noluerit, de hac re integri restitutionem petere non potest.

Si minor[b]) minori successerit, non ex persona defuncti, sed ex sua persona aetate causas agat.

Si minor maiorem fidedicat[c]), licet ipse teneri non possit, tamen quem fidedixit, teneri potest.

Qui sciens minorem hoc argumento pro eo fideiussor accesserit, ut excusatione minoris aetatis fideiussionem suam in posterum liberaret, minor quidem beneficio aetatis liberatur, sed ad solvendum fideiussor tenetur.

Si minor praedium, quod vendiderat, per integri restitutionem reddito pretio receperit, fructus recipere ab emtore non potest, sed eos in compensatione usurarum computari iussum est.

Minor annis ea, quae pater eius pignoraverat vel fiduciae causa posuerat, si viliore pretio, quam oportuerat, accipit, soluto debito in integrum filio restituatur.

### [a]) X. DE PLUS PETENDO.

Causam perdit, qui aut commendatum vel commodatum plus quam datum est, reddi poposcerit[b]) aut ante tempus vel meliorem petierit reformari.

a) §. 2 et sententia et interpretatio recepta est. b) 62 om. *minor.* c) Codd. *fidēdicat.*
a) 64 *De Plus Pet. X. De Debito.* b) 62 *poscit.*

## EPIT. S. GALL.

### VIIII. *Itē alia.* DE MINORIS[a]) ETATIB;

Si quis infra legitimis annis[b]) s̄ si aliqua graviora culpa cummiserit sicut lex continet solvat sic̄[c]) ille qui in maiore etate ē.

*Itē alia.* Quicūq: in minore etate sunt[d]) rē suā alicui comēndaverit et exinde dānū evenerit totū requirere illū n̄ potē nisi si ipse propriā suā voluntatē[e]) illi reddere voluerit similit̄ et ille qui in minore etate ē et ad alterum talem[f]) qui in minore etate ē sua negocia comendaverit similit̄ ut supra dixim; in integro ei requirere[g]) non potē nisi si ipse minor ꝓpria sua voluntatē ei reddere voluerit.

*Itē alia.* Si duo parvoli consubrini qui infra annis s̄ et sine parentes remanserint. et unus de illus[h]) mortuus fuerit ille qui vivit amborū hereditatē vindicet[i]).

*Itē alia.* Si minor fuerit[k]) infans qui infra annis ē et fideiussor alicui accesserit qualem fidem fecerit solvat.

*It̄ alia.* Si aliquis homo p[l]) alterū qui infra annis ē fideiussor exierit ille qui ipsā fidem fecit ille solvat et ille qui infra ann̄ ē illi nihil conponat.

*Itē alia.**) Quicumq: homo qui p aliquo ingenio[m]) ꝓ parvolū qui infra annis ē fideiussor exierit ut illū parvolū p malum ingenium aliquit ledere possit ille qui fideiussor exivit de sua ꝓpria[n]) conponat et sic̄[o]) superius diximus illū parvulū p[p]) quē fideiussor exivit nihil requirat.

*Itē alia.* Si quicūq: homo de illos qui infra annis s̄ t̄rā[q]) conparaverit et postea ubi ipse parvulus ad legitima[r]) etatem pvenerit si voluerit p̄cium reddere illi cui sua trā vindidit p̄ciū reddat et terrā[s]) recipiat et fructū de ipsa trā illū tenuit de illum qui ibidem laborabat[t]) ad illum nihil requirat'.

*X. Itē alia.*[a]) Quicūq; homo ingenuus mancipia aut trā sua inpignoraverit aut infiduciaverit et ille mortuus fuerit qui eā[b]) inpignoravit post suā mortē liceat filiū suum qd pat̄ eius placuit dare et rem suā recipere.

*XI.*[a]) *Item alia.* Quicūque homo ad alterū hominē rē suā p̄staverit et ipsā rem antea requisierit que[b]) int̄ eos convenit aut forte meliore[c]) aut plus quā ei dederat ipsā rem[d]) ille q querit pdat.

a) 65 *minoribus.* 67 *minores.* b) 67 *legitimos annos.* c) 65 *sicut et.* d) Canc. vituperat scriptorem, qui legi contrarium dixerit. e) 67 *sua voluntate.* f) 65 *tale.* 67 om. *ad.* g) 67 *diximus integro eū requir.* h) 65, 67 *illos.* i) 67 *vindicavit.* k) 67 om. *fuerit.* l) 65 *pro.* 67 *si quis homo qui p alt. infra.* *) 67 om. *It. alia.* m) 65 *injenio.* 66 *ingenuo.* 67 *ingenio p parvolo.* n) 65 *suo proprio.* Etiam 67 *proprio.* o) 66 om. *sicut.* p) 65 *pro quem fidemiussor.* q) 65 *terra.* r) 67 *legitimam.* s) 65 *suam terram—terra.* Etiam 67 *suam.* t) 67 *ipsam terram illū qui eā tenuit—laborarit.*
a) 65 om. *It. al.* 66 *XI.* b) 65 *ea.* 67 *inpignoraverit post sua.*
a) 65, 66 om. *XI.* b) Canc. cj. *quam,* recte. c) 67 *meliorē.* d) 65 *ipsa rem—ipsa rem.* 66, 67 *illi.*

LEX ROM. VISIGOTH. | EPIT. AEG.

## TITULUS XI. DE SATISDANDO.

1.[a]) Sententia. Quoties hereditas petitur, satisdatio iure desideratur: et si satisdatio non detur, in petitorem hereditas transfertur.[b])

Interpretatione *non eget.*

2. Sententia. Si petitor satisdare noluerit, penes possessorem possessio remanet: in pari enim causa potior est possessor.

Interpretatio. *Si quicunque hereditatem ex defuncti voluntate aut testamenti conditione possideat, quam alter sibi debitam esse contendit, petitor iure postulat, ut ei a possessore satisdatio detur, quae omnia hereditaria corpora salva futura esse promittat, usque in cognitionis eventum. Et si possessor ex hac re conventus huiusmodi satisdationem non providerit, dato a petitore fideiussore, ad eum hereditaria corpora transferuntur. Si vero nec petitor satisdatorem*) dederit, penes possessorem usque ad eventum iudicii possessio remanebit.*

3. Sententia. Usufructuarius et[c]) de utendo usufructu satisdare debet, se perinde usurum, ac si ipse paterfamilias uteretur.

Interpretatio.[d]) *Usufructuarius proprietatis domino satisdatorem dare compellitur, se usufructu suo non aliter usurum, quam ipse proprietatis dominus uti potuit diligenter.*

**Epit. Aeg.** TIT. XI. DE SATISDANDO[a]).

Quicunque hereditatem ex defuncti voluntate aut[b]) testamenti conditione possidet, quam alter sibi debitam esse contendit, possessor satisdationem det, ut omnia salva fiant: et si possessor dare noluerit, in petitorem hereditas transferatur.

Usufructuarius proprietatis domino satisdatorem dare compellitur, se[c]) usumfructum suum non aliter usurum, quam ipse proprietatis dominus uti potuit diligenter.

## TITULUS XII. DE IUDICIIS OMNIBUS.

1.[a]) Sententia. Hi, qui falsa rescriptione usi fuerint, lege Cornelia de falsis puniuntur.[b])

Interpretatio. *Hi, qui in causis suis falsa principum rescripta detulerint, ut falsarii puniantur.*

(2.) Sententia. Ex[c]) his, qui ancillam corrupit alienam, aliam reformare*) cogendus est.

Interpretatione *non eget.*

2. (3.)[d]) Sententia. Qui falsum nesciens allegavit, falsi poena non tenetur.

Interpretatione *non eget.*

3. (4.)[e]) Sententia. In caput domini patronive nec servus, nec libertus interrogari potest.

Interpretatione *non eget.*

4. (5.) Sententia. Praegnantes[f]) neque torqueri, neque damnari, nisi post editum partum possunt.

Interpretatione *non eget.*

(6.)[g]) Sententia. Qui rescriptum a principe falsa allegatione elicuerint, uti eo prohibentur.

Interpretatione *non eget.*

5. (7.) Sententia. Qui de se confessus est, in alium torqueri non potest, ne alienam salutem in dubium deducat, qui de sua desperavit.

Interpretatione *non eget.*[h])

**Epit. Aeg.** TIT. XII. DE IUDICIIS OMNIBUS.[a])

Qui falsa[b]) principum rescripta detulerint[c]), ut falsarii puniuntur.

Qui falsum nesciens allegavit, falsi poena non teneatur.

In caput domini patronive nec servus, nec libertus interrogari[d]) potest.

Ut praegnantem nemo torqueat.

Qui[e]) de se confessus est, super alium credi non potest.

## TITULUS XIII. DE IUDICATO.*)

1.[a]) Sententia. Qui exhibiturum se aliquem iudicio caverit, mortuo eo, pro quo caverat, periculo cautionis liberatur.

[b])Interpretatione *non eget.**)

2. Sententia. Filiusfamilias iussu patris manumittere potest; matris non potest.

Interpretatione *non eget.*

3.[c]) Sententia. Is, qui album raserit, corruperit, sustulerit, mutaverit, quidve aliud propositum edicendi causa turbaverit, extra ordinem punietur.

Interpretatio. *In eum, qui album curiae*) raserit, vitiaverit vel quodcunque aliud scripturae genus sua praesumtione turbaverit*[d]), *capitaliter non exspectata ordinis*) sententia vindicatur.*[e])

4. Sententia. Si id,[f]) quod emtum est, neque tradatur, neque mancipetur, venditor cogi potest, ut tradat aut mancipet.

Interpretatio.[g]) *Si eam rem, quam aliquis accepto pretio facta venditione distraxit, tradère distulerit, ad traditionem rei, quam vendidit, omnibus modis compellendus est.*)*

**Epit. Aeg.** TIT. XIII. DE IUDICATO.[a])

Cautio solvitur, si, pro cuius praesentia cautum fuerat, moriatur.

In eum[b]), qui scripturam suo vitio mutaverit, sustulerit, turbaverit, capitaliter vindicetur.

Rem, quam quis vendiderit, consignare cogendus est.

---

a) §. 1—3 om. 25—28, 35, 36 et §. 1, 2 codd. 22—24, 30, 35, 36. b) In codd. disiunguntur §. 1, 2 et add. in nonn. *Ista interpr. non egent,* ut ap. Bou. Sich. post §. 1 add. *Alia.* In edd. Cui. Schult. Bien. Arndts. aliis §. 1 et 2 in unam contrahuntur. *) i. e. *fideiussorem.* 19 om. interpr. c) Schulting vv. *de utendo usufructu* Aniani, non Pauli existimat esse. Interposui ex codd. *et.* d) In cod. 4 sent. et interpr. cohaerent, om. siglo interpr.

a) Sent. om. 21—25, 27, 28, 38—40. b) Nonn. codd., qui interpr. habent, add. *Ista intp̃. non ind̃.* 19 om. interpr. c) Hanc sent. habent soli codd. 7, 22, 26, 31 (sed hic add. interpretationis sigl.), Sich.; om. reliqui codd. Bou. et epitomae Breviarii. *) Sine dubio Paulus scripserat *restituere.* d) Sent. om. 15. e) Sent. om. 15; interpr. sigl. habet in codd. 38—40. Cf. Ivo, Pan. f. 111 (?). f) Hanc sent. om. 9, 10, 15, Bou. g) Om. hanc sent. omnes codd. praeter 12, 13, 16, 17ᵃ, 23; primus add. Cui. in ed. a. 1558. Vid. sq. tit. not. *e.* h) Ita codd., nisi quod nonn. om. *Ista* etc., ut Bou. Sich.; sed Aurel. Genev. edd., quas recentiores sec. sunt, interpretationem add., quae vero nihil est, nisi summa ab Aeg. edita. Equidem eam delevi, ut reliquas, quae falso a rec. edd. appositae sunt. In rec. edd. sequuntur tres sententiae ex l. 22 D. de Quaest. (XLVIII, 18), l. 54 D. de Indiciis (V, 1), l. 41 D. ad L. Iul. de Adult. (XLVIII, 5).

*) Sec. Schult. Visigothi nonnulla ex diversis tit. delibata in hunc tit. confuse contulerunt. Ei adstipulatur Arndts. a) Sent. interpretationis siglum prae se fert in codd. 38—40. b) Ita codd. Bou. Sich. In edd. Aur. Lugd., quas poster. edd. sec. sunt, ex Aeg. add. interpretatio: *Cautio solvitur—moriatur.* Falsam eam esse, non opus est dicere. *) In rec. edd. sequitur sententia ex l. 17 D. de In ius vocando (II, 4). c) 16, 17ᵃ, 21, 22, 25—28, 32 om. sent. *) V. *curiae* add. interpr. d) Aur. Lugd. Rittersh. Schult. Arndts ex Aeg. h. l. add. *mutaverit, sustulerit.* Quod interpres *capitaliter* vindicari dicit, non est in Paulo. Savigny l. c. T. I. p. 264 (ed. I.), p. 307 sq. (ed. II.). In codd. 23, 38, 39 interpr. sententiae siglum prae se fert, in cod. 19 mixta est cum sententia. *) Cf. I, 5, 2; I, 15, 2. e) 16, 17ᵃ h. l. add. sextam sententiam antec. tit. f) 19, 21, 22, 25, 26, 28 om. sent., quae in codd. 16, 17ᵃ, ap. Bou. interpr. est. g) In codd. 16, 17ᵃ et ap. Bou. sent. sigl. prae se fert. Vv. *accepto pretio* superflua sunt. 19 om. interpr. Cf. II, 18, 10, interpr. *) In rec. edd. sequuntur octo sententiae ex l. 45, 54 D. de Re iudic. (XLII, 1), l. 39 D. Ex quib. cau. mai. (IV, 6), l. 38 D. de Rebus auct. iud. (XLII, 5).

(Epit. Aeg.) a) 54 add. *Satisdatio est completurium.* b) Aeg. om. *aut.* Mox nonn. codd. *detur ut.* c) Aeg. *seu.*

a) Cf. Ben. Lev. III, 196 ad §. 1—5. b) Aeg. *falso.* c) Aeg. et nonn. codd. *deleverint.* d) Aeg. *interrogare.* e) Vid. not. *a* et Ben. Lev. I, 313. Ivo, Decr. XVI, 209.

a) §. 2, 7—9 des. b) Aeg. et nonn. codd. *eo.*

## EPIT. GUELPH.

### XI. DE SATISDANDO.

ʅ· XX. l· II. ʅ· XI· l· I· ʅ· XVIII. ɫ· XII· ɫ· III· ʅ. VIII· ɫ· XI· l· V. ʅ· XXXV. l· II. IIII.[a])

I. Hereditas. a quo petitur. fideiussorem dare iubetur. non dato fideiussorem. adita hereditas. forciorem possessorem facit.

II Si cui petit dare noluerit. his qui petit dabit.

III Usumfructuarium. fideiussorem dominum dari.

### XII. DE IUDICIIS OMNIBUS.

I. Qui rescripta. principum. falsa defuerunt.[a]) ut falsi poniantur.[b])

II. Qui falsum nesciens. allegauit. ad pena. ut teniatur.

III In caput domini servus non torquiret.

IIII Pregnante non torqueri.[c])

V. De se confessum ꝑ aliū non torqueri.

### XIII. DE IUDICATO.

I. Si moriatur quis ppt quem cautum est a pericolo liberatur.

II Filius iusso patris. manūmittere potest.

III Qui alium[a]) curie uel aliqua scriptura uiciauerit. tl· VIIII ʅ· XV.[b])

IIII Rem quam quis. uindedit. tradere conpellitur. tl· II. ʅ· I.[c])

a) Paul. I, 20; II, 11, 1; II, 18, 12; III, 8 (9), 11; V, 35, 2 et 4.

a) pro *deferunt*. b) §. 2 om. c) §. 6 om.

a) pro *album*. b) C. Th. IX, 15. c) C. Th. III, 1.

## EPIT. MONACHI.

### XI. DE SATISDANDO.

Quicunque hereditatem ex defuncti voluntate aut testamento possideat, quam alter[a]) sibi debitam esse contendit, petitor iure postulat, ut ei a possessore satisdatio detur, quae omnia hereditaria corpora salva futura esse promittat usque in cognitionis eventum. Et si possessor huiusmodi satisdationem non providerit, dato a petitore fideiussore, ad eum hereditaria corpora transferuntur. Si vero nec petitor satisdatorem dederit, penes possessorem usque ad eventum iudicii possessio permanebit.

Usufructuarius proprietatis domino satisdatorem dare compellitur, se[b]) usumfructum suum non aliter usurum, quam ipse proprietatis dominus uti potuit diligenter.

### XII. DE IUDICIIS OMNIBUS.

Hi, qui in causis suis falsa principum rescripta detulerint, ut falsarii puniantur.[a])

Qui falsum nesciens allegavit, falsi poena non tenetur.

In caput domini patronive nec servus nec libertus interrogari potest.

Praegnantes neque torqueri neque damnari nisi post editum partum possunt.[b])

Qui de se confessus est, alium torqueri non potest, nisi[c]) alienam salutem in dubium deducat, qui de sua desperat.

### XIII. DE IUDICATO.

Qui exhibiturum se aliquem in iudicio caverat, mortuo eo, pro quo caverat, periculo cautionis liberatur.

[a]) Filiusfamilias iussu patris manumittere potest, matris non potest.

In eum, qui album curiae raserit, vitiaverit vel quodcunque aliud scripturae genus sua praesumtione turbaverit, in eum capitaliter non exspectata ordinis sententia vindicatur.

Si eam rem, quam aliquis vendit, accepto pretio tradere distulerit, ad tradendam[b]) rem omnino compellatur.

a) 62, 63 *qualiter* pro *quam alter*. b) Ita 64. 63 *seu*, 62 *sed*.

a) §. 2 omittitur. b) §. 6 omittitur. c) 62 *nisi*. 63, 64 *nec*. Leg. *ne*.

a) 64 add. *Plura Iudicia*. b) 62, 64 *trahendam*.

## EPIT. SELD.

In eum, qui album curiae raserit, sustulerit, mutaverit, quidve aliud turbaverit, extra ordinem punitur.

## EPIT. S. GALL.

### XII.*) DE SATISDANDO[a]).

*Intp̄*. Quicumque homo ingenuus de facultatē suam alicui cartam fecerit et mortuus fuerit ille qui ipsā cartā recipit ad heredes mortui legitimā porcionē docere debit[b]) et ꝑ hoc ābe partes fideiussores dent ut ante iudicē se p̄sentare debent; et ille qui illā cartā habet ante ipsū iudicem ad illos heredes legitimam portionem consignet quid[c]) eis pat̄ eorū ꝑ ipsa carta demississet[d]) si ille q̄ carta habet hoc consignare potē suā cartā[e]) integra opteneat firmitatē.

*Itē alia.**) *XIII de falsariis.* Quicumq: homo qui sciendo[a]) falsa carta in iudicio ꝓtulerit iusta[b]) legē puniat'.

Et qui nesciendo in iudicio falsa carta ꝓtulerit excusandū se dicat ut ipsa carta falsa carta[c]) n̄ saupisset si hoc excusare potē minime condānetur.

*It alia XIIII**) *De lib̄tis l̄ de servis. Intp̄.* Nec[a]) lib̄tus de patronū suū nec servus dn̄m suū se excutere n̄ potē nisi si illus[b]) incredulus et paganus ꝓbare potuerit.

*Itē alia* Nulla femina p̄gnantem ꝑ nulla causa nec torquere nec in nullo[c]) vinculū mittere licenciā non damus antequā ad partū veniat.

*Ite alia XV*[a]) Ille omo qui de qualecūq; crimine convictus fuerit et si iudex ei aliquas penas fecerit aut in trabaliu[b]) miserit nec si de qualecūq: hominē illa ora male loquatur credendū ei n̄ est.

*XVI.*[a]) *Itē alia.* Filius antequā mancipet' iussionē patris in omnib; adimpleat'; de matres vero iussionē[b]) in omnib; non adimpleatur nisi eā[c]) que possibile ē faciat.

*Itē alia.*[d]) Si quis qualecūque cartam alterius ꝑ malo animo[e]) quid ei ad dānū ēē debeat aut raserit aut incendiderit[f]) aut p qualecūque modo fraudaverit secundū legē puniat'.

*XVII De vindicionib;*[a]) *Intp̄.* Quicūq: ad alterū hominem legitimā vinditionem fecerit et p̄ciū acciperit et ipsā[b]) rē tradere noluerit iudex eū invitum[c]) ipsam rem tradere faciat.

*) 65, 66 *XI*. a) 65 *satisdandis*. 67 *satisdandum*. b) 65 *carta—ipsa carta recepit—debet*. Etiam 67 *recepit—debet*. c) 65 *quae*. 67 *quod*. d) 65 *dimiss*. 67 *dimisit*. Ceterum 66 *ilae*. e) 65 *sua carta*. 67 *qui cartam—sua carta*.

*) 65 *XII*. a) 65 *sciente*. b) 65 *iusta lege*. 67 *iuxta*. §. 2 om. c) 65 om. *carta*. Ante *scusandum*. 67 *sapuisset*.

*) 65 *XIII*. a) 67 *Haec*. Paulo post 66 *patrinonū* et *sexcutere*. b) 65 *illius*. 67 *non debet atque poterit nisi illos incredulos et paganos prob. potuerunt*. c) 65 *pregnante—nullum*. 67 *torqueri*.

a) 65, 66 om. *XV* et 67 *Item*. — §. 6 om. b) 67 *aut infla gallatoriū*.

a) 65 *XIIII*. — §. 1 om. b) 65 *de quo m. v. iussione*. 67 *matris*. c) 65, 67 *ea*. d) 67 *XVII It alia Intp̄*. e) 65 *per malo*. 67 *quod*. f) 65 *incendaverit*.

a) 65 *XV*. 67 *XVIIII De vendicio*, om. *Intp*. b) 65 *acceperit—ipsa*. c) 67 *invitum*.

LEX ROM. VISIGOTH.

5. Sententia. Deteriorem[h]) servum facit, qui fugam suaserit, et qui furtum, et qui mores eius corpusve corruperit.[i])

Interpretatione *non indiget.*

6. Sententia. Qui[k]) ancillam alienam virginem immaturam corruperit, poena legis Aquiliae tenebitur.

Interpretatio.[l]) *Hae duae secundum legem Aquiliam similem poenam habent, ut cum his, quae animo vel corpore corruperunt, alia similia mancipia huiusmodi praesumtores exsolvant.*[m])

7.[n]) Sententia. In petitione hereditatis ea veniunt, quae defunctus mortis tempore reliquit, vel ea, quae post mortem ante aditam hereditatem ex ea acquisita sunt.

Interpretatione *non eget.*

8.[o]) Sententia. Possessor hereditatis pretia earum rerum, quas dolo alienavit, cum usuris praestare cogendus est.[p])

Interpretatione *non eget.*

(9.)[q]) Sententia. Rerum ex hereditate alienatarum aestimatio in arbitrio petitoris consistit.

Interpretatione *non eget.*

9. (10.)[r]) Sententia. Petitio hereditatis, cuius defunctus litem non erat contestatus, ad heredem non transmittitur.

Interpretatio.[s]) *Si auctor de petitione hereditatis sibi debitae ita silentium gessit, ut nullam proponeret actionem, heres eius ab hereditatis ipsius petitione repellitur.*

## TITULUS XIV. DE VIA PUBLICA.

1. Sententia. Qui[a]) viam publicam exaraverit, ad munitionem eius solus compellitur.

Interpretatione *non eget.*

## TITULUS XV. SI QUADRUPES DAMNUM INTULERIT.[a])

1. Sententia. Si[b]) quadrupes pauperiem fecerit damnumve dederit quidve depasta sit, in dominum actio datur, ut aut damni aestimationem subeat, aut[c]) quadrupede cedat: quod etiam lege Pesulania de cane cavetur.

Interpretatio.[d]) *Si alienum animal cuicunque damnum intulerit aut alicuius fructus laeserit, dominus eius aut aestimationem damni reddat, aut ipsum animal tradat. Quod etiam de cane similiter est statutum.*[e])

2.[f]) Sententia. Feram bestiam in ea parte, qua populi iter est, colligari praetor prohibet. Et ideo sive ab ipsa, sive propter eam ab alio alteri damnum datum fuerit, pro modo admissi extra ordinem actio in dominum vel custodem datur: maxime si ex eo homo perierit vel fuerit laesus*).

Interpretatio.[g]) *Fera bestia in ea parte, qua populi transeunt vel frequentant, ligari vel custodiri prohibetur: ne aut ipsa aliquem noceat, aut terrore eius quolibet casu aliquis ab altero fortasse laedatur. Quod si factum fuerit, in dominum, si hoc praecepit, vel in custodem eius damni vel cuiuscunque laesionis actio, non exspectata ordinis sententia, revertetur.*

3.[h]) Sententia. Ei, qui irritatu suo feram bestiam vel quamcunque aliam quadrupedem in se proritaverit, eaque damnum dederit, neque in eius dominum, neque in custodem actio datur.

Interpretatio. *Quicunque feram bestiam vel quamcunque quadrupedem provocando quocunque modo adversum se incitaverit, nec domino, nec custodi eius poterit imputari: quia suo vitio incurrisse dignoscitur.*[i])

## TITULUS XVI. FINIUM REGUNDORUM.

1. Sententia. In eum, qui per vim terminos deiecerit vel amoverit, extra ordinem animadvertitur.

Interpretatione *non eget.**)

h) Interpr. in cod. 27, ed. Bou.; om. in codd. 21, 28, 38. i) In 12 add. *Haec sententia cum inferiore interpretata est.* k) Sent. om. 21, 25, 27, 28, 38. Interpr. in ed. Bou. l) Interpr. om. 19, commiscuit cum sent. 13. Interpr. partim falsa est. m) H. l. a Cuiac. in ed. a. 1566 rubr. ex Consult. add. est; in recent. edd. sequitur l. 37 D. de Poenis (XLVIII, 19). n) *Imperatio* in ed. Bou. o) Sent. in cod. 6 interpr. sigl. prae se fert. Inde ab hac sent. ordo turbatus est in cod. 13 usque ad tit. XV. p) In cod. 7 add. *Alia. In priori libro Theodosii similis lex querenda titulo scdo.* Eadem vv. habet 14 post sent. ult. h. t. 25 om. sent. q) Hanc sent. habent 12, 13, 16, 17[a], om. rell. codd. Bou. Sich. r) Sent. om. 5, 9, 21, 22, 25, 27, 28, 35, 36, 38—40, Bou. s) 19 om. interpr. In cod. 29 interpr. sententiae siglum habet. Mutata est in codd. 5, 9, ap. Bou.: *Petitio hereditatis ipsius petitione repelletur,* quae sumta esse apparet ex epitome ab Aeg. edita. Hic in rec. edd. add. sunt tres sententiae ex Cons. cap. V. et VI. et duae ex append. codd. Br. Al.

a) Sent. om. 28. In rec. edd. antecedit l. ult., §. 1 D. de Via publ. (XLIII, 11).

a) Rubr. om. 27. b) Sent. om. 21, 22, 25, 27, 28, 32, 33, 35, 38—40. c) *Quadrupede cedat,* id Schult. a Visigothis mutatum esse putat; similiter L. Rom. Burg. d) Ivo, Decr. XVI, 253. 19 om. interpr. Savigny et Barkow, praec. Schult., hac interpr. usum esse putant auctorem L. Rom. Burg. Sed vid. supra Praef. e) V. *statutum* om. 5, 9, Bou. Vid. not. sq. 19 om. interpr. In rec. edd. sequuntur duae sententiae ex L. R. Burg. tit. 13. f) Sent. deest in codd. 21, 25—28. In 5, 9, Bou. ita incip. *Quam si ligari praetor* et cohaeret sent. cum antec. interpr. *) Vv. *vel f. l.* om. plerique codd., etiam 1, 2, neque vero omnes, neque Sich. g) 19 om. interpr. Vv. *non e. o. s.* male reddunt id, quod sententia habet *extra ordinem.* Deinde *revertetur* pro *dabitur.* h) 21, 25—28 om. sent. In cod. 31 librarius commiscuit sent. et interpr., hic et illic nonn. vv. omm. An. Coll. Can. saec. XI. Ivo, Decr. XVI, 254. (Pann. V, f. 111.) i) 19 om. interpr. Sequitur in rec. edd. sententia ex l. 11 D. de Extraord. crim. (XLVII, 11).

*) Rittersh. Schult. h. l. sententiam Pauli add., quam Cuiacius dicitur in duobus codd. invenisse.

EPIT. AEG.

Si quis servo fugam aut furtum suaserit[c]), si quis ancillam alienam virginem corruperit[d]), alia similia mancipia huiusmodi praesumtores exsolvant.

Si auctor[e]) de petitione hereditatis sibi debitae nullam proposuit actionem, heres eius ab hereditatis ipsius petitione repellitur.[f])

### TIT. XIV. DE VIA PUBLICA.

Qui viam publicam exaraverit[a]), ad munitionem eius solus compellitur.

### TIT. XV. DE QUADRUPEDE, SI DAMNUM INTULERIT.[a])

Si quadrupes damnum intulerit, dominus eius aut aestimationem damni reddat aut ipsum animal domino tradat. Quod etiam de cane similiter est statutum.

Si fera bestia in ea parte, qua populi iter est, colligata fuerit et alicui damnum dederit, in dominum vel in custodem actio datur.

Quicunque feram bestiam vel quamcunque[b]) quadrupedem adversum se irritaverit[c]), nec domino, nec custodi poterit imputari, quod suo vitio incurrisse videtur.

### TIT. XVI. DE FINIUM REGUNDORUM.

[a]) In eum, qui per vim terminos deiecerit vel amoverit, extra ordinem animadvertitur.

c) Ex §. 5. d) Haec sententia ex ipsa §. 6 hausta est. Rell. ex interpretat. illius §phi. e) Aeg. et nonn. codd. *actor.* 50 om. *hereditatis — petitione.* f) In cod. 54 add. *Si auctor hereditate non potuit.*

a) Alii codd. et Aeg. *exaravit.*

a) In codd. deest rubrica, sed interpr. vv. *Si — intulerit* rubricae loco sunt. b) Codd. et Aeg. *quemcunque.* c) Nonn. codd. om. *adv. se irrit.*, alii *nec dom. n. c.*

a) In codd. 46, 52 haec leguntur: *Fines terrae praeter terminos regantur; ne dissipentur, ab utroque quinque pedum loco teneantur.*

## EPIT. GUELPH.

V. Qui mores. serui. corpusve. curruperit. tl' VIII. ꝛ· III.[d])

VI Qui ancillam curuperit alienā aquilie legis teneatur.

VII Qui defunctis mortis tempore tenuit heredibus conpetere.

VIII Possessor hereditatis aliqua alienauit. cum usuris restituat.[e])

VIIII Si auctur hereditates. selencium ges.[f]) heres. eius ad repeticionem. prohybetur.

DE VIA. PUBLICA.
l' V. ꝛ· VI' ⱡ II.[a])

Qui uia publica distruxit solus ea restauret.

XV. SI QUADRUPIIS. DAMNUM INTULLERIT.

Estimacio damni reddendus si non reddederit. ipsum animal tradat.

Si bestia quis unde populi transeunt. legit quod damnum intullerit. dominus aut custus. redere conpellitur.

III. Si animal contra se quis. intrauerit. hoc sibi impotit. qui eum contra se inritauit.

XVI. DE FINIUM REGUNDORUM. tl' II. ꝛ· XXVI.[a])

Si q̄ p uio.[b]) terminum deiecit capite puniendus.

d) Incert. num. e) §. 9 deest. f) Deest siglum, pro *gessit.*

a) Paul. V, 6, 2.

a) C. Th. II, 26. b) pro *vim.*

## EPIT. MONACHI.

[c]) Qui fugam servum vel ancillam alicuius suaserit aut ad furtum et qui mores eius corruperit et ancillam virginem corruperit alienam, alia similia mancipia exsolvat.

In petitionem hereditatis ea veniunt, quae defunctus mortis tempore reliquit vel ea, quae post mortem antea adita hereditate ex ea acquisita sunt.

Possessor hereditatis praesentia earum rerum, quam dolo alienavit, cum usuris praestare cogendus est.[d])

Si auctor de petitione hereditatis sibi debitae nullam proposuit actionem, ad heredem non transmittitur petitio.

### XIV. DE VIA PUBLICA.

Qui viam publicam exaravit, ad munitionem[a]) eius solus compellatur.

### XV. SI QUADRUPES DAMNUM INTULERIT.

Si alienum animal damnum intulerit vel fructus laeserit, dominus eius aut aestimationem damni reddat aut ipsum animal tradat. Et de cane similiter statutum[a]) est.

Fera bestia in ea parte, qua populi frequentant[b]), mitti prohibetur, ne alicui noceat ipsa aut terrore eius casus perpetretur. Si factum fuerit, in dominum vel in custodem sententia revertetur.

Si vero feram aut quamcunque quadrupem adversus se provocando incitaverit, nec domino nec custodi imputetur.

### XVI. DE FINIUM REGUNDORUM.

In eum, qui per vim terminos deiecit vel amovit, extra ordinem animadvertitur, sicut in Theodosiani libro secundo sub aera vicesima sexta dicitur.

c) Ex §. 5 et 6 et ex interpretatione §. 6. Leg. *servo vel ancillae.* d) §. 9 deest.

a) 62, 64 *admonitione.*

a) 63 *statum.* b) Codd. *Feria.* 62, 64 *frequentantur.* 63 *terror eius eius perp.—domino—custode—revertitur.*

## EPIT. S. GALL.

*XVIII Itē alia.*[a]) Quicū̄q: homo alienū servum fugire docuerit aut furtum facere aut alienā ancillā p forciā virginē conruerit[b]) secundum legem aquiliensē iudicet[c]).

*XVIIII. Itē alia.*[a]) Quicū̄q: homo qui alterius t̄rā[b]) malo ordine aut p forciā tullerit in quantū tempus eā tenuerit omnia ab integro[c]) reddatur.

*XX Itē alia.*[a]) Si duo heredes facultatē aut trā[b]) insimul habuerint qui equale dividere debeant et unus de illos maiorē porcionē habuerit[c]) et si ille qui minus habuerit[d]) illū qui plus abet non requisierit ille, qui āplius habet nullū damnū exinde n̄[e]) paciatur nisi quando eu quesierit de p̄sente p rationē devidant et si ille qui minus habet illum qui plus habet sēp q̄sivit et ille qui plus tenet denegaverit[f]) si ante iudicē convictus fuerit p tēpus ei reddatur.

*XXI Itē alia*[a]) Si quicū̄q: peculium ad alterū ominē dānū fecerit si ipse omo cuius peculius ē dānū qui fecit conponere noluerit ipsum peculium qui ipsū dānū fecit pdat. Similit̄ si pecus aliū pecus occiserit aut si canes qualecū̄q: alterius peculium occisserit dominus eius cuius ipse peculius ē[b]) aut canis q̄ illū alterum occisit aut alterū talē peculium reddat quales[c]) ille fuit quē intrigavit[d]) aut ipsū peculiū qui illū dānū fecit reddat[e]).

*Itē alia* qualecū̄q: fera qd̄[f]) homo habuerit et eā in illo loco ligaverit ubi alicui de qualecū̄q: rē dānū fecerit ille qui eā[g]) ibidem ligare iussit[h]) ipsum dānū q̄[i]) ipsa fera fecit conponat et si ipse homo qui ipsā ferā[k]) custodire debet et sine iussione dn̄i sui ibidem ea[l]) ligaverat ubi alicui dānū faciat de suo pprio ille qui eā[m]) ibidē ligavit dānū qd̄ ipsa fera fecit conponat.

*Itē alia.* Si quicū̄q: homo aut ferā[n]) aut quadrupedem si eā p suā[o]) p̄sūptione inritaverit[p]) ut ei aliquid nocere debeat si hoc fecerit nulla composicione exinde non requirat'.[q])

a) 65 *XVI. It. al. Intpr.* b) Canc. cj. *corruperit.* Ita 67. c) 65 *aliena ancilla—aquiliense iudicentur.* Sententia ex §. 5 et 6 hausta est. §. 7 om.

a) 65 *XVII. It. al. Intpr.* 67 *XX.* b) 65 *terra.* c) 67 *cum totum.* Om. §. 9.

a) 65 *XVIII* et om. *It. al.* 67 *XXI.* b) 65, 67 *terram.* c) 65 *maiore.* 67 *habuerint.* d) 67 *habet.* e) 65 om. *non,* et paulo post 67 *eum.* f) 67 *negaverit.* Paulo post 65 *convinctus.* Haec sententia non videtur hausta esse ex §. 10. Om. tit. XIV.

a) 65 *XVIIII.* b) 67 *et si pecus alterum—canis* et om. *est.* c) 65 *tale—qualis.* d) 67 *quem ille occisit.* e) 67 om. *reddat.* f) 67 *quē* et infra *illū locū.* g) 65 om. *eam.* h) 67 *damnum faciat—fecit.* i) 65 *quem.* 67 *que.* k) 65, 67 *ipsa fera—iussionem.* Ceterum 67 *debuit.* l) 65 *eam.* 67 *ligaverit.* m) 65 *ibidem eam.* 67 *ea.* n) 65, 67 *fera.* o) 65 *ea per sua.* 67 add. *neglegenciā aut.* p) 67 *intridaverit.* q) Om. tit. XVI.

## TITULUS XVII. DE SERVITUTIBUS.[a])

1.[b]) Sententia. Viam, iter, actum, aquaeductum, qui biennio usus non est, amisisse videtur: nec enim ea usucapi possunt, quae non utendo amittuntur.

Interpretatio.[c]) *Viam, qua eundo ad rem nostram uti solemus, vel iter, quo per rem alienam ad nostram pergimus, et actum, id est, qua pecora minare*) consuevimus, vel aquaeductum, biennio non utendo, si quis usus non fuerit, perire ei certissimum est.*

2.[d]) Sententia. Servitus hauriendae aquae vel ducendae biennio omissa intercidit, et biennio usurpata recipitur.

Interpretatio.[e]) *Usus hauriendae vel ducendae aquae, si biennio destiterit, non utendo perit: et si iterum biennio in usum fuerit reducta, recipitur.*[f])

## TITULUS XVIII. DE FAMILIA HERCISCUNDA.

1.[a]) Sententia. Arbiter familiae herciscundae plus quam semel dari non potest: et ideo de his, quae divisa eo iudicio non sunt, communi dividundo arbiter postulatus partietur.

Interpretatio.[b]) *Pro divisione bonorum communium si quando inter fratres intentio vertitur, dividendae rei non plus quam semel arbiter deputatur, ut inter eos quae sunt communia, habita aequitate distribuat. Quod si deputatus a iudice arbiter indivisum aliquid dimiserit, communi consensu postea qui sit divisionis medius eligatur.*[c])

## TITULUS XIX. QUEMADMODUM ACTIONES PER INFICIATIONEM DUPLENTUR.

1. Sententia. Quaedam[a]) actiones si a reo inficientur, duplantur: velut iudicati, depensi, legati per damnationem relicti, damni iniuria legis Aquiliae, item de modo agri, quum a venditore emtor deceptus est.

Interpretatio.[b]) *Aliqua, quae quum ab his, quibus sunt debita, repetuntur, si a debitoribus negata fuerint, dupli satisfactione redduntur, id est, res iudicata, legati per damnationem relicti, id est, si quid heres legati titulo dare iussus est, et petitum negaverit, vel si damnum alicui per iniuriam factum quis sarcire noluerit, vel de modo agri, quum a venditore emtor fuerit circumscriptus, ut minus inveniatur, quam probatur scriptum. Quae omnia superius comprehensa*[c]) *secundum legem Aquiliam duplicantur.*

2. Sententia. Ex[d]) his causis, quae inficiatione duplantur, pacto decidi non potest.

Interpretatio.[e]) *Hae causae, quae pulsatorum*) negatione duplantur, per pactum*[f]) *finiri non possunt.*

## TITULUS XX. DE FIDEIUSSORE ET SPONSORE.

1. Sententia. Inter[a]) fideiussores ex edicto praetoris, si solvendo sint, licet singuli in solidum teneantur, obligatio dividetur.

Interpretatio.[b]) *Quum multi fideiussores exstiterint, etiamsi ad solvendum, quae promiserunt, probantur idonei, et possint omnes in solidum retineri*[c])*, tamen restitutio debiti inter eos dividenda est, ut unusquisque id, quod eum pro portione sua contingit, exsolvat.*

## TITULUS XXI. DE SEPULCRIS ET LUGENDIS.

1. Sententia. Ob[a]) incursum fluminis vel metum ruinae*) corpus iam perpetuae sepulturae traditum, solennibus redditis sacrificiis, per noctem in alium locum transferri potest.

Interpretatione *non eget.*

2. Sententia. Corpus in civitatem inferri non licet, ne funestentur sacra civitatis: et qui contra ea fecerit, extra ordinem punitur.

Interpretatione *non eget.*[b])

a) Rubr. deest in cod. 14. b) Sent. om. 21—23, 25—28, 33, 35, 36, 38—40; in cod. 14 interpr. sigl. add. est. c) Interpr. deest in cod. 19; in cod. 11 cohaeret cum §. 2. Nota declarationem viae, itineris, actus, quam vero Schult. non omnino probat. *) *minare*, i. e. ducere, pellere et supra *res* pro fundo. Nonn. codd., veluti 2, om. *uti—ad nostram*. d) Sent. om. 19, 21—23, 25—27. In codd. 38—40 sent. conflata est cum interpr., hic et illic omm. vv. e) Sent. in codd. 11, 31; deest in cod. 19. f) Sequitur in rec. edd. sent. ex l. 9 D. de Serv. pr. rust. (VIII, 3).

a) Deest in codd. 19, 21—28, 32, 33, 35, 36, 38—40. b) Interpr. habet, quae non sunt in Paulo. *Res* pro *hereditate*. c) Cuiacius in ed. a. 1566 quatuor sent. add. ex append. codd. Brev. Al.

a) Sent. om. 21—28, 32, 33, 35, 36, 38—40; in 13 mutila est, des. enim vv. *item—est*, quae in interpr. translata sunt; contra des. prima vv. interpr. usque ad v. *noluerit*. b) Interpr. om. 19. c) Haec ambigua sunt; verum cum iis congruit L. R. B. tit. XIV. i. f., quare nonnulli putant, h. l. L. R. B. sumtum esse ex Brev. Al. Sed vid. supr. Praef. d) Sent. om. 19, 21, 25, 26, 28, 30, 38—40. In codd. 5, 9, ed. Bou. cohaeret cum interpr. §. 1 et conflata est cum interpr. h. sent. e) Vid. not. *d*. Interpr. om. 22, 30. *) i. e. *reorum*, et saepe quidem hac significatione v. *pulsatus* accipitur in Brev. et in aliis iuris libris. f) Schult. haec vituperat.

a) Sent. om. 19, 21—28, 32, 33, 35, 36, 38—40; 7 interpr. sigl. habet. b) Coll. can. An. saec. XI. Ivo, Decr. XVI, 255. (Pannorm. V, f. 111?) c) pro *conveniri*. Cf. infr. II, 2; II, 3; II, 4, 3; II, 9; IV, 1, 8; V, 12, 5. Mox v. *restitutio* est pro *solutione*.

a) Sent. om. 32, 33; in 19 conflata est sent. cum §. 2. *) V. *ruinae* non solum habet cod. Ves., verum etiam 6, ad quem accedit 17[a]. b) Cuiac. in Obs. XXI, 13 decem edidit sententias ex cod. Ves., quas in ed. a. 1586 h. t. inculcavit.

---

**EPIT. AEG.**

### TIT. XVII. DE SERVITUTIBUS.

Id est de via publica et de aquaeductu[a]), qua uti solemus, vel itinere, quo per rem alienam ad nostram pergimus, et actu, quo[b]) pecora minare consuevimus; si quis biennio usus non fuerit, perisse ei certissimum est.

Et si iterum biennio usus fuerit, recipitur.[c])

### TIT. XVIII. DE FAMILIA HERCISCUNDA[a]).

Si quando inter fratres contentio vertitur, dividendae rei non plus quam semel arbiter deputatur, ut inter eos, quae sunt communia, habita aequitate distribuat[b]). Quod si deputatus a iudice arbiter indivisum[c]) aliquid dimiserit, communi consensu postea a iudice, qui sit divisionis modus, eligatur.

### TIT. XIX. QUEMADMODUM ACTIONES PER INFICIATIONEM[a]) DUPLENTUR.

Si a debitoribus legitima, quae debentur aut iudicio addicta aut legati[b]) titulo, negata fuerint, vel si damnum alicui per iniuriam factum[c]) sarcire noluerit, vel si in venditione minus inveniatur, quam probatur scriptum, dupli satisfactione reddantur[d]).

### TIT. XX. DE FIDEIUSSORE ET SPONSORE.

Quamlibet plures sint fideiussores, uni particulatim, id est unusquisque pro portione sua debitum exsolvat.

### TIT. XXI. DE SEPULCRIS ET LUGENDIS.

Ob incursum fluminis vel metum corpus sepulturae traditum per noctem in alium locum transferri potest.

Corpus in civitatem[a]) inferri non licet.

a) Aeg. *Id est via p. et aquaeductu.* b) Alii et Aeg. *qua*. Apud Aeg. in m. ann.: „*Minare pro agere usus est Hieronymus.*" c) Aeg. *recipit*.

a) Codd. et Aeg. *Herciscunde*. Infra *deputetur* plerique codd. b) Nonn. codd. *distribuit*. c) Plerique codd. et Aeg. *indiviso*.

a) Ita 46, 47. Aeg. *Infitigationem Duplicentur* et in m. ann.: „*Infitigationem scriptum in archetypo.*" §. 2 om. b) Aeg. et nonn. codd. *legata*. 54 om. *debentur—aut* et 52 *aut i. add.* c) Aeg. et nonn. codd. *factam*. d) Nonn. codd. *reddatur*.

a) Nonn. codd. *civitate*.

## EPIT. GUELPH.

XVII DE SERVITUTIBUS. tl· XV. ʗ· II· l· I.[a])

I. Viam per qua iter agetur et aqueductum si q non biennio utitur perdit.

II. Idem. quod supra. et si biennio. utatur permanet.

XVIII. DE FAMILIA HERCISCUNDE. tl· II. ʗ· XXIIII· XXV.[a])

Pro diuisionem. arbiter. a iudice semel dandus.

XVIIII QUEM AD MODUM ACCIONES. PER FICIACIONEM. DUPLENTUR.

Cum aliqua repetuntur. si negetur dupla. satisfacionem. tenendus.

II. Que causae pactu non finiuntur. pactu finire non possunt.

XX. DE FIDEIUSSORE ET SPONSORE.

I· Si fideiussoris plures sint. damnum per capida diuidendum.

XXI· DE SEPULCRIS ET LUGENDIS. NL· II· ʗ· I.[a])

Qua causa corpus. mutari potest. necatus. in flumine. sepultus iuxta alibi. transferi. potest.

II Corpus. in ciuitatem. non ponendum. q a posuerit poniendus.

a) C. Th. XV, 2, f.
a) C. Th. II, 24 et 25.
a) Nov. Val. tit. V.

## EPIT. MONACHI.

XVII. DE SERVITUTIBUS ET DE EXU[a]) CONSUETUDINARIO.

Via, iter, actum, aquaeductum, qui biennio[b]) usus non est, amisisse videtur, nec enim ea usucapi possunt, quae non utendo amittuntur.

Servitus hauriendi aquae biennio actio omissa intercidit et biennio usurpata recipitur.

[c])Usus hauriendae vel ducendae aquae si biennio destiterit, non utendo perit, et si inter biennium in usum fuerit reducta, recipiatur[d]).

XVIII. DE FAMILIA HERCISCUNDAE.

Arbiter familiae herciscundae, hoc est res indivisa non amplius quam semel dari potest, et quae tunc eius iudicio divisa non sunt, ex utraque parte heredum arbiter eligatur.

XIX. QUEMADMODUM ACTIONES[a]) PER INFITIATIONEM DUPLENTUR.

[b])Si a debitoribus debita negentur, dupla redduntur: ita ut si quis heres legati titulo dari iussus est et petitum negaverit vel si damnum alicui per iniuriam factum quis sarcire noluerit, vel de domo agri, quum a venditore emtor fuerit circumscriptus, ut minus inveniatur, quam probatur scriptum. Quae omnia superius comprehensa secundum legem Aquiliam duplicantur.

Ex[c]) his causis, quae per infitiationem duplantur, pacto decidi non potest.

Hae causae, quae pulsatorum negotiatione duplantur, per pactum finiri non possunt.

XX. DE FIDEIUSSORE ET SPONSORE.

Quum multi fideiussores pro una re exstiterint, ita restitutio inter eos dividenda est, ut unusquisque id, quod eum pro portione sua contingit, exsolvat.

XXI. DE SEPULCRIS ET LUGENDIS.

Ob incursum fluminis vel metu corpus iam perpetuae sepulturae traditum, solennibus redditis sacrificiis, per noctem in alium locum[a]) transferri potest.

Corpus in civitatem inferri non licet, ne funestentur sacra civitatis. Qui contra hoc[b]) fecerit, punietur.

a) Ita codd. b) 64 *qui per quinquennium usus.* c) Praeter sententiam etiam interpret. recepta est. d) 63 *hauriendi — ducendi aqua — utenti — si iterum — recipitur.*

a) 62, 63 om. *Actiones.* b) 64 add. *Quae debita duplicantur.* c) Sent. et interpr.

a) 63 *alio loco.* b) 63, 64 *hec,* i. e. *haec.*

## EPIT. SELD.

XVII. DE SERVITUTIBUS.

Qui biennio usus non est, viam, iter, aquaeductum amisisse videtur.

Servitus hauriendae vel ducendae aquae biennio intermissa intercidit et biennio recipitur.

XXI. DE SEPULCRIS ET LUGENDIS.

Ob incursum fluminis vel motum corpus iam perpetuae sepulturae traditum solennibus redditis sacrificiis per sententiam inferri in civitatem non licet, ne funestentur sacra civitatum. Qui contra fecerit, extra ordinem punitur.[a])

a) Conflatae sunt §. 1 et 2.

## EPIT. S. GALL.

*XXIII*[a]) *De aqueducto et via publica privata* hoc ē via privata qui ñ ē strata publica ille qui p duos anñ aqueductū aut via privata demiserit[b]) postea eos requirere ñ potē[c]) et q eos p duos annus[d]) quieto ordine possiderit alter omo illi postea eos tollere[e]) ñ potest.[f])

*XXIIII*[a]) *Itē alia.* Si duo heredes[b]) ad dividendū res suas venerint et exinde aliqua intencione[c]) inī se habuerint iudex inī eos alterū hominē iustū arbitratorē mittat q inī illos deliberet[d]) et si aliquid inī illos non divisum remanserit ipsi heredes inī se illū qd non divisum remansit sine arbitratorē dividant.

*XXV.*[a]) *It alia* Quicūq: omo alteri debitur[b]) fuerit et ipsū debitū negare voluerit et postea exinde convictus fuerit ipsū debitū in dublo solvatur[c]). Similiī et ille quicūq: homo qui rem suam vendiderit et exinde cartā fecerit si minus dederit quā in ipsa carta scriptū fuerit in quantum exinde minus invenit' in dublū psolvat[d]).

*Itē alia*[a]) *XXVI De fideiussores* si de una causa plures fideiussores fuerint dati et si aliquid de ipsos fideiussoris[b]) mortuus fuerit pinde causa non pdit[c]) sed p eos qui de illos fideiussores vivit qdqd[d]) pmisit solvat.

a) 65 *XX.* 67 add. *It alia Intp.* b) 65 *poblica — viam p. dimiserit.* Etiam 67 *dimis.* c) 67 *possunt.* d) 65 *annos.* 67 om. *ann.* et pro *quieto* habet *que dum.* e) 65 *ille p. e. requirere.* 67 *possideret a. h. ei eos toll. postea.* f) Conflatae sunt §§. 1 et 2.

a) 65 *XXI.* et om. *It. al.* b) 67 add. *cum.* c) 65 *intentionem.* 67 *intentio.* Paulo post 65 *arbitratore.* d) 67 *dividat.* Infra *arbitratore.*

a) 65 *XXII.* 66 *XXX.* 67 om. *It.* et habet *alia Intp.* b) 65, 67 *debitor.* c) 67 *solvat.* d) 67 *duplo solvat.* Om. §. 2.

a) 65 *XXIII* et om. *It. al.* 66 *XXXI.* b) 65, 67 *fideiussores.* c) 67 *perdat.* d) 65, 67 *quod* et 67 *vivet — solvatur.*

LEX ROM. VISIGOTH.

3. SENTENTIA. Qui[c]) luget, abstinere debet a conviviis, ornamentis, purpura et alba veste.

INTERPRETATIONE *non eget.*

4. SENTENTIA. Quicquid[d]) in funus erogatur, inter aes alienum primo loco deducitur.

INTERPRETATIO. *Quicquid in sepultura defuncti expensum fuerit, prius quam aliis creditoribus de mortui hereditate reddendum est.**)

5. SENTENTIA. Qui[e]) alienum mortuum sepelierit, si in funus eius aliquid impenderit, recipere id ab herede vel a patre vel a domino potest.

INTERPRETATIONE *non eget.*

**EXPLICIT LIBER PRIMUS.**[f])

# INCIPIT

# PAULI SENTENTIARUM

## LIBER SECUNDUS[a]).

### TITULUS I. DE REBUS CREDITIS ET DE IUREIURANDO.

1. SENTENTIA. In[b]) pecuniariis causis si alter ex litigatoribus iusiurandum deferat, audiendus est: hoc enim et compendio litium et aequitatis ratione provisum est.

INTERPRETATIO.[c]) *Quum de repetitione pecuniae agitur, et probatio debitae pecuniae nulla proferatur, iubet, huius rei ambiguitatem sacramentorum interpositione finiri.*

(2.)[d]) SENTENTIA. *De dubiis rebus solum iurare debere*[e]), qui suspectus dicitur, quum nulla veritas petitori in eo exprimitur, qui calumniam se pati dicit.

INTERPRETATIONE *non eget.*

2. (3.) SENTENTIA. Deferre[f]) iusiurandum prior actor potest: contrarium autem de calumnia iusiurandum reo competit.

INTERPRETATIO. *Licet*[g]) *prior petitor offerat sacramentum, tamen quum nulla probatio debiti est, is, qui calumniam se pati dicit, potest fidem suam iurisiurandi religione firmare.*

3. (4.) SENTENTIA. Si[h]) reus quum iurare velit, actor illi necessitatem iurisiurandi remisit, et hoc liquido appareat, actio in eum non datur.

INTERPRETATIO.[i]) *Si quando pulsatus repetenti pecuniam obtulerit sacramentum, et ille ei iurisiurandi necessitatem ultro concesserit, non potest postea ab eo debitum postulare.*

4. (5.) SENTENTIA. Heredi[k]) eius, cum quo contractum est, iusiurandum deferri non potest, quoniam contractum ignorare potest.

INTERPRETATIO.[l]) *Heres eius, cui pecunia credita dicitur, ad sacramentum vocari non potest: quia quae egerit auctor suus, ad integrum scire non potuit.*

c) Ben. Lev. III, 243. Isaac. tit. I. c. 36. d) Sent. om. 21, 22, 25—28, 38—40; 15 interpr. sigl. habet et ita scripta est: *Q. i. f. er. si aes al. est, p. l. solvitur.* *) Sequitur in rec. edd. l. 3 D. de Cadaver. damn. (XLVIII, 24). e) In Br. Al. codd. haec sententia h. t. ultima est, sed decima in Pauli edd., postquam Cuiacius h. t. locupletavit. Vid. not. *b* antec. f) Vid. init. h. l. not. *a.* Bou. et nonn. codd., ut 1, 2, 5, 9, *Iulii Pauli Receptarum Sententiarum* (aut *Sententiarum Iulii Pauli Receptarum*) *Liber I. Expl.*, sed 1, 2 in sqq. libr. h. l. om. v. *Receptarum;* similiter plerique codd.

a) Vid. init. lib. I. not. *a.* b) Sent. om. 21—28, 32, 33, 35, 36, 38—40. c) Interpr. cum sent. cohaeret in codd. 5, 9, 35, 36 et in ed. Bou.; deest in cod. 19. d) Hanc sent. ed. Sich., del. Cuiac., equidem restitui ex cod. 8, sed uncis inclusi, quia incerta est. e) Vv. *De—debere* in cod. 8 rubr. loco sunt, in Sich. ed. om. f) Sent. om. 21, 25—28, 35, 36, 38—40. g) Interpr. om. in cod. 19. Ivo, Decr. XVI, 196. (Pann. V. f. 111?) Habet etiam cod. Par. 4482 add. rubr. *De Petitione Debita.* h) Sent. om. 21, 25—28, 38—40. i) Ivo, Decr. XVI, 197. (Pann. V. f. 111?) Interpr. om. 19. Multi codd. *sacram. etiam iurisiurandi.* Nihili esse hanc interpr. exposuit Schult. Ad v. *pulsatus* vid. I, 19, 2, interpr. k) Sent. om. 21, 25—28, 38—40. l) Ivo, Decr. XVI, 198. (Pann. V. f. 111?)

EPIT. AEG.

Qui luget, abstinere se debet a conviviis, ornamentis et veste pretiosa.

Quicquid in sepultura defuncti expensum fuerit, prius quam aliis creditoribus de mortui hereditate reddatur[b]).

INCIPIT LIBER SECUNDUS SENTENTIARUM PAULI.

TIT. I. DE REBUS CREDITIS ET IUREIURANDO.

Si de repetitione pecuniae probatio defuerit, creditor non permittitur iurare.

Sed is, qui se calumniam pati dicit, sacramentorum interpositione debet firmare[a]).

Quod si obtulerit sacramentum et creditor ei ipsum concesserit[b]), non potest postmodum debitum postulare.

Heres eius, cui pecunia credita dicitur, ad sacramentum vocari non potest, quia quid egerit auctor suus, ad integrum scire non potuit.

b) In plerisque codd. add. *Si in funus alieni mortui aliquid impensum fuerit, ab eius herede vel domino reddatur.*

a) Aeg. et nonn. codd. *firmari.* b) Aeg. *concessit.*

## EPIT. GUELPH.

III Quomodo lugere dibiat qui lugit conuiuiis. ornamentis. uel. uestibus albis. non utendum.

IIII· In sepultura̓ defuncti. si quid expendatur ab heredem. reddendum.

V. Idem. quod supra. qui in alieno mortuo expendit. a patre uel dn̄m reddendum.

EXPŁIC PAULI· LIB. ·I·

INCP̄T LIB̄ ·II·

DEBUS CREDITIS., ET IURE IURANDU.

Cum de pecunia· agitur. potest iure iurando fieri.

II His a quo petitur. potest fidem. suam iure iurandu̓ firmari.

III Si ius. iurandum detur. non potest debitum postolari.

IIII· Heredes. debitores. iurare non possunt quia ignorant quid auctur egerit.

## EPIT. MONACHI.

Qui luget, abstinere debet a conviviis et ornamentis et alba veste.

Quicquid in sepultura defuncti expensum fuerit, prius quam aliis creditoribus de mortui hereditate reddendum est.

Qui alienum mortuum sepelierit, si in funus eius aliquid impenderit, ab herede vel domino recipiat[c]).

EXPLICIT LIB. I. PAULI SENTENTIARUM.

INCIPIT LIBER II. IULI PAULI SENTENTIARUM DE REBUS CREDITIS ET IUREIURANDO.

I. De Rebus Creditis Et Iureiurando. II. De Pecunia Constituta, Hoc Est Alterius Crediti. III. De Contractibus. IV. De Commodato Et Deposito Pignore Fiduciave. V. De Pignoribus Pro Debito Redditis. VI. De Exercitoribus Et Institoribus. VII. De Nautis Ad Legem Rhodiam. VIII. De Institoribus. IX. De In Rem Verso, Hoc Est Qui Pecuniam Suscipit Alienam. X. De Senatusconsulto Macedoniano. XI. De Senatusconsulto Velleiano. XII. De Deposito, Hoc Est Re Commodata. XIII. De Lege Commissoria, Hoc Est Creditoribus. XIV. De Usuris. XV. De Mandatis. XVI. Pro Socio, Hoc Est Sociis Sicut Lucrum Ita Et Damnum. XVII. Ex Emto Et Vendito. XVIII. De Modo, Id Est De Spatio Et Venditionibus Et Fideiussoribus Dimissis. XIX. De Locato Et Conducto. XX. De Nuptiis Sine Voluntate Patrum Aut Si Unus Ex Coniugio Infirmetur Et Reliqua. XXI. De Concubinis. XXII. De Dotibus. XXIII. Ad Legem Iuliam.[a]) XXIV. De Pactis Inter Virum Et Uxorem. XXV. De Donationibus Inter Virum Et Uxorem. XXVI. De Liberis Agnoscendis. XXVII. Quemadmodum Filii Sui Iuris Efficiuntur. XXVIII. De Adulteriis. XXIX. De Excusationibus Tutorum Et Reliqua. XXX. De Potioribus Nominandis Ad Tutelam. XXXI. Qui Potiores Nominare Non Possunt, Hoc Est Liberti. XXXII. Ad Orationem Divi Severi De Dolo Tutoris Vel Curatoris. XXXIII. De Furtis. XXXIV. De Operis Libertorum, Ut Patronis Iuvent.[b])

I. DE REBUS CREDITIS ET IUREIURANDO.

Quum pecunia petitur et probatio deest[a]), iubet huius rei ambiguitatem sacramentorum interpositione finiri.[b])

Licet prior petitor offerat sacramentum, tamen, dum nulla probatio est, is, qui calumniam patitur, potest fidem suam iureiurando firmare.

[c])Si quando pulsatus offert sacramentum pro pecunia et petitor ei eundem sacramentum concesserit, non potest postea ab eo debitum postulare.

Heres eius, cui pecunia credita dicitur, ad sacramentum vocari non potest, quia, quae egerit auctor suus[d]), ad integrum scire non potuit.

c) 63, 64 *recipiatur.*

a) Hoc rubr. add. b) Verba, quae add. sunt rubr. tit. II., V., VII., IX., XII., XIII., XVI., XVIII., XX., XXIX—XXXII., XXXIV., des. in cod. 63 et maximam partem in cod. 64.

a) 63 *est* et infra *finire.* 64 *usus rei.* b) §. 2 deest. c) 64 add. *De Sacramento Concesso.* 63 *ei eodem.* d) 63 *actor suos.*

## EPIT. SELD.

Quicquid in funus erogatur, si aes alienum est, primo loco solvitur.

Qui alienum mortuum sepelierit, quicquid in funus eius impenditur, ab herede vel domino vel patre recipiat.

INCIPIT SENTENTIARUM LIB. III.

TIT. I. DE REBUS CREDITIS ET IUREIURANDO.

Heredi eius, cum quo contractum est, actio dari de iureiurando non potest, quoniam contractum ignorare potest.

## EPIT. S. GALL.

*XXVII.*[a]) *Itē alia* Quicūq: homo alienū mortuū sepellierit et si qualecūq: causa de suū ꝑpriū ibidē expendiderit ille ꝙ illū sepellivit parentes mortui quantū ille ausiret iuratus dicere qd̄[b]) ibidem de suo ꝑprio expendisset[c]) de illius mortui facultatem ei reddantur[d]).

EXPLĪ LIB̄ I SENTENTIARŪ PAULI[e]).

INCIPIUNT CAPITULA DE LIBRO XXIIII.[a])

I. De qualecūq: causa aut[b]) de qualecūq: re unde int̄ duos homines intencio fuerit. II. De stipulatione. III. Qui alienā rem ꝓdit. IIII. De pignus. V. De ipsa causa[c]). VI. De debito[d]). VII. De navigantib; VIII. De filio inmancipato. VIIII. De fideiussore[e]) mulieris. X. De debitu[f]) et pignus. XI. De pecunia data ad usura[g]). XII. De eo qui alterius rem vindit[h]). XIII. De commune pecunia[i]). XIIII. De eo qui vindit rem alterius sine eius voluntate[k]). XV. De omine muto[l]). XVI. De vindicione servi sine[m]) conparationē. XVII. Itē de fideiussore[n]). XVIII. De filias ꝙ adhuc[o]) in potestate par̄ sunt. XVIIII. De nupsias si ipse sponsus p̄sens n̄ ē. XX. De dote ante nuptias l̄[p]) post nuptias. XXI. De donatione int̄ maritum[q]) et uxorem. XXII. De ancilla p̄gnante si ingenua dimissa ē. XXIII. De muliere ingenua si prignans dimiss̄ fuer̄. XXIIII. De eo qui captivus ductus ē. XXV. De die in qua ingenuū dimittat. XXVI.[r]) Qui uxore sua cū alio in adulterio depdit. XXVII. De tutilla parvulorū in minore etate[s]). XXVIII. De furonib;

INCIPIT LIB. II.

*Intp̄. I.* De qualecūq: causa aut de qualecūq: rem unde inter duos homines intencio fuerit et in[a]) iudicio ante iudicē venerint ambe partes in placito iuratores presentare debent et ꝙ meliores aut plus iustus[b]) ꝑsonas habuerit ipse iuret[c]).

a) 65 *XXIV.* 66 *XXXII.* Ex §. 4 et 5. §. 1—3 om. b) 65 *ausire—quid.* 67 *qui—quantum ausaret iurare dicere quod.* c) 65 *expendedisset.* d) 67 *redimatur.* e) 67 *Expl. Pauli Sent. liber Primus.*

a) 67 *XXVIIII,* errore, et om. *Inc. Capit.* b) 67 *II.* pro *aut* et seqq. tituli numerantur *III—XXVIIII.* Ceterum 65 *rem* et 67 *duo.* c) 67 hic om. hunc tit., sed add. post tit. *de debit.* d) 67 *debitu.* e) 67 *fideiussores.* f) 65 *debitum.* g) 65 *usuram.* 67 *usuras.* h) 67 *vindet.* i) 65 *pecuniam.* k) Ita 65. 67 *sine voluntate.* 66 *sine ↄ vol̄.* l) 67 *mutuo.* m) 65 *sive.* n) 65 *fidemiussorem.* 67 om. *Item.* o) 65, 67 om. *adhuc* et 65 habet *potestatem.* p) 65 *et.* q) 65 *donationem.* 67 *virum.* r) 65 add. *De eo.* 65 et 67 *uxorem suam—deprehendit.* s) 67 *minorib: etatib.*

a) 66 om. *in.* b) 65 *iustos.* 67 *iustas.* c) 67 *ipsi iurent.* Om. §. 2—6.

LEX ROM. VISIGOTH.

5. (6.) SENTENTIA. Si[m]) qui debitum quocunque modo confessus docetur, ex ea re actio creditori non datur, sed ad solutionem compellitur.

INTERPRETATIONE *non eget.*[n])

## TITULUS II. DE PECUNIA CONSTITUTA.

1. SENTENTIA. Si[a]) id, quod mihi Lucius Titius debet, soluturum te constituas, teneris actione pecuniae constitutae.

INTERPRETATIO.[b]) *Si quis pro alterius debito se pecuniam promiserit redditurum, ad solutionem statutae promissionis est retinendus.*[c])

## TITULUS III. DE CONTRACTIBUS.

1. SENTENTIA. Stipulatio est[a]) verborum conceptio, ad quam quis congrue interrogatus respondet: velut, *spondes? spondeo: dabis? dabo: promittis? promitto: fidei tuae erit?*[b]) *fidei meae erit.* Et tam pure quam sub conditione concipi potest.

INTERPRETATIO.[c]) *Stipulatio est inter praesentes haec verba, quibus se invicem partes obligare possunt: ubi necesse est, ut interrogatione petentis pulsatus ad interrogata respondeat. Veluti si quis pro alio fideiussorem se dicat accedere: qui quum se hac responsione obligaverit, ad solutionem etiam sine scriptura poterit retineri.*[d])

## TITULUS IV. DE COMMODATO ET DEPOSITO PIGNORE FIDUCIAVE.

1. SENTENTIA. Quicquid[a]) in rem commodatam ob morbum vel aliam rationem impensum est, a domino recipi potest.

INTERPRETATIONE *non eget.*

2. SENTENTIA. Si[b]) facto incendio, ruina, naufragio aut quo alio simili casu res commodata amissa sit, non tenebitur eo nomine is, cui commodata est: nisi forte, quum posset rem commodatam salvam facere, suam praetulit.

INTERPRETATIONE *non eget.*

3. SENTENTIA. Servus[c]) vel equus si a latronibus vel in bello in aliam causam commodati occisi sunt, actio commodati datur: custodia enim et diligentia rei commodatae praestanda est.

INTERPRETATIO. *Si servum vel equum vel quaecunque alia aliquis ab altero ad usum tantum serviendi commodata susceperit, et eos ad pugnam, ubi vitae periculum incurrant, duxerit, ad redhibitionem commodatae rei merito a domino retinetur.**)

4. SENTENTIA. Si[d]) rem aestimatam tibi dedero, ut, ea distracta, pretium ad me deferres, eaque perierit, si quidem ego te rogavi, meo periculo erit: si tu de vendenda promisisti, tuo periculo erit.

INTERPRETATIO. *Si*[e]) *facto pretio rem vendendam aliquis cuicunque tradiderit, et dum ab eo vendenda profertur, quacunque occasione perierit, ei perit, qui eam dederat distrahendam. Ceterum si rem acceptam non rogante domino, sed promittente eo, qui accepit, dum vellet venundare, perdiderit, sibi rei perditae ingerit detrimentum.*[f])

## TITULUS V. DE PIGNORIBUS.

1. SENTENTIA. Creditor[a]) si simpliciter sibi pignus depositum distrahere velit, ter ante denuntiare debitori suo debet, ut pignus luat, ne a se distrahatur.

INTERPRETATIO.[b]) *Creditor si sine conditione pignus sibi depositum tenens ter debitorem suum convenerit, ut soluto debito pignora sua recipiat, et debitor noluerit post tres admonitiones soluto debito pignora sua recipere, creditor distrahendi pignoris habebit liberam facultatem.*[c])

m) Sent. deest in 21, 38—40; in 25—28 et in ed. Bou. conflata est cum interpr. antec. n) Sequitur in rec. edd. l. 34 D. de Rebus cred. (XII, 1).

a) Sent. om. 21—28, 32, 33, 35, 36, 38—40. b) Ben. Lev. III, 297. Ivo, Decr. XVI, 320. In 15 sent. sigl. add. est. c) Cf. supr. I, 20, not. *c*. Sequitur in rec. edd. l. 6 et 30 D. h. t. (XIII, 5).

a) Sent. om. 21—28, 32, 33, 35, 36, 38—40. Hunc tit. habet cod. Par. 7710. b) Vv. *fidei meae erit* des. in plerisque codd., ads. in 4, 5, 9, 15, 17, 21, Bou. c) Interpr. om. in cod. 19. Sent. est in cod. 15. Ad v. *pulsatus* vid. supr. I, 19, 2. Haec quoque interpr. partim aliunde hausta est. d) Cf. supr. I, 20, not. *c*. Cui. in ed. a. 1558, Rittersh. Schult. aliam insuper et falsam quidem add. interpr. ex epitome ab Aeg. edita.

a) Ivo, Decr. XVI, 199 (Pann. V. f. 111). Sent. om. 32, 33. b) Ivo l. c. Sent. abest a codd. 15, 16, 17[a], 19, 21—25, 28, 29, 32, 33, 35, 36; ponitur autem in codd. 23, 24, 28, 29, 31, 35, 36 post interpr. §. 1 sq. tit. et in 21 post §. 9 de Testam. (III, 6). Interpr. est in codd. 5, 6, 9, 13, ed. Bou., etsi interpretis quoque vv. adsunt. c) Ivo l. c. Sent. om. 21, 25—28, 32, 33, 35, 36, 38—40. In cod. 16 interpr. est. 8 sic: *De Instrumento qui vendiderit. Servus* etc. Bou. *Imperatio.* *) Cf. supr. I, 20. 19 om. interpr. d) Sent. om. 21, 22, 25—28, 38—40. e) Ben. Lev. III, 298. Ivo l. c. et Decr. XVI, 227 et 321. Interpr. abest a cod. 19; sent. sigl. habet in cod. 34. f) Seq. in Schult. ed. l. 223 D. de Verb. sign. (L, 16).

a) Sent. om. 21—28, 32, 33, 35, 36, 38—40. b) Ben. Lev. III, 299. Ivo, Decr. XVI, 199 et 228. Pann. l. c. Sententia est in codd. 13, 15; om. in 19, 21. Interpres non intellexit sent. c) Vid. antec. tit. not. *b*.

EPIT. AEG.

Et qui debitum[c]) quocunque modo confessus docetur, ex ea re actio creditori non datur; sed ad solutionem compellitur.

TIT. II. DE PECUNIA CONSTITUTA.

Si quis pro alterius debito se pecuniam promiserit redditurum, in ipsa promissione est retinendus.

TIT. III. DE CONTRACTIBUS.

Stipulatio est inter praesentes verborum conceptio, et quicunque verborum conceptione se obligaverit vel fideiussor exstiterit, ad solutionem etiam sine scriptura teneatur.

TIT. IV. DE COMMODATO ET DEPOSITO PIGNORE FIDUCIAVE.[a])

Quicquid in rem commodatam, id est praestitam[b]) ob morbum vel aliam rationem impensum est, a domino recipi potest.

Si quis servum vel equum vel quaecunque alia ad usum tantum commodata susceperit, et eos, ubi periculum vitae incurrant[c]), duxerit, ad redhibitionem commodatae rei tenebitur.

Si quis rem suam alicui vendendam rogaverit[d]) et per quamcunque occasionem perierit, ei perit, qui eam dederat[e]) distrahendam, et si rem acceptam non rogante domino, sed promittente eo, qui accipit, dum vellet vendere, perdiderit[f]), sibi rei perditae[g]) ingerit detrimentum.

TIT. V. DE PIGNORIBUS.

Si creditor ter debitorem suum convenerit, et pignora sua recipere noluerit, creditor distrahendi pignoris habebit liberam potestatem.

Si[a]) facto incendio aut alio simili casu res commodata amissa sit, non tenebitur eo nomine is, cui commodata est, nisi forte, quum possit rem commodatam salvam facere, suam praetulit.

c) Aeg. *Ei qui debitor.*

a) §. 2 translata est in sq. tit. b) Aeg. et nonn. codd. *rem id est praestitam commodatam ob.* c) Nonn. codd. *incurrat* aut *duxerint.* d) Nonn. codd. *tradiderit.* e) Aeg. *dederi t* f) Nonn. codd. *reddiderit.* g) Aeg. *perdita.*

a) Est §. 2 antec. tit., ubi vid. not. *a.* 51 om. *amissa — commodatam.*

## EPIT. GUELPH.

V. Debitur confessus. absolucionem. tenetur. tl' II' ꝣ' IIII' ꝉ' III.[a])

### DE PECUNIA CONSTITUTA.

Si q̃ pro alterũ se promittat. reddedurum. a solucionũ tenendus.

### III' DE CONTRACTIBUS l' V' ꝣ' VIII GAI' XVI' XVII.[a])

Quibus. uerbis. qui sublegarem possit. fideiussor. si ꝓ aliũ se opponat. et pulsati ad interrogata. respondeat. ad redibicionem tenebitur.

### IIII DE COMODATO ET DEPOSITO. PIGNORE FIDUCIE.

I' In rem comodatam si aliquid expensum est ad dn̄m reddi posse.

II Si res comudata. colibet naufragio perierit. et suum eripuerit. comudata restituit.

III Si rem comudatam. ad pugnam quis dixerit.[a]), si ibi perierit. merito rei dnm̄ restituendā.

IIII Si res alterius. ꝗ uendendā erat, perierit. si non rogante dnm̄ quis acceperit ꝗ perierit restituet.

### V. DE PIGNORIBUS. ꝣ' XII' XIII' XIIII' ꝉ V. l IIII' ' ꝣ' VI' l' VI l' V ꝣ' V' l' IIII' XXXV l' IIII. tl' II' ' ꝣ' XXX.[a])

Creditur. si. pignus. depositum non reddente debitorem. uindedit abebit: Creditur uindendi. liberam potestatem.

a) C. Th. II, 4, 3.

a) Paul. V, 8. Gai. tit. XVI. et XVII.

a) pro *duxerit*.

a) Paul. II, 12—14, 5; V, 5, 4; V, 35, 4 (?); C. Th. II, 30. Rell. num. incerti sunt.

## EPIT. MONACHI.

Ei qui debito quocunque modo confessus docetur, ex ea re actio creditori non datur, sed ad solutionem compellitur.

### II. DE PECUNIA CONSTITUTA.

Si quis pro alterius debito se pecuniam promiserit redditurum, ad solutionem statutae promissionis est retinendus.

### III. DE CONTRACTIBUS.

Stipulatio est, quibus se invicem verba ligantur, ut pulsatus ad interrogata respondeat vel pro alio se fideiussorem dicat accedere. Qui se hac responsione obligaverint, ad solutionem etiam sine scriptura possunt retineri[a]).

### IIII. DE COMMODATO ET DEPOSITO PIGNORE FIDUCIAE.

Quicquid in rem commodatam ob morbum vel aliam rationem impensum est, a domino recipi potest.

Si facto[a]) incendio, ruina, naufragio aut aliquo alio simili casu res commodata amissa sit, non tenebitur eo nomine is, cui commodata est, nisi forte, quum posset eam salvam facere, suam praetulit.

Servum vel[b]) equum vel quaecunque alia ad usum commodaverit quis et eos ad pugnam vel ubi vitae periculum incurrant, qui suscepit, mittat, ipse domino restituat similia vel pretium.

Si facto pretio rem vendendam aliquis tradiderit et, dum vendenda profertur, quacunque occasione perierit, ei perit, qui eam dederat distrahendam. Si vero rem acceptam non rogante domino, sed permittente eo, qui accepit, dum velit venundare, perdiderit, sibi eam perdit.

### V. DE PIGNORIBUS.

Creditor si sine conditione pignus sibi depositum tenens ter debitorem convenerit, ut soluto pignore sua recipiat, et debitor noluerit, tunc creditor distrahendi pignoris habeat potestatem.

a) 63, 64 *retinere*.

a) 62, 64 *facta*. 63 *quo alio*. b) 64 om. *vel*. Infra codd. *commutaverit*.

## EPIT. SELD.

Is, qui debitum quocunque modo confessus docetur, ad solutionem compellitur.

## EPIT. S. GALL.

*Itē alia.* Si aliquis homo ꝓ alterũ, qui debitum alicui habet et si[d]) ꝓmiserit illius debitũ reddere illũ ꝗ ꝓmisit reddat[e]) et illũ alterũ ꝓ quā ꝓmisit n̄ condānet'.

*II. Itē alia de stibulacionē*[a]) estibulacio est si int̄ duos homines de qualecumq: rem intencio ē poss̄ int̄ se ipsa causa sine scripta et sine[b]) fideiussores ꝑ stipula[c]) finire estipula hoc ē ut[d]) unus de ipsos levet festucũ de trā et ipsum festucũ in trā reiactet et dicat ꝑ ista estipula omne ista causa[e]) dimito et sic ille alt̄ prendat[f]) illũ ipsum fistucũ et eũ salvũ faciat et iterũ ille alius similit̄[g]) faciat: Si hoc fecerint et aliquis de illos aut de heredes eorum ipsa causa removere voluerit ipsũ fistucũ in iudicio corā testes p̃sentetur ambo duo qui[h]) contendunt et si hoc fecerint ipsa causa removere n̄ possunt[i]).

*III. Item alia.*[a]) Si quicũq: servus alterius rem qualelibet[b]) susciperit et ipsā rem in pugna duxerit aut ubi mortis periculum incurrat et ipsā[c]) rem perdiderit reddat ei cuius res fuit alterā talem quales illa fuit ꝗ[d]) perdidit.

*Itē alia.**) Quicũque homo ad alterum hominē qualecũque rē suā dederit ad vindendum et si[e]) ipse homo ꝗ ipsā rē se vindere ꝓmisit si ipsā rem ꝑdiderit ipsũ preciũ qui[f]) int̄ eos convenit ad quantũ ipsā[g]) rem vindere debuerat reddat aut alterā talē rē quales illa fuit qđ vindere debuerat reddat.

*IIII*) Itē alia.*[a]) Si quicũq: homo ꝓ qualecũque debitũ pignus suũ dederit et in die placito qđ int̄ eos convenerat[b]) pignus suũ n̄ dispignoraverit sic postea ille qui illũ[c]) pignus habet ꝑ tres vices ad suũ debitorem dicat ut suũ pignus[d]) recipiat et suas res reddat si post tres accessiones suũ pignus n̄ dispignoraverit ille postea qui ipsũ pignus[e]) habet libera exinde habeat potestatem facere quid[f]) voluerit.

d) 67 *se*. e) 67 om. *reddat—promisit*.

a) 65, 67 *stipulatione*. b) 67 om. *poss̄—sine*. c) 67 *stipulas*. 65 *finere*. d) 67 *et—fistucum*. Pardessus l. c. 618, 648. e) 67 *omnem istam causam dimitto*. f) 67 *alter homo adp̃hendat*. g) 67 om. *et—faciat*. h) 67 add. *hoc*. i) 67 *non debent*. Supra 65 *Stipulatio, stipula, festucum*.

a) §. 1 et 2 des. 65 *cuicumque*. b) 66 *qualelibe*. 67 *quilelibe*. 65 *susciperet et ipsa—dux...* c) 65 *ipsa* et om. *rem*. d) 65 *quem*. *) 67 add. *IIII*. e) 67 om. *si*. f) 67 om. *si ipsam—precium* et habet *quod*. 65 *que*. g) 65 *ipsa* et infra *altera tale rem qualis*. 67 *qualis* et *reddatur*.

*) 67 *V*. a) 65 add. *intpr*. Paulo post *qualemcumque*. In 65 haec sent. mutila est. b) 67 *quod eis convenerit si*. c) 65 *illos*. d) 65 *pignus suum*. e) 65 *ipsos pignos*. 67 *illũ postea*. f) 65 *quod*.

2. Sententia. Foetus[d]) vel partus eius rei, quae pignori data est, pignoris iure non tenetur, nisi hoc inter contrahentes convenerit.

Interpretatio.[e]) *Si quis gregem equarum, vaccarum vel ovium accepta mutua pecunia pignori creditori dederit, foetus earum rerum ad debitorem, non ad creditorem pertinet. Ita est et si ancillam dederit, et partum ediderit, ad debitorem pertinet, non ad creditorem.*

3. Sententia. Compensatio[f]) debiti ex pari specie et causa dispari admittitur: velut si pecuniam tibi debeam, et tu mihi pecuniam debeas aut frumentum aut cetera huiusmodi, licet ex diverso contractu, compensare vel deducere debes. Si totum petas, plus petendo causa cadis.

Interpretatio.[g]) *Si quis debeat alicui solidos decem, et illi, qui debet, de quacunque ratione debeantur a creditore suo solidi quinque, et veniat creditor, et totos decem solidos a debitore petat; si probaverit ille debitor, sibi ab eo quinque solidos deberi, quare illum in solidum pro totis decem solidis convenit, causam perdit, qui noluit debitum compensare. Similis ratio est et de frumento et de aliis speciebus.*

## TITULUS VI. DE EXERCITORIBUS [ET INSTITORIBUS][a]).

1. Sententia. Filiusfamilias, si voluntate patris navem exerceat, patrem in solidum ob ea, quae salva receperit, obligat.

Interpretatione *non eget.*

## TITULUS VII. AD LEGEM RHODIAM.*)

1. Sententia. Levandae navis gratia quum iactus mercium factus est, omnium intributione sarciatur, quod pro omnibus datum est.

Interpretatione *non eget.*[a])

2. Sententia. Nave[b]) vel arbore vi tempestatis amissa, vectores ad contributionem non tenentur, nisi ipsis arborem salutis causa eruentibus navis salva sit.

Interpretatione *non eget.*

3. Sententia. Iactu[c]) navis levata si perierit, extractis aliorum per urinatores mercibus, eius quoque rationem haberi placuit, qui merces salva nave iactavit.

Interpretatione *non eget.*

4. Sententia. Levandae[d]) navis gratia merces in scapham transiectas atque ideo amissas intributione earum, quae in navi salvae erunt, refici convenit. Nave autem perdita, conservatae cum mercibus scaphae ratio non habetur.

Interpretatione *non eget.*

5.[e]) Sententia. Collatio intributionis ob iactum salva nave fieri debet.

Interpretatione *non eget.*

## TITULUS VIII. DE INSTITORIBUS.[f])

1. Sententia. Sicut[g]) commoda sentimus ex actu praepositi institoris, ita et incommoda sentire debemus. Et ideo qui servum sive filium filiamve familias sive ancillam praeposuit negotiis vel mercibus exercendis, eorum nomine in solidum convenitur.

Interpretatione *non eget.*

2.[a]) Sententia. Si quis pecuniae foenerandae agroque colendo, condendis vendendisque frugibus praepositus est, ex eo nomine, quod cum illo contractum est, in solidum fundi dominus obligatur: nec interest, servus an liber sit.

Interpretatio.*) *Quicunque quamlibet personam aut ad exercendum negotium aut pro ratione culturae aut condendis vendendisque fructibus praeposuisse cognoscitur,* [b]) *si quid damni per eius actum accesserit, ad eum, qui eum instituit, pertinebit, sive servus, sive liber sit.*

3. Sententia. Quod[c]) cum discipulis eorum, qui officinis vel tabernis praesunt, contractum est, in magistros vel institores tabernae in solidum actio dabitur.

---

**EPIT. AEG.**

Foetus vel partus earum rerum, quae pignoris loco datae sunt, ad debitorem pertinet, non ad creditorem.

Si creditor debitori, cui praestitit solidos[b]) decem, in qualibet specie debuerit solidos quinque et eos sibi imputare noluerit et totos decem[c]) solidos a debitore petierit, perdet debitum, quia pro integritate commoverit debitorem. Similis ratio est et de frumento et de aliis speciebus.

### TIT. VI. DE EXERCITORIBUS ET INSTITORIBUS.

Filiusfamilias si voluntate patris navem exerceat, patrem in solidum ad ea, quae salva receperit[a]), obligat.

### TIT. VII. AD LEGEM RHODIAM[a]) DE NAUTICIS.

Si quorumcunque res pro sublevatione navis manibus in mari iactatae fuerint, eis, quorum res fuisse noscuntur, ab his omnibus, qui in navi fuerint, restaurandae sunt*).

Levandae navis gratia merces in scapham transiectae atque ideo amissae in retributione earum, quae in navi salvae sunt, refici convenit. Nave autem perdita conservatae cum mercibus scaphae ratio non habetur.

[b]) Sicut commoda sentimus ex actu praepositi institoris[c]), ita et incommoda sentire[d]) debemus. Et ideo in eum, qui servum sive filium filiamve familias sive ancillam praeposuit[e]) negotio vel mercibus exercendis, eorum nomine in solidum convenitur[f]).

### TIT. VIII. DE INSTITORIBUS.

Quicunque quamlibet[a]) personam aut ad exercendum negotium aut pro ratione culturae aut pro condendis vendendisque fructibus praeposuisse cognoscitur, si quid damni per eius actum accesserit, ad eum, qui eum instituit, pertinebit, sive servus sive liber sit.

---

d) Sent. deest in 21, 22, 25—28, 32, 38—40; in 15 est interpr.; in ed. Bou. cohaeret cum interpr. antec. e) Interpr. om. 19. Sent. est in cod. 15. f) Sent. om. 21, 22, 25—28, 38—40. g) Ben. Lev. III, 303. Ivo XVI, 229, 322. Abest a cod. 19, sent. est in cod. 15. Nota exempla, quibus interpres sententiam illustravit.

a) Cf. *Varietas Scripturae ex Pauli a Visig. epit. codd.* ab Haenelio edita p. 17. Propter consonantiam codicum, vetustissimorum potissimum, non potui delere vv. *Et Institoribus,* apposui autem uncinos, quia haec vv. desunt in nonn. codd., veluti 6, 10, 19.

*) In cod. 19 rubr. deest et cohaerent inter se tit. VI. et VII., sed err. librarii. a) Primum in edd. Aur. Lugd. pos. est ficta quaedam interpr., quae ex Aeg. hausta est. b) Haec sent. ap. Sich. post §. 3 posita est; interpr. est in cod. 15. c) Sent. deest in cod. 30, interpr. sigl. habet in cod. 15. d) Interpr. est in codd. 6, 15, ed. Bou. Sich. in m. Aeg. summam add. e) Deest in codd. 4, 19, 30, 34, interpr. est in ed. Bou. f) In codd. et ap. Bou. vv. *Tit. VIII. De Institoribus* ad §. 2 adscripta sunt, quo factum est, ut §. 1 sexta sit antec. tit., sed quum in cod. 7, edd. Sich. Aeg. titulus h. l. sit, sit etiam, etsi sine numero, rubrum eius in cod. 31, nolui quicquam mutare. g) In cod. 31 unica h. t. sent. est. Vid. not. sq.

a) Vid. not. *f* antec. 31, quasi hic novus tit. ordiatur, add. *VII. Si cognoscit̄ si quid dampni p̄ intactū accesserit* et perinde sqq. h. libri titulos VIII., IX. etc. appellat. Hanc sent. om. 21—28, 35, 36, 38—40. *) Interpr. om. 19. b) Hic interpres erravit. c) Sent. om. 21, 22, 24—28, 38—40; ei in cod. 15 interpr. sigl. add. est.

b) Codd. et Aeg. *solidis.* c) Ita codd., sed Aeg. *XCIIII. solidis,* male. In codd. 49, 51 scriptum est *XCim* (pro *decem*), id falso intellexit Aeg.

a) Aeg. *salvare coeperit.* Praeterea in m. apud Aeg. ann.: „In solido est in exemplari. rectius in solidum legetur."

a) Plerique codd. add. *id est.* *) Aeg. *sint.* b) Haec sent. in codd. et ap. Aeg. cum h. t. cohaeret; post eam posit. est *Tit. VIII. De Institoribus* (Aeg. *Institutoribus*). c) Ita ed. Aeg. *acto proposito, institutoris,* sed codd. *propositi.* d) Ita codd.; Aeg. *resentire.* e) Ita codd.; Aeg. *proposuit.* f) Ita plerique codd.; Aeg. *conveniuntur* et supra *nomina* cum codd. praeter 52.

a) Fere omnes codd. *Quicunq. quamlibet pers.* Aeg. *Quic. liber p.* Mox nonn. codd. *proposuisse.*

| EPIT. GUELPH. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
| --- | --- | --- |
| II. Fetus rei ·pignorate. ad debitorem non ad creditorem. | Foetus vel partus eius rei sive ancillae sive pecus quolibet[a]) pignore data est, pignoris iure non tenetur, nisi hoc inter contrahentes convenerit. | *V**) *Itẽ alia.* Qui ancillâ aut iumĩtum aut vacca aut qualecũq: peculium p̃gnantem[g]) inpignoraverit ille qui illũ pignus[h]) recepit illũ caput habeat sic̃ superius diximus si ipse debit' suũ pignus ñ dispignoraverit nã illũ nutrimentũ ad dñm suũ[i]) revertat' qui ipsũ pignus posuit. |
| III Si debiat. soł V. cui debentur X. si quinq̧ repotare noluerit. causam perdat. similiter et de aliis. speciebus. furma seruetur. l' I' Ꝛ' XIII.[b]) | Si quis debeat alicui solidos decem et ille illi quinque et ille creditor totos huic repetat[b]), cui quinque debet, causam perdat, qui noluit debitum compensare. Similis ratio est de frumento vel de aliis speciebus. | *VI.**) *Itẽ alia* Quicũq: homo ad alterũ debet solidus X et ille cui illos. X. solidus[a]) debet[b]) forsitan illi debet solidos. V. et si ille illus.[c]) X. quisierit et illos. V. ñ remẽmoraverit qd̃ ille illi debeat totus[d]) X illos solidos p̱dat; ꝑ hoc quare[e]) illos. V. ñ rememoraverat[f]) qd̃ ille illi. V. debeat[g]) similit̃ et de omnẽ speciẽ[h]) sic debet homo facere.[i]) |
| XVI[a]) DE EXERCITATORIBUS ET INRITORIBUS.<br>Si filius. familias. nauem. exerceat. si per uoluntatem patris. patrem. obligat. | VI. DE EXERCITORIBUS ET INSTITORIBUS.<br>Filius familias si voluntate patris navem exerceat, patrem in solidum ob ea, quae salva receperat[a]), obligat. | |
| VII AD LEGEM TEODIAM DE NAUTICIS.[a]) | VII. AD LEGEM RHODIAM.<br>Levandae navis gratia[a]) iactus quum mercium factus est, omnium in retributione sarciantur[b]), quod pro omnibus datum est.<br>Nave vel arbore[c]) vi tempestatis amissa, vectores ad contributionem non tenentur, nisi ipsis arborem salutis causa eruentibus navis salva sit.<br>Iactura[d]) navis levata si perierit, extractis aliorum per urinatores mercibus, eius rationem habere placuit, qui merces salva nave iactavit.<br>Levandae navis gratia merces in scapham transiectae atque ideo amissae in tribulatione earum, quae in nave salvae sunt, refici convenit: nave autem perdita conservatae cum mercibus scaphae ratio non habetur.<br>Collatio intributionis[e]) obiectu salva navi fieri debet. | *VII. Itẽ alia.*[a]) Si naves in flumen aut in lacũ aut in mare periclitaverit[b]) quicũq: homo qui de ipsã[c]) rem qd̃ ibidẽ cum ipsa nave perierat aliqua exinde ipsã[d]) rem aut si ipsa naves[e]) liberare potuerit iuxta legẽ ille qui exinde de ipsã[f]) rẽ liberaverit mercedes accipiet.[g]) |
| | [f])Sicut commoda sentimus ex actu propositi institoris, ita et incommoda sentire debemus. Et ideo in eum, qui servum sive filium filiamve familias sive ancillam praeposuit negotio vel mercibus exercendis, eorum nomine in solido convenitur. | *VIII Itẽ alia.*[a]) Si inmancipatus filius hoc ẽ inmancipatũ ꝗ adhuc sine uxore ẽ aut qui nec ad regẽ nec ad nullum patronũ[b]) commendatũ ñ ẽ nisi adhuc in sola potestate[c]) patris p̱manet tales filius sic habet potestatem sic̃ et servus si tales filius aut servus cuicumq: homini rẽ susciperit et ipsã rẽ in opus[d]) de suo patre aut de suo domino[e]) expendiderit ipsã[f]) rẽ pater aut dominus suus reddat. |
| VIII DE INSTITORIBUS.<br>Si cui persona. e[a]) sit res. q̧libet comissam. et damnum per eum. quid cesserit. ad institucionem. damnum pertinebit. | [a]) VIII. DE INSTITORIBUS.<br>Quicunque exercendo negotio vel agriculturae, condendis vendendisque fructibus aliquem instituerit, si quid damni per eius actum accesserit, ad eum, qui eum instituit, pertinebit, sive servus sive liber sit praepositus. | |

b) Incert. num.

a) Pro *VI.*

a) Omnes §§. om. sunt.

a) i. e. *personae.* §. 1 et 3 des., sed de §. 3 cf. sq. tit.

a) 63 add. *q;.* 64 infra *tenebitur.* b) 64 *et illi creditur totus X repetat* (*illi creditor totos X rep.*).

a) Codd. *salvare ceperat.* 62, 64 *solido.*

a) Ita scripsi. Codd. *naves gratiã.* Mox 64 *cummercium quod fractum est.* Rell. *commercium factum.* b) Ita 63; 64 *retributiones arciantur,* 62 *retributiones arguantur.* c) 63 *Navalem arborem—ruentibus.* d) 64 *Iactu.* e) 62, 64 *intribulationis.* Leg. *ob iactum.* f) Haec §. cum tit. VII. cohaeret. Vid. §. 2. 63 *institutoris* et 64 *institutoribus.*

a) Hic demum posita est rubrica tit. VIII., tanquam §. 1 pertineat ad tit. anteced.

*) 67 *VI.* g) 65 *ancilla—pregnante.* 67 *vaccam aut q:cũq; pec.* h) 65 *illos pignos r. illum.* i) 67 *a dño suo.*

*) 67 *VII.* a) 65 *solidos—solidos X.* 67 *cui ille* et om. *solid.* b) 67 add. *et ille debet illi altero q illos X debet.* c) 65 *illos.* 67 *forsitanti deb. sol. V. si ille illos* et om. *X.* Paulo post 66 *illo* pro *illos.* d) 65 *totos.* e) 65 *quod.* 67 om. *V.* f) Ita 65. 66 *ñ remẽ moraveraverat.* 67 *non rememoraverit.* g) 67 *ei. V. debebat.* h) 65 *omne specie* et 67 *omni specie.* i) Om. tit. VI. et §. 1, 2 tit. VII.

a) 65 *VII. Intpr.* 67 *VIII* et om. *It. al.* b) 65 *pereclita . . .* 67 *periculaverit.* c) 65 *ipsa.* 67 *rem que.* d) 67 *aliqđ exinde de ipsã.* 65 *ipsa.* e) 67 *ipsã navẽ.* f) 65 *ipsa.* g) Om. §. 4, 5.

a) 65 *VIII. Intpr.* 67 *VIIII.* Paulo post 65 *uxorem.* b) Cum syll. *patro* abrumpitur in cod. 67 et est lacuna usque ad vv. *hoc sciendum comparaverit* Paul. lib. IV. tit. IV. c) 65 *sola voluntatem.* d) 65 *talis—talis—ipsa rem* et om. *in opus.* e) 66 *homine.* f) 65 *ipsa.* — Rell. h. t. §§. et tit. IX. des.

LEX ROM. VISIGOTH.

INTERPRETATIO.[d]) *Si quid cum discipulis vel mercenariis tabernariorum vel cuiuslibet officinae actum fuerit, ad magistrum officinae vel institorem tabernae damnum, quod accesserit, pertinebit.*

## TITULUS IX. DE IN REM VERSO.

1. SENTENTIA. Servus[a]) vel filiusfamilias si acceptam pecuniam in rem patris vel domini verterit, hoc modo, agrum, puta, colendo, domum fulciendo, mancipia vestiendo, mercando, vel creditori solvendo, vel quid tale faciendo, de in rem verso in solidum vel patrem vel dominum obligat: si tamen ob hanc causam pecunia data sit.

INTERPRETATIO. *Si servus vel filiusfamilias mutuam pecuniam a quocunque susceperit et in utilitatibus patris vel domini necessariisque rebus eam expendisse probatur, pro hoc debito patrem vel dominum ad solutionem necesse est retineri.*[b])

## TITULUS X. DE SENATUSCONSULTO MACEDONIANO.

1. SENTENTIA. Qui[a]) filiofamilias contra interdictum amplissimi ordinis pecuniam mutuam crediderit, post mortem patris ex eo, quod vivo patre credidit, cum eo agere non potest.

INTERPRETATIO.[b]) *Qui filiofamilias contra interdicta legum inscio patre pecuniam commodavit, eam nec vivente, nec mortuo patre ab eodem poterit postulare.*[c])

## TITULUS XI. AD SENATUSCONSULTUM VELLEIANUM.

1. SENTENTIA. In[a]) omni genere negotiorum et obligationum tam pro viris quam pro feminis intercedere mulieres prohibentur.

INTERPRETATIO. *In omni genere causarum pro quibuscunque personis mulieres fidem suam interponere prohibentur.*

2. SENTENTIA. Mulier[b]), quae pro tutoribus filiorum suorum indemnitatem promisit, ad beneficium Senatusconsulti non pertinet.

INTERPRETATIO.[c]) *In hac tantum mulier fideiussione tenetur, ut, si tutores filiis suis petat et pro eis fideiussor exsistat, filiis teneatur obnoxia.*[d])

## TITULUS XII. DE DEPOSITO.

1. SENTENTIA. Si[a]) sacculum vel argentum signatum deposuero, et is, penes quem depositum fuit, me invito contrectaverit, et depositi et furti actio mihi in eum competit.

INTERPRETATIONE *non eget.*[b])

2. SENTENTIA. In[c]) iudicio depositi ex mora fructus veniunt, et usurae rei depositae postulantur.

INTERPRETATIO.[d]) *Quum in iudicio de rebus agitur commendatis, si mora in reddendo ab eo, cui commendatae sunt, afferatur, prout res fuerit commendata, aut usurae, si pecunia, aut fructus, si praedia fuerint, debebuntur.*

3. SENTENTIA. In causa depositi compensationi locus non est, sed res ipsa reddenda est.

INTERPRETATIONE *non eget.*[e])

[f]) 4. SENTENTIA. Debitor[g]) distractis fiduciis a creditore de superfluo adversus eum habebit actionem.

INTERPRETATIO.[h]) *Si quis creditor, debitore in solvendo tardante, rem sibi pro debito positam distraxerit, si quid amplius acceptum fuerit, quam debebatur, quod plus acceptum est, restitui iussum est debitori.**)

5. SENTENTIA. Quicquid[i]) creditor per fiduciarium servum quaesivit, sortem debiti minuit.

INTERPRETATIO.[k]) *Quicquid creditor per*[l]) *oppignoratum sibi pro debito servum acquisierit, de summa debiti retrahitur.*

6. SENTENTIA. Debitor[m]) creditori vendere fiduciam non potest; sed aliis, si velit, vendere potest: ita ut ex pretio eiusdem pecuniam offerat creditori, atque ita remancipatam sibi rem emtori praestet.

d) Interpr. om. 19. Vid. infr. V, 18, §. 1, interpr. not. *c.*

a) Sent. om. 21—28, 38—40. b) Cf. supr. I, 20, not. *c.*

a) Sent. om. 15, 21—28, 35, 36, 38—40. b) Interpr. om. 19. Ben. Lev. III, 304. Ivo, Decr. XVI, 230, 323. c) Add. in rec. edd. l. 17 D. h. t. (XIV, 6).

a) Sent. om. 21—28, 32, 33, 35, 36; in codd. 19, 38—40 conflata est cum interpr. b) Sent. om. 21, 22, 24—28, 32, 33. c) Interpr. deest in cod. 19. d) Add. in rec. edd. l. 30 D. h. t. (XVI, 1).

a) Ben. Lev. III, 312. Primum in Aur. Lugd. edd. ex Collat. tit. X, 7 receptae sunt ante §. 1 quatuor sententiae, una post §. 1 et quatuor post §. 2. Sent. om. 35, 36. b) Hic falsa interpr. primum in Aur. Lugd. edd. ex Summa Aeg. add. est. Arndts add. l. 29, §. 1 D. Depositi (XVI, 3) et l. 223 D. de Verb. sign. (L, 16). Vid. supr. tit. IV. h. l. not. *f.* Illa in Schult. ed. ante §. 3 legitur. c) Sent. om. 22, 25—28, 31, 32, 35, 36, 38—40. d) Interpr. om. 19, 27. e) Hic primum in Aur. Lugd. edd. falsa interpr. ex Aeg. epitome add. est. f) Rubr. *Tit. XIII. De Lege Commissoria,* quam h. l. iam Cuiac. in ed. a. 1558 interposuit, in codd. Br. Al. et in ed. Bou. Sich. post §. 8 h. tit. demum invenitur. g) Sent. om. 21, 22, 25—28, 32, 33, 35, 36. h) Ben. Lev. III, 313. Ivo, Decr. XVI, 231. In cod. 15 sententiis interpretationis, interpretationibus sententiae siglum affixum est. Nota explicationem v. *fiduciae.* Interpr. om. 19. *) In rec. edd. add. l. 7 D. de Pign. act. (XIII, 7) et l. 8 D. In quib. cau. pign. (XX, 2). i) Sent. om. 21, 25—28, 38—40. In ed. Bou. cohaeret cum antec. interpr. k) Interpr. om. 19. l) Sent. *per fiduciarium servum.* m) Sent. deest in 21, 25—28.

EPIT. AEG.

Si quid cum discipulis[b]) vel mercenariis tabernariorum vel cuiuslibet officinae actum fuerit, ad magistrum officinae vel institorem tabernae damnum, quod accesserit, pertinebit.

### TIT. IX. DE IN REM VERSO.

Si servus vel filiusfamilias pecuniam susceperit alienam et in utilitatibus vel necessitatibus patris vel domini eam expendisse probatur, ad solutionem patrem vel dominum necesse est retineri.

### TIT. X. DE SENATUSCONSULTO MACEDONIANO.

Qui filiofamilias contra interdicta legum inscio patre pecuniam commodavit, eam nec vivente nec mortuo patre ab eodem poterit postulare.

### TIT. XI. DE SENATUSCONSULTO VELLEIANO.

In omni genere causarum pro quibuscunque personis mulieres fidem suam interponere prohibentur.

In hac tantum[a]) mulier fideiussione tenetur, ut, si tutores filiis suis petat et pro eis fideiussor exsistat, filiis teneatur obnoxia.

### TIT. XII. DE DEPOSITO.

Si quis sacculum[a]) vel argentum commendatum et signatum aperuerit, furti actione tenebitur.

Si de re commendata quis ad reddendum moram fecerit, prout res fuerit commendata, aut usurae, si pecunia, aut fructus, si praedia fuerint, debebuntur.

Non alia res pro alia, sed ipsa reddenda est, quae dignoscitur fuisse commendata.

Si creditor fiduciam sibi depositam distraxerit, quod plus acceptum fuerit, quam debebatur, debitori restituat.

Quicquid[b]) per oppignoratum servum creditor acquisivit, de summa debiti retrahitur.

b) Male Aeg. *cum scipilis* et infra *institutorem* pro *institorem.*

a) Aeg. *In acto tanto.*

a) Nonn. codd. *sacellum.* b) Nonn. codd. *Quod s. Quando.*

| EPIT. GUELPH. | EPIT. MONACHI. | EPIT. SELD. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|
| | Si quid cum discipulis vel mercenariis tabernariorum vel cuiuslibet officinae actum fuerit, ad magistrum officinae vel institorem[b]) tabernae damnum, quod accesserit, pertinebit. | | |
| VIIII' DE IN REM UERSO. | IX. DE IN REM VERSO. | | |
| Si filius. aut discipulus.[a]) uel mercinnarii. si aliquid agant. ad magistro officine damnus pertenebit seruus pro utilitatibus. pecuniam acceperit. apatrem. vel dominum reddendam. | Si servus vel filiusfamilias si mutuam pecuniam a quocunque susceperit et in utilitatibus patris vel domini eam expenderit, patrem vel dominum ad solutionem necesse est retineri. | | |
| X' DE SENATUS CONSULTU MACHEDONIANO. tl' II' ꝛ' XXXI.[a]) | X. DE SENATUSCONSULTO MACEDONIANO. | X. DE SENATUSCONSULTO MACEDONIANO.<br>Qui filiofamilias contra interdictum amplissimi ordinis pecuniam mutuam credidit, cum eo agere non potest. | |
| Qui filius. familias. inscio patrem pecuniam comodauerit recipere non posse. | Qui filiusfamilias contra interdictum legum inscio patre pecuniam commodavit, eam nec vivente nec mortuo patre ab eodem poterit postulare. | | *Itē alia.* Si quicūq: homo ad alterius filium qui inmancipatus ē qualecūq: rem suam commendaverit nesciente patre[g]) eius et si ipse filius mortuus fuerit aut de ipsa patria migraverit ad patrem suum illi qui commendaverint[h]) nulla exinde requirere n̄ poss̄.[i]) |
| XI. AD SENATUSCONSULTO BELAIANO. | XI. DE SENATUSCONSULTO VELLEIANO. | XI. DE SENATUSCONSULTO VELLEIANO.<br>In omni genere causarum et obligationum tam pro viris, quam pro feminis intercedere, id est suam interponere vetantur.[a]) | |
| I. Mulieres fideiussoris. exsistere prohibentur. | In omni genere causarum pro quibuscunque personis mulieres fidem[a]) suam interponere prohibentur. | | *VIIII. Itē alia.*[a]) Mulier ꝑ nulla causa fideiussor exire n̄ potēē nisi in tantū si tutilla filiorū suorū mortuo patre receperit ad gobernandū de illas res fideiussorē et dare et recipere potē̄.[b]) |
| II. Si tutores filiis petant pro eis. fideiussoris exsistant. erunt obnoxie. tl' IIII' ꝛ' XVIII.[a]) | [b]) In hac tantum mulier fideiussione tenetur, ut si tutores filiis suis petat et pro eis fideiussor existat, filiis teneatur obnoxia. | | |
| XII' DE DEPOSITO. | XII. DE DEPOSITO. | TIT. XII. DE DEPOSITO. | |
| I. Si rem depositam quis contrectauit furti accionem. competit. | Si sacculum vel argentum signatum deposuero et is, penes quem depositum fuit, me invito contrectaverat, et depositi et furti actio mihi in eum competit. | Si sacculum vel argentum signatum deposuero et ipse, apud quem deposuero, me invito, quod deposuero, contrectaverit, et depositi et furti actio mihi competit. | |
| II Si mora. in reddendū de rebus fiat commendatis. III'[a]) Cui comodata. uel deposita sunt aut usurā si pecunia aut fructus si predia fuerint. debebuntur.<br>IIII In causā depositi cumpensaciones. locus non est. sed ipsa res reddenda est. | Quum in iudicio de rebus agitur commendatis, si mora in reddendo afferatur, prout res fuerit commendata, aut usurae, si pecunia, aut fructus, si praedia fuerint, debebuntur.<br>In causa depositi compensationis locus non est, sed res ipsa reddenda est. | | |
| V. Si depositū quis. amplius. quem. ei debebatur uindedit quos plus acceptum fuerit. debeturi restituendum. | Si quis creditor debitore in solutione tardante[a]) rem sibi pro debito positam distraxerit, si quid amplius acceptum fuerit, quam debetur, debitori restituatur. | | *X. Itē alia.* Quicūq: homo alteri debet solidos. X. et ille debit' ponit ei alterū pignus qui valet ei solidus XV et ipse debit' ipsos X solidos minime redderet[a]) ille homo qui ipsum pignus habet quantum plus priserit p̄cium de ipso pignus ꝗd illi X solidus[b]) valeant ad suū debitorem hoc reddat.[*]) |
| VI' Seruus. opignoratus. si quid adquesiuit summa debiti retrahytur. | Quicquid creditor per fiduciarium servum, hoc est pro debito oppignoratum acquisierit, de summa debiti retrahitur. | Debitor creditori fiduciam vendere non potest, sed aliis, si velit, vendere potest, ita ut ex pretio eiusdem pecuniam offerat creditori. | |
| a) Haec ex §. 3 tit. VIII. sumta sunt.<br>a) C. Th. II, 31.<br>a) C. Th. III, 18?<br>a) Haec sent. ex §. 2 sumta est. | b) 62, 64 *institutorem.*<br>a) 64 *mulier fidem faciat fidem.* b) 64 add. *Unde Mulier Fide Faciat.*<br>a) 62 ut videtur *tasdante.* 63, 64 *tardantem.* Infra 62, 64 *restituat.* | a) Constant haec ex vv. sent. et interpr. | g) 65 *pater.* h) 65 *comm....it.* i) 65 in f. mutil.<br>a) 65 *Intpr.* pro *It. al.* Infra *potest — receperit.* b) Om. Tit. XII. §. 1—3.<br>a) 65 *ei solidos — reddere.* b) 65 *ipsos pignos — preserit — ipsos pignos — solidi.* *) Om. §. 5. |

LEX ROM. VISIGOTH.

INTERPRETATIO.[n]) *Creditor rem sibi oppignoratam a debitore emere non potest. Sed debitor cum alia persona inire contractum potest, ut accepta ab emtore pecunia, debitum restituat creditori: et sic postea rem suam a debitore liberatam, cui voluerit, vendat*[o]).

7. SENTENTIA. Si[p]) per suppositam personam creditor pignus suum invito debitore comparaverit, emtio non videtur: et ideo quandoque lui potest: ex hoc enim causa pignoris vel fiduciae finiri non potest.

INTERPRETATIO.[q]) *Creditor pignus, quod a debitore accepit, nec per suppositam personam emere potest.* *) *Quod si factum fuerit, agente debitore soluto debito, emtio non valebit.*

8.[r]) SENTENTIA. Si inter creditorem et debitorem convenerit, ut fiduciam sibi vendere non liceat, non solvente debitore, creditor denuntiare ei solenniter potest et distrahere: nec enim ex tali conventione fiduciae actio nasci potest.

INTERPRETATIO.[s]) *Si conveniat inter creditorem et debitorem, ut pignus a creditore non vendatur, non solvente debitore debitum, creditor pignus**) *post trinam conventionem vendere potest.*

## TITULUS XIII. DE LEGE COMMISSORIA.[a])

1. SENTENTIA. Si[b]) creditor rem fiduciae datam uni ex heredibus vel extraneo legaverit, adversus omnes heredes actio fiduciae competit.

INTERPRETATIO. *Si creditor rem (fiduciae), quam a debitore pignori acceperit, uni ex heredibus vel extraneo legati titulo derelinquat, debitor pro pignore suo oblato debito omnes heredes creditoris poterit convenire.*

2. SENTENTIA. Si[c]) creditor rem fiduciariam fecerit meliorem, ob ea recuperanda, quae impendit, iudicio fiduciae debitorem habebit obnoxium.

INTERPRETATIO. *Si quis creditor praedium sibi fiducia obligatum*[d]) *studio et opere suo melioraverit, quicquid se pro melioranda re impendisse probaverit, ei a debitore reddendum est.*

3. SENTENTIA. Novissimus[e]) creditor priorem oblata pecunia, quo possessio in eum transferatur, dimittere potest. Sed et prior creditor secundum creditorem, si voluerit, dimittere non prohibetur, quamquam ipse in pignore potior sit.

INTERPRETATIO. *Si duo creditores unum pignus debitoris habeant obligatum, et posterior creditor priori creditori offerat pecuniam, potest pignus obligatum ad se transferre. Item prior creditor licet potior sit in pignore retinendo, si offerat pecuniam, potest apud se pignus retinere.*

4. SENTENTIA. Servus, si mutuam pecuniam servitutis tempore acceperit, ex ea obligatione post manumissionem conveniri non potest.

INTERPRETATIONE *non eget.*

## TITULUS XIV. DE USURIS.

1. SENTENTIA. Si[a]) pactum nudum de praestandis usuris interpositum sit, nullius est momenti: ex nudo enim pacto inter cives Romanos actio non nascitur.

INTERPRETATIO. *Pactum*[b]) *nudum dicitur, si cautio creditori a debitore, in qua centesimam se soluturum promisit, sine stipulatione fiat. Et ideo usurae ex nuda cautione creditori penitus non debentur.*

2.[c]) SENTENTIA. Usurae supra centesimam solutae sortem minuunt: consumta sorte repeti possunt.

INTERPRETATIO.*) *In pecuniis creditis quum solutio usurarum sortem aequaverit, si quid amplius creditori fuerit datum, de capite debiti subtrahitur. Si vero et centesima et caput impletum est, quod amplius creditor accepit, reddere cogetur debitori.*

3. SENTENTIA. Traiecticia[d]) pecunia, propter periculum creditoris, quamdiu navigat navis, infinitas usuras recipere potest.

INTERPRETATIO.[e]) *Traiecticia pecunia dicitur, quae in navi, ut ad transmarina deferatur, deponitur, quia maris periculo committitur, in quantas convenerit usuras, hanc pecuniam dare creditor potest.*

4. SENTENTIA. Usurae[f]), quae centesimam excedunt, per errorem solutae repeti possunt.

INTERPRETATIONE *non eget.*

5. SENTENTIA. Si[g]) quis pignora debitoris citra auctoritatem iudicantis abduxerit, violentiae crimen admittit.

INTERPRETATIONE *non eget.*

6. SENTENTIA. Tutor[h]) in usuras non convenitur, si pecuniam pupillarem ideo non collocavit, quod idonea nomina non habebat, quibus pecunia collocaretur. Cuius rei contestatio apud praesidem provinciae deponenda est.

INTERPRETATIONE *non eget.*[i])

n) Interpr. om. 19; in 30, 34 sent. sigl. habet. o) Falso pro *praestet.* p) Sent. om. 21, 25—28. q) Interpr. om. 19. *) Distinctius Paulus. r) Sent. om. 21, 25—28. s) Interpr. excid. in 14, 19. *) Paulus de fiducia loquitur.

a) Vid. antec. tit. not. *f.* b) Sent. om. 25—28 et 19 interpr. c) Sent. om. 22, 25—28. d) *obligatum* pro *mancipatum.* e) Sent. om. 19, 22, 25—28.

a) Sent. om. 13, 21—28, 32, 33, 35, 36, 38—40. In cod. 15 sententiae h. t. pro interpretationibus, interpretationes pro sententiis positae sunt. b) Gloss. *nuda* ad tit. Brachylog. de Contr. innom. (III, 8), ed. Boecking. p. 221. Nota v. *centesimam.* c) Sent. om. 21, 25—28. In cod. 6 sent. conflata est cum §. 1. *) Quum interpr. non respondeat sententiae, Schultingius sententiam intercidisse putat, quae de solutione usurarum egerit. Infra *capite* pro *sorte.* d) Sent. om. 19, 21, 25—28, 38. e) Sententia in codd. 7, 13 et subsequitur sent. tertia ita scripta, ut pars interpretationis videatur esse. V. *deponitur* est pro *foenori datur.* f) Sent. om. 19, 36. g) Sent. om. 19, 36. In cod. 38 sequitur interpr. §. 1, quamquam iam aderat. h) Sent. om. 19. i) In rec. edd. add. l. 15, 49 D. de Admin. v. p. tut. (XXVI, 7).

EPIT. AEG.

Creditor rem sibi oppignoratam a debitore emere non potest. Sed debitor cum alia persona inire contractum potest, ut accepta ab emtore pecunia, debitum restituat creditori et sic postea rem suam a debito liberatam, cui voluerit, vendat.

Creditor pignus, quod a debitore accepit, eo invito nec per suppositam personam emere potest. Quod si factum fuerit, agente debitore[c]) soluto debito emtio non valebit.

Si conveniat inter creditorem et debitorem, ut pignus non vendatur, non solvente etiam debitore, creditor post trinam conventionem pignus vendere potest.

TIT. XIII. DE LEGE COMMISSORIA.

Si creditor pignus uni ex heredibus vel extraneo legati titulo derelinquat, debitor oblato debito omnes heredes creditoris poterit convenire.

Quicquid creditor in agro pignori posito[a]) melioraverit, a debitore reddatur.[b])

Servus, si mutuam pecuniam[c]) tempore servitutis acceperit, ex ea obligatione post manumissionem conveniri[d]) non potest.

TIT. XIV. DE USURIS.

Si cautio creditori sine stipulatione debitoris fiat, usurae[a]) creditori penitus non debentur.

In pecuniis creditis, quum solutio usurarum sortem aequaverit, si quid amplius creditori fuerit datum, de capite debiti subtrahitur. Si vero et centesima et caput impletum est, quod amplius creditor accepit, reddere cogitur debitori[b]).

Usurae, quae centesimam excedunt, per[c]) errorem solutae repeti possunt.

Si quis pignora debitoris citra auctoritatem iudicantis abduxerit, violentiae crimen[d]) admittit.

Tutor in usuras non convenitur, si pecuniam pupillarem ideo non collocavit, quod idonea nomina non habebat, quibus[e]) pecunia collocetur. Cuius rei contestatio apud[f]) praesidem provinciae deponenda est.

c) Aeg. *deditore,* err.

a) Aeg. et nonn. codd. *opposito.* b) Om. §. 3. c) In Aeg. add. *secreto.* d) Aeg. *convenire.*

a) 57 om. *creditori—usurae.* b) Aeg. *acceperit—cogatur.* c) Aeg. *pro errore.* d) Aeg. *crimina.* e) Aeg. *habeat cui.* Nonn. codd. *pecuniae collocentur.* f) Plerique codd. et Aeg. *post.*

## EPIT. GUELPH.

VII Opignoratam rem creditur emere non potest quodsi conparauerit. rescindi potest uindicio.

VIII Non per soppositam. personam inuito debetorem. creditur conparet quod factum redita pecunia. reuocari potest.

VIIII Post trinam conuersionem. creditur. uindere potest rem. oppignoratam.

### XIII DE LEGE COMISSURIA.

Rem opignoratam creditur. cuilibet ligati titulo. derelinquat. a debetorem. pulsare. posse heredes.

II Debitorem opignorata. meliorauit. quicquid. expendedit pro ea rem. ad debitorem. recipiendum.

III Si duo debetores. unum pignus. abiant. oblegatum si unus. alteri pecuniam refuderit pignus a se poterit tenire.

IIII Seruus si mutuam pecuniam acceperit. et post manummissus. sit postia cumvenire non potest. tl· II· Ꝣ· XXXI.[a])

### XIIII DE USURIS. tl· II· Ꝣ· XXXIII.[a])

I· Si caucio. sine stipolacionū fiat usurā creditoribus non debitur.

II· Si sulucio usurarum debitum transcendit. quod ampliuscredit accepit. de summą pecuniā inpotandum si sulutum debitum quod plus accepit. reddendum.

III De ea pecunia ꝗ ad transmarina. defertur. creditur ad quantas. voluerit. usuras dari potest.

IIII· Si usura centissima excedant reddere possunt.

V. De pignora debetores auctoritatē. iudicis. adduxerit. uiolencie crim admisit.

VI· Si tutor pecuniam pupilli non inueniat cui conlocit. aput presidem prouincie contestacionē deponendā. tl· III· Ꝣ· XVII.[b])

a) C. Th. II, 31.

a) C. Th. II, 33. b) C. Th. III, 17.

## EPIT. MONACHI.

Creditor rem sibi oppignoratam a debitore emere non potest, sed debitor cum alia persona inire contractum potest, ut debitum restituat creditori et sic postea rem suam a debito liberam cui voluerit vendat.

Creditor pignus acceptum nec per suppositam personam emat. Quod si fecerit, agente debitore soluto debito emtio non valebit.

[b])Si conveniat inter debitorem et creditorem, ut pignus non vendatur, non solvente debitore creditor post trinam conventionem pignus vendere potest.

### XIII. DE LEGE COMMISSORIA.

Si creditor pignus, quem[a]) a debitore acceperit, uni ex heredibus vel extraneo legati titulo derelinquat, debitor pro pignore suo oblato debito omnes heredes creditoris poterit convenire.

Si creditor praedium sibi fiducia obligatum opere suo melioraverit, quicquid ibi impenderit, a debitore recipiat.

Si duo creditores unum pignus habuerint obligatum et posterior priori creditori offerat pecuniam, potest pignus ipsut ad se transferre. Item[b]) prior creditor, licet posterior sit in pignore tenendo, si offerat pecuniam, potest pignus tenere.

[c])Servus si mutuam pecuniam acceperit, post manumissionem ex ea obligatione conveniri non potest.

### XIV. DE USURIS.

Si pactum nudum, hoc est si cautio creditori a debitore, in qua centesima se soluturum promisit, sine stipulatione fiat. Et ideo usurae ex nuda cautione creditori penitus non debentur.

In pecuniis creditis quum solutio usurarum sortem aequaverit, si quid amplius creditori fuerit datum, de capite debiti subtrahitur, si vero centesima et caput impletum est[a]), quod amplius creditor accepit, reddat.

Traiecticia pecunia est, quae navi, ut ad transmarina deferatur, deponitur: in quantas convenerit usuras, hanc pecuniam dare creditor potest.

Usurae, quae centesimam excedunt, per errorem solutae repeti possunt.

[b])Si quis pignora debitoris citra auctoritatem iudicis abduxerit, violentiae[c]) crimen admittit.

[d])Tutor in usuras non convenitur, si pecuniam pupillarem ideo non collocavit, quod idonea nomina non habebat, cui pecuniae collocentur. Cuius rei contestatio apud praesidem provinciae deponenda[e]) est.

b) 64 add. *Ut Pignus Vindatur* (*vendatur*). Infra 63 *solvendi.*

a) Ita 62, 64, sed 63 *quam.* b) 63 add. *si.* c) 64 add. *Si Servus Mutuum Acceperit.*

a) Ita 63, 64. 62 *impleuē.* b) 64 add. *De Pignere.* c) 62, 64 *violentē*, 63 *violentie.* d) 64 add. *De Tutoribus.* e) 63, 64 *deputanda.*

## EPIT. SELD.

Si creditor rem fiducia datam uni ex heredibus aut extraneo legaverit, adversus omnes actio fiduciae debitori competit heredes.

Si creditor fiduciariam rem fecerit meliorem, habeat recuperandi, quod impendit, iudicium et fiduciae debitorem obnoxium.

## EPIT. S. GALL.

*Item alia.* Quicūque homo qui aliquā[c]) rem suā inpignoraverit alicui ꝑ qualecūque debitum ipsā rē ille qui eam[d]) inpignoravit ad alterū hominē ipsā rē vindere n̄ potē antequā eā retollat de illū hominem qui eā habet inpignoratam[e]).

*Itē alia.*[f]) Nullus homo illā rem qđ in pignus recipit conparare n̄ potē nisi suum debitum recipiat et ipsum pignus reddat.[g])

*Item alia.* Quicūq: homo ad suū debitorem pignus reciperit et ille qui ipsum pignus recipit eū meliorare potuerit in quantū illū meliorē facit ille debitur[h]) illi conponat quantū suus pignus melior fuerit.

*Itē alia.* Quicūq: homo unā rem ad duos homines inpignoraverit et illū non redderit qd ad illos debit illi qui ipsum pignus habent unus ad alterū ipsū pignus[i]) vindere[k]).

*Item alia.* Qui aliquā pecuniā suam alicui dederit ad usuras in quantum ipse caput ē reddat et centesimā porcionē in quantum ipsa pecunia ē usuras requirat; nā si plus tullerit[l]) ad debiturē reddat'.[m])

c) 65 *aliqua.* d) 65 om. *eam.* e) 65 *ipsa—ea—illo—qui ea habuit inpignorata.* 66 *cui* pro *qui.* f) 65 et Canc. mutil. g) Om. §. 8. h) 65 *debitor.* i) 65 *debet—ipsos pignos—ipsos pignos.* Suppl. *potest.* k) Deest §. 4. l) 65 *aliqua—centesima—tollerit.* m) Om. §. 3—6.

LEX ROM. VISIGOTH.

## TITULUS XV.[a]) DE MANDATIS.

1. Sententia. Ob[b]) subitam valetudinem, ob necessariam peregrinationem, ob inimicitiam et inanes rei actiones integra adhuc causa mandati negotio renuntiari potest.

Interpretatio.[c]) *Propter subitam infirmitatem, et necessitatem peregrinationis, vel propter inimicitias*) maioris personae ne cuiuscunque videatur actio vacillare, integra adhuc causa, is qui susceperit, susceptum negotium renuere potest.*

2. Sententia. Si meis nummis mandato tuo aliquid tibi comparavero, et si rem postea accipere nolis, mandati actio mihi adversus te competit. Non enim tantum quod impensum est, sed et usuras eius consequi possum.

Interpretatione *non eget.*

3.[d]) Sententia. Certo pretio rem iussus distrahere, si minoris vendiderit, mandati iudicio pretii summa poterit integrari. Venditionem enim dissolvi non placuit.

Interpretatio.[e]) *Si quis cuilibet mandet, ut rem suam decem solidis vendat, et ille eam octo vendiderit, pretium, quod ei mandatum est, quicquid minus ab emtore percepit, mandatori complere compellitur. Venditio tamen rescindi non potest.*

## TITULUS XVI.[a]) PRO SOCIO.

1.[b]) Sententia. Sicut lucrum, ita et damnum inter socios communicatur: nisi quid culpa socii vel fraude eversum sit.

[c])Interpretatione *non eget.*

## TITULUS XVII. EX EMTO ET VENDITO.

1. Sententia. Venditor[a]), si eius rei, quam vendiderit, dominus non sit, pretio accepto, auctoritatis manebit obnoxius, aliter enim non potest obligari.

Interpretatio. *Si quis rem alienam vendiderit et pretium acceperit, ad redhibitionem[b]) duplae pecuniae manebit obnoxius.*

2. Sententia. Si[c]) res simpliciter traditae evincantur, tanto venditor emtori condemnandus est, quanto, si stipulatione pro evictione cavisset.

Interpretatio. *Si[d]) quicunque rem simpliciter, id est, sine poenae interpositione, emtori tradiderit, et de eadem re emtor fuerit superatus, in tantum ei venditor manebit obnoxius, velut si evictionis poenam, id est, duplum se redditurum pretium in venditione promiserit.*

3.[e]) Sententia. Res emta, mancipatione et traditione perfecta, si evincatur, auctoritatis venditor duplo tenus obligatur.

Interpretatione *non eget.*

## TITULUS XVIII. DE MODO.[a])

1. Sententia. Distracto[b]) fundo, si quis de modo mentiatur, in duplo eius, quod mentitus est, officio iudicis aestimatione facta convenitur.

[c]) Interpretatione *non eget.*

2. Sententia. Redhibitio[d]) vitiosi mancipii intra sex menses fieri potest propter latens vitium.

Interpretatione *non eget.*

3. Sententia. Si ut[e]) servum quis pluris venderet, de artificio eius vel peculio mentitus est, actione ex emto conventus, quanto minoris valuisset, emtori praestare compellitur, nisi paratus sit eum redhibere.

a) In codd. 5, 9, ed. Bou. om. rubr., sed est spatium in codd. illis; tum titulo *Pro socio* add. num. *XV*, tit. autem *Ex emto* num. *XVII*, ex quo apparet, librarios errasse et Bou. alterutro cod. usum esse. Desunt in codd. 35, 36 sententiae et interpretationes h. t., interpretationes in codd. 19, 31. b) Sent. om. 13, 21—28, 32, 33, 38—40. c) Interpr. om. in cod. 19. In cod. 13 sent. sigl. habet, in cod. 28 conflata est cum §. 2. *) Contraxit interpres duas causas in unam, neque recte exposuit. d) Sent. deest in codd. 21, 22, 25—28. In cod. 21 interpretatio est. e) Interpr. om. 19. Ben. Lev. III, 318. Ivo, Decr. XVI, 232.

a) Habet h. t. cod. Reg. Par. 4482. In cod. 28 om. *Pro Socio*, in cod. 9 haec vv. cohaerent cum sent. h. t. Ap. Bou. *Tit. XV*. Vid. tit. anteced., not. *a*. b) Interpr. in cod. 28. Ivo, Decr. XVI, 200. c) Interpretatio, quam interposuerunt Aur. et Lugd. edd., hausta est ex Aeg. Epitome.

a) Sent. om. 19, 21—28, 32, 33, 35, 36. b) Interpr. om. 31. In cod. 22 terminatur vv. *redebiti vindantur;* vv. *duplae pec. m. obn.* coniuncta sunt cum vv. *tanto venditor* sq. sententiae, sed praefixum est interpretationis siglum. c) Sent. om. 21, 25—28, 32, 33. d) Interpr. deest in codd. 19, 31, in codd. 38—40 sent. sigl. prae se fert. Ex hac interpr. sumtam esse partem tit. XVII. L. R. B. nego. Cf. supra Praef. e) Interpr. in codd. 21, 26. Cf. L. Vis. V, 4, 8. Marculphi Form. II, 19, 20.

a) Rubr. *De Modo* interponunt Br. codd. edd. Bou. Sich., expunxit Cuiac. in ed. a. 1558, retinuerunt autem Gen. Lugd. edd., sed numero tit. expuncto. Multi codd. et Sich. ex Explanatione titt. add. *id est de Spatio,* quae vv. alii codd. post vv. *de modo* §. 1 habent, ut Bou., alii repetunt. Cf. Varietas scripturae ex Pauli a Visigothis epitomati codicibus ab Haenelio edita. Bonnae 1834. 8. p. 22, ubi reliquae diversae scripturae enumeratae sunt. b) Sent. om. 35, 36. Cf. L. Vis. V, 4, 6. c) Interpr., quam primum edd. Aur. Lugd. h. l. inculcarunt, hausta est ex Epitome Aegidii. d) Sent. om. 32, 33, 35, 36. e) Sent. om. 32, 33.

EPIT. AEG.

### TIT. XV. DE MANDATIS.

Propter subitam infirmitatem et necessitatem peregrinationis vel propter inimicitias maioris personae, nullus speret causam suam vacillare, integra adhuc causa, is qui susceperit, susceptum negotium recusare vel negare, renuere[a]) potest.

Si meis nummis mandato tuo aliquid tibi comparavero et si rem postea accipere nolis, non solum quod impensum est, sed usuras eius consequi possum[b]).

### TIT. XVI. DE SOCIIS.

[a])Inter socios absque unius negligentia aequale erit damnum et lucrum.

### TIT. XVII. EX EMTO ET VENDITO.[a])

Si quis rem alienam male vendiderit, emtor, qui de eadem re[b]) fuerit superatus, in tantum ei venditor manebit obnoxius, velut si duplam pecuniam se redditurum in venditione promiserit.

Res emta, mancipatione et traditione perfecta, si evincatur, auctoritatis venditor duplo tenus obligatur.

### TIT. XVIII. DE MODO, ID EST DE SPATIO.

Qui fundum distraxerit, et ibidem minus inventum fuerit, quantum mentitus est, in duplum reddatur.

De vitioso mancipio, ut infra sex menses pretium repetendum sit.

a) Aeg. *rennuere.* b) Nonn. codd. *usurae e. c. possunt.* §. 3 om.

a) Nonn. codd. om. rubr. et habent pro ea vv. *Inter* etc.

a) §. 1 om. b) Aeg. om. *re.*

## EPIT. GUELPH.

### XV DE MANDATIS tl· II· ʔ· XII.[a])

I. Integrá adhuc causá qui suscepit. renunciare potest.

II. Si q́ mandet alii. ut rem ei de suú emat númú non tanto preciú sed de usuris. dare conpellitur.

III. Si rem quam uindendam quis dedit minus sit uindita. qui minus. uindedit de suo reponit. uindicio tamen non recinditur.

### XVI· PRO SOCIO.

Si inter socius. sicut lucrum ita et damnum si fraudẽ socii euersum nihil sit.

### XVII· EX EMPTŨ ET UINDITŨ.

Qui rem. alienam uindedit. dupla pecuniá manebit obnoxius.

II Si rem alienam quam uindedit. sine pene interposicionem dederit item q̧ supra.[a])

### XVIII DE MODO ID EST DESPERACIO. l· III· ʔ· I.[a])

Si in uindicioń disperacio quem mentitus sit. in dupliú quod mentitus. est estimacionẽ conuenitur.

II. Uiciosi mancipii. redibicio. intra sex minsis. fieri potest.

a) C.Th. II, 12.
a) §. 3 deest.
a) C. Th. III, 1.

## EPIT. MONACHI.

### XV. DE MANDATIS.

Ob subitam infirmitatem et necessitatem peregrinationis vel inimicitias maioris personae vel cuiuscunque videatur actio vacillare, integra adhuc causa, is, qui susceperit, susceptum negotium renunciare potest.

[a])Si meis nummis mandato tuo aliquid tibi comparavero et tu rem postea accipere nolis, mandati actio mihi adversus te competit. Non enim tantum quod impensum est, sed usuras eius consequi possum.

Si quis cuilibet mandet, ut rem suam[b]) decem solidos vendat et ille octo solidos vendat, quicquid minus est, qui vendidit, exsolvat, venditio tamen rescindi non potest.

### XVI. PRO SOCIO.

Sicut lucrum, ita et damnum inter consocios communicatur, nisi quid culpa socii vel fraude eversum*) sit.

### XVII. EX EMTO ET VENDITO.

[a]) Qui rem alienam vendiderit et pretium acceperit, ad redhibitionem duplae pecuniae manebit obnoxius.

Quicunque rem simpliciter, id est sine interpositione poenae emtori dederit et de eadem re fuerit emtor superatus, in tantum ei[b]) venditor manebit obnoxius, velut si evictionis poenam, id est duplum se redditurum pretium in venditione promittat.

Res emta, mancipatione et traditione perfecta, si evincatur auctoritas venditor duplo tenus obligatur.

### XVIII. DE MODO, ID EST DE SPATIO.

*Distracto fundo, si quis de modo mentiatur, in duplo eius, quod mentitus est, officio iudicis aestimatione facta convenitur.*

Redhibitio vitiosi mancipii[a]) intra sex menses fieri potest propter latens vitium.

a) 64 add. *Si Te Rogante Aliquid Cumparavero.* b) 63 *mandatorem suam.*
*) Codd. *fraude versum.*
a) 63 *Si quis.* b) Add. *ei* in 63, 64, deest in 62. Infra codd. *evectionis.*
a) 62 *Redhibitio si mancipii si mancipii.*

## EPIT. S. GALL.

*Itẽ alia.*[n]) Quicũq: homo qui alterius pecuniam aut qualecúq: rem recipit ad usuras si illũ aliqua grandis tribulatio aut peregrinatio[o]) aut op̃sus[p]) fuerit de iudice Ĩ de malos homines ipsas usuras reddere ñ iudicetur.

*Item alia. XI.* Si aliquis homo rogaverit alterũ hominem ut de seu[a]) ipsius p̃ciũ qualecũq: causa ei conparare debeat et ille qui rogitus ẽ ei conparaverit et ille postea qui rogavit comparare ipsã rẽ recipere ñ voluerit[b]) ñ solũ tantũ p̃ciũ ꝑ hoc conponat. sed usuras ꝑ eũ ille det qui de suo p̃cio[c]) ille conparavit.[d])

*XIII. Itẽ alia.* Si duo homines ré suá in cõmune habuerint[a]) si ex eo aliquid adquirunt omnia in commune habeant et si[b]) aliquid exinde ꝑdiderint ambo insimul ꝑdant excepto si unus de ipsis aut ꝑ negligenciã suá ꝑdiderint.[c]) aut furaverit. qui de illos hoc fecerit inĩ se solvere debeant.

*XIIII. Itẽ alia.*[a]) Quicũq: homo alterius rẽ sine voluntatẽ domini sui vindiderit ipsã[b]) rem quã vindidit in duplo conponat.[c])

*Item alia.* Si duo homines ĩrã insimul[d]) habuerint et unus de illus[e]) illi alteri de sua porcionẽ m̃tierit ille qui mentitus ẽ ad illũ cui mentivit in dublo reddat.[f])

n) 65 Canc. mutil. o) 66 *peregritio.* p) 65 *op ... ssus,* i. e. *oppressus.*
a) Canc. cj. *sui.* b) 65 *noluerit.* c) 65 *qui pro suum precium.* d) Om. §. 3.
a) 65 om. *si—et.* Cf. sentent. Pauli. b) 65 *si eum.* c) 65 *perdiderit.*
a) 65 et Canc. mutil. b) 65 *ipsa.* c) Om. §. 2, 3. d) 65 et Canc. *terra .... h.* e) 65 *illos* et om. *illi.* f) Om. §. 2.

LEX ROM. VISIGOTH.

INTERPRETATIO.[f]) *Si venditor, quum mancipium distraheret, de artificio eius vel de peculio pro caritate pretii mentitus est, emtori, quantum sine peculio vel artificio valere potuerat, tantum reddere compellatur: aut certe mancipium venditum recipere, reddito pretio, acquiescat.*

4. SENTENTIA. Ex die emtionis, si pars pretii numerata sit[g]), et fructus, et operae servorum, et foetus pecorum, et ancillarum partus ad emtorem pertinent.

INTERPRETATIONE *non eget.*

5.[h]) SENTENTIA. Fundum alienum mihi vendidisti, postea idem ex causa lucrativa meus factus est, competet mihi adversus te ad pretium recuperandum actio ex emto.

INTERPRETATIO.[i]) *Si quis agrum alienum cuicunque vendiderit et postea hic ipse ager ab alio domino, cuius erat, emtori donatus sit, venditor emtori in redhibitione pretii, quod accepit, manebit obnoxius.*

6. SENTENTIA. Post[k]) rem traditam nisi emtor pretium statim exsolvat, usuras eius praestare cogendus est.

INTERPRETATIONE *non eget.*

7. SENTENTIA. Mutus[l]) emere et vendere potest: furiosus autem nec vendere nec emere potest.

INTERPRETATIONE *non eget.*

8. SENTENTIA. Servus[m]) bona fide comparatus si ex veteri vitio fugerit, non tantum pretium dominus, sed ea, quae in fugam abstulit, reddere cogetur[n]).

INTERPRETATIONE *non eget.**)

9.[o]) SENTENTIA. Quum probatio prioris fugae defecerit, servi responsioni credendum est: in se enim interrogari, non pro domino aut in dominum videtur.

INTERPRETATIONE *non eget.*

10.[p]) SENTENTIA. In eo contractu, qui ex bona fide descendit, instrumentorum obligatio sine causa demonstratur, si quo modo voluntas de fide contractus possit ostendi.

INTERPRETATIO.[q]) *In contractibus emti et venditi, qui bona fide ineuntur, venditionis instrumenta superflue requiruntur, si quocunque modo res vendita, dato et accepto pretio*), qualibet probatione possit agnosci.*

11.[r]) SENTENTIA. Fundus eius esse videtur, cuius nomine comparatus est, non a quo pecunia numerata est: si tamen fundus comparatori sit traditus.

INTERPRETATIO.[s]) *Si ager alterius nomine et alterius pecunia fuerit comparatus, eius esse cognoscitur, cuius nomine[t]) comparatus est: si tamen ipsi comparatori agrum traditum fuisse constiterit: illi*) vero pecuniam, quam dederant, a possessore recipient: sicut multis aliis speciebus habetur expositum.*

12.[u]) SENTENTIA. Electo reo principali, fideiussor vel heres eius liberatur; non enim in mandatoribus observatur.

INTERPRETATIO.[v]) *Si quis contemto fideiussore debitorem suum tenere maluerit, fideiussor vel heres eius a fideiussionis vinculo liberatur.* [x]) *Si vero procurator litis victus fuerit, mandator eius ad solutionem tenetur.*

## TITULUS XIX. DE LOCATO ET CONDUCTO.

1.[a]) SENTENTIA. Homo liber, qui statum suum in potestate habet, et peiorare[b]) eum et meliorem facere potest: atque ideo operas suas diurnas nocturnasque locat.

INTERPRETATIONE *non eget.*

2.[c]) SENTENTIA. Fundi deterioris facti, et cultura non exercitati, et aedificiorum non refectorum culpa arbitrio iudicis domino a conductore sarciri potest.

INTERPRETATIONE *non eget.*[d])

## TITULUS XX. DE NUPTIIS.

1.[a]) SENTENTIA. Sponsalia tam inter puberes, quam inter impuberes contrahi possunt.

INTERPRETATIONE *non eget.*

f) Interpr. om. 19, 21, 24. g) Ita Br. Al. codd. Cui. ex Vesont. cod. recte reposuit *si pretium numeratum sit* in ed. a. 1586. h) Sent. om. 21, 22, 25, 27, 28, 35, 36, 38—40. i) Interpr. om. 19, 23. In ed. Bou. cohaeret cum sent. k) In cod. 23 haec sent. interpr. siglum habet, in cod. 34 deest. l) Sent. deest in codd. 14, 34, interpr. siglum habet in codd. 38—40. m) Ben. Lev. III, 319. Sent. in cod. 4 transposita est post §. 12, deest in cod. 34, mutila est in cod. 26, in cod. 9 et in ed. Bou. interpr. siglum prae se fert, etsi sequatur illud *Ista i. n. eget.* n) Nonn. correxi ad Br. Al. codd. auctoritatem, non quod ea omnino probem, sed quia Breviarium edendum est. Idem feci in §. 10, 12 h. t. *) Cui. primus h. l. ex Consultatione sententiam inculcavit. o) Sent. om. 22—24, 34. p) Sent. om. 21—23, 25—28, 32—34. q) Interpr. om. in cod. 19; in 21 sent. est. *) Vid. supr. I, 13, 4, interpr. Post interpr. in rec. edd. add. l. 1 D. de Fide instr. (XXII, 4). r) Sent. om. 22, 23, 25—28, 34. In ed. Bou. cohaeret cum interpr. §. 10. s) Interpr. om. 19; in cod. 21 sent. est. t) Ex Aeg. edd. Aur. Lugd. add. *non cuius pecunia.* *) Haec interpres de suo add. u) Sent. om. 21—23, 25—28, 34, 38—40. v) Capit. ann. 744, c. 17. Ben. Lev. III, 334. Ivo, Decr. XVI, 359. Interpr. deest in cod. 19; in codd. 21, 29 sententiae siglum prae se fert. x) Sqq. des. in nonn. codd. Post interpr. ap. Schult. add. sententia L. R. B. tit. XXXV.

a) Ben. Lev. III, 335 et Add. III, 14. b) Nota v. *peiorare,* quod hoc solo loco reperitur. c) Sent. om. 23, 24. d) In rec. edd. add. l. 55 D. Loc. cond. (XIX, 2).

a) Sent. om. 24.

EPIT. AEG.

Si venditor de mancipii artificio vel peculio mentitus fuerit, emtori, in quantum sine peculio vel artificio valere potuerat, tantum reddere compellatur, aut certe mancipium recipere reddito pretio acquiescat.

Ex die emtionis et fructus et opera eius et foetus pecorum et ancillarum partus ad emtorem pertinent*).

Reddat emtori pretium, qui agrum vendiderit alienum secundum sententiam ex emto, id est in duplum.

Post rem traditam nisi emtor pretium statim exsolvat, usuras eius praestare cogendus est.

Mutus emere et vendere potest, furiosus autem neque emere neque vendere potest.

Servus comparatus, si ex vetere vitio fugerit, non tantum pretium dominus, sed et ea, quae per fugam abstulit, reddere cogatur.[a])

In contractibus emti et venditi venditionis instrumenta superflue requiruntur, si quocunque modo res vendita dato et accepto pretio qualibet probatione possit agnosci.

Eius est ager, cuius nomine, non cuius pecunia fuerit comparatus, si tamen comparatori sit traditus.

Si quis contemto fideiussore debitorem suum tenuerit, fideiussor a fideiussionis vinculo liberatur. Si vero procurator litis victus fuerit, mandator eius ad solutionem tenetur.

### TIT. XIX. DE LOCATO ET CONDUCTO.

Homo liber statum suum et peiorare et meliorem[a]) facere potest.

Si fundi vel culturae sive aedificia deteriora facta[b]) fuerint, arbitrio iudicis a conductore sarciri potest.

### TIT. XX. DE NUPTIIS.[a])

*) Nonn. codd. et Aeg. *pertinet.* a) Om. §. 9.

a) Nonn. codd. *meliorare.* b) Nonn. codd. *deteriores facti.* Paulo post nonn. codd. et Aeg. *sarcire.*

a) Om. §. 1.

## EPIT. GUELPH.

III Uinditur sì de artificio uel peculio menciatur. tantum precii. quantum sine peculio. ualere consteterit. reddat.

IIII Ex die. empciones. omnia ad emptore. pertenere.

V. Si ager uinditus. ab alio donitur a priorem domino emptur uinditu preciu quod accepit erit obnoxius.

VI. Rem tradita precium statim. dandum.

VII' Mutus. emere et uindere potest. furiosus. non potest.

VIII' Si seruus. fugitiuus. uindatur ea. que emtori. abstullit et precium prior dominus implere cogatur. l' II. ʔ' XXXIII.b)

VIIII Cum probacio. deest. fuge. priores seruo. in se interrogari. pro domino non potest.

X' Vindicio bona. fide instrumenta. non requiret.

XI. Si ager alterius nummu et alterius nomine conparetur. si in rem. introductus. fuerit. cuius. nomine. est conparatus. permanebit. pecuniam sine dubio. reddedurus.

XII Si q debitorem. tenuerit fideiussor liberatur. et causa uicta mandatur tenuerit.

### XVIIII. DE LOCATO ET CONDUCTO.

Homo liber. statum suum in potestatē. et meliorandi. et deteriorandi.

II. Fundu conductu si deterior fiat. a conductore. sacire potest.

### XX' DE NUPTIIS.
tl' III ' ʔ ' VII.a)

Sponsalicia. eciam inpuberes. celebrare.

b) Paul. II, 32 in f.
a) C. Th. III, 5.

## EPIT. MONACHI.

Si venditor, quum mancipium distraxit, de artificio eius vel de peculio b) mentiatur, quantum sine peculio vel artificio valere potuerat, tantum reddere compellatur aut mancipium reddito pretio recipiat.

Ex die emtionis, et si pars pretii numerata non sit, et fructus et opera eius et foetus pecorum et ancillarum partus ad emtorem pertinent.

Si quis agrum alienum vendiderit, pretium emtori agri reddere cogatur.

Post rem traditam nisi emtor pretium statim exsolvat, usuras eius praestare cogendus est.

Mutus emere et vendere potest: furiosus autem non potest.

Servus bona fide comparatus si ex vetere c) vitio fugerit, et pretium et ea, quae per fugam abstulit, venditor reddere cogetur.

Quum probatio prioris fugae defecerit, servi responsione credendum est: in se enim interrogari, non pro domino aut in domino videtur.

In contractionibus emti et venditi, qui bona fide iunguntur, venditionis instrumenta superflue requiruntur.

Si ager alterius nomine et alterius pecunia fuerit comparatus, eius erit, cuius nomine comparatus est, si tamen ei traditus fuerit d): illi vero pecuniam, quam dederint, a possessoribus recipiant.

e) Si quis contemto fideiussore debitorem suum tenere maluerit, fideiussor vel heres eius a fideiussionis vinculo liberatur. f) Si vero procurator litis victus fuerit, mandator eius ad solutionem tenetur.

### XVIIII. DE LOCATO ET CONDUCTO.

Homo liber et peiorari et meliorari a) potest. Ideoque operas suas diurnas nocturnasque locat.

Fundi deterioris et culturae non exercitate*), aedificiorum non refectorum culpam arbitrio iudicis domino a conductore sarcire potest.

### XX. DE NUPTIIS a).

Sponsalia tam inter puberes quam inter impuberes contrahi possunt.

b) 62, 64 *pecunio.* Infra 63, 64 *poterat.* c) 63, 64 add. *vetere,* quod 62 omitt. 63 *cogatur.* d) 63, 64 *fuit — dederunt.* e) 64 add. *De Fideiussione.* f) 64 add. *De Procuratore.*

a) 63 *peiorare et meliorare.* *) Haec male scripta sunt et ex Paulo rest.

a) 62, 64 *Negotiis,* sed 63 *Nuptiis.*

## EPIT. SELD.

Electo reo principali fideiussor vel heres eius liberatur.

## EPIT. S. GALL.

*Itē alia.* Quicūq: homo alicui mancipiū suū vindiderit peculiū habentem liceat ipsum servum aut de artificio suo aut de peculiu suum g) de illū qui eu conparavit redimere se potē; et si dū in ipso servicio ē filium h) generaverit ipsū filiū empt' vindicavit. i)

*Itē alia* mutus homo et emere et vindere potē nā furiosus hoc ē furiosus qui multu senex est q ille q in nimiā etate k) ē iā nec emere nec vindere ñ potē.

*XVI. Itē alia.* a) Quicūq: homo qui servu suu ad alterteru b) homine vindiderit et ille qui eū vindit ipsū servū in omnib; cū bonā fidem testimoniaverit c) ēē si postea ipse servus eum fugerit qui eu conparavit ille qui ipsū servū vindidit et p̄ciū emtori reddat et si aliquid ipse servus de ipsius rē secū portaverit ille qui eū vindidit omnia emptori reddere cogatur. d)

*Itē alia.* Tra quē e) homo comparat aut qualecūq: rē ipsius ēē debet ad cuius nom̄ carta scripta fuerit. nā ñ ipsius qui ꝑ alterū p̄ciū dedit et si ille qui p̄ciū dat ipsū p̄ciū ei requirere voluerit ad cuius nomen carta tollit f) suū p̄cium recipiat.

*Itē alia.* a) Qui ꝑ qualecūq: causa fideiussore reciperit si se ad ipsū fideiussorem tenere noluerit illū si teneat b) qui ei debit' ē et postea nec illū fideiussorem nec ipsius heredes exinde tenere nullatenus potē. c)

g) 65 *habente — aut de pecul. s. aut de arteficio s.* h) Haec ex sent. sq. hausta sunt. 66 *filiu.* i) Om. §. 5 et 6. k) 65 *etatem.*

a) 65 *Intpr.* pro *It. al.* Mutila est in 65 et ap. Canc. b) Leg. *alterum.* c) Ita etiam 65. d) Om. §. 9, 10. e) 65 *quae.* f) 65 *tulit.*

a) 65, Canc. mutila. b) 65 add. *ille.* c) Om. tit. XIX. et §. 1 tit. XX.

LEX ROM. VISIGOTH.

2.[b]) SENTENTIA. Eorum, qui in potestate patris sunt, sine voluntate eius matrimonia iure non contrahuntur: sed contracta non solvuntur: contemplatione enim publicae utilitatis privatorum commoda praeferuntur*).

INTERPRETATIO.[c]) *Viventibus patribus inter filiosfamilias sine voluntate patrum matrimonia non legitime copulantur: sed si coniuncta fuerint, non solvuntur: quia ad publicam utilitatem antiquitas pertinere decrevit, ut procreandorum liberorum causa coniunctio facta non debeat separari.*

3.[d]) SENTENTIA. Inter servos et liberos matrimonium contrahi non potest; contubernium potest.

INTERPRETATIONE *non eget.*

4. SENTENTIA. Neque[e]) furiosus, neque furiosa matrimonium contrahere possunt: sed contractum matrimonium furore non tollitur.

INTERPRETATIO.[f]) *Si qui matrimonium sani contraxerint, et uni ex duobus amentia aut furor accesserit, ob hanc infirmitatem coniugia talium solvi non possunt.*

5.[g]) SENTENTIA. Vir absens uxorem ducere potest: femina absens nubere non potest.

INTERPRETATIO.[h]) *Si vir in peregrinis aliqua fuerit occupatione detentus, absente eo constituto die possunt nuptiae celebrari, ut ab amicis vel parentibus eius puella suscepta ad domum mariti ducatur. Nam sicut viro absente hoc ordine*[hh]) *possunt nuptiae celebrari, ita femina absente non possunt.*

6.[i]) SENTENTIA. Libertum, qui ad nuptias patronae vel uxoris filiaeque patroni affectaverit, pro dignitate personae, metalli poena vel operis publici coerceri placuit.

INTERPRETATIO.[k]) *Libertus, si ad coniunctionem patronae vel patroni filiae adspirare tentaverit, in metallum detrudatur.**)

## TITULUS XXI. DE CONCUBINIS.[a])

1.[b]) SENTENTIA. Eo tempore, quo quis uxorem habet, concubinam habere non potest. Concubina igitur ab uxore solo dilectu separatur.

INTERPRETATIO.[c]) *Qui uxorem habet, eo tempore concubinam habere prohibetur, ne ab uxore eum dilectio separet concubinae.*[d])

## TITULUS XXII. DE DOTIBUS.

1.[a]) SENTENTIA. Dos aut antecedit aut sequitur matrimonium: et ideo vel ante nuptias vel post nuptias dari potest: sed ante nuptias data earum exspectat adventum.

INTERPRETATIO. *Dos dicitur, quae a parte sponsarum viris datur: quae tamen potest ante nuptias aut post nuptias dari.*[b])

2. SENTENTIA. Lege Iulia de adulteriis cavetur, ne dotale praedium maritus invita uxore alienet.

INTERPRETATIONE *non eget.*

## TITULUS XXIII. DE PACTIS INTER VIRUM ET UXOREM.

1.[a]) SENTENTIA. Fructus fundi dotalis constante matrimonio percepti lucro mariti cedunt, etiam pro rata anni eius, quo factum est divortium.

INTERPRETATIO.[b]) *Fructus agri dotalis manente coniugio ad maritum pertinent. Sed et illius anni*[c])*, quo matrimonium divortio separatur, ad maritum pertinere certissimum est.*

2. SENTENTIA. Omnibus pactis stipulatio subiici debet, ut ex stipulatu actio nasci possit.

INTERPRETATIONE *non eget.*

b) Sent. om. 13, 22, 25—28. *) Ita propter codd. Edd. *contemplatio—commodis praefertur.* c) Form. Sirm. XVI. Interpr. om. 19. Post interpr. in rec. edd. tres sent. ex Coll. tit. VI. inculcatae sunt. In Aur. Lugd. post ult. h. t. §phum positae sunt. d) In cod. 4 interpr. siglum habet et terminatur quat. XXII. cum hac sent., deest quat. XXIII. et pergitur in quat. XXIV. cum §. 30 tit. de Usufructu (III, 9). e) Regin. II, 128. Cod. Univ. Lit. Lips. 668. Burch. IX, 30, ex L. Romana; sed ex decretis Fabiani Ivo in Decr. VIII, 168. Pann. VI, 92. Anselm. X, 28. Decr. Grat. XXXII, q. 7, c. 26. Om. sent. 21, 25—28. f) Regino II, 129. Burch. IX, 28. Ivo, Decr. VIII, 166 et Pann. VI, 93. Ans. X, 27. Decr. Gr. l. c. c. 25 ex Epist. Nicolai P. ad Carolum Moguntinum ep. Interpr. commixta est cum sent. in cod. 15; sententiae siglum habet in codd. 34, 38—40, deest in cod. 19. g) Sent. om. 21, 25—28. h) Sententia in codd. 14, 38—40; *Imperatio* in ed. Bou. hh) *Ordine* pro *modo.* Vid. infr. Glossarium v. *ordo.* i) Sent. deest in codd. 21, 25—28, interpretatio est in cod. 9 et ed. Bou. k) Deest in cod. 19; sententia est in codd. 38—40. *) In rec. edd. add. l. 38 et 66 D. de Ritu nupt. (XXIII, 2).

a) Rubr. om. 28. b) Sent. om. 21—28. c) Ben. Lev. III, 336. Conflata est cum sent. in codd. 19, 38—40; non omnino congruit cum sent. d) In rec. edd. add. l. ult. D. h. t. (XXV, 7) et post eam auct. Cuiacio tit. de Mulieribus etc. ex cod. Vesont.

a) Sent. deest in codd. 19, 21—23, 25—28, 32, 33. b) In rec. edd. add. l. 73 D. de Iure dot. (XXIII, 3).

a) Sent. om. 21—28, 32, 33, 38—40. b) Interpr. om. in cod. 19; est sent. in cod. 9 et in ed. Bou. et cohaeret cum §. 1. c) Sententia: *pro rata anni eius.*

EPIT. AEG.

Viventibus patribus inter filiosfamilias sine voluntate patrum matrimonia non legitime copulantur, sed contracta non solvuntur.

Inter servos et liberos matrimonium contrahi non potest, contubernium potest[b]).

Si alicui in matrimonium furor aut amentia accesserit, coniunctio solvi non potest.

Si vir in peregrinis fuerit ductus, constituto die ab amicis vel a parentibus eius suscepta puella ad domum mariti ducatur.

Si libertus patronam aut filiam patroni acceperit, in metallum detrudatur.

## TIT. XXI. DE CONCUBINIS.

Qui uxorem habet, concubinam habere non licet; concubina igitur ab uxore terra vel pavimento solo derelicto[a]) separetur.

## TIT. XXII. DE DOTIBUS.

Dos dicitur, quae a parte sponsarum viris datur, quae tamen potest et ante nuptias et post nuptias dari.

Ne dotale praedium maritus invita uxore alienet.

## TIT. XXIII. DE PACTIS INTER VIRUM ET UXOREM.

Fructus agri dotalis, etiam illius anni, quo matrimonium separatur, ad maritum pertinent.[a])

Ut in omnibus pactis stipulatio fiat[b]), ut ex stipulato actio nasci possit.

b) Nonn. codd. om. *non potest,* alii habent *contrahi contubernium non potest.*

a) Nonn. codd. *delicto,* quod non displicet. Insanam hanc interpr. esse dicit Savigny l. c. T. I. p. 58, not. 53 (ed. I.), p. 60, not. *c* (ed. II.). Videtur epitomator scripsisse *ab uxore solo delicto separatur,* deinde librarius aliquis haec mutasse in *ab u. solo derelicto s.,* tum ad *solo derelicto* alius adnotasse *terra vel pavimento* haecque glossa transiisse in contextum. Codex 50 hic aliam substituit sententiam: *Qui ingenuus ex ingenua filios habuerit medietatem legis iudicentur. Sin autem clericus ordinatus sacris ordinibus filios vel filias habuerit, hereditarium non possideant, sed servi altaris et regis servitio perenni cum omnibus existentibus serviant.*

a) In cod. 54 pro his vv. ipsa sententia Pauli cum interpr. Goth. posita est. b) Nonn. codd. add. *et obligatio verborum.*

| EPIT. GUELPH. | EPIT. MONACHI. | EPIT. SELD. | EPIT. S. GALL. |
| --- | --- | --- | --- |
| II. Nupcias. sine. voluntatē patris. non inire si coniuncte fuerint. non solventur. | Viventibus patribus inter filiosfamilias*) sine voluntate patrum matrimonia non legitime copulantur, non solvantur propter procreandos liberos. | | *Itē alia. XVIII.*[a]) Filias dū in potestatē parentorū sunt sine parentorū[b]) voluntatē ad matrimonium se iungere ñ poss̄.*) |
| III De servos. vel liberos. matrimonium contrahi. non potest. | Inter servos et liberos matrimonium contrahi non potest, contubernium potest. | | |
| IIII De furioso et furiosa per occansionem matrimunia. solvi. non. possunt. | [b])Qui matrimonium sani contraxerint et uni ex eis amentia aut furor accesserit, ob hoc matrimonium solvi non potest. | Neque furiosi neque furiosae matrimonium furore tollitur, si ante matrimonium sani, postea insanierint. | *Itē alia.* Quicūq: homo[c]) vir et mulier qs in coniugiū iuncti sunt si aliquis de illos[d]) mentē suā pdiderit aut furebundus fuerit aut aliquas[e]) tales his similia causa p hoc se dimittere non possunt nisi tantum p illas causas se dimittere possunt; qđ in supiorē legem scripta sunt[f]). |
| VI.[b]) Si uir absensit. nupcias. celebrare possunt. si mulier absensit non potest fieri. | Vir in peregrinatione detentus, absente eo amici[c]) vel parentes eius susceptam puellam ad domum mariti ducere possunt et absente viro nuptias celebrare. Femina vero absente ita fieri non potest. | Vir absens uxorem ducere potest per amicos domum ductam[a]), absens nubere uxor non potest. | |
| VI. Libertus si ad patronam adsperet. in medallum detrudatur. | Libertus si ad iunctionem patroni vel patronae filiae adspirare tentaverit, metallo detrudetur. | | *Itē alia.* Si libert' suā patronā aut patroni filiā in coniugiū p̄hendere p̄sumserit in carcere mittatur aut in metallo deputetur.<br>*Itē alia XVIIII.*[a]) Quicūq: homo qui puellā[b]) ad uxorē p̄endere debet et ad ipsū sponsū aliqua tales occasio[c]) advenerit ut ipsa die ad ipsas nupcias ēē ñ possint sui parentes l sui amici ipsā puellā ad domū[d]) suū sponsi ducere possunt. Nā feminā si ad suū domū illa die ñ fuerit quando nupcias facere debent ad domū puelle sponsum parentes puelle adducere ñ possunt. |
| XXII.[a]) DE CONCUPINIS. tl' IIII. ʒ· VI.[b]) | XXI. DE CONCUBINIS. | XXI. DE CONCUBINIS. | |
| Concubine. quando non habende qui uxorem. habet. concubinā habere prohibentur. | Si quis uxorem habet, concubinam habere prohibetur. | Eo tempore, quo quis uxorem habet, concubinam habere non potest, ne[a]) dilectio eum a concubina separet. | *Itē alia.* Quicūq: homo qs uxorē non habent in illo tēpore concobina habere ñ potē. |
| XXIII.[a]) DE DOTIBUS. | XXII. DE DOTIBUS. | | |
| Dotem et ante nupcias. et post dari potest.<br>II De dote inuita uxorem non alienare. | Dos et ante nuptias et post nuptias dari potest.<br>[a])XXIII. AD LEGEM IULIAM.<br>De adulteriis cavetur, ne dotale praedium maritus invita uxore alienet. | | *Itē alia. XX.* Quicūq: homo qui dotē ad suā sponsā facere volet dotē et ante nupcias et post nupcias facere potē.[a]) |
| XXIIII.[a]) DE PACTIS INTER UIRUM ET UXOREM. tl' III. ʒ· XIIII.[b]) et papiani. | XXIIII. DE PACTIS INTER VIRUM ET UXOREM. | | |
| Fructus. agri dotalis. ad maritum pertenere.<br>II Stibulacio omnibus pactis. subicienda. | Fructus agri dotalis, si divortium intervenerit, eodem anno, quo matrimonium solvitur, ad maritum pertinent.<br>[a])Omnibus pactis stipulatio subiici debet, ut ex stipulatu actio nasci possit. | | *Itē alia* quicūque homo q dotē ad suā uxorem facit dum in coningio ŝ om̄ fructus agri q ipsā dotē conscriptū ē; ad maritū ptinet et si separare voluerint ipsa femina exinde habere nulla ñ potē.[a]) |
| b) Err. pro *V.*<br>a) Err. ita pro *XXI.* b) C.Th. IV, 6.<br>a) Ita cod. err. pro *XXII.* Vid. tit. anteced.<br>a) Ita cod. err. pro *XXIII.* Vid. tit. XXI. et XXII. b) C. Th. III, 5? et Papiniani fragmentum. Cf. Conradi l. c. p. XXIX. Spangenb. l. c. p. 292. | *) Codd. add. *si.* b) 64 add. *De Infirmis.* c) Ita 63. Rell. *amiti.* Infra 63, 64 *duci.*<br>a) Est §. 2 tit. XXII. de Dotibus.<br>a) 64 add. *De Stipulatione.* | a) Haec ex interpr.<br>a) Haec ex interpr. | a) 65, Canc. mutil. b) 65 ..*rentum.* *) Om. §. 3. c) 65 om. *homo.* d) 65 *qui in—illis.* e) 65 *alias.* f) 65 *quae in superiori lege scriptae* et Canc. *si ali.. de.* §. 5 translat. est post §. 6.<br>a) Hanc sententiam, quae mutila est in cod. 65 et ap. Canc., hausit epitomator ex §. 5, suo igitur loco deiecit. Vid. not. *f* anteced. b) 65 *puella.* c) 65 *occasio talis.* d) 65 ...*uella ad domum* ....., et abrumpitur codex Canc. Walter add.: „*Cetera desunt.*“ Quae sequuntur, ex solo cod. 66 edidi usque ad vv. *hoc sciendum comparaverit* Paul. IV, 4.<br>a) Om. §. 2.<br>a) Om. §. 2. |

LEX ROM. VISIGOTH.

## TITULUS XXIV. DE DONATIONIBUS INTER VIRUM ET UXOREM.

1.[a]) SENTENTIA. Mortis causa donatio est, quae impendente metu mortis fit, ut est valetudinis, peregrinationis, navigationis vel belli.

INTERPRETATIONE *non eget.*

2.[b]) SENTENTIA. Manumissionis gratia inter virum et uxorem donatio favore libertatis recepta est, vel certe quod nemo ex hac fiat locupletior. Ideoque servum manumittendi causa invicem sibi donare non prohibentur.

INTERPRETATIO. *In coniugio*[c]) *haec sola donatio hac lege permittitur, ut mancipia sibi invicem, quae manumittant, non quae habeant, donare possint.*

3.[d]) SENTENTIA. Inter virum et uxorem nec per interpositam personam donatio fieri potest.

INTERPRETATIONE *non eget.*

4.[e]) SENTENTIA. Inter virum et uxorem contemplatione donationis imaginaria venditio contrahi non potest.

INTERPRETATIONE *non eget.**)

5.[f]) SENTENTIA. Superstite eo, qui matrimonii tempore donaverat, ante decedente, cui fuerat donatum, id quod donatum est, penes donatorem remanet.

INTERPRETATIO.[g]) *Si manente coniugio vir uxori vel uxor marito aliquid donaverit, si is, cui donatum est, prior mortuus fuerit, apud donatorem ea, quae donata fuerant, remanebunt.*

6.[h]) SENTENTIA. Quocunque tempore contemplatione mortis inter virum et uxorem donatio facta est, morte secuta convalescit.

INTERPRETATIO.[i]) *Si inter maritum et uxorem matrimonii tempore mortis causa fuerit facta donatio, morte unius convalescit. Nam in donationibus, quae mortis causa fiunt, haec verborum solennitas custoditur: Illum agrum aut illam domum te malo habere quam me: te quam heredes meos.*[k])

## TITULUS XXV. DE LIBERIS AGNOSCENDIS.

1.[a]) SENTENTIA. Si serva conceperit et postea manumissa pepererit, liberum parit: id enim favor libertatis exposcit[b]).

ISTA INTERPRETATIONE *non indiget.*

2.[c]) SENTENTIA. Si libera conceperit et ancilla facta pepererit, liberum parit: id enim favor libertatis exposcit.

INTERPRETATIONE *non eget.*

3.[d]) SENTENTIA. Si ancilla conceperit et medio tempore manumissa sit, rursus facta ancilla pepererit, liberum parit: media enim tempora libertati prodesse, non nocere etiam possunt.

INTERPRETATIONE *non eget.*

4.[e]) SENTENTIA. Ex ea muliere natus, quae ex causa fideicommissi manumitti debuit, si mora libertati facta nascatur, ingenuus nascitur.

INTERPRETATIO.[f]) *Si ea mulier, quae per fideicommissum manumitti iussa est, fideicommissario in praestanda libertate, quae ei mandata est, moram faciente pepererit, qui natus est, ingenuus nascitur: quia fideicommissarii tarditas ingenuitati eius obesse non potest.*

5.[g]) SENTENTIA. Si mulier divortio facto gravidam se sciat, intra tricesimum diem viro denuntiare debet vel patri eius, ut ad ventrem inspiciendum observandumque custodes mittant: quibus missis, partum mulieris omnimodo coguntur agnoscere.

INTERPRETATIO.[h]) *Si quaecunque mulier matrimonio per divortium dissoluto praegnantem se esse senserit, et hoc in notitiam mariti vel patris eius detulerit, ut ad inspiciendum vel observandum ventrem suum custodes mittant: quos dum miserint, partum mulieris, id est, nativitatem sui heredis compelluntur agnoscere.*

6.[i]) SENTENTIA. Si praegnantem se mulier esse non denuntiaverit vel custodes ventris missos non admiserit, liberum est patri vel avo natum non alere. [k])Negligentia matris, quominus suus patri heres sit, obesse non debet.

INTERPRETATIO.[l]) *Si post divortium praegnantem se mulier marito non indicaverit vel custodes ad observationem ventris missos custodire non permiserit, potest pater vel avus eum, qui natus fuerit, non nutrire. Sed negligentiam matris statutum est ei, qui natus est, in successione patris nocere penitus non debere, quin post mortem patris sine dubio*[m]) *succedat.*

a) Sent. om. 32, 33. b) Sent. om. 19, 21, 22, 25—28, 32, 33. c) Verbis *haec sola* interpres restrinxit sententiam Pauli. d) Interpr. in codd. 38—40, ed. Bou. e) Deest in codd. 26, 27. *) Schult. h. l. add. pr. l. 8 D. de Reb. dub. (XXXIV, 5) et post §. 5 reliquam partem eiusd. leg. f) Om. in codd. 22, 25—28; interpr. est in edd. Bou. Schult. g) Marculphi Form. II, 7. Form. Sirmond. XVII. Interpr. om. 19, 21. In cod. 33 fol. 83[b] col.[a] v. 19 sequitur §. 6 de Gradibus (IV, 10) usque ad vv. *statim ex* §. 4 de Stipul. (V, 10); fol. 89[b] col.[b] v. 20 cohaeret cum vv. *statim ex* §. 45 de Usufructu (III, 9) inde v. *continebuntur* et sequuntur rell. usque ad §. 5 de Gradibus (IV, 10) vv. *atavus atavia;* quibus terminatur fol. 95[b] col.[b] v. 2, ea sequitur interpr. §. 6 h. t. usque ad finem §. 44 de Usufr. (III, 9) vv. *cetera venationis,* quibuscum denique cohaerent (fol. 101[b] col.[a] v. 19) vv. *fide bonorum* §. 4 de Stipul. (V, 10) et reliqua Breviarii pars sequitur. Videntur membranae transpositae fuisse in codice, ex quo hic descriptus est. h) Sent. om. 22, 25—28, 33. i) Interpr. om. 9, 19, 21, 26. k) In rec. edd. add. l. 59 D. h. t. (XXIV, 1) et post eam tit. de Act. rer. amot. ex l. 56 D. ad L. Aquil. (IX, 2).

a) Sent. om. 19. b) Interpretatio in ed. Bou., etsi sequitur *Interpretatione non eget.* Vv. *i. e. f. l. exposcit* s. *extorsit* habent Br. Al. codd., etsi videntur a Paulo aliena esse. c) Sent. abest a 15, 19, 22, 38—40; in 5, 9, ed. Bou. interpr. siglum habet, etsi seq. *Ista interpr. n. ind.* d) Sent. in 6, 31 interpr. siglum habet. e) Sent. om. 22, 25—28, 38—40. f) Interpr. om. 19, 21. g) Sent. om. 22, 25—28. Interpretatio est in 9, 21, Bou. h) Interpr. om. 19, 21. *Nativitatem* pro *natum esse suum heredem.* i) Sent. om. 21, 22, 25—28. k) 15, 19 om. *Negligentia—non debet.* l) Interpr. om. 19, 21. m) Primum in Aur. et Lugd. edd. add. *in hereditatem* ex Aeg.

EPIT. AEG.

### TIT. XXIIII. DE DONATIONIBUS INTER VIRUM ET UXOREM.

[a])Mortis causa donatio est, quae impendente[b]) metu mortis fit, ut est valetudinis, peregrinationis, navigationis vel belli.

Quod donatio de manumittendis tantum mancipiis inter virum et uxorem maneat, et ut nemo ex illis fiat locupletior.

Inter virum et uxorem nec per[c]) interpositam personam donatio nec venditio[d]) fieri potest.

Si manente coniugio vir uxori vel uxor marito aliquid donaverit, si is[e]), cui donatum est, prior mortuus fuerit, apud donatorem ea, quae donata et collecta[f]) fuerant, remanebunt.

Nam in donationibus, quae mortis causa fiunt, haec verborum solennitas custoditur: illum agrum te malo habere quam me aut te plus quam heredes meos.

### TIT. XXV. DE LIBERIS AGNOSCENDIS.

Si serva conceperit et postea manumissa pepererit, liberum parit.

Si libera conceperit et ancilla peperit, liberum parit.

Si ancilla conceperit et medio tempore manumissa sit, rursus facta ancilla pepererit, liberum parit.

Si quis moriens ancillae suae libertatem fieri iusserit et pariat filium, ingenuus nascitur, quamlibet fideicommissarius de libertate moram fecerit.

Si quaecunque mulier matrimonio per divortium dissoluto[a]) praegnantem esse se senserit, marito vel patri eius denuntiare debet, ut ad observandum ventrem suum custodes mittant.

Quod si praegnantem se mulier esse non denuntiaverit, liberum est patri vel avo natum non alere: [b])qui post mortem patris sine dubio in hereditatem succedat.

a) Aeg. in m.: „*Donatio causa mortis.*“ b) Aeg. *in pendente moetu.* c) Aeg. om. *per.* d) Ex c. 4 h. t., cuius max. pars deest. e) 47 om. *si is—fuerit.* f) Nonn. codd. om. *donata et coll.*

a) Codd. et Aeg. *matrimonium—dissolutum.* b) Rell. vv. ex interpret. hausta sunt. Aeg. *succedet.*

| EPIT. GUELPH. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|
| XXIIII DE DONACIONIBUS INTER UIRUM ET UXOREM.<br>Mortis causa que sit donacio. peregrinacionis. nauigacionis. et belli. | XXV. DE DONATIONIBUS INTER VIRUM ET UXOREM.<br>Mortis causa donatio est, quae impendente metu mortis fit, ut est valetudinis, peregrinationis, navigationis vel belli causa. | *Itẽ alia* XXI. DE DONATIONẼ INT̃ MARITUM ET UXORẼ.[a]) |
| II· In coniugio. ut serui liberi fiant. donari possunt. | Inter coniugium haec sola donatio hac lege permittitur, ut mancipia sibi, quae manumittant, non quae habeant, in invicem dare possunt. | |
| III· In coniugio donacionem non fieri. | Inter virum et uxorem nec per interpositam personam donatio fieri potest. | |
| IIII· In coniugio donacionem imaginariam non fieri. | Inter virum et uxorem contemplatione donationis imaginaria venditio contrahi non potest. | |
| V. In coniugio si uir uxori. aut. uxor marito donauerit. unus si moriatur. ad donatorem res donata. remanebit. | Si manente coniugio vir uxori aut uxor viro aliquid donaverit, si is, cui donatum est, prior mortuus fuerit, apud donatorem donata remanebunt. | |
| VI. In coniugiu si mortis. causa fiat donacio mortuu unius. conualiscit. | Si inter maritum et uxorem mortis causa fuerit facta donatio, morte unius convalescit. Nam in donationibus, quae mortis causa fiunt, haec verborum solennitas custoditur: illum agrum, illam domum te malo habere quam me aut meos heredes. | Licet in superiorẽ titulũ scriptũ ẽ ut nulla donatio p nullũ modũ int̃ maritũ et uxorem de eoru facultatẽ stare ñ potẽ. Nã tamen in superiorem legem scriptũ ẽ ubi aliqs. de illos ad transitũ venerint donationẽ int̃ se facere possunt; tamen in ipsã donationẽ et agrũ et mancipia et omnia nominativum scribere debunt et dicat istut volo habere sic̃ et me et sic te qd̃ heredes meos. |
| [a])XXV SI LIBERIS AGNUSCENDIS<br>Si ancilla post concepit manumittatur liberum parit. | XXVI. DE LIBERIS AGNOSCENDIS.<br>Si serva conceperit et postea manumissa peperit, liberum parit: id enim favor libertatis exposcit. | |
| II Si libera post concepit ancilla fiat. liberum paret. | Si libera conceperit et ancilla facta pepererit, liberum parit; media[a]) enim tempora libertati prodesse, non nocere possunt. | |
| III Si ancilla mediu tempore manumittatur. et ad seruicio reuertatur. liberum paret. | Si ancilla conceperit et medio tempore manumissa sit et rursus facta ancilla pepererit, liberum parit, media enim tempora libertati prodesse, non enim nocere possunt. | |
| IIII Si mulier q manumitti iussa est. ante peperit liberum paret. | [b])Si ea mulier, quae per fideicommissum manumitti iussa est et fideicommissario moram facienti peperit, qui natus est, ingenuus nascitur. | *Itẽ alia.**) Quicũq: ingenuus homo qs ad suã ancillã ingenuitatem pmiserit facere et antequã ei cartã faciat ipsa mulier infantẽ habuerit ipse infans ingenuus nacit' et ingenuus pmanebit. |
| V. Si mulier post concepit. diordio separetur. marito indecare heredem. agnuscere conpellitur. | Si quaecunque mulier matrimonio per divortium dissoluto praegnantem se senserit et hoc in notitiam mariti detulerit, ut ei custodes mittat[c]): quos dum miserit, partum mulieris sui heredes compelluntur agnoscere. | *Item alia. XXII.*[a]) Si quacũq: ingenua mulierẽ suus maritus dimiserit si ipsa mulier se prignantẽ sentierit [b])infra dies XXX ipsa causa notũ faciat ut suum ventrem videre possint que et illa pregnans sed et si postea ei custodes mittantur ut quae du ipsum infante peperit ut facultatem quod de patris sui habere debet non perdat; [c])Quod si mulier hoc notu non fecerit ipse infans qui ex ea natus fuerit de hereditatem patris sui nihil habeat.[d])et ipsa mulier quinq. obstetrices secũ habeat. du ipsu infantem excepit: qui pro ea testimoniu tent*) ut ipse infans adult̃ ñ sit nec adposiqb;[e]) et quod si ipsas obsetrices[f]) infantem pro infante adposuerint summo supplicio paciatur. |
| VI. Se[b]) mulier prignantem se non dicit partus. eius. uiuo patre ad hereditatem. non uenit mortuo uenit. | Si post divortium praegnantem se mulier marito non indicaverit et se custodiri non permiserit, potest pater vel avus eum, qui natus est, non nutrire, sed negligentia matris ei in successione non noceat, sed post mortem patris sine dubio succedat in hereditatem.[d]) | *XXIII. Itẽ alia.*[a]) Si cuiuscũq: ancilla conceptu habuerit. et postea ingenua dimissa fuerit. filius eius postea ingenuus permanebit. |

EPIT. GUELPH.: a) Post num. XXV est signum crucis in codice. b) Leg. *si*.

EPIT. MONACHI.: a) Vid. §. 3 h. t. b) 64 add. *De Prignantibus* (*Pregnantibus*, *Praegnantibus*). Infra 63, 64 *pepererit* et 63 *iussum*. c) 63, 64 *mittant — compellantur*. d) §. 7 deest.

EPIT. S. GALL.: a) Om. §. 1—5. *) Des. §. 2, 3. De §. 1 vid. not. *a* sq.

a) Haec sententia ex §. 5, 6, 8, 9 composita est. Om. §. 7. b) De *triginta diebus* in interpret. sermo non est, verum in ipsa sententia Pauli. c) Sqq. ex §. 6. d) Sqq. ex §. 8. *) Corr. *dent*. e) An *adpositicius?* f) Haec ex §. 9.

a) Haec ex §. 1 h. t. sumta sunt.

7. Sententia. Si mulier se ex viro praegnantem neget, permittitur marito ventrem inspicere et ventri custodes dare.

Interpretatione *non eget.*

8.[n]) Sententia. Venter inspicitur per quinque obstetrices: et quod maxima pars earum denuntiaverit, pro vero habetur.

Interpretatio.[o]) *Quoties de mulieris praegnatione dubitatur, quinque obstetrices, id est medicae ventrem iubentur inspicere: et quod plures ex ipsis se agnovisse dixerint, hoc certissimum iudicatur.*

9. Sententia. Obstetricem, quae partum alienum attulit, ut supponi possit, summo supplicio affici placuit.

Interpretatione *non eget.*[p])

Epit. Aeg.: Si[c]) mulier se ex viro praegnantem neget, permittitur marito quinque obstetrices ventris mittere, et quod maxima pars earum denuntiaverit, credatur.

Obstetricem, quae partum alienum[d]) attulit, summo supplicio affici placuit.

## TITULUS XXVI. QUEMADMODUM FILII SUI IURIS EFFICIUNTUR.

1. Sententia. Pater ab hostibus captus desinit habere filios in potestate: postliminio vero reversus tam filios quam omnia sui iuris in potestatem recipit, ac si nunquam ab hostibus captus sit.

Interpretatione *non eget.*[a])

2.[b]) Sententia. Singulae mancipationes vel iisdem vel aliis testibus fieri possunt, vel eodem die vel intermisso tempore.

Interpretatione *non eget.*

3.[c]) Sententia. Emancipatio etiam die feriato fieri potest.

Interpretatione *non eget.*

4.[d]) Sententia. Apud magistratus municipales, si habeant legis actionem, emancipari et manumitti potest.

Interpretatione *non eget.*

5.[e]) Sententia. Filiusfamilias invitus emancipari non cogitur.

Interpretatione *non eget.*

TIT. XXVI. QUEMADMODUM FILII SUI IURIS EFFICIUNTUR[a]).

Pater de captivitate reversus et filios in sua potestate percipiat et facultates.

Filiusfamilias invitus emancipari non cogitur.

## TITULUS XXVII. DE ADULTERIIS.[a])

1.[b]) Sententia. Inventam in adulterio uxorem maritus ita demum occidere potest, si adulterum domi suae deprehendat.

Interpretatione *non eget.*

2.[c]) Sententia. Eum, qui in adulterio deprehensam uxorem non statim dimiserit, reum lenocinii postulari placuit.[d])

Interpretatione *non eget.*

3.[e]) Sententia. In causa adulterii dilatio postulata impartiri non potest.

Interpretatione *non eget.*

TIT. XXVII. DE ADULTERIIS.

Tunc demum uxorem maritus occidere potest, si eam cum adultero[a]) deprehendat.

In causa adulterii dilatio postulata impertiri[b]) non potest, ut aut non occidatur aut non dimittatur uxor.

## TITULUS XXVIII. DE EXCUSATIONIBUS TUTORUM.

1.[a]) Sententia. Inimicitiae capitales, quas quis cum patre pupillorum habuit, a tutelis excusant, ne paterno inimico pupilli committantur.

Interpretatio.[b]) *Si cum patre minorum aliquis graves inimicitias habuisse cognoscitur, a tutela pupillorum merito excusatur; ne inimico paterno parvulorum defensio committatur.*

2.[c]) Sententia. Ad curam eius, cuius quis tutelam administravit, invitus vocari non potest.

Interpretatione *non eget.*[d])

TIT. XXVIII. DE EXCUSATIONIBUS TUTORUM.

Ut qui gravis inimicus fuit patris, a tutela pupillorum merito excusetur, ne[a]) paterno inimico pupilli committantur.

## TITULUS XXIX. DE POTIORIBUS NOMINANDIS.

1.[a]) Sententia. Non recte potiorem videtur nominare, qui causam nominati potioris non expresserit.

Interpretatione *non eget.*

2.[b]) Sententia. Potior quis esse debet non solum gradu generis, sed et substantia rei familiaris.

Interpretatio.[c]) *Qui potior ad tutelam eligendus est, non solum pupillo generis affinitate propinquior, sed et facultatibus debet magis idoneus approbari.*[d])

TIT. XXIX. DE POTIORIBUS NOMINANDIS.[a])

Qui potior ad tutelam eligendus est, non solum pupillo generis affinitate propinquior, sed et facultatibus debet magis idoneus approbari.

n) Sent. abest a 22, 25, 28, 38—40; in 5, 9, 13, ed. Bou. interpretatio est. o) Interpr. deest in 19, 21; sent. est in cod. 31. p) In rec. edd. add. l. 4 D. de Agnosc. et al. lib. (XXV, 3) et post eam tit. de Adopt. ex l. 37 D. eod. (I, 7).

a) Primum h. l. pro vv. *Interpr.* etc. in Aur. Lugd. edd. add. Interpretatio, quae non continet nisi Aeg. summam. b) Sent. abest a codd. 1, 2, 5, 6, 9, 10, 17, ed. Bou.; interpr. est in cod. 26. c) Sent. om. 27. d) Sent. deest in 27, in 23 interpretatio est. e) Sent. om. 5, 8 (ubi ab Amerb. add. est), 9, Bou.; in codd. 7, 11 prima est sq. tit. de Adulteriis.

a) Cui. in Obs. XXI, 18 ex Coll. IV, 12 et ex cod. Vesont. primus restit. initio h. t. sex §phos. b) Regino II, 147. Cf. L. Vis. III, 4, 4. c) Regino I', 148. In 13 interpr. est. d) Hic primum a Cuiac. ex Coll. V, 2 et ex cod. Vesont. septem sent. add. sunt, quibus insuper unam Schult. praefixit ex Coll. V, 2. e) Regino II, 149. Sent. in 9, ed. Bou. interpr. siglum habet.

a) Sent. om. 22—28, 32, 33. b) Interpr. om. 19, 21. c) In ed. Bou. interpretatio est. d) In rec. edd. add. l. 38 et 40 D. h. t. (XXVII, 1).

a) Sent. om. 22, 32, 33, 35, 38—40. b) Sent. om. 21, 22, 25—28. c) Interpr. in 6 sententiae sigl. habet, in 35 primam efficit sequentis tit. sententiam. d) In rec. edd. add. l. 223, §. 1 D. de Verb. sign. (L, 16).

c) Ex c. 7 et 8 composit. est. d) Aeg. *alienum partum.*

a) Codd. *efficiuntur* s. *efficiantur.* Aeg. *efficitur.* §. 2—4 h. t. om.

a) Plerique codd. et Aeg. *adulterio.* §. 2 om. b) Codd. *impertiri* aut *impertire.* Aeg. *impedire.*

a) Haec sunt vv. legis. Plerique codd. *excusatur* et *committatur.* §. 2 om.

a) §. 1 om.

| EPIT. GUELPH. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|
| VII. Si mulier prignanto, se neget a marito costodie depotanda. | | |
| VIII. Si de mulieres. pregnacionis. dubitetur obsetricis. eam examinare dibere. | Quoties de mulieris praegnatione[dd]) dubitatur, quinque obstetrices ventrem inspiciant et quod plures ex ipsis dixerint agnovisse, hoc certissime iudicetur. | |
| VIIII Si obsetrix. partum alienum supponat capite puniatur. | [e]) Si obstetrix partum alienum supposuerit, summo supplicio eam placuit affici. | |
| XXVI· QUEM ADMODUM FILII SUI. IURIS. EFICIUNTUR. tl· VIIII. ʒ· XXXV.[a]) GAI· ʒ· VI.[b]) | XXVII. QUEMADMODUM FILII SUI IURIS EFFICIUNTUR. | |
| Si pater ab ostibus captus sit. post redierit tam filiis quam omnia. in sua retenit. potestatē. | Pater ab hostibus captus desinet habere filios in potestate. Si reversus fuerit, et filios et omnia sua recipiat, tanquam si captus non fuisset. | *XXIIII* Quicumq: homo si in hoste adprehensus fuerit aut in captivitatē ductus fuerit. si filios aut alios heredes dimiserit, post quantum tempore reversus fuerit om̄ res suas in integrū recipiat'.[a]) |
| II· Singule emancipacionis. eodem. die fieri possunt; | Singulae emancipationes vel ab eisdem vel ab aliis testibus fieri possunt, vel eodem die, vel intromisso tempore. | |
| III. Feriatū diem. emancipacionis. fieri possunt. | Emancipatio etiam die feriato fieri potest. | *Itē alia; XXV.* Quicūq: homo qui servū suū ingenuū dimittere voluerit aut in die dominico aut in festivitatē scōrum hoc faciatur.[a]) |
| IIII.[c]) Inuitus filius. emancipare non potest. | Apud magistratus municipales, si habeant actionem, emancipari et manumitti potest. | |
| V. Aput maiestratus. emancipare potest. | Filiusfamilias invitus emancipari non cogitur. | *Itē alia.* Nullus homo filium suū nec mancipare nec uxorem[b]) eū invitum n̄ potē nisi sua ipsius filii fuerit voluntas. |
| XXVII DE ADULTERIIS tl· VIII. ʒ· IIII.[a]) | XXVIII. DE ADULTERIIS. | |
| I. Si adulter in domū deprehendatur. cum adultera pariter puniantur. | Inventam in adulterio uxorem maritus ita demum occidere potest, si adulterium domi[a]) suae deprehendat. | *Itē alia; XXVI.* Uxorem suā homo in adulteriū dep̄hensa eā occidere potē si illū qui eū adulterabat in domū suā potuerit invenire.[a]) |
| II Qui uxorem adulteram non demittit infamis. est. | Eum, qui in adulterio deprehensam uxorem non statim dimiserit, reum lenocinii postulari placuit. | |
| III De adulterio. dilatacionem dare non posse. | In causa adulterii dilatio postulata impertiri non potest. | |
| XXVIII DE CURATIONIBUS TUTORUM tl· III· ʒ· XVII.[a]) | XXIX. DE EXCUSATIONIBUS TUTORUM. | |
| I. Si cum patre pupilli. quis. inimicicias. habuit. ei tutilla committi non potest. | Neque eum, qui cum patre minorum inimicitiam habuit, ad tutelam parvulorum filiorumque eius admittimus. | *Itē alia. XXVII.* Si aliquis homo cū patrē filiorū, inimicias grandes habuerit ille homo tutilla de res filiorū eius non potē recipere ad gob̄nandū.[a]) |
| II. Tutor ad curam inuitus. uocari non potest. | Ad curam eius, cuius quis tutelam administravit, invitus vocari non potest. | |
| XXVIIII. DE POCIORIBUS NOMINANDIS. tl· III. ʒ· XVII.[a]) | XXX. DE POTIORIBUS NOMINANDIS. | |
| I. Qui tutorem. elegit causam. eleccionis. explanet. | Non recte potiorem videtur nominare, qui causam nominatim potioris non expresserit. | |
| II. Ad tutillam quis. intellegendi facultatē maies. edonei[b]). | [a]) Qui potior ad tutelam eligendus est, non solum pupillo propinquior, sed et facultatibus idoneus approbetur. | |

EPIT. GUELPH.:

a) Inc. num. b) Gai. tit. VI. c) Ordo sent. 4 et 5 inversus est.

a) C. Th. IX, 4.

a) C. Th. III, 17.

a) C. Th. III, 17. b) Leg. *magis idonei.*

EPIT. MONACHI.:

dd) 63 *pregnatione.* 64 *prignatione.* 62 *impregnatione.* e) 64 add. *De Obstetricibus.*

a) 62, 64 *domus.* Leg. *adulterum.*

a) 64 add. *De Tutoribus.*

EPIT. S. GALL.:

a) Om. §. 2.

a) Om. §. 4. b) In cod. supr. hoc v. add. est *ra.* Haec aliunde sumta sunt.

a) Om. §. 2, 3.

a) Om. §. 2, praeterea tit. XXIX. et XXX.

LEX ROM. VISIGOTH.

## TITULUS XXX.[a]) QUI POTIORES NOMINARE NON POSSINT.

1.[b]) Sententia. Libertus, quem pater tutorem dedit, si minus idoneus dicatur, excusari quidem non potest, sed adiungi illi curator potest.

Interpretatio. *Si a patre filiis minoribus libertus tutor fuerit derelictus, si parum idoneus videtur, excusari quidem ab actione*[c]) *tutelae non potest; sed potest illi curator adiungi.*

## TITULUS XXXI. AD ORATIONEM DIVI SEVERI.

1. Sententia. Dolo tutoris curatorisve detecto, in duplum eius pecuniae condemnatione conveniuntur, qua minorem fraudare voluerunt.

Interpretatione *non eget.*[a])

## TITULUS XXXII. DE FURTIS.

1.[a]) Sententia. Fur est, qui dolo malo rem alienam contrectat.

Interpretatio.[b]) *Fur est, qui rem alienam fraude interveniente contigerit*[c]).

2.[d]) Sententia. Furtorum genera sunt quatuor: manifesti, nec manifesti, concepti et oblati.

Interpretatione *non eget.*

3.[e]) Sententia. Manifestus fur est, qui in faciendo deprehensus est, et qui intra terminos eius loci, unde quid sustulerat, deprehensus est, vel antequam ad eum locum, quo destinaverat, perveniret.

Interpretatione *non eget.*

4. Sententia. Nec manifestus fur est, qui in faciendo quidem deprehensus non est; sed eum furtum fecisse negari non potest.

Interpretatione *non eget.*

5. Sententia. Concepti actione is tenetur, apud quem furtum quaesitum et inventum est.

Interpretatione *non eget.*

6. Sententia. Oblati actione is tenetur, qui rem furtivam alii obtulit, ne apud se inveniretur.

Interpretatione *non eget.*

7.[f]) Sententia. Furti actione is agere potest, cuius interest rem non perdidisse.

Interpretatione *non eget.*

8.[g]) Sententia. Concepti is agere potest, qui rem concepit et invenit.

Interpretatione *non eget.*

9.[h]) Sententia. Oblati is agere potest, penes quem res concepta et inventa est.

Interpretatione *non eget.*

10.[i]) Sententia. Manifesti furti actio et nec manifesti et concepti et oblati heredi quidem competit, sed in heredem non datur.

Interpretatio.[k]) *Furtorum genera heres eius, qui furtum pertulit, persequi potest: eius vero heredes*[l]), *qui furtum fecerat, ad poenam criminis teneri non possunt.*

11.[m]) Sententia. Servus, qui furtum fecerit damnumve dederit, nisi id pro sui quantitate dominus sarcire sit paratus, noxae dedi potest.

Interpretatio.[n]) *Si servus alicui furtum fecerit vel damnum dederit, si dominus eius pro eo reddere noluerit, tradere eum vindictae pro qualitate facti debebit.*

12.[o]) Sententia. Si servus furtum fecerit, deinde manumissus fuerit aut alienatus, cum ipso manumisso vel emtore agi potest: noxa enim caput sequitur.

Interpretatio.[p]) *Si servus furtum fecerit et postea aut manumissus aut venditus fuerit, aut is, qui manumissus est, pro furti redhibitione tenebitur aut emtor eius: quia noxa semper caput sequitur.*

13.[q]) Sententia. Filiusfamilias si furtum fecerit, deinde emancipetur, furti actio in eum datur: quia in omnibus noxa caput sequitur.

Interpretatione *non eget.*

14.[r]) Sententia. Non tantum, qui furtum fecerit, sed etiam is, cuius opera aut consilio furtum factum fuerit, furti actione tenebitur.*)

Interpretatione *non eget.*

a) Titulus deest in 19, rubr. in 35. b) Sent. om. 21—28, 32, 33, 38—40. c) i. e. *administratione.*

a) In rec. edd. add. l. 24 D. de Tutel. (XXVII, 3). Falsa interpr. ex Epitome Aeg. primum apposita est in Aur. Lugd. edd.

a) Sent. om. 21, 25—28, 32, 33. Cuiac. h. t. XIV sententiis auxit ex cod. Ves. b) In 33 sententia est, om. in 19. c) *contigerit,* i. e. contrectaverit. Cf. Gai. II, 1, 1; II, 10, 3. d) Sent. 2—4 in edd. rec. conflatae sunt, similiter sent. 5, 6 et 8, 9. In codd. distinguuntur. e) §. 3, 4 in 34 interpr. siglum habent et in 16, 17[a] §. 3—5, etsi subseq. *Interpr. non eget.* In 38 om. *et qui—deprehensus est* et in 19 *vel antequam—perveniret.* f) In 13 interpr. est, deest in 19, 21. g) Hanc et sq. sent. om. 21. h) Interpretatio in 9, ed. Bou. i) Sent. om. 25, 28. k) Interpr. om. 19, 27, 29. l) Rell. des. in 14. m) Sent. om. 22, 25—28. *Imperatio* in ed. Bou. n) Om. in cod. 19 et in 26 sententia est. Nota v. *vindictae* pro *noxa.* Praeterea interpr. adhibitam esse ad art. 117 Ed. Th. putat Gloeden l. c. p. 29 et Barkow ad tit. IV. L. R. B. Sed vid. supra praefat. o) Sent. om. 22, 25—28; in cod. 23 interpr. est; in 15 mixta est cum interpr. et deest *vel—sequitur.* In ed. Bou. *Imperatio.* p) Non omnino quadrat interpr. cum sententia. Propter v. *semper* Gloeden l. c. p. 30 putat interpr. adhibitam esse ad art. Ed. Th. 120. Sed vid. supra praefat. 19 om. interpr. q) Sent. deest in 27, interpr. siglum habet in 21, 23. In ed. Bou. *Imperatio.* r) Ben. Lev. III, 340. Ivo, Decr. XVI, 325. In 13 interpr. est. *) Cuiac. h. l. sent. ex cod. Ves. interposuit.

EPIT. AEG.

### TIT. XXX. QUI POTIOR NOMINARI NON POSSIT.

Si libertum tutorem pater instituerit, omnino recusari non potest.

### TIT. XXXI. AD ORATIONEM DIVI SEVERI.

Quicquid tutor minoribus fraudaverit, in duplum restituat.

### TIT. XXXII. DE FURTIS.[a])

Furtorum genera sunt quatuor: manifesti, nec manifesti, concepti et oblati.

Manifestus fur est, qui in[b]) faciendo deprehensus est: cuius[c]) poena quadrupli est et ipsius rei, quae est sublata, redhibitio.

Nec manifestus fur est, qui in faciendo quidem deprehensus non est, sed eum furtum fecisse, negari non potest[d]).

Concepti actione is tenetur, apud quem furtum quaesitum et inventum est.

Oblati actione is tenetur, qui rem furtivam alio obtulit, ne apud se inveniretur: [e])cuius poena triplex est et ipsius rei redhibitio, quae sublata cognoscitur. Furti[f]) quocunque genere condemnatus famosus efficitur.

Si servus alicui furtum fecerit vel damnum dederit, si dominus eius pro eo reddere nolit, tradere eum vindictae pro qualitate facti debebit.

Si servus furtum fecerit et postea aut manumissus aut[g]) venditus fuerit, aut is, qui manumissus est, pro furti redhibitione tenebitur aut emtor eius: quia semper noxa caput sequitur.

Non tantum, qui furtum fecerit, sed etiam is, cuius opera aut[h]) consilio furtum factum fuerit, furti actione tenetur.

a) §. 1, 7—10, 13, 19 om. b) Add. in 57; rell. et Aeg. om. *in.* c) Rell. sumta sunt ex interpret. c. 16 h. tit. d) Alii codd. *furtum non fecisse negare.* Aeg. *sed se furtum non fec. negare.* Nonn. codd. om. *quidem.* e) Rell. sumta sunt ex interpret. c. 17 h. t. f) Haec vv. sunt c. 18 h. t. g) Nonn. codd. om. *aut.* h) Aeg. *et.*

## EPIT. GUELPH.

### XXX. QUI POCIORIS. NOMINARE NON POSSUNT. tl· III. ʔ· XVII.[a])

Si liberto pater tutorem. instituat ꝓ egestatē curatur. adiungendus est.

### XXXI· AD ORACIONꝫ DIUI SEUERI.

I. Si tutor ꝑ dolo. quid pupillo fraudauit. in duplum eius. eius. pecuniā condemnandus est.

### XXXII. DE FURTIS.

I. Qui per fraudem. rem alienam conteget. fur. est.

Hinc de furtorum generibus. depotatum[a]) est. furturum genera sunt quatuor. manifesti. nec manifesti. concepti et oblati.[b])

a) C. Th. III, 17.

a) An *disputatum?* b) §. 3.—14 desunt.

## EPIT. MONACHI.

### XXXI. QUI POTIORES NOMINARE NON POSSUNT.

Libertus, quem pater filiis tutorem relinquit, si minus idoneus dicatur, excusari quidem non potest, sed adiungi illi curator potest.

### XXXII. AD ORATIONEM[a]) DIVI SEVERI.

Dolo tutores curatoresve detecti in duplum eius pecuniae condemnati conveniuntur.

### XXXIII. DE FURTIS.[a])

Furtorum genera sunt quatuor: manifesti, nec manifesti, concepti et oblati.

Manifestus dicitur, qui in faciendo deprehenditur et intra terminos eius loci vel antequam ad eum locum, quo destinabat, perveniret.

Nec manifestus dicitur, qui in faciendo non comprehenditur, sed furtum negare[b]) non potest.

Conceptus est, apud quem furtum quaesitum invenitur.

Oblatus est, qui furtum alteri dedit, ne apud ipsum inveniretur.

Furti actione is agere potest, cui interest rem non perisse.

Concepti is agere potest, qui rem concepit et invenit.

Oblati is[c]) agere potest, penes quem res ablata invenitur.

Haec*) furtorum genera heres eius, qui furtum pertulit, persequi potest: eius vero heredes, qui furtum fecit, in crimine teneri non possunt.

Si servus furtum fecerit vel damnum, si dominus pro eo reddere noluerit, tradatur vindictae pro qualitate facti.

Si servus furtum fecerit et deinde manumissus aut alienatus sit, cum manumissore aut emtore agi**) potest: noxa enim caput sequitur.

Filiusfamilias si furtum fecerit et deinde emancipatur, furti actio in eum datur, quia in omnibus noxa[d]) caput sequitur.

Non tantum[dd]) qui furtum fecerit, sed etiam is, cuius opera aut consilio furtum factum fuerit, furti actione tenetur.

a) Codd. *Rationem.*

a) §. 1 deest. b) 62, 61 *negari.* c) Codd. *his.* *) Codd. *Hae.* **) Ex sententia ipsa. d) Codd. *noxia.* dd) Ita 63, 64, sed 62 *Notandum.* Infra 62 *opere.*

## EPIT. S. GALL.

*Itē alia* Si tutor de res orfanorū quas gobernare debet exinde aliq̥ fraudaverit in dublo eū restituat.

### XXVIII. *Itē alia.* DE FURONIB;

Quatuor genera ŝ furtuorū; unū dicitur manifesti alterū dicitur concepti ū dicit' ne manifesti quartū dicit'; oblati.

Manifestus furor ē quē sup ipsū furtū homo ꝓhendere potē. Ne manifestus fur ē q̥ ipsum furtū quē factum habet ut sup ipsū furtū deꝓhensus ñ fuerit. sed ipsū furtū negare ñ potē.

Concepti fur ē si aput eū homo scrutiniū miserit et invenerit.

Oblati fur ē q̥ ipsā rē quē involat et ipsa rē aut cōmdat aut donat in alterius potestatē ꝑ se ipsā rē homo invenire non possat aput eū.[a])

*Itē alia* Si alicui furtū factū fuerit et ille cui factus ē ipsū furtū inquirere ñ potuerit heredes eius illū requirere possī; Nā ille qui ipsū furtū fecit ipse iuxta legē conponat; Nā eius heredes exinde nullū malū ñ paciant'.

*Itē alia*; Si cuicumq: servus alicui furtum fecerit et ipsū furtū suus dñs conponere noluerit ipsū servū ꝓ ipsū furtū quā ei fecit tradere debeat.

*Itē alia* Si alicuius servus cuicūq: furtum fecerit antequam ipsū furtū conponat ingenuus dimissus fuerit ipsum furtum quē fecit solvat et si vinditus fuerit ille q̥ eū conparavit aut furtū conponat aut ipsū servū reddat.[b])

*Itē alia.* Ille qui furtū fecerit ī qui facere consentit aut q̥ ei consiliū dederit ad unā conposicionē tenebitur.[c])

a) Om. §. 7, 8, 9. b) Om. §. 13. c) Om. §. 15.

LEX ROM. VISIGOTH.

15.[s]) SENTENTIA. Qui meretricem libidinis causa rapuit et celavit, eum quoque furti actione teneri placuit.

INTERPRETATIONE *non eget.*

16.[t]) SENTENTIA. Furti manifesti actio praeter poenam quadrupli ipsius rei persecutionem genere vindicationis et condictionis continet.

INTERPRETATIO.[u]) *Furti manifesti poena quadrupli est et ipsius rei, quae est sublata, redhibitio.*

17.[v]) SENTENTIA. Furti concepti actio adversus eum, qui obtulit, tripli est poena et ipsius rei restitutio.

INTERPRETATIO.[x]) *Si quis rem furtivam alteri obtulit, ne apud ipsum inveniretur, poena tripli est et ipsius rei redhibitio*), quae sublata cognoscitur.*

18.[y]) SENTENTIA. Furti quocunque genere condemnatus famosus efficitur.

INTERPRETATIONE *non eget.*

19.[z]) SENTENTIA. Quaecunque in caupona vel in meritorio stabulo diversoriove perierint, in exercitores eorum furti actio competit.

INTERPRETATIONE *non eget.*)*

20.[a]) SENTENTIA. Rem pignori datam debitor creditori subtrahendo furtum facit: quam si et ipse similiter amiserit, suo nomine persequi potest.

INTERPRETATIONE *non eget.*

21.[b]) SENTENTIA. Pater vel dominus de ea re, quae filiofamilias vel servo surrepta est, furti agere potest: interest enim ei deferri actionem, qui de peculio convenitur.

INTERPRETATIO.[c]) *Si filiofamilias vel servo furto aliquid sublatum fuerit, ad patrem vel dominum furti actio pertinebit: quia merito eis haec actio datur, ex quorum personis solent aliquoties conveniri.*

22. SENTENTIA. Si rem, quam tibi commendavi, postea surripui, furti actio competere tibi non poterit: rei enim nostrae furtum facere non possumus.

INTERPRETATIONE *non eget.*)*

23.[d]) SENTENTIA. Si, quum furtum quis quaerit, damnum iniuriae dederit, actione legis Aquiliae tenebitur.

INTERPRETATIO.[e]) *Si, quum furtum quis quaerit, damnum alicui dederit vel iniuriam fecerit, secundum legem Aquiliam in duplum damni illati redhibitione mulctatur.*

24. SENTENTIA. Sive segetes per furtum sive quaelibet arbores caesae sint, in duplum eius rei nomine reus convenitur.

INTERPRETATIONE *non eget.*

25.[f]) SENTENTIA. Ob indicium comprehendendi furis praemium promissum iure debetur.

INTERPRETATIONE *non eget.*)*

26.[g]) SENTENTIA. Qui tabulas cautionesve surripuit, in adscriptam summam furti actione tenebitur: nec interest, cancellatae, nec ne sint: quia ex his debitum magis solutum esse comprobari potest.

INTERPRETATIO.[h]) *Qui tabulas aut cautiones furto abstulerit, ad eam summam redhibitionis, quam tabulae vel cartae sublatae continent, furti actione tenebitur. Nec interest, utrum cautiones ipsae sine aliqua litura sint, an fuerint caraxatae aut forsitan solutae.*)*

27.[i]) SENTENTIA. Servus, qui in fuga est, a domino quidem possidetur, sed dominus furti actione eius nomine non tenetur: quia in potestate eum non habet.

INTERPRETATIONE *non eget.*[k])

## TITULUS XXXIII. DE OPERIS LIBERTORUM.

1.[a]) SENTENTIA. Egentem patronum libertus obligatione doni, muneris et operarum solutus alere cogendus est, pro modo facultatum suarum.

INTERPRETATIO. *Si quis ita fuerit manumissus, ut nec donum, nec operas patrono praestare deberet, et patronus eius egens fuerit effectus, eum pro modo facultatum suarum pascere et sustentare compellatur.*

## EXPLICIT LIBER SECUNDUS.[b])

s) In 14 est post §. 17. t) 16 om. 25, 28. u) Interpr. om. 21, 25. *Redhibitio* i. e. *restitutio.* v) Sent. deest in 25—27, in 35, 36 interpr. est. x) In Bou., 9, 12, 38—40 est sententia; deest in 25, 26; in 14 usque ad v. *rei* bis scripta est. *) Vid. interpr. §. 16. y) Capit. Add. III, 101. Sent. deest in 14. z) Sent. deest in 19, 27, interpr. siglum habet in 13. *) Cuiac. ex cod. Ves. duas sent. add. a) 19 *Rem — quam etsi creditor subripuerit debitor persequi potest.* In 13, 26 interpr. siglum est. b) Sent. deest in 21, 22, 26, 27, in 28 interpr. siglum habet. Cf. L. Vis. V, 6, 2. 19 om. *interest* etc. c) 19 om. interpr., quae in 21, 24, 28, 29 sent. siglum habet et in 11, 25, 27 cum proxima sententia conflata est. Rittersh. mavult *peculio tenus* pro *aliquoties,* renitentibus codd. *) Cui. unam sent. add. ex cod. Ves. d) Sent. om. 19, 21, 22, 25—28, 32, 33, 38—40. e) Sent. est in codd. 12, 16, 17ª, 21, 27, 32, 33, 38—40. f) §. 25 Sich. et pleraeque edd. ante §. 24 ponunt; secutus sum in ord. rest. codd. eosque vetustissimos, ut 1, 2 etc. Quae de *dupli* condemnatione dicuntur, cadunt in infitiantem, quem tacet Paulus. *) Cuiac. ex cod. Ves. sex sent. add. g) 22, 26, 27 om. sent. h) Deest in codd. 19, 30; in 7 sent. est. Nota v. *caraxatae.* Non omnino convenit interpr. cum sent. *) Cui. ex cod. Ves. quatuor sent. add. i) In ed. Bou., codd. 9, 26 interpr. est. k) In rec. edd. una sent. add. ex L. R. B. tit. XV.

a) Sent. om. 21—28. In 19 sent. cum interpr. aliis omm. aliis mutt. conflata est. b) Cf. lib. I. pr. not. *a* et in fin. not. *f*.

EPIT. AEG.

Qui meretricem libidinis causa rapuit et celavit, eum quoque furti actione teneri placuit.*)

Rem pignori datam debitor creditori subtrahendo furtum facit, quam si et[i]) ipse similiter amiserit, suo nomine persequi potest.

Si filiofamilias vel servo furto aliquid sublatum[k]) fuerit, ad patrem vel dominum furti actio pertinebit.

Si rem, quam tibi commendavi, postea surripui[l]), furti actio competere tibi non potest; rei enim nostrae furtum facere non possumus.

Si, quum furtum quis quaerat, damnum vel iniuriam alicui fecerit, in duplum mulctetur.

Sive seges per furtum sive quaelibet arbores caesae sint, in duplum eius rei nomine reus convenitur.

Ob indicium[m]) comprehendendi furis praemium promissum iure debetur.

Qui tabulas cautionesve surripuerit, in adscriptam summam, quam continent, furti actione tenebitur[n]).

Servus, qui in fuga est, dominus eius furti actione non tenetur[o]).

## TIT. XXXIII. DE OPERIS[a]) LIBERTORUM.

Si quis ita fuerit manumissus, ut nec donum nec operas patrono praestet, et patronus eius egens fuerit effectus, eum pro modo facultatum suarum pascere et sustentare compellitur.

*) De §§. 16—19 cf. not. *c, e, f, a.* i) Aeg. *debitam cr. — quasi et.* k) Aeg. *subtractum.* l) Nonn. codd. *corripui.* m) Aeg. *sub iudicio.* n) Nonn. codd. *teneatur.* o) Nonn. codd. *tenebitur.*

a) Codd. et Aeg. *Operibus.*

| EPIT. GUELPH. | EPIT. MONACHI. | EPIT. SELD. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|
| III. Qui meletricẽ[c]) rapuit. et celauit his furti accionem. tenetur. | Qui meretricem libidinis causa celavit, eum furti actio teneat[e]). | | |
| IIII Furti manifesti. penā quadrupli est et ipsius. rei redibicio[d]) nec manifesti tripli. et ipsius. rei redibicio. concepti quod supra. oblati que supra. | Furti manifesti poena quadrupli est et ipsius rei, quae est sublata, redhibitio.<br>Furti concepti, hoc est, qui rem furtivam alteri obtulit, ne apud ipsum inveniretur, poena tripli est et ipsius rei redhibitio, quae sublata est.<br>Furti quocunque genere condemnatus famosus efficitur. | Furti manifesti actio praeter quadrupli poenam rei sublatae redhibitionem continet.<br>Furti concepti actio triplex est et rei sublatae repetitio. | *Itē alia. De furtis.* manifestū furtum in quadrublo solvat et ipsā rem quā involavit in caput conponat.<br>Concepti vero furtū ĩra in dublo solvat et ipsā rē quā involavit similĩ conponat: oblati vero furtū in triblo solvat et ipsam rē quā involavit similĩ in caput conponat.[d]) |
| | Quicunque in caupona[f]) vel in meritorio stabulo diversoriove perierint, in exercitores eorum furti actio competit. | | |
| V. Rem pignori datā si debitur subtrahat. furtum facit. | Rem pignori datam debitor creditori subtrahendo furtum facit: quam si et ipse similiter amiserit[g]), suo nomine persequi potest. | Rem pignori datam debitor creditori subtrahendo furtum facit, quam et si creditor subripuerit, debitor persequi potest. | |
| VI. Filio familias. uel seruo ꝗ sublatum est. conposicio patri uel dominum respicit.<br>VII· Rem qui comodauit si subripuit. furti reus non tenetur. | Pater vel dominus, quae filiusfamilias vel servus[h]) furaverit, componat, quia merito patri vel domino haec actio datur, ex quorum personis solent aliquoties convenire.<br>Si rem, quam tibi commendavi, furto subripuero, furti actio tibi competere non poterit: rei enim nostrae furtum facere non possumus. | | *Itē alia.* Si cuiuscūq. servus aut inmancipatus filius qualecūq: rem suā ad furtum ꝑdiderit nec ipse servus nec filius ipsā rē requirere non potē. nisi dn̄s aut paĩ eorū ipsā rem de ipso hominem qui eā involavit requiratur;[e]) |
| VIII Si dum furtum quis querit damnum fecerit. duplū damni multabitur.<br>VIIII Si seges uel arbores per furtum cesi sint duplum eius est conposicio. | Si, quum furtum quis quaerit, damnum alicui vel iniuriam intulerit, secundum legem Aquiliam in duplum damnum restituat.<br>Sive seges per furtum sive quaelibet arbores caesae sint, in duplum restituatur damnum hoc. | | *Itē alia.* Quicūq. homo dū inĩ suū furtum querit si alicui dānū fecerit ipsū dānū duplo restituat.<br>*Itē alia.* Quicūq: alterius fructū involaverit ipsū fructū in duplo conponat. Et ꝗ alterius arborē incidit similĩ faciat.[f]) |
| X. Ob indicio conprehindendi. furem premium dari. | Ob indicium comprehendendi fures praemium promissum iure debetur. | | |
| XI. Qui tabulas. uel caucionis. furtu abstullit. ad eam summam quam contenent. reus. furti. accionē tenetur.<br>XII. Si seruus. in fugā furtum faciat. dnm̄ calomniā fieri non posse. | Qui tabulas aut cautiones furtim abstulerit, ad eam redhibitionem, quam tabulae vel cartae ipsae continent, furti actione teneantur. Nec interest, utrum cautiones ipsae sine aliqua lesura sint aut fuerint caraxatae vel solutae.<br>Si servus in fugam positus furtum fecerit, dominus eius furti actione pro eo non tenetur. | Qui tabulas cautionis subripuit, in adscriptam summam furti actione tenebitur. | *Itē alia* Qui alterius cartā involaverit quantū in ipsa carta contenit ꝑ furtū tenebitur.<br>*Itē alia.* Si cuiuscūq: servus alterū hominē furtū fecerit et dn̄s eius n̄escierit ipsum furtū ad dnuī eius requirendū n̄ ē. |
| XXXIII DE OPERIBUS LIBERTORUM. | XXXIV. DE OPERIBUS LIBERTORUM. | | |
| I. Ut libertus patronum egentem pascat. | Si patronus egens fuerit effectus, libertus pro modo facultatum suarum pascere et sustentare eum compellitur. | Egentem patronum libertus, licet sit ita manumissus, ut nec[a]) donum, nec operas praestare deberet, alere cogitur pro modo facultatum suarum. | *Itē alia* Quicūq: homo ꝗ servū suū ingenuū dimittit postea ipse dn̄s eius in pauptatē ceciderit ille lib̄tus eius ipsū dominū suum usq: ad diē mortis sue et adiuvare et nutrigare eū debeat. |
| EXPŁC PAUŁ LIB̄ II. | EXPLICIT LIB. II. | | EXPLĨ LIB̄. PAUL̄. II. |
| c) i. e. *meretricem.* Infra *his* pro *is.* d) Rell. aliunde sumta sunt. Desunt §. 17—19. | e) 63, 64 *teneatur.* f) 63 *caupone.* g) 63 *subtrahendum.* 64 *admiserit.* h) 62, 64 *qui filiosfam. v. servos.* | a) Haec ex interpr. | d) Desunt §. 18—20. e) Om. §. 22. f) Om. §. 23. |

# INCIPIT PAULI SENTENTIARUM LIBER TERTIUS.

## TITULUS I.[a]) DE CARBONIANO EDICTO.

1.[b]) Sententia. Si fratri puberi controversia fiat, an pro parte impuberis differri causa debeat, variatum est: sed magis est, ut differri non debeat.

Interpretatio.[c]) *Si quis contra duos fratres, id est, unum puberem, cuius aetas curatorem habere potest, et alterum impuberem causam habeat; si frater, qui senior est, propter personam fratris minoris, ne causam dicat, se voluerit excusare, ille, qui senior est, pro sua persona vel causa respondere compellitur. Quod etiamsi curatorem non habeat, adhibere sibi cogetur: nam adultus se per personam pupilli penitus non excusat.*

## TITULUS II. DE BONIS LIBERTI.

1. Sententia. In bonis liberti prior est patronus quam filius alterius patroni. [a])Itemque prior est filius patroni quam nepos alterius patroni.

Interpretatione *non eget.*

2.[b]) Sententia. Si libertus duos patronos heredes instituit et alter eorum vivo liberto moritur, is, qui superest, contra tabulas testamenti bonorum possessionem recte postulat.

Interpretatio.[c]) *Si libertus duos patronos heredes scripserit, et unus ex ipsis patronis vivente liberto mortuus fuerit, ad illum patronum, qui superest, quod ambobus dimiserat, pertinebit.*

3.[d]) Sententia. Libertorum hereditas in capita, non in stirpes dividitur: et ideo si unius patroni duo sint liberi, alterius quatuor, singuli viriles, id est aequales portiones habebunt.

Interpretatione *non eget.*

4.[e]) Sententia. Patronus vel patroni liberi ex parte dimidia heredes instituti aes alienum liberti pro portionibus exsolvere coguntur.

Interpretatio. *Si liberto mortuo patronus vel patroni filii, quum secundum paginam testamenti in dimidia eius hereditate successerint, debitum liberti pro portionum suarum quantitate restituant.*[f])

## TITULUS III. DE LEGE FABIANA.

1.[a]) Sententia. Ea, quae in fraudem patroni a liberto quoquo modo alienata sunt, Fabiana formula tam ab ipso patrono, quam a liberis patroni revocantur.

Interpretatio.[b]) *Si libertus aliqua ex bonis suis hoc animo alienaverit, ne ad patronum vel filios patroni inter hereditaria corpora perveniant, id, quod hoc ordine*[c]) *per fraudem alienatum constiterit, potest a patrono vel filiis ipsius revocari.*

a) In rec. edd. praemissa est rubr. *de Bonorum possess.* una cum l. ult. D. e. t. (XXXVII, 1) et l. 7 D. Ratam rem (XLVI, 8). b) Sent. om. 22, 25—28. c) Interpr. om. 19, 21.

a) Seqq. om. 9, 15, 26, 27, 38—40. b) Sent. in 19 conflata est cum interpr., nonn. vv. omm.; om. in 25, 28, interpr. est in ed. Bou.; Schult. videtur depravata esse. c) Schult. malam esse interpr. dicit; eam om. 19, 21, 27. d) Sent. om. 19, 22, 26. Vetustissimi et plerique codd. *liberi viriles id est aequales et alterius quatuor singuli viriles portiones habebunt.* e) Sent. deest in 21, 25—28, interpr. est in cod. 9, ed. Bou. f) Interpr. om. 19. In edd. rec. add. l. 20 D. de Iure patron. (XXXVII, 14) et l. 49 D. de Bonis libert. (XXXVIII, 2).

a) Sent. om. 21—28. b) Interpr. om. 19. c) Vid. Gai. I, 2, 2, not. *h.*

---

### INCIPIT LIBER TERTIUS SENTENTIARUM PAULI IURECONSULTI*).

### TIT. I. DE CARBONIANO EDICTO.

Nullus pro eo, quod infra aetatem fit[a]) frater eius iunior, se poterit excusare, sed in causa[b]) pro persona sua respondeat.

### TIT. II. DE BONIS LIBERTI.

In bonis liberti prior[a]) est patronus quam filius alterius patroni. [b])Itemque prior est filius patroni quam nepos alterius patroni.

Si libertus duos patronos heredes scripserit, et unus moriatur, qui superfuerit, ipse succedat.

Libertorum hereditas in capita, non in stirpes[c]) dividitur: et ideo si unius patroni duo sint[d]) liberi et alterius quatuor, singuli viriles, id est aequales portiones habebunt.

Liberto mortuo patronus vel patroni liberi quum secundum paginam testamenti in media ei hereditate successerint, debitum liberti pro portionum suarum quantitate restituant.

### TIT. III. DE LEGE FABIANA.[a])

Si libertus aliquid ex bonis suis hoc animo alienaverit, ne ad patronum vel ad filios patroni inter hereditaria corpora perveniret, id, quod hoc ordine per fraudem alienaverit[b]), potest a patrono vel a filiis ipsius revocari.

*) Nonn. codd. om. aut *Iureconsulti* aut *Pauli Iurecons.* a) An *sit?* b) Nonn. codd. et Aeg. *causam* pro *in causa.* Nonn. codd. *se potuerit.*

a) Nonn. codd. *potior.* b) Seqq. om. in nonn. codd. c) Aeg. *stirpem.* Nonn. codd. *stirpe.* d) Nonn. codd. *sunt.*

a) 46, 52 *Fabia.* b) Supra nonn. codd. *alienavit,* hic Aeg. *alienavit.*

## EPIT. GUELPH.

INCPT LIB III·

### DE CARBONIANO EDICTO.

I. Si q̄ contra fratris puberem et inpuberem causam habit. senior p̧ iuniorem. dilacioñ amotá pro sua tantum persona respondeat.

### II. DE BONIS LIBERTIS tl· V· ꝛ· XI.[a])

·I· Si libertus. moriatur. in bona eius patroni quomođ succedant. prior est patronus. quam patroni filius.

·II· Idē quod supra.

III. Ipsa hereditas. per capita diuidenda non esterpē prior[b]) est filius. patroni. quam nebus.

III.[c]) Patronus. heres debitum. liberti soluit.

### III DE LEGE FABIA. tl· V. ꝛ· XI.[a])

Si libertus. ex bonis suis. per fraudem alienauit. a patronú uel patroni filius. reuocari potest.

a) C. Th. V, 11. An IV, 10?
b) Rell. sumta sunt ex §. 1 h. t.
c) Ita falso pro *IIII*.
a) C. Th. V, 11.

## EPIT. MONACHI.

INCIPIT LIB. III. IULII PAULI SENTENTIARUM.

I. De Carboniano Edicto. II. De Bonis Liberti. III. De Lege Fabiana, Hoc Est De Litis Bonis. IV. De Testamentis, Quae Personae Ea Faciant[a]). V. De Eo, Cui Moribus Interdicitur, Hoc Est Qui Bona Sua Disperdit[b]). VI. Item De Testamento. VII. De Senatusconsulto Silaniano Et Reliqua De Occisis Liberis. VIII. De Legatis, Quibus Aliquid Per Testamentum Fuerit Deputatum[c]). IX. De Usufructu Et De Testamentis[d]). X. De Mortis Causa Donationibus. XI. Ad Legem Falcidiam, De Testamentis Vel Heredem Institutum Et Reliqua[e]).

### I. DE CARBONIANO EDICTO.

Si contra duos fratres, unum puberem, alterum impuberem, causa habeatur, ille, qui senior est, pro sua persona respondere compellatur vel curatorem sibi[a]) adhibeat, nam adultus se persona pupilli penitus non excuset.

### II. DE BONIS LIBERTI.

In bonis liberti prior est patronus quam filius alterius patroni. Itemque[a]) prior est filius patroni quam nepos alterius patroni.

Si libertus duos patronos heredes inscripserit, et unus ex ipsis vivente liberto moriatur, ad illum patronum, qui superest, quod ambobus dimiserat, pertinebit.

Libertorum hereditas in capita, non in stirpes dividatur: ut si unius patroni duo sint liberti et alterius quatuor[b]), singuli aequales portiones habebunt.

Liberto mortuo patronus vel patroni filii quum secundum paginam testamenti in dimidiam eius hereditatem[c]) successerint, debitum liberti secundum portionem suam restituant.

### III. DE LEGE FABIANA.

Si libertus aliqua ex bonis suis hoc animo alienaverit, ut ad patronum vel filios patroni non perveniant, hoc, quod fraude alienavit, potest a patrono vel filios[a]) eius revocari.

a) 64 om. *Quae* etc. b) 64 om. *Hoc* etc. c) 64 om. *Quibus* etc. d) 63 om. *Et* etc. e) 63 om. *De Testamentis* et rell.
a) 62, 63 *si* pro *sibi*.
a) 63 *et* pro *Itemque*. b) 62, 64 *quarti*. c) 63 *pagina—dimidia eius hereditate*.
a) Ita codd.

## EPIT. SELD.

PAULI SENTENTIARUM LIBER III.

### TIT. I. DE CARBONIANO EDICTO.

Si duobus fratribus, puberi et impuberi, controversia fiat, an pro parte impuberis maior differre causam debeat, variatum est, sed magis, ut differri non debeat.

### II. DE BONIS LIBERTI.

Libertus si duos patronos heredes instituit et alter eorum vivo liberto moritur, is, qui superest, contra tabulas testamenti bonorum possessionem recte postulat. Superest[a]), quod ambobus dimissum esse habebit.

Patronus vel patronus liberti heredes pro parte dimidia instituti aes alienum liberti pro portione exsolvent.

a) Haec ex interpr. Leg. *Qui superest—dimissum est habebit.*

## EPIT. S. GALL.

INCIPĪT CAPITULA[a]) DE LIBR. XXV.

I. De fratrib; maiores et minore aetate[b]). II. De duos heredes. III. De lib̄to. IIII. De filio inmancipato qui vadit in bello. V. Qui servo alieno lib̄tatē fecerit. VI. De eo qui ad duos homines de una rē. II. car[c]) fecerit. VII. De eo ꝗ moriens testamentū fecerit. VIII. De eo quē sua familia occiderint[d]). VIIII. De testam̃to heredes.

INCIPIT LIB. III.

### I. DE FRATRIB;

*Intp̄.* Quicuq: homo contra duos fratres qui unus de illus iā fuerit in aetatē et alī adhuc parvulus infra ann̄s ille fraī senior et suā causā et sei[a]) fratris iuniores respondere potē.

*Itē alia.*[b]) Si unus lib̄ duus patronus habuerit et unus de ipsus patronis mortuus fuerit iuxta legē ad illū patronū qui vivit ipse quēqd̄[c]) ad ambos patronus debuerat reddat.

*Itē alia.* Duo heredes si lib̄tus parentorū suorū habuerint si forsitan unus de illus habuerit duos lib̄tus et ille alī habuerit quatuor si ipsi lib̄ti sine heredes mortui fuerint ipsorū hereditates in integro ad ipsorū patronus revertitur.

*Itē alia.* Si lib̄tus p̧ carta dimissus fuerit de suā hereditatē qđ in eius carta continet sine voluntatem patroni sui nec sine patroni filii ad alterū hominē ipse lib̄tus de ipsas res nulla dare ñ potē. Quod si fecerit ipsi patroni licenciā habeant ipsas res suo iure vindicare.

a) 67 om. *Incip. Cap.* b) 67 *minores etates.* c) 67 *cartas* et om. *de una rē.* d) 67 *occiderit.*
a) Leg. *sui.* b) Om. §. 1. c) Leg. *quidquid.*

LEX ROM. VISIGOTH.

## TITULUS IV. DE TESTAMENTIS.

1.[a]) SENTENTIA. Testamentum facere possunt masculi post impletum quartum decimum annum, feminae post duodecimum.

INTERPRETATIONE *non eget.*

2. SENTENTIA. Spadones eo tempore testamentum facere possunt, quo plerique pubescunt, id est, anno decimo octavo[b]).

INTERPRETATIONE *non eget.*

3.[c]) SENTENTIA. Filiusfamilias, qui militavit, de castrensi peculio tam communi quam proprio iure testamentum facere potest. Castrense enim peculium est, quod in castris acquiritur vel quod proficiscenti ad militiam datur.

[d]) INTERPRETATIONE *non eget.*

4.[e]) SENTENTIA. Caecus testamentum potest facere: quia accire potest adhibitos testes et audire sibi testimonium perhibentes.

INTERPRETATIONE *non eget.**)

5. SENTENTIA. Furiosus tempore intermissi furoris testamentum facere potest.

INTERPRETATIONE *non eget.*

(6.)[f]) SENTENTIA. Mulieri, quae luxuriose vivit, bonis interdici potest.

## TITULUS V. DE EO, CUI MORIBUS INTERDICITUR.[a])

1. SENTENTIA. Moribus per praetorem bonis interdicitur hoc modo: *Quando tibi bona paterna avitaque nequitia tua disperdis, liberosque tuos ad egestatem perducis: ob eam rem tibi ea re commercioque interdico.*[b])

## [TITULUS VI. ITEM DE TESTAMENTIS.]

1.[a]) SENTENTIA. Qui ab hostibus captus est, testamentum, quasi servus, facere non potest. Sane valet testamentum id, quod ante captivitatem factum est, si revertatur, iure postliminii: aut si ibidem decedat, beneficio legis Corneliae, qua lege etiam legitimae tutelae hereditatesque firmantur.

INTERPRETATIO.[b]) *Qui ab hostibus captus fuerit, in captivitate positus, quia servus est, non potest facere testamentum. Sed si quod testamentum ante fecit, si redierit, iure postliminii valet; si ibidem defecerit, beneficio legis Corneliae (qua lege etiam legitimae tutelae hereditatesque firmantur) valet.*

2.[c]) SENTENTIA. In insulam relegatus et in opus publicum ad tempus damnatus, quia retinet civitatem, testamentum facere potest et ex testamento capere.

INTERPRETATIO.[d]) *Qui pro aliquo crimine ad tempus aut in insulam relegatur aut in metallum deputatur, quia perpetuam damnationem non habet, et testamentum facere potest et si quid ei ex testamento derelictum fuerit, obtinebit.*

3.[e]) SENTENTIA. Plures quam septem ad testamentum adhibiti non nocent: superflua enim facta prodesse iuri tantum, nocere non possunt.

INTERPRETATIONE *non eget.*

4.[f]) SENTENTIA. In adversa corporis valetudine mente captus eo tempore testamentum facere non potest.

INTERPRETATIONE *non eget.*[g])

5. SENTENTIA. Prodigus recepta vitae sanitate, ad bonos mores reversus et testamentum facere et ad testamenti solennia adhiberi potest.

INTERPRETATIONE *non eget.*

a) In 11, 16, 17[a] conflatae sunt prima et sec. sententia. b) 33 om. *decimo octavo* et in sq. sent. *Filiusfamilias—peculio.* c) In 26 est interpr. d) Pro vv. *I. n. e.* primum in Aur. et Lugd. edd. falsa interpretatio ex Epitome Aeg. apposita est. e) Sent. deest in 14; interpr. est in 26. *) In rec. edd. add. l. 10 D. Qui testamenta (XXVIII, 1). f) Hanc sent., quam Cuiac. a. 1558 rest., inveni in codd. 12, 13, 29, sed ita scriptam: *Mulieri q. l. v. bonis interdicitur, hoc modo* etc., deest igitur *bonis interdici potest* et ex §. 1 sq. tit. (s. §. 7 recent. edd.) *Moribus p. pr.* Cui. videtur corsexisse ex l. 15, pr. D. de Curat. fur. (XXVIII, 10).

a) Vid. not. antec. Hanc rubr. habent omnes Br. codd., modo quod in vv. nonnunquam a librar. erratum est. Cf. *Varietas scripturae* ex Pauli codd. ab Haenelio edita p. 31. Mirum est, in codd. et in ed. Bou. post hanc §phum alteram rubr. esse: *Item de Testamentis.* Utramque del. Cuiac. a. 1558. Totus titulus post §. 17 sq. tit. positus est in cod. 19. In cod. 12 om. *Moribus—interdicitur,* et in cod. 26 sent. interpr. signum habet. b) Rittersh. Aur. Schult. h. l. add. l. 15, §. 1 D. de Curat. fur. (XXVII, 10).

a) Sent. om. 22; 25—27. In multis codd. interpos. est rubr. *Item De Testamentis.* In nonn. codd., inter quos sunt codd. 1, 2, om. rubr., ex quo manifestum est, antecedens rubr. non in Paulo fuisse, sed posteriore tempore a Visigothis interpositum esse, tum vero hoc rubrum, quia Paulus pergit in hac §pho et in sqq. de Testamentis loqui iterum. In iisdem codd. seqq. titt. distinguuntur numeris VI—X. b) Interpr. om. in 14, 19, 21, 24. In 15 ordo sqq. §§. turbatus est, nempe is est: Verbum *legis* est ultimum h. interpr.; hoc seqq. interpr. §. 11 h. t.; interpr. §. 12 h. t.; §. 2 h. t.; §. 5 h. t. (om. §. 3, 4); §. 6 h. t.; interpr. §. 7 h. t.; §. 8 h. t., add. signo interpr.; interpr. §. 9; 10, 12 h. t.; §. 13, 14 h. t. cum interpr. etc. Vv. interpr.: *qua lege—firmantur,* quae uncis inclusi, desunt in 1, 2 et in plerisque codd. ac ed. Bou., adduntur in ed. Sich. c) Interpr. in ed. Bou. d) Interpr. om. 19, 21. In 35 sent. signum habet. e) Om. in cod. 15. In ed. Bou. est interpretatio. f) Om. in cod. 15. In 13 interpr. signum habet. g) Pro his interpr. vv. primum in Aur. Lugd. edd. falsa interpr. ex Aeg. Epitome translata est.

EPIT. AEG.

### TIT. IV. DE TESTAMENTIS.

Testamentum facere possunt masculi post quartum decimum annum, feminae post duodecimum.[a])

Quicquid filiofamilias[b]) aut armis in castris acquiritur vel quod ei proficiscenti ad militiam datur, potest facere testamentum.

Caecus[c]) testamentum facere potest.

Furiosus[d]) intermisso furore testamentum facere potest.[e])

### TIT. V. DE EO, CUI MORIBUS INTERDICITUR, VEL DE TESTAMENTIS.[a])

Qui ab hostibus captus fuerit, in captivitate positus, quia servus est, non potest facere testamentum.

Qui pro aliquo crimine in insulam aut in metallum deputatur, quia perpetuam damnationem non habet, testamentum facere potest.[a])

Alienatus qualibet valetudine testamentum facere non potest: reversus ad mentis sanitatem[b]) facere potest.

a) Aeg. in m. ann.: *„Aetas condendi testamenta.“* Om. §. 2. b) Aeg. in m. *„Filiusfamilias“*; quod in nonn. codd. est. c) Aeg. in m. *„Caecus.“* d) Aeg. in m. *„Furiosus.“* e) Om. §. 6.

a) Om. §. 1 et rubr. de Testamentis, quo facto §. 1 tit. de Testamentis primus est h. tit.

a) Om. §. 3, 5, 9 et maximam partem §. 11 h. t. b) Codd. *mentem sanitatis.*

| EPIT. GUELPH. | EPIT. MONACHI. | EPIT. SELD. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|
| III.a) DE TESTAMENTIS.<br>tl· IIII ·ʒ· IIII.b)<br>Testamentum que etatem. quis. condere potest. masculi. a XIIII an̾ femene XII.c) spadones. XVIIII. Gaī I. ʒ· XI.d) | IV. DE TESTAMENTIS.<br>Testamentum facere possunt masculi post impletum quartum decimum annum, feminae post duodecimum.<br>Spadones autem decimo octavo anno testare possunt. | | *Itē alia.* Pueri post XIIII annus aetatis sue testamtū facere possunt feminas vero post XII annus qualecūq: carta facere possunt.a) |
| II. Filius familias. de castrense. peculio. facere potest q̧ uoluerit. | Filiusfamilias, qui militavit, de castrense peculio tam communi quam proprio iure testamentum facere potest. Castrense peculium est, quod in castris acquiritur vel quod proficiscentē ad militiam datur. | | *IIII Itē alia;* filios inmancipatus de illā rem qđ in oste adquiritur cui voluerit exinde carta facere potē. |
| II.e) Cecus testamentū. facere potest. | Caecus testamentum facere potest. | | *Itē alia* Cecus homo testamtū facere potē quia qđ directū ē et audire et intellegere potē. |
| IIII Furiosus. testamentum facire potest cum ad sinsum redierit.f) | Furiosus tempore intermissi furoris testamentum facere potest.a) | | *Itē alia* furiosus homo dū in ꝑpriū sensū suum ē testamtū facere potē.a) |
| IIII. DE EŪ CUI MORIBUS INTERDICITUR.<br>tl· IIII· ʒ· IIII.a)<br>I· Que causam. moribus. interdici debit.b) | V. DE EO, CUI MORIBUS INTERDICITUR.<br>Moribus per praetorem bonis interdicitur, hoc modo, quando tibi bona paterna avitaque nequitia tua disperdis liberosque tuos ad egestatem perducis, ob eam rem tibi e rea) commerciumque interdico. | | |
| | VI. ITEM DE TESTAMENTO. | | |
| Ab hostibus. captus. non facit testamentum antequem fecit. ualit. ·ʒ· tl· VIIII· XXXIII.a) | Qui ab hostibus captus est, testamentum facere non potest. Sane valet testamentuma) id, quod ante captivitatem factum est, si revertatur, iure postliminii, aut si ibidem decediteb), beneficio legis Corneliae valet. | Qui ab hostibus captus est, quasi servus testamentum facere non potest. Sane id testamentum, quod ante captivitatem factum est, si revertatur, iure postliminii, aut si ibidem defecerit, beneficio legis Corneliae confirmatur. | *Itē alia* Qui in hoste prisus ē et in captivitatē ductus est dū in ipsa captivitate ē testamtū facere n̄ potē quia servus alterius ē. Nā antequā captivet et cū ad suū ꝑprium reversus fuerit testamtum facere potē. |
| III· Exilio. ad tempus. relegatus. que fecit ualet. | Qui pro crimine in insulam relegatur aut in metallum deputatur, qui perpetuam damnationem non habet, testamentum facere potest, et si quid ei testamentum relictum fuerit, obtinebit. | | *Itē alia.* Quicūq: homo qui p aliqua culpa aut in exilio aut in carcere missus fuerit testamtū facere potē. |
| IIII Si plures adhybeantur. testes. in testamentū non nocit quia superflua iuri non inpediunt. | Plures quam septem ad testamentum adhibiti non nocent: superflua enim facta iure non nocent. | | *Itē alia*a) Gentiles qui latinū n̄ intellegunt neç latinū n̄ fabellant tam̄ sensuū habent ad intelligendū illi vero testamtū facere possunt. |
| V In vallitudine mentē captus. testamentum facere non potest. | In valetudine mente captus eo tempore testamentum facere non potest. | | |
| VI Si prodigus ad sanitatem reuersus sit testamentum facere potest. | Prodigus ad bonos mores reversus et testamentum facere potest et ad testamenti solennia adhiberi. | | *Itē alia* Prodicus hoc ē fraganarius si voluerit testamtū facere potē.b) |

*Epit. Guelph.:*
a) Ita errore pro *IIII.* b) C. Th. IV, 4. c) Hoc ex §. 2 sumtum est eaque de causa §. 2 omissa. Siglum *an̾* significat *anno.* d) Gai. tit. X. s. II, 2. e) Err. pro *III.* f) Om. §. 6.
a) C. Th. IV, 4? b) Om. rubr. *Item De Testamentis.*
a) C. Th. IX, 33. Refer. sunt ad proximam §.

*Epit. Monachi:*
a) Ultima §. deest.
a) Ita 62. Rell. *erem.* Supra codd. *habitaque* pro *avitaque.*
a) 62 *testamentis.* b) 63 *decedat* et om. *si.* 64 *dicebat.*

*Epit. S. Gall.:*
a) Om. §. 2.
a) Om. §. 6 et seq. tit.
a) Est interpret. §. 6, deberet igitur sequi eam, quae de prodigo agit. b) Om. §. 7, 8.

LEX ROM. VISIGOTH.

6.[h]) Sententia. Ex his, qui ad testamentum adhibentur, si qui sint, qui Latine nesciant vel non intelligant, sed tamen sentiant, cui rei intersint, adhibiti non vitiant testamentum.

Interpretatione *non eget.*[i])

7.[k]) Sententia. Conditionum duo sunt genera: aut enim possibilis est, aut impossibilis. Possibilis est, quae per rerum naturam admitti potest: impossibilis, quae non potest: quarum ex eventu altera exspectatur, altera impossibilis submovetur.

Interpretatio.[l]) *Si aliquis in testamento suo conditionem heredi constituat, quam prius impleat, quam hereditatem praesumat, merito ad eam implendam, quia possibilis videtur, exspectandum tempus istud est, ut non praesumatur hereditas, quamdiu conditio**) *impleatur. Nam si impossibile aliquid heredi fuerit iniunctum, quod impleri penitus non potest, talis conditio statim submovenda est: quia nullum scripto heredi impedimentum facit.*

8.[m]) Sententia. Conditiones contra leges et decreta principum vel bonos mores adscriptae nullius sunt momenti: veluti, *si uxorem non duxeris, si filios non susceperis, si homicidium feceris, si larvali*[n]) *habitu processeris*, et his similia[o]).

Interpretatione *non eget.*

9.[p]) Sententia. Quoties non apparet, quis sit heres institutus, institutio non valet: quod evenit, si testator plures amicos unius nominis habeat.

Interpretatio.[q]) *Quoties in testamento evidenter, heres qui sit scriptus, non exprimitur, nulla firmitas est heredis: nam si evenit, ut testatori amici plures uno nomine nuncupentur, debet testator, quem de illis heredem appellat, rebus evidentibus declarare.*

10.[r]) Sententia. Heredes aut instituti aut substituti dicuntur. Instituuntur primo gradu: substituuntur secundo vel tertio scripti.

Interpretatio.[s]) *Qui testamenta faciunt, sicut instituere heredes, ita et substituere*[t]) *possunt. Nam qui primo gradu heredes scripti sunt, instituti appellantur: qui secundo, substituti: qui tertio*[u]), *scripti vocantur: quia usque ad tertium gradum heredes substituere pro testatoris voluntate permissum est, hoc est, ut secundum voluntatem testatoris ita substitutio ordinata servetur: ea*[v]) *tamen ratione, ut, sicut committitur fidei heredis, sic quibuscunque verbis testator iniunxerit, hereditas defuncti ab instituto ad substitutum valeat pervenire.*

11.[x]) Sententia. Substituere quis et pure et sub conditione potest: et tam suis, quam extraneis; tam puberibus, quam impuberibus.

Interpretatio.[y]) *Substitutio et pure, id est, sine conditione fieri potest: hoc est, ut, quum ad substitutum hereditas pervenerit, ad tertium heredem non debeat pervenire. Sub conditione autem ita quis substituitur, ut, quum ille mortuus fuerit, ad tertium heredem, id est, scriptum, hereditas, quae est ab eodem tenta, perveniat. Quae tamen substitutio tam in suos heredes, quam in alienos, et tam puberes, quam impuberes, fieri potest: hoc est et in pupillos et in adultos.*

12.[z]) Sententia. In quot vult uncias, testator hereditatem suam dividere potest. Impleto asse, sine parte heredes instituti ad prioris assis semissem aequis portionibus veniunt.

Interpretatio.[a]) *In quot vult uncias, testator assem suum in diversos heredes dividere potest, ut faciat, si voluerit, et XV et XX uncias et in maiori numero: aut certe si voluerit, et in minori potest, hoc est, aut VII aut IX aut quot voluerit in minori modo uncias facere potest. Si vero XII uncias impleverit, id est, totum assem, in testamento suo, et postmodum alteri dicat: i l l e h e r e s m i h i e s t o, et non dicat, in quot uncias; quia nihil impleto asse in hereditate remansit, illi, qui in XII uncias heredes nominatim instituti sunt, medietatem tollunt et medietatem ille, qui post impletum assem heres est posterior sine portione aliqua nominatus. Quod si heredes instituti in XII uncias inveniantur et postmodum heredem his verbis testator instituat, ut dicat: e x r e l i q u a p a r t e i l l e h e r e s m i h i e s t o, ei, qui sic institutus est, nihil debetur: quia impleto asse nihil, quod ei testator reliquerit, dignoscitur remansisse.*

13.[b]) Sententia. Servus alienus cum libertate heres institutus institutionem non infirmat: sed libertas, ut alieno, supervacue data videtur.

Interpretatio.[c]) *Si servum alienum aliquis data libertate heredem instituerit, institutio quidem facta valebit: sed libertas alieno servo data valere non poterit.*

h) In 13, 26, ed. Bou. interpretatio est. i) Hic quoque pro vv. *I. n. e.* falsa interpret. primum in Aur. et Lugd. edd. addita est, ex Epitome ab Aeg. edita. Post hanc interpr. Cuiac. in ed. a. 1566 ex Cons. cap. IV. inculcavit rubr. *de Institutione heredum,* qui modo *V.* modo *IV*[b]. in edd. dicitur esse tit. In rec. autem edd. add. l. 15, §. 1 D. de Testib. (XXII, 5) et l. 30 D. Qui testam. (XXVIII, 1). k) In ed. Bou. *Imperatio* haec sent. dicitur, quae deest in codd. 15, 22, 25—28. Vv. *Possibilis—submovetur* in cod. 7 aliisque codd. sententiae signum additum est. In 19 conflata est cum interpr. l) Interpr. deest in cod. 21. *) Primum in Aur. et Lugd. edd. h. l. ex Epitome Aeg. add. *ad integrum.* m) 15 interpr. signum habet. n) De v. *larvali* pro *barbaro* cf. Varietas Scripturae cit. p. 32. o) Cf. supr. II, 4, 2 not. *b* et ad totam sent. Ben. Lev. III, 346. Capit. Angilr. 39. Burch. XV, 9. Ivo, Decr. V, 38; XVI, 10. Decr. Grat. dist. X. c. 4 et ad h. locum Richter. p) Sent. om. in 15, 21, 22, 25, 26, 28, 32. In 13 interpr. signum habet. q) 19 om. interpr., quae in 38—40 sententiae signum prae se fert. r) Sent. om. 15, 21, 25—28. In cod. 14 om. *aut—instituuntur.* s) In cod. 7 sententia est. In cod. 21 om. *quia—pervenire* et tota interpr. in cod. 19. t) In Aur. et Lugd. edd. h. l. et Aeg. inculcatur: *tam suis quam extraneis.* u) Hinc erravit interpres. v) Haec a sententia aliena sunt. x) Sent. deest in 15, 21, 25—27, in 13 interpr. est. y) Interpr. om. in cod. 30. In compluribus codd. §. 10—12 cum interpr. cohaeret sine ullo interpr. signo. Haec quoque interpr. continet, quae falsa sunt aut ad sent. non pertinent. z) Sent. om. 15, 19, 22, 26—28, 33. In ed. Bou. cohaeret cum antec. interpr. a) In cod. 19 et ed. Bou. haec interpr. sententiae loco est. 19 om. *ut faciat—facere potest* et totam interpr. codd. 26, 30. Non dubito, quin interpres interpretationem, verbis hic et illic mutatis, ex vetere quodam ICti libro hauserit. b) In ed. Bou. interpr. est; om. in codd. 21, 22, 25—28, sed in 25 usque ad v. *infirmat* tantum. c) Interpr. om. 19.

EPIT. AEG.

Inter reliquos subscriptores, qui ad testamentum adhibentur, potest et ipse, qui Latinum nescit, testis adhiberi.

Si aliquis in testamento suo heredi constituat, ut aliquam conditionem implere debeat, si possibilis est, ad integrum impleatur: nam si impossibilis fuerit, heredi impedimentum non facit.

Conditiones contra leges et decreta principum nullius sunt momenti.

Qui testamentum faciunt, sicut instituere heredes, ita et substituere tam suis quam extraneis[c]) possunt.

In quot vult uncias, testator hereditatem suam dividere potest, impleto tamen asse sine parte.

Si servum alienum quis data ei libertate heredem instituat, institutio quidem facta valebit, sed libertas alieno servo data non valet.

c) Vv. *tam suis quam extran.* ex sent. 11 h. t. sumta sunt.

| EPIT. GUELPH. | EPIT. MONACHI. | EPIT. SELD. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|
| VII Si latini nescientes. testes adhibeantur. non vitiant testamentum. | Ex his, qui ad testamentum adhibentur, si qui sint, qui Latine[c]) nesciant, si tamen sentiant, cuius rei sunt adhibiti, non vitiant testamentum. | | |
| VIII. Si condicio heredi in testamentu sit posita q inplere non potest. herede inpetire non posse. ꝛ V. ł. X.[b]) | [d]) Si aliquis in testamento suo conditionem heredi constituat, quam impleat, antequam hereditatem percipiat, si possibilis est conditio, exspectatur tempus; si vero impossibile[e]) fuerit iniunctum, talis conditio summovenda est, quia nullum scriptum heredi impedimentum facit. | Conditionum duo sunt genera, aut enim possibilis est, quae per naturam rerum admitti potest, aut impossibilis, quae non potest; quarum ex eventu altera exspectatur, altera impossibilis submovetur. Nam[a]) si impossibile aliquid heredi fuerit iniunctum, quod impleri penitus non potest, talis conditio statim submovenda est, quia nullum scripto heredi impedimentum facit. | |
| VIIII. Si condiciones. contra lege gessint.[c]) posite non valebunt. | Conditiones contra leges et decreta principum vel bonos mores adscriptae nullius sunt momenti, velut si uxorem non duxeris, si homicidium feceris, aut barbare[f]) habitum processeris. | | |
| X Heredes rebus. euidentebus declarandi. | Quoties in testamento, qui sit heres, evidenter non exprimitur, nulla firmitas est heredi. [g])Nam si evenit, ut testatori amici plures uno nomine nuncupentur, debet testator rebus evidentibus declarare. | | *Itē alia* Ubi duo heredes sunt antequā dividant sine commune convenientiam testamtū facere ñ possunt.[c]) |
| XI· Qui tercio gradu. apellentur. heredis. qui primu gradu constitudi. qui secundu substituti. qui terciu inscripti. | Qui testamenta faciunt, sicut instituere heredes, ita et substituere possunt. [h]) Nam qui primo gradu heredes inscripti sunt, instituti appellantur: qui secundo, substituti sunt[i]): qui tertio, inscripti vocantur: quia usque ad tertium gradum heredes substituere pro testatoris voluntate permissum est: hoc est, ut secundum voluntatem testatoris ita substitutio ordinata servetur: ea tamen ratione, ut sicut committitur fidei heredis, sic quibuscunque verbis testator iniunxerit, hereditas defuncti ab instituto ad substitutum valeat pervenire. | | |
| XII Qui heredis. pure. et sub condicionē fiant. cum ad substitutum hereditas uenerit. ad tercium non uenerit. eo mortuo uenit ad tercium: l· IIII· ꝛ· XII.[d]) | Substituere quis et pure et sub conditione potest*), hoc est ut quum ad substitutum hereditas pervenerit, ad tertium heredem non debeat pervenire. Sub conditione autem ita quis substituitur, ut, quum ille mortuus fuerit, ad tertium heredem, id est subscriptum hereditas, quae est ab eo tenta[k]), perveniat. Quae tamen substitutiones tam in suos heredes quam in alienos et tam impuberes quam puberes fieri potest: hoc est et in pupillis et in adultis. | | |
| XIII· Hereditatem. impleta. si heres. quis. instituatur. ut testatur. in quod uult. uncias. facultatem suam diuidat. | In quot vult uncias, testator hereditatem suam dividere potest assem suum per diversos heredes, ut faciat, si voluerit, quinto decimam et XX uncias et in maiore numero et in minore, hoc est aut VII aut VIIII aut quo voluerit minore modo uncias faciat. Si vero XII uncias, hoc est unum assem impleverit in testamento[l]) suo et postea alteri dicat: ille heres meus sto et non dicat, in quot uncias, quia nihil impleto asse de hereditate remansit, illi, qui in XII unciis heredes nominatim instituti sunt, medietatem tollunt et medietatem ille, qui post impletum assem heres est posterior sine portione aliqua nominatus. Quodsi heredes instituti in duodecim uncias inveniantur et postmodum heredem his verbis testator instituat, ut dicat: ex reliqua parte ille heres mihi esto, ei, qui sic institutus est, nihil debetur, quia impleto asse nihil, quod ei testator reliquerat, dignoscitur remansisse. | | *Itē alia* Quicūq: homo si testamtū fecerit medietatem facultatē suae ꝑ XII uncias hoc ē ꝑ XII uncias[d]) porciones aut ad aeclesiā aut ad ꝑpincos dividere potē et illa alia medietatē qd sup ē. si ad qualecūq: hominē facere voluerit. liberā habeat potestatem. |
| XIIII. Si seruum. alienum cum libertatem hereditas. detur. institucio quidem. ualit. libertas. donata. non ualit. | [m]) Si servum alienum aliquis data ei libertate heredem instituerit, institutio quidem valet, sed libertas alieno servo data non valebit. | | *Itē alia V.* Qui ad servū alienū libtatē fecerit ipsa libtas stabilis ēē non potē et si aliquid dederit in ipsā libtatē hoc ipse servus habere debet. |
| b) Id est sq. tit. §. 10. c) An *contra leges sint?* d) Paul. IV, 12. | c) 64 add. *lingue.* d) 64 add. *De Herede per Condicionem Constitutum.* e) 63 *impossibilis.* 64 *exspectetur.* f) 64 *larbale* (*larvali*). g) 64 add. *De Uno Nomine.* h) 64 add. *De Institutis Heredibus Et Substitutis.* i) 63 om. *sunt* et mox *scripti* habet pro *inscripti.* *) Hucusque ex sententia ipsa. k) Ita 64; rell. *est absentata.* l) 62 om. vv. *suo—sto,* quae in rell. h. l. adduntur. Leg. *esto.* Ceterum 62 *XI* pro *XII.* m) 64 add. *De Servo Alieno.* Ceterum 62 *servo alieno.* | a) Haec ex interpr. | c) Om. §. 10, 11. Videtur haec sent. huc non pertinere. d) Del. *uncias.* |

LEX ROM. VISIGOTH.

14.[d]) SENTENTIA. Filio et extraneo aequis partibus heredibus institutis, si praeterita accrescat, tantum suo avocabit, quantum extraneo. [e]) Si vero duo sint filii instituti, suis tertiam, extraneis dimidiam tollit.

INTERPRETATIO.[f]) *Si quis filium suum et extraneum aequis partibus testamento scribat heredes, filia praetermissa tantum de portione germani sui, quantum de extraneis revocabit. Si vero duo filii fuerint heredes scripti, filia praetermissa duobus fratribus tertiam tollit et extraneis dimidiam.*

15.[g]) SENTENTIA. Talis est posthumorum institutio: *si qui post mortem meam posthumi nati fuerint, heredes sunto.* Si vivo eo nascantur, rumpunt testamentum.

INTERPRETATIO.[h]) *Si pater moriens in testamento suo, sciens, uxorem praegnantem se habere, ita scribat: ut si qui filii post mortem ipsius nati fuerint, heredes sint; si post mortem patris nati fuerint, valeat testamentum. Nam si post testamentum vivo patre nati fuerint, et testamentum pater non mutaverit, rumpent testamentum.*

16.[i]) SENTENTIA. Nepos posthumus, qui in locum patris succedere potest, ab avo aut heres instituendus est, aut nominatim exheredandus, ne agnascendo rumpat testamentum.

INTERPRETATIONE *non eget.**)

17.[k]) SENTENTIA. Qui semel constituit, ad se hereditatem pertinere, ac se rebus eius immiscuit, repudiare eam non potest, etiamsi damnosa sit.

INTERPRETATIONE *non eget.*[l])

## TITULUS VII. (VI.) AD SENATUSCONSULTUM SILANIANUM.

1.[a]) SENTENTIA. Hereditas eius, qui a familia occisus esse dicitur, ante habitam quaestionem adiri non potest, neque bonorum possessio postulari.

INTERPRETATIO. *Quicunque*[b]) *a familia sua occisus fuerit, hereditas illius ab herede adiri non potest, nisi prius de familia quaestio fuerit ventilata*) et mors occisi fuerit vindicata.*

2. SENTENTIA. Occisus videtur, non tantum qui per vim aut per caedem interfectus est, velut iugulatus aut praecipitatus: sed et is, qui veneno necatus dicitur: honestati enim heredis convenit, qualemcunque mortem testatoris inultam non praetermittere.

INTERPRETATIONE *non eget.*

3.[c]) SENTENTIA. Domino occiso, de ea familia quaestio habenda est, quae intra tectum fuerit vel certe extra tectum cum domino eo tempore, quo occidebatur.

INTERPRETATIONE *non eget.*

4. SENTENTIA. Qui occisus dicitur, si constet, eum sibi quoquo modo manus intulisse, de familia eius quaestio non est habenda: nisi forte prohibere potuit, nec prohibuit.

INTERPRETATIONE *non eget.*

5.[d]) SENTENTIA. Neroniano Senatusconsulto cavetur, ut occisa uxore etiam de familia viri quaestio habeatur: idemque ut iuxta uxoris familiam observetur, si vir dicatur occisus.

INTERPRETATIONE *non eget.*

6.[e]) SENTENTIA. Servi, qui sub eodem tecto fuerint, ubi dominus perhibetur occisus, et torquentur et puniuntur, etsi testamento occisi manumissi sint. Sed et hi torquentur, qui cum occiso in itinere fuerunt.

INTERPRETATIONE *non eget.*

7.[f]) SENTENTIA. Servi de proximo si, quum possent ferre, auditis clamoribus auxilium domino non tulerunt, puniuntur.

INTERPRETATIONE *non eget.*

8. SENTENTIA. Servos, qui in itinere circumdatum a latronibus dominum per fugam deseruerunt, apprehensos et torqueri et summo supplicio affici placuit.

INTERPRETATIONE *non eget.*

9.[g]) SENTENTIA. Habetur de familia quaestio, et si heres testatorem occidisse dicatur: nec interest, an extraneus, an ex liberis sit.

INTERPRETATIONE *non eget.*[h])

10.[i]) SENTENTIA. Omnibus, qui contra voluntatem defuncti faciunt, ut indignis aufertur hereditas, si nihil testamento in fraudem legis fuerit cautum.

INTERPRETATIO.[k]) *Heredi scripto, qui aliquid contra ultimam defuncti fecerit voluntatem, ut indigno aufertur hereditas: si tamen nihil contra leges in eius testamento fuerit comprehensum.*

d) In ed. Bou. interpr. est; om. in codd. 21, 25—28. e) Sententia in nonn. codd. f) Interpr. om. 19. g) Sent. om. 25—28; interpretatio est in cod. 9 et in ed. Bou. h) Interpr. om. 19, 26, Bou. In cod. 25 post interpr. h. §. est tit. *Ad Senatusconsulto Tribelliano De Familia Dominus Occisus* et desunt §. 16, 17 h. t. et sq. tituli §. 1—5. Vv. *sciens—habere* et *testamentum p. n. mutaverit* non pertinent ad rem. i) Sent. deest in codd. 19, 26, interpr. est in ed. Bou., etsi seq. *Interpr. non eget.* *) In rec. edd. add. l. 26 D. de Liberis (XXVIII, 2). k) In nonn. codd. posita est post §. 1 sq. tit. l) In rec. edd. add. l. 93 D. de Acquir. v. om. her. (XXIX, 2).

a) Vid. antec. tit. not. *h.* Sent. om. 21—28. In 19 commixta est cum interpr. b) In 21 om. *Quicunque—fuerit.* *) Nota v. *ventilata.* c) In ed. Bou. interpr. signum est ad §. 3—6. d) Sent. deest in cod. 26. e) Vid. antec. tit. not. *h.* f) Sent. om. 14. g) In ed. Bou. interpr. est. h) Post h. sent. tres §phi a Cuiac. a. 1566 add. sunt, ad quas accedit quarta, quam inveni in cod. 17. Vid. Haub. Opp. T. II. p. 927. Arndts p. 81, not. 17. i) Ben. Lev. III, 326. Ivo, Decr. XVI, 233. Sent. deest in codd. 25—28; in 7 interpr. est. k) Sent. deest in 19, 21.

EPIT. AEG.

Si quis filium suum et[d]) extraneum aequis partibus testamento scribat heredes, filia praetermissa tantum[e]) de portione germani sui, quantum de extranei revocabit. Si vero duo filii fuerint heredes inscripti, filia praetermissa duobus fratribus tertiam tollet, extraneis dimidiam.

Si pater moriens ita scribat, ut, si qui filii post mortem ipsius nati fuerint, heredes sint: si post mortem patris nati fuerint[f]) et testamentum pater non mutaverit, rumpent testamentum.

Nepos posthumus ab avo aut heres instituendus est aut nominatim exheredandus, ne nascendo rumpat testamentum.

Qui semel ad se hereditatem constituit pertinere ac se eius rebus immiscuit, repudiare eam non potest, etiamsi damnosa sit.

TIT. VI. DE SENATUSCONSULTO SILANIANO.

Quicunque a familia sua fuerit occisus, hereditas illius non dividatur, antequam mors illius vindicetur.

Honestati enim heredis convenit, qualemcunque mortem testatoris inultam non praetermittere.[a])

Si quum dominus fuerit occisus et servi sui[b]) eum per fugam dereliquerint, summo supplicio puniantur.[c])

Omnibus, qui contra voluntatem defuncti faciunt, ut indignis auferatur hereditas, si tamen nihil contra leges in eius testamento fuerit comprehensum.[d])

d) Aeg. *vel.* e) Ita edidi ex multis codd.; Aeg. *heredes sunt filii praetermisso tanto;* sed in plerisque codd. est *heredes sunt.* f) 51, 57 om. *heredes—fuerint* et 52 *si—testamentum.* Nonn. codd. *fuerint in test.*

a) Om. §. 3—7. Supra 47 *heredis;* 52, 53 *heredum;* rell. et Aeg. *enim in heredes.* b) Nonn. codd. om. *sui.* c) Om. §. 9. d) Mixt. ex sent. et interpr. Om. §. 11—13, sed vid. not. sq. V. *testamento* ultimum est cod. 55 et ablata sunt reliqua folia cod.

## EPIT. GUELPH.

X̃V. Si filius extraneus. pretermissa filia. heredes. fiant. fratribus terciam. extraneis. media partem tollit.

XVI Si pater moriens. pregnantem dimittat uxorem condito testamentù posthumus. testamentum rumpit.

XVII Si nepus sit posthumos ab auo. heres instituendus.

XVIII Hereditas. simel adita repudiare non potest. ʔ. VII. ł. I. ł. IIII. ʔ· IIII.[e])

### AD SENATUSCONSULTU. BELAIANO.

Si q̓ a familia sua. occisus est. nisi prius. mors eius. ab heredem. fuerit uindicata hereditatem adhyre non posse.

II' Heres. mortem testatores inquerere.

III Dnm̓ occisu̓ qui prope fuerint perquerendi.

IIII. Si q̓ sibi. ipse manus. intullit de familia eius. quescio non habenda.

V. Occisa uxorem. ab. utraque familia. quescio habenda.

VI. Dnm̓ occiso. qui sint turquendi. qui sub eo tectu. ubi occisus. est. uel. in itenere fuerint. eciam si manumissi sunt torqueri possunt.

Non defenderunt dominum poniendi.

VIII. Seruis a latronibus. circumdatum dominum deseruierunt. summu̓ supliciū puniendum.

VIIII. Si heres. testatorem occidisse dicatur. serui. sub quescionē credendū.

X. Heres. si contra uoluntatem. defuncti fecerit. uelut indignu̓ aufertur. hereditas.

e) Paul. III, 7, 1; IV, 4. Supra leg. *semel.*

## EPIT. MONACHI.

[n])Si quis filium suum servum et extraneum aequis partibus testamento scribat heredes, filia praetermissa tantum[o]) de portione germani sui quantum de extraneo revocabit. Si vero duo filii fuerint heredes scripti, filia praetermissa duobus fratribus tertiam tollit et extraneis dimidiam.

Talis posthumorum institutio.[p]) Si pater moriens in testamento suo, sciens, uxorem praegnantem se habere, ita scribat: si filii post mortem ipsius nati fuerint, valet testamentum, nam si vivo patre nati fuerint[q]), rumpent testamentum.

Nepos posthumus, qui in loco patris succedere potest, ab avo aut heres instituendus est aut nominatim exheredandus, ne agnascendo rumpat testamentum.

Qui semel constituit, ad se hereditatem pertinere, ac se eius rebus immiscuit, repudiare eam non potest, etiamsi damnosa sit.

### VI. DE SENATUSCONSULTO SILANIANO.

Quicunque a familia sua occisus fuerit, hereditas illius ab heredibus adiri non potest, nisi prius mors illius fuerit vindicata.

Vel si quis per venenum vel qualicunque ingenio occiditur[a]), inulta mors eius non dimittatur.

Domino occiso, de ea familia quaestio habenda est, quae intra[b]) tectum et extra eundem tectum fuerit, quum dominus occideretur.

Nam si aperte constet, quomodo occisus est, de familia non fiat quaestio, nisi forsitan[c]) prohibere potuerunt, nec prohibuerunt.

Si vir aut uxor occisi dicantur, ab utraque familia et viri et feminae requirendum erit.

Servi, qui sub eodem tecto fuerunt, ubi dominus probatur occisus, et torquentur et puniuntur, etiamsi ab eodem occiso manumissi per testamentum dicantur. Similiter et hi torqueantur, qui cum domino in itinere occiso fuerunt.

Servi, qui, quum possint, domino praestare auxilium noluerunt, puniantur.

[d])Servi, qui circumdatum dominum a latronibus per fugam deseruerint, summo supplicio affici placuit.

Habetur inter familia quaestio, si heres testatorem occidisse dicatur. Nec interest, extraneus an ex liberis heres[e]) sit.

[f])Heres scriptus, qui aliquid contra ultimam defuncti fecerit voluntatem, ei ut ab indigno auferatur hereditas: si tamen nihil contra leges in eius[g]) testamento fuerit comprehensum.

n) 64 add. *De Filia Praetermissa.* o) Vv. *tantum—praetermissa* add. ex 63, 64, nam in 62 desunt. p) Haec ex sententia ipsa. q) Vv. *valet—fuerint* om. 63.

a) 63 *quacunque i. occidatur.* b) 63, 64 *infra* et 63 *eodem tecto.* c) 63 *forte si,* 64 *forte.* d) 64 add. *Si Servos In Periculo Domino Demiserit.* e) 64 om. *heres.* f) 64 add. *De Instituto Herede.* g) 63 *iniuste in.* Codd. *testamentum.*

## EPIT. S. GALL.

*Itē alia VI.* Quicūq: homo qui ad filiū suū et ad extraniū hominē de facultatē suā ad ambus cartā fecerit et filiā habuerit ille filius et ille extraneus ad illā filiā de suas porciones qd̃ p carta̓ acciper̃. t̃ciā partem ei dant qd̃ si duo fratres fuerint et t̃cius extraneus et ad totus tres equales cartas factas fuerint illi duo fratres de suā porcionē ad suā sororē t̃ciā dent et ille extraneus illā suā porcionē hoc ē illā mediā facultatē in integro sibi vindicavit.

*VII. Ĩt alia* Quicūq: homo dū in morte ē constitutus si testamentū fecerit et p suā scientiam uxorē suam prignantē habuerit et postea si vivo patre infans natus fuerit et ipsū testamtū pater eius non remutaverit ipse testamtus ē Ī ēē non potest. Nā si post patris morte̓ ipse infans natus fuerit et testamtus factus fuerit. ipse testamtus firmus pmanebit.[a])

*VIII. Itē alia* Qualecūq: homine̓ qui sua̓ familia̓ p qualecūq. ingenio occisserit ipsius heredes suā facultatem ante eā int̃ se non dividant quā de ipsa familia vindicta faciant.[a])

*Ite̓ alia.* Quicūq: homo alico heredē scribit in suo testamtū et circa fine mortis sue ipsi heredes ei contra directu̓ aliqua grave iniuriā fecerit si voluerit ille qui ipsū testamtu̓ fecit ppt illas iniurias ipsū heredē de sua facultatē exeredare potest.[b])

a) Om. §. 16, 17.

a) Om. §. 2—9. b) Om. §. 11, 12.

11.[l]) SENTENTIA. Sive falsum, sive ruptum, sive irritum dicatur esse testamentum, salva eorum disceptatione, scriptus heres iure in possessionem mitti desiderat.

INTERPRETATIONE *non eget.*

12.[m]) SENTENTIA. Si inter heredem institutum et substitutum controversia sit, magis placuit eum in possessionem rerum hereditariarum mitti, qui primo loco scriptus est.

INTERPRETATIO.[n]) *Si inter institutum et substitutum heredem intentio*) de hereditate nata fuerit, ille in possessionem rerum hereditariarum mittendus est, qui institutus magis probatur, quamvis, qui legitur substitutus.*

13. SENTENTIA. Scriptus heres, ut statim in possessionem mittatur, iure desiderat. Hoc post annum iure impetrare non poterit.

INTERPRETATIONE *non eget.*

14.[o]) SENTENTIA. In eo testamento, quod nec ut oportuit oblatum, nec publice recitatum est, heres scriptus in possessionem mitti frustra desiderat.

INTERPRETATIONE *non eget.*

15.[p]) SENTENTIA. In possessionem earum rerum, quas mortis tempore testator non possedit, heres scriptus, priusquam iure ordinario experiatur, improbe mitti desiderat.

INTERPRETATIONE *non eget.*[q])

*Epit. Aeg.:* In eo testamento heres scriptus, quod neque ut oportuit oblatum, neque publice recitatum est, hoc[e]) post annum impetrare non poterit[f]).

In possessionem[g]) earum rerum, quae mortis tempore testator non possedit, heres scriptus improbe mitti desiderat.

## TITULUS VIII. (VII.) DE LEGATIS.[a])

1.[b]) SENTENTIA. Per praeceptionem uni ex heredibus nummi legati, qui domi non erant, officio iudicis familiae herciscundae a coheredibus praestabuntur.

INTERPRETATIO.[c]) *Si testator uni ex heredibus pecuniam, quam in substantia non reliquit, dari praeceperit, nummi, qui in legato relicti sunt, legatario tempore divisionis a coheredibus implebuntur.*

2.[d]) SENTENTIA. Ante heredis institutionem legari non potest: inter medias heredum institutiones, sive alter, sive uterque adeat, potest. Interdum dimidium, interdum totum debetur: dimidium, si per vindicationem legatum sit, totum, si per damnationem.

INTERPRETATIONE *non eget.*[e])

3.[f]) SENTENTIA. Communi servo cum libertate et sine libertate legari potest: totumque legatum socio testatoris acquiritur.

INTERPRETATIONE *non eget.*

4.[g]) SENTENTIA. Post mortem heredis legari non potest: quia nihil ab herede heredis relinqui potest.

INTERPRETATIO.[h]) *Constitutum est, ut, si quis heredi suo iniunxerit, ut eius heres, cui dixerit, solvat, haec conditio valere non debeat: quia ille, qui heres relinquitur, quem sit heredem habiturus, incertum est.*

5.[i]) SENTENTIA. In mortis tempus, tam suae, quam heredis eius legata confirmari possunt, hoc modo: *Lucio Titio, quum moritur, do lego* aut *heres meus dare damnas esto.*

INTERPRETATIO.[k]) *Si quis faciens testamentum iniungat heredi, ut tempore, quo ipse heres moritur, legatum legatario tradat, valet legatum.*

6.[l]) SENTENTIA. Per vindicationem legatum, etsi nondum constituerit legatarius ad se pertinere, atque ita post apertas tabulas ante aditam hereditatem decesserit, ad heredem suum transmittit.

INTERPRETATIO.[m]) *Constitutum est, ut legatum vindicationis, id est, quod non exspectato herede legatarius praesumit*), etiam non praesumtum a legatarii herede praesumatur.**)*

7.[n]) SENTENTIA. Si res obligata creditori, cuius causam testator non ignoravit, per damnationem legata sit, luitio ad heredis sollicitudinem spectat.

INTERPRETATIO.[o]) *Si pro debito pignus depositum fuerit creditori et testamento suo debitor id, quod pignus posuerat, per damnationem ipsi creditori legati titulo derelinquat, creditor secundum testamentum legatum possidet et debitum ab heredibus recipiet testatoris.*

8.[p]) SENTENTIA. Servo fataliter interemto, legatarii damnum est: quia legatum nulla culpa heredis intercedit.

INTERPRETATIO.[q]) *Servus nominatim legati titulo dimissus, si mortuus fuerit, legatario non debetur.*

9.[r]) SENTENTIA. Damnari heres potest, ut alicui domum exstruat aut aere alieno eum liberet.

INTERPRETATIONE *non eget.*

10.[s]) SENTENTIA. Sinendi modo tam corporales res, quam quae in iure consistunt, legari possunt: et ideo debitori id, quod debet, recte legatur.

INTERPRETATIONE *non eget.*

*Epit. Aeg.:*

TIT. VII. DE LEGATIS.

Si testator uni ex heredibus pecuniam, quam in substantia[a]) non reliquerit, dari praeceperit, nummi, qui in legato relicti sunt, legatario tempore divisionis a coheredibus implebuntur.[b])

Si legata sibi legatarius non perceperit, ab herede praesumantur*).

Si pignus creditori depositum fuerit, mortuo debitore ab heredibus debitum reddatur.[c])

---

l) Interpr. est in ed. Bou. ad §. 11—15 et in cod. 23 ad h. l. m) Interpr. est in cod. 6; deest in codd. 22—28; in codd. 22, 23, 5, 9, aliis, ed. Bou. post §. 13 posita est. n) In codd. 32, 33 sententia est. *) i. e. *contentio, lis.* Cf. V, 12, 2, al. o) Sent. om. 30. p) In cod. 31 interpr. est; deest sent. in cod. 19. q) In rec. edd. add. tit. *de Iure codicillorum* ex l. 17 D. eod. (XXIX, 7).

a) Rubr. om. 28. Cf. Gai. II, 5 not. *s.* b) Sent. om. 21, 22, 25—28. c) Sent. in codd. 38—40. d) In 21 coniungitur cum antec. interpr. e) Cuiac. a. 1566 ex Cons. cap. VI. sententiam a Gothis omissam interposuit. f) In ed. Bou. interpr. signum est, sed sequitur *Interpretatione non eget.* g) Sent. om. 21, 22, 25, 26, 28. h) Sententia in ed. Bou. i) Deest in 19, 21, 25, 26, 28. In ed. Bou. interpretatio est. k) Interpr. om. 27. l) Sent. in nonn. codd. cohaeret cum interpr. antec., deest in 19, 25—28. m) Interpr. om. 30, 38—40. *) i. e. *acquirit.* **) In rec. edd. add. l. 19 D. de Opt. leg. (XXXIII, 5). n) Sent. om. 21, 22, 25—28. o) Interpr. om. 19, 30. p) Sent. om. 21, 22, 25—28. Bou. interpr. signum habet. q) Interpr. om. 19, 30. r) 7, 16 interpr. signum habent. s) In ed. Bou. interpretatio est.

e) Haec ex §. 13 sumta sunt. f) Aeg. *poterint.* g) Multi codd. et Aeg. *possessione.*

a) Aeg. *substantiam.* Mox nonn. codd. *reliquid* s. *relinquit.* b) Om. §. 2—5. *) Aeg. *praesumatur.* c) Om. §. 8—14.

| EPIT. GUELPH. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|
| XI· Quamuis. irritum testamentum. dicatur possessio. heredi conpetit. | Sive falsum sive ruptum sive irritum dicatur testamentum, salva eorum disceptatione, scriptus heres iure in possessionem mitti desiderat. | |
| XII. Si inter institutum et substitudum nascatur. intencio institutus. magis quam. subsistitutus.*) dimitti potest. | Si inter institutum[gg]) et substitutum heredem intentio fiat, ille in hereditatem mittendus est, qui institutus est. | |
| XIII Scriptus. heres. infra annum hereditatem capiet. post non potest. | Scriptus heres, ut statim in possessionem mittatur, iure desiderat: quia hoc post annum impetrari[h]) non potest. | *VIIII. Itē alia.*[a]) Si quis homo q' in testamtū heres scriptus ē sciat se ut post mortē ipsius qui illū testamtū fecit ipsam hereditatem quā ei fecit de p̄sente recipiat. Nā si infra ipsum annū ipsa hereditatē non reciperit nec in suū testamtum ante ꝓpincus recitatū n̄ fuerit de ipsa hereditatē postea non habeat potestatem.[b]) |
| XIIII De testamentū qui non publice reseratus est heres scriptus. possessionem sine causā amitti desiderat. | In eo testamento heres scriptus, quod neque ut oportet[i]) oblatum nec publice recitatum est, frustra in possessionem mitti desiderat. | |
| XV. De it qui testatur mortes temp̄ non tenetur. heres hiscriptus. admitti non potest. | Res, quas mortis tempore testator non possedit, heres scriptus, prius quam iure ordinario experiatur, improbe admitti desiderat. | |
| VII. DE LEGATIS.<br>ʒ· X. l· IIII.[a]) Gaī·ʒ· XII.[b]) | VII. DE LEGATIS.*) | |
| I. Si testatur pecunia. que non reliquid dari p̄cepiat. temp̄ diuisionis. a coheredibus inplenda.<br>II Ante heredis institucione legari non potest. | Si testator uni ex heredibus pecuniam, quam in substantia non reliquit, dare praeceperit, nummi, qui in legato relicti sunt, legatario tempore divisionis a coheredibus implebuntur.<br>Ante heredis institutionem legari non potest: inter medias heredum institutiones, sive alter[a]) sive ut quis adeat, potest. Interdum totum, interdum dimidium debetur: dimidium, si per vindicationem legatum sit, totum, si per damnationem. | |
| III Si cūmune seruo. libertas uel legatum relinquatur. | Communi servo totum[b]) cum libertate legari potest et sine libertate totumque legatum a socio testatoris acquiritur. | |
| IIII. Ab heredem. heredem fieri non potest. quia incertus. est. quem abeat heredem. | Si quis heredi suo iniunxerit, ut eius heres, cui dixerit, solvat, haec conditio non valeat, quia ille, qui heres relinquitur, quem ipse relinquat, heredem, incertum est. | *Īt alia.*[c]) Qui testamtū facit et forsitā vivu de suis heredes in ipsum testamtū n̄ scribit ꝓ illo solo ipse testamentus n̄ rumpit' sed dare ei potē ad eū qui in ipso testamentū n̄ ē scriptus de mobilē rem hoc ē de auro et argento aut de peculiū aut de alia qcūq: mobile rē si voluerit dare ei potē. |
| V. Si iniungat. quis. heredem. ut tempore quo moritur. legatum soluat. | Si quis faciens testamentum iniungat heredi, ut tempore, quo ipse heres moritur, legatum legatario tradat, valet legatum. | |
| VI. Legatum uindicacionis: a legatarii. herede presumitur. | Legatum vindicationis[c]) est, quod non exspectato herede legatarius praesumit, etiam non praesumtum a legatarii herede praesumatur. | |
| VII. Si pignus. depositum adhibetorem.[c]) creditore. donetur. cui donatum est possedit. et debitum ad heredibus testatores. reddendum. | [d])Si pro debito pignus depositum fuerit creditori et testamento suo debitor id, quod pignus deposuerat, per damnationem creditori legati titulo derelinquat, creditor secundum testamentum legatum possedit et[e]) debitum ab heredibus recipiat testatoris. | |
| VIII. Si seruus. per legatum dimissus. moriatur legatario non debitur.<br>VIIII· Si heredi iniungatur. ut aliū dn̄o instruat legatarius non potest.<br>X. Debetori. id q̄ debit. legari potest. | Servus nominatim legati titulo dimissus, si mortuus fuerit, legatario non debetur.<br>Damnari heres potest, ut alicui domum exstruat aut aere alieno eum liberet.<br>Sinendi modo tam corporales res quam quae in iure consistunt legari possunt et ideo debitori id, quod debet, recte legatur. | |
| *) Ita codex.<br>a) Inc. numerus. An h. libri ult. tit. s. Paul. V, 10, 4? b) Gai. tit. XII. c) pro *a debitore creditori.* | gg) Codd. *iniustum.* h) 63 *impetrare.* i) 63 *oportuit.* Infra codd. *possessione.*<br>*) Ad v. *Legatis* glossa scripta est in cod. 62, qua, quid sit legatum, explicatur. Est autem mutila. a) 62, 64 *aliter.* 63 *vel quis.* b) 64 *tantum.* c) 62, 63 *venditionis.* d) 64 add. *De Pignore.* e) Add. *et* ex 63. Infra 63 *recipiet.* | a) Ex §. 13 et 14 composita est. b) Om. §. 15. c) Difficile est dicere, unde haec sententia hausta sit. Videtur totus tit. in unam sententiam contractus esse. Rell. huius tit. §§. des. |

11. Sententia. Eius rei, quae legata est, exemplo heredis, partem agnoscere, partem repudiare legatarius non potest.
Interpretatione *non eget.*
12.[t]) Sententia. Legatum, nisi certae rei sit et ad certam personam deferatur, nullius est momenti.
Interpretatione *non eget.*
13.[u]) Sententia. Si quis sibi et Titio legatum adscripserit, magis est, ut totum legatum ad coniunctum pertineat.
Interpretatio.[v]) *Si quis sibi et alii in alterius testamento legatum adscripserit, ad illum, quem sibi adiunxerit, magis quam ad eum, qui pro se scripsit, totum legatum poterit pertinere.**)
14.[x]) Sententia. Qui se filio testatoris impuberi tutorem adscripserit, ut suspectus a tutela removendus est, ad quam ultro videtur affectasse.
Interpretatione *non eget.*[y])
15. Sententia. Rem legatam testator si postea pignori vel fiduciae dederit, ex eo voluntatem mutasse non videtur.
Interpretatione *non eget.*

## TITULUS IX. (VIII.) **DE USUFRUCTU.**[a])

1.[b]) Sententia. Ususfructus uniuscuiusque rei legari potest: et aut ipso iure constituetur aut per heredem praestabitur. [c])Ex causa quidem damnationis per heredem praestabitur; ipso autem iure per vindicationem.
Interpretatione *non eget.*
2. Sententia. Furiosi et aegrotantis et infantis ususfructus utiliter relinquitur: horum enim alius resipiscere, alius convalescere, alius crescere potest.
Interpretatione *non eget.*
3.[d]) Sententia. Ancillae usufructu legato, partus eius ad fructuarium non pertinent.
Interpretatione *non eget.*
4. Sententia. Gregis usufructu legato, grege integro manente, foetus ad usufructuarium pertinent: salvo eo, ut quidquid gregi deperierit, ex foetibus impleatur.
Interpretatione *non eget.*
5.[e]) Sententia. Areae usufructu legato, aedificia in ea constitui non possunt.
Interpretatione *non eget.*
6.[f]) Sententia. Accessio alluvionum ad fructuarium fundum, quia fructus fundi non est, non pertinet: [g])venationis vero et aucupii reditus ad fructuarium pertinet.
Interpretatione *non eget.*
7.[h]) Sententia. Servos nec torquere, neque flagellis caedere, neque in eum casum facto suo perducere usufructuarius potest, quo deteriores fiant.
Interpretatione *non eget.*
8.[i]) Sententia. Fructu legato, si usus non adscribatur, magis placuit, usumfructum videri adscriptum: fructus enim sine usu esse non potest.
Interpretatione *non eget.*
9.[k]) Sententia. Si alteri usus, alteri fructus legatus sit, fructuarius in usum concurrit: quod in fructu usuarius facere non potest.
Interpretatio.[l]) *Si duobus ita legetur, ut alteri usus, alteri fructus legetur relictus, fructuarius cum fructu usum praesumet; quod ei, qui usum acceperit, de fructibus**) *non licebit.*
10.[m]) Sententia. Quum coniunctim duobus usumfructum do, lego, legatum, altero mortuo, ad alterum in solidum pertinebit.
Interpretatio.[n]) *Si duobus in communi ususfructus legati titulo dimittatur et unus ex ipsis mortuus fuerit, legatus ususfructus ex integro ad eum, qui superfuerit, pertinebit.*
11.[o]) Sententia. Usufructu legato de modo utendi cautio a fructuario solet interponi: et ideo perinde omnia se usurum, ac si optimus paterfamilias uteretur, fideiussoribus oblatis cavere cogetur.
Interpretatione *non eget.**)
12.[p]) Sententia. Ususfructus amissus ad proprietatem recurrit. Amittitur autem quinque modis: capitis minutione, rei mutatione, non utendo, in iure cessione, dominii comparatione.
Interpretatione *non eget.*
13.[q]) Sententia. Capitis minutione amittitur, si in insulam fructuarius deportetur vel si ex causa metalli servus poenae efficiatur, aut si statum ex arrogatione vel adoptione mutaverit.
Interpretatione *non eget.*
14.[r]) Sententia. Non utendo amittitur ususfructus, si possessione fundi biennio fructuarius non utatur, vel rei mobilis anno.
Interpretatione *non eget.*
15.[s]) Sententia. Rei mutatione amittitur ususfructus, si domus legata incendio conflagraverit aut ruina perierit, licet postea restituatur.
Interpretatione *non eget.*
16.[t]) Sententia. In iure cessione amittitur ususfructus, quoties domino proprietatis eum fructuarius in iure cesserit.
Interpretatione *non eget.*
17.[u]) Sententia. Finitur ususfructus aut morte aut tempore: morte, quum usufructuarius moritur: tempore, quoties ad certum tempus ususfructus legatur, velut biennio aut triennio.
Interpretatione *non eget.*

t) Sent. deest in 14; interpr. est in cod. 26. u) Sent. om. 21, 22, 25—28, ed. Bou. v) Interpr. deest in 19; sent. loco est in ed. Bou. *) Hic add. in rec. edd. l. 18, pr. D. de L. Corn. de Falsis (XLVIII, 10). x) In ed. Bou. est signum interpr., etsi seq. *Interpretatione non eget.* y) In Schult. ed. add. l. 18, §. 1 D. de L. Cornel. de Fals. cit.

a) Ex Br. Al. codd. Bou. Sich. Vid. tit. VI. not. *a.* b) Sent. om. 19. c) In nonn. codd. h. l. sententiae signum est. d) In cod. 36 est post §. 4; om. in 30; in 27 interpr. est. e) In 27 interpr. signum habet. f) In 27 interpr. signum habet. g) Hinc in nonn. codd. incipit nova sent. h) In 15, 27 interpr. est. In cod. 28 deest *quo—adscriptum* sq. sent. i) In 27 interpr. est. k) 19, 22, 25, 27 om. sent. l) 19 om. interpr., quae in 31 sententia est. *) Non de *fructibus,* sed de usufructu Paulum loqui Schult. notat. m) 19, 21, 22, 25, 27, 30 om. sent. n) 30, 34—36 om. interpr. o) 19 om. sent. *) In rec. edd. add. l. 59 D. de Usufr. (VII, 1). p) In multis codd., etiam 1, 2, interpr. signum est. In 11 cohaerent §. 12—15, 17 (deest enim §. 16) et in ed. Bou. §. 12 et 13. q) In 7, 22, 32, 33 interpr. signum est. In 34 cohaeret cum proxima sent. r) Deest in cod. 22. Cohaeret in ed. Bou. cum §. 15. s) Cohaeret in multis codd. cum §. 16; in 22 interpr. signum est. t) Vid. not. *p.* u) In 15 interpr. signum est. In codd. 38—40 §§. 17—41 repetuntur post §. 8 de Gradibus (IV, 10).

### EPIT. AEG.

TIT. VIII. DE USUFRUCTU.[a])

Usufructus quidem in furioso et aegrotante vel infanti utiliter relinquitur*).

Partus ancillae ad usufructuarium non pertinet, foetus gregis pertinent, salvo grege, ita ut quicquid ex gregibus perierit, de foetibus impleatur.[b])

Servum neque torquere[c]) neque caedere usufructuarius potest, quo deterior fiat, et reliqua[d]) plurima, quae ad usumfructum pertinent.

a) Om. §. 1. *) Nonn. codd. et Aeg. *relinquetur.* b) Ex §. 3 et 4 una sent. facta est. §§. 5 et 6 des. c) Nonn. codd. *Servus n. torqueri* et *cedere* (ut Aeg.) *eum us.* et *quod det.* d) Intelligit epit. §. 8—75, quas omisit.

### EPIT. GUELPH.

XII.[d]) Res. legata. ex parte repodiari potest. non potest.

XII. Legatum nisi ad certam personam nos[e]) differatur.

XIII Si in alterius testamentū. sibi et alii. legatum scribat. ad eum qui ṕscriptum totum legatum pertenebit.

XIIII. Qui se tutorem filio. testamentores. adscribit ut suspectus. remouendus est.

XV. Si res. legata. a testatorem. pignori detur.

VIII. DE USŪFRUCTŪ.
tl' VIII. ʔ' V. ƚ. II. pl' . ʔ' VIIII.[a])

.I. Usufructū quibus. modis. donetur[b]) uel quomodo amittatur[c]) aut quomodo finiatur.[d])

d) Err. pro *XI.* e) pro *non.*
a) C. Th. VIII, 5. Paul. III, 9? b) Vid. §. 1—11. c) §. 12—16. d) §. 17. Omnia desunt, except. §. ultim.

### EPIT. MONACHII.

Eius rei, quae legata est, exemplo heredis, partem agnoscere, partem[f]) repudiare legatarius non potest.

Legatum, nisi certae rei sit et ad certam personam deferatur, nullius est momenti.

Si quis sibi et alii in alterius testamento legatum conscripserit, ad illum, quem sibi iniunxerit, totum legatum poterit pertinere.

Qui se filio testatoris impuberi tutorem adscripsit, ut suspectus a tutela[g]) removendus est, ad quam ultro videtur affectasse.

Rem legatum testator si postea pignoris vel fiduciae dederit, ex eo voluntatem mutasse non videtur.

VIII. DE USUMFRUCTUM.

Ususfructus uniuscuiusque rei legari potest et aut ipso iure constituitur aut per heredem praestatur. Ex causa damnationis per heredem praestatur, ipso iure per vindicationem.

Furioso et aegrotanti et infanti ususfructus utiliter relinquetur[a]), quia convalescere possunt.

Ancillae usufructu legato, partus eius ad usum[b]) fructuarium non pertinent.

Gregis ususfructus ad usumfructuarium pertinent, tamen legatario grege integro permanente, si aliquid deperierit, ex foetibus impleatur.

Areae usufructu legato, aedificia in ea construi non possunt.

Accessio ex alluvione ad fructuarium fundum non pertinent. Venationes vero ad fructuarium pertinent.

Servo neque torquere neque in eum casum facto suo perducere ususfructuarius potest, ut deterior fiat.

Fructu legato, etsi usus non adscribatur, fructuarius usum habeat.

Si uni legetur fructus et alteri usus eius relictus, fructuarius cum fructu usum praesumet, quod ei, qui usum acceperit, de fructibus non licebit.

Si duobus in commune usufructu legetur et unus moriatur, tunc ex integro ad eum, qui superest, pertinebit.

De usufructu legato si cautio non fuerit interposita, ut quasi optimus paterfamilias uteretur, fideiussoribus dare cogatur.

Ususfructus amittitur quinque modis:

Capitis deminutione, hoc est, si in insula vel in metallo fructuarius deputetur et si statum arrogatione vel adoptione mutaverit.

Et non utendo amittitur, id est, si possessionem fundi biennium fructuarius non utatur, vel rei mobilis anno.

Rei mutatione amittitur ususfructus[c]), si domus legata incendatur aut ruina perierit, licet postea restituatur.

In iure cessione amittitur, quoties domino proprietatis eum fructuarius in iure cesserit.

Finitur ususfructus, quum fructuarius moritur: finitur tempore, usque ad tempus statutum.

f) 62, 64 *partim—partim.* g) 62, 64 *ad tutelam.* Supra 63 *inpuberem* et omnes codd. *susceptus.*
a) 64 *relinquitur.* b) 63 om. *usum.* c) 63, 64 om. *fructus.*

18.[v]) Sententia. Fundo vel servo legato, tam fundi instrumentum quam servi peculium ad legatarium pertinet.

Interpretatione *non eget.*

19. Sententia. Quaerendorum fructuum causa esse videntur, qui opus rusticum faciunt, et monitores et villici et saltuarii: item boves aratorii, aratra, bidentes et falces putatoriae: frumentum quoque ad sementem repositum.

Interpretatione *non eget.*

20. Sententia. Cogendorum fructuum causa comparata instrumento cedunt: velut corbes, alvei, falces messoriae et foenariae, item molae olivariae.

Interpretatione *non eget.*

21.[x]) Sententia. Conservandorum fructuum causa comparata instrumento cedunt: velut dolia, cupae, vehicula rustica, cibaria, pistores, asini, focariae: item ancillae, quae vestimenta rusticis faciunt: scotra quoque et sutor continebuntur.

Interpretatione *non eget.*

22.[y]) Sententia. Uxores eorum, qui operantur, magis est ut instrumento cedant. Pecora quoque et pastores eorum, stercorandi causa comparata, instrumento continentur.

Interpretatione *non eget.*

23. Sententia. Ea autem, quae custodiae magis causa, quam ad usus patrisfamilias eo delata sunt, instrumenti nomine non continentur.

Interpretatione *non eget.*

24.[z]) Sententia. Uxores vero eorum, qui mercedes praestare consueverunt, neque instructionis, neque instrumenti appellatione continentur.

Interpretatione *non eget.*

25.[a]) Sententia. Piscationis et venationis instrumentum ita demum instrumento fundi continetur, si ex his maxime fundi reditus cogatur.

Interpretatione *non eget.*

26.[b]) Sententia. Fructus percepti instrumento fundi ita demum cedunt, si ibidem absumi a testatore consueverant.

Interpretatione *non eget.*

27.[c]) Sententia. Fundo cum omni instrumento rustico et urbano et mancipiis, quae ibi sunt, legato, semina quoque et cibaria debebuntur.

Interpretatione *non eget.*

28.[d]) Sententia. Fundo cum omni instrumento rustico et urbano et mancipiis, quae ibi sunt, legato, tam suppellex, quam aeramentum, itemque argentum et vestes, quae ibi paterfamilias instruendi gratia habere solet, debebuntur, item ea mancipia, quae usui patrifamilias esse solent: itemque aves et pecora, quae instruendarum epularum gratia in fundo[e]) comparata sunt: exceptis his, quae ibi custodiae causa deposita sunt.

Interpretatione *non eget.*

29.[f]) Sententia. Fundo legato, *uti optimus maximusque est*, retia apraria et cetera venationis instrumenta[g]) continebuntur, quae etiam ad instrumentum pertinent, si quaestus fundi ex maxima parte in venationibus consistat.

Interpretatione *non eget.*

30.[h]) Sententia. Fructus, qui solo cohaerebant mortis testatoris tempore, ad legatarium pertinent: ante percepti ad heredem.

Interpretatione *non eget.*

31.[i]) Sententia. Fundo legato cum mancipiis et pecoribus et omni instrumento rustico et urbano, peculium actoris ante testatorem defuncti, si ex eodem fundo fuerit, magis placet ad legatarium pertinere.

Interpretatione *non eget.*

32. Sententia. Actor vel colonus ex alio fundo in eodem constitutus, qui cum omni instrumento legatus erat, ad legatarium non pertinet: nisi eum ad ius eius fundi testator voluerit pertinere[k]).

Interpretatione *non eget.*

33.[l]) Sententia. Adiunctiones, quas fundo legato testator ex diversis emtionibus applicaverat, legatario cedere placuit.

Interpretatione *non eget.*

34. Sententia. Instructo praedio legato, fabri ferrarii, item tignarii, putatores et qui instruendi fundi gratia ibidem morabantur, legato cedunt.

Interpretatione *non eget.*

35. Sententia. Instructo fundo legato, libri quoque et bibliothecae, quae in eodem fundo sunt, legato continebuntur.

Interpretatione *non eget.*

36.[m]) Sententia. Servum studendi gratia ex eodem fundo, qui cum mancipiis fuerat legatus, alio translatum ad legatarium placuit pertinere.

Interpretatio.[n]) *Si aliquis agrum cum mancipiis per legatum reliquerit, quicunque exinde discendi artificii causa alibi translatus fuerit, inter alia eius fundi mancipia ad legatarium pertinebit.*

37.[o]) Sententia. Fundo ita, ut possederat, legato, mancipia, tam urbana quam rustica, itemque aurum et vestes, quae eodem tempore in fundo comprehenduntur, ad legatarium pertinent.

Interpretatione *non eget.*

38.[p]) Sententia. Pascua, quae postea comparata ad fundum legatum testator adiunxerat, si eius appellatione contineantur, ad legatarium pertinent.

Interpretatione *non eget.*

39. Sententia. Quidquid in eadem domo, quam instructam legavit paterfamilias, perpetuo instruendi se gratia habuit, legatario cedit.

Interpretatione *non eget.*

40.*) Sententia. Instructa domo legata, ea legato continentur, quibus domus munitior vel tuta ab incendio praestatur: tegulae, specularia et vela legato continebuntur: item aeramenta, lecti, culcitae, pulvini, subsellia, cathedrae, mensae, armaria, delphicae, pelves, conchae, aquimanilia, candelabra, lucernae et similia, quacunque materia expressa.

Interpretatio.[q]) *Hic de domus conversatione, non de villa dicit.*

v) In 26, ed. Bou. interpr. signum est, etsi in ed. Bou. add. *Interpretatione non eget.* x) Om. in cod. 25; interpr. signum est in ed. Bou. y) In cod. 26, ed. Bou. interpr. signum est; in nonn. codd. cohaerent §. 22 et 23, in aliis §. 22—24. z) Om. in cod. 19; cohaeret in ed. Bou. cum §. 23. a) In 26 interpretatio est. b) Om. in 27. c) Om. in cod. 27 et in ed. Bou.; in 26 interpr. signum est. d) In 26 interpr. signum est. e) Hic terminatur cod. 10. f) Interpr. in ed. Bou. g) Vid. supra II, 24, 5, not. *g.* h) Interpr. in ed. Bou. Hic pergitur in cod. 4 quat. XXIV. Vid. supr. II, 20, 3, not. *d.* i) Interpr. in ed. Bou. In nonn. codd. cohaerent §. 31, 32. k) In cod. 27 om. *fundi—pertinere* et rell. §phi omnes h. t. l) Om. in 7—9, 11, ed. Bou., add. autem ab Amerbach. in m. cod. 8. In codd. 38—40 repetuntur §. 33—38 post §. 1 de Gradibus (IV, 10). m) Om. in codd. 21, 25. n) Sent. est in codd. 6, 27. Nota vv. *discendi artificii* pro *studendi.* o) Cohaeret in nonn. codd. et in ed. Bou. cum antec. interpr., etsi in ed. Bou. seq. *Interpretatione non eget.* p) §. 38—41 in 26 interpr. signum habent. *) Interpr. in ed. Bou. q) Haec interpr. deest in plerisque codd., inter quos 1, 2, 4, 5, 9, 12, 13, 15; deest etiam in ed. Bou.; in 35, 36 sent. sign. habet. In 11, 16, 22 haec vv. adiecta sunt §. 42 et sq. *Interpretatione non eget.* Not. v. *conversatione domus* pro *instructa domo.*

## EPIT. MONACHI.

Fundo vel servo legato, tam fundi instrumenta*) quam servi peculium ad legatarium pertinet.

Quaerendorum fructuum causae esse videntur, qui opus rusticum faciunt: et monitores et villici et saltuarii: item boves aratorii, aratra, bidentes et falces putatoriae, fructus quoque ad sementem repositus.

Fructuum cogendorum causa comparata strumento[d]) cedunt: corbes, alvei, falces messoriae et foenariae, molae oleariae.

Conservandorum fructuum causa comparata instrumento cedunt: velut dolia, cupae, vehicula rustica, cibaria, pistores, asinae, focariae: item ancillae, quae vestimenta rustica faciunt: scotra[e]) quoque et sutor continebuntur.

Uxores eorum, qui operantur, magis est ut strumento cedant. Pecora quoque et pastores eorum stercorandi causa parata strumento continentur.

Ea autem, quae ad custodiam tantum patrisfamiliae eo delata sunt, instrumenti nomine non continentur.

Uxores vero eorum, qui mercedes praestare consueverant, neque instructionis neque instrumenti appellatione continentur.

Piscatores vel venatores instrumentum instrumenti fundi continentur, si ex his maxime fundi reditus cogantur.

Fructus percepti instrumento fundi ita demum cedunt, si ibidem assumi a testatore consueverant.

Fundo cum omni instrumento rustico et urbano et mancipiis, quae ibi sunt, legato[f]), semina quoque et cibaria debebuntur.

Fundo cum omni instrumento rustico et urbano et mancipiis, quae ibi sunt, legato, tam suppellex quam aeramentum, item argentum et vestes, quae ibi paterfamilias instruendi gratia habere solet, debebuntur. Item ea mancipia, quae usu patrisfamilias esse solent. Itemque aves et pecora, quae in fundo comparata sunt: exceptis, quae ibi custodiae causa deposita sunt.

Fundo legato, ita ut[g]) optimus est, retia apraria et cetera venationis instrumenta continebuntur: si quaestus fundi ex maxima parte in venationibus consistat.

Fructus, qui solo cohaerebant, mortis testatoris tempore ad legatarium pertinent: ante percepti ad heredem.

Fundo legato cum mancipiis et pecoribus et omni instrumento et peculium[h]) actoris ante testatorem defuncti, si ex eodem fundo fuerit, ad legatarium pertinet.

Actor vel colonus ex eodem fundo in eodem constitutus, qui cum omni instrumento legatus erat, ad legatarium non pertinet, nisi quum ad eum[i]) fundi testator voluerit pertinere.

Adiunctiones, quas fundo legato testator ex diversis emtionibus applicaverit, legatario cedatur.

Instructo praedio legato, fabri ferrarii, item tignarii, putatores[k]) et qui inserendi fundo morabantur, legato cedunt.

Instructo fundo legato, libri, qui in eodem fundo sunt, legato continentur.

Agrum cum mancipiis legatum relictum, exinde discendi artificii alibi translatus fuerit, ad legatarium pertinet.

Argentum et vestes, qui eodem tempore in fundo comprehenduntur, ad legatarium pertinent.

Pascuaria, quae postea comparata ad fundum legatum testator adiunxerat, si eius appellatione contineantur[l]), ad legatarium pertinent.

Quicquid in legata domo instruendi gratia habetur, legatario cedit.

Instructa domo legata, ea legata continentur, quae munitiora[m]) videntur et omnis suppellectilis quacunque materia expressa, in eius parte cedunt.

*) Codd. *instrumento.* d) 62, 64 om. *cedunt — oleariae* et seq. §. *Conservandorum — instrumento.* Reposui haec ex cod. 63, sed ibi ita scriptum est: *corvis salvei.* e) 63 *scutra.* 62, 64 *et sodra.* Praeterea 62 *sudor.* f) 62 om. *semina — debebuntur* et ex seq. §. vv. *Fundo — legato,* quae in 63, 64 add. g) 63, 64 *ubi* pro *ita ut.* h) 62, 64 *peculio.* i) 63 *nisi ad ius eius.* k) 64 *portatores* et 63 *qui instruendi.* l) 63 *continetur.* m) 63 *monitiora.*

## EPIT. SELD.

Fundo cum omni instrumento rustico et urbano et mancipiis legato semina quoque et cibaria adhibebuntur et suppellex et aeramentum et argentum et vestes et quaecunque paterfamilias instruendi gratia habere solet; item ea mancipia, quae usui patrifamilias esse solent: itemque aves et pecora, quae instruendarum epularum gratia in fundo comparata sunt, exceptis his, quae ibi custodiae causa deposita sunt[a]).

Servus legatus discendi gratia alio translatus ad legatarium pertinet[b]).

a) In unam conflatae sunt §. 27 et 28. b) Mixtae sunt sent. et interpr.

## EPIT. S. GALL.

*It̃ alia.*[a]) Qui testam̃tũ facit omnia et ex omnib; de suà facultatẽ tã ĩris quã mancipiis Ĩ pecorib; et omnia tã mobile quã inmobile quid ad vitã hominis ꝑtinet in suo testam̃tũ scribere debit et si ad eclesias Ĩ ad extraneos homines Ĩ aut ad servus aut quid ad suos ministeriales donat omnia quid in suã potestatẽ habet ille qui testam̃tũ facit omnia in ipso testam̃tũ scribere debit.[b])

a) §. 1 — 27 des. §. 28 videtur epitomator ante oculos habuisse. b) Rell. desunt usque ad §. 75.

41. Sententia. Domo legata, balneum eius, quod publice praebetur, nisi alias separetur, legato cedit.

Interpretatione *non eget.*

42. Sententia. Domo cum omni iure suo, sicut instructa est, legata, urbana familia, item artifices et vestiarii et zetarii et aquarii, eidem domui servientes, legato cedunt.

Interpretatione *non eget.*

43.[r]) Sententia. Omnibus, quae in domo sunt, legatis, cautiones debitorum rationesque servorum legato cedunt.

Interpretatione *non eget.*

44.[s]) Sententia. Mobilibus legatis, aurum vel argentum non debetur; nisi de his quoque manifeste sensisse testatorem possit ostendi.

Interpretatione *non eget.*

45.[t]) Sententia. Instrumento cauponio legato, ea debentur, quae in cauponis usum parata sunt: velut vasa, in quibus vinum defunditur: escaria quoque et pocularia vasa debentur. Sane ministri earum rerum legato non cedunt.

Interpretatione *non eget.*

46.[u]) Sententia. Instrumento medici legato, collyria et emplastra et apparatus omnis conficiendorum medicamentorum, itemque ferramenta legato cedunt.

Interpretatione *non eget.*

47. Sententia. Instrumento pictoris legato, colores, penicilli, cauteria et temperandorum colorum vasa debebuntur.

Interpretatione *non eget.*

48. Sententia. Pistoris instrumento legato, cribra, asini, molae et servi, qui pistrinum exercent, item machinae, quibus farinae subiguntur, legato cedunt.

Interpretatione *non eget.*

49. Sententia. Instrumento balneatorio legato, balneator ipse et scamma et hypodia, fistulae, miliaria, epistomia, rotae aquariae, iumenta quoque, quibus ligna deferuntur, legato cedunt.

Interpretatione *non eget.*

50. Sententia. Instrumento piscatoris legato, et retia et nassae et fuscinae et naviculae; hami quoque et cetera eiusmodi usibus destinata debentur.

Interpretatione *non eget.*

51.[v]) Sententia. Suppellectile legata, capsae, armaria, non solum librorum, aut quae vestis ponendae gratia parata sint, debebuntur: sed et byssina et crystallina et argentea et vitrea vasa, tam escaria, quam pocularia et vestes stratoriae legato cedunt.

Interpretatione *non eget.*

52.[x]) Sententia. Villis vel agris separatim legatis, alterum alteri cedit.

Interpretatio.[y]) *Si quis per testamentum cuicunque legati titulo agrum reliquerit, et villam reliquisse videtur. Si vero villam reliquerit, et agrum reliquisse cognoscitur.*

53.[z]) Sententia. Servis legatis, ancillae quoque debebuntur: non item servi legatis ancillis. Sed ancillarum appellatione tam virgines quam servorum pueri continentur; iis scilicet exceptis, quae fiduciae datae sunt.

Interpretatio.[a]) *Servis legati titulo dimissis, tam pueri quam ancillae debentur: quia masculorum appellatione etiam feminae continentur. Ancillis vero legatis, servi non continentur. Ancillarum autem appellatione tam virgines quam puberes vel impuberes accipiendae sunt, exceptis, quas testator loco pignoris posuerit.*

54.[b]) Sententia. Servis amanuensibus legatis, omnes, qui ex conversatione urbana et in ministerio fuerint, debebuntur: nisi ex his aliqui perpetuo ad opus rusticum transferantur.

Interpretatio.[c]) *Servis amanuensibus legatis, omnes, qui ad manum serviunt, debebuntur.*

55. Sententia. Venatores servi vel aucupes an inter urbana ministeria contineantur, dubium remansit: et ideo voluntatis est quaestio. Tamen si instruendarum quotidianarum epularum gratia habentur, debentur.

Interpretatione *non eget.*

56. Sententia. Muliones et institores inter urbana ministeria continentur: item obsonatores et vestiarii et cellararii et cubicularii et arcarii et coqui, placentarii, tonsores, pistores, lecticarii, stabularii.

Interpretatione *non eget.*

57.[d]) Sententia. Pecoribus legatis, quadrupedes omnes continentur, quae gregatim pascuntur.

Interpretatione *non eget.*

58. Sententia. Iumentis legatis, boves non continentur. Equis vero legatis, equas quoque placuit contineri. Ovibus autem legatis, agni non continentur, nisi annuales sint.

Interpretatione *non eget.*

59.[e]) Sententia. Grege ovium legato, arietes etiam continentur.

Interpretatione *non eget.*

60.[f]) Sententia. Avibus legatis, anseres, phasiani, gallinae et aviaria debebuntur. An autem phasianarii et pastores anserum, voluntatis quaestio est.

Interpretatione *non eget.*

61.[g]) Sententia. Dulcibus legatis, sapa, defrutum, mulsum, dulce etiam vinum, palmae, caricae, uvae passae debebuntur. Sed in hoc quoque voluntatis est quaestio: quia et in specie pomorum comprehendi possunt.

Interpretatione *non eget.*

62.[h]) Sententia. Frugibus legatis, tam legumina quam hordeum et triticum continentur.

Interpretatione *non eget.*

r) Interpr. est in ed. Bou. s) Transposita est in nonn. codd. et in ed. Bou. post §. 47. t) Om. in codd. 5, 9, 30, aliis et in ed. Bou. u) Deest in cod. 19. v) Deest in cod. 25; in ed. Bou. interpretatio est. x) Deest in codd. 21, 22, 25, 26, 28; in codd. 23, 24 cohaeret cum interpr. y) Interpr. om. 27. z) In 11, 19 cohaeret cum interpr. antec. et in ed. Bou. vv. *Servis — debebuntur* cum eadem interpr.; deest in 22, 25, 26. a) Interpr. mutila in cod. 21; sententia in 23; deest in 27; cohaeret cum §. 54 in ed. Bou. Infra *pignoris* pro *fiduciae*. b) Deest in 26; interpr. appellatur in ed. Sich., mixta est cum interpr. in codd. 7, 19, 25, aliis. c) Interpr. dicitur sententia in ed. Sich., deest autem in plerisque codd. et in ed. Bou. d) §. 57, 58 interpretationes sunt in ed. Bou. e) In cod. 34 cohaeret cum antec. sent., in 23 interpr. signum habet. f) In cod. 11 desunt omnia usque ad §. 3 tit. ad L. Falc. (III, 11). Exc. enim fol. 6 quat. XXVIII. g) Deest in codd. 5, 9; mutila est in cod. 19; in 6 interpr. h) Deest in cod. 9; in 6 interpr. signum est.

EPIT. MONACHI.

Balnea publica.

Domū cum omni iure sua, urbana familia, artifices, vestiarii, zetarii, aquarii domui servientes.'

Cautiones debitorum eiusdem domus, rationes servorum domus, haec omnia legatario ceduntur.

Mobile, aurum vel argentum legatis non debetur.

Caupones cum omni instrumento eorum vel vasa sua: vasa escaria et vinaria cum ministris earum.

Instrumentum medicinae.

Instrumenta pictoris.

Instrumenta pistorum cum ipsis pistoribus.

Balnearia cum balneario et hypodia[n]), scamna, rotae aquariae, iumenta, quae ligna deferunt.

Instrumento piscatorio omni.

Suppellectile domus capsae, armaria, vestes stratoriae, vasa vitrea, crystallina, argentea, haec omnia legatario cedunt[o]).

Si[p]) cuiuscunque legati titulo agrorum reliquerit, et agrum et villam reliquisse videtur, si vero villam reliquerit, et agrum reliquisse cognoscitur.

Servis legati titulo dimissis, tam pueri[q]) quam ancillae debentur intelligi: quia masculorum appellatione etiam feminae continentur. Ancillis vero legatis, servi non continentur. Ancillarum appellatione tam virgines quam puberes et impuberes continentur: exceptis, quae testator loco pignoris posuit.

Servis amanuensibus legatis, omnes, qui ex conversatione urbana et in ministerio fuerint, debebuntur: nisi ex his aliqui[r]) perpetuo ad opus rusticum transferantur.

Venatores servi vel aucupes an inter urbana ministeria contineantur, dubium remansit et ideo voluntatis est quaestio.

Muliones, institutores, obsonatores, vestiarii, cellararii, cubicularii, arcarii et coqui[s]), placentarii, tonsores et pistores, lecticarii: hi inter urbanarum ministeria continentur.

Pecoribus legatis, quadrupes omnes continentur, quae gregatim pascunt.

Iumentis legatis, boves non continentur, equis vero legatis, equas quoque placuit contineri. Ovibus autem legatis, agni non continentur, nisi annuales sint.

Grege ovium legato, arietes etiam continentur.

Avibus legatis, anseres, phasiani, gallinae et aviaria debebuntur. De pastoribus eorum voluntatis quaestio.

Dulcibus legatis, sapa, defreto, mulso, palmae, caricae, uvae passae, et in hoc voluntatis quaestio.

Frugibus legatis, legumina, hordeum, triticum continentur.

n) 62 *et ypocha*. 64 *in ypocha*. 63 *in ypodia*. Codd. *scamne*. o) 64 *ceduntur*. p) 63 add. *quis*. q) Ita 63; rell. *puer*. Paulo ante codd. *dimissus*. r) 63, 64 add. *qui*. Supra 63 *fuerunt*. s) 63 *quoqui*, i. e. *coqui*. Rell. *quiqui*.

EPIT. SELD.

Qui agrum legaverit, villam legasse videtur, itemque qui villam, agrum.

Servis titulo legatis, ancillae quoque debebuntur, non item servi legati ancillis; sed ancillarum appellatione tam virgines quam mulieres accipiendae sunt, exceptis, quas testator loco pignoris posuerit.

63.[i]) Sententia. Veste legata, ea cedunt, quae ex lana et lino texta sunt: item serica et bombycina; quae tamen induendi, operiendi, cingendi, sternendi iniiciendique causa parata sunt. Pelles quoque indutoriae continebuntur.

Interpretatione *non eget.*

64. Sententia. Veste virili legata, ea tantummodo debebuntur, quae ad usum virilem, salvo pudore, attinent. Stragula quoque huic legato cedunt.

Interpretatione *non eget.*

65. Sententia. Muliebri veste legata, omnia, quae ad usum muliebrem spectant, debebuntur.

Interpretatione *non eget.*

66. Sententia. Lana legata, sive succida, sive lota sit, sive pectinata, sive versicoloria, legato cedit. [k])Purpura vero aut stamen subtemenve hoc nomine non continentur.

Interpretatione *non eget.*

67.[l]) Sententia. Mundo muliebri legato, ea cedunt, per quae mundior mulier lautiorque efficitur: velut speculum, conchae, situli: item buxides, unguenta et vasa, in quibus ea sunt: item sella balnearis et cetera eiusmodi.

Interpretatione *non eget.*

68. Sententia. Ornamentis legatis, ea cedunt, per quae ornatior efficitur mulier: veluti anuli, catenae, reticuli et cetera, quibus collo vel capite vel manibus mulieres ornantur.

Interpretatione *non eget.*

69. Sententia. Argento legato, massae tantummodo debebuntur: [m])vasa enim, quae proprio nomine separantur, legato non cedunt: quia nec lana legata, vestimenta debebuntur.

Interpretatione *non eget.*

70.[n]) Sententia. Vasis argenteis legatis, ea omnia continentur, quae capacitati alicui parata sunt: et ideo tam potoria, quam escaria, item ministeria omnia debebuntur: veluti urceoli, paterae, lances, piperatoria; cochlearia quoque, itemque trullae, calices, scyphi, et his similia.

Interpretatione *non eget.*

71. Sententia. Libris legatis, chartae volumina vel membranae et philurae continentur. Codices quoque debentur: librorum enim appellatione non volumina chartarum, sed scripturae modus, qui certo fine concluditur, aestimatur.

Interpretatione *non eget.*

72.[o]) Sententia. Auro legato, gemmae quoque inclusae, itemque margaritae et smaragdi legato cedunt. Sed magis est, voluntatis esse quaestionem: infectum enim aurum debetur: factum enim ornamentorum genere continetur.

Interpretatio.[p]) *Ista species in inferiore parte utilius per se evidenter exposita est.*

73. Sententia. Vasis argenteis legatis, emblemata quoque ex auro infixa legato cedunt.

Interpretatione *non eget.*

74.[q]) Sententia. Argento potorio legato, omnia, quae ad poculorum speciem comparata sunt, debebuntur: veluti paterae, calices, scyphi, urceoli, oenophoria et conchae.

Interpretatione *non eget.*

75.[r]) Sententia. Carruca cum iunctura legata, mulae quoque legatae, non mulio videtur, propter quotidianam loquendi consuetudinem.

Interpretatio.[s]) *Si carruca cum iunctura per legatum dimissa fuerit, carpentum cum iunctura et mulae debentur: mulio autem non debetur.*[*])

76.[t]) Sententia. Prolatis codicillis vel alio testamento, quibus ademtum est legatum vel certe rescissum, perperam soluta repetuntur.

Interpretatio.[u]) *Si quis facto testamento, in quo aliquibus legata reliquerat, aliud postmodum fecerit testamentum et illa legata, quae priori testamento dederat, abstulerit vel codicillis fortasse removerit, si illud prius testamentum post mortem testatoris prolatum fuerit, et legata heres scriptus absolverit, quae in posteriore testamento vel codicillo remota sunt: is, qui ex priori testamento legatum consecutus est, reddere iubetur, quod sequentibus scripturis ostenditur fuisse sublatum.*

[Epit. Aeg.:] Si quis facto testamento, in quo aliquibus legata reliquerat, aliud[e]) postmodum fecerit testamentum et illa legata, quae priore testamento[f]) dederat, abstulerit vel codicillis[g]) fortasse removerit, si illud prius testamentum post mortem testatoris prolatum fuerit et legata heres scriptus solverit, quae in posteriore testamento vel codicillo remota sunt: is[h]), qui ex priore testamento legatum consecutus est, reddere iubetur, quod sequentibus scripturis ostenditur fuisse sublatum[i]).

## TITULUS X. (IX.) DE MORTIS CAUSA DONATIONIBUS.[a])

[Epit. Aeg.:] TIT. IX. DE MORTIS CAUSA DONATIONIBUS.

1. Sententia. Mortis causa donat, qui ad bellum proficiscitur et qui navigat, ea scilicet conditione, ut, si reversus fuerit, sibi restituatur: si perierit, penes eum remaneat, cui donavit.

Interpretatione *non eget.*

[Epit. Aeg.:] Mortis causa donat, qui ad bellum proficiscitur et qui navigat, ea scilicet conditione, ut, si reversus fuerit, sibi restituatur: si perierit, penes eum remaneat, cui donavit.

i) In ed. Bou. interpr. est et cohaeret cum §. 64. k) Hic in nonn. codd. et in ed. Bou. add. *Interpretatione non eget* efficiturque nova sent. ex vv. *Purpura — continentur.* l) In ed. Bou. interpr. est et adi. sunt sent. ultima vv. sq. sententiae *capite — ornantur,* rell. omm. m) Hinc in multis codd. nova incipit sent. n) Interpr. in ed. Bou. o) Interpr. in ed. Bou. et cohaeret cum interpr. p) Deest in *multis* codd., *sententia* est in 21, 28. q) Interpr. est in ed. Bou. r) Deest in codd. 21, 25, 26, 28. s) In multis codd. sententiae signum habet, aut mixta est cum sq. §. 76, aut cum antec. sent. *) In rec. edd. add. l. 28 Qui et a quibus (XLII, 9) et l. 29 D. de Adimendis (XXXIV, 4). t) Interpr. est in ed. Bou.; om. in codd. 19, 21, 25, 26. u) In nonn. codd. interpr. cum sent. conflata, hic et illic verbis omm.

a) Rubr. et §. 1 om. in cod. 25.

e) Aeg. *illud.* f) Aeg. om. *testamento.* g) Nonn. codd. *codicillo.* h) Aeg. *his q. ex priori.* i) Nonn. codd. *oblatum* s. *prolatum.*

| EPIT. GUELPH. | EPIT. MONACHI. | EPIT. SELD. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|
| | Vestes legatae ea cedunt, quae ex lana et lino sunt: sericae et bombocina, quae indutui[t]) vel operiendi paratae sunt et pelles indutoriae continebuntur. | | |
| | Veste virili legata, ea tantummodo debentur, quae ad usum virilem attinent: stragula quoque huic legato cedunt. | | |
| | Muliebri veste legata, omnia, quae ad usum muliebrem expetant, debentur. | | |
| | Lanae legatario cedunt, purpura vero aut stamen subtemenve[u]) non continentur. | | |
| | Mundo muliebri legato, ea cedunt, per quem mundior mulier efficiatur.[v]) | | |
| | Argento legato, massae tantummodo debebuntur, non vasa, quae proprio nomine separantur, quia nec lana legata vestimenta debentur. | | |
| | Vasis argenteis ea omnia continentur, quae capacitate alicui praeparata sunt. | | |
| | Libris legatis, cartae et membranae continentur: codices quoque debentur. | | |
| | Auro legato, gemmae quoque inclusae, itemque margaritae aut smaragdi[x]) legato cedunt. Sed magis est voluntatis. Infectum enim aurum debetur, factum enim ornamentorum genere continetur. | | |
| | Vasis argenteis legatis, emblemata quoque ex auro fixa legato cedunt. | | |
| | Argento potatorio omni legato ceditur. | | |
| | Carruca cum iunctura per legatum dimissa, carpentum cum iunctura, mulae debentur: mulio autem non debetur. | Carruca cum iunctura legata, carpentum et moduli debentur, mulio autem non debetur.*) | |
| Si q́ factú testamentú per aliut iterum factum priorem dissoluat his qui priori testamentú consecutus est. reddere iubetur. quod postia factú ostenditur. fuisses. oblatum. tl· IIII· ʔ· IIII.[e]) | Si quis facto testamento, in quo aliquibus legata reliquerat, alium postmodum fecerit testamentum et illa legata, quae priori[y]) testamento dederat, abstulerit vel codicillo fortasse removerit, si illud prius testamentum post mortem testatoris prolatum fuerit et legata heres scriptus solverit, quae in posteriori testamento vel codicillo remota sunt, is, quae ex priore testamento legato consecutus est, reddere iubetur, quod sequentibus scripturis ostenditur fuisse solutum. | | *Ĩt alia.* Si quis testamentú fecerit et in ipsũ testamtũ cui voluerit et aliquit donaverit et postea alterũ testamtũ fecerit et si illũ priorẽ testamentũ ñ ruperit ille secundus testamtus ñ valebit sed ille prior testamtus firmus pmaneat.*) |
| DE MORTIS CAUSÁ DONACIONIBUS ɫ· II. ʔ· XXXIII. l· I.[a]) | IX. DE MORTIS CAUSA DONATIONIBUS. | | |
| I· Donato mortis causá mortis tantum auctoris conualiscit. | Mortis causa donat, qui ad bellum proficiscitur et qui navigat: ea vero conditione, ut, si reversus fuerit, sibi restituatur, si perierit, penes eum remaneat, cui donavit. | | |
| e) C. Th. IIII, 4.<br>a) Paul. II, 24, 1. | t) 63 *induende vel operiende.* u) Ita scripsi. 62, 64 *subtime nuae* (pro *subtimenvae*). 63 *subtimi mine.* v) §. 68 omittitur. x) 62, 64 *zamaragdi.* 63 *zymaragdi.* y) 62, 64 *prior* et infra *consecutum.* Utrumque corr. ex 63. | *) Mixta ex sent. et ex intpr. | *) Om. tit. IX. |

LEX ROM. VISIGOTH.

2. Sententia. Donatio mortis causa cessante valetudine et secuta sanitate, et poenitentia etiam revocatur: morte enim tantummodo convalescit.

Interpretatione *non eget.*

## TITULUS XI. (X.) AD LEGEM FALCIDIAM.

1.[a]) Sententia. Exhausta legatis aut fideicommissis vel mortis causa donationibus hereditate, auxilio Falcidiae institutus heres quadrantem retinere potest.

Interpretatio. *Si quis faciat testamentum, et heredem instituat, et omnem suam hereditatem legatariis aut fideicommissariis vel mortis causa donationibus conferat, valet quidem testamentum: sed heres scriptus quartam sibi ex omnibus bonis retinet testatoris.*[b])

2. Sententia. Quoties de modo quartae retinendae quaeritur; propter[c]) periculum plus petendi, officio iudicis omnibus aestimatis, quarta facienda est, quae apud heredem remaneat: aut certe exigenda cautio a legatario, ut, quod plus dodrante percepit, restituat.

Interpretatione *non eget.*

3.[d]) Sententia. Ea, quae mater viva filio donavit, in quartam non imputantur.

Interpretatio.[e]) *Ea, quae mater superstes filio per legitimam scripturam*[f]) *donavit, in Falcidiam ei post mortem matris a germanis eius non possunt imputari: sed in partem sibi debitam salva donatione succedit.**)

4. Sententia. Ex mora praestandorum fideicommissorum vel legatorum fructus et usurae peti possunt. Mora autem fieri videtur, quum postulanti non datur.[g])

Interpretatione *non eget.**)

## EXPLICIT LIBER TERTIUS.[h])

# INCIPIT
# PAULI SENTENTIARUM
## LIBER QUARTUS.

## TITULUS I. DE FIDEICOMMISSIS.

1.[a]) Sententia. Ab uxore, cui vir dotem praelegavit, fideicommissum relinqui non potest: quia non ex lucrativa causa testamento aliquid capit, sed proprium recipere videtur.

Interpretatio.[b]) *Uxori, cui maritus testamento suo dotem, quam ab ea accepit, legati titulo dereliquit, ex ea fideicommissum, hoc testator si iubeat, dare non cogetur: quia non de mariti bonis aliquid consequitur, sed quod dederat, recepisse videtur.*

2. Sententia. A posthumo herede instituto fideicommissum dari potest.

Interpretatione *non eget.*

3.[c]) Sententia. Ab imperatore herede instituto legatum et fideicommissum dari potest.

Interpretatione *non eget.*

4.[d]) Sententia. A surdo vel muto, sive legatum acceperit, sive heres institutus sit, vel ab intestato successerit, fideicommissum relinquitur.

Interpretatio.[e]) *Si a quocunque per testamentum surdus aut mutus heres fuerint instituti, aut ab intestato fortasse successerint; si quid aut per testamentum aut per legitimum numerum*[f]) *fideicommissi nomine ut dare debeant, fuerint delegati*[g]), *id dare omnimodis*[gg]) *compelluntur.*

a) Sent. om. 19, 25—28; in Bou. cohaeret cum interpr. b) In cod. 22 exc. fol. et des. sqq. usque ad fin. §. 8 tit. de Fideic. (IV, 1). c) In cod. 23 cohaeret v. *propter* cum v. *utique* etc. interpr. §. 8 tit. de Fideic. (IV, 1) et sqq. §. 9—13, tum demum cum interpr. §. 13 cit. incipit lib. IV. Excidit igitur fol. in codice, ex quo 23 descriptus est. d) Om. in codd. 25—28. e) Deest in codd. 19, 22, 23; sent. siglum habet in cod. 29; conflata est cum sent., sed omm. vv. *Ea—donavit,* in cod. 14. f) Haec ex C. Th. tit. de Donationibus (VIII, 5) add. interpres. *) In rec. edd. add. l. 39 D. h. t. (XXXV, 2). g) In cod. 24 seq. §. 6 de Int. succ. (IV, 8). Quae desunt, inveniuntur fol. 110—116 eiusd. cod. Vid. infr. V, 4, 13. *) In rec. edd. add. tit. Ut in poss. legat. ex l. 10 D. e. t. (XXXVI, 4). h) Vid. pr. lib. I. not. *a* et extr. lib. I. not. *f*.

a) Deest in codd. 25—28; cohaeret in nonn. codd. cum interpr. b) Interpr. om. 19, 22, 23. c) Interpretatio in codd. 38—40. d) Deest in codd. 21, 25, 26, 38—40. e) Interpr. cohaeret in multis codd. cum §. 5, om. in cod. 19, 22, 23; sententia in cod. 21. f) Sc. *testium.* Vv. *p. l. n.* interpres add. In nonn. codd. om. *successerint—testamentum.* g) i. e. *rogati.* gg) Cf. IV, 12, 1; V, 12, 5 interpr. In rec. edd. add. l. 4 D. de Leg. III.

EPIT. AEG.

Donatio mortis causa cessante valetudine et secuta sanitate, poenitentia[a]) etiam revocatur. Morte enim tantummodo convalescit.

### TIT. X. AD LEGEM FALCIDIAM.

Quicunque testamento integram facultatem suam extraneis derelinquat[a]), valet quidem testamentum, sed heres scriptus quartam sibi ex omnibus bonis retinet testatoris.

Quoties de modo quartae[b]) retinendae quaeritur, propter periculum plus petendi, officio iudicis omnibus aestimatis, quarta facienda est, quae apud heredem remaneat: aut certe exigenda[c]) cautio a legatario, ut, quod plus dodrante[d]) percepit, restituat[e]).

Ea, quae mater viva filio donavit[f]), in Falcidiam ei post mortem matris a germanis non imputantur[g]), sed in partem sibi debitam salva donatione succedit[h]).

Ex mora praestandorum fideicommissorum vel legatorum fructus et usurae peti possunt. Mora autem fieri videtur, quum postulanti non datur.

### INCIPIT QUARTUS LIBER SENTENTIARUM PAULI IURECONSULTI[a]).

### TIT. I. DE FIDEICOMMISSIS.

Ut maritus dotem, quam ab uxore percepit, alienare non debeat.[b])

Ut surdo vel muto, quicquid eis debitum fuerit, dare compellantur[c]).

a) Aeg. *poenitenti.*

a) Nonn. codd. *derelinquit.* b) Aeg. *quartam retinendi queritur.* c) Nonn. codd. *eligenda.* d) Aeg. *donante.* e) Aeg. *restituatur.* f) Hactenus ex sent. g) Aeg. *imputatur.* h) Aeg. *succedat.*

a) Nonn. codd. om. *Iurec.* b) Haec vera quidem sunt, neque vero conveniunt cum vv. Pauli s. interpr. §. 2 et 3 om. c) Nonn. codd. om. v. *Ut* habent *Surdo—compelluntur.* 52 *Surdus vel mutus dare compelluntur, quod eis a testatore iussum est,* bene.

| EPIT. GUELPH. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|
| II· Id ꝗ supra. | Donatio mortis causa cessante valetudine et secuta sanitate[a]) etiam revocatur. Morte enim tantummodo convalescit. | |
| AD LEGEM FALCIDIA.<br>Gaĩ. ʅ· XIII. GR̃. ʅ· VIII· l· II.[a]) | X. AD LEGEM FALCIDIAM. | |
| Heres. scriptus quartam sibi ex bonis. testatores retenit. ·ʅ· V. l· XIII.[b]) | Si quis faciat testamentum et heredem instituat et omnem hereditatem suam legatariis aut fideicommissariis vel mortis causa donationibus convalescat, valet quidem testamentum, sed heres scriptus quartam sibi ex omnibus bonis retinet testatoris. | |
| In modo quarte omnibus. testamentis. quarta facienda. est. l· IIII. ʅ· IIII. l· III. ʅ· V. l· I. V.[c]) | Quoties de modo quarta retinendae requiritur[a]), propter periculum plus petendi, officio iudicis omnibus aestimatis, quarta facienda est, quae apud heredem maneat, aut certe exigenda cautio a legatario, ut, quod plus donante percepit, restituat. | |
| Ad quẽ mater filio donauit. super partem. tenit l· IIII· ʅ· VII.[d]) | Ea, quae mater filio per legitimam scripturam donavit, in Falcidia a germanis non potest imputari, sed in partem debitam salva successione succedit.<br>Ex mora praestandorum fideicommissorum vel legatorum fructus et usurae peti possunt, mora autem fieri videtur, quum postulanti non datur. | [a])*Itẽ alia.* Si ꝗcũq: mulier ingenua ad filiũ suũ carta facere voluerit aliquantũ de sua facultatẽ hoc facere potẽ et sup ipsa carta remanet cũ fratres suus dividat. |
| EXPŁC LIB̃· III. | EXPLICIT LIB. III. | EXPL̃ PAUL̃I LIB. III. |
| | INCIPIT PAULI SENTENTIARUM LIBER QUARTUS.<br>I. De Fideicommissis. II. De Senatusconsulto Trebelliano, Ne Solus Heres Omnibus Hereditariis Actionibus Oneretur. III. De Senatusconsulto Pegasiano. De Re Fideicommissaria. IV. De Repudianda Hereditate. V. De Inofficiosi Querela. VI. De Vicesima, Hoc Est De Testamento Post Mortem Defuncti Aperiendo[a]). VII. De Lege Cornelia, Hoc Est, Qui Testamentum Falsum Scripserit[b]). VIII. De Intestatorum Successione. IX. De Senatusconsulto Tertulliano, Vel De Matribus, Quae Ius Liberorum Habent[c]). X. De Gradibus Propinquorum In Successione[d]). XI. De Manumissionibus Servorum Communium Et Reliqua Plura[e]). XII. De Fideicommissis Libertatibus. XIII. Ad Legem Fusiam Caniniam, De Servorum Manumissionibus[f]). | INCIPIUNT CAPITULA[a]) DE LBRO XXVI.<br>I. De dote ĩ donationes[b]). II. De eo qui testam̃tũ de suas res facit ĩ de extraneas[c]). III. De eo qui ad suos homines lib̃tatẽ facit[d]). IIII. Itẽ alia de testamentũ. V. Itẽ alia eiusdem. VI. De eo qui in suo testam̃to extraneũ hominẽ scribit. VII. De eo ꝗ totã[e]) suã facultatẽ donare voluer̃. VIII. De eo ꝗ testam̃tũ alterius qualecũq: ingenio falsaverit. VIIII. De eo qui sic moritq: testam̃tũ fac̃[f]). X. De ius liberorũ[g]). XI. Si duo heres unũ servũ habuerint. XII. De numero servorũ manumittendorũ. |
| INCP̃T LIB̃ IIII | | INCIP̃ LIB. IIII. |
| DE FIDEICOMISSIS.<br>Gaĩ .⁊ XIIII.[a]) | I. DE FIDEICOMMISSIS. | I. DE DOTẼ. |
| Si q̔ maritus. uxori dotem. que ab ea accepit. per legatum dimittat. et hoc legati titulo dari non potest quia qđ deerat percepit. | Uxorem, cui maritus testamento suo dotem, quam ab ea accepit, legati titulo dereliquit, ea ex fideicommisso, si hac testator iubeat, dare non cogitur, quia suum recepisse videtur. | Qui dotẽ ad suã uxorem facit postea eã in suo testam̃to confirmare potẽ.[a]) |
| II Posthumo. heredi instituto. fideicomissum. dari potest. | A posthumo herede instituto fideicommissum dari potest. | |
| III Ab imperatorem. heredem. legitimum legatum peti potest. | Ab imperatore herede instituto legatum et fideicommissum peti potest. | |
| Ad surdo et muto fideicomissum peti potest. | Si surdus aut mutus heredes fuerint instituti aut ab intestato successerint, si quid per testamentum aut fideicommissum ut[a]) dare debeant, fuerint delegati, id dare omnimodis compellantur. | *Ĩt alia.* Surdũ et mutum et p testam̃tũ et sine testamentũ hereditatem collegere debet. |
| a) Gai. tit. XIII. (XIIII.) C. Gr. tit. VIII, 1. b) Paul. III, 5, 13 (III, 6, 12)? c) Paul. IV, 4, 3; IV, 5, 1, 5? d) Inc. num. §. 4 deest.<br>a) Gai. tit. XIV. (s. XV.) | a) 63 add. *penitenti.*<br>a) 64 *queritur.*<br>a) 64 om. *hoc est* etc. b) 63, 64 om. *hoc est* etc. c) 63 om. *vel* etc. d) 63 om. *Prop.* etc. e) 63 om. *Servorum* etc. f) 63 om. *De* etc.<br>a) Ita 63. Rell. *aut.* | a) Om. huius tit. §. 1, 2, 4.<br>a) 67 om. *Incip. Cap.* b) 67 *donacione.* c) 67 *fec̃ ĩ de alterius.* d) 67 *libertate fecit,* sed supra lin. *facit.* e) 67 *homnẽ f. s. d. voluerit.* f) 67 *mori qđ test. ñ facit.* g) 67 *liberatorũ.*<br>a) Om. §. 2, 3. |

LEX ROM. VISIGOTH.

5.[h]) SENTENTIA. Qui fideicommissum relinquit, etiam cum eo, cui relinquit, loqui potest, velut: *peto, Cai Sei, contentus sis illa re:* aut, *volo tibi illud praestari.*

INTERPRETATIO.[i]) *Qui fideicommissum cuicunque dimittit, potest his verbis ad eum, cui reliquerit, loqui: volo tibi de rebus meis illud esse donatum: aut, spero a te, ut illa re digneris esse contentus. Quod tamen debet aut testamenti serie aut testium professione constare.*

6.[k]) SENTENTIA. Fideicommittere his verbis possumus: *rogo*, *peto*, *volo*, *mando*, *deprecor*, *cupio*, *iniungo*. *Desidero* quoque et *impero* verba utile faciunt fideicommissum. *Relinquo* vero et *commendo* nullam fideicommissi pariunt actionem.

INTERPRETATIO.[l]) *Si quando fideicommissum relinquitur, precativis verbis relinqui potest, ut roget quis, iniungat, petat, speret*[m]), *ut id, quod fidei suae commissum est, ad eum, quem testator voluit, sicut iniunxit, ita faciat pervenire. Nam si dicat quis: dimitto hoc illi, vel commendo, quia verba directa sunt, fideicommissi locum habere non possunt.**)

7.[n]) SENTENTIA. Tam nostras res quam alienas per fideicommissum relinquere possumus: sed nostrae statim; alienae autem aestimatae aut redemtae praestantur.

INTERPRETATIO.[o]) *Per fideicommissum unusquisque potest tam proprias res quam alienas dimittere**). *Sed si suas dimiserit, ipsae, quae relictae sunt, dantur: si vero alienas, aut aestimationem dimissae rei dare, aut ipsas redimere et dare heres, cuius fidei commissum est*[p]), *iure compellitur.*

8.[q]) SENTENTIA. Si alienam rem tanquam suam testator per fideicommissum reliquerit, non relicturus, si alienam scisset, ut solet legatum, ita inutile erit fideicommissum.

INTERPRETATIO.[r]) *Si quis per fideicommissum rem alienam ideo reliquerit, quia suam esse credebat, non utique dimissurus, si scisset alienam, sicut et in legatis damnationis*[s]) *constitutum est, non potest propter hoc heres, cuius fidei commissum est*[t]), *retineri.*

9.[u]) SENTENTIA. Testator supervivens, si eam rem, quam reliquerat, vendiderit, exstinguitur fideicommissum.

INTERPRETATIONE *non eget.*

10.[v]) SENTENTIA. Codicillis, qui testamento confirmati non sunt, adscriptum fideicommissum iure debetur.

INTERPRETATIO.[x]) *Per codicillos fideicommissum relictum iure debetur, etiamsi codicilli testamento non fuerint confirmati.*

11. SENTENTIA. Filio quibuscunque verbis a patre fideicommissum relictum iure debetur: sufficit enim inter coniunctas personas quibuscunque verbis, ut in donatione, voluntas expressa. Et ideo etiam pridie, quam moriatur, recte relictum videtur.

INTERPRETATIONE *non eget.*

12.[y]) SENTENTIA. In tempus emancipationis vel quum sui iuris erit, fideicommissum relictum, quocunque modo patria potestate liberato debetur.

INTERPRETATIO.[z]) *Si ita fideicommissum filiofamilias relinquatur, ut quum emancipatus a patre fuerit vel quum sui iuris factus fuerit, fideicommissum relictum, quocunque modo patria potestate fuerit liberatus, id, quod relictum est ei, iure debetur.*

13.[a]) SENTENTIA. Rogati invicem sibi, si sine liberis decesserint, hereditatem restituere, altero decedente sine liberis, hereditas ad eum pervenit, qui supervixit: nec ex eo pacisci contra voluntatem testatoris possunt.

INTERPRETATIO. *Si aliquis ita hereditatem duobus reliquerit et eos rogaverit, ut, uno*[b]) *ex his sine filiis mortuo, ei, qui superfuerit, omnis hereditas acquiratur, uno ex ipsis sine filiis mortuo, ad superstitem integra hereditas pertinebit. Et si aliquid hi ipsi, dum vivunt, pacisci de ea hereditate voluerint, id, quod depecti fuerint, non valebit.*

14.[c]) SENTENTIA. Heres ante aditam hereditatem, legatarius, antequam legatum accipiat, fideicommissum praestare non possunt.

INTERPRETATIO.[d]) *Neque heres, antequam relictam sibi hereditatem adeat, neque legatarius, antequam legatum, quod ei dimissum est, accipiat, aliquid per fideicommissum de eo, quod eis relictum est, ad alias possunt transferre personas.*

15.[e]) SENTENTIA. Rem fideicommissam si heres vendiderit, eamque sciens comparaverit, nihilominus in possessionem eius fideicommissarius mitti iure desiderat.

INTERPRETATIO.[f]) *Si rem, quae per fideicommissum alicui relicta est, cuicunque heres vendiderit et eam sciens relictam alii aliquis comparaverit, fideicommissarius in possessionem sibi deputatam mitti iure deposcit.*

16.[g]) SENTENTIA. Quoties libertis fideicommissum relinquitur, ad eos tantummodo placuit pertinere, qui manumissi sunt vel qui in eodem testamento libertatem intra numerum legitimum consecuti sunt.

INTERPRETATIO.[h]) *Si quando libertis fideicommissum relictum fuerit, his debetur, qui manumissi sunt*[i]), *vel eis, qui intra legitimum numerum libertatem fuerint consecuti. Legitimus autem numerus est, qui secundum legem Fusiam*[k]) *Caniniam custoditur.*

h) Sententias §. 5—8 om. 21, 25—28 et 19 solam §. 5. i) Sententia in codd. 5, 9 et in ed. Bou. Deest in codd. 22, 23. 19 om. *cuicunque—cui.* Hic quoque interpres nonnulla videtur aliunde sumsisse. k) Interpretatio in cod. 6. l) Interpr. om. 19, 22, 23. In cod. 6 cohaeret cum §. 7. m) V. *speret* add. interpres. *) In Arndts. ed. add. l. 21, pr. D. de Leg. III., quam Schult. post ult. h. t. sent. posuit. n) Vid. not. *h.* o) Interpr. om. 19. In nonn. codd. mutila est. *) Id e. *relinquere.* p) Ita nonn. codd. pro *cui fideicommissum.* Sic quoque in sq. interpr. et infr. tit. XII. §. 2 h. libr. q) Vid. III, 11, 1, interpr. not. *b.* r) 19 om. interpr. Vid. III, 11, 2 not. *c.* Infra *dimissurus,* i. e. ultima voluntate relinquere. s) Haec add. interpres. t) Vid. not. *p.* u) Sent. om. 4, 19. v) Sent. om. 21, 22, 25—28. In cod. 36 mutila est et conflata cum interpr., sed addito sententiae signo. x) Deest in cod. 19. In nonn. codd. mutila est. Vv. *etiamsi* etc. cum sent. in cod. 14 coniuncta sunt. y) Deest in codd. 21, 22, 25—28. z) Sent. in codd. 7, 14, 24, 31; om. in cod. 35; sec. Schult. vv. *id q. r. est ei* abundant. a) Vid. III, 11, 2 not. *c.* Sent. om. 21, 22, 25—28, 30. b) Vulg. *unus,* sed multi codd. *uno.* Interpr. om. 19. c) Sent. 14—16 om. 21, 22, 25—28. d) Deest in cod. 19; mutila est in cod. 35. e) Interpretatio in ed. Bou. f) Sent. in cod. 23. g) Interpr. in ed. Bou. h) Om. in cod. 19. i) Vv. *manumissi sunt* ultima sunt cod. 11. k) Codd. 1, 2, 5 et multi alii *Fufiam,* alii *Fabiam* et *Fasiam.*

EPIT. AEG.

Qui fideicommissum cuicunque dimittit, potest his verbis ad eum, cui reliquerit, loqui: volo tibi de rebus meis illud esse donatum aut[d]) spero a te, ut illa re digneris esse contentus. Quod tamen debet aut testamenti serie aut testium professione constare.

Ut id, quod fidei suae commissum est, ad eum, quem testator voluit, sicut iniunxit, ita faciat pervenire.

Per fideicommissum unusquisque potest tam proprias res quam alienas dimittere. Sed si suas dimiserit, ipsae[e]), quae relictae sunt, dantur. Si vero alienas, aut aestimationem dimissae rei dare aut ipsas res redimere et dare, cui fideicommissum est.[f])

Si filio quibuscunque verbis a patre fideicommissum relictum fuerit, iure debetur.[g])

Nullus heres, antequam relictam sibi hereditatem adeat, nullus legatarius, antequam legatum, quod ei dimissum est, accipiat, aliquid per fideicommissum de hoc, quod illi relictum est, ad alias possunt transferre personas.[h])

d) Aeg. et nonn. codd. *et;* alii habent *ut.* e) Aeg. *ipse.* f) Add. ex interpr. *iure compellitur.* Om. §. 8—11. g) Om. §. 13. h) Om. §. 15—18.

### EPIT. GUELPH.

Fideicomissum quomodo dimitti dibiat. ut nominati dicat. quod donaţ per testamentum facta causą.

Precatiuis. uerbis. dimiti potest. si qđ ei. iniunctum est faciat. si pretermittat locum non abet.

VII. Per fideicomissum tam proprią quam aliene res. demitti possunt. quas heredis. dari conpelluntur.

VIII Si suam credens rem per fideicomissa. relinquat heres. fidecomissarius non tenit.

VIIII Si rem qua reliquerat testatur uindedirit. fideicomissum extinguit.

X. Per codicillus fisco relinꝗtur.

XI Filio quibuscunque uerbis. facta relinꝗtur. iure debetur.

XII. Filio cum emancipatus fuerit facta causa relinquatur. id qđ demissum est iure debetur.

XIII Si duobus facta causa relinquatur. ita ut in uno mortuo. alii. proficiat.

XIIII Ante hereditatem aditam facta causą ad alias. personas. dari non potest.

XV. Res per fideicomissum relicta hab. heredi. uindi non potest.

XVI Si liberti facta causą relinquatur. his debitur qui certų legitimų numerų facti s̨ liberti.

### EPIT. MONACHI.

Qui fideicommissum dimittit, dicat: volo tibi de rebus meis illud esse donatum aut spero a te, ut illa re digneris esse contentus. Quod tamen debet aut testamenti serie aut testium professione constare.

Quando fideicommissum relinquitur, precativis verbis relinqui potest, ita ut rogo, peto, volo, mando, deprecor, cupio, iniungo, desidero, ut sicut iniunxi[b]), ita facias pervenire. Nam si quis dicat: dimitto hoc illi vel commendo, quia verba directa sunt, haec fideicommissi locum habere non possunt.

Per fideicommissum tam proprias res quam alienas dimitti potest. Sed qui suas dimiserint, ipsae, quae relictae sunt, dantur; si vero alienas, aut aestimationem dimissae rei dare aut ipsas redimere et dare heres, cui fideicommissum est, compellatur.

Si quis per fideicommissum rem alienam, quam suam credebat, nesciens reliquerit, non potest propter hoc heres, cui fideicommissum est, retineri.

Testator supervivens si eam rem, quam reliquerat, vendiderit, exstinguitur fideicommissum.

Si codicillus testamento non fuerit affirmatus, fideicommissum iure debetur.

Filio quibuscunque verbis a patre fideicommissum iure debetur, sufficit enim inter coniunctas personas quibuscunque verbis, ut in donatione, voluntas expressa et ideo etiam pridie quam moriatur recte relictum videtur.

Si ita fideicommissum filiofamilias relinquatur, ut quum emancipatus a patre vel sui iuris fuerit factus, fideicommissum relictum, quocunque modo patria potestate liberatus, id, quod relictum est, ei iure debetur.

Rogati invicem sibi, si sine liberis decesserint[c]), hereditatem restituere, altero decedente sine liberis hereditas ad eum pertinet, qui supervixit, nec ex eo pacisci contra voluntatem testatoris possunt.

[d])Si aliquis ita hereditatem duobus reliquerit, ut uno[e]) ex his sine filio mortuo, ad superstitem integra hereditas pertinebit et si aliquid hi ipsi, dum vivunt, pacisci de ea hereditate voluerint, non valebit.

Neque heres ante aditam hereditatem, neque legatarius, antequam legatum accipiat, aliquid per fideicommissum praestare possunt.

Res, quae per fideicommissum relicta est, si ea heres sciens vendiderit et qui comparaverit sciens, fideicommissarius rem sibi deputatam in possessionem mitti sibi iure deposcit.

Si libertis fideicommissum relictum fuerit, ad eos pertinet, qui manumissi sunt, vel eis, qui intra legitimum numerum libertatem consecuti sunt.

b) Ita 63; rell. *iniunxit.* c) Ita 63, 64; sed 62 *discesserint.* 63 om. *hereditatem — liberis.* d) 64 add. *De Hereditate.* e) Ita 63, 64. 62 *unum.*

### EPIT. SELD.

In tempore emancipationis vel quum sui iuris est, fideicommissum relictum filio etiam ei a patria[a]) potestate liberato debetur.

Rem fideicommissam si heres vendiderit, eamque sciens aliqui comparaverit, nihilominus fideicommissarius in possessionem sibi relictam mitti desiderat.

a) Haec ex interpr.

### EPIT. S. GALL.

[b])*Itē alia.* Quicųq: homo in infirmitatē positus ē et cuicūq: de sua facultatē aliꝗd donare voluerit et forsitan carta nec facere nec firmare potē tam̄ ante testes ingenuus ꝑ haec verba sine carta donare potē: si ad ipsos testes dic̄ rogo peto volo mando depc̄or cupio iniungo desidero quoq: et impetro vos mei dulcissimi ut ad istū hominē testimoniū portetis ut et ista causa de meas res habeat quas ego ei ante vos ꝑ meū verbū dono si hec omo in die mortis sue fecerit hoc sine carta firmū habere potest.

*II. Itē alia.* Qui testam̄tū facit et suas res extraneas ꝑ ipsū testam̄tū dare potē sed ꝓ illas extraneas res de suas res similis ad illū hominē dimittit cuius res extraneas scribit in suo testam̄to.[c])

*III. Itē alia.* Quicūq: ad suos homines lib̄tatē facit et postea testam̄tū fecerit omnes illius lib̄tus sic̄ ingenuus in suo testam̄to scribere debet.

*IIII. Itē alia.* Qui testam̄tū facit et si filiū suū in ipso testam̄to heredē dimittere voluerit oportit ei ut ipsū filiū antea mancipare debeat qđ si mancipatus non fuerit senior de ipso testam̄to ēē n̄ potē.[d])

*Itē alia.* Si quiscūq; ꝑsǫna de suo testam̄to ad qualecūq; straneų hominē aliquā rē exinde dedit et postęa si ipşius herędeş ꝗ illā rem dedit ad alių hominę et ipsą rę vindiderit si ipse homo hoc sciendum comparaverit[e]) qđ ipsa res alteri fuisset donata ille ꝗ eā conparavit hoc habere n̄ potē sed ipse eā recipiat cui ꝑ testam̄tū scriptū ē.[f])

b) §§. 5 et 6 in unam contractae sunt. c) Om. §. 8—10. d) Om. §. 13, 14. e) Hinc pergitur in cod. 67. f) Om. §. 16—18 et tit. II.

LEX ROM. VISIGOTH.

17. SENTENTIA. Cui ab herede fideicommissum non praestatur, non solum in res hereditarias, sed et in proprias heredis inducitur.

INTERPRETATIONE *non eget.*

18.[l]) SENTENTIA. Ius omne fideicommissi non in vindicatione, sed in petitione consistit.

INTERPRETATIO.[m]) *Quoties fideicommissum relinquitur, sicut peti potest, ita non potest vindicari.*[n])

## TITULUS II.[a]) DE SENATUSCONSULTO TREBELLIANO.

1. SENTENTIA. Senatusconsulto Trebelliano prospectum est, ne solus heres omnibus hereditariis actionibus oneretur: et ideo quoties hereditas ex causa fideicommissi restituitur, actiones eius in fideicommissarium transferuntur: quia unicuique damnosam esse fidem suam non oportet.

INTERPRETATIONE *non eget.*

## TITULUS III. DE SENATUSCONSULTO PEGASIANO.

1.[a]) SENTENTIA. Inter heredem et fideicommissarium, cui ex Pegasiano hereditas restituitur, partis et pro parte stipulatio interponitur: ut heredi instituto pro quarta actiones, pro ceteris vero portionibus fideicommissario competant.

INTERPRETATIO.[b]) *Inter heredem et eum, cui hereditatem per fideicommissum iussus est reformare**), *ita interposita stipulatione observandum est, ut heres pro quarta, quam sibi retinet, quartae partis excipiat actiones: et fideicommissarius pro tribus tantum partibus, quae ad eum ex hereditate perveniunt, oneretur.*

2.[c]) SENTENTIA. Totam hereditatem restituere rogatus, si quartam retinere nolit, magis est, ut eam ex Trebelliano debeat restituere: tunc enim omnes actiones in fideicommissarium dantur.

INTERPRETATIO.[d]) *Si is, qui totam hereditatem per fideicommissum alteri reddere iussus est, quartam sibi iure concessam noluerit retinere, necesse est**), *ut fideicommissario integram hereditatem restituat. Quo facto, sicut omnis hereditas, ita ad eum omnes hereditariae transeunt actiones.*

3.[e]) SENTENTIA. Lex Falcidia itemque Senatusconsultum Pegasianum, deducto omni aere alieno deorumque donis, quartam residuae hereditatis ad heredem voluit pertinere.

INTERPRETATIO.[f]) *Lex Falcidia, similiter et Pegasianum Senatusconsultum, facta hereditarii debiti ratione et separatis his, quae in honorem Dei ecclesiis relinquuntur, quartam hereditatis ex omnibus ad scriptum heredem censuit pertinere.*

4.[g]) SENTENTIA. Qui totam hereditatem restituit, quum quartam retinere ex Pegasiano debuisset, si non retineat, repetere eam non potest: nec enim indebitum solvisse videtur, qui plenam fidem defuncto praestare maluit.

INTERPRETATIO. *Is, qui integram hereditatem fideicommissario restituit, quum quartam sibi iure concessam retinere potuerit, postea eam repetere non potest:* [h])*quia nec aliquid indebitum solvit, sed integram fidem defuncto exhibuisse videtur.*

## TITULUS IV. DE REPUDIANDA HEREDITATE.

1.[a]) SENTENTIA. Recusari hereditas non tantum verbis, sed etiam re potest et alio quovis indicio voluntatis.

INTERPRETATIONE *non eget.*

2. SENTENTIA. Heres per magistratus municipales ex auctoritate praesidis, fideicommissario postulante, hereditatem adire et restituere compellitur.

INTERPRETATIONE *non eget.*

3.[b]) SENTENTIA. Fideicommissarius si affirmet, heredem nolle adire hereditatem, absente eo interponi decretum et in possessionem mitti iure desiderat.

INTERPRETATIO.[c]) *Si is, qui heres scriptus est et alteri hereditatem restituere iussus est, adire hereditatem dissimulet, potest fideicommissarius obtinere, ut is, qui heres in hoc ordine scriptus est, et hereditatem adire et restituere iubeatur.*

4.[d]) SENTENTIA. Suspectam hereditatem adire compulsus, omnia ex Trebelliano restituit.

INTERPRETATIO. *Qui hereditatem, quam restituere iussus est, adire dubitabat, si eam suscipere compulsus fuerit, integram eam fideicommissario reformare compellitur.*

EPIT. AEG.

### TIT. II. DE SENATUSCONSULTO TREBELLIANO[a]).

Ne solus[b]) heres omnibus hereditariis actionibus oneretur.

### TIT. III. DE SENATUSCONSULTO PEGASIANO.[a])

Lex Falcidia, similiter et Pegasianum[b]) Senatusconsultum, facta hereditarii debiti ratione[c]) et separatis his, quae in honorem Dei ecclesiis relinquuntur, quartam hereditatis ex omnibus ad scriptum heredem censuit[d]) pertinere.

Ille, qui integram hereditatem fideicommissario[e]) restituit, postea quartam ei repetere non potest, quia integram fidem defuncti praestitisse videtur.

### TIT. IV. DE REPUDIANDA HEREDITATE.[a])

Recusari hereditas et verbis et alio quovis indicio potest.[b])

l) Deest in codd. 19, 21, 22, 25—28; interpretatio in ed. Bou., etsi sequitur *Interpretatione non eget.* m) Sententia in cod. 9 et in ed. Bou. 19 om. interpr. n) In rec. edd. add. l. 21 D. de Leg. III. Vid. supr. not. * post not. *m.*

a) Totus tit. om. in cod. 14.

a) Deest in codd. 21—28. b) Sententia in cod. 6; totam interpr. om. 19. In ed. Bou. et in multis codd. cohaeret cum §. 2. *) Cf. supra I, 4, 3. c) Deest in codd. 21, 22, 25—28. d) Interpr. om. 19; sententia in cod. 6. *) Haec non recte habent. e) Sent. om. 19, 21, 22, 25—28. f) Deest in cod. 30. Sent. in cod. 14 et add. rubr. *de Sc. Pegasiano.* g) Deest in codd. 21, 22, 25, 27, 28. Interpr. in ed. Bou. h) Seqq. desunt in compluribus codd.

a) In multis codd. haec sent. cohaeret cum sq. h. t. b) Deest in codd. 21, 22, 25, 26, 28. c) Om. in cod. 19. In nonn. codd. cohaeret cum §. 4. *Dissimulet* est pro *recuset, omittat, nolit.* d) Sent. om. 21, 22, 25, 26.

a) Aeg. et plerique codd. *Tribelliano.* b) Aeg. et plerique codd. *Ut nec solus.*

a) Aeg. et nonn. codd. *Pagasiano.* Om. §. 1 et 2. b) Hic quoque Aeg. *Pagasianum.* c) Aeg. et plerique codd. *factam—rationem.* d) Nonn. codd. *constituit.* e) Codd. *fideicommissariis* s. *fideicommissarius.* Aeg. *fideicommissorio.*

a) Om. §. 2—4. b) In cod. 54 add. *Hereditas non adita transferri non liceat ad alias personas.*

| EPIT. GUELPH. | EPIT. MONACHI. | EPIT. SELD. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|
| XVII. Si facta causa̍ ab heredi non detur. et hereditarias. et inproprias. heres iudicetur. | Cui ab herede fideicommissum non praestatur, non solum in res[f]) hereditarias, sed et in proprias res heredis inducitur. | | |
| Fideicomissum. peti potest. uindicari non potest. | Quoties fideicommissis relinquitur, sicut peti potest, ita non potest vindicari. | | |
| II DE SENATUSCONSOLTO. TRIBELIANO.<br>I. Acciones. heredes. heredis. instituti. transire ad fideicomissarium. deberem quia unus grauari. non potest. | II. DE SENATUSCONSULTO TREBELLIANO.<br>Ne solus heres omnibus hereditariis actionibus oneretur et ideo, quoties hereditas ex causa fideicommissi restituitur[a]), actiones eius in fideicommissarium transferuntur, quia unicuique damnosam esse fidem suam non oportet. | | |
| DE SENATUSCONSULTO. PECASIANO. | III. DE SENATUSCONSULTO PEGASIANO DE RE FIDEICOMMISSARIA. | | |
| I· Ut heres. quartam partem. acciones excipiat. et fideicomissarius. de ´tribus. respondeat. partibus. | Inter heredem et fideicommissarium ita interposita stipulatione observandum est, ut heres pro quarta, quam sibi retinet, quartae partis excipiat actiones et fideicommissarius tres partes[a]). | | |
| II Si falcidiam non tenit nec accionem. | Tunc enim in fideicommissarium omnes transeunt actiones, si omnem hereditatem receperit et heres quartam sibi iure dimissam noluerit retinere. | | |
| III Ut debiti racio. et eclesie. donum extra falcidia sit. | [b]) Lex Falcidia ex Pegasiano Senatusconsulto, facta hereditarii debiti actione et separatis his, quae ecclesiis relinquuntur, quarta hereditatis ex omnibus ad scriptum heredem pertinet. | | *V. Itē alia*[a]) Quicūq; homo ꝙ testam̄tū fecerit et qualecūq; heredē sibi instituerit aut ecclesiā aut forsitan extraneū hominē si voluerit hoc facere potē sed[b]) videat qd̄ ad suos heredes ꝑ suū testam̄tū quartā porcionē dimittat si plus dimittere voluerit in sua ē potestate. Nā minus de quarta dimittere non debit[c]). |
| IIII Heres qui quartam. sibi non tenuit. post petere non potest. | Qui integram hereditatem fideicommissario restituit, quum quartam sibi iure concessam retinere potuerit, postea eam repetere non potest, quia nec aliquid indebitum solvit, sed integram fidem defuncto exhibuisse videtur. | | |
| IIII DE REPUDIADA HEREDITATEM.<br>I· Recusari hereditas. potest. quā uis voluntatē. | IV. DE REPUDIANDA HEREDITATE.<br>Repudianda hereditas non tantum verbis, sed et repetire potest et alio quovis indicio voluntatis. | | |
| II Heres facta. causa. restituere conpellitur. | Heres per magistratus municipales ex auctoritate praesidis, fideicommissario postulante[a]), adire et restituere compellitur. | | |
| III Si heres. hereditate. adire dissimulit. per magestratus adire conpellitur. | Si is, qui heres scriptus alteri hereditatem restituere iussus est, adire hereditatem dissimulet, potest fideicommissarius obtinere, ut is, qui heres hoc ordine scriptus est, hereditatem adhibere et restituere iubeatur. | | *VI. It̄ alia.* Qui in suo testam̄to straneū hominē sive heredē scribit et postea ipsius parentes ꝙ testam̄tū faciat dividere cū eo noluerit[a]) ipse extraneus eos ante iudicē mittat et postea ꝑ mandatū iudicis cū ipso aut voleant aut n̄ voleant dividant[b]). |
| IIII Hereditatē conpulsus. aditā integrā fideicomessarius. restituti. | Qui hereditatem, quam restituere iussus est, adire dubitat[b]), si eam suscipere compulsus fuerit, integram eam commissarius reformare compellitur. | Suspectam hereditatem, quam heres adire dubitabat, si eam compulsus fuerit suscipere, integram eam fideicommissario reformare compellitur. | |
| | f) 63 *inter* pro *in res.*<br>a) Ita 63, 64. 62 *restituitur et si fideicommiss.* Supra codd. *honoretur.* In codd. vv. *Ne—oneretur* ad rubricam tit. pertinent.<br>a) 64 *tribus partibus.* b) 64 add. *De Falcidia.*<br>a) 64 om. *praesidis—postulante.* b) 63 *dubitabat.* | | a) Om. §. 1, 2. b) 67 om. *sed.* c) 67 *suo testamento — debet.* Om. §. 4 et §. 1 sq. tit.<br>a) 66 *voluerit.* 67 *noluerint.* b) 67 *ipso vellint* et om. *aut n. v.* Om. §. 4. |

LEX ROM. VISIGOTH.

## TITULUS V. DE INOFFICIOSI QUERELA.

1. SENTENTIA. Inofficiosum dicitur testamentum, quod frustra, liberis exheredatis, non ex officio pietatis videtur esse conscriptum.

INTERPRETATIONE *non eget.*

2.[a]) SENTENTIA. Post factum a matre testamentum filius procreatus, non mutata ab ea, quum posset, voluntate, ad exemplum praeteriti, inofficiosi querelam recte instituit.

INTERPRETATIO.[b]) *Si mulier post factum testamentum filium pepererit et testamentum nato filio**) *non mutaverit, filius praeteritus de inofficioso matris testamento agere potest.*

3. SENTENTIA. Testamentum, in quo imperator heres scriptus est, inofficiosum argui potest: eum enim, qui leges facit, pari maiestate legibus obtemperare convenit.

INTERPRETATIONE *non eget.*

4.[c]) SENTENTIA. Qui inofficiosum dicere non[d]) potest, hereditatem petere non prohibetur.

INTERPRETATIONE *non eget.*

5.[e]) SENTENTIA. Filius ex asse heres institutus inofficiosum dicere non potest: nec interest, exhausta necne sit hereditas: quum apud eum quarta aut legis Falcidiae aut Senatusconsulti Pegasiani beneficio sit remansura.

INTERPRETATIO.[f]) *Si pater filium ex asse heredem instituat et per fideicommissa aut legata hereditatem ipsam totam diversis distribuat, filius contra patris testamentum de inofficioso agere non potest: quia quartam sibi aut per legem Falcidiam aut per Senatusconsulti beneficium retinebit*[g]).

6.[h]) SENTENTIA. Quartae portionis portio liberis deducto aere alieno et funeris impensa praestanda est, ut ab inofficiosi querela excludantur. Libertates quoque eam portionem minuere placet.

INTERPRETATIO.[i]) *Quoties Falcidia filiis computanda est, de asse hereditatis primo loco defuncti debita detrahuntur et expensa, quae in funere eius praestita est. Sed et collatae libertates nihilominus debebuntur. Et sic liberis Falcidia, id est, uniuscuiusque portionis quarta portio debetur*[k]).

7.[l]) SENTENTIA. Filius in iudicio patris si minus quarta portione consecutus sit, ut quarta sibi a coheredibus fratribus citra inofficiosi querelam impleatur, iure desiderat.

INTERPRETATIO.[m]) *Filio herede scripto, si ex ordinatione defuncti patris minus quam quarta portionis suae fuerit deputata, suppleri eam sibi a coheredibus fratribus iure desiderat: quia in tali casu inofficiosi actio removetur*[n]).

8.[o]) SENTENTIA. Pactio talis, ne de inofficioso testamento dicatur, querelam super iudicio futuram non excludit: meritis enim liberos quam pactionibus adstringi placuit.

INTERPRETATIO.[p]) *Si talis pactio vivo patre inter filios fiat, ut post obitum patris de inofficioso filii non querantur, talis pactio non valebit: sed cui competit, de inofficioso agere potest.*

9.[q]) SENTENTIA. Rogatus hereditatem restituere, etsi inofficiosi querelam instituerit, fideicommisso non fit iniuria: quartam enim solummodo hereditatis amittit, quam beneficio Senatusconsulti habere potuisset.

INTERPRETATIO.[r]) *Si is, qui a defuncto rogatus est, ut relictam hereditatem alteri restituat, de inofficiosi querela instituerit actionem, id, quod fideicommissum est, ut redderet ei, cui reddere iussus est, penitus non peribit: sed ille, qui inofficiosi querelam proposuit, quartam, quam ex fideicommisso Senatusconsulti beneficio erat habiturus, suo vitio perdit.*

10. SENTENTIA. Heres institutus habens substitutum, si de inofficioso dixerit, nec obtinuerit, non id ad fiscum, sed ad substitutum pertinebit.

INTERPRETATIONE *non eget.*

## TITULUS VI. DE VICESIMA.

1.[a]) SENTENTIA. Tabulae testamenti aperiuntur hoc modo, ut testes vel maxima pars eorum adhibeatur, qui signaverint testamentum: ita ut, agnitis signis, rupto lino, ape-

a) Deest in codd. 21, 25—28. b) Interpr. exc. in 19, in 6 sent. est. *) Debebat interpres ex sent. retinere vv. *quum posset.* c) Exc. in codd. 27, 28; interpr. in ed. Bou., etsi seq. *Interpretatione non eget.* d) Codd. *non potest;* edd. eiecerunt *non.* e) Sent. §. 5—7 om. 21, 22, 25—28. f) Interpr. om. 19; sent. in cod. 6. g) Primum add. in Aur. Lugd. edd. *aut vindicabit.* h) Vid. not. *e.* i) Interpr. om. 19. k) Fere omnes codd. Bou. Sich. *a liberis — uniuscuiusque quartae portionis portio detur,* sed Sich. *debetur* et Bou. om. *a.* l) Vid. not. *e.* m) Exc. in cod. 19. Sent. in cod. 6. n) 1, 2 et multi alii codd. Bou. Sich. sic: *Filio heredi scripto, cui ex o. d. p. quarta fuerat deputata, si ei minus quam quarta portionis suae fuerit derelicta, suppleri — desiderat* et om. nonn. *quia* etc. o) 4, 19, 21, 22, 25—28 om. sent.; in cod. 31 conflata est cum interpr. p) Interpr. om. in cod. 19; in nonn. codd. mixta est cum §. 9. Non omnino quadrat cum sent. q) Exc. in codd. 21, 22, 25, 27, 28. r) Interpr. om. 19, 21, 30; ad eam in nonn. codd. translata sunt ultima vv. §. 10 *sed ad s. p.*

a) Marculphi Form. II, 17. Form. Baluz. c. 28.

EPIT. AEG.

### TIT. V. DE INOFFICIOSI QUERELA.

Inofficiosum dicitur testamentum, quod frustra filiis exheredatis[a]) videtur esse conscriptum.

Si mulier post factum testamentum filium pepererit et testamentum suum nato filio non mutaverit, filius praeteritus de inofficioso agere potest.

Si imperator heres scriptus fuerit, inofficiosum arguitur[b]).

Si pater filium ex asse heredem instituat et, ut assolet, diversis[c]) res suas donando dispergat, filius non potest agere contra patris testamentum, quia quartam sibi de omnibus vindicat.

Quoties Falcidia filiis computanda est, de asse hereditatis primo loco defuncti debitum retrahitur et expensa, quae in funere eius praestita est: sed et collatae libertates nihilominus debebuntur. Et sic filiis Falcidia, id est uniuscuiusque quartae portionis portio detur.

Si pater filium in quartam deputaverit, iure eam a coheredibus fratribus suppleri desiderat.

Si talis pactio vivo patre inter filios fuerit, ut de inofficioso non querantur, talis pactio non valebit.

Si ille[d]), qui a defuncto rogatus est, ut relictam hereditatem alteri restituat, de inofficiosi querela instituerit actionem, id, quod fideicommissum est, ut redderet ei, cui reddere iussus[e]) est, penitus non peribit, sed ille, qui de inofficioso querelam proposuit, quartam, quam ex fideicommisso Senatusconsulti[f]) beneficio erat habiturus, suo vitio perdit.

Heres institutus habens substitutum, si de[g]) inofficioso dixerit, nec obtinuerit, non id ad fiscum, sed ad substitutum pertinebit.

### TIT. VI. DE VICESIMA.

Hoc est, ut testamentum praesentibus signatoribus post mortem defuncti publice aperiatur: qui inciso lino et sigilla et manus suas

a) Alii codd. *exhereditatis.* Aeg. *ex hereditate.* b) Ita omnes codd.; Aeg. *redarguitur.* Om. §. 4. c) Fere omnes codd. *diversis.* Aeg. *diversas.* d) Multi codd. et Aeg. *ei.* e) Aeg. et nonn. codd. *iussum.* f) Aeg. et nonn. codd. *Senatusconsulto.* g) 51 om. *si de — substitutum.*

EPIT. GUELPH.

V. DE INOFFICIOSI QUERILLA.
tl· II· ꝫ· XVIIII.[a])

I. Quomodo dicatur. inoficiosum. testamentum qđ sine causa contra filiis videtur. esse conscriptum.

Post testamentum matris natus. rumpit testamentum si pretermissus. fuerit.

III Testamentum.·. in quo imperatur. heres. est.·. agui potest. l· IIII. ꝫ· IIII· l· II.[b])

IIII· Si pater filio herede institutũ. hereditatem aliis distribuat. de inoficiosũ dicere prohibetur.

V. In falcidia que ñ debiat. conpotari. si auctor alicui. debuit aut in funus eius. expensum est uel quod libertauit.

VI. Si filio heredi. minus quarta. deputetur. a quoheredibus supplire iubetur.

VII. Si uiuo patrem. paccio fiat inter fratres. inofficiosũ testamentũ. non arguatur. talis paccio non ualebit. sed cui conpetit. de inoficiosũ agire potest.

VIII Si his qui hereditatem restituere est rogatus. inoficiosũ arguet. suũ uiciũ. quarta sibi debita perdet.

VIIII. Heres. institutus. inoficiosum dicat. si non obtenuerit. ad substitutum pertinet.

VI. DE UICISSIMA
tl· IIII ·ꝫ· IIII.[a])

I. Testamentum quomodo aperire dibiat hoc modo subscriptores testes. qui signauerint. ut agnitis. si-

a) C. Th. II, 19. b) C. Th. IV, 4, 2. Om. §. 4.
a) C. Th. IV, 4.

EPIT. MONACHI.

V. DE INOFFICIOSI QUERELA.

Inofficiosum dicitur testamentum, frustra, liberis exheredatis, extra officium pietatis videtur esse conscriptum.

Post factum a matre testamentum si filium peperit et testamentum suum[a]) non mutaverit, potest filius de inofficioso testamento agere.

Testamentum, in quo imperator heres scriptus est, inofficiosum argui potest.

Qui inofficiosum dicere non potest, hereditatem petere non prohibetur.

Si pater filium ex asse heredem instituat et per fideicommissa aut legata hereditatem ipsam totam diversis distribuat, filius contra patris testamentum de inofficioso agere non potest, quia quartam sibi aut per legem Falcidiam aut per Senatusconsultum beneficium retinebit.

Quoties Falcidia filiis computanda est, de asse hereditatis primo loco defuncti debitum retrahitur et expensa, quae in funere eius praestita est, sed et collatae libertates debebuntur. Et sic ad liberos Falcidia, id est uniuscuiusque quartae portionis portio debetur.

Filio herede scripto, iudicio patris si minus quam quarta portionis suae fuerit deputata, a coheredibus fratribus eius[b]) suppleatur.

Si talis pactio inter filios fiat, ut post obitum patris de inofficioso non querantur, talis pactio non valebit.

Rogatus hereditatem restituere, et si[c]) inofficiosi querelam instituerit actionem, id, quod fideicommissum est, tradiderit, cui iussum est, ut redderet, penitus non peribit: sed reddatur fideicommissario[d]) et ille, qui inofficiosi querelam proposuit, quartam, quam ex fideicommisso senatusconsultũ beneficio erat habiturus, suo vitio perdit.

Heres institutus habens substitutum perdit, si de inofficioso dixerit, nec obtinuerit, non id ad fiscum, sed ad substitutum pertinebit.

VI. DE VICESIMA. DE CARTIS APERIENDIS.

Tabulae testamenti aperiuntur hoc modo, ut testes vel maxima pars eorum adhibeatur, qui signaverunt testamentum, ita ut, agnitis signis, rupto lino, aperiatur et recitetur: atque

a) 63 *pepeperit — testamento suo.* Supra etiam codd. *testamento.* b) 63 *ei.* c) 63 *de* pro *et si.* Prima vv. ex sententia ipsa hausta sunt. d) 64 *fideicommissum.*

EPIT. S. GALL.

*Itẽ alia.*[a]) Si quicũq; mulier ingenua post mortẽ mariti sui testamĩtũ fecerit et postea infantẽ habuerit si aliũ testamentũ ñ fecerit ille infans qui postea natus ẽ testamĩtũ priore[b]) rũpet.[c])

*Itẽ alia VII.* Quicũq; omo ingenuos omne suã facultatem cuicũq: si voluerit donare licencia[d]) abeat set tam̃ quartã ad eredes dimittat.[e])

*Itẽ alia.*[a]) Omnes sciant ut post mortẽ ipsius q testamĩtũ facit illi heres ipsũ testamentũ ante iudices aperiatur et ante eos legere faciant[b]) et q ipsũ

a) Om. §. 1. b) 67 *priorẽ.* c) Om. §. 3, 4. d) 67 *licenciã.* e) Om. §. 6—10.
a) 67 om. *Itẽ.* b) 67 *ille heredes — faciat.*

LEX ROM. VISIGOTH.

riatur et recitetur: atque ita describendi exempli fiat potestas: ac deinde signo publico obsignatum in archium redigatur: ut, si quando exemplum eius interciderit, sit, unde peti possit.

INTERPRETATIONE *non eget.*

2.[b]) SENTENTIA. Testamenta in municipiis, coloniis, oppidis, praefectura, vico, castello, conciliabulo facta, in foro vel basilica, praesentibus testibus vel honestis viris, inter horam secundam et decimam diei recitari debebunt exemploque sublato ab iisdem rursus magistratibus obsignari, quorum praesentia constat aperta.

INTERPRETATIONE *non eget.*[c])

3. SENTENTIA. Testamentum lex statim post mortem testatoris aperiri voluit: et ideo, quamvis sit rescriptis variatum, tamen a praesentibus intra triduum vel quinque dies aperiendae sunt tabulae. Ab absentibus quoque intra eos dies, quum supervenerint: nec enim oportet testamentum heredibus aut legatariis aut libertatibus quam necessario vectigali moram fieri.

INTERPRETATIONE *non eget.*

## TITULUS VII. DE LEGE CORNELIA.

1. SENTENTIA. Qui testamentum falsum scripserit, recitaverit, subiecerit, signaverit, suppresserit, amoverit, resignaverit, deleverit, poena legis Corneliae de falsis tenebitur, id est, in insulam deportatur.

INTERPRETATIONE *non eget.*

2.[a]) SENTENTIA. Non tantum is, qui testamentum subiecit, suppressit, delevit, poena legis Corneliae coërcetur, sed et is, qui sciens dolo malo id fieri iussit faciendumve curavit.

INTERPRETATIO.[b]) *Si quis testamentum suppresserit, amoverit, resignaverit, deleverit aut consenserit aut fieri iusserit, ut falsarius in insulam deportetur.*

3.[c]) SENTENTIA. Testamentum supprimit, qui sciens prudensque tabulas testamenti in fraudem heredum vel legatariorum, fideicommissariorum aut libertatum non profert.

INTERPRETATIONE *non eget.*

4.[d]) SENTENTIA. Supprimere tabulas videtur, qui, quum habeat et proferre possit, eas proferre non curat.

INTERPRETATIONE *non eget.*

5. SENTENTIA. Codicilli quoque si lateant, nec proferantur, supprimi videbuntur.

INTERPRETATIONE *non eget.*

6. SENTENTIA. Edicto perpetuo cavetur, ut, si tabulae testamenti non appareant, de earum exhibitione interdicto reddito intra annum agi possit, quo ad exhibendum compellitur, qui supprimit. Tabularum autem appellatione chartae quoque et membranae continentur.

INTERPRETATIONE *non eget.*

## TITULUS VIII. DE INTESTATORUM SUCCESSIONE.*)

1.[a]) SENTENTIA. Inter agnatos et cognatos hoc interest, quod in agnatis etiam cognati continentur: inter cognatos vero agnati non comprehenduntur. Et ideo patruus et agnatus est et cognatus, avunculus autem cognatus tantummodo.

INTERPRETATIO.[b]) *Agnati sunt, qui per virilem sexum descendunt: cognati autem, qui per femineum. Et ideo patrui vel patruorum filii et agnati et cognati sunt: avunculi vero et eorum*) filii cognati sunt, non agnati.*[c])

2.[d]) SENTENTIA. Si sint fratres defuncti et fratris filii vel nepotes, fratre non exsistente, filius fratris nepoti praefertur.

INTERPRETATIONE *non eget.*[e])

3.[f]) SENTENTIA. Feminae ad hereditates legitimas ultra consanguineas successiones non admittuntur: idque iure civili Voconiana ratione videtur effectum. Ceterum lex XII tabularum nulla discretione sexus cognatos admittit.

INTERPRETATIO.[g]) *Feminae nisi fratribus consanguineis intestatis aliter cum agnatis succedere non possunt:* *) *quia nec cognati masculi ad successionem intestatorum vocantur, nisi quando agnatos deesse constiterit. Sane deficientibus agnatis quum cognati succedunt, possunt feminae cum viris, quae aequalis gradus sunt, iure succedere.*

b) Interpretatio in ed. Bou., etsi sequitur *Interpretatione non eget.* Gregor. Turon. vitae Patr. c. 6 §. 5. Testamentum Bertami, episc. Cenomanensis ann. 615 et Hadoindi ann. 642 et Widradi abbat. Flavigniacensis ann. 721. c) In nonn. codd., veluti 4, 34, sequitur §. 2 sq. tit. In codd. 16, 17[a] interponitur h. l. sententia: *Qualiter* (l. *Qui aliter*) *aut alibi quam legem percipitur* (l. *lege praecipitur*) *testamentum aperuerit, recitaverit, pena sestertiorum quinque millium teneatur.*

a) Vid. antec. tit. not. *c.* Interpretatio in codd. 4, 13, 14 et sec. Sich. in Argent. cod.; om. in cod. 30; commixta est cum interpr. in cod. 19. b) Suspecta est haec interpr., deest enim in plerisque vetustissimisque codd., etiam in 1, 2 et in edd. Sich. Bou. c) Deest in codd. 32, 33; interpr. est in cod. 13. d) Deest in codd. 32, 33.

*) Primum in edd. Aur. Lugd. ex Coll. XVI, 3 tredecim sententiae initio h. t. add. sunt. a) Deest in codd. 21, 22, 25—28. b) Capit. ann. 744 c. 19. Ben. Lev. III, 341. Ivo, Decr. XVI, 326. 19 om. interpr. *) Quae de avunculorum filiis dicta sunt, add. interpres. c) In ed. Bou. add. *Interpretatione non eget.* Primum in edd. Aur. Lugd. add. sunt ex Coll. tres §phi. d) 26 om. sent. e) In cod. 26 post hanc §. est lacuna usque ad §. 11 h. t., etsi continuo scripserit librarius. In edd. Cui. et Aur. Lugd. primum add. est §. ex Coll. l. c. f) Sent. om. 21, 22, 25, 28; interpr. est in codd. 13, 15. g) Interpr. om. 25, 26. Sent. est in ed. Bou. et cohaeret cum §. 4. *) Haec ab interpr. add. sunt.

EPIT. AEG.

recognoscant. Et quum fuerit recitatum, describendi[a]) exempli fiat potestas, et sit per ipsum, unde peti possit.[b])

Post mortem testatoris inter praesentes infra quinque dies aperiantur[c]) tabulae, inter absentes, quum supervenerint; nec enim oportet testamentum[d]) heredibus aut legatariis aut libertatibus quasi necessario vectigali moram fieri.

## TIT. VII. DE LEGE CORNELIA.[a])

Si quis testamentum suppresserit, amoverit, scripserit, resignaverit, deleverit aut consenserit aut fieri iusserit, ut falsarius in insulam deportetur[b]).

Supprimere chartas testamenti vel codicilli[c]) videtur, qui, quum habeat et proferre[d]) possit, eas proferre non curat.

## TIT. VIII. DE INTESTATORUM SUCCESSIONE.

Agnati sunt, qui per virilem sexum descendunt, cognati autem, qui per femineum. Patrui vero eorumque filii et[a]) agnati sunt et cognati; avunculi autem avunculorumque filii cognati sunt tantummodo.

Si sint fratres[b]) defuncti et fratris filii vel nepotes, fratre non exsistente, filius fratris nepoti praefertur. Filius[c]) fratris intestati filio sororis praefertur.

Feminae[d]) nisi fratribus consanguineis intestatis aliter cum agnatis succedere non possunt: quia nec cognati masculi in successionem intestatorum vocantur, nisi quando agnatos deesse constiterit. Sane deficientibus agnatis quum cognati[e]) succedunt, feminae cum viris, quae aequales gradu sunt, iure succedere possunt.

a) Multi codd. *dividendi.* Aeg. *discribendi.* b) Om. §. 2. c) Aeg. et nonn. codd. *aperientur.* d) Nonn. codd. *per testamentum*, quod mihi placet.

a) Om. §. 1, 3, 5, 6. Sed vid. not. *c.* b) Nonn. codd. *deputetur.* c) Ex c. 5 h. t. d) Aeg. et nonn. codd. *proferri.*

a) Nonn. codd. om. *et — filii.* b) Aeg. et nonn. codd. *fratris.* c) Haec unde sumserit epit., nescio. Schultingio videntur supervacua esse, quum h. l. sermo sit de solis agnatis, inter quos non est sororis filius. In codd. 46, 47, 52 om. *Filius — praefertur.* d) Aeg. et codd. *Foemineae.* e) Plerique codd. et Aeg. *cognatis.* Nonn. codd. *succedunt, possunt feminae cum — succedere.*

## EPIT. GUELPH.

gnis. aperiatur. et exinde exemplaria fieri. et sic in arciuo reponi.

II. Testamentum ubi aperire dibiat. in locis. publicis. ante horam secundam et decima diei. recitare ante curiam debere.

III. Testamento qualiter aperire dibiat. mortuo testatore. intra biduo. aut quinque dies. a presentibus testibus.

### VII DE LEGE CORNILIA
tl· VIIII. ·ζ· XV.[a])

·I· Si q̃ fraudem. in testamento. fecerit. exilio deportandos.

II· Si q̃ fraudem. iusserit in testamento. id' q supra.

III Si q̃ testamentum non proferit. suppremitur.

IIII· Id' q supra.[b])

V. Testamentum. qui subpremit. exhybere conpellitur.

### VIII DE INTESTATORUM SUCCESSIONEM.
tl· V. ζ· I· l X pl· I. ζ· X.[a])

I. Qui dicantur agnati et cognati ·.· agnati sunt qui per uirilem sexum discindent. cognati. qui per femineum.

II Fratre mortuo filius fratris. nepoti prefertur.

III Femine tantum fratribus in hereditatem succedant.

a) C. Th. IX, 15. b) §. 5 om. est.
a) C. Th. V, 1. Paul. IV (?), 10 s. 9.

## EPIT. MONACHI.

ita describendi exempli fiat potestas: ac deinde signo publico obsignatum in archivum redigatur, ut, si quando exemplum eius interciderit, sit, unde peti possit.

Testamenta in municipiis, colonia, oppidis, praefectura, vico, castello, conciliabulo facta in foro vel in basilica praesentibus testibus vel honestis viris inter horam secundam et decimam diei recitari debebunt exemploque sublato ab iisdem magistratibus rursus obsignari, quorum praesentia constat apertum.

Testamentum lex post mortem defuncti testatoris aperire voluit, et ideo, quamvis sit rescriptis variatum, tamen a praesentibus intra triduum vel quinque dies aperiendae sunt tabulae, absentibus quoque intra eosdem dies, quum supervenerint, nec enim oportet testamentum heredibus aut legatariis vel libertatibus quam necessario vectigale moram fieri.

### VII. DE LEGE CORNELIA.

Qui testamentum falsum scripserit, recitaverit, subiecerit, suܘscripserit, amoverit, resignaverit, deleverit, poena legis Corneliae coercetur[a]).

Non tantum is, qui testamentum subiecit, suppressit, delevit, poena legis Corneliae coercetur, [b]) sed et is, qui dolo malo id fieri iussit faciendumque curavit.

Testamentum supprimit, qui sciens alienum testamentum nec profert.

Similiter de tabulis

vel codicillis vel libertatum[c]) titulis.

Edicto perpetuo cavetur, vel si tabulae testamenti non appareant, de earum exhibitione interdicto reddito intra annum agi possit, quo ad exhibendum compellatur, qui supprimit. Tabularum autem appellatione cartae et membranae quoque continentur.

### VIII. DE INTESTATORUM SUCCESSIONE.

Inter agnatos et cognatos hoc interest, quod in agnatis etiam cognati continentur. Inter cognatos vero agnati non comprehenduntur.

Agnati sunt, qui per virilem sexum descendunt: cognati autem, qui per femineum. Et ideo patrui vel patronorum filii et agnati sunt et cognati; avunculi vero et avunculorum filii cognati sunt et non agnati.

Si sunt*) fratres defuncti et fratres filii vel nepotes, fratre non exsistente filius fratris nepoti praefertur.

Feminae nisi fratribus consanguineis intestatis aliter cum agnatis succedere non possunt, quia nec cognati masculi ad successionem intestatorum vocantur, nisi quando agnatos deesse constiterit. Sed deficientibus agnatis cognati succedunt, possunt feminae cum viris, quae aequales gradu sunt, iure succedere.

a) 63 add. *in insula deputatus.* b) 63 add. *Non tantum is, qui testamentum subiecit, suppressit, delevit, poena legis Corneliae cohercetur.* c) Ex §. 3.
*) 63 *sint.*

## EPIT. S. GALL.

firmaverunt suas. suscripciones recognuscant et cui alique donavet aut si livertos fecit de ipsũ testam̃tũ eximplarias tollantur et unusquisq: sua firmitatẽ secũ portent ut illũ testam̃tum sup segillatũ in regestorio domenico deponatur[c]).

*VIII. Itẽ alia* qui testam̃tũ alterius p qualecũq; ingenio falsaverit ad legẽ cornilie[a]) iudicetur tã ille qui eũ fraudavet aut delivet[b]) quã omnes q in talem excelũs[c]) ei consenciunt.

*Ĩt alia.* Si cuicũq: testam̃tus fraudatus fuerit infra annũ illũ requirere debet ut postea suam causam ñ perdat.

*Ĩt alia.* Patruus et agnatus qd̃ in lege dicit' illi s̃ qui ad patrẽ ptinent ac ẽ fratrẽ[d]) patris vel alii patres propinqui. nã qui ad matre ptinent illi dicuntur abuncoli et cognati.*)

*VIIII. Itẽ alia.* Ille homo qui sic moritur qui testam̃tũ ñ faciat[a]) sua ereditas ad suos filios debet pvenire et si filii ñ sunt ad suos propincos qui de patre sunt ipsa hereditas pveniat nã ipsa hereditas ad feminas venire ñ potẽ excepto si mascoli ñ fuerint parentes matres[b]) tunc in ipsa hereditate succedant.[c])

c) 67 *aliquid donavit—portet et—reponatur.* Om. §. 2, 3.
a) 67 *a lege cornilia.* b) 67 *delev̄.* c) 67 *tale scelus.* Ultima vv. ex §. 2 h. t. hausta videntur. Om. §. 3—5. d) 67 *patrẽ.* *) Om. §. 2.
a) 67 *facit.* b) 67 *matris* et infra *succedunt.* c) Om. §. 4—6.

LEX ROM. VISIGOTH.

4.[h]) SENTENTIA. In hereditate legitima successioni locus non est. Et ideo fratre decedente, antequam adeat aut repudiet hereditatem, fratris filius admitti non potest: quia omnis successio proximiori defertur.

INTERPRETATIO.[i]) *Si quando quis intestatus moriatur, qui fratrem et fratris filium derelinquat, ad fratrem, non ad fratris filium, hereditas pertinebit. Quod si frater defuncti hereditatem repudiaverit vel adire noluerit, tunc fratris filius hereditatem patrui sibi non poterit vindicare.*

5.[k]) SENTENTIA. Ab hostibus captus neque sui, neque legitimi heredis ius amittit postliminio reversus. Quod et circa eos, qui in insulam deportantur vel servi poenae effecti sunt, placuit observari, si per omnia in integrum indulgentia principali restituantur.

INTERPRETATIONE *non eget.**)

6. SENTENTIA. Pro herede gerere est destinatione futuri dominii aliquid ex hereditariis rebus usurpare. Et ideo pro herede gerere videtur, qui fundorum hereditariorum culturas rationesque disponit et qui servis hereditariis, iumentis rebusve aliis utitur.

INTERPRETATIONE *non eget.*

7.[l]) SENTENTIA. Ex pluribus heredibus iisdemque legitimis, si qui omiserint hereditatem vel in adeundo aliqua ratione fuerint impediti, his, qui adierunt vel eorum heredibus omittentium portiones accrescunt. Quod in herede instituto eum, qui acceperat substitutum, evenire non poterit: diversa enim causa est scripti et legitimi.

INTERPRETATIO.[m]) *Si quando multi heredes legitimi fuerint derelicti et aliqui eorum hereditatem praetermiserint vel adire noluerint, portiones eorum, qui omiserint vel adire noluerint, his legitimis, qui adierint, acquiruntur. Sed in herede instituto, cui alter substitutus est, alia conditio est: quia in heredibus scriptis testamenti ordo tenendus est, ut institutis vel substitutis de adeunda hereditate scripturae forma servetur.*

8.[n]) SENTENTIA. Matres tam ingenuae, quam libertinae, cives Romanae, ut ius liberorum consecutae videantur, ter et quater peperisse sufficiet, dummodo vivos et pleni temporis pariant.

INTERPRETATIONE *non eget.*

9.[o]) SENTENTIA. Quae semel uno partu tres filios edidit, ius liberorum non consequitur: non enim ter peperisse, sed semel partum fudisse videtur; nisi forte per intervalla pariat.

INTERPRETATIONE *non eget.*

10.[p]) SENTENTIA. Mulier, si monstrosum aliquid aut prodigiosum enixa sit, nihil proficit: non sunt enim liberi, qui contra formam humani generis converso more procreantur.

INTERPRETATIONE *non eget.*

11.[q]) SENTENTIA. Partum, qui membrorum humanorum officia ampliavit, quia hac ratione aliquatenus videtur effectus, matri prodesse placuit.

INTERPRETATIONE *non eget.*[r])

12. SENTENTIA. Septimo mense natus matri prodest: ratio enim Pythagorei numeri hoc videtur admittere, ut aut septimo pleno aut decimo mense partus maturior videatur.

INTERPRETATIONE *non eget.*

13.[s]) SENTENTIA. Aborsus vel abactus venter partum efficere non videtur.

INTERPRETATIONE *non eget.*

14.[t]) SENTENTIA. Libertina ut ius liberorum consequi possit, quater eam peperisse sufficit.

INTERPRETATIONE *non eget.*

## *) TITULUS IX. AD SENATUSCONSULTUM TERTULLIANUM.

1. SENTENTIA. Latina ingenua ius Quiritium consecuta, si ter peperit, ad legitimam filii hereditatem admittitur: non est enim manumissa.

**) INTERPRETATIONE *non eget.*

2.[a]) SENTENTIA. Ius liberorum mater habet, quae tres filios aut habet aut habuit: aut neque habet, neque habuit. Habet, cui supersunt: habuit, quae amisit: neque habet, neque habuit, quae beneficio principis ius liberorum consecuta est.

INTERPRETATIONE *non eget.*[b])

h) Sent. om. 21, 25, 28. i) 19 om. interpr. k) Sent. om. 22. *) H. l. falsa interpr. ex Aeg. primum inculcata est in Aur. Lugd. edd. l) Deest in codd. 21, 22, 28. Vid. supra III, 11, 4, not. *g* et infr. V, 4, 13. m) Sent. in codd. 5, 9, ed. Bou.; 19 om. interpr. Interpres non respexit vv. Pauli *vel in adeundo fuerint impediti.* Multi codd. om. *portiones—noluerint.* n) Interpr. in cod. 13. In edd. inde a Cuiac. ann. 1558 huic §. praeposita est rubr. *Ad Senatusconsultum Tertullianum.* Vid. supr. praef. cap. I. o) Deest in codd. 23, 24, 28, 35; interpr. in ed. Bou. p) Interpr. in codd. 5, 9, ed. Bou. q) §. 11, 12 in ed. Bou. interpr. siglum habent, etsi ad 12 add. *Interpretatione non eget.* r) Pro his verbis in Aurel. edit. primum falsa interpr. addita est ex Aeg. s) Deest in cod. 26. t) Interpr. in codd. 5, 9, 13, ed. Bou., etsi hic sequatur *Interpretatione non eget.*

*) Vid. tit. antec., not. *n.* **) Pro his vv. primum in ed. Cuiac. a. 1586 falsa interpr. addita est ex epit. monachi. a) Sent. om. 21, 26, 32; interpr. in cod. 15. b) Falsa interpr. primum add. est in edd. Aur. Lugd. ex Aeg. Eam in rec. edd. sequitur sententia ex L. R. B. tit. XXVIII. Praeterea Cuiac. in ed. a. 1558 tit. ad Sc. Orphitianum inculcavit ex append. Br. Al.

EPIT. AEG.

Si quando quis intestatus moriatur, qui fratrem et fratris filium derelinquat, ad fratrem, non ad fratris filium hereditas pertinet. Quod si frater defuncti hereditatem repudiaverit vel adire noluerit, tunc fratris filius hereditatem patrui sibi poterit vindicare.

Ab hostibus captus, postliminio reversus, ab insula vel a servitio reductus, hereditatem[f]) sibi debitam capiat.[g])

Si aliqui ex legitimis heredibus hereditatem eorum praetermiserint vel adire noluerint[h]) et in adeundo aliqua ratione fuerint impediti, portiones eorum, qui adire noluerint, illis, qui adierunt, acquiruntur.[i])

Mulier, quae semel uno partu tres vel duos filios ediderit[k]), ius liberorum non consequitur: non enim ter peperisse, sed semel partum fudisse videtur, nisi forte per intervalla pariat.

[l]) Mulier, si monstrosum aliquid enixa sit, nihil proficit. Non sunt enim liberi, qui contra formam humani generis converso more procreantur.

Duplicata etenim membra non imputantur.[m])

### TIT. IX. AD SENATUSCONSULTUM TERTULLIANUM.

Ingenua, si tres partus ediderit, ad legitimam filii hereditatem admittitur.

Ius liberorum mulier consequitur, quae filios non habuit, si beneficio principis hoc potuerit obtinere.

f) Apud Aeg. add. *eorum.* g) Om. §. 6. h) Nonn. codd. om. *vel ad. noluerint.* i) Om. §. 8. k) Aeg. *aediderit.* l) In cod. 54 add. *Si mulier monstruosum aut contra formam ediderit.* m) Ita Aeg. Nonn. codd. *Duplicato membro non impeditur.* Omnes codd. *impeditur,* praeter 53, ubi tota haec sent. deest. §. 12—14 om.

## EPIT. GUELPH.

IIII De fructu non fratres filius. sed frater succedit.

V Ab hostibus captus heredis. ius. non admittit.

VI· Pro herede gerere quid sit. si q de hereditariis. rebus aliquis. usurpauerit. pro herede gerere uidetur.

VII Si sint pluris. heredes. et aliquid eorum hereditate non adent de heredibus ordi[b]) tenendus. ad illus qui adierint. totum perteniat.

VIII. Ius liberorum quomodo abiant.[c]) si eas. ter et quater peperisse consteterit.

VIIII Que semel. III uel. II. peperit ex hoc. ius. liberorum non consequitur.

X Si mulier monstruosum. enaxa sit. filii. non conputandi.

XI· De membrorum officia duplicata. porcio eius. matri adqueritur.

XII. Si septemo minse. quis natus sit idem. q. sup.

XIII De aburso uel abactu. uentris. partum non conpotari.

XIIII Libertina. quomodo ius. liberorum abiat ut ea quater peperisse. constet.

VIII[a]) DE SENATUSCONSULTO TERTULIANO.

I· Si latina ingenua. ius. abeat liberorum quater peperit. ad hereditatem filii succedit.

II· Ius liberorum quomodo matris. consequantur habet q supersunt. abuitq. amisit.

b) Leg. *adeant — ordo.* c) i. e. *habeant.*

a) Err. pro *VIIII.*

## EPIT. MONACHI.

Si quando quis intestatus moriatur, qui fratrem et fratris filium derelinquat, ad fratrem, non ad fratris filium hereditas pertinet. Quod si frater defuncti hereditatem adire noluerit, tunc fratris filius eam sibi vindicet.

[a]) Ab hostibus captus neque sui neque legitimi heredis ius amittit postliminio reversus. Ei omnia sub integro restituantur.

Pro herede gerere videtur, qui fundorum hereditariorum culturas rationesque disponit, et qui servis hereditariis, iumentis rebusque aliis utitur.

Si quando unus ex legitimis heredibus hereditatem praetermiserit vel adire noluerit, portionem eius hi legitimi, qui adierunt, acquiruntur. Sed in herede instituto, cui alter substitutus est, testamenti ordo tenendus est.

[b]) Matres tam ingenuae quam libertinae cives Romanae, ut ius liberorum consecutae videantur, ter et quater peperisse sufficit, dummodo vivos et pleni temporis pariant.

Quae semel uno partu tres vel duos filios edidit, ius liberorum non consequitur, non enim ter peperisse, sed semel partum fudisse videtur, nisi forte per intervalla pariat.

[c]) Mulier, si monstruosum aliquid aut prodigiosum enixa sit, nihil proficit, quia non sunt filii.

Partum, qui membrorum humanorum officia duplicavit, matri prodesse placuit.

Septimo mense natus matri prodest.

Aborsus et abactus venter partum efficere non videtur.

Libertina ut ius liberorum consequi possit, quater eam peperisse ut ingenuam sufficit.

### IX. DE SENATUSCONSULTO TERTULLIANO.

Latina[a]) ingenua ius Quiritium consecuta, si ter peperit, ad legitimam filii hereditatem admittitur, non est enim manumissa. Ius Quiritium, hoc est, quae civitatem Romanam non est consecuta.[b])

Ius liberorum mater habet, quae tres filios aut habet aut habuit, neque habet neque habuit, quae[c]) ius liberorum beneficio principis consecuta est.

a) 64 add. *De Captivo.* Infra codd. *heredes — postliminium.* b) 64 add. *De Ius Liberorum.* c) 64 add. *De Munstruo,* sed om. *Mulier si.*

a) Ita 64. Rell. *Lata.* b) Vid. ipsum Brev. not. ** h. t. c) Des. nonn. vv.; vid. §. 2 h. t. in Brev. Al.

## EPIT. SELD.

### IX. DE SENATUSCONSULTO TERTULLIANO.

Latina ingenua ius Quiritium, hoc est, civitatem Romanam consecuta, si ter peperit, ad legitimam filii hereditatem permittitur.

Ius liberorum habet, quae tres filios aut habuit aut habet. Principis etiam beneficio, si filios non habet, ius liberorum consequitur.

## EPIT. S. GALL.

*Itē alia.* Qui p testamentum suā facultate inī suos[a]) heredes n̄ dividet si vero multi heredes sunt et post mortē parentū[b]) suorū alteri de ipsis volunt devidere et alteri[c]) p malū ingeniū forsitan n̄ volunt dividere lex talī p̄cipit ut illi q. dividere n̄ volunt suā porcionē pdant et illi q. dividere volunt et suas et illorū porciones in integro adqrant.

X. *Īt alia.* DE IUS LIBERORŪ.

*Intp̄.*[a]) Mulier ingenua aut q. civinca romana[b]) lib̄ta dimissa ē tunc ē ius liberorū consecuta cū aut. III aut IIII partus habuerit.[c]) qd̄ si gemellus infantes habuerit p uno partu reputet'[d]); Nā si III aut quatuor vices n̄ peperit ius liberorū habere n̄ potē.[e]) qd̄ si ipsa mulier talē infantē habuerit q. tota mēbra sic n̄ habeat sic[f]) alteri homines ipse partus p libero n̄ amittat'. Nā[g]) si digitus duplos aut aures habuerit ipse partus p libero reputabit'[h]).

*Īt alia.* Infans qui in septimo aut in[i]) Xmo mense natus fuerit p legitimo partu reputabit' et cive[k]) romana ingenua. Si quatuor filios legitimus tēpus natus Ī sana corpore peperit ius liberorū habet et testam̄tū facere possunt[l]).

a) 67 *facultatē inter sui.* b) 67 *parentorū.* c) 67 *alii.*

a) 67 om. *De ius lib. Intp.* b) 67 *q: civem q: rom.* Infra *partos.* c) Sqq. ex §. 9 h. t. sumta sunt. d) 67 *reputatur.* e) 67 *podent.* Quae sequuntur ex §. 10 h. t. hausta sunt. f) 67 add. *et.* g) Rell. ex §. 11 h. t. h) 67 *digitos — aure habuerint — computabitur.* i) 67 om. *in.* k) Rell. videntur ex §. ult. h. t. hausta esse. 67 *civē.* l) 67 *legitimū temp. natos vel sano — potest.* Om. §. 13, 14 et titt. IX. et X.

LEX ROM. VISIGOTH.

## TITULUS X. DE GRADIBUS.[a])

1. Sententia. Primo gradu superiori linea continentur pater mater: inferiori filius filia: quibus nullae aliae personae iunguntur.

Interpretatione *non eget.*[b])

2.[c]) Sententia. Secundo gradu continentur superiori linea avus avia: inferiori nepos neptis: transversa frater soror: quae personae duplicantur: avus enim et avia tam ex patre, quam ex matre: nepos neptis tam ex filio, quam ex filia: frater soror tam ex patre, quam ex matre accipiuntur. Quae personae sequentibus quibuscunque gradibus similiter pro substantia earum, quae in quoquo gradu consistunt, ipso ordine duplicantur.

Interpretatio.[d]) *Istae personae in secundo gradu ideo duplices appellantur, quia duo avi sunt, paternus et maternus*[e]). *Item duo genera nepotum sunt, sive ex filio, sive ex filia procreati. Frater et soror ex transverso veniunt, id est aut frater patris aut frater matris, qui aut patruus aut avunculus nominatur: qui et ipsi hoc ordine duplicantur.*

3. Sententia. Tertio gradu veniunt, supra proavus proavia: infra pronepos proneptis: ex obliquo fratris sororisque filius filia; patruus amita, id est, patris frater et soror: avunculus matertera, id est, matris frater et soror.

Interpretatione *non eget.*

4.[f]) Sententia. Quarto gradu veniunt, supra abavus abavia: infra abnepos abneptis: ex obliquo fratris et sororis nepos neptis, frater patruelis, soror patruelis, id est, patrui filius filia: consobrinus consobrina, id est, avunculi et materterae filius filia; amitinus amitina, id est, amitae filius filia: itemque consobrini, qui ex duabus sororibus nascuntur. Quibus accrescit patruus magnus, amita magna, id est, avi paterni frater et soror: avunculus magnus, matertera magna, id est, aviae, tam paternae, quam maternae, frater et soror.

Interpretatio.[g]) *Haec plus exponi opus non est, quam lex ipsa declarat.*

5.[h]) Sententia. Quinto gradu veniunt, supra quidem atavus atavia: infra atnepos atneptis: ex obliquo fratris et sororis pronepos proneptis, fratris patruelis, sororis patruelis, amitini amitinae, consobrini consobrinae filius filia, propius sobrinus sobrina, id est, patrui magni, amitae magnae, avunculi magni, materterae magnae filius filia. His accrescunt propatruus proamita: hi sunt proavi paterni frater et soror: proavunculus promatertera: hi sunt proaviae paternae maternaeque frater et soror, proavique materni.

Interpretatio.[i]) *Haec species nec aliis gradibus, quam scripta est, nec aliis vocabulis declarari potest.*

6.[k]) Sententia. Sexto gradu veniunt, supra tritavus tritavia: infra trinepos trineptis: ex obliquo fratris et sororis abnepos abneptis, fratris patruelis, sororis patruelis, amitini amitinae, consobrini consobrinae nepos neptis: patrui magni, amitae magnae, avunculi magni, materterae magnae nepos neptis, id est, propioris sobrini filius filia, qui consobrini appellantur. Quibus a latere accrescunt propatrui proamitae, proavunculi promaterterae filius filia: abpatruus abamita; hi sunt abavi paterni frater et soror: abavunculus abmatertera; hi sunt abaviae paternae maternaeque frater et soror, abavique materni.

Interpretatione *non eget.*

7.[l]) Sententia. Septimo gradu qui sunt cognati, recta linea supra infraque propriis nominibus non appellantur: sed ex transversa linea continentur fratris sororisve atnepos atneptis, consobrini filii filiaeque.

Interpretatio.[m]) *Haec quoque explanari amplius non potest, quam ut auctor ipse disseruit.*[n])

8.[o]) Sententia. Successionis idcirco gradus septem constituti sunt, quia ulterius per rerum naturam nec nomina inveniri, nec vita succedentibus prorogari potest.

Interpretatio.[p]) *In his septem gradibus omnia propinquitatum nomina continentur: ultra quos nec affinitas inveniri, nec successio potest amplius propagari.*

a) Totus tit. est in Lege Visigothor. IV, 1. Burch. Decr. VII, 28. Ivo, Pann. VII, 89 et Decr. IX, 64. Decr. Grat. cau. 35, qu. 5, c. 6, sed Burch. Ivo, Grat. sine interpr. §. 4. In rec. edd. primo loco posita est l. 9 D. de Gradibus (XXXVIII, 10). b) Vid. supr. III, 9, 33 not. *l*. c) Sent. om. 22, 24—28; 1, 2, alii codd. om. *nepos—ex matre*, alii *Quae* etc. d) Deest in cod. 19; in nonn. codd. om. v. *Interpretatio*, quasi h. l. sent. sit. e) Multi codd. *duo avi, et paternus est et maternus;* sic quoque 1, 2. In seqq. partim erravit interpres. f) In cod. 19 haec sent. mutila est. g) Interpr. deest in multis codd.; in aliis cohaeret cum sent., ut ap. Bou. h) In 19 sent. mutila est. In cod. 23 §phi 5 et 6 post Novellas positae sunt una cum stemmatibus cognationum; haec sequitur Gaius. i) Interpr. deest in multis codd., in aliis cohaeret cum sent., ut ap. Bou. k) Vid. supr. II, 24, 5 not. *g*. In 19 mutila est. l) In 19 mutila est. m) In cod. 7 add. §. 4 inde a vv. *fratris et sororis.* n) Interpr. in multis codd., ap. Ivonem, Grat. Bou. reiecta est ad §. 6 et cum ea coniuncta; ap. Sich. quoque subiecta est §. 6; om. in codd. 13, 14, 19, 25, 27. o) Vid. supr. III, 9, 17 not. *u*. Sent. om. 21, 25—27. p) Add. Capit. IV, 74. Infra *affinitas* pro *cognatione.*

EPIT. AEG.

### TIT. X. DE GRADIBUS.

Primo gradu superiori linea continentur pater mater: inferiori filius filia, quibus[a]) nullae aliae personae iunguntur.

Secundo gradu continentur superiori linea avus avia, inferiori nepos neptis, transversa[b]) frater soror, quae personae[c]) duplicantur. Avus enim et avia tam ex patre quam ex matre, nepos neptis tam ex filio quam ex filia, frater soror tam ex patre quam ex matre*) accipiuntur. Quae personae sequentibus quoque gradibus similiter pro substantia earum, quae in quo gradu consistunt, ipso ordine duplicantur.

[d]) Istae personae in secundo gradu ideo duplices appellantur, quia duo avi et paternus est et maternus. Item duo genera nepotum sunt, sive ex filio sive ex filia procreati. Frater et soror ex transverso veniunt, id est aut frater patris aut frater matris, qui[e]) aut patruus aut avunculus nominatur, qui et ipsi hoc ordine duplicantur.

Tertio gradu veniunt supra proavus proavia, infra pronepos proneptis: ex obliquo fratris sororisque filius filia, patruus amita, id est patris frater*) et soror, avunculus matertera, id est matris frater et soror.

Quarto gradu veniunt supra abavus abavia, infra abnepos abneptis, ex obliquo fratris et sororis nepos neptis, frater[f]) patruelis, soror patruelis, id est patrui filius filia: consobrinus consobrina, id est avunculi et materterae filius filia: amitinus amitina, id est*) amitae filius filia: itemque consobrini, qui[g]) ex duabus sororibus nascuntur. Quibus accrescit patruus magnus, amita magna, id est avi paterni frater et soror: avunculus magnus, matertera magna, id est aviae tam paternae quam maternae frater et soror.

Hic plus exponi opus non est, quoniam[h]) lex ipsa declarat.

Quinto gradu veniunt supra quidem atavus atavia, infra adnepos adneptis: ex obliquo fratris et sororis pronepos proneptis, fratres patrueles, sorores patrueles[i]), amitini amitinae, consobrini consobrinae filius filia, propius sobrinus sobrina, id est patrui magni, amitae magnae, avunculi magni, materterae magnae filius filia: quibus accrescunt propatruus proamita: hi sunt proavi materni frater et soror, proavunculus promatertera, hi sunt proaviae paternae maternaeque frater et soror proavique materni[k]).

Haec species[l]) nec aliis gradibus, quam scripta est, nec aliis vocabulis declarari potest.

Sexto gradu veniunt supra tritavus tritavia, infra trinepos trineptis, ex obliquo fratris et sororis abnepos abneptis, fratris patruelis, sororis patruelis, amitini amitinae, consobrini consobrinae: patrui magni, amitae magnae, avunculi magni, materterae magnae[m]) nepos neptis: propioris sobrini filius filia, qui consobrini appellantur. Quibus ex latere accrescunt propatrui proamitae, proavunculi promaterterae filius filia, abpatruus abamita[n]); hi sunt abavi paterni frater et soror, abavunculus abmatertera: hi sunt abaviae paternae maternaeque frater et soror abavique materni.

Haec[o]) quoque amplius explanari non potest, quam auctor ipse disseruit.

Septimo gradu qui sunt cognati, recta linea supra infraque propriis nominibus non appellantur: sed ex transversa linea continentur fratris sororis adnepos adneptis, consobrini filii filiaeque.

Successionis idcirco gradus septem constituti sunt, quia ulterius per rerum naturam nec nomina inveniri, nec vita succedentibus prorogari potest.

In his septem gradibus omnia propinquitatum nomina[p]) continentur, ultra quos nec affinitas inveniri, nec successio potest amplius propagari.

a) Aeg. et nonn. codd. *quibusque.* b) Nonn. codd. *n. et conversa* s. *et versa.* 57 om. *nepos—ex matre.* c) In nonn. codd. add. *sequentibus.* 53 *publicantur.* *) 54 *ex matre consobrinus consobrini id ē avunculi et materterae filius filia accipiuntur.* d) H. l. in nonn. codd. add. v. *Interpretatio.* e) Codd. et Aeg. *quia.* *) Nonn. codd. om. *frater—id est.* f) Om. Aeg. et nonn. codd. *) *filius—id est* om. in cod. 53, 54, aliis. g) Aeg. *quia.* h) Ita nonn. codd.; Aeg. *q̂m.* i) Leg. *fratris patruelis, sororis patruelis.* k) Ita nonn. codd.; alii et Aeg. *proaviaque materna.* l) Aeg. et nonn. codd. *spes.* m) In Aeg. repet. *avunculi magni.* n) Aeg. et nonn. codd. *adpatruus adamita.* o) Ex interpr. §. 7. Pro *potest* Aeg. *possunt.* p) Hic terminatur cod. 53.

EPIT. GUELPH.

X DE GRADIBUS.

Qui sint. de propinquis. proximo uel secundů gradu. usque ad septimum.[a])

a) Rell. omnia desunt.

EPIT. MONACHI.

X. DE GRADIBUS.

Primus gradus superiore linea continetur pater mater, inferiori filius filia, quibus nullae aliae personae iunguntur.

Istae personae in secundo gradu ideo duplices appellantur, quia duo avi[a]), paternus et maternus. Item duo genera nepotum sunt, sive ex filio vel ex filia procreati. Frater et soror ex transverso veniunt, id est aut frater patris aut frater matris, qui[b]) aut patruus aut avunculus nominatur: qui et ipsi hoc ordine duplicantur.

Tertio gradu veniunt supra proavus proavia, infra pronepos proneptis: ex obliquo fratris sororisque filius filia; patruus amita, id est patris[c]) frater et soror, avunculus, hoc est frater matris, matertera est soror matris.

Quarto gradu veniunt supra abavus abavia, infra abnepos abneptis, ex obliquo fratris et sororis nepos neptis, frater patruelis, soror patruelis, id est patrui filius filia, consobrinus consobrina, id est avunculi et materterae filius filia: amitinus amitina, id est amitae filius filia: item consobrini, qui ex duabus sororibus nascuntur. Quibus accrescit patruus magnus, amita magna, id est avi paterni frater et soror, avunculus magnus et matertera magna, id est aviae tam paternae quam maternae frater et soror.

Quinto gradu veniunt supra quidem atavus atavia, infra abnepos abneptis, ex obliquo fratris et sororis pronepos proneptis, fratris patruelis, sororis patruelis, amitini amitinae, consobrini consobrinae filius filia, propius sobrinus sobrina, id est patrui magni, amitae magnae, avunculi magni, materterae magnae filius filia. His accrescunt propatruus proamita; hi sunt proavi magni frater et soror, proavunculus promatertera; hi sunt proavi paterni maternique.

Haec species declarantur.

Sexto gradu veniunt supra tritavus tritavia: infra trinepos trinepta, ex obliquo fratris et sororis abnepos abneptis, fratris patruelis, sororis patruelis, amitini amitinae, consobrini consobrinae[d]), patrui magni, amitae magnae, avunculi magni, materterae màgnae nepos neptis, [e])propioris sobrini filius filia, qui consobrini appellantur. Quibus ex latere accrescunt propatrui proamitae, proavunculi promaterterae filius filia et patruus adamita[f]); hi sunt abavi paterni maternique frater et soror, abavunculus abmatertera; hi sunt abavi paterni maternique[g]) frater et soror abavique materni.

Septimo gradu qui sunt cognati, recta[h]) linea supra infraque propriis nominibus non appellantur; sed ex transversa linea continentur fratris sororisque abnepotes abneptes, consobrini filii filiae.

Quae successiones idcirco gradu septimo constitutae sunt, quia ulterius per rerum naturam nec nomina inveniri, nec vita succedentibus propagari potest.

In his septem gradibus omnia propinquitatum nomina continentur, ultra quas nec affinitas inveniri, nec successio potest amplius propagari.

a) Ita 63, rell. *alii.* b) Ita 63; 64 *quia ut.* 62 *quia.* Infra 63, 64 *qui et,* 62 *quia et.* c) 63, 64 *patruus.* d) Om. *nepos neptis.* e) Om. *id est.* f) Leg. *abpatruus abamita.* g) Leg. *abaviae paternae maternaeque.* h) Codd. *relicta.*

LEX ROM. VISIGOTH.

## TITULUS XI. DE MANUMISSIONIBUS.

1.[a]) Sententia. Servum communem unus ex dominis manumittendo Latinum facere non potest, nec magis quam civem Romanum: cuius portio eo casu, quo, si proprius esset, ad civitatem Romanam perveniret, socio accrescit.

Interpretatio. *Si aliquis servum communem manumiserit, eundem manumittendo nec Latinum, nec civem Romanum facere potest: et ideo portio eius manumissori perit et alteri domino ex integro, quasi eius tantum proprius fuisset, acquiritur.*

2. Sententia. Mutus et surdus servum vindicta liberare non possunt, inter amicos tamen et per epistolam manumittere non prohibentur. Ut autem ad iustam libertatem pervenire possit, conditione venditionis excipi potest.

Interpretatione *non eget.*

3.[b]) Sententia. Tormentis apud praesidem subiectus et de nulla culpa confessus ad iustam libertatem perduci potest.

Interpretatione *non eget.*

4.[c]) Sententia. Fideicommissa libertas data facto heredis non mutatur, si servum, quem manumittere iussus est, vinxerit.

Interpretatio.[d]) *Per fideicommissum data libertas ab herede per hoc revocari non potest, si servum, quem manumittere iussus est, crimine obiecto in vincula redegerit.*

5.[e]) Sententia. Communem servum unus ex sociis vinciendo futurae libertati non nocebit: inter pares enim sententias clementior severiori praefertur. Et certe humanae rationis est favere miserioribus et prope innocentes dicere, quos absolute nocentes pronuntiare non possumus.

Interpretatio.[f]) *Si communem servum unus ex dominis in vincula redegerit, propter hoc libertati eius, si postea manumissus fuerit, non nocebit: quia in tali re indulgentioris domini sententia, qui nihil in eum fecit, melior iudicatur. Et ideo si ab utroque domino manumissus fuerit, civis Romanus effici potest.*

6. Sententia. Debitor creditorve servum pignoris vinciendo dediticium facere non possunt: alter enim sine altero causam pignoris deteriorem facere non potest.

Interpretatione *non eget.*

7.[g]) Sententia. Servus furiosi domini vel pupilli iussu vinctus dediticiorum numero non efficitur: quia neque furiosus, neque pupillus exacti consilii capax est.

Interpretatione *non eget.*

8.[h]) Sententia. Non tantum si ipse dominus vinciat, nocet libertati, sed et si vinciri iubeat aut vincientis procuratoris actorisve factum comprobet. Quod si, antequam sciret vinctum, solutionis eius causas approbaverit, libertati futurae vincula non nocebunt.

Interpretatio.[i]) *Si servum non solum dominus, sed procurator eius vel actor in vincula redegerit et dominus hoc iuste factum acquieverit, futurae impedit libertati. Nam si eum ab actore ligatum dominus solvi praeceperit, futura libertas non poterit impediri.*

9. Sententia. Caeco curator dari non potest: quia ipse sibi procuratorem instituere potest.

Interpretatione *non eget.*

## TITULUS XII. DE FIDEICOMMISSIS LIBERTATIBUS.

1.[a]) Sententia. Ea conditione heres institutus, *si liberos suos emancipaverit*, omnimodis eos cogendus est emancipare: pro conditione enim hoc loco emancipatio videtur adscripta.

Interpretatione *non eget.*

2.[b]) Sententia. Decedente eo, a quo fideicommissa libertas relicta est, heredes eius eam praestare cogendi sunt.

Interpretatio.[c]) *Si testator fideicommisso servum iusserit manumitti et ita evenerit, ut, antequam manumissio daretur, is, cuius fidei commissa*[d]) *libertas est, moriatur, heres eius ad manumissionem praestandam, quam auctor suus daturus erat, iure compellitur.*

3.[e]) Sententia. Si decedens servis suis libertatem ita dederit, *illum et illum liberos esse volo eosque filiis meis tutores do*, impeditur fideicommissa libertas: quia pupilli sine tutoris auctoritate manumittere non possunt: et habentibus tutores tutor dari non potest. Sed interim vice absentium pupilli habebuntur, ut ex decreto amplissimi ordinis primum libertas ac deinde tutela competere possit.

Interpretatio.[f]) *Si quis moriens servis suis libertatem dandam filiorum fidei commiserit eosque filiis suis tutores esse praeceperit, hoc ordine fideicommissa libertas aliquatenus impeditur: quia nec pupilli sine tutoris auctoritate servos manumittere possunt: et qui tutores a patre nominatim relictos habent, alios tutores habere non possunt. Sed in tali casu ordinis consilio et ratione prospectum est, ut pupilli velut absentium vice, dum libertas servis tribuitur, habeantur, ut data his a iudice secundum formam testamenti primitus libertate, etiam tutores esse praevaleant.*

a) Deest in codd. 21—28; in cod. 19 mixta est cum interpr. b) In 13, 15 est interpr., om. in cod. 22. c) Interpr. in codd. 9, 13, ed. Bou., deest in 21, 22, 25, 26, 28. d) Sententia in cod. 15, deest in 19. e) Om. in codd. 21, 22, 25, 26, 28; interpretatio in cod. 15. Ben. Lev. I, 312. f) Interpr. om. 19, in nonn. codd. translata est ad §. 6, in aliis mutila est. Vv. *ab utroque domino* sec. Schult. recte add. sunt. g) Interpr. in ed. Bou. h) Deest in codd. 21, 22, 25, 26, 28. i) Interpr. om. 19, quae in 15 sent. signum habet.

a) Sent. om. 22, 23, 32, 33, 39. b) Sent. om. 21—29, 31—34. c) Interpr. om. 19, 22. d) Vid. supra IV, 1, 7 interpr. not. *p*. e) Sent. om. 21, 22, 25—29. f) Interpr. om. 19. Infra *data* pro *declarata, confirmata*.

EPIT. AEG.

TIT. XI. DE MANUMISSIONIBUS.

Si aliquis servum communem ad integrum manumiserit, portionem suam perdit et alteri domino ex integro acquiritur.[a])

Servus in vincula redactus eius non nocebit libertati. Inter pares enim sententias clementior severiori praefertur.

Servum causa pignoris datum alter[b]) sine altero nec debitor nec creditor deteriorem facere non potest.[c])

TIT. XII. DE FIDEICOMMISSIS LIBERTATIBUS.[a])

Si quis servum suum manumitti iusserit et is, cui fideicommissa libertas est, moriatur, heres eius ad manumissionem dandam iure compellitur.

Si quis moriens libertatem dandam servis suis filiorum fidei commiserit, consilio et ratione prospectum est, ut ordinatio prioris fieri debeat, ut pupilli, qui tutores a patre nominatim relictos habent, alios habere non possint.

a) Om. §. 2—4. Aeg. *perdat—adquiratur.* b) Plerique codd. add. *enim.* c) Om. §. 7—9.

a) Om. §. 1.

## EPIT. GUELPH.

### XI· DE MANUMISSIONIBUS.

I· Si cumunis. seruus. ab unu manumittatur. et qui non manumisit adquiretur.

II· Mutus. et surdus. manumitti potest.

III· Si q in turmentis. nullatinus. confiteatur manumitti potest.

IIII Si eris[a]) manumittendi. in uincla redicat. libertas per hoc. reuocari non potest.

V. Si cumune seruu unus. in uincla. redicat. et postia. manumissus. ciuus. romanus. fieri potest.

VI.[b]) Si seruus pupilli uel furiosi. iussit uinctus. dediticium fieri non posse.

VII. Si creditur seruo pignoris. in uincla redicat id quod supra.

VIII. Si seruum aut. procuratorem uinctum dominus soluat future non inpedit libertatē.

VIIII· Ceco curatur dari non potest quia ipse sibi. suffecit.

### DE FIDEICOMISSIS.

I· Libertatibus si condicio ponatur. heredi ut liberus. non emancipit.

II· Si cui[a]) facta causa est moriatur heius heres perfici libertas. potest.

III. Si seruo perfecta causa libertas. detur ei tutor. filiis. esse iubeatur. fieri potest.

a) An pro *heres?* b) Poni debet post §. sq.

a) Post *cui* conspiciuntur literae deletae *cau.*

## EPIT. MONACHI.

### XI. DE MANUMISSIONIBUS.

Si aliquis servum communem manumiserit, eum nec Latinum nec civem Romanum facere potest, sed portio manumissoris perit et alteri domino ex integro servus ille acquiritur.

Mutus et surdus servum liberare vindicta non possunt, inter amicos tamen ei per epistolam manumittere non prohibentur. Ut autem ad iustam libertatem pervenire possint, conditione venditionis excipi potest.

Tormentis apud praesidem subiectus et de nulla culpa confessus ad iustam libertatem perduci potest.

Per fideicommissum data libertas ab herede penitus revocari non potest, etiamsi servum, quem manumittere iussus est, crimen in vincula redegerit.

Si communem servum unus ex dominis in vincula redegerit, si postea manumissus fuerit, libertati eius non nocebit.[a])

Servus furiosi domini vel pupilli iussu vinctus dediticiorum numero non efficitur.

Si servum procuratorū[b]) auctor in carcere redegerit et dominus hoc iuste factum acquieverit, futurae impedit libertati. Nam si eum dominus praeceperit, non nocebit libertati.

Caeco curator dari non potest, quia ipse sibi procuratorem instituere potest.

### XII. DE FIDEICOMMISSIS LIBERTATIBUS.

Ea conditione heres institutus, si liberos suos emancipaverit, omnimodis eos emancipare cogendus est, pro conditione enim hoc loco emancipatio videtur adscripta.

Si testator per fideicommissum servum iusserit manumitti et fideicommissarius antea moriatur, heres eius ad eandem manumissionem compellatur.

Si quis moriens servis suis libertatem dandam filiorum fidei commiserit eosque filiis suis tutores esse praeceperit, hoc ordine fideicommissa libertas aliquatenus impeditur, quia nec pupilli sine tutoris auctoritate servos manumittere possunt et qui tutores a patre nominatim relictos habent, alios tutores habere non possunt. Sed pupilli velut absentium vice, dum libertas· servis tribuitur, habeantur, ut data his a iudice secundum formam testamenti primitus libertate, etiam tutores esse praevaleant.

a) §. 6 deest. b) i. e. *procurator vel.*

## EPIT. SELD.

### XI. DE MANUMISSIONIBUS.

Servum communem unus ex dominis manumittendo Latinum facere non potest nec civem Romanum, et ideo portio[a]) eius manumissori perit et alteri domino ex integro, quasi eius tantum proprius fuisset, acquiritur.

a) Haec ex interpr.

## EPIT. S. GALL.

*XI. Iť alia.* Si duo heredes unū servū habuerint insimul[a]) si unus de illos heredes ipsu servu sine illius alii conventu[b]) liberu demiserit tollet ipsū servū de sua potestate ille qui eū liberū dimisit et totu ipsu servu cu omne[c]) suā facultatē illius ē ꝗ eu, ingenuu[d]) dimittere voluit.*)

*Iť alia* Si cuiuscūq: servus ante iudicē venerit et ipse servus de qualecuq: causa incusatus[e]) fuerit et si eū aut in carcere aut in catenis aut in trabaliu[f]) miserit et unde accusatus fuerit et exinde culpabilis ñ fuerit ꝑ illa pena que[g]) sine culpa sustenuit liberū demittatur.

*Iť alia.* Qui in suū testamtū[h]) extraneū hominē heredē scribit et ipsum hominē rogat ut alicū denominativum suū servū ingenuū faciat qđ si ille omo mortuus fuerit[i]) qui rogavit illū servū ingenuū dimittere sui heredes si noluerint post eius mortē inviti ipsū servū ingenuū dimittant.[k])

*Iť alia.*[a]) Quicūq: homo cū ad mortē venerit si voluerit de suos servus ꝗ ei placuerit postquā eū liberū fecerit potest eū tutorē a[b]) filiis suis dimittere ꝗ eoru facultates gobnare debeat.

a) 67 *insim. hab.* b) 67 *conveniencia* et *dimis.* c) 67 *totus ipse servus c. omnia.* d) 67 *liberum.* 66 *noluit* pro *voluit.* *) Om. §. 2. e) 67 *accusatus.* f) 67 *carcere'—trevalio.* g) 67 *qđ* et infra *culpā sustinuit—dimittatur.* h) 67 *suo testamento.* i) 67 *quem.* k) Om. §. 5—9.

a) Om. §. 1, 2. b) 67 *ad.*

## TITULUS XIII. AD LEGEM FUSIAM CANINIAM.

1.[a]) Sententia. Nominatim servi testamento manumitti secundum legem Fusiam possunt. Nominatim autem manumittere intelligitur hoc modo: *Stichus liber esto.* Quum autem *obsonatorem*, vel *qui ex ancilla illa nascitur*, *liberum esse volo*, ex Orficiano Senatusconsulto perinde libertas competit, ac si nominatim data sit: officiorum enim et artium appellatio nihil de significatione nominum mutat: nisi forte plures sint, qui eo officio designentur: tunc enim nomen adiungendum est, ut eluceat, de quo testator sensisse videatur.

Interpretatione *non eget.*

2.[b]) Sententia. Codicillis testamento confirmatis datae libertates cum his, quae tabulis testamenti datae sunt, concurrunt: et sive antecedant, sive sequantur testamentum, novissimo loco adhibentur: quia ex testamento utraeque confirmantur.

Interpretatio.[c]) *Quoties per testamentum et codicillum libertates dantur, qui in codicillo manumissi sunt, sive ante testamentum factus sit codicillus, sive postea et testamento confirmatus sit, posteriori loco tamen habendi sunt, qui per codicillos fuerint manumissi. Et ideo computatis primum, qui testamento manumissi sunt, tum illi, qui in codicillis manumissi, numerantur. Et si maior numerus per codicillum, quam in lege Fusia Caninia continetur, illi libertatem perdunt, qui in codicillo super legitimum numerum manumissi inveniuntur.*

3.[d]) Sententia. Quoties numerus servorum propter legem Fusiam Caniniam ineundus est, fugitivi quoque, quorum semper possessio animo retinetur, computandi sunt.

Interpretatione *non eget.*[e])

4.*) Sententia. Lege Fusia Caninia cavetur, ut certus servorum numerus testamento manumittatur: subductis igitur a duobus usque ad decem, pars dimidia: a decem usque ad triginta pars tertia: a triginta usque ad centum pars quarta: a centum usque ad quingentos pars quinta. Plures autem quam centum ex maiori numero servorum manumitti non licet.

Interpretatione *non eget.*[f])

### EXPLICIT LIBER QUARTUS.[g])

TIT. XIII. AD LEGEM FUSIAM[a]) CANINIAM.[b])

Quoties per testamentum et per codicillum libertates dantur et testamento confirmati sunt codicilli, illi libertatem perdunt, qui in codicillo[c]) super legitimum numerum manumissi inveniuntur.

Qui vult testamento servos[d]) stabiliter dimittere, propter legitimum numerum debet computare etiam[e]) fugitivos, quorum possessio etiam corpore absente animo semper retinetur.[f])

# INCIPIT PAULI SENTENTIARUM LIBER QUINTUS.

INCIPIT LIBER QUINTUS SENTENTIARUM PAULI IURECONSULTI.

## TITULUS I. DE LIBERALI CAUSA.*)

1. Sententia. Qui contemplatione extremae necessitatis aut alimentorum gratia filios suos vendiderint, statui ingenuitatis eorum non praeiudicant: homo enim liber nullo pretio aestimatur. Iidem nec pignori ab his aut fiduciae dari possunt. Ex quo facto sciens creditor deportatur. Operae tamen eorum locari possunt.

Interpretatione *non eget.*

2.[a]) Sententia. Veritati et origini ingenuitatis manumissio, quocunque modo facta fuerit, non praeiudicat.

Interpretatio. *Quicunque ingenuam personam fraudis studio manumittendam esse crediderit*[b]), *praeiudicium ex hoc ingenuitas non incurrit.*

TIT. I. DE LIBERALI CAUSA.

Qui contemplatione extremae necessitatis filios suos vendiderint, statui ingenuitatis eorum non praeiudicant[a]); homo enim liber nullo pretio aestimatur.

Quicunque ingenuam personam fraudis studio propterea vult facere liberam[b]), ut melius subdat eum, talis manumissio ingenuitatem[c]) non impedit.

a) Deest in codd. 22—24, 28, 32, 33. b) Sent. om. in codd. 21—27, in 19 mixta est cum interpr. c) Sent. in cod. 15. d) Om. in cod. 27; interpr. in cod. 29; in cod. 19 §. 3 et 4 in unam conflatae sunt, vv. omm. aut mutt. e) In edd. Aur. Lugd. et in sqq. edd. ex Aeg. falsa interpr. add. est. *) Ottonis Cluniac. vita S. Geraldi lib. III. Cf. Savigny l. c. T. II. p. 107 n. 70 sq. (ed. I.), et T. II. p. 111 n. *l*, *m* (ed. II.). f) In rec. edd. add. l. 4 D. de Natal. rest. (XL, 11). g) Vid. pr. lib. I. not. *a* et extr. lib. I. not. *f*.

*) L. Vis. V, 7, 7. a) Deest in codd. 21, 22, 25—28. b) Ex Aeg. primum in Aur. et Lugd. edd. add. *ut melius subdat eum.* 19 om. interpretationem.

a) Nonn. codd. *Fufiam.* Aeg. *Caninam.* b) Om. §. 1. c) Aeg. *in codicillum.* d) Aeg. et nonn. codd. *liberos.* e) Aeg. et plerique codd. *confirmare et.* f) Om. §. 4.

a) Aeg. *vendiderit, status—praeiudicat.* b) Nonn. codd. *liberum.* c) Aeg. et nonn. codd. *ingenuitate;* alii codd. *ingenuitati.*

## EPIT. GUELPH.

### XIII· AD LEGE FURIA CANINEA.

Gaĩ · ʔ · II.[a])

I· Serui nominati. in testamentu manumitti possunt.

II.[b]) Serui oficio uel. arte designandi.

III. Per codicilli. manumissi ad testamentum. postponendi.

IIII. In nomeru seruorum fugitiui. conpotandi.

V. Quomodo secundum numerum liciat. manumittere hoc est de duobus. usque ad decim. medietatem. de X. usque ad XXX tercia usque ad ·C· quarta. de ·C· usque ad ·CCCCC:·.· L:: supra quo numeru manumitti non potest.

EXPŁIC PAUŁ ŁIB IIII·

INCP̃T LIB̃. V.

### DE LIBERALI CAUSAM.

tl· IIII · ʔ · VIII.[a])

Si q per necessitatem filius. suus uindederint. ingenuitati. quidem non inpetit. emptor nec. pignori. nec fiducia dare potest. si fecerit. exilio deportandu.

III.[b]) Ingenuo. quocunque modo. factu libertas. non preiudicat.

a) Gai. tit. II. b) Ex §. 1 sumta sunt.

a) C. Th. IV, 8. b) Errore pro *II.*

## EPIT. MONACHI.

### XIII. AD LEGEM FUFIAM CANINIAM.

Nominatim servi testamento manumittuntur[a]) hoc modo, ut, si quis dicat: quasi liber esto, illum, qui ex ancilla nascitur, liberum esse volo, ex Orficiano Senatusconsulto perinde libertas competit, ac[b]) si nominatim data sit. Officiorum enim et artium appellatio nihil de significatione nominum mutat, nisi forte plures sint, qui eo[c]) officio designentur. Tunc enim nomen adiungendum est, ut eluceat, de quo testator sensisse videatur.

Quoties per testamentum et per codicillum manumissi sunt et ideo computatis primum, qui testamento manumissi sunt, et tunc illi, qui per codicillum manumissi sunt, numerantur. Et si maior numerus per codicillum, quam in lege Favia[d]) Caninia continetur, illi libertatem perdunt, qui super legitimum numerum manumissi sunt.

Quoties numerus servorum propter legem Faviam[e]) ineundus est, fugitivi computandi sunt.

Certus numerus servorum, qui testamento manumittatur. Subductis igitur duobus usque ad decem pars media, a X usque ad XXX pars tertia, usque ad C pars quarta, a C usque ad D pars quinta. Plures autem quam C maiorem numerum servorum testamento manumitti non licet.

### INCIPIT PAULI SENTENTIARUM LIBER QUINTUS.

I. De Liberali Causa, Qui Filios Suos Vendunt Etc. II. De Usucapione. De XX Annorum Praescriptione. III. De His, Quae Per Turbam Fiunt. IV. De Iniuriis. V. De Effectu Sententiarum Et Finibus Litium Et Reliqua. VI. De Interdictis Et Momento Et Via Publica. VII. De Interdicto Utrum Vi. VIII. De Obligationibus. IX. De Novationibus Cautionum. X. De Stipulationibus. XI. De Contrahenda Auctoritate Et Ruinae Parietis. XII. De Donationibus. XIII. De Iure Fisci Et Populi Et Qui Sibi Mortem Intulerint. XIV. De Fisci Advocato. XV. De Delatoribus. XVI. De Quaestionibus Criminosorum Et Argumentis Interrogandi Et Reliqua. XVII. De Testibus, Quales Testimonium Dare Possunt. XVIII. De Servorum Quaestionibus. XIX. De Abolitionibus Et Contra Delatorem Repetitio Et Reliqua. XX. De Abactoribus. XXI. De Sacrilegis Et Furtis Ecclesiae. XXII. De Incendiariis. XXIII. De Vaticinatoribus Et Mathematicis. XXIV. De Seditiosis Vel Qui Terminos Et Arbores Evertunt. XXV. Ad Legem Corneliam De Sicariis, Homicidiis, Furtis Et Reliqua. XXVI. Ad Legem Pompeiam De Parricidis Et Patronis Causis. XXVII. De His, Qui Cartas Falsaverint Et Multa Alia. XXVIII. Ad Legem Iuliam De Vi Publica Et Privata Et De Incendiis. XXIX. Ad Legem Iuliam Peculatus. XXX. Ad Legem Iuliam Repetundarum, Id Est Iniusta Iustitia. XXXI. Ad Legem Iuliam De Crimine Maiestatis. XXXII. Ad Legem Iuliam Ambitus, Hoc Est, Qui Pro Ambitione Dignitatem. XXXIII. De Poenis Militum, Si Per Pecuniam Dimiserint Custodiam. XXXIV. Quando Appellandum Sit. XXXV. De Cautione Et Poenis Appellationum. XXXVI. De Literis Dimissoriis. XXXVII. De Reddendis Causis Appellationum. XXXVIII. Post Provocationem Quid Observandum Sit. XXXIX. De Iniusta Interpellatione.

### I. DE LIBERALI CAUSA.

Qui contemplatione extremae necessitatis aut pro alimentis filios suos vendiderint, status ingenuitatis eorum non praeiudicat[a]): homo liber nullo pretio aestimatur. Ideo nec pignori ab his aut fiduciae dari possunt. Ex quo facto sciens creditor deportatur. Operae tamen locari possunt.

Quicunque ingenuam personam fraudis studio manumiserit, praeiudicium[b]) ex hoc ingenuitas non incurrit.

a) 63 *servo t. manumittitur.* b) Ita 63; rell. *hac.* c) 64 *in eo.* d) Ita 64. 63 *Faviã.* 62 *Faufia,* i. e. *Fufia.* e) Ita 63, 64; 62 *Faufiam.*

a) Leg. *statui — praeiudicant.* b) Ita 64. Rell. *pretium.*

## EPIT. S. GALL.

*Itẽ alia.*[a]) Quicũq: homo ꝗ ꝑ testamtũ servus suus[b]) libtus facit et postea forsitan ꝑ cuticellos[c]) hoc ẽ ꝑ alias cartas alteros suos servus liberos dimiserit si plus homines ad numerũ liberos dimiserit quã lex fufia hoc ẽ lex caninea continet postea illi libti reũtunt' ad serviciũ[d]) q; ꝑ cuticellus sunt. liberi dimissi; Nã ñ illi ꝗ ꝑ testamtũ s̃ liberi dimissi.[e])

*XII.*[a]) *It̃ alia.* De numero servorũ manumittendorũ. *Intp̃.* Quantus[b]) liceat ad qualecũq: ꝑsonã quãvis grande familiã[c]) habeat plus ei non licet liberos dimittere quã in lege fufia hoc ẽ Caninea dic̃[d]) hoc ẽ qui duos servus habet unu liberu dimittat et unũ ñ et ꝗ X habet V liberos dimittat[e]) et V et qs[f]) plus habet usque ad XXX t̃ciã parĩ liberos dimittat et II.[g]) ñ et qs C. mancipia habet. quar̃ p̃at de ipsas liberas potẽ dimittere[h]) et III.[i]) parĩ. ñ. et qui quingentus servus habet C. ingenuus[k]) dimittere potẽ hoc ẽ. V partẽ nã illas. IIII parĩ ñ et nec sic quãvis maior numerus[l]) servorũ habeat plus de hoc numero ingenuare ñ potẽ.

EXPLĨ. PAUL̃. SEÑ L. IIII.

### INCIPIUNT CAPITULA[a]) DE LIBRO XXVII.

I. De liberali causa. II. De servo ꝗ qualecũq: rẽ conparaver̃. III. De eo contra racionẽ[b]) plebis facit. IV. De banno[c]). V. De incendio. VI. De calumniatorib;. VII. De carta falsa. VIII. De maledictione sine causa ĩ iniuria. VIIII. De accusatione adversariorũ. X. ꝗ post longũ tẽpus alterũ ominẽ de quacũq:[d]) causa amallare voluerit. XI. De maioris[e]) causas. XII. De donatione et repeticione. XIII. De eo qui alienũ servũ sine culpa ligaver̃.[f])

INCIPIT LIB̃. V.

### I. DE LIBERALI CAUSA.

*Intp̃.* Quicũq: homo ingenuus si ꝑ qualecũq: necessitate filios suos vindiderit ipsorũ ingenuitatẽ vindere ñ potẽ. Sed quando ipsos filios suos aut si ipse se[a]) redimere voluerint hoc facere possunt et ingenui ꝑmanebunt.[b])

a) Om. §. 1. b) 67 *servos suos libertos.* c) Recte 67 hic et infr. *codicell.* d) 67 *alios suos servos — fofia — Caninia — revertant' ad servicio.* e) Om. §. 3.

a) 67 om. *XII.* b) 67 *numerũ — Quantos.* c) 67 *persona q. grandem f.* d) 67 *fofia — Caninia dicet.* e) 66 *dim̃.* f) 67 hic et infra *qui.* g) 67 *duas.* h) 67 *ipsos liberos dimittere potest.* i) 66 *trẽ.* k) 67 *quingentos servos — ingenuos.* l) 67 *partes ñ — maiorẽ numerũ.*

a) 67 om. *Inc. Capit.* b) 67 *eo ꝗ c. rac̃oe.* c) 67 *damno.* d) 67 *aliũ — qualecumq:.* e) 67 *maiores.* f) 67 add. *Explicit.*

a) 67 *aut se ipse* et om. *se.* b) Om. §. 2.

LEX ROM. VISIGOTH.

3.[c]) SENTENTIA. Descriptio ingenuorum ex officio fisci inter fiscalem familiam facta ingenuitati non praeiudicat.

INTERPRETATIONE *non eget.*

4.*) SENTENTIA. Qui metu et impressione alicuius terroris apud acta praesidis servum se esse mentitus est, postea statum suum defendenti non praeiudicat.

INTERPRETATIONE *non eget.*[d])

5.[e]) SENTENTIA. Post susceptum liberale iudicium si assertor causam deseruerit, in alium assertorem omne iudicium transferri placuit. In priorem vero, quod prodendae libertatis gratia factum est, extra ordinem vindicatur: non enim oportet susceptam status causam, nulla cogente necessitate, destitui.

INTERPRETATIONE *non eget.*[f])

## TITULUS II. DE USUCAPIONE.

1.[a]) SENTENTIA. Possessionem acquirimus et animo et corpore: animo utique nostro: corpore vel nostro vel alieno. Sed nudo animo adipisci quidem possessionem non possumus; retinere tamen nudo animo possumus, sicut in saltibus hibernis aestivisque contingit.

INTERPRETATIO.[b]) *Aliqua sunt, quae animo et corpore possidemus: aliqua, quae tantum animo. Animo et corpore ea possidemus, quae in praesenti tenere videmur vel utimur: animo vero ea possidemus, quae in longinquo posita sunt et in nostro iure consistunt et ea proprietati nostrae possumus vindicare.*

2.[c]) SENTENTIA. Per liberas personas, quae in potestate nostra non sunt, acquiri nobis nihil potest. Sed per procuratorem acquiri nobis possessionem posse, utilitatis causa receptum est. Absente autem domino comparata non aliter ei, quam si rata sit, quaeritur.

INTERPRETATIO.[d]) *Per liberas personas, quae nobis nulla conditione obligatae sunt, acquirere nihil possumus. Sed per procuratores acquiri nobis possessionem certum est. Nam si aliquid absente domino fuerit comparatum, non aliter ei acquiritur, nisi hanc ipsam venditionem sibi acceptam dominus esse consenserit.*

3.[e]) SENTENTIA. Longi autem temporis praescriptio inter praesentes continuo decennii spatio, inter absentes vicennii comprehenditur.

INTERPRETATIONE *non eget.*

4. SENTENTIA. Viginti annorum praescriptio etiam adversus rempublicam prodest ei, qui iustum initium possessionis habuit, nec medio tempore interpellatus est. Actio tamen, quanti eius interest, adversus eos reipublicae datur, qui ea negotia defendere neglexerunt.

INTERPRETATIO[f]) *Utriusque. Viginti annorum non requisitam possessionem, si tamen iustum possidendi initium intercessisse probatur, possessori prodesse certum est. Iustum autem initium est emtionis, hereditatis, donationis, legati, fideicommissi et ceterarum rerum similium, quae per legitimas scripturas atque contractus ad uniuscuiusque dominium transire noscuntur. Huius autem rei praescriptio inter praesentes decennii est, inter absentes vero vicennii computatur.*

5. SENTENTIA. Si post motam intra tempora quaestionem res ad novum dominum emtione transierit, nec is per viginti annos fuerit inquietatus, avelli ei possessionem non oportet.

INTERPRETATIONE *non eget.*

## TITULUS III. DE HIS, QUAE PER TURBAM FIUNT.

1.[a]) SENTENTIA. In eos, qui per turbam seditionemve damnum alicui dederint dandumve curaverint, si quidem res pecuniaria est, aestimatione dupli sarcitur. Quod si ex hoc corpori alicuius, vitae membrisve noceatur, extra ordinem vindicatur.

INTERPRETATIO.[b]) *Si aliquis collecta multitudine aut concitata seditione damnum cuicunque intulerit, si pecuniae damnum fiat, dupli redhibitione componitur. Nam si corpus alicuius vel membra caede pulsata fuerint, huiusmodi admissum a iudice*[c]) *vindicatur.*

2.[d]) SENTENTIA. Quidquid ex incendio, ruina, naufragio navique expugnata raptum, susceptum suppressumve fuerit, eo anno in quadruplum eius rei, quam quis suppresserit, celaverit, rapuerit, convenitur: postea vero in simplum.

INTERPRETATIONE *non eget.*

EPIT. AEG.

Descriptio ingenuorum inter fiscalem familiam facta ingenuitati non praeiudicat.

Non praeiudicat ingenuitati, si pauper potenti coactus acquieverit dicere, servus tuus sum.

Si[d]) assertor se ad defensionem removere voluerit, in alium assertorem omne iudicium transferri placuit.[e])

TIT. II. DE USUCAPIONE.[a])

Possessio non per liberas personas, sed per procuratores[b]) acquiritur. Nam si aliquid absente domino fuerit comparatum, non aliter ei acquiritur, nisi hanc ipsam venditionem sibi acceptam dominus[c]) esse constiterit.[d])

Si quis iuste et per legitimas scripturas rem decennio praesenti nullo medio[e]) tempore interpellante possederit, hac lege firmatur, ut possessori proficiat; inter absentes vero vicennii tempus computatur.

Si post motam quaestionem res ad novum dominum emtione transierit, nec ipse per viginti annos fuerit inquietatus, avelli ei possessionem non oportet.

TIT. III. DE HIS, QUAE PER TURBAM FIUNT.

Quicunque collecta multitudine alteri damnum intulerit, dupli satisfactione mulctabitur. Nam si corpus alicuius vel membra caedere, flagellare vel breviare, pulsare[a]) ausi fuerint, a iudice vindicabitur.

Quidquid ex incendio, ruina, naufragio navique expugnata raptum, susceptum suppressumve fuerit, eo anno in quadruplum ei, cui ablatum est, restituetur[b]), post annum in simplum.

c) Deest sent. in codd. 19, 21; interpr. in ed. Bou. et in multis codd. *) Ben. Lev. III, 342. Ivo, Decr. XVI, 100 et Pann. V. f. 109. d) Primum ex Aeg. h. l. in Aur. et Lugd. edd. falsa interpr. add. est, eam delevi. e) Sent. om. 19; interpr. in ed. Bou., etsi sq. *Interpretatione non eget.* Etiam in cod. 23 interpr. est. f) In rec. edd. add. l. 39 D. de Lib. cau. (XL, 12) et post eam in ed. Arndts. addito rubro *Tit. I.ª de Publicanis* l. 9 et 11 D. de Publicanis (XXXIX, 4).

a) Sent. om. 21, 25—28, 32, 33. b) Interpr. om. 19. c) Sent. om. 19, 21, 22, 25—28. d) Interpr. deest in cod. 12, in cod. 15 cohaeret cum §. 3. Ad v. *Nam* vid. Gai. I, 1, 4 et Paul. II, 20, 5, interpr. *Obligatae* i. e. *subiectae.* e) Ad §. 3 et 4 cf. vult Savigny Decret. Childeberti ann. 595, c. 3. Easdem sent. om. 21, 25, 26, 28, solam tertiam 19. f) Ad interpr. cf. vult Savigny Decret. Chlotarii ann. 560, c. 13. Interpr. om. 5, 12, 19.

a) Sent. om. 21, 22, 25—28. Cf. L. Vis. VIII, 1, 3. b) Interpr. deest in cod. 19, in 38—40 sent. siglum habet. *Componitur* pro *luitur.* c) Cf. I, 5, 2; I, 13, 3. d) Lex Baiuvar. tit. XIV. c. 3. Lex Vis. VII, 2, 18.

d) Haec abs. a cod. 48. e) Hic terminatur cod. 47.

a) §. 1 deest. In cod. 51 hic tit. post tertium positus est. b) Aeg. *curatores.* c) In Aeg. ed. om. *dominus.* d) §. 3 deest. e) Aeg. *modo.* 52 *praesens praesenti.*

a) Nonn. codd. *membr. cesa flagellata breviata cede pulsata fuerint* aut *cede pulsata f.* 46 om. *caedere—breviare* et 57 *flagellare—ausi.* b) Nonn. codd. *restituatur.*

**EPIT. GUELPH.**

III. Si ingenuus. inter seruus fiscalis. discribatur. statum ingenuitatis. non preiudicat.

IIII Si q̄ ob metum aput acta presedis. seruum se esse menciatur itē ut supra.

V. Adsertur si causam deferuerit in alio transferi placuit priorem. uero qui causam prodedit. extra ordinem uindicari. tl· II· ⸹· X.[c])

**EPIT. MONACHI.**

Descriptio ingenuorum ex officio fisci inter fiscalia mancipia facta ingenuitati non praeiudicat.

Qui metu et impressione alicuius terroris apud acta praesidis servum se esse mentitus est, postea statum suum defendi[c]) non praeiudicat.

Post susceptum liberale iudicium si assertor causam deseruerit, in alium assertorem omne iudicium transferri placuit. In priorem vero, quod prodendae libertatis gratia factum est, extra ordinem[d]) vindicatur: non enim oportet susceptam status causam nulla cogente necessitate destitui.

**EPIT. S. GALL.**

*Itē alia.* Si q̄cūq: iudex qualecūq: ingenuū ominē in causas fiscales[c]) conligaverit ꝑ hoc suā ingenuitatē n̄[d]) ꝑdat.

*It̄ alia.* Si qscūq: ingenuus homo ꝓpt forciā[e]) de malos homines ꝑ suā voluntatē se ipsū ad alterū hominē cōmendaverit et ipse dixerit ꝑ servo tibi volo esse et tu me libera de malorū ominū potestate aut de illorū forcia ꝑ tale conmendacione si hoc fecerit suā ingenuitatem n̄ ꝑdat[f]).

## II· DE USUCAPIONE.

## II. DE USUCAPIONE. DE VIGINTI ANNORUM PRAESCRIPTIONE.[a])

**EPIT. GUELPH.**

I. Que sint. q̄ animū possedemus. et q̄ corpore q̄ in presente possedemus. corpore absenti animo.

II. Per liberas. personas. nullatinus. alicui. adq̄ritur. q̄d dnm̄ absentē procuratur conparat. si instrumentū dnō placiat adq̄ritur.

III De decennii. uel uincinii. prescriptionē uicennio. inter absentis. decennio. inter presentes conputatur.[a])

IIII. Si mota quescionē rem. quis conparauerit. et inquietatus. non fuerit. post uicennio conualiscit. tl· IIII· ⸹· V.[b])

**EPIT. MONACHI.**

[b])Per liberas personas, quae nobis nulla conditione obligatae sunt, acquirere nihil possumus: per procuratorem vero possumus. Nam si aliquid absente domino fuerit computatum, non aliter acquiritur, nisi hanc ipsam venditionem sibi dominus acceptam esse constiterit.

Longa[c]) autem temporis praescriptio inter praesentes decennii spatium, inter absentes vicennii comprehenditur.

Viginti annorum praescriptio etiam adversus rempublicam prodesse ei, qui iustum initium possessionis habuit, nec medio tempore interpellatus est. Actio tamen, quanti eius interest, adversus eos reipublicae datur, quia negotia defendere neglexerunt.

Utriusque. Non[d]) repetita possessio viginti annorum, si tamen iustum initium possidendi habuit, possessori prodesse certum est. Iustum autem initium est emtionis, hereditatis, donationis, legati, fideicommissi et ceterarum similium, quae per legitimas scripturas atque contractus possidentur. Haec praescriptio, quae inter praesentes decennii, inter absentes vicennii computatur.

Si post motam intra tempora quaestionem res ad novum dominum emtione transierit et is[e]) per viginti annos non fuerit inquietatus, avelli ei possessio non poterit.

**EPIT. S. GALL.**

*II.**) *It̄ alia.* Si servus homo qualecūq: rem conparaverit ipsā rē abere n̄ potest nec vendere nec donare nisi si ipsa vendicione ad suū dominū p̄sentaverit et ꝑ commiatū domini sui hoc fecerit nā si dominus eius[a]) licenciā ei n̄ dederit hoc abere n̄ potest.

*It̄ alia.* Quicumq: homo qualecumq: facultatē aut ꝑ cartą aut ꝑ qualecumq: legitima causa adquesierit et exinde cū aliquo hominē[b]) ante iudice causacionē habuerit si ꝑ directū ipsa rē[c]) habuerit quod adq̄sivit int̄ absentes homines ꝑ XX annos hoc vindicare potest nā inter p̄sentes p. X annos hoc vindicabit et postea in ꝑpetuo possidere potē[d]).

## III. DE HIS QUI TURBA FIUNT.

## III. DE HIS, QUAE PER TURBAM FIUNT.

**EPIT. GUELPH.**

I. Si collecta. multitudinē quis damnum aliquid uel in corpore. plagas. intulleri. damnum in duplū restitui. plagas a iudice uindicari.

II. Ex incendio. uel. ruina. raptum que et subpressum quadruplum infra annum refermandum postia uero in simplū tl· IIII· ⸹· XX. l· I· ⸹· VII· l· IIII.[a])

**EPIT. MONACHI.**

Si quis collecta multitudine aut concitata[a]) damnum pecuniae alicui intulerit, dupla redhibitione[b]) componat. Nam si corpus alicui laeserit, a iudice vindicetur[c]).

Quidquid ex incendio, ruina, naufragio navique expugnata raptum, susceptum suppressumve erit, eo anno in quadruplum, postea vero in simplum restituatur.

**EPIT. S. GALL.**

*III. It̄ alia.* Si quis contra rationē t̄ba hominū collegerit et si cuicūq: homini malū fecerit omnia in dublu ei conponat. q̄dsi homines ibidē aut mortui aut plagati fuerint hoc iudex secundū legem[a]) exinde iusticiā faciat.

*IIII. It̄ alia.*[a]) Quicūq: homo ꝑ suā voluntatē alicui homini aut ꝑ incendium aut ꝑ ruinā aut ꝑ naufragiū aut ꝑ raptū qualecūque dānū fecerit si infra annū exinde ante iudicem venerit ille q̄ hoc fecit in quadrublū solvat et si post transitū anni exinde eū acusaverit in simbulo[b]) reddat'.

---

EPIT. GUELPH.:

c) C.Th. II, 10.

a) §. 4 om., quia simillima est. b) C. Th. IV, 5.

a) C. Th. IV, 20, 1. Paul. V, 7, 4.

EPIT. MONACHI.:

c) Leg. *defendenti.* d) 63, 64 *extra ordine.* 62 *ex ordine.*

a) §. 1 deest. b) 64 add. *De Emtione.* c) 63 *Longi.* d) 64 om. *Non.* e) 63, 64 *his* pro *is.* 62 *hos.*

a) 62, 64 *contracta.* b) 63 *redhibitionem.* c) 64 *iudicetur.*

EPIT. S. GALL.:

c) 67 *fiscale.* d) 67 om. *non.* e) 67 *forcia.* f) 67 *commendacionē — perdet.* Om. §. 5.

*) Om. §. 1. a) 67 *suus.* b) 67 *alico homine.* c) 67 *rectum ipsā re.* d) 67 *vendicavit — possideƀ.* Om. §. 4, 5.

a) 67 add. *inquirat et scđ legē,* recte.

a) 67 om. *It. al.* b) 67 *simplicit̄* pro *in simbulo.*

LEX ROM. VISIGOTH.

3.[e]) Sententia. Hi, qui aedes alienas villasve expilaverint, effregerint, expugnaverint, si quidem id turba cum telis coacta fecerint, capite puniuntur. Telorum autem appellatione omnia, ex quibus saluti hominis noceri possit, accipiuntur.

Interpretatione *non eget.*

4.[f]) Sententia. Receptores aggressorum itemque latronum eadem poena afficiuntur, qua ipsi latrones: sublatis enim susceptoribus, grassantium cupido conquiescit.

Interpretatione *non eget.*

5. Sententia. Fures vel raptores balnearum plerumque in metallum aut in opus publicum damnantur. Nonnunquam pro frequentia admissorum iudicantis sententia temperatur.

Interpretatione *non eget.*

6.[g]) Sententia. Incendiarii, qui consulto incendium inferunt, summo supplicio afficiuntur. Quod si incuria eorum ignis evaserit, dupli compendio damnum eiusmodi sarciri placuit.

Interpretatio.[h]) *Si aliquis malitiae studio incendium miserit*[i]), *de hoc crimine convictus poenis gravissimis iubetur interfici. Quod si per negligentiam factum incendium comprobatur, damnum, quod cuicunque illatum fuerit, resque*[k]), *quae incendio perierit, dupli satisfactione sarciatur.*

## TITULUS IV. DE INIURIIS.[a])

1. Sententia. Iniuriam patimur aut in corpus aut extra corpus. In corpus verberibus et illatione stupri. Extra corpus conviciis et famosis libellis: quod ex affectu uniuscuiusque patientis et facientis aestimatur.

Interpretatione *non eget.*

2. Sententia. Furiosus itemque infans affectu doli et captu contumeliae carent: idcirco iniuriarum agi cum his non potest.

Interpretatione *non eget.*

3.[b]) Sententia. Si liberis, qui in potestate sunt, aut uxori fiat iniuria, nostra interest vindicare: ideoque per nos actio inferri potest, si modo is, qui fecit, in iniuriam nostram id fecisse doceatur.

Interpretatione *non eget.*

4.[c]) Sententia. Corpori iniuria infertur, quum quis pulsatur, cuique stuprum infertur aut de stupro interpellatur. Quae res extra ordinem vindicatur, ita ut pulsatio pudoris poena capitis vindicetur.

Interpretatione *non eget.*

5.[d]) Sententia. Sollicitatores alienarum nuptiarum itemque matrimoniorum interpellatores, etsi effectu sceleris potiri non possunt, propter voluntatem perniciosae libidinis extra ordinem puniuntur.

Interpretatione *non eget.*[e])

6.[f]) Sententia. Iniuriarum actio aut lege aut more aut mixto iure introducta est. Lege duodecim tabularum de famosis carminibus, membris ruptis et ossibus fractis.

Interpretatione *non eget.*

7.[g]) Sententia. Moribus, quoties factum pro qualitate sui arbitrio iudicis aestimatur, congruentis poenae supplicio vindicatur.

Interpretatione *non eget.*

8. Sententia. Mixto iure actio iniuriarum ex lege Cornelia constituitur, quoties quis pulsatur vel cuius domus introitur ab his, qui vulgo derectarii appellantur: in quos extra ordinem animadvertitur, ita ut prius ingruentis consilium pro modo commentae fraudis poena vindicetur exsilii aut metalli aut operis publici.

Interpretatione *non eget.*

9.[h]) Sententia. Iniuriarum civiliter damnatus[i]) eiusque aestimationem inferre iussus famosus efficitur.

Interpretatio.[k]) *Qui pro iniuria mediocri aestimatae iniuriae damna subire compellitur,* [l]) *quamvis civiliter videatur addictus, tamen infamis efficitur.*

10. Sententia. Atrox iniuria aestimatur aut loco aut tempore aut persona. Loco, quoties in publico irrogatur: tempore, quoties interdiu: persona, quoties senatori vel equiti Romano, decurioni vel alias spectatae auctoritatis viro: et si plebeius vel humili loco natus senatori vel equiti Romano, decurioni vel magistratui vel aedili vel iudici, quilibet horum vel si his omnibus plebeius.

Interpretatione *non eget.*

11.[m]) Sententia. Qui per calumniam iniuriae actionem instituit, extra ordinem punitur: omnes enim calumniatores exsilii vel insulae relegatione aut ordinis amissione puniri placuit.

Interpretatione *non eget.*

e) Ben. Lev. III, 343. Ivo, Decr. XVI, 327. Ap. Bou. est *Interpretatio.* f) Ben. Lev. III, 344. Ivo l. c. 328. g) Sent. om. 21, 22, 25—28. *Interpretatio* in ed. Bou. h) Ben. Lev. III, 345. Ivo l. c. 329. i) Omnes codd. *miserit* pro inferre, immittere. In cod. 42 haec interpr. translata est in sq. tit. k) Edd. om. *que,* sed multi codd. et Ivo add. *que,* quod iam Schult. suppl.

a) Hic tit. legitur in cod. S. Germ. 366. b) Interpr. in codd. 26, 27; mutila in cod. 19. c) Mutata in cod. 19. *d) Interpr. in codd. 5, 9, ed. Bou. e) Falsa interpr. ex Aeg. h. l. posita est primum in Aur. Lugd. edd. f) Ap. Sich.* cohaerent §. 6—8, in nonn. codd. §. 6, 7. g) Interpr. in codd. 5, 9, ed. Bou.; om. in cod. 25. h) Deest in codd. 19, 22, 25—27. i) Hinc mutila est in cod. 15. k) Ben. Lev. III, 353. Ivo, Decr. XVI, 330. Sententia in codd. 6, 27; conflata est cum §. 10 in cod. 21; om. in 19. l) Hinc mutila est in multis codd. *Addictus* i. e. *condemnatus.* Vid. infr. tit. X. §. 2; tit. XXXVII. §. 2. m) Interpretatio in codd. 5, 9, 11, ed. Bou., etsi ap. Bou. sequitur *Interpretatione non eget;* mutila in cod. 19.

EPIT. AEG.

Hi, qui aedes villasque expilaverint, effregerint, si quidem id turba cum telis fecerint, capite puniuntur[c]).

Receptores aggressorum itemque latronum eadem poena afficiuntur, qua ipsi latrones.

Balnearum fures vel raptores in metallum damnantur. Nonnunquam pro frequentia[d]) admissorum iudicantis sententia temperatur.

Si aliquis malitiae studio incendium miserit, poenis gravissimis iubetur interfici. Quod si per negligentiam ignis evaserit, cuicunque damnum intulerit, dupli satisfactione sarciatur[e]).

### TIT. IV. DE INIURIIS.

Iniuriam patimur aut in corpus aut extra corpus[a]). In corpus verberibus et illatione stupri. Extra corpus iniuriam conviciis et famosis libellis, quod ex affectu uniuscuiusque patientis et facientis aestimatur.[b])

Si filiis aut uxori fiat iniuria, nostra interest vindicare.

Corpori iniuria infertur, quum quis pulsatur[c]), cuiquam stuprum aut concubitus illicitus infertur aut de stupro virginitatis[d]) interpellatur, [e])quae res extra ordinem vindicatur, ita ut pulsatio pudoris poena capitis vindicetur.

Sollicitatores alienarum[f]) nuptiarum vel matrimoniorum interpellatores, non dicam[g]), si eas corruperint, sed tantum, si ipsas pulsaverint, ut corrumpant, propter voluntatem perniciosam extra ordinem puniuntur.

Iniuriarum actio aut lege aut more aut mixto iure introducta est.[h])

Qui pro[i]) iniuria mediocri damna subire compellitur, infamis efficitur et pro qualitate iniuriae arbitrii aestimatione vindicatur.[k])

c) Aeg. *fecerit—puniantur.* d) Aeg. *sequentia.* e) Nonn. codd. *intulit.* Aeg. *sarcitur.*

a) In cod. 51 *in—corpus* deest. b) Om. §. 2. c) In Aeg. ed. add. *cum.* d) Nonn. codd. om. *virginitatis,* alii *aut concubitus illicitus.* e) In cod. 50 h. l. subsequuntur §. 3, 4 cum interpr. tit. Pauli de Caut. et Poenis app. (V, 35). f) In Aeg. et in nonn. codd. add. *sponsarum.* g) Nonn. codd. *dico.* h) Om. §. 7, 8. i) In ed. Aeg. om. *pro.* k) Om. §. 10—12.

| EPIT. GUELPH. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|
| III. Qui edes. uel uillas. expugnauerint. capite puniend̄. | Hi, qui aedes aliquas, domus villasve effregerint, expugnaverint, si quidem id turba cum telis coacta fecerit, capite puniantur. Telorum appellatione omnia arma nominantur, ex quibus homines nocere possunt. | *It̄ alia.* Quicu̔q: homo sine causa cū t'ba hominū manu[c]) collecta villas alterius distruxerit capite puniat'.*) |
| IIII Receptores. adgressorum uel latronum. capite poniend̄. | Receptores aggressorum itemque latronum eadem poena afficiuntur, qua supra punire iussimus. | |
| V. Si furibus. balnearum. vel raptoribus in medallum deportandi. | Fures vel raptores balnearum plerumque in metallum aut in opus publicum damnantur. Nonnunquam pro frequentia admissorum iudicantis sententia temperatur. | *It̄ alia.* furones vel raptores[d]) in carcere ī in alia vincula dānent'. |
| VI Si q̔ incendium malicia. in studiu̔ misit. penis. grauissimis. interficiendu̔ qđ si per neglegenciam fec̔ damnum quod inlatum est duplu̔ reddendum. | Si quis malitiae studio incendium miserit, poenis gravissimis iubetur interfici. Quod si per negligentiam incendium fecerit, damnum, quod illatum fuerit, in duplum sarciatur. | *It̄ alia*[a]) *De incendio. Intp̄.* Si quis alicui homini p suā voluntatē[b]) incendiu̔ fecerit mala pena susteneat[c]) et si p suā voluntatē ipsū[d]) incendiū n̄ fecerit illū dānū qđ fecit in dublo conponat. |
| IIII DE INIURIIS. ꝛ· VII. ꝉ· XII.[a]) | IV. DE INIURIIS. | |
| Que iniuria. aut intra corpus. aut extra corpus. fiat. in corpus. uerueribus. extra corpus. conuiciis. | Iniuriam patimur in corpus verberibus vel stupro, extra corpus conviciis et famosis libellis: quod ex affectu patientis et facientis aestimatur. | *It̄ alia.* Si quis homo ad alterū hominē iniuriā fecerit in arbitrio iudicis sit quomodo exinde iudiciu̔ det aut conponere debeat.[e]) |
| II Furiosus. uel infans. pro iniuria non tenitur. | Furiosus itemque infans affectu doli et captu contumeliae carent: idcirco iniuriarum agi cum his non potest. | |
| III Si filius. uel uxore iniuria. fiat a principem. uindicari. | Si liberis, qui in potestate sunt, aut uxori fiat iniuria, nostra interest vindicare. Ideoque tanquam pro nostra per nos actio inferri potest. | |
| IIII. Iniuria podoris. hoc est in corpore pena capitis uindicari. | Qui de stupro pulsatur pudoris poena capitis vindicetur. | |
| V· Đ solicitatoribus. alienarum nupciarum. eciam si factum non fuerit. pro sola. uoluntatē capite poniend̄. | [a])Sollicitatores alienarum nuptiarum vel matrimoniorum, etsi effectus sceleris non impleatur, propter voluntatem perniciosae libidinis extra ordinem puniantur. | |
| VI. Iniuriarum accio. quomodo introducitur. membris raptis. et ossibus. fractibus. | Iniuriarum actio aut lege aut more aut mixto iure introducta est. Lege XII tabellarum de famosis carminibus, membris ruptis et ossibus fractis. | |
| VII. Factum pro qualitatē ex arbytrio. iudicandum pene supplicio uindicitur. | Moribus, quoties factum pro qualitate sui arbitrio iudicis aestimatur, congruentis poenae supplicio vindicatur. | |
| VIII. Mixto iure quomodo uindicitur. iniuria qui domum alienam cum turbis ingreditur. capite puniend̄. | Mixto iure actio iniuriarum, quoties quis pulsatur vel cuius domum introitur ab his, qui vulgo directarii appellantur: in quos extra ordinem animadvertitur, ita ut prius ingruentis consilium pro modo commenti fraudis poena vindicetur[b]) exsilii aut metalli aut operis publici. | |
| VIIII· Pro leviore iniuria. qui ciuiliter damnatur. tamen infamis eficitur. | Qui pro iniuria mediocri aestimatae[c]) iniuriae damna subire compellitur, quamvis civiliter videatur addictus, tamen infamis efficitur. | |
| X. Iniuria quomodo estimetur. si uilior personā. militi. aut. equiti. romano. iniuria faciat. | Atrox iniuria aestimatur aut loco aut tempore aut persona. Loco[d]) publico: tempore interdiu: persona, quoties senatori vel equiti Romano, decurioni vel aliis exspectatae auctoritatis viris, et si plebeius vel humili loco natus senatori vel equiti Romano, decurioni vel magistratui vel aedili vel iudici, quilibet horum plebeius. | |
| XI. Qui per calumnia. iniurie. accione. egit. extra ordinem poniatur. | Qui per calumniam iniuriae actionem instituit, extra ordinem punietur. [e])Omnes calumniatores exsilii vel insulae relegatione aut ordinis amissione puniri placuit. | *VI. De calūniatorib; Intp̄.* hoc sunt calūniatores omnes ꝗ alteri[a]) homini causas cont'bant ꝑ malo ingenio aut quid[b]) falsitatē de altero hominē ad iudicē portaverit ut alterū hominē sine culpa noceat illi ꝗ hoc faciunt aut in exilio mittantur aut capite puniantur.[c]) |
| a) Inc. num.; an h. libri tit. VII, §. 12? | a) 64 add. *De Adulteriis.* 63, 64 *aliarum nupt.* Mox 63 *perniciosa.* b) 62 *ingruentes — vindicatur.* 63 *quo — commentae.* c) Ita 63. Similiter 64 *extimatae.* 62 *aestimatione.* Deinde 63 *damnata.* d) 63 add. *in.* Infra leg. *spectatae.* e) 64 add. *De Calumniatoribus.* Infra 63 *in insulae.* | c) 67 *in unu* et infra *destrux.* *) Om. §. 4. d) 67 *latrones* et *carcerē.* a) 67 om. *De inc. Intp̄.* b) 67 om. *p s. vol.* c) 67 *malam penā sustinebit.* d) 67 om. *ipsum.* Infra *duplum.* e) Om. §. 2—10. a) 67 *alio.* b) 67 *causa̔ — qui.* c) Om. §. 12—14. |

LEX ROM. VISIGOTH.

12.[n]) Sententia. Iniuriarum non nisi praesentes accusare possunt: crimen enim, quod vindictae aut calumniae iudicium exspectat, per alios intendi non potest.

Interpretatione *non eget.*

13. Sententia. Fit iniuria contra bonos mores[o]), veluti si quis fimo corrupto aliquem perfuderit, coeno, luto obliniverit, aquas spurcaverit, fistulas, lacus quidve aliud in iniuriam publicam contaminaverit: in quos graviter animadverti solet.

Interpretatione *non eget.*

14. Sententia. Qui puero praetextato stuprum aliudve flagitium, abducto ab eo vel corrupto comite, persuaserit, mulierem puellamve interpellaverit, quidve corrumpendae pudicitiae gratia fecerit, domum praebuerit, pretiumve, quo id persuadeat, dederit, perfecto flagitio capite punitur; imperfecto, in insulam deportatur: corrupti comites summo supplicio afficiuntur.

Interpretatione *non eget.*

(15.)[p]) Sententia. Qui carmen famosum in iniuriam alicuius vel alia quaelibet cantica, quo agnosci possit, composuerit, ex auctoritate amplissimi ordinis in insulam deportatur: interest enim publicae disciplinae, opinionem uniuscuiusque a turpi carminis infamia vindicare. Carmen facit non tantum, qui satyras et epigrammata, sed illegitimam insectandi alicuius causam, quidve aliud alio genere componit. De ratione et de personarum dignitate nihil cavetur: quoniam omnimodo deformanda est eius persona, contra quem venimus. Sed in hoc modus quidam et ratio adhibenda est, aestimatio enim etiam hoc modo laeditur.

Interpretatione *non eget.*[q])

15. (16.)[r]) Sententia. Psalterium, quod vulgo dicitur canticum, in alterius infamiam compositum et publice cantatum, tam in eos, qui hoc cantaverint, quam in eos, qui composuerint, extra ordinem vindicatur: eo acrius, si personae dignitas ab hac iniuria defendenda sit.

Interpretatione *non eget.*

16. (17.)[s]) Sententia. In eos auctores, qui famosos libellos in contumeliam alterius proposuerint, extra ordinem usque ad relegationem insulae vindicatur.

Interpretatione *non eget.*

17. (18.)[t]) Sententia. Convicium iudici ab appellatoribus fieri non oportet: alioquin infamia notantur.

Interpretatione *non eget.*[u])

18. (19.)[v]) Sententia. Maledictum, itemque convicium publice factum ad iniuriae vindictam revocatur: quo facto condemnatus infamis efficitur.

Interpretatione *non eget.*

19. (20.) Sententia. Non tantum is, qui maledictum aut convicium ingesserit, iniuriarum convictus famosus efficitur: sed et is, cuius ope consiliove factum esse dicitur.

Interpretatione *non eget.*

(21.)[x]) Sententia. Convicium contra bonos mores fieri videtur, si obscoeno nomine aut inferiore parte corporis nudatus aliquis insectatus sit: quod factum contemplatione morum et causa publicae honestatis vindictam extraordinariae ultionis exspectat.

Interpretatione *non eget.*

20. (22.) Sententia. Servus, qui iniuriam aut contumeliam fecerit, si quidem atrocem, in metallum damnatur: si vero levem, flagellis caesus sub poena vinculorum temporalium domino restituitur.

Interpretatione *non eget.*[y])

## TIT. V.[a]) DE EFFECTU SENTENTIARUM ET FINIBUS LITIUM.

1. Sententia. Res iudicatae videntur ab his, qui imperium potestatemque habent vel qui ex auctoritate eorum inter partes dantur: itemque a magistratibus municipalibus[b]) usque ad summam, qua ius dicere possunt: itemque ab his, qui ab imperatore extra ordinem petuntur. Ex compromisso autem iudex sumtus rem iudicatam non facit: sed si poena inter eos promissa sit, poena rei in iudicium deductae ex stipulatu peti potest.

Interpretatione *non eget.*

2.[c]) Sententia. Confessi debitores pro iudicatis habentur: ideoque ex die confessionis tempora solutioni praestituta computantur.

Interpretatione *non eget.*

n) Ben. Lev. III, 246. Deest in 32; interpr. in 26. o) Vv. *bonos mores* ultima sunt fol. 109 cod. 24; fol. 110—116 sequitur initium libri quarti (vid. supra III, 11, 4 not. *g*, IV, 8, 7 not. *l*). Verbo *veluti* pergitur in fol. 117. p) Est in solis codd. S. Germ. 366, 8 (ab Amerbachio ex A. E. adscripta, unde transiit in ed. Sich.), 13, 38—40 et in ed. Sich. q) Falsa interpr. h. l. primum add. est in edd. Aur. Lugd. r) In cod. 27 om. §. 16—21. Ben. Lev. III, 368. Burch. III, 199? s) Ivo, Decr. XVI, 256. Coll. An. saec. XI. §. 17 et 18 sunt etiam in cod. Reg. Par. 4482. 19 om. §. 17. t) Ivo, Decr. XVI, 257. Coll. Can. saec. XI. u) Hic falsa interpr. add. est primum in Aur. Lugd. edd. v) Sent. om. Bou. In cod. 26 est interpr. et deest reliqua pars Breviarii. In cod. 13 sent. repetitur post §. 22. x) Superest haec sent. in solis codd. 8 (sed ab Amerbachio ex A. E. adscripta est, unde transiit in Sich. ed.), 30, 38—40. Vid. §. 15 h. t. not. *p*. y) In codd. 32, 33 add. titt. II., XXXVIII., XLI. Leg. Rom. Burg.

a) Hic tit. est in cod. S. Germ. 366. b) Seqq. in nonn. codd. mutila sunt. c) Coll. can. An. saec. XI. Ivo, Decr. XVI, 257. Deest in cod. 28.

EPIT. AEG.

Si quis alium fimo aut qualibet sorde perfuderit aut luto oblinierit, graviter animadverti solet.

Qui puero praetextato stuprum aliudve flagitium subtracto ab[l]) eo vel corrupto comite[m]) persuaserit, mulierem puellamve interpellaverit, quive pudicitiae corrumpendae gratia domum[n]) praebuerit, pretiumve, quo persuadeat, dederit, perfecto[o]) flagitio capite puniatur, imperfecto in insulam deportatur: corrupti comites summo supplicio afficiuntur.

Is[p]), qui in blasphemiam alterius cantica composuerit vel qui cantaverit ea, extra ordinem vindicatur.

Exsiliari iubet eos, qui libellos famosos excogitant aut proponunt.[q])

Notatur[r]) infamia, quicunque, dum appellat, in iudicem convicium dixerit[s]).

Non[t]) tantum is, qui maledictum aut convicium dixerit, famosus efficitur, sed et is, cuius consilio factum esse dicitur.[u])

Servus, qui iniuriam gravem aut contumeliam fecerit, in metallum damnatur; si vero levem, flagellis caesus sub poena vinculorum temporalium domino restituitur[v]).

## TIT. V. DE EFFECTU SENTENTIARUM ET FINIBUS LITIUM.

Res iudicatae videntur ab his, qui imperium potestatemque habent.

Reddat debitum, qui se fuerit debere confessus.

l) In Aeg. om. *ab.* m) Aeg. *vel vicio corrupto.* n) Aeg. *donum.* o) Aeg. *peracto.* Nonn. codd. *perfacto.* p) Cap. a. 744 c. 13. Ben. Lev. III, 200. Concil. Eliber. c. 52. Ivo, Decr. IV, 157. q) Ben. Lev. et Ivo ll. cc. r) Ben. Lev. et Ivo ll. cc. s) Om. §. 15, 19. Aeg. et nonn. codd. om. *in.* t) Ben. Lev. et Ivo ll. cc. u) Om. §. 21. v) Aeg. *restituetur.* Nonn. codd. *restituatur.*

| EPIT. GUELPH. | EPIT. MONACHI. | EPIT. SELD. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|
| XII. De iniuria presentes. acusare. possunt. | Iniuriarum civiliter non nisi praesentes accusare possunt: crimen enim, quod vindictae aut calumniae iudicium exspectat, per alios intendi non potest. | | |
| XIII. Contra bonus. mores. iniuria. qualis. sit. femo corupto. cino loto. oblinierit. capite poniend̄. | Fit iniuria contra bonos mores, velut si quis fimo corrupto aliquem perfuderit, coeno, luto oblinierit[f]), aqua spurcaverit, fistulam, lacus vel quidve aliud iniuriam publicam contaminarit, in quos graviter animadverti solet. | Fit iniuria contra bonos mores̄, veluti si quis fimo corruptove luto aliquem perfuderit oblinieritve; fistulam lacusve ob iniuriam publicam contaminaverit, in quos graviter animadverti solet. | |
| XIIII. Qui puerum uella corupperit. perfecto flagicio. capite ponitur. corupti iudicis. supplicio adficientur. | [g]) Qui puero praetextato stuprum aliudve flagitium abducto ab eo[h]) vel corrupto persuaserit, mulierem vel puellam interpellaverit quidve pro pudicitia corrumpenda fecerit donumque tribuerit, perfecto flagitio capite puniatur[i]): imperfecto in insulam deportetur. Corruptoris comites summo supplicio afficiantur.[k]) | | |
| XV. Qui canticum pro alterius. infamia. conponit uel cantauit.[b]) capite ponitur. | | | *VII. Itē alia.* Qui carta[a]) falsa contra qualecūq: hominem fecerit ut eū noceat aut in exilio aut in carcere mittatur.[b]) |
| | Psalterium, quod vulgo canticum dicitur, in alterius infamia compositum et publice cantatum et qui composuit et qui cantaverit, extra ordinem vindicetur, eo acrius, si personae[l]) dignitas ab hac iniuria defendatur. | Psalterium, quod vulgo canticum dicitur, in alterius infamiam compositum et cantatum, tam in eos, qui composuerint, quam in eos, qui cantaverint, extra ordinem vindicatur. | |
| XVI Qui famosus. libellos. proposuerit. in insolam deportatur. | Qui famosos libellos in contumeliam alterius proposuerit, extra ordinem usque ad relegationem insulae vindicetur. | | |
| XVII. Conuiuium iudici. fieri non oportit. | Convicium iudici ab appellatoribus fieri non oportet: alioquin infamia notantur. | | |
| XVIII. Qui maladictum uel conuicium publice facit. infamis. eficitur. | Maledictum vel convicium publice factum ut iniuria vindicetur. | | *Ĩt alia VIII.* Qui alterū hominē sine causa maledicit[a]) in contumilio[b]) deputet' aut fustiget'.[c]) |
| XVIIII' Maledictum vel convicium quo iubente fit. idem. quod supra.[c]) | Et non tantum is famosus efficitur, sed et ille, cuius consilio factum fuerit.[m]) | | |
| XX. Si servus. iniuriam fecerit gravem. in medallum damnatu flagellis. caesu dn̄o restituatur. | Servus, qui iniuriam vel contumeliam fecerit, si quidem atrocem, in metallo damnetur: si vero levem, flagellis caesus sub poena vinculorum domino restituatur. | Servus, qui in iniuriam aut contumeliam fecerit, si quidem atrocem, in metallum damnatur, si vero levem, flagellis caedatur. | *Ĩt alia* Si alterius servus ad quēcūq: hominē aut aliqd contumiliū[d]) intulerit aut grave iniuriā fecerit in custodia[e]) mittat'. Nā[f]) si lib̄tus hoc fecerit alicos tēpus in custodia[g]) mittat' et postea in suo ꝓprio revertat'. |
| **DE EFECTUM SENTENCIARUM ET FINIBUS. LITIUM.** | **V. DE EFFECTU SENTENTIARUM ET FINIBUS LITIUM.** | **TIT. V. DE EFFECTU SENTENTIARUM.** | |
| A quibus iudicium latum valit. idē a principē et qui ab eo. imperium. habent item. magestratus municipalis. et quia principem. petuntur. vel ex conpromissu electis. tl' II. ϟ' XVIII.[a]) | Res iudicatae videntur[a]) ab his, qui potestatem habent vel qui ex auctoritate eorum inter partes dantur, itemque magistratus municipalis usque ad summam, quam ius dicere possunt. Itemque ab his, qui[b]) ab imperatore extra ordinem petuntur. Ex compromisso autem iudex sumtus rem iudicatam non facit, sed si poena inter eos promissum sit, poena rei in iudicium deducta ex stipulato peti potest. | Res iudicatae videntur ab his, qui imperium potestatemque habent, vel qui ex auctoritate eorum inter partes dantur, itemque magistratibus municipalibus usque ad summam, qua ius dicere possunt. Ex compromisso autem iudex sumtus rem iudicatam non facit. | |
| Confessi debetores ad redibicionem. tenentur. tl' II. ϟ' II. ł. II.[b]) | [c]) Confessi debitores pro iudicatis habentur et ex die confessionis tempora solutionis praestituta computantur. | | |
| b) Vv. *vel cantauit* ex §. 16 hausta sunt eaque de causa om. est §. 16. c) §. 21 deest.<br>a) C. Th. II, 18. b) Inc. num. Num Paul. II, 1, 5? | f) 64 om. *coen. lut. obl.* Praeterea 63, 64 *spurgaverit.* 62 *expurgaverit.* g) 64 add. *De Adulteriis.* h) Codd. *habeo.* Infra 63, 64 *vel quidve.* i) 64 *puniatur aut in perpetuo insula.* k) §. 15 deest. l) 63 *superne.* m) §. 21 deest.<br>a) 62 *iudicatae evidenter.* 63, 64 *iudicata evidenter.* b) Ita 64. Rell. *quae.* Infra legendum *promissa—deductae.* c) 64 add. *De Debito.* | | a) 67 *cartā.* b) Om. §. 16—18.<br>a) 67 *maledixerit.* b) Sqq. aliunde. c) Om. §. 20, 21. d) 67 *homine aliqua contumilia.* e) 67 *gravē — custodiā.* f) Haec aliunde. g) 67 *aliquos — custodiā.* |

LEX ROM. VISIGOTH.

3.[d]) Sententia. Confiteri quis in iudicio non tantum sua voce, sed et literis et quocunque modo potest: convinci autem non nisi scriptura aut testibus potest.

Interpretatione *non eget.*

4.[e]) Sententia. Eorum, qui debita confessi sunt, pignora capi et distrahi possunt.

Interpretatione *non eget.*[f])

5.[g]) Sententia. Ea, quae altera parte absente decernuntur, vim rerum iudicatarum non obtinent.

Interpretatione *non eget.*[h])

6.[i]) Sententia. Trinis literis vel edictis aut uno pro omnibus dato aut trina denuntiatione conventus, nisi ad iudicem, ad quem sibi[k]) denuntiatum est aut cuius literis vel edicto conventus est, venerit, quasi in contumacem dicta sententia auctoritatem rerum iudicatarum obtinet, quin imo nec appellari ab ea potest.

Interpretatio.[l]) *Quicunque tribus auctoritatibus iudicis conventus vel tribus edictis ad iudicium fuerit provocatus aut uno pro omnibus peremtorio, id est, quod causam exstinguit*), fuerit evocatus et praesentiam suam apud eum iudicem, a quo ei denuntiatum est, exhibere noluerit, adversus eum, quasi in contumacem, iudicari potest. Quin imo nec retractari per appellationem negotia possunt, quoties in contumacem fuerit iudicatum.*

7. Sententia. [m])Ab ea sententia, quae in contumaces data est, neque appellari, neque in duplum revocari potest.

Interpretatione *non eget.*

8.[n]) Sententia. Res olim iudicata post longum silentium in iudicium deduci non potest, nec eo nomine in duplum revocari. Longum autem tempus, exemplo longae praescriptionis, decennii inter praesentes et inter absentes vicennii computatur.

Interpretatione *non eget.*[o])

9.[p]) Sententia. In causa capitali absens nemo damnatur: neque absens[q]) per alium accusare aut accusari potest.

Interpretatione *non eget.*

10.[r]) Sententia. Falsis instrumentis religione iudicis circumducta, si iam dicta[s]) sententia prius de crimine admisso constiterit, eius causae instauratio iure deposcitur.

Interpretatione *non eget.*[t])

## TITULUS VI. DE INTERDICTIS.

1.[a]) Sententia. Retinendae possessionis gratia comparata sunt interdicta, per quae eam possessionem, quam iam habemus, retinere volumus: quale est Uti possidetis de rebus soli et Utrubi de re mobili. Et in priore quidem is potior est, qui redditi interdicti tempore nec vi, nec clam, nec precario ab adversario possidet. In altero[b]) vero potior est, qui maiorem partem anni retrorsum numerati nec vi, nec clam, nec precario possedit.

Interpretatio.[c]) *Interdicta dicuntur, quasi non perpetua sententia, sed ad tempus interim dicta, hoc est, a iudice momentum*) priori reddere possessori:* [d])*id est, ut si quis possidens intra anni spatium, quod amisisse videtur, praesentibus litigatoribus, iudice ordinante recipiat et postmodum, si voluerit, tam de vi quam de rei proprietate confligat. Nam si talis casus emerserit, ut adventiciam quolibet titulo rem novus possessor adeat et eam maiore parte anni, id est, plus quam sex mensibus teneat et ab alio haec res, quam tenuit, auferatur et ille, qui abstulit, quatuor aut quinque mensibus teneat, si intra ipsum annum de momento fuerit actum, priori possessori, qui maiore parte anni possedit, res a iudice partibus praesentibus merito reformatur*[e]), *ita ut de negotii qualitate partes sequenti actione confligant. Sin vero, qui abstulit, maiori parte anni possedit ante iudicium, momenti beneficium reddere non compellitur.*

d) Interpr. in nonn. codd. e) In cod. 25 mixta est cum §. 5. f) Hoc l. add. primum a Cuiacio a. 1566 sententia: *Confessionem suam reus in dubium revocare non potest.* In codd. 16 et 17 post §. 7 add. rubr. *De Confessionibus Ex Corpore Pauli Sententiarum* et sequitur Formula *De Trina Conventione,* quam Wenck ex literis meis ed. in Hauboldi Opp. T. II. p. 910. g) Ben. Lev. I, 311. Hincmar. II, 500 (ed. Lugd. 1615. p. 371)? Interpr. in 38—40. h) Ex Aeg. falsa interpr. add. est primum in Aur. Lugd. edd., qua deceptus Gloeden l. c. p. 23, art. 5 Edicti Theod. ex Br. Al. sumtum esse opinatur. Vid. supr. praefationem. Praeterea in rec. edd. add. l. 47, §. 1 D. de Re iudic. (XLII, 1). i) Deest in codd. 25, 27, 28. k) Ita 1, 2 et multi codd.; alii *a quo.* l) Deest in multis codd.; in aliis cum vv. *Quin imo* nova incip. sent. Doc. Franc. a. 838. Hincm. Opp. II, 449, 450. Coll. Can. An. saec. XI. Ivo, Decr. XVI, 258 et Pann. f. 108. Decr. Grat. cau. XXIV, qu. 3, c. 6. *Auctoritatibus* i. e. *denuntiationibus.* *) Potius disceptationem perimit. m) Hinc nova sent. incipit in codd.; Sich. Schult. huc trahunt vv. interpr. antec. *Quoties—iudicatum* et Schult., quasi nova sit *interpr.,* literis inclinatis utitur. n) Mutila in cod. 15. o) H. l. ex Aeg. falsa interpr. interiecta est primum in Aur. et Lugd. edd. p) Ben. Lev. III, 354 et Add. III, 102; IV, 17. Regino, App. III, 74. Burch. I, 177. Polyc. V, 1. Ivo, Pann. IV, 53 (V, f. 106). Ivo, Decr. V, 248 et 293; VI, 328 et 331. Decr. Grat. cau. II, qu. 8, c. 5 et cau. III, qu. 9, c. 18. Om. in cod. 19. q) 1, 2, alii codd. *In c. c. iniustus n. d. neque iniustus.* r) Mutila in 19. s) 1, 2, alii codd. *indicta* pro *iam dicta* et antea *religio.* t) Primum h. l. Cuiac. in ed. ann. 1566 sent. add. ex App. Br. Al. Post eam in Aur. Lugd. et in sqq. edd. inculcatus est tit. *de Rebus auctoritate iudicis possidendis.* Cf. c. ult. D. de Rebus auct. iud. poss.

a) Deest in codd. 21, 27, 28, 32, 33. In rec. edd. antecedit l. 3 D. Ne quid in loco (XLIII, 6) et l. 2 D. de Loco publ. (XLIII, 9). b) Vv. *In altero* des. in multis codd. c) Isidori Or. V, 25. Sententia est in 9, 31, 35, 36, ed. Bou., etsi ap. Bou. sequitur *Interpretatione non eget;* in aliis mutila; om. in 19. *) *Momentum* i. e. *possessio.* d) Haec falsa sunt et a sententia Pauli aliena. e) Vid. supr. I, 4, 3.

EPIT. AEG.

Convinci[a]) nemo potest in iudicio sine testibus aut scriptura.[b])

Sententia[c]) absente parte alia a iudice data nullam obtinet firmitatem.

Quicunque tribus auctoritatibus iudicis vel tribus edictis aut uno pro omnibus peremtorio ad iudicium fuerit provocatus et praesentiam suam exhibere noluerit, adversus eum quasi in contumacem iudicari[d]) potest.

Ab ea sententia, quae adversus contumaces data est, neque appellari neque in duplum revocari potest.

Causa[e]) inter praesentes iudicata post decennium revolvi non potest, nec inter absentes post vicennium.

In causa[f]) capitali absens nemo damnetur, neque absens per alium accusatorem accusari potest.[g])

TIT. VI. DE INTERDICTIS.

Interdicta dicuntur, quasi non perpetua sententia, sed ad tempus interim dicta, hoc est, a iudice momentum priori reddere possessori, id est, ut si quis possidens[a]) intra anni spatium, quod amisisse videtur, praesentibus litigatoribus iudice ordinante recipiat et postmodum, si voluerit, tam de vi quam et de rei proprietate confligat. Nam si talis casus emerserit, ut adventiciam quolibet titulo rem[b]) novus possessor adeat et eam maiore parte anni, id est plus[c]) quam sex mensibus teneat et ab alio haec res, quam tenuit, auferatur, et ille, qui abstulit, quatuor aut quinque mensibus teneat, si intra ipsum annum de momento fuerit actum, priori possessori, qui maiore parte anni possedit, res a iudice partibus praesentibus reformatur: ita ut de negotii qualitate partes sequenti actione confligant; si vero, qui eripuit, abstulit[d]) maiorem partem anni possedit, ante iudicium momenti beneficium reddere non compellitur.

a) Ben. Lev. III, 204. Ivo, Decr. XVI, 316 et Pann. V, f. 106. Ps. Felicis I. ep. 2. b) Om. §. 4. c) Ben. Lev., Ivo ll. cc. d) Aeg. *videri.* e) Ben. Lev., Ivo ll. cc. f) Ben. Lev., Ivo ll. cc. g) Om. §. 10.

a) Nonn. codd. et Aeg. *possidenti.* b) Plerique codd. et Aeg. *titulorum.* c) Aeg. *posq̂* pro *plus quam.* d) 50 om. *eripuit.* Fortasse, quia alterutrum verbum glossa videbatur esse.

| EPIT. GUELPH. | EPIT. MONACHI. | EPIT. SELD. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|---|
| In iudicio quomodo confiteri vel convinci possit sua vocē confessus. convinctus est. aliter vero per cartam aut testibus. | Confiteri quis in iudicio non tantum sua voce, sed et literis et quocunque modo potest, convinci autem non nisi scriptura aut testibus potest. | | |
| IIII De pignora debetores cavenda confessi debetores pignora distrahenda. | [d]) Eorum, qui debita confessi sunt, pignora capi et distrahi possunt. | | |
| Que una parte absente iudicantur. iudicium non valit. | Ea, quae altera parte absente decernuntur, vim rerum iudicatarum non obtinent. | | |
| VI. Pp̃t̃ quid in contumace sentenciā detur. si tribus. a iudice. datis. edictis. venire contempserit. quasi victū sentenciā dare debere. | [e]) Quicunque tribus edictis iudicis ad iudicium fuerit provocatus aut uno pro omnibus peremtorio, quod causam exstinguit, fuerit evocatus et praesentiam suam apud iudicem, qui ei denuntiavit, non exhibuerit, quasi in contumacem adversus eum iudicari potest, nec per appellationem negotium retractari potest. | Trinis literis vel edictis aut trina denuntiatione conventus, nisi ad iudicem, ad quem sibi denuntiatum est, aut cuius literis vel edicto conventus est, venerit, quasi in contumacem dicta sententia condemnabitur. | *VIIII*[a]) *It̃ alia.* Quicūq: homo ad[b]) suo adversario ante iudicem p̃ t̃ciā vicē adcusaverit[c]) unde int̃ eos intencio fuerit et ille quē acusat nec p̃ verbo nec p̃ sigillū ante iudicē venire noluerit iudex ipsū sic̃ contumacē iudicare debit.[d]) |
| VII Contra contumaces. sentenciā non apellandum. | Ab ea sententia, quae adversus contumaces data est, neque appellari, neque in duplum revocari potest. | | |
| VIII. Res olē iudicata. revocari non potest. | Res olim iudicata post longum silentium in iudicio deduci non potest, nec eo nomine in duplum revocari. Longae praescriptionis decennii inter praesentes et inter absentes vicennii. | Res olim iudicata post longum silentium in iudicium deduci non potest. Longum autem tempus est decennii inter praesentes et inter absentes vicennii. | *X. It̃ alia.* Qui post longū tempus alterū hominē de qualecūq: causa amallare voluerit int̃ p̃sentes infra X annus hoc admallare[a]) potē in[b]) absentes vero infra XX ann. amallet. Nā postea causa seq.re[c]) n̄ potē. |
| VIIII. Ne capitalis causā absente non damnari. | In causa capitali absens nemo damnetur. Neque absens per alium accusare aut accusari potest. | | *XI. Itē alia. De maiores causas. Intp̃.*[a]) Si ille homo ad p̃sens n̄ fuerit contra quē causat' ꝑ hoc iudex eū condānare n̄ debit[b]). |
| X. Si p̃ falsis. instrumentis. probatis. iudicium detur. tl. IIII. ꝛ. XX l. I. et .VI.[c]) | [f]) Falsis instrumentis religio iudicis circumducta, si iam dicta sententia prius de crimine admisso constiterit, eius causae instauratio iure deposcitur. | Si religio iudicis falsis instrumentis circumducta est, eius causae instauratio iure deposcitur. | |
| DE INTERDICTŪ | VI. DE INTERDICTIS. | | |
| De momento recipiendū interdictum ui est et idio. intra annum recipi iubet. | Interdicta dicuntur, quasi non perpetua sententia, sed ad tempus data, hoc est a iudice momentum priori reddere possessori: ut si quis possidens intra anni spatium, quod amisisse videtur, iudice ordinante recipiat et postmodum, si voluerit, tam de vi[a]) quam de rei proprietate confligat. [b]) Nam si talis casus emerserit, ut adventiciam quolibet titulo rem novus possessor adeat[c]) et eam maiore parte anni, id est plus quam sex mensibus teneat et ab alio, qui quatuor aut quinque mensibus rem ipsam[d]) tenuit, ei auferatur et intra annum de momento fuerit actum, ei possessori, qui maiore parte anni tenuit, res a iudice reformetur, ita ut de negotii qualitate partes sequente actione confligant. Si vero qui abstulit maiore parte anni possedit, ante iudicium momenti beneficium reddere non compellitur. | | *Ĩt alia.* Si duo homines aut de facultatē aut de qualecūq: rē int̃ se intencionē habuerint et ipsā facultatē unus de illos infra ann' sex aut[c]) VII. menses possederit et postea ille alt̃ homo ipsā facultatē ei p̃ forciam tullerit et eā tres aut quatuor menses habuerit si postea ante iudicē vennerint ipse eā[d]) recipiat qui plures menses illā infra ipsū ann̄ tenuit et postea ante iudicē suā causā agant et cui ipsa facultas ꝑ legem p̃tinet ipse illam[e]) habeat. |
| c) C. Th. IV, 20, 1 et 6. Numeri ad sq. tit. pertinent. | d) 64 add. *Item.* e) 64 add. *De Vocato Ad Iudicium.* Rell. ita mutata sunt: *Qui tribus provocatus non venerit, quasi in contumacem* etc. f) 64 add. *De Falso.*<br>a) 64 *vita.* 63 *qui si non—recipiet.* b) 63 om. *Nam — compellitur.* Deinde 64 *titulorum novus.* c) 64 add. *De Possessore Qui Maiore Tempore Possedit.* d) 64 om. *rem ipsam.* | | a) Om. §. 1—5. b) 67 om. *ad.* c) 67 *causaverit.* Infra *verbū.* d) Om. §. 7.<br>a) 67 *mallare.* b) 67 *potest inter.* c) 67 *n̄ p. causā sequere.*<br>a) 67 om. *Intp.* b) 67 *potest.* Om. §. 10. c) 67 *vel* et paulo post *possident.* d) Ita 67. 66 *ipseā.* e) 67 *illa.* |

LEX ROM. VISIGOTH.

2. Sententia. Ut interdictum, ita et actio proponitur, ne quis via publica aliquem prohibeat. Cuius rei sollicitudo ad viarum curatores pertinet, a quarum munitione nemo exceptus est. Si quis tamen in ea aliquid operis fecerit, quo commeantes impediantur, demolito opere condemnatur.

Interpretatione *non eget.*

## TITULUS VII. DE INTERDICTO UTRUM VI.[a])

1. Sententia. Non tantum si ipse dominus possessione deiiciatur, utile interdictum est: sed etiam si familia eius. Familiae autem nomine etiam duo servi continentur.

Interpretatione *non eget.*

2. Sententia. Vi deiicitur non tantum, qui oppressu multitudinis aut fustium aut telorum aut armorum metu terretur; sed et is, qui violentiae opinione comperta possessione cessit; si tamen eam adversarius ingressus sit.

Interpretatione *non eget.*

3. Sententia. De navi vi deiectus hoc interdicto experiri non potest: sed utilis ei actio de rebus recuperandis, exemplo de vi bonorum raptorum, datur. [b]) Idemque in eo dicendum est, qui carruca aut equo deiicitur; quibus non abductis, iniuriarum actio datur.

Interpretatione *non eget.*

4.[c]) Sententia. Vi deiectus videtur, et qui in praedio vi retinetur et qui in via territus est, ne ad fundum suum accederet.

Interpretatione *non eget.*

5. Sententia. Qui vi aut clam aut precario possidet, ab adversario impune deiicitur.

Interpretatio.[d]) *Vi possidet, qui impetu efficaci depulso adversario possidet: clam possedisse videtur, qui ignorante et inscio domino possessionem occupat: precario, qui per precem postulat, ut ei in possessione permissu domini vel creditoris fiduciam commorari liceat.*

6.[e]) Sententia. Ex rebus vi possessis si aliquae res arserint vel servi decesserint, licet id sine dolo eius, qui deiecit, factum sit, aestimatione tamen condemnandus est, qui ita voluit adipisci rem iuris alieni.

Interpretatio.[f]) *Si ex rebus, quas violenter aliquis occupavit, quaelibet quacunque occasione perierint aut arserint vel servi violenter occupati mortui fuerint, quamlibet fraude illius, qui occupavit, id quod perit, factum non videatur, tamen ab ipso, quaecunque perierint, reddenda sunt, qui rem iuris alieni violenter visus est occupasse.**)

7.[g]) Sententia. Si inter vicinos ex communi rivo aqua ducatur, interdici prius debet ex his vicibus, quibus a singulis duci consuevit: ducenti autem vis fieri prohibetur. Alienam autem aquam usurpanti nummaria poena irrogatur: cuius rei cura ad sollicitudinem praesidis spectat.

Interpretatione *non eget.*[h])

8.[i]) Sententia. Redditur interdicti actio, quae proponitur ex eo, ut quis, quod precario habet, restituat. Nam et civilis actio huius rei, sicut commodati, competit: eo vel maxime, quod ex beneficio suo unusquisque iniuriam pati non debet.

Interpretatio.[k]) *Si quando alicuius precibus exorati aliquid cuicunque possidendum ad tempus praestitum fuerit et ad primam admonitionem hoc ipsum reddere noluerit, datur adversus eum interdictum et actio iusta proponitur: quae actio civilis est, velut si de commodato agatur, ut res ita praestita sine aliqua difficultate reddatur: quia pro beneficio suo pati quemcunque iniuriam non oportet.*

9.[l]) Sententia. Precario possidere videtur, non tantum qui per epistolam vel qua alia ratione hoc sibi concedi postulavit, sed et is, qui nullo voluntatis indicio, patiente tamen domino possidet.

Interpretatione *non eget.*

10.[m]) Sententia. Heres eius, qui precariam possessionem tenebat, si in ea manserit, magis dicendum est, clam videri possidere: nullae enim preces eius videntur adhibitae. Et ideo persecutio eius rei semper manebit, nec interdicto locus est.

Interpretatio.[n]) *Si heres eius in ea possessione, quam auctor suus precario possederat, post mortem illius manserit, magis aestimandus est clam, id est, occulte manere. Actio tamen proprietatis domino adversus eum, qui ita manserit, iure competit.*

11. Sententia. Arbor, quae in alienas aedes imminet vel in vicini agrum, nisi a domino sublucari non potest: isque conveniendus est, ut eam sublucet. Quod si conventus dominus id facere noluerit, a vicino luxuries ramorum compescatur, idque qualiscunque dominus facere non prohibetur.

Interpretatione *non eget.*

12.[o]) Sententia. Adversus eum, qui hominem liberum vinxerit, suppresserit, incluserit operamve, ut id fieret, dederit, tam interdictum, quam legis Fabiae super ea re actio redditur. Et interdicto quidem id agitur, ut exhibeatur is, qui detinetur: lege autem Fabia, ut etiam poena nummaria coërceatur.

a) Rubr. habent Br. Al. codd. Bou. Sich., sed diverso modo ea scripta est in codd.: *De Interdicto Utruvi; De Interdicto Utrum; De Interdicto Utrũ Vi; De Interdicto Utrũ Vi Dũ; De Interdicto Utrubi,* quod ort. est ex *UTRUVI* s. *UTRŨVI* (etiam in ind. tit. corr. est *Utrum Vi*); *De Interdicto; De Interdictis.* Cuiac. in ed. a. 1558 del. rubr. b) Hinc in multis codd. nova inc. sententia. c) Deest in 25. d) In multis codd. et in ed. Bou. haec interpr. cum §. 6 unam efficit sent. e) Deest in codd. 21, 22, 25, 27, 28. f) Ben. Lev. III, 355. Ivo, Decr. XVI, 331. *) In rec. edd. add. l. 60, pr. D. de Usufr. (VII, 1), l. 7 D. de Aqua quot. (XLIII, 20), l. 21, 23, 25 D. Quemadm. serv. (VIII, 6). g) Mutila est in 19. h) Falsa interpr. ex Aeg. h. l. primum in edd. Aur. Lugd. inculcata est. i) Deest in 22, 25, 27, 28. k) Cohaeret in codd. 6, 9 cum sent. antec.; deest in 19. Sent. in ed. Bou. l) In 15, 23 est interpr. m) Om. in 19, 21, 22, 25, 27, 28. n) Cohaeret in ed. Bou. cum §. 11. o) Om. in 21, 22, 25, 27, 28.

EPIT. AEG.

Ut viam publicam alicui nullus prohibeat et aquarum munitioni nemo insidietur. Si quis tamen in eo aliquid operis fecerit, de destructo opere condemnatur[e]).

TIT. VII. DE INTERDICTO UTRUM VI.[a])

Vi deiicitur non tantum armorum aut fustium metu, sed et is, qui violentiae opinione comperta possessione cessit.

Qui de navi, carruca vel equo deiicitur, de vi bonorum raptorum actio datur.[b])

Si ex rebus, quas violenter aliquis occupavit, sub quacunque occasione perierint[c]) vel servi mortui fuerint, ab ipso omnia reddenda sunt.

Ut communem rivum aequaliter ducere nullus vetet[d]), alterius aquam nullus usurpare praesumat.[e])

Arbor, quae in alienas aedes vel agrum imminet, dominus eius eam sublucet. Quod si conventus dominus id facere noluerit, a vicino luxuries ramorum compescitur, idque qualiscunque dominus facere non prohibetur.

Qui hominem liberum ligaverit, absconderit, incluserit aut ad faciendum consenserit, secundum aestimationem iudicis poena num-

e) Multi codd. *in ea — condemnetur.*

a) Deest §. 1. b) Om. §. 4, 5. c) Aeg. *perierit.* d) Nonn. codd. *vetetur.* e) Om. §. 8, 9. §. 10 transposita est post §. 12.

| EPIT. GUELPH. | EPIT. MONACHI. | EPIT. S. GALL. |
|---|---|---|
| II• De via publica. qui in via publica. aliquid fecerit. demolito opere condemptor. l. II• ʒ• XVIIII.[a] | [e]Ut interdictum, ita et de via actio proponitur. Cuius[f] rei sollicitudo ad viarum curatores pertinet: ut si quis in ea aliquid operis fecerit, quo commeantes impediantur, demolito opere condemnatur. | *Ĩt alia* Nullus homo nec via publica nec aq: ductũ publicũ cont'bare[f]) debet. qđ si fecerit sic̃ lex dic̃ conponat. |
| DE INTERDICTŨ UTRUM UIM. | VII. DE INTERDICTO UTRUM VI. | |
| Si dominus vel familia eius. deieciatur familie numerus duo servi dici possunt. | Non tantum si ipse dominus possessione deiiciatur, utile interdictum est, sed etiam si familia eius[a]. Familiae appellatione etiam duo servi continentur. | |
| Qui ppt metum possessionem. cesit. si eā adversarius. ingrediatur. vim intullit. | Vi deiicitur, non tantum qui oppressus a multitudine vel armorum metu, sed is, qui violentiae opinione comperta possessione cessit, ut eam adversarius ingrediatur. | |
| III• Si denue[a]) quis. deieciatur iniurie accio datur. | De navi vi deiectus hoc interdicto experiri non potest, sed de vi bonorum raptorum ei actio datur. Qui de carruca aut equo deiicitur, quibus non abductis, iniuriarum actio datur. | |
| IIII. Si in predio quis teniatur. aut in via territus est vim deicitur. | Vi deiectus videtur, et qui in praedio[b]) vi retinetur et qui in via territus est, ne ad fundum suum accederet. | |
| V. Qui vim. tutam. aut precario possedit. ab adversario inpone. deicitur. | Qui vi aut clam aut precario possidet, ab adversario impune deiicitur. Vi possidet, qui impetu efficaci depulso adversario possidet. Clam possedisse videtur, qui ignorante domino possessionem occupat. Precario, qui per precem postulat, ut in possessione permissu domini vel creditoris fiducia morari liceat. | |
| VI. De rebus abbatis.[b]) si aliquid pereat. ab ipso reddendum. ꝗ abstullit. | Ex rebus violenter occupatis quidquid ex quacunque occasione perierit aut arserit aut servi mortui fuerint, quamvis fraude illius, qui occupavit, non perierint, tamen ab ipso reddenda[c]) sunt. | *Ĩt alia* Quicũq: alienã qualecũq: rẽ ꝑ forciam tullerit iuxta legẽ reddat'*). |
| VII. Aqua ducenti. vis. fieri. prohibitur. ꝗ fecit nummaria penā feriendus. | Si inter vicinos ex communi rivo aqua ducatur, induci prius debet et his vicibus, quibus[d]) a singulis duci consuevit; ducenti autem vis fieri prohibetur. Alienam autem aquam usurpanti[e]) nummaria[f]) poena irrogatur[g]), cuius rei cura ad sollicitudinem praesidis spectat. | |
| VIII Si rem prestitam repetitam quis. dare nolit invitus reddere conpellitur. | [h]Cui aliquid praestitutum fuerit et ad primam admonitionem hoc ipsum[i]) reddere noluerit, datur adversus eum interdictum et exactio civilis, ut velut de commodato[k]) agatur, ut res praestita sine aliqua difficultate reddatur. | *XII. It alia.* Si quis homo de suas res aut undecũq: carta donationes[a]) alicui fecerit et postea ille qui donavit ipsas res habere voluerit ad illum epistola rogatura mittat[b]) cui de suas res donationẽ fecit ad quantos annos ipsas res ei tenere liceat. Nã de quod alteri[c]) de suas res homo donationẽ faciat postea ꝑ[d]) possessionẽ ipsas res quas donavit tenere ñ potest.[e]) |
| VIIII. Precario quis. possedere videtur. ꝗ sine pcaturia paciente sedit. domino pos.[c]) | Precario possidet, non tantum qui per scriptum possidet, sed et ille, qui quocunque voluntatis indicio patiente[l]) tamen domino possedit. | |
| Heredi. eius. qui precario possedit. contra herede eius. iure conpetere. | [m]Si heres eius in ea possessione, qua auctor suus precario possederat, post mortem illius manserit, magis aestimandus[n]) est clam manere. Actio tamen[o]) adversus eum iure competit. | |
| XI• Arbor qui in aliena terra est si ramus extendatur. et dominus conventus. rama eius. succidere noluit. cui inpetimentum facit. succedere potest. | Arbor, quae in alienas aedes imminet vel in vicini agrum, nisi a domino sublucari non potest, isque conveniendus est, ut eam sublucet. Quod si noluerit, a vicino luxuries ramorum compescitur et hi dominus facere non prohibeatur. | |

a) Paul. I, 14?

a) Err. pro *de naue* i. e. *de navi.* b) An leg. *abactis?* c) Errore pro *patiente domino possedit.*

e) 64 add. *De Via.* f) 64 om. *Cuius — pertinet.*

a) 64 *dominus de possessione — familia eius hoc est vel duo servi.* b) Ita 63, 64. 62 *prelio.* c) 64 *reddere cogatur.* d) 64 *debet his vicinis qui.* 63 *vicinibus* et supra *indici.* e) Ita 63. 64 *usurpantem.* 62 *usurpari.* f) Ita 64. Rell. *nummularia.* g) 64 *irrogatur, quae tamen ad.* Mox codd. *exspectat.* h) 64 add. *De Praestito* et sic incipit §.: *De his cui.* i) 64 om. *hoc ipsum.* k) Hoc v. repos. ex 64, qui vero haec ita immutavit: *noluerit, velut de commodato adversus eum agatur et res.* 62, 63 *commutato.* l) 62, 64 *patienter.* 63 *patente.* m) 64 ádd. *De Precaria.* n) Codd. *extimandus,* vulgari modo scribendi pro *aestim.*, similiter saepe script. est *exspectare* pro *spectare.* o) Codd. et hic et supra *tam,* err.

f) 67 *conturbare non deb.*

*) 67 *reddat.* §. 1 — 5 et §. 7 om.

a) 67 *car donationis* et paulo post *et si postea.* b) 67 *rogatoria amittat.* c) 67 *alio.* d) 67 *p.* e) Om. §. 9 — 11.

LEX ROM. VISIGOTH.

Interpretatio.[p]) *Si quicunque hominem liberum ligaverit, absconderit, incluserit aut, ut id fieret, solatium praebuerit, adversus eum legis Fabiae actio datur,* [q]) *id est, ut exhibeatur is, qui in clusura aut in vinculis detinetur ab eo, qui fecisse convincitur: aut secundum legem Fabiam puniendus est aut secundum aestimationem iudicis poena nummaria feriendus est.*

13. Sententia. Bene concordans matrimonium separari a patre divus Pius prohibuit: itemque a patrono libertum, a parentibus filium filiamque: nisi forte quaeratur, ubi utilius morari debeat.

Interpretatione *non eget.*

14.[r]) Sententia. Omnibus bonis, quae habet quaeque habiturus est, obligatis, nec concubina, nec filius naturalis, nec alumnus, nec ea, quae in usu quotidiano habet, obligantur: ideoque de his nec interdictum redditur.

Interpretatio.[s]) *Si quis debitor creditori suo talem fecerit cautionem, ut omnia ei, quae in bonis suis habet, vel quae habiturus est, oppignorasse videatur, in tali conditione nec concubina, nec filius naturalis, nec alumnus, nec ea, quae in usu quotidiano habet, obligata videri possunt. Nec momentum, si creditor petat, de his rebus, quas superius diximus, accipere potest.*

## TITULUS VIII. DE OBLIGATIONIBUS.

1.[a]) Sententia. Obligationum firmandarum gratia stipulationes inductae sunt, quae quadam verborum solennitate concipiuntur: et appellatae, quod per eas firmitas obligationum constringitur: stipulum enim veteres firmum appellaverunt.

Interpretatione *non eget.*

2.[b]) Sententia. Verborum obligatio inter praesentes, non etiam inter absentes contrahitur. Quod si scriptum fuerit instrumento, promisisse aliquem, perinde habetur, atque si interrogatione praecedente responsum sit.

Interpretatio.[c]) *Verborum obligatio ideo inter praesentes constare videtur, quia necesse est, ut is, qui aliquid redditurum*[d]) *se promittit, ad creditoris interrogata respondeat:* [e]) *ut si interrogatus fuerit, istud dabis? ille respondet, dabo: si interrogatus fuerit, promittis? ille respondet, promitto. Sed si scribat aliquis, se quamcunque summam redditurum*), ita habetur, quasi ad interrogata responderit. Ideo ad redhibitionem secundum scripturae ordinem retinetur.**)*

3.[f]) Sententia. Fructuarius servus si quid ex re fructuarii aut ex operis suis acquirit, ad fructuarium pertinet: quidquid autem aliunde vel ex re proprietarii acquirit, domino proprietatis acquirit.

Interpretatione *non eget.*

4.[g]) Sententia. Quum facto promissoris res in stipulatum deducta intercidit, perinde agi ex stipulatu potest, ac si ea res exstaret. Ideo promissor aestimatione eius punitur: maxime si in dolum quoque eius concepta fuerit stipulatio.

Interpretatio.[h]) *Qui aliquid se cuicunque redditurum*[i]) *esse promiserit, si eius facto res promissa depereat, ita eam is, cui promissa est, ab*[k]) *eo recipere potest, tanquam non perierit: ideoque promissor aestimatione habita pretium eius rei, quae perierit, reformare*[l]) *compellitur.* [m]) *Quod in eo magis observandum est, si promissoris fraude fuerit factum.*

## TITULUS IX. DE NOVATIONIBUS.

1.[a]) Sententia. Non solum per nosmet ipsos novamus, quod nobis debetur, sed etiam per eos, per quos stipulari possumus: veluti per filiumfamilias vel servum, iubendo vel ratum habendo. Procurator quoque noster, ex iussu nostro receptum est, ut novare possit.

Interpretatio. *Novatio est, quoties causa novatur.*[b])

## TITULUS X. DE STIPULATIONIBUS.

1.[a]) Sententia. Substitutus heres ab instituto, qui sub conditione scriptus est, utiliter sibi institutum hac stipulatione cavere compellit, ne petita bonorum possessione res hereditarias deminuat. Hoc enim casu ex die interpositae stipulationis duplos fructus praestare compellitur. Huius enim praeiudicium a superiore differt, quo quaeritur, an ea res, de qua agitur, maior sit centum sestertiis: ideoque in longiorem diem concipitur.

p) Deest in 19, 30. Sent. in ed. Bou. *Solatium* i. e. *auxilium.* q) Hic interpres Paulum non intellexit. r) Deest in codd. 19, 21, 25, 28. Cohaeret in ed. Bou. cum §. 13. s) Interpr. mutila est in multis codd.; in cod. 22 bis scripta est. Infra *momentum* i. e. *possessorum remedium.*

a) §. 1, 2 habet cod. Reg. Par. 7710. b) Deest in codd. 21, 25, 27, 28. c) Sent. in 9, 12, 30, ed. Bou. et sequitur hic *Interpretatione non eget.* Deest in cod. 19. d) i. e. *praestiturum.* e) Seqq. videtur interpres ex Icto aliquo sumsisse; partim a sent. discedit. *) Nota mutat. sent. **) In rec. edd. add. l. 136 D. de Verb. obl. (XLV, 1). f) Mutila in nonn. codd. g) Interpr. in ed. Bou., etsi seq. *Interpretatione non eget.* Om. in 21, 22, 25, 27, 28. h) Deest in ed. Bou. et in nonn. codd. In m. cod. 38 add.: *Qui alicui aliquid promittit, si hoc, quod promiserat perdidit, ita solvere debet ac si non perdidit.* i) i. e. *daturum.* k) Hoc non omnino recte habet. l) Cf. supra I, 4, 3. m) Haec sec. Schulting. falsa sunt.

a) In multis codd. sententia conflata est cum interpr., quae in aliis deest. b) Primum in edd. Aur. Lugd. haec interpr. ex Epitome ab Aeg. edita vv. *Non tantum—possumus* aucta est.

a) Sent. om. 21—24, 27—29, 32, 33.

EPIT. AEG.

mularia feriatur. Si heres[f]) eius, qui in ea possessione, quam auctor suus precario possederat, post mortem illius manserit, magis aestimandus est, clam, id est, occulte manere, actio tamen proprietatis domino adversus eum, qui ita manserit, iure competit.

Bene concordans matrimonium separari a patre divus Pius prohibuit, itemque a patrono libertum, a parentibus filium filiamque, nisi forte quaeratur[g]), ubi utilius morari debeat.

Nec concubina, nec filius naturalis[h]), nec ea, quae in usu quotidiano habet, quis obligare potest[i]), nec creditor quidem contra hoc nullatenus repetere potest.

TIT. VIII. DE OBLIGATIONIBUS.[a])

Verborum obligatio inter praesentes constare videtur.

Servus praestitus in usumfructum quidquid de rebus illius acquirit, ad illum pertinet; quidquid aliunde vel ex re propria acquirit, proprio domino hoc acquirit.

Qui aliquid se cuicunque redditurum promiserit, si[b]) eius facto res promissa depereat, promissor eam reformare compellitur.

TIT. IX. DE NOVATIONIBUS.

Non solum per nosmet ipsos novamus, quod nobis debetur, sed per filium, per servum, per procuratorem cautiones nostras novare possumus.

TIT. X. DE STIPULATIONIBUS.[a])

f) Vid. not. *e.* g) Aeg. *queratur.* h) Aeg. *filios naturales.* i) Aeg. *obligari pôt.*

a) §. 1 om. b) Aeg. *et si.* Nonn. codd. *depereant.*

a) 54 *De Fideiussoribus.*

## EPIT. GUELPH.

XII. Si hominem liberum. quis iniuriaverit. aut poniend. aut penā. numaria feriendus.

XIII. Matrimunium non separandum divisionem.

XIIII De caucionē ubi bona sunt in legata. in tali condicionē nec concubina. nec filius. naturalis nec alunus. oblicari potest. tl· II · ℥ · XIIII· ł III.[d])

DE OBLICIONIBUS l· II. ℥ · III· ł. Gaī. ℥ · LXV. ℥ · XVI.[a])

I. Oblicacio. tribus modis fieri potest si stipolacio non fuerit non valebit. stipolacionē enim firmitas. apellatur[b]).

II Fructuarius. servus. si aliqua adqrat. quod ex fructuario adqrit. ad fructuario adqrit ad fructuarium pertenet. qđ aliunde. ad dominum proprium.

III· Si res promissa pereat. quicquid perierit qđ promisit. estimacio pcio reddat.

DE NOUACIONIBUS

A quibus caucio renovari possit non solum per se sed et per filium familias. et per servum iubente dnm̄ renovari potest.

X DE STIPULACIONIBUS.

d) Inc. num. An C. Th. II, 30, 1?

a) Paul. II, 3. Gai. tit. (XV.) XVI. et (XVI.) XVII. b) §. 2 om. Post *firmitas* sunt duae literae deletae.

## EPIT. MONACHI.

[p])Quicunque hominem liberum ligaverit, absconderit, incluserit aut auxilium ad id faciendum praebuerit, adversus eum legis Fabiae actio datur, id est aut secundum legem Fabiam puniatur[q]), ut exhibeatur ille, qui detinetur, et ille, qui perpetravit, aut secundum aestimationem iudicis poena nummaria feriendus est.*)

[r])Si quis talem cautionem fecerit, ut omnia, quae habet, oppignoret, in tali conditione nec concubinam, neque filios naturales, nec alumnos, nec ea, quae in usu quotidiano habet, obligare possunt, nec ullius momenti.

VIII. DE OBLIGATIONIBUS.

Obligationum firmitas si[a]) stipulatio est, quae quadam verborum solennitate concipitur. Stipulum veteres firmum appellaverunt.

Verborum obligatio ideo inter praesentes constat, ut qui aliquid redditnro promittit, interrogatus respondeat: promitto. Sed si scribat aliquis aliquid redditurum, ita habetur, quasi ad interrogata respondeat. Similiter ad redhibitionem tenetur.

[b])Fructuarius servus, si quid ex re fructuarii aut ex opere suo acquirit, ad fructuarium pertinet. Quod autem aliunde, domino acquirit.

Qui aliquid se cuicunque[c]) ex stipulato redditurum esse promiserit et si res promissa eius facto depereat, ipse eam cogatur reformare.

IX. DE NOVATIONIBUS CAUTIONUM.

Quoties cautio renovatur. Non solum per nos novamus, quod nobis debetur, sed etiam per filiumfamilias stipulare possumus vel per servum, iubendo[a]) et ratum habendo, vel per procuratorem ex iussu nostro.

X. DE STIPULATIONIBUS[a]).

p) 64 add. *De Homine Furato.* q) 64 om. *adversus—puniatur* et 63 *aut secund.—puniatur,* sed post *perpetravit* uterque addit *aut secundum legem Fabiam puniatur.* Mihi placet scriptura cod. 63. *) §. 13 deest. r) 64 add. *De Cautione.* Imperfecta et male scripta interpr.

a) 63 om. *si,* deinde *qua* habet pro *quadam.* b) 64 add. *De Servo Fructuario.* c) Ita 63, 64, sed 62 *ubicunque.*

a) 63 *vel per ratum habendū.*

a) 64 *Stipulatione* et add. *Et Herede Substituto.*

## EPIT. SELD.

Quum res in stipulatum deducta facto promissoris intercidit, perinde interrogari potest, ac si res exstaret. Ideo promissor aestimatione eius punitur, maxime[a]) si eius fraude fuerit factum.

TIT. IX. DE NOVATIONIBUS.

Novatio[a]) est, quoties cautio renovatur. Non solum autem per nosmet ipsos novamus, quod nobis debetur, sed etiam per eum, pro quo stipulari possumus, veluti per filiumfamilias vel per servum, iubendo vel ratum habendo. Procurator quoque noster ex nostro iussu renovare potest.

TIT. X. DE STIPULATIONIBUS.

Substitutus heres ab instituto, qui sub conditione scriptus est, exigere potest[a]), ut caveat, id est, cautione promittat, hanc ipsam hereditatem a se in nullo penitus minuendam. Quo facto, si quid de hereditate fuerit

a) Ex interpr.

a) Ex interpr.

a) Ex interpr.

## EPIT. S. GALL.

*Item aliā.* Qui alterius hominē sine culpa ligaverit aut detenuerit aut in carcerem miserit. secundū legē fufiā puniatur[ee]) et secundum[f]) p̄sentem legē ad estimacionē iudicis[g]) poenā vel conposicione feriendus ē.

*Item alia.* Si quis homo pro qualecūq: debito[h]) alicui cautionē fecerit in ipsa cautione scribere debet: si aut campū aut pratū aut casa[i]) aut peculiū dat. nā neq:[k]) uxorem neq: filios nec colonos nec servos. in ipsa cautionē ei publicare n̄ potest.

EXPLICIT PAULI LIBER VTUS FELICITER[l]).

ee) 67 *fafiā puniantur.* f) 67 om. *secundum* et paulo post *legem.* g) 67 *ut decet* pro *iudicis.* h) 67 *p qual. debitū.* i) 67 *partum aut casā.* k) 67 *nec.* l) His vv. terminatur cod. 66 et subsequuntur XII Capitula. Vid. Appendices infra adiectas. 67 om. *Expl.—felic.,* sed add. interpr. §. 3 tit. Pauli Si Quadrupes (I, 15) et ex Epit. Aeg. tit. VIII. Nov. Val. De triginta ann. praescr.; huic subiuncta est clausula: *EXPŁ LIB LEGF̄.* Plura de codd. 66 et 67 dedi in praefatione.

INTERPRETATIO.[b]) * *Substitutus heres eum, qui sub conditione heres institutus est, adita hereditate compellere potest, ut sibi institutus caveat heres, id est, cautione promittat, hanc ipsam hereditatem a se in nullo penitus minuendam. Quo*[c]) *facto si quid de hereditate fuerit imminutum, duplos fructus eius rei a die cautionis heres institutus redhibere compellitur.*

2.[d]) SENTENTIA. Ex die accepti iudicii dupli fructus computantur: et tam dantes, quam accipientes, heredes quoque eorum, procuratores cognitorumque personae, itemque sponsores eadem stipulatione comprehenduntur; eorum quoque, quorum nomine promittitur.

INTERPRETATIO.[e]) *Ex ea die, qua de causa fuerit iudicatum, si in redhibitione*[f]) *mora facta fuerit, dupli fructus computantur: et tam hos, qui addicti fuerint, quam etiam heredes eorum, vel procuratores aut cognitores vel fideiussores eadem promissio comprehendit. Hic etiam tenendi sunt*[g]), *quorum nomine facta fuerit promissio.*

3.[h]) SENTENTIA. Quoties iudicatum solvi stipulatione satisdatur, omissa eius actio rei iudicatae persecutionem non excludit.

INTERPRETATIO.[i]) *Si quando causa per iudicium fuerit terminata et iudicati solutio fideiussione interposita fuerit repromissa, sed is, cui fideiussio praebita est, huius rei actionem qualibet ratione tardaverit, a persecutione rei, quae addicta est, non excluditur.*

4.[k]) SENTENTIA. Emancipati liberi praeteriti, si velint se miscere paternae hereditati et cum his, qui in potestate remanserint, communis patris dividere hereditatem, antequam bonorum possessionem petant, de conferendo cavere cum satisdatione debebunt. Quod si satisdare non possunt, statim ex[l]) fide bonorum confusionem[m]), excepto peculio castrensi, facere cogendi sunt.

INTERPRETATIO.[n]) *Emancipati filii, si patris testamento fuerint praetermissi et se paternae hereditati cum reliquis fratribus*[o]) *miscere voluerint, de confundendis rebus, quas a patre emancipationis tempore*[p]) *perceperint, fideiussores dare compelluntur, qui eos omnia divisioni refusuros sua fideiussione promittant. Quod si huiusmodi fideiussores non dederint, statim fide media confusionem rerum omnium, quas acceperunt, facere compelluntur: exceptis tamen rebus, quas de castrensi peculio habere probantur.*

## TITULUS XI. DE CONTRAHENDA AUCTORITATE.[a])

1. SENTENTIA. Ob metum impendentis damni vicinus vicino satisdare debet, additis sponsoribus, super eo, quod damni acciderit.

INTERPRETATIONE *non eget.*

2. SENTENTIA. De communi pariete utilitatis causa hoc coepit observari, ut aedificet quidem, cui aedificare interest: cogatur vero socius portionis suae impensas agnoscere.

INTERPRETATIO.[b]) *Si quando aliquibus vicinus paries ruinae metum videatur ostendere, invicem sibi datis fideiussoribus promittere debent, ut, si cui vicinus paries damnum fecerit, a socio sarciatur. Sed si ab uno ex his communis paries propter metum ruinae fuerit reparatus, expensas fabricae socius illi pro portione sua praestare cogendus est.*

## TITULUS XII. DE DONATIONIBUS.[a])

1.[b]) SENTENTIA. Species extra dotem a matre in honorem nuptiarum praesente filia genero traditae donationem perfecisse videntur.

INTERPRETATIONE *non eget.*

2.[c]) SENTENTIA. Probatio traditae vel non traditae possessionis non tam in iure, quam in facto consistit: ideoque sufficit ad probationem, si rem corporaliter teneant.

INTERPRETATIO.[d]) *Si inter aliquos de tradita aut non tradita re nascatur intentio*[e]), *huius rei probatio non in iure aut in scriptura, sed in facto constat; et ideo ad omnem probationem sufficit, si res ab eo, qui sibi traditam asserit, teneatur.*

3. SENTENTIA. Pater si filiofamilias aliquid donaverit et in ea voluntate perseverans decesserit, morte patris donatio convalescit.

INTERPRETATIONE *non eget.*

4.[f]) SENTENTIA. Quum unius rei in duos donatio confertur, potior est ille, cui res tradita est. Nec interest, posterior quis an prior acceperit et exceptae necne personae sint.

b) Interpr. §. 1, 2, 3 om. 19; in 30 sent. est. c) Duas Pauli sententias in §. 1 propositas miscet interpres. d) Deest in codd. 21, 22, 25, 27—29. In ed. Bou. conflata est cum antec. interpr. et videtur nova quasi sententia incipi inde a vv. *et tam.* In 16 interpr. est, sed corr. sigl. e) Sententia in codd. 5, 9, 29, ed. Bou. f) Id e. *restitutione.* Supra, quod *iudicatum* est dictum, debebat dici *iudicium acceptum.* Infra *addicti* i. e. *condemnati.* Vid. tit. IV. h. l. §. 9. g) Pro *obligantur.* Vid. Gai. II, 9, 2. h) Deest in codd. 19, 21, 22, 25, 27—29. Ap. Bou. cohaeret cum interpr. antec. i) Sent. in codd. 5, 9, ed. Bou. k) Deest in codd. 21, 22, 25, 27—29, mutata est in cod. 19; in ed. Bou. cohaeret cum antec. interpr., incipit autem nova §. cum vv. *Quod si.* l) Vid. supr. II, 24, 5 not. *g*; III, 9, 29 not. *g.* m) Vetustissimi et plerique codd. *competitionem.* n) Sent. in codd. 9, 21, 22, 27, 30, ed. Bou. o) In Aur. Lugd. edd., quas Schult. secutus est, add. ex Epitome Aeg. *qui in potestate manserunt.* p) Sec. Paulum, omnia bona exceptis castrensibus.

a) In codd. 19, 21—24, 27, 28, 30, 32, 33, 38—40 desunt §. 1, 2 h. t. et superest sola interpr.; in edd. Bou. Sich. cohaerent §. 1, 2. b) Sent. in cod. 30.

a) Totum tit. cum interpr. §. 2 inveniri in Ivon. Decr. IX, 64 dicit Savigny, falso, in mente habet tit. Pauli de Grad. (IV, 10). b) Deest in codd. 21, 22, 28, 32, 33. c) Deest in codd. 21, 22, 27, 28, 32, 33. d) Sent. in cod. 9 et ed. Bou.; mixta est cum sent. in cod. 19. e) Cf. III, 7, 12 interpr. not. *. f) Deest in codd. 21, 22, 25, 28.



Id est de institutis et substitutis heredibus, quid debeat observari. Si ille, cui fideiussio praebita est, qualibet ratione tardaverit, a persecutione[b]) rei non excluditur.

Ex ea die, qua de causa fuerit iudicatum, si in redhibitione mora facta[c]) fuerit, dupli fructus computentur[d]), et tam hos[e]), qui addicti fuerint, quam etiam heredes eorum vel procuratores aut cognitores vel fideiussores eadem promissio comprehendat[f]). Hi[g]) etiam tenendi sunt, quorum nomine fuerit facta promissio.*)

Emancipati filii, si patris testamento fuerint praetermissi et se paternae hereditati miscere voluerint[h]), cum his, qui in potestate remanserunt, statim fide media confusionem rerum omnium, quas acceperunt, facere compelluntur: exceptis tamen rebus, quas de castrensi peculio habere comprobantur.

### TIT. XI. DE CONTRAHENDA AUCTORITATE.

Propter timorem impendentis damni vicinus vicino additis sponsoribus dare[a]) debet.

Si quando aliquibus vicinis paries communis ruinae metum videatur ostendere, invicem sibi datis fideiussoribus promittant, ut, si cui vicinus paries damnum fecerit, a socio sarciatur, sed si ab uno ex his communis paries propter metum ruinae fuerit reparatus, expensas fabricae socio illi pro portione sua praestare cogendus est.

### TIT. XII. DE DONATIONIBUS.

Species extra dotem a matre in honore nuptiarum praesente filia genero traditae donationem perfecisse videntur.

[a])Si inter aliquos de tradita aut non tradita re nascatur[b]) intentio, cuius rei probatio non in iure aut in scriptura, sed in facto consistat, et ideo ad omnem probationem sufficit, si res ab eo, qui sibi traditam asserit, teneatur.

[c])Pater si filiofamiliae aliquid donaverit et in ea voluntate decesserit[d]), morte patris donatio convalescit.

b) Aeg. *ad persecutionem.* c) 50 om. *Ex—facta* et infra *promissio.* d) Aeg. *computetur.* e) Aeg. *hii.* f) Nonn. codd. *comprehendit.* g) Aeg. *Quin etiam.* *) §. 3 om. h) Nonn. codd. et Aeg. *noluerint.* Paulo post Aeg. *hiis.*

a) Aeg. et nonn. codd. *dari.*

a) In 54 add. *De Probatione videtur.* b) Aeg. *renascatur.* c) In 54 add. *De Donationibus Patris.* d) Multi codd. et Aeg. *discesserit.*

| EPIT. GUELPH. | EPIT. MONACHI. | EPIT. SELD. |
|---|---|---|
| Ut ab heredem. qui sub condiccionē ē. alio heredem. caucio fiat: a die cauciones. si. aliquid deperiat. duplus fructus. reddere conpellitur. | Substitutus heres eum, qui sub conditione heres est institutus, adita hereditate compellere potest heredem institutum, ut per cautionem promittat ipsam hereditatem non minuendam. Quo facto si quid de hereditate fuerit imminutum, duplos fructus ipse aut heres eius a die cautionis reddere compellitur. | imminutum, duplos fructus eius rei a die cautionis heres institutus redhibere compellitur. |
| II. Ex die iudicati si mora fiat. dupli fructus. dandi. | Ex die, qua de causa fuerit iudicatum, si in redhibitione mora facta fuerit, dupli fructus computantur, et tam his quam heredes eorum vel procuratores aut cognitores vel fideiussores, quorum nomine fuerit facta promissio, ei redhibitio comprehendit. | Ex die accepti iudicii, si mora reddendi facta fuerit, dupli fructus computantur et tam dantes, quam etiam heredes eorum vel procuratores et cognitores et sponsores eadem stipulatione comprehendantur, ii quoque, quorum nomine promittitur. |
| III Post iudicium si mora fiat ab eo. qui vicit. ꝓsecucio rei. ꝗ iudicata est non exaudit. | b) Si quando causa iudicati solutio fideiussione interposita fuerit, si is, cui fideiussio interposita est, huius rei rationem tardaverit, a persecutione rei, quae adita est, non excluditur. | |
| IIII Fili emancipati. si in divisionem. cum fratribus. equalis. fieri. vellent. quicquid. emancipacionis. tempo a patre acceper aut sibi. inputent aut confundant. excepte castrense peculio. quod quis eorum. adqsierit. tl· IIII · ꝛ · II.*) | c) Emancipati filii, si patris testamentū d) fuerint praetermissi et paternae hereditati cum fratribus misceri voluerint, de rebus, quas a patre emancipationis tempore acceperunt, fideiussores dent, ut eas insimul in divisione refundant. Quod si noluerint, statim fide media confusionem rerum omnium, quas acceperunt, facere compelluntur, exceptis e) rebus, quas de castrense peculio habent. | Emancipati liberi, si velint se miscere paternae hereditati et cum his, qui in potestate remanserint, communis patris hereditatem dividere, dent fideiussores aut statim refundant, quidquid emancipationis tempore a patre acceperant, excepto castrensi peculio. |
| XI. DE CONTRAHENDA. AUCTORITAT̄. a) | XI. DE CONTRAHENDA AUCTORITATE. a) | |
| I. Si vicinus. paries. ruinam ostendat socio fideiussorem dari. si paries damnum intullerit. a socio detur. et si unus. parietem separaverit b) a socio inpendia. fabrecae reddantur. | b) Quum vicinus paries ruinam videtur ostendere, invicem sibi fideiussores dent, ut cui vicinus paries damnum fecerit, a socio sarciatur, et si ab uno communis paries fuerit reparatus, expensas pro portione sua socius illi reddere cogatur. | |
| XII. DE DONACIONIBUS tl· VIII. ꝛ · V. a) | XII. DE DONATIONIBUS. | |
| I. Si species a matre genero sint tradite. donacio perfecta est. | Species extra dotem a matre in honore nuptiarum praesente filia genero tradita donatio est. | |
| II Si de tradita vel non tradita. re nascatur intencio. firmum facit. cui res. tradita esse probatur. | a) De tradita et non tradita re: huius rei probatio non in iure aut in scriptura, sed in facto consistat. Ad omnem probationem sufficit, si res ab eo b), cui tradita est, teneatur. | Probatio traditae vel non traditae possessionis non in iure aut in scriptura, sed in facto constat, et ideo ad omnem probationem sufficit, si res ab eo, qui sibi traditam asserit, teneatur. |
| III Pat̄ si filio aliquid donaverit mortē patris. donacio convaliscit. | Si filiofamiliae pater aliquid donaverit et in ea voluntate perseverans, mortuo patre donatio convalescit. | |

*) C. Th. IV, 2.
a) §. 1 om. b) i. e. pro *reparaverit*.
a) C. Th. VIII, 5.

b) 64 add. *De Fideiussione.* c) 64 add. *De Emancipatis.* d) Ita 63, i. e. pro *testamento*. Rell. *testamenti.* e) 64 *excepto de castrense.*
a) §. 1 deest. b) 64 add. *De Aedificiis Ruituris.*
a) 64 add. *De Tradito Et Non.* b) Ita 63; rell. *habeo.*

LEX ROM. VISIGOTH.

INTERPRETATIO.[g]) *Si aliquis unam rem duobus*[h]) *per legitimas scripturas donaverit, uni prius et alteri postea, non quaerendum est in his donationibus, qui primus, qui posterior sit: sed qui rem tradente donatore possederit, is eam, cui est tradita, possidebit. Nec interest, utrum in parentes*[i]) *an in extraneos talis sit facta donatio.*

5.[k]) SENTENTIA. Invitus donator de evictione rei donatae promittere non cogitur: nec eo nomine, si promiserit, oneratur: quia lucrativae rei possessor ab evictionis actione ipsa iuris ratione depellitur.

INTERPRETATIO.[l]) *Si aliquis rem iuris sui scriptura interveniente donaverit, evictionis poenam sibi constituere invitus non compellitur: ad quam, etiamsi volens promiserit, non potest retineri*[m])*: quia res, quae lucrum alteri facit, damnum pro munere suo donatori inferre non poterit. Et si ad hanc rem is, cui donatum est, donatorem voluerit attinere, ab hac actione omnimodis*[n]) *removetur.*[o])

6.[p]) SENTENTIA. Ei, qui aliquem a latrunculis vel hostibus eripuit, in infinitum donare non prohibemur: si tamen donatio et non merces eximii laboris appellanda est: quia contemplationem salutis certo modo aestimari non placuit.

INTERPRETATIO. *Si quis aliquem de imminenti periculo, id est, de latronum aut hostium persecutione vel manu eripuit, quidquid vel quantum, aut si omnia ei is, qui liberatus est, pro salutis suae mercede donaverit, nec ab ipso donatore, nec ab heredibus eius repeti potest: quia vitae praemium nulla potest pretii aestimatione pensari.*

## TITULUS XIII. DE IURE FISCI ET POPULI.[a])

1.[b]) SENTENTIA. Eius bona, qui sibi ob aliquod admissum flagitium mortem conscivit, fisco vindicantur. Quod si taedio vitae aut pudore aeris alieni vel valetudinis alicuius impatientia hoc admisit, non inquietabuntur: sed ordinariae successioni relinquentur.

INTERPRETATIO. *Si quis sibi pro aliquo admisso crimine mortem intulerit, facultates eius fiscus vindicat. Nam si ingratitudine*[c]) *malae vitae aut propter verecundiam contracti enormis debiti vel impatientia valetudinis mortem sibi intulerit, bona eius suis aut legitimis heredibus nullatenus auferuntur.*[*])

2.[d]) SENTENTIA. Ei etiam velut indigno aufertur hereditas, qui affinem vel cognatum, cui ipse ab intestato successurus erat, testamentum facere prohibuit aut ne iure subsisteret operam dedit.

INTERPRETATIONE *non eget.*[e])

3.[f]) SENTENTIA. Si pater vel dominus id testamentum, quo filius eius vel servus heredes instituti sunt aut legatum acceperunt, falsum redarguant, nec obtineant, fisco locus est.

INTERPRETATIONE *non eget.*

4. SENTENTIA. Aetati eius, qui accusat testamentum, si non obtineat, succurri solet in id, quod ita amisit: maxime si tutoris aut curatoris consilio actio instituta sit.

INTERPRETATIONE *non eget.*[g])

## TITULUS XIV. DE FISCI ADVOCATO.[a])

1. SENTENTIA. In ea provincia, ex qua quis originem ducit, officium fiscale administrare prohibetur, ne aut gratiosus aut calumniosus apud suos esse videatur.

INTERPRETATIONE *non eget.*[b])

2.[c]) SENTENTIA. Quoties sine auctoritate iudicati officiales alicuius bona occupant vel describunt vel sub observatione esse faciunt, adito procuratore iniuria submovetur: et rei huius auctores ad praefectos praetorio puniendi mittuntur.

INTERPRETATIONE *non eget.*

3. SENTENTIA. Litem in perniciem privatorum fisco donari non oportet, nec ab eodem donatam suscipi.

INTERPRETATIONE *non eget.*

4.[d]) SENTENTIA. Imperatorem litis causa heredem institui invidiosum est: nec enim calumniandi facultatem ex principali maiestate capi oportet.

INTERPRETATIONE *non eget.*[e])

5. SENTENTIA. Ex nuda pollicitatione nulla actio nascitur: ideoque eius bona, qui se heredem imperatorem facturum esse iactaverat, a fisco occupari non possunt.

INTERPRETATIONE *non eget.*[*])

g) Ben. Lev. III, 362. Coll. can. An. saec. XI. Ivo, Decr. XVI, 195 et Pann. V, f. 111 et Epist. 212. Coll. can. cod. Reg. Par. 4482. h) *Per legitimas scripturas* add. ex C. Th. i) i. e. *cognatos.* k) Deest in codd. 19, 21, 25, 27, 28. l) Sent. in 4, 14; deest in 19, 38—40. m) Cf. supr. I, 20, 1 interpr. n) Cf. IV, 1, 4, al. o) Primum in Aur. Lugd. edd. h. l. ex Epit. Aeg. altera interpr. add. est. Praeterea in rec. edd. sequitur l. 34, pr. D. de Donatt. (XXXIX, 5). p) Om. in codd. 21, 22, 25, 27, 28.

a) Rubr. om. nonn. codd. In rec. edd. primo h. t. loco add. l. 45, pr. §. 1, 2 D. h. t. (XLIX, 14). b) Sent. om. 21—23, 27, 28, 32, 33. c) Pro *taedio.* *) In rec. edd. add. l. 45, §. 3 D. h. t. (XLIX, 14). d) Sent. om. 28. e) In rec. edd. add. l. 21 D. de His, quae ut indign. (XXXIV, 9). f) Sent. om. 17[a]. g) In rec. edd. add. l. 36 D. de Minor. (IV, 4).

a) Hanc rubr. habent codd. Br. Al. Bou. Sich., del. Cui. in ed. a. 1558. b) Pro his vv. falsa interpr. ex Epit. Aeg. primum in edd. Aur. Lugd. add. est ad h. §. et ad §. 4. c) Deest in cod. 22. d) Interpr. in ed. Sich. et in cod. 8. Deest in cod. 27. e) Vid. not. *b* antec. *) In rec. edd. add. l. 23 D. de Leg. III. et l. 2 D. de Off. proc. Caes. (I, 19).

EPIT. AEG.

Si aliquis unam rem duobus per legitimas scripturas donaverit, uni prius et alteri postea, non quaerendum[e]) est in his donationibus, qui primus, qui posterior sit, sed qui rem tradente donatore possederit; ipse[f]) vero, cui est tradita, possidebit; nec interest, utrum in parentes an in extraneos talis sit facta donatio.

[g]) Qui rem suam donat invitus, evictionis[h]) poenam scribere non debet; quod si scripserit, non ei nocebit.

Si quis aliquem de imminenti periculo, id est de latronum aut hostium persecutione eripuit, quidquid vel quantum aut si omnia eius, qui liberatus est, pro salutis suae mercede donaverit, nec ab ipso donatore, nec ab heredibus eius repeti potest, quia[i]) vitae praemium nulla potest pretii aestimatione pensari.

TIT. XIII. DE IURE FISCI ET POPULI.

Si quis sibi pro aliquo admisso crimine mortem intulerit, facultates eius fiscus vindicet.[a])

TIT. XIIII. DE FISCI ADVOCATO.

Homo, in qua natus est, provincia officium fiscale, id est iudiciariae potestatis agere prohibetur.

Quicunque sine auctoritate iudicis alicuius bona occupant vel describunt[a]), punientur.

Res in lite posita fisco donari non potest, nec imperator de re litigiosa heres institui.*)

e) Aeg. *querendum.* f) Leg. *ipse* cum cod. 50. Rell. et Aeg. *ipsi.* g) In cod. 54 add. *De eo qui nihil reservet.* Eadem vv. habet cod. 57 post v. *salutis* §phi 6. h) Nonn. codd. *exactionis evectionisque.* Aeg. *exactionis.* i) Sqq. om. in codd. 46, 47.

a) Om. §. 2—4.

a) Aeg. et nonn. codd. *discribunt.* *) §. 5 om.

| EPIT. SUPPL. LAT. 215. | EPIT. GUELPH. | EPIT. MONACHI. | EPIT. SELD. |
|---|---|---|---|
| Si*) aliquis unam rem duobus per legitimas scripturas donaverit, uni prius et alteri postea, non quaerendum est in his donationibus, qui prius, qui posterior sit, sed qui rem tradente donatore possederit, his eum, qui**) tradita est, possidebit: nec interest, utrum in parentes an in extraneos talis sit facta donatio. | IIII. Si una res duobus donata sit. non valit. q priora ut[b]) qui posterior donata est sed his. ea vindicit. qui viventem. et tradentē auctorem possedit. | Si aliquis unam rem duobus per legitimam scripturam donaverit, non quaerendum est in his donationibus, qui primus, qui posterior sit, sed qui rem tradente donatore possederit. Is autem, cui est tradita, possidebit. Nec interest, utrum in parentes an in extraneos talis sit facta donatio. | |
| | V. Donatur invitus. pena sibi. ponere non conpellitur. | Qui rem suam per scripturam donaverit, evictionis poena invitū*) compellantur et si volens promiserit, non potest retinere, quia damnum pro munere donatori inferre non poterit, et si aliquis donatorem ad hanc rem voluerit attinere, ab hac actione omnimodo removetur. | |
| | VI. De eminendi periculu liberatus. si aliquid donit liberaturi firmum permanit neque repeti permittetur. tl' II. ʒ· XXVIIII.[c]) | [c])Si quis aliquem de periculo latronum, hostium vel manu[d]) eripuerit, quantumcunque is, qui liberatus est, pro salute sua donaverit, nec[e]) ab ipso donatore, nec ab heredibus eius repeti potest. | Si*) quis aliquem a latrunculis vel hostibus eripuerit, quicquid ei pro mercede is, qui liberatus est, dederit, nec ab ipso donatore nec ab heredibus eius revocari poterit, quia vitae praemium nulla potest aestimatione pensari. |
| | XIII. DE IURI FISCI ET POPULI. | XIII. DE IURE FISCI ET POPULI. | |
| | I. Si q se mortem ipsi. intullerit bona eius fiscus. adquerat. nam si per inormem debitum vel reliqua. his similia. filii sui bona eius possedeant. | Si quis sibi pro aliquo admisso crimine mortem intulerit, facultates eius fiscus vindicet. Nam si pro mala vita vel propter enorme debitum vel pro valetudine mortem sibi intulerit, bona eius suis heredibus nullatenus auferantur. | |
| | II. Si q̃ propinquo testamento. facere probybuit. ei. velut indignu auferritur. hereditas. | [a])Ei etiam velut indigno auferetur hereditas, qui affinem vel cognatum, cui ipse ab intestato successurus erat, testamentum facere prohibuit. | |
| | III Si pater contra filium alterius. testamentum falsum arguat. fisci reus. est. | [b])Si pater vel dominus id testamentum[c]), quo filius eius vel servus heredes instituti sunt aut legatum acceperunt, falsum redarguant, nec obtineant, fisco locus est. | |
| | IIII Si minor testamentum. acuset. et non obteniat minori. succurrit. | [d])Aetati eius, qui accusat testamentum, si non obtineat, succurri solet in id, quod ita amisit, maxime si tutoris aut curatoris consilio actio instituta sit. | |
| | XIIII. DE ADVOCATO FISCI. | XIV. DE FISCI ADVOCATO. | |
| | I. In sua provincia. oficio fiscale. non agendum. | In ea provincia, in qua quis originem ducit, officium fiscale administrare prohibetur vel pro gratia vel pro calumnia. | |
| | II. Si oficiales. cuiuslibet bona. occupent. rei huius. auctoris a provinciae. iudice puniendi. | [a])Quoties auctoritate iudicati officiales alicuius bona occupant vel describunt vel sub observatione esse faciunt, adito procuratore iniuria submovetur et rei huius auctores ad praefectos praetorii puniendi mittuntur. | |
| | III. Litem principi. donare non posset. | [b])Litem in perniciem privatorum fisco donari non oportet[c]), nec ab eodem donata suscipi. | |
| | IIII. Imperatur lites. causa heres. fieri non potest. | Imperatorem litis causa heredem institui invidiosum est, nec enim calumniandi facultatem ex principali maiestate capi oportet. | |
| | V. Si q se imperatorem. eredem. dix̃. facturum non valebit. | Ex nuda pollicitatione nulla actio nascitur. Ideoque eius bona, qui se imperatorem heredem esse iactaverat, a fisco occupari non possunt. | |
| *) Est in cod. post praefationem Legis Burgundionum. Vid. descriptionem codicis. **) Leg. *is eam, cui.* | b) i. e. *prior aut.* c) C. Th. II, 29. | *) Leg. *invitus compellatur.* c) 64 add. *Qui In Periculo Aliquid Dederit.* d) 64 om. *vel manu.* e) 64 *nec ipse nec heredes eius repetere possunt.*<br>a) 64 add. *Qui Testamentum Facere Prohibitur.* 63 *indignū aufertur.* 64 *vel propinquum cognatum.* b) 64 add. *De Falso.* c) Codd. *in testamentū.* d) 64 add. *Qui Accusat Testamentum.*<br>a) 64 add. *De Rebus Contradictis.* b) 64 add. *Ne Lis Fisco Detur.* c) Ita 62. 63 et 64 *poterit.* | *) Mixt. ex sent. et interpr. |

6.[f]) Sententia. Privilegium fisci est, inter omnes creditores primum locum retinere.

Interpretatione *non eget.*

7.[g]) Sententia. Quicunque a fisco convenitur, non ex indice[h]) vel exemplo alicuius scripturae, sed ex authentico conveniendus est: et si contractus fides possit ostendi. Ceterum calumniosam scripturam vim iustae petitionis in iudicio obtinere non convenit.

Interpretatione *non eget.*

8. Sententia. Eius bona, qui falsam monetam percussisse dicitur, fisco vindicantur.[i]) Quod si servi ignorante domino id fecisse dicantur, ipsi quidem summo supplicio afficiuntur; domino tamen nihil aufertur, quia peiorem domini causam servi facere, nisi forte scierit, omnino non possunt.

Interpretatione *non eget.*[k])

## TITULUS XV. **DE DELATORIBUS.**[a])

1.[b]) Sententia. Omnes omnino deferre alterum et causam pecuniariam fisco nuntiare prohibentur. Nec refert, mares istud an feminae faciant; servi, an ingenui an libertini; an suos, an extraneos deferant: omni enim modo puniuntur.

Interpretatione *non eget.*

2.[c]) Sententia. Servi fiscales, qui causam domino prodere ac nuntiare contendunt, deferre[d]) non videntur. Subornati sane reum prodere coguntur, ne qui quod per se non potest, per alium deferat. Perinde autem subornatores ac delatores puniuntur.

Interpretatio.[e]) *Si servi fiscales aliquid domino nuntiaverint atque prodiderint, delatores esse non videntur. Sane si aliquis eos ad hanc rem immiserit vel instigaverit, eum prodere iubentur.* [f]) *Qui quum proditus ab illis fuerit, ita puniri iubetur, quemadmodum delatores pro iuris ordine puniuntur.*

3. Sententia. Damnati servi, sive post sententiam, sive ante sententiam dominorum facinora confessi sint, nullo modo audiuntur, nisi forte reos deferant maiestatis.

Interpretatione *non eget.*

## TITULUS XVI. **DE QUAESTIONIBUS HABENDIS.**

1. Sententia. In criminibus eruendis quaestio quidem adhibetur; sed non statim a tormentis incipiendum est: ideoque prius argumentis quaerendum est: et si suspicione aliqua reus urgeatur, adhibitis tormentis de sociis et sceleribus suis confiteri compellitur.

Interpretatione *non eget.*[a])

2. Sententia. Unius facinoris plurimi rei ita audiendi sunt, ut ab eo primum incipiatur, qui timidior et tenerae aetatis esse videatur.

Interpretatione *non eget.*[b])

## TITULUS XVII. **DE TESTIBUS.**[a])

1.[b]) Sententia. Suspectos gratiae testes et eos vel maxime, quos accusator de domo produxerit vel vitae humilitas infamaverit, interrogari non placuit: in teste enim et vitae qualitas spectari debet et dignitas.

Interpretatione *non eget.*

2.[c]) Sententia. In affinem vel cognatum inviti testes interrogari non possunt.

Interpretatione *non eget.*

3.[d]) Sententia. Adversus se invicem parentes et liberi, itemque liberti nec volentes ad testimonium admittendi sunt: quia rei verae testimonium necessitudo personarum plerumque corrumpit.

Interpretatio.[e]) *Adversus se invicem testimonium parentes et filii vel liberti dicere prohibentur: quia veritatis professionem propinquitatis affectio impedire cognoscitur.*

4.[f]) Sententia. Testes, quum de fide tabularum nihil dicitur, adversus scripturam interrogari non possunt.

Interpretatione *non eget.*

5. Sententia. Qui falso vel varie testimonia dixerunt vel utrique parti prodiderunt, aut in exsilium aguntur, aut in insulam relegantur, aut curia submoventur.

Interpretatione *non eget.*[g])

6. Sententia. In re pecuniaria tormenta, nisi quum de rebus hereditariis quaeritur, non adhibentur. Aliae autem iureiurando aut testibus explicantur.

Interpretatione *non eget.*

## TITULUS XVIII. **DE SERVORUM QUAESTIONIBUS.**[a])

1.[b]) Sententia. Servum de facto suo in se interrogari posse, ratio aequitatis ostendit: nec enim obesse ei debet, qui per servum aliquid sine cautione commodat aut deponit.

Interpretatio.[c]) *Servum de facto suo in se interrogari posse receptum est, ut, si aliquid dominus eius per eum cuicunque sine cautione transmiserit aut commodaverit, si ille, cui traditum est, negare voluerit, responsione servi, per quem res acta est, possit rei probatio non deesse.*

f) Deest in 15, 25. In nonn. codd. §. 6 posita est post §. 7; in ed. Bou. cohaerent §. 6 et 7. g) Deest in 15. h) 1, 2, 5, 6, 9, Bou. *incerto.* i) Hinc in nonn. codd. nova inc. sent. In 15 om. *Eius — vindicantur.* k) In rec. edd. add. l. 45, §. 4—14 D. de Iure fisci (XLIX, 14), deinde l. 9 et 11 D. de Publicanis (XXXIX, 4) et l. 38, pr. D. de Poenis (XLVIII, 19), sed ap. Arndts. om. l. 9, 11 cit.

a) Est hic tit. in cod. S. Germ. 366. b) Deest in codd. 32, 33. c) Deest in codd. 21, 22, 25, 27, 28, 32, 33; in cod. 19 mixta est cum interpr. d) Rell. verba sententiae cum interpr. des. in codd. 38—40, sed adscripta sunt in m. e) Deest in cod. 17ª. f) Hinc videtur nova sent. cum novo versu ap. Bou. inc. et seq. in f. *Interpretatione non eget.*

a) Pro interpr. vv. alia interpr. ex Epitome Aeg. primum add. est in edd. Aur. Lugd. b) Add. in rec. edd. l. 18, pr. §. 1—3 D. de Quaest. (XLVIII, 18).

a) Hic tit. est in cod. S. Germ. 366. b) Knust l. c. p. 43 conferri iubet Telesphori ep., Callisti ep. 2, Eusebii ep. 1, Felicis II. ep. 1 et Symmachi epist. 1. c) Deest in 25. In cod. 6 est interpr. Cap. Add. IV, 17. d) Deest in codd. 21, 22, 27, 28, 30, 38—40; in aliis codd. cohaerent §. 3 et 4 et posita est interpr. post §. 4. e) Sent. in codd. 5, 9 et in ed. Bou.; deest in cod. 19. f) 19 om. §. 4. g) H. l. falsa interpr. ex Epit. Aeg. primum add. est in Aur. Lugd. edd. Ea deceptus Gloeden l. c. p. 27 art. 42 Ed. Th. ex Br. Al. sumtum esse putat.

a) Est hic tit. in cod. S. Germ. 366. b) Deest in codd. 21—24, 27, 28, 32, 33. c) Deest in cod. 19. Mirifice haec interpr. in cod. 27 transposita est et ita quidem: a) cap. Leg. Burg. de Bovibus; b) §. 3 de Institoribus (II, 8); c) Interpr. ad c. 1 C. Th. de Infirmandis his (XV, 3); d) Interpr. h. §phi; e) Lex Salica.

## EPIT. AEG.

[b])Privilegium fisci est, inter omnes creditores primum locum retinere.

Quicunque a fisco convenitur, non exinde exemplo alicuius scripturae, sed ad authenticum conveniendus est.

[c])Eius bona, qui falsam monetam percusserit, fiscus vindicet. Quod si servi ignorante domino hoc fecisse dicantur, ipsi quidem summo supplicio afficiuntur, domino tamen nihil auferatur, quia peiorem domini causam servi facere, nisi forte scierit, omnino non possunt.

### TIT. XV. DE DELATORIBUS.[a])

Si servi facinora dominorum[b]) confessi sunt, nullo modo audiuntur, nisi forte eos reos deferant maiestatis.

### TIT. XVI. DE QUAESTIONIBUS[a]) HABENDIS.

Si reus in criminibus suis mentiri voluerit, adhibitis tormentis de sociis et sceleribus suis confiteri compellitur.

Qui tenerae aetatis esse videtur, ab eo primum tormenta incipiantur.

### TIT. XVII. DE TESTIBUS.

Suspectos testes, quos accusator de domo produxerit vel vitae humilitas infamaverit, interrogari non complacuit: in teste enim et vitae qualitas spectari debet et dignitas.[a])

Adversum[b]) se invicem parentes et filii vel liberti nec volentes ad testimonium admittendi sunt, quia veritatem professionis propinquitatis affectio[c]) impedire cognoscitur.[d])

Hi, qui false[e]) vel varie vel ab utraque parte testimonium dederint, in exsilium deputentur[f]).

In re pecuniaria tormenta, nisi quum de rebus hereditariis quaeritur[g]), non adhibentur: alias autem aut iureiurando aut testibus explicentur.

### TIT. XVIII. DE SERVORUM QUAESTIONIBUS.

Si aliquid dominus per servum cuicunque transmiserit aut praestiterit, si ille, cui traditum est, negare voluerit, responsioni servi possit rei probatio non deesse.[a])

b) In cod. 54 add. *Privilegium est primus honor ut lex singularis.*
c) In cod. 54 add. *Qui moneta adulteraverit.*
a) Aeg. et codd. *Dilatoribus.* In cod. 46 hic tit. post sq. positus est. Om. §. 1, 2. b) Aeg. *dominorum facinora.*
a) Aeg. *questionibus.*
a) Om. §.2. b) Ex interpr. et text. compos. c) Aeg. *affectus.* d) Om. §. 4. e) Aeg. *falsae.* f) Aeg. *deportentur.* g) Aeg. *queritur.*
a) Om. §. 2.

## EPIT. GUELPH.

VI. De priviligiu̓ fisci. inter debetores. primum locum tenere.

VII. Qui a fisco convenitur. ex autenticis conveniendus est. bona. eius fiscus. adquerat.

VIII. Si servus. hoc. fecit. summu̓ suppliciu̓ puniendus. est. tl' VIIII' ʔ' XVII.[a])

### DE DILATORIBUS
### tl' VIII ' ʔ' XXVIIII' ꝉ' II.*)

I' Nulli alterum deferi licere qui causa̓ pecuniaria̓ fisco ꝓdent. quos capitali. sentencia̓ lex condemnat.

II. Fiscalis. servi. si quidque̓ dno̓ non cient.[a]) non sunt delatores. nam qui eos instigaverint. cum proditi fuerint. puniuntur.

III. Si servi dominorum facinora sua. confessi sunt. non audiantur nisi eus. deferant maiestati. tl' II. ʔ' I.[b])

### XVI DE QUISCIONIBUS ABENDIS
### tl' II. ʔ' I.[a])

I. A turmentis non statim. incipiendum.

Ab eo qui tenere etates. est primum incipiendum.

### XVII DE TESTIBUS.
### tl' XI. ʔ' XIIII.[a])

Suspecti testes. vel qualis. non sint interrogandi. ide̓ de domo producti. quos. et vite humilitas. infamat interrogare non dibere.

II. In adfinē inviti. non interrogandi.

III Propinqui vel liberti adversum se vel patronum non interrogandi.

IIII. Adversus scriptura̓ testes. non interrogandus.

V. Qui falsum testimonium dixerint exilio deputetur.

VI. In re pecuniaria. turmenta non adhybenda.

### XVIII. DE SERVORUM QUESCIONIBUS. tl' II. ʔ' I.[a])

'I' Si ꝑ servo pecunia comendata sit. ipse servus. interrogandus.

a) C. Th. IX, 17.
*) C. Th. IX, 29, 2. a) i. e. *nuncient.*
b) C. Th. II, 1.
a) C. Th. II, 1.
a) C. Th. XI, 14.
a) C. Th. II, 1.

## EPIT. MONACHI.

Privilegium fisci est, inter omnes creditores primum locum retinere.

Quicunque a fisco convenitur, non indiget exemplo alicuius scripturae, sed ex authentico conveniendus est, et si contractus fides possit ostendi[d]). Ceterum calumniosam scripturam vim iustae petitionis in iudicio obtinere non convenit.

[e])Eius bona, qui falsa moneta percusserit, fiscus vindicet. Si servus ignorante domino hoc fecerit, summo supplicio afficiantur, domino vero nihil auferatur, quia[f]) servus peiorem causam domino facere non potest, nisi dominus sciat crimen servi.

### XV. DE DELATORIBUS.

Alium deferre et causam pecuniariam fisco pronuntiare[a]), tam mares quam feminae, servi aut ingenui vel libertini, sive suos sive extraneos deferant, omni modo puniantur.

Servi fiscales, qui aliquid domino nuntiant, delatores esse non videntur. Si aliquis eos ad hanc rem immiserit, quum prodere compelluntur, et ipse ut delator puniatur.

Damnati servi, sive ante sive post sententiam dominorum facinora confessi, nullo modo audiantur, nisi pro crimine maiestatis.

### XVI. DE QUAESTIONIBUS HABENDIS.

Quaestio, quae in criminibus adhibetur, non statim a tormentis incipiatur, sed argumentis et post adhibitis tormentis de sociis et sceleribus confiteri compellatur.

Unius facinoris plurimi rei ita audiendi sunt, ut ab eo[a]) incipiatur, qui timidior et tenerae aetatis est.

### XVII. DE TESTIBUS.

Suspectos vel eos, quos accusator de domo produxerit vel vita infamaverit, interrogari in testimonio non placuit. In teste enim vitae qualitas debet expetari[a]) et dignitas.

In affinem vel cognatum inviti testes interrogari non possunt.

[b])Adversus se invicem parentes et liberi et liberti testimonium dicere prohibentur.[c])

Hi, qui false vel varie testimonia dixerint, vel in exsilium aguntur aut in insulam relegantur aut curia submoventur.

In re pecuniaria tormenta, nisi quum hereditariis[d]) quaeritur, non adhibentur. Alias autem iureiurando aut testibus explicantur[e]).

### XVIII. DE SERVORUM QUAESTIONIBUS.

Servo de facto suo interrogetur, ut aliquid dominus eius per eum cuicunque sine cautione transmiserit aut commodaverit, si ille, cui traditum est, negare voluerit, responsione servi, per quem res acta est, possit rei probatio non deesse.

d) Ita 63. Rell. *ostendit.* Infra 63 *iusti.* e) 64 add. *De Falsa Moneta.* f) Ita 64; rell. *qui.* Paulo ante 64 om. *vero.*
a) Ita 63. Rell. *pro nulla re.*
a) Codd. *habeo.*
a) Leg. *spectari.* b) Haec §. deest in cod. 62. c) §. 4 omittitur. d) 62, 63 *heredib; tariis.* 64 *cum de rebus her.* d) Ita 63, 64. 62 *inplicantur.*

2.[d]) SENTENTIA. Iudex tutelaris, itemque centumviri, si aliter de rebus hereditariis vel de fide generis instrui non possunt, poterunt de servis hereditariis habere quaestionem.

INTERPRETATIO.[e]) *Si quando rerum hereditariarum quantitas, tutore agente*), requiritur, ut possit hereditatis quantitas inveniri, de servis hereditariis quaestionem haberi iure praeceptum est. Et si fortasse de filiis aliqua dubitatio habeatur, ut veritas inveniri non possit, torqueri servi hereditarii iubentur.*

3.[f]) SENTENTIA. Servi alieni in alterius caput non nisi singuli torqueri possunt. Et hoc invito domino non est permittendum, nisi delator, cuius interest, quod intendit, probare, pretia eorum, quanti dominus taxaverit, inferre sit paratus vel certe deterioris facti servi subire taxationem.

INTERPRETATIONE *non eget.*

4.[g]) SENTENTIA. Servo, qui ultro aliquid de domino confitetur, fides non accommodatur: nec enim oportet in rebus dubiis salutem dominorum servorum arbitrio committi.

INTERPRETATIONE *non eget.*

5.[h]) SENTENTIA. Servi in caput domini neque a praeside, neque a procuratore, neque in pecuniariis, neque in capitalibus causis interrogari possunt.

INTERPRETATIONE *non eget.*

6.[i]) SENTENTIA. Communis servus in caput alterius ex dominis torqueri non potest.

INTERPRETATIONE *non eget.*

7.[k]) SENTENTIA. Qui servum ideo comparavit, ne in se torqueretur, restituto pretio poterit interrogari.

INTERPRETATIONE *non eget.*

8.[l]) SENTENTIA. Servus in caput eius domini, a quo distractus est, cuique aliquando servivit, in memoriam prioris dominii interrogari non potest.

INTERPRETATIONE *non eget.*)*

9.[m]) SENTENTIA. Si servus ad hoc fuerit manumissus, ne torqueatur, quaestio de eo nihilominus haberi potest.[n])

INTERPRETATIONE *non eget.*

10.[o]) SENTENTIA. Quaestioni eius latronis, quem quis obtulit, quum de eo confiteretur, fidem accommodari non convenit: nisi id forte velandae conscientiae suae gratia, quam cum reo habuit, fecisse doceatur.

INTERPRETATIO. *Si latro quaestioni subditus de eo, qui ipsum quaestioni obtulit*[p]), *confiteatur, credulitatem confessioni eius non convenit adhiberi: nisi forte ad protegendam conscientiam suam eum quaestioni obtulisse rebus*[q]) *evidentibus approbetur.*

11.[r]) SENTENTIA. Neque accusator per alium accusare, neque reus per alium defendi potest: nisi ingratum libertum patronus accuset aut rei absentia defendatur.

INTERPRETATIO.[s]) *In criminalibus causis nec accusator, nisi per se, aliquem accusare potest: neque accusatus per procuratorem aut aliam personam se defensare permittitur, nisi forte ingratum libertum patronus accuset.*)*

12.[t]) SENTENTIA. Si pecunia data iudici reus absolutus esse dicatur, idque in eum fuerit comprobatum, ea poena damnatur, qua reus damnari potuisset.

INTERPRETATIONE *non eget.*

13.[u]) SENTENTIA. In convictum reum, sive torqueri possit, sive non possit, pro modo admissi sceleris statuendum est.

INTERPRETATIO.[v]) *In eum reum, qui de obiecti criminis veritate convincitur, sive torqueri possit, sive non possit, iudex, quod ei visum fuerit, iudicabit.*

14. SENTENTIA. Reis suis edere crimina accusatores cogendi sunt: scire enim oportet, quibus sint criminibus responsuri.

INTERPRETATIONE *non eget.*[x])

## TITULUS XIX. DE ABOLITIONIBUS.[a])

1. SENTENTIA. Post abolitionem publicam a delatore suo reus intra tricesimum diem repeti potest: postea non potest.

INTERPRETATIONE *non eget.*

2.[b]) SENTENTIA. Summa supplicia sunt crux, crematio, decollatio; mediocrium autem delictorum poenae hae sunt: metallum, ludus, deportatio; minimae: relegatio, exsilium, opus publicum, vincula. Sane qui ad gladium dantur, intra annum consumendi sunt.

INTERPRETATIONE *non eget.*

## TITULUS XX. DE ABACTORIBUS.[a])

1. SENTENTIA. Abactores sunt, qui unum equum, duas equas, totidemque boves vel capras decem aut porcos quinque abegerint. Quidquid vero intra hunc numerum fuerit ablatum, poena furti pro qualitate eius aut in duplum aut in triplum convenitur: vel fustibus caesus in opus publicum unius anni datur aut sub poena vinculorum domino restituitur.

INTERPRETATIONE *non eget.*[b])

d) Om. 21, 22, 27, 28. e) Sent. in cod. 9, ed. Bou.; interpr. om. 19. *) Potius pupillo agente adversus tutorem. f) Om. 22. Cf. L. Vis. II, 4, 4. g) Interpr. in compluribus codd. Om. in cod. 27, bis scripta est cum §. 5, 6 usque ad v. *torqueri* in cod. 25. h) Ben. Lev. III, 363. Deest in cod. 27. i) Deest in cod. 27. k) Deest in codd. 27, 38—40; in cod. 13 posita est ante §. 6. l) Om. in codd. 27, 38—40, sed add. in cod. 39 a sec. man. *) In rec. edd. add. l. 18, §. 7, 8 D. de Quaest. (XLVIII, 18). m) Om. in cod. 27. Interpr. in cod. 9, ed. Bou. n) In cod. 17[a] hac sent. terminatur fol. 169; deinde fol. 170 et 171 transposita sunt; debet enim fol. 171 esse fol. 170, hoc autem 171. o) Om. in codd. 19, 21, 25, 27, 28. p) H. l. vv. *et ad tormenta posuit* primum add. sunt Aur. Lugd. edd. ex Aeg. Male scripsit interpres *qui ipsum quaestioni obtulit.* q) i. e. *modis.* Vid. Gai. I, 4; XI, 4. r) Ben. Lev. III, 357. Anselm. Coll. can. in Add. lib. III, c. 36. Ivo, Pann. IV, 36. Decr. Grat. cau. V, qu. 3, c. 2. Om. in codd. 21, 22, 25, 27, 28; in codd. 1, 15, aliis om. *defendi—libertum,* in 19 *aut* etc. Ceterum pleraeque h. t. sententiae in cod. 19 aut truncatae sunt aut mutatae. s) Sent. in multis codd., deest in 19. *) In rec. edd. add. l. 9 D. de Accusat. (XLVIII, 2). t) In codd. 14, 15 add. rubr. *XVIIII. Si pecuniam culpabilis iudici dederit* et augentur sqq. titt. uno num. u) Cohaeret in ed. Bou. cum §. 12. Praeterea in codd. 5, 9, ed. Bou. §. 13 eiusque interpr. in unam sent. conflatae sunt. Deest sent. in codd. 21, 25, 27. v) In nonn. codd. interpr. cohaeret cum sq. sent., in cod. 19 deest. x) Add. in edd. l. 18, §. 9, 10 D. de Quaest. (XLVIII, 18); l. ult. D. de Feriis (II, 12).

a) Tit. est etiam in cod. S. Germ. 366. Titulo prima vv. Epitomes ab Aeg. ed. (*Abolitio — accusationis*) adiecerunt edd. Aur. Lugd., unde in recentiores edd. transierunt. b) Cf. Brachylogus IV, 31.

a) Huius et sq. tit. rubr. deest in cod. 30, sed est spatium, quod amanuensis, qui rubr. appinxit codici, explere neglexit. Quare rell. tituli numero consonant cum Breviarii codd. b) Add. una sent. in rec. edd. ex Coll. tit. XI, 2.

| EPIT. AEG. | EPIT. GUELPH. | EPIT. MONACHI. |
|---|---|---|
| | II De rebus hereditariis. in his. servis. qui inde s quescio abenda. | [a]) Si de hereditate tutor requiritur, de servis hereditariis quaestio haberi potest et si opus fuerit, torquendi sunt.[b]) |
| *) Servi alieni in alterius caput non nisi singuli torqueri possunt, et hoc invito domino non est permittendum, nisi delator, cuius interest, quod intendit, probare, pretia eorum, quanti dominus taxaverit, inferre sit paratus [b]) vel certe deterioris facti servi subire taxationem.[c]) | III Servi alieni in alterius. caput. invito domino non torquendi. | |
| | IIII Servo de domino confitenti. fides non commodanda. | Servo, qui ultro de domino confitetur, fides non accommodatur. |
| | V. Servi. in caput dni pro nulla re torquendi. | Neque a praeside, neque a procuratore in pecuniariis, neque in capitalibus causis servus in capite domini interrogetur. |
| | VI Comunes servus. pro dominis non turquendis. | Communis servus in caput alterius ex dominis torqueri non potest. |
| | VII. Qui servum ideo conparavit. ut in se turqueretur. restitutu preciu poterit interrogari. | Qui servum ideo comparavit, ne in se torqueretur, restituto pretio poterit interrogari. |
| | VIII Servus in caput. eius. a quo distactus est non interrogitur. | Servus in caput domini, a quo distractus est, interrogari non potest. |
| | VIIII Servus si adhuc sit manumissus. ne torqueretur. quescio de eo fieri non potest. | Si servus ad hoc fuerit manumissus, ne torqueatur, quaestio de eo haberi potest. |
| Si super illum dixerit latro, qui eum posuit ad tormenta, credi non potest. | X Si latro de eo. qui eum obtullit confiteatur non ei credendum nisi rebus evidentibus adprobetur. | Latro quaestioni subditus, si de eo confiteatur, qui eum quaestioni obtulit, non credatur, nisi rebus evidentibus approbetur. |
| [d]) In criminalibus causis nec accusator nisi per se aliquem accusare potest, nec accusatus per aliam personam se defensare permittitur. | XI. In criminalibus. causis. per alium acusare non posse. | In criminalibus causis nec accusare, nec respondere per nullam aliam personam permittitur, nisi per[c]) ipsum: nisi forte ingratum libertum patronus accuset. |
| Si pecunia data iudici reus absolutus fuerit, ea poena iudex damnetur, qua reus damnari potuisset. | XII. Si pecunia accepit iudex reum demittat. ea pena damnandus que reus. damnari potuit. | [d]) Si pecunia data a iudice reus absolvatur, ea poena damnatur, qua reus damnari potuisset. |
| Si reus criminosus convincitur, sive torqueri possit sive non possit, iudex, quod ei visum fuerit, iudicabit. | XIII De reo torquendo iudicis. manere arbitriu. | Reum[e]), qui ex veritate de crimine convincitur, sive torqueri possit sive non torqueri, pro modo sceleris iudicetur. |
| Ut crimina requirantur in reis. | XIIII. Rei de sua crimina cogendi quid responsuri sint. | Reis suis edere crimina accusatores cogendi sunt. Scire enim oportet, quibus sint criminibus responsuri. |
| **TIT. XIX. DE ABOLITIONIBUS.** | **XVIIII. DE ABLUCIONIBUS tl· II. ꝣ · I.[a])** | **XIX. DE ABOLITIONIBUS.** |
| [a]) Abolitio est deletio, oblivio vel exstinctio accusationis. | I. Post ablucionem reos a dilatorem. quando peti potest. a XXX dies potest postia non potest. | Post abolitionem publicam a delatore suo reus post tricesimum diem repeti non potest. |
| Summa supplicia sunt crux, crematio, decollatio. Mediocrium autem delictorum poenae sunt metallum, ludus, deportatio; minimae poenae sunt exsilium, opus publicum, vincula. Sane qui ad gladium dantur, intra annum consumendi sunt. | II Que sint summa suplićia medio tria[b]) vel minima. crux cremacio. decollacio medio crux. medallum deportacio. relegacio exilium. opus. publicum vincula. | [a]) Summa supplicia sunt crux, crematio, decollatio. Mediocria autem metallum, ludus, deportatio. Minima relegatio, exsilium, opus publicum, vincula. Sane qui ad gladium dantur, intra annum consumendi sunt. |
| **TIT. XX. DE ABACTORIBUS[a]).** | **XX. DE ABTORIBUS.** | **XX. DE ABACTORIBUS.** |
| Si servus furtum fecerit, aut in duplum aut in triplum convenitur vel fustibus caesus[b]) in opus publicum unius anni datur aut sub poena vinculorum domino restituatur. | I. Abactores. qui vocentur vel quomodo satisfaciant qui unum equum duas. equas. totidem bovis decim. capras. quinque porcus. adierint. pena forte[a]) tenere placuit. flagellis. cessis. damnis. restituendi. | Hoc est, qui unum equum, duas equas, totidem boves vel capras decem aut porcos quinque abegerit. In poena furti pro qualitate eius aut in duplum aut in triplum convenitur vel fustibus caesus in opus publicum unius anni datur[a]) aut sub poena vinculorum domino restituitur. |

EPIT. AEG.:

*) 54 add. *De scriptione servorum.* Eadem vv. in m. habet 57. b) Aeg. *iuratus.* c) Om. §. 4—9. d) In 46, 52 add. *De criminalibus accusationibus.*

a) Haec sententia similis est explanationi tit. C. Th. IX, 27. Om. §. 1.

a) In codd. 54, 57 add. *Abactor est, qui seducit servum alienum vel pecus* (54 *qeties*) et in codd. 49, 51 *id est de latronibus.* b) Ita emend.; codd. et Aeg. *cesum.*

EPIT. GUELPH.:

a) C. Th. IX, 27. b) Leg. *mediocria.*

a) Leg. *furti.*

EPIT. MONACHI.:

a) 64 add. *De Tutoribus.* b) §. 3 deest. c) 63 add. *se.* d) 64 add. *Si Iudex Reum Dimiserit.* e) Ita 63, 64. Sed 62 *Eum.*

a) 64 add. *De Supplicia.*

a) 63 *dicatur.*

2.[c]) Sententia. Si ea pecora, de quibus quis litigat, abegerit, ad forum remittendus est, atque ita convictus, in duplum vel in triplum furis more damnatur.

Interpretatione *non eget.*[d])

## TITULUS XXI.[a]) DE SACRILEGIS.

1. Sententia. Qui noctu manu facta praedandi ac depopulandi gratia templum irrumpunt, bestiis obiiciuntur; si vero per diem leve aliquid de templo abstulerint, vel deportantur honestiores vel humiliores in metallum damnantur.

Interpretatio.[b]) *Ista, quae de templo dicta sunt, de ecclesia loqui intelligenda sunt, de reliquo interpretatione non eget.*[c])

## TITULUS XXII. DE INCENDIARIIS.[a])

1. Sententia. Qui noctu fructiferas arbores manu facta ceciderint, ad tempus plerumque in opus publicum damnantur aut honestiores damnum sarcire coguntur vel curia submoventur vel relegantur.

Interpretatione *non eget.*

## TITULUS XXIII.*) DE VATICINATORIBUS ET MATHEMATICIS.

1. Sententia. Vaticinatores, qui se Deo plenos assimulant, idcirco civitate expelli placuit, ne humana credulitate publici mores ad spem alicuius rei corrumperentur[a]) vel certe ex eo populares animi turbarentur. Ideoque primum fustibus caesi civitate pelluntur: perseverantes autem in vincula publica coniiciuntur aut in insulam deportantur vel certe relegantur.

Interpretatione *non eget.*[b])

2. Sententia. Qui novas et usu vel ratione incognitas religiones inducunt, ex quibus animi hominum moveantur, honestiores deportantur, humiliores capite puniuntur.

Interpretatione *non eget.*[c])

3.[d]) Sententia. Qui de salute principis vel de summa reipublicae mathematicos, hariolos, haruspices, vaticinatores consulit, cum eo, qui responderit, capite punitur.

Interpretatione *non eget.*

4.[e]) Sententia. Non tantum divinatione quis, sed ipsa scientia eiusque libris melius fecerit abstinere. Quod si servi de salute dominorum consuluerint, summo supplicio, id est, cruce afficiuntur; consulti autem, si responsa dederint, aut in metallum damnantur aut in insulam deportantur[f]).

Interpretatione *non eget.*

## TITULUS XXIV.[a]) DE SEDITIOSIS.

1.[b]) Sententia. Auctores seditionis et tumultus vel concitatores populi, pro qualitate dignitatis, aut in crucem tolluntur aut bestiis obiiciuntur aut in insulam deportantur.

Interpretatione *non eget.*

2. Sententia. Qui terminos effodiunt vel exarant, arboresve terminales evertunt[c]), si quidem id servi sua sponte fecerint, in metallum damnantur: humiliores in opus publicum, honestiores in insulam amissa tertia parte bonorum relegantur aut exsulare*) coguntur.

Interpretatione *non eget.*

3.[d]) Sententia. Cives Romani, qui se Iudaico ritu vel servos suos circumcidi patiuntur, bonis ademtis in insulam perpetuo relegantur. Medici capite puniuntur.

Interpretatione *non eget.*

4.[e]) Sententia. Iudaei, si alienae nationis comparatos servos circumciderint, aut deportantur aut capite puniuntur.

Interpretatione *non eget.*[f])

## TITULUS XXV.[a]) AD LEGEM CORNELIAM DE SICARIIS ET VENEFICIS.

1. Sententia. Lex Cornelia poenam deportationis infligit eis, qui hominem occiderint, eiusve rei causa furtive faciendi cum telo fuerint: et qui venenum hominis necandi causa habuerint, vendiderint, paraverint: falsumve testimonium dixerint, quo quis periret: mortisve causam praestiterint. Ob quae omnia facinora in honestiores poena capitis vindicari placuit: humiliores vero aut in crucem tolluntur aut bestiis obiiciuntur.

Interpretatione *non eget.*[b])

2.[c]) Sententia. Qui hominem occiderit, aliquando absolvitur: et qui non occidit, ut homicida damnatur: consilium enim uniuscuiusque, non factum puniendum est. Ideoque qui, quum vellet occidere, id casu aliquo perpetrare non potuerit, ut homicida punietur: et is, qui casu iactu teli hominem imprudenter occiderit, absolvitur.

Interpretatione *non eget.*

c) Hic desiit codex Morbacensis, ex quo hucusque cod. 8 ductus est; reliquam partem Pauli addidit Amerbachius ex Argentinensi codice, quod ipse dicit his vv.: *Collatū cum argentinens | Hactenus Morbacen | se, quod deinceps mutilum et mancū |* et paulo infra: *Reliqua ex ar | gentinens. Notae in Marg. sunt | exemp. Moguntin.* Hactenus igitur notas, quas *A. E.* significat, sumsit ex Argent. codice, in sqq. locis autem ex Moguntin. exemplo, sententias ipsas et interpretationes ex Argentinensi codice. d) Add. in rec. edd. ex Coll. XI, 5 una sent.

a) Vid. tit. XX. not. *a.* b) In codd. 13, 19, R. deest interpr.; in aliis desunt ultima vv. *de reliquo* etc., aut interpr. cohaeret, ut ap. Bou., cum sent. et sequitur: *Interpretatione non eget.* c) In rec. edd. add. l. ult. D. de Sepulcr. viol. (XLVII, 12).

a) Primum a Cuiac. in Obs. XXI, 21 et in ed. a. 1586 initio h. t. quinque sent. add. sunt ex cod. Vesont. Bou. *tit. XXIII.*, etsi alius tit. inter hunc et anteced. non est inculcatus.

*) Bou. *XXIV.* a) In cod. 31 abhinc lacuna est usque ad §. 9 tit. XXV. b) Pro his vv. falsa interpr. ad §. 1 et 2 primum in edd. Aur. Lugd. addita est ex Aeg. Epitome. c) Vid. not. anteced. d) Ben. Lev. III, 370. Sent. deest in codd. 23, 24, in nonn. est interpretatio. L. Vis. VI, 2, 1. e) 19 om. h. §. f) Plerique codd., inter quos 1, 2, Bou. *relegantur.*

a) Bou. *XXV.* In Argent. cod. tit. *XXIII.* b) Ben. Lev. III, 371. c) Cui. in ed. a. 1586 ex cod. Pithoei (62) add. *vel qui convellunt bodones.* Absunt haec vv. a Br. Al. codd., a Bienero et ab Arndts. deleta sunt, recte. *) Hinc lacuna est in cod. 31 usque ad §. 5 ad L. Corn. Test. (V, 27). Sich. putat clausulam *aut exsulare coguntur* irrepsisse in contextum, quum fuerit a diligenti aliquo librario margini adscripta. Verum omnes codd. eam habent. d) Regino II, 89. e) Regino II, 90. f) In rec. edd. add. l. 38, §. 3, 4 D. de Poenis (XLVIII, 19).

a) Bou. *XXVI.* b) Pro interpr. vv. falsa interpr. in Aur. Lugd. edd. ex Epitome Aeg. add. est huic §. Miror autem, illa vv. in Sichardo inveniri et sententiae quidem signo addito. In illis edd. post h. §. primum add. ex Coll. altera sententia et post §. 2 quatuor, denique una post §. 3. c) Regino II, 85. In cod. Argent. Summae Aeg. scriptae erant; pro iis ex Mogunt. cod. scriptor cod. 8 reposuit Pauli sent.

## EPIT. AEG.

Si ea pecora, de quibus quis litigat, abegerit, furis more damnabitur.

### TIT. XXI. DE SACRILEGIS.

[a])Qui noctu depopulandi causa ecclesiam irrumpunt, bestiis obiiciuntur[b]): si vero per diem aliquid exinde abstulerint, honestiores vel humiliores in metallum damnantur.

### TIT. XXII. DE INCENDIARIIS.

Qui noctu frugiferas arbores ceciderint, damnum sarcire cogantur.

### TIT. XXIII. DE VATICINATORIBUS ET MATHEMATICIS.

[a])Vaticinatores, qui se futura scire dicunt, caesi[b]) de civitate iactentur.

Qui sectam novam intromittere voluerint, ex quibus animi hominum turbentur, honestiores damnantur exsilio, humiliores capite puniuntur[c]).

Qui de salute principis divinatores aliquid consuluerit, cum eo, qui responderit, capite puniatur[d]).

### TIT. XXIV. DE SEDITIOSIS.

Concitatores populi pro qualitate dignitatis aut in crucem tolluntur aut in insulam relegantur.

Hi, qui in terminos effodiunt vel exarant arboresve terminales vertunt, si servi sua sponte fecerint, in metallum damnantur, humiliores ingenui in opus publicum, honestiores amissione bonorum parte tertia in insulam relegantur.

Ut nullus Romanus Iudaico ritu patiatur.[a])

### TIT. XXV. AD LEGEM CORNELIAM DE SICARIIS ET VENEFICIS.

Qui aut venenum aut quodcunque ingenium vel dolum, qualiter homo occidatur, excogitaverit, capite puniatur.

Qui*) hominem voluntarie occidere voluit et perpetrare non potuit, ut homicida punietur. Qui casu iactu teli hominem imprudenter occidit, absolvitur.

a) In 54 add. *De eo, qui ecclesiam inrumpit.* b) Aeg. et plerique codd. *subiiciuntur.*

a) Apud Aeg. in m. ann. „*Contra prognostas auctores heresium.*" b) Ben. Lev. III, 222. Ivo, Decr. XI, 24, 49. c) Nonn. codd. *damnentur* et *puniantur.* d) Aeg. *punietur.* Supra fere omnes codd. *divinatoribus.* Om. §. 4.

a) Om. §. 4.

*) Ben. Lev. III, 212. Ivo, Decr. X, 46.

## EPIT. GUELPH.

II. Si pecora. de qua quis. litigat. abigerit foris.[b]) more damnatur.

### DE SACRISLEGIIS.

Si quid de eclesia sit abluctum[a]) bestiis deportandu honesciores in medallum damnandus.

### XXII. DE INCENDIARIIS.

Si q̊ arboris. fructiferas. nocte ceciderint. in opus publicum damnandi honesciores damnum sarcire cogendi.

### XXIII. DE VATICINATORIBUS. ET MATHEMATICIS tl. VIIII ʒ XIII.[a])

I Vaticinatores qui se do plenus. simulant. flagellis cessi a civitate expelluntur.

II Si q̊ relegiones. incognitas. inducunt hunesciores. deportantur in exilio. humilioris. capite puniuntur.

III Qui de princepis. salutē vaticinatores consolunt. capité ponituros.

VIIII.[b]) Ad divinacionis sciencia et liberis. abstinendum et si servi. de dominorum salutem. consolunt. capite puniend̄ consulti au[c]) medallu damnantur.

### XXIIII. DE SIDECIOSIS tl. VIIII ʒ XXIII.[a])

Auctores. sedicione. pro qualitate dignitatis adficiendi.

II. Qui termino se vellunt[b]) servi medallu humiliores. opus publicum honesciorū in insola. amissa terciā bonorum religantur.

III Si civis. romani. iudeico ritu circumcidantur. oblatis. bonis. in insolam relegantur. medici poniuntur.

IIII Si iudei conparatus. servus circumcidant. cap̄ poniuntur. tl XVI ʒ III ł I.[c]) ʒ II.

### XXV AD LEGE CORNILIĀ. DE SICHARIIS ET VENEFICIS.

I. Qui hominem occiderit. vel venenum abuerit. capitali placuit vindicari. humilioris. in cruce tolluntur.

Qui occiderit aliquando. laxatur et qui non occiderit aliquando ponitur. qui consilium dedit ponitur. qui cassu[a]) occidit. absolvitur.

b) Leg. *furis* pro *foris.*

a) Leg. *abductum.*

a) C. Th. IX, 13. b) Err. pro *IIII.* c) i. e. *autem.*

a) C. Th. IX, 23. b) i. e. *terminos evellunt.* c) C. Th. XVI, 3, 1; XVI, 2.

a) i. e. *casu.*

## EPIT. MONACHI.

Si ea pecora, de quibus quis litigat, abegerit, ad forum remittendus est, atque ita convictus in duplum vel triplum furis more damnatur.

### XXI. DE SACRILEGIS.[a])

Qui noctu templum depraedando irrumpunt, bestiis obiiciuntur. Si vero per diem leve aliquid abstulerint, vel deportantur vel in metallum damnantur. Hoc[b]) de ecclesia intelligendum est.

### XXII. DE INCENDIARIIS.

Qui noctu frugiferas arbores manu facta ceciderint, ad tempus plerumque in opus publicum damnantur aut honestiores damnum sarciant, vel a curia submoveantur vel relegantur.

### XXIII. DE VATICINATORIBUS ET MATHEMATICIS.

Vaticinatores fustibus caesi civitate expellantur, perseverantes autem in vincula[a]) publica mittantur aut in insulam deportentur vel relegentur.

Qui novas et incognitas religiones inducunt, honestiores deportentur, humiliores capite puniantur.

Qui de salute principis vel reipublicae divinos[b]) consulunt, cum eo, qui responderit, capite puniuntur.

Si servi de salute dominorum consuluerint, cruci afficiuntur. Si consulti responsum dederint, aut in metallum damnentur aut in insulam relegantur.

### XXIV. DE SEDITIOSIS.

Auctores seditionis aut in cruce tolluntur aut bestiis obiiciuntur aut in insulam deportantur: id est pro qualitate personae.

[a])Qui terminos effodiunt vel exarant arboresve[b]) terminales evertunt vel qui convellunt bodones*), si servi sua sponte hoc fecerint, in metallo damnentur, humiliores in opus publicum, honestiores in insulam relegantur.[c])

[d])Cives Romani, qui se vel servos suos Iudaico ritu circumcidi patiuntur, bonis ademtis in insulam perpetuo relegentur. Medici, qui hoc fecerint, puniantur[e]).

Iudaeus, qui Christianum servum vel alienae nationis circumciderit, aut deportetur aut capite puniatur.

### XXV. AD LEGEM CORNELIAM DE SICARIIS ET VENEFICIS.

Qui hominem occiderit eiusve rei causa furtive faciendi cum telo fuerit et qui[a]) venenum hominis necandi causa habuerit, vendiderit, patraverit, falsum testimonium, quo quis periret[b]), dixerit mortisve causam praestiterit, honestiores poena capitis, humiliores aut cruci aut bestiis obiiciuntur.

Qui hominem occiderit, aliquando absolvetur. Qui venena conficit, ut homicida damnetur. Consilium enim uniuscuiusque, non factum puniendum est. [c])Ideo quicunque occidere voluit et non potuit, ut homicida puniatur: [d])qui casu iactu teli hominem imprudenter occiderit, absolvitur.

a) 64 add. *Et Ecclesia Infracta.* b) Haec ex interpretatione.

a) Ita 63. Rell. *villa.* b) 63 *divinus;* 62, 64 *divino.* Leg. *divinos* i. e. *hariolos.*

a) 64 add. *Qui Terminos Effodiunt.* b) 63 *arbores* et om. *vel exarant.* *) Vv. *vel qui c. bodones* add. ab epit. c) 64 add. *amissa tertia parte bonorum aut exsolvere cogantur.* d) 64 add. *De Iudeizantibus.* e) 64 om. *Medici—puniantur.*

a) 63, 64 om. *et qui.* b) 63 *perierit.* c) 64 add. *Qui Occidere Voluit.* Praeterea habet *Ideoque.* d) 64 add. *De Casu.*

3. Sententia. Qui latronem caedem sibi inferentem vel alium quemlibet stuprum inferentem occiderit, puniri non placuit: alius enim vitam, alius pudorem publico facinore defendit[d]).

Interpretatione *non eget.*

4.[e]) Sententia. Mandatores caedis perinde ut homicidae puniuntur.

Interpretatione *non eget.*

5. Sententia. Iudex, qui in caput fortunasque hominis pecuniam acceperit, in insulam bonis ademtis deportatur.

Interpretatione *non eget.*

6. Sententia. Si putator, ex arbore quum ramum deiiceret, non proclamaverit, ut vitaretur, atque ita praeteriens eiusdem ictu homo perierit, etsi in legem non incurrit, in metallum damnatur.

Interpretatione *non eget.*

7.[f]) Sententia. Qui hominem invitum libidinis aut promercii causa castraverit castrandumve curaverit, sive is servus, sive liber sit, capite punitur; honestiores publicatis bonis in insulam deportantur.

Interpretatione *non eget.*

8. Sententia. Qui abortionis aut amatorium poculum dant, etsi id dolo non faciant, tamen, quia[g]) mali exempli res est, humiliores in metallum, honestiores in insulam amissa parte bonorum relegantur; quod si ex hoc mulier aut homo perierit, summo supplicio afficiuntur.

Interpretatione *non eget.*

9. Sententia. Qui sacra impia nocturnave, ut quem obcantarent, defigerent, obligarent, fecerint faciendave curaverint, aut cruci suffiguntur aut bestiis obiiciuntur.

Interpretatione *non eget.*

10. Sententia. Qui hominem immolaverint, exve eius sanguine litaverint, fanum templumve polluerint, bestiis obiiciuntur, vel si honestiores sint, capite puniuntur.

Interpretatione *non eget.*

11. Sententia. Magicae artis conscios summo supplicio affici placuit, id est, bestiis obiici aut cruci suffigi. Ipsi autem magi vivi exuruntur.

Interpretatione *non eget.*

12. Sententia. Libros magicae artis apud se neminem habere licet: et si penes quoscunque reperti sint, bonis ademtis ambustisque his publice, in insulam deportantur: humiliores capite puniuntur. Non tantum huius artis professio, sed etiam scientia prohibita est.

Interpretatione *non eget.*

13. Sententia. Si ex eo medicamine, quod ad salutem hominis vel ad remedium datum erat, homo perierit, is, qui dederit, si honestior fuerit, in insulam relegatur; humilior autem capite punitur.

Interpretatione *non eget.*

## TITULUS XXVI.*) AD LEGEM POMPEIAM DE PARRICIDIIS.

1. Sententia. Lege Pompeia de parricidiis tenetur, qui patrem matrem, avum aviam, fratrem sororem, patronum patronam occiderit. Hi, etsi antea insuti culeo in mare praecipitabantur, hodie tamen vivi exuruntur vel ad bestias dantur.

Interpretatione *non eget.*

## TITULUS XXVII.[a]) AD LEGEM CORNELIAM TESTAMENTARIAM.

1.[b]) Sententia. Lege Cornelia testamentaria tenetur, qui testamentum quodve aliud instrumentum falsum sciens dolo malo scripserit, recitaverit, subiecerit, suppresserit, amoverit, resignaverit, deleverit: quodve signum adulterinum sculpserit, fecerit, expresserit, amoverit, reseraverit: quive nummos aureos, argenteos adulteraverit, laverit, conflaverit, raserit, corruperit, vitiaverit: vultuve principum signatam monetam, praeter adulterinam, reprobaverit. Et honestiores quidem in insulam deportantur, humiliores autem aut in metallum damnantur aut in crucem tolluntur. Servi autem post admissum manumissi capite puniuntur.

Interpretatione *non eget.*[c])

2. Sententia. Qui ob falsum testimonium perhibendum vel verum non perhibendum pecuniam acceperit, dederit, iudicemve, ut sententiam ferat vel non ferat, corruperit corrumpendumve curaverit, humiliores capite puniuntur; honestiores publicatis bonis cum ipso iudice in insulam deportantur.

Interpretatione *non eget.*[d])

3.[e]) Sententia. Iudex, qui contra sacras principum constitutiones contrave ius publicum, quod apud se recitatum est, pronuntiat, in insulam deportatur.

Interpretatio.[f]) *Quicunque iudex oblatas sibi in iudicio leges vel iuris species audire noluerit et contra eas iudicaverit, ex hac re convictus in insulam deportetur.*

4.[g]) Sententia. Qui rationes, acta, libellos, album propositum, testationes, cautiones, chirographa, epistolas sciens dolo malo in fraudem alicuius deleverit, mutaverit, subiecerit, subscripserit, quive aes inauraverit, argentaverit, quive quum argentum vel aurum poneret, aes stannumve subiecerit, falsi poena coërcetur.

Interpretatione *non eget.*[h])

5. Sententia. Amplissimus ordo decrevit, eas tabulas, quae publici vel privati contractus scripturam continent, adhibitis testibus ita signari, ut in summa marginis ad mediam partem perforatae triplici lino constringantur: atque impositum supra linum cerae signa imprimantur, ut exteriores scripturae fidem interiori servent. Aliter tabulae prolatae nihil momenti habent.

Interpretatione *non eget.**)

d) Plerique codd., inter quos 1, 2, *stupro* (om. *inferentem*)—*facinore defenderunt.* e) Regino II, 86. Restitui seriem §phorum ex codd. et ex ed. Bou.; in rell. edd. et in epit. Guelph. antecedit §. 5. f) Regino II, 87 et cf. ibid. II, 88. g) V. *quia* excid. in omnibus fere codd.; in cod. 19 om. *etsi—in insulam.*

*) Bou. *XXIX.* Nam tit. transpositus est post tit. ad L. Corn. test.

a) Bou. *XXVIII.* Vid. tit. anteced. not. *. L. Vis. VII, 5, 2. b) Hincm. Opp. I, 640. c) In rec. edd. add. l. 19 D. de L. Cornelia de Falsis (XLVIII, 10). d) Sententia, quam Coll. VIII, 6 habet, primum h. l. interposita est in Aur. Lugd. edd. e) Om. in codd. 22, 25, 27, 28, 30, 35. f) Deest in codd. 22—25, 27, 28, 38—40. Sent. in codd. 5, 9, 21, 30, ed. Bou. Ben. Lev. III, 249. Ivo, Decr. XVI, 318. g) L. Vis. VII, 5, 2. Cohaeret in nonn. codd. cum anteced. interpr., interpr. est in codd. 6, 30, 38—40; cod. 8 adscripta est ex cod. Mogunt. h) Falsa interpr. h. l. primum posita est in edd. Aur. Lugd. ex Epitome Aeg. *) Add. in rec. edd. l. 38, §. 6 D. de Poenis (XLVIII, 19).

## EPIT. AEG.

Qui latronem caedem[a] sibi inferentem vel alias quodlibet[b] stuprum occiderit, puniri non placuit: alius enim vitam, alius pudorem publico facinore defenderunt.

Mandatores caedis ut homicidae puniuntur.

Iudex, qui in caput fortunasque hominis pecuniam accepit, bonis ademtis in insulam deportatur.

Si putator arborum ramum deiecerit et non proclamavit, ut vitaretur, atque ab eiusdem ictu homo perierit, in metallum datur.

Qui hominem invitum[c] libidinis aut promercii causa castravit castrandumve curavit, sive servus sive liber sit, capite puniatur.

Qui abortionis[d] aut amatorium poculum dant, quia mali exempli res est, in insulam amissa parte bonorum relegantur[e]. Quod si ex hoc homo perierit, summo supplicio afficiuntur.[f]

Magicae artis conscios vel eius artis libri penes quoscunque reperti[g] fuerint, summo supplicio affici placuit.

Si ex eo medicamine, quod ad salutem hominis datum est, homo perierit, honestior in insulam relegatur, humilior capite punietur.

### TIT. XXVI. AD LEGEM POMPEIAM DE PARICIDIIS.

Qui patrem matrem, avum aviam, fratrem sororem, patronum patronam occiderint, vivi exuruntur[a] vel ad bestias dantur.

### TIT. XXVII. AD LEGEM CORNELIAM TESTAMENTARIAM.

Quicunque instrumentum falsum sciens dolo malo scripserit, vel conscius ad hoc faciendum fuerit, quive nummos adulteraverit, vitiaverit, vultum principis reprobaverit, honestiores in insulam deportantur, humiliores in metallum dantur aut in crucem tolluntur.

Qui ob falsum testimonium perhibendum vel verum non perhibendum pecuniam acceperit, dederit, iudicemve, ut sententiam ferat vel non ferat, corruperit[a], publicatis bonis cum ipso iudice honestiores in insulam deportantur, humiliores capite puniuntur.

Quicunque iudex oblatas sibi in iudicio leges audire noluerit et contra eas iudicaverit, in insulam deportatur.

Qui chartas qualescunque adulteraverit, quive aes inauraverit vel alia metalla fraudis studio miscuerit, falsarii[b] poena coërcetur.

Contractus scripturarum adhibitis testibus ita signari oportet, ut in summa marginis ad mediam partem perforatae lino constringatur vel sigilletur et ita servetur. Aliter prolatae nihil momenti habent.[c]

a) Ap. Aeg. add. *rapinam mortem.* Plerique codd. om. *rapinam* aut *rapinam mortem.* b) Plerique codd. *quamlibet.* 54 *vel aliud.* 52 om. *vel al. q.* c) Aeg. et nonn. codd. *incitatum.* Infra codd. *castraverit, puniuntur* aut *puniantur.* d) Aeg. *aborsionis.* e) Aeg. *religantur,* et ut videtur codd. f) Om. §. 9, 10. g) Ex §. 12.

a) Aeg. et plerique codd. *exurantur.*

a) Aeg. et plerique codd. om. *corruperit.* b) Nonn. codd. *falsaria.* c) Om. §. 6, 7 et 8. Cod. 52 sic: *Eas tabulas quae contractus subscriptura continentur adhibitis t. ita signentur ut perforatae lino c. et cera signa imprimantur. Aliter* etc.

## EPIT. GUELPH.

Qui cedes. vel strupro. inferentem occiderit punire[b] placuit.

[c]Si iudex in caput alterius. pecunia̓ in insolam deportatur.

Mandatores cedes poniend̄.

Si putatur. ex arborẽ de rammu̓ alium percusserit. in legem non incurrit. in medallum damnatur.

VII. Si q̓ hominem castraverit. sive liber. capite punitur. honesciores. in insolam deportantur.

VIII Qui avorsionis. vel amaturium[d] puculum fecerint. etsi non noceant. humiliores in metallum honescioris. in insola. quod si ex hoc homo perierit. summu̓ suppliciu̓ adficiuntur.

VIIII. Qui oblicacionis. in alio ficerunt. cruce adficiuntur. aut bistiis. obiciuntur.

X. Qui hominem inmolaverint. idem qd̄ supra.

XI Magice artis conscius. bestiis. obiciendus.

XII Libros magice artis neminem. habere liciat. aput quem repperti fuerint. bonis ademptis. in insolam deportantur. humilioris capite poniuntur.

XIII. Si ex medicamine quod ad salutem datum homo pereat. idem. qd̄ sṕ.

### XXVI. AD LEGE POMPEIAM. DE PARACIDIIS. tl· VIIII. ʔ· XII.[a]

Qui patrem. aut matrem vel propinquos. occiderint. vivi exuruntur.

### XXVII. AD LEGE CORNILIA̓ TESTAMENTARIÃ. tl· IIII ʔ· XIIII.[a]

Qui testamentum falsum sciens. scripserit. et demonet[b] adultera. honeś in insola deportatur. humilior in medallum aut in cruce servi capite puniuntur.

Qui pecuniam ob falsum testimonium dederit. vel iudicem curruperit. humilioris. capĩ puniuntur. honesĩ. cum ipsu̓ iudicẽ in insolam deportantur.

Si iudex legẽ sublata non adeat c̃victu̓ in insola deportatur.

Si q̓ scriptura. in fraudem viciaverit. falsi pena tenebitur.

Tabule contractu̓. aliq̧ continentes. quomodo. signentur triplici lino segilla manu̓ testium inpressa aliter tabule prolate nullam abent. firmitatem.

b) Add. *non.* c) Alius est ordo §§. in Paul. et apud Aeg. d) Post *amaturium* duae literae deletae sunt in codice.

a) C. Th. IX, 12.

a) An C.Th. IX, 15? b) Leg. *de moneta.*

## EPIT. MONACHI.

[e]Qui latronem caedem inferentem vel stupra facientem occiderit, puniri non placuit.

Mandatores caedis ut homicidae puniuntur.

[f]Iudex, qui in caput fortunasque hominis pecuniam accipit, bonis ademtis in insulam deportatur.

Si putator, quum ramum deiiceret de arbore, non proclamaverit et praeteriens eiusdem ictu perierit, in metallum damnetur.

[g]Qui hominem invitum libidinis aut pro meretrice castravit, sive servus sive liber, capite puniuntur, honestiores publicatis bonis in insulam deportentur.

[h]Qui abortionis aut amatorium poculum dant, humiliores in metallo, honestiores in insulam amissa parte bonorum relegantur: si vero ex hoc homo perierit, summo supplicio afficiantur.

[i]Qui sacra impia nocturnave obcantaverint, obligaverint faciendave curaverint, aut cruci affigantur aut bestiis obiiciantur.

Qui hominem immolaverint vel eius sanguinem pro observatione malitiae aliquid polluerint, aut bestiis obiiciuntur vel capite puniuntur.

[k]Magicae artis conscios summo supplicio affici placuit, ipsi autem magi vivi exurantur.

Libri magicae artis apud quemcunque inventi fuerint, combustis libris, bonis ademtis, in insulam deportetur, humiliores capite puniantur, quia omnibus huius scientia prohibita est.

[l]Si ex medicamine, quod ad salutem hominis datum est, homo perierit, si honestior est, qui dedit, in insulam relegetur, humiliores capite puniantur.

### XXVI. AD LEGEM POMPEIAM DE PARRICIDIIS.

Qui patrem matrem, avum aviam, fratrem sororem, patronum patronam occiderit, vivi exurantur vel bestiis dentur.

### XXVII. AD LEGEM CORNELIAM TESTAMENTARIAM.

Qui testamentum vel aliud instrumentum falsum sciens dolo malo scripserit, recitaverit, subscripserit, subiecerit, suppresserit, amoverit, resignaverit, deleverit, signum adulterinum sculpserit, fecerit, expresserit, quive nummos aureos, argenteos adulteraverit, laverit, conflaverit, raserit, corruperit, vitiaverit vultuve principis signatam monetam praeter adulterinam reprobaverit, honestiores in insulam deportantur, humiliores aut in metallo damnantur aut cruci[a] figuntur. Servi autem post amissam manumissi capite puniuntur.

[b]Qui ob falsum testimonium perhibendum vel verum non perhibendum pecuniam acceperit, dederit, iudicemve, ut sententiam ferat vel non ferat, corruperit corrumpendumve curaverit, humiliores capite puniuntur, honestiores publicatis bonis cum ipso iudice in insulam deportantur.

[c]Iudex, qui oblatas sibi in iudicio leges vel iuris species audire noluerit et contra eas iudicaverit, in insulam deportetur.

[d]Qui tabulas, cautiones, chirographa, epistolas sciens dolo malo in fraude alicuius deleverit, mutaverit, subiecerit, subscripserit quive inauraverit, argentaverit, quum aurum, argentum posuerit, aes stagnumque[e] subiecerit, falsi poena coercetur.

[f]Eas tabulas, quae contractus sub scriptura continent, adhibitis testibus ita signentur, ut perforatae lino constringantur et cerae signa imprimantur, aliter tabulae prolatae nihil momenti habent.

e) 64 add. *De Malefactore Occiso.* f) 64 add. *Si Iudex Pecunias In Ius Accipit.* g) 64 add. *De Castratis.* h) 64 add. *De Potionibus Malis.* Codd. *avorsionis.* i) 64 add. *De Incantationibus.* k) 64 add. *De Magis.* l) 64 add. *De Medicis.*

a) 64 *in cruce.* 63 *testamento — quidre — adulteravit — vultum principis.* b) 64 add. *De Falso Testimonio Per Pecuniam.* c) 64 add. *Qui Legis Audire noluit.* 63 *oblatas;* rell. *obligatas.* d) 64 add. *De Falsariis.* e) Ita 64, sed add. *posuerit vel.* Reliqui *estagnumque* pro *aes stagnumque.* f) 64 add. *Quae Tabulae valeant.*

6.*) Sententia. Qui vivi testamentum aperuerit, recitaverit, resignaverit, poena legis Corneliae tenetur: et plerumque aut humiliores in metallum damnantur aut honestiores deportantur.

Interpretatione *non eget.*

7. Sententia. Si quis instrumenta utilitatis suae a procuratore suo vel cognitore adversario prodita esse convicerit, tam procurator, quam cognitor, si humiliores sunt, in metallum damnantur: si honestiores sunt, ademta dimidia parte bonorum in perpetuum relegantur.

Interpretatione *non eget.*

8.[i]) Sententia. Qui falsis instrumentis, epistolis, rescriptis sciens dolo malo usus fuerit, poena falsi coërcetur: ideoque humiliores in metallum damnantur, honestiores deportantur.

Interpretatione *non eget.*

9.[k]) Sententia. Instrumenta penes se deposita quicunque alteri altero absente reddiderit vel adversario prodiderit, pro personae eius conditione aut in metallum damnatur aut in insulam relegatur.

Interpretatione *non eget.*

10.*) Sententia. Qui sibi falsum nomen imposuerit, genus parentesve finxerit, quodque aliud interceperit, ceperit, possederit, poena legis Corneliae de falsis coërcetur.

Interpretatione *non eget.*

11.[l]) Sententia. Qui insignibus altioris ordinis utuntur militiamque confingunt, quo quem terreant vel concutiant, humiliores capite puniuntur, honestiores deportantur.

Interpretatione *non eget.*

12.[m]) Sententia. Si qui de iudicis amicitiis vel familiaritate mentientes eventus sententiarum eius vendunt, quidve obtentu nominis eius agunt, convicti pro modo delicti aut relegantur aut capite puniuntur.

Interpretatione *non eget.*

## TITULUS XXVIII.*) AD LEGEM IULIAM DE VI PUBLICA ET PRIVATA.

1.[a]) Sententia. Lege Iulia de vi publica damnatur, qui aliqua potestate praeditus, civem Romanum, antea ad populum, nunc ad imperatorem, appellantem necarit necarive iusserit, torserit, verberaverit, condemnaverit, inve publica vincula duci*) iusserit. Cuius rei poena in humiliores capitis, in honestiores insulae deportatione coërcetur.[b])

Interpretatione *non eget.*

2.[c]) Sententia. Hac lege excipiuntur, qui artem ludicram faciunt: iudicati etiam et confessi; et qui ideo in carcerem duci iubentur, quod ius dicenti non obtemperaverint, quidve contra disciplinam publicam fecerint: tribuni etiam militum et praefecti classium alarumve, ut sine aliquo impedimento legis Iuliae per eos militare delictum coërceri possit.

Interpretatio. *Lege Iulia decretum est, ut pro violentia publica damnetur, quicunque iudex appellantem, ut ad principis praesentiam ducatur, ingenuum hominem[d]) vel civem Romanum factum torserit, occiderit vel occidi iusserit vel in vinculis publicis adstrinxerit vel flagellis ceciderit aut damnare praesumserit. Pro qua re humiliores personae iudicio capitis puniuntur: honestiores in insulam relegantur[e]). Sed a legis istius poena de aliquibus praeceptum est, etiamsi ad principem appellaverint, posse torqueri vel damnari, *)si quos in ludicra arte offenderint vel iudicio fuerint condemnati aut [f]) de crimine suo confessi: et si qui propter hoc in carcerem rediguntur, quia secundum leges sententiae iudicis parere noluerint: vel si contra disciplinam publicam commisisse aliquid convincantur: tribuni quoque militum et praepositi navium et praefecti alarum: et hi omnes[g]) sine impedimento legis Iuliae etiam post appellationem possunt pro culpae suae qualitate aut damnari aut verberari.*

3.[h]) Sententia. Lege Iulia de vi privata tenetur, qui quem armatis hominibus possessione, domo, villa agrove deiecerit, expugnaverit, obsederit, cluserit, idve ut fieret, homines commodaverit, locaverit, conduxerit: quive coetum, concursum, turbam, seditionem, incendium fecerit: funerari sepelirive aliquem prohibuerit, funusve eripuerit, turbaverit, et qui eum, cui aqua et igni interdictum est, receperit, celaverit, tenuerit: quive cum telo in publico fuerit: templa, portas aliudve quid publicum armatis obsederit, cinxerit, clauserit, occupaverit. Quibus omnibus convictis, si honestiores sint, tertia pars bonorum eripitur et in insulam relegantur; humiliores in metallum damnantur.

Interpretatione *non eget.*

4. Sententia. Creditor chirographarius, si sine iussu praesidis per vim debitoris sui pignora, quum non habuerit obligata, ceperit, in legem Iuliam de vi privata committit. Fiduciam vero et pignora apud se deposita persequi et sine auctoritate iudicis vindicare non prohibetur.

Interpretatione *non eget.*

## TITULUS XXIX.[a]) AD LEGEM IULIAM PECULATUS.

1. Sententia. Si quis fiscalem pecuniam attrectaverit, subripuerit, mutaverit seu in suos usus converterit, in quadruplum eius pecuniae, quam sustulit, condemnatur.

Interpretatione *non eget.*[b])

## TITULUS XXX.[a]) AD LEGEM IULIAM REPETUNDARUM.

1.[b]) Sententia. Iudices pedanei, si pecunia corrupti dicantur, plerumque a praeside aut curia submoventur aut in exsilium mittuntur aut ad tempus relegantur.

*) L. Vis. VII, 5, 4. i) Docum. Franc. ann. 838. k) Interpr. ap. Sich. Secutus sum ordinem, quem in codd. reperi; nam in edd., praeter Bou., §. 9 ante octav. est. *) L. Vis. VII, 5, 6. l) Interpr. in cod. 6; om. in cod. 22. m) Om. in cod. 25, mutata est in cod. 19.

*) Bou. *XXX.* 15 *XXIX.* a) Alcuini ep. 118. Om. in codd. 28, 32, 33. In multis codd. cohaerent §. 1, 2. *) Vid. infr. tit. XXXI. not. *b.* b) In cod. 12 add. fol. 206[b]: *Qui hominem ingenuū uł civem romanum vim ferit flagellaverit humiliores capite puniuntur, honestiores in insulā* et subsequitur interpr. §. 2, usque ad vv. *decretum est,* quibus terminatur Breviarium, sed annexum est folium, quod appendicis partem continet. Vv. *Cuius rei* terminatur cod. 17[a]. c) Om. in codd. 25, 27, 28, 32, 33. d) Quae de *ingenuo homine* dicuntur, des. in Pauli sent. e) Pro *deportantur.* *) Hinc in nonn. codd. sententiae signum est. f) *de crimine suo.* Haec add. interpres. g) Ambigue dictum est *hi omnes,* nam tribuni militum, praepositi et praefecti alarum excipiendi sunt. h) In codd. 38—40 h. l. add. rubr. *Ad Legem Iuliam XXVIIII.*

a) Bou. *XXXI.* 15, 38—40 *XXX.* Vid. tit. antec. not. *h.* Augentur in his codd. seqq. tit. uno numero. 36 *XIX.*, err. L. Vis. VII, 2, 10. b) Ex Aeg. Epit. pro verbis interpr. falso h. l. interpr. interpos. Aur. Lugd. edd.

a) Bou. *XXXII.* 38—40 *XXXI.* b) Deest in codd. 19, 21—23, 25, 27, 28, 32, 33, 38—40.

| EPIT. AEG. | EPIT. GUELPH. | EPIT. MONACHI. |
| --- | --- | --- |
| | VI. Qui vivi testamentum aperuerit. vel recitaverit. humiliores in medallum honest in insola. deportantur. | [g]) Qui vivi testamentum aperuerit, recitaverit, signaverit[h]), humiliores in metallum dantur, honestiores in insulam deportantur. |
| | VII Causedecus. si instrumenta utilitatis. aliene adversario. prodederit pena idem q̄ sup. | [i]) Si quis instrumenta utilitatis suae a procuratore vel cognitore adversario suo prodita esse convicerit, tam procurator quam cognitor, si humiliores sunt, in metallo damnentur, honestiores vero ademta dimidia parte bonorum in perpetuum relegantur. |
| | VIII Qui falsis. instrumentis. usus. fuerit. pena idem ut supra. | [k]) Qui falsis instrumentis, actis, epistolis, rescriptis sciens dolo malo usus fuerit, humiliores in metallo, honestiores in insulam deportantur. |
| Qui instrumenta penes se deposita vel commendata altero absente reddiderit vel adversario dederit, in insulam deportatur. | VIIII Qui penes se deposita. instrumenta prodedit. pena id. ut sup. | [l]) Instrumenta penes se deposita quicunque alteri altero absente reddiderit vel adversario prodiderit, aut in metallo damnatur aut in insulam relegatur[m]). |
| Qui sibi falsum nomen imposuerit vel ingenuos parentes finxerit, quo alienum interciperet, caperet, possideret, poena legis Corneliae de falsis coercetur.[d]) | X Qui nomen vel parentilla in fraudem. confinxerit. hut falsarius. cohercitur. | [n]) Qui sibi falsum nomen imposuerit, genus parentesve finxerit, quidquid alienum interceperit, ceperit, possederit, poena legis Corneliae de falsis coerceatur. |
| | XI. Qui malicia. qua quem tereat. confixerit humili cap poniend honest in insola deportantur. | Qui insignibus altioris ordinis utuntur militiamque confingunt, quo quem terreant, humiliores capite puniuntur, honestiores in insulam deportentur. |
| | XII Si q per iudicis familiaritate eventu sentencie vindunt. convicti. id ut supra. tl· II· VI. ł· I.*) | [o]) Si qui de iudicis familiaritate mentientes, eventus sententiarum eius vendunt quidve[p]) obtentu nominis eius agunt, pro modo delati aut relegantur aut capite puniuntur. |
| **TIT. XXVIII. AD LEGEM IULIAM DE VI PUBLICA ET PRIVATA.** | **XXVIII. AD LEGEM IULIAM DE VIM. PUBLICA ET PRIVATA.** | **XXVIII. AD LEGEM IULIAM DE VI PUBLICA ET PRIVATA.** |
| Si iudex civem Romanum aut ingenuum appellantem, ut ad principis praesentiam ducatur[a]), torserit aut occiderit, humiliores capite puniuntur, honestiores in insulam relegantur. | Qui civem. romana ad principem apellantē necaverit aut iniuriaverit. humił capit ponit honest in insola relegantur. | Qui aliqua potestate praeditus civem Romanum ante populum, imperatorem appellantem necaverit necareve iusserit, verberaverit, condemnaverit, in vincula duci iusserit vel[a]) cuius rei poena affici iusserit, humiliores capite, honestiores in insulam condemnentur. |
| Si vero in eum[b]) crimina manifesta fuerint approbata, legibus condemnetur. | Si q artem ludigram faciunt. coherceri possunt. | [b]) Quicunque iudex appellantem, ut ad principis praesentiam ducatur, ingenuum hominem torserit, occiderit vel occidi iusserit, in vinculis adstrinxerit aut damnaverit, humiliores capite puniuntur, honestiores in insulam relegantur. Sed ad legis istius poenam, qui artem ludicram faciunt, praeceptum est, etiamsi ad principem appellaverint, ut[c]) possint torqueri vel damnari, si qui ludicra arte fuerint condemnati aut de crimine suo confessi, et qui[d]) propter hoc in carcerem relegantur, qui secundum leges sententiae iudicis parere noluerint, vel si contra disciplinam publicam aliquid commiserint, tribuni militum et praepositi navium, perfecti*) alarum, hi omnes sine appellatione pro culpae suae qualitate possunt aut damnari aut verberari. |
| Qui aliquem de villa sua vel undecunque deiecerit, idve ut fieret, homines locaverit, conduxerit, [c]) convictus tertia pars bonorum suorum eripitur et in insulam relegatur.[d]) | III Si q armatis. hominibus possessionem. quemq deiecerit. expugnaverit. aut obsederit. quibus omnibus convictis. tercia bonorum sublata in insola. relegantur humł in medallum damnantur. | [e]) Lege Iulia de vi privata tenentur, qui quem armatis hominibus possessione, domo, villa agrove deiecerit, expugnaverit, obsederit, quidve ut fieret, locaverit, conduxerit, sive cum turba vel seditione incendium fecerit, funerari, sepeliri aliquos prohibuerit funusve turbaverit et qui eum, cui aqua et igne interdictum est, receperit, celaverit, tenuerit, quive cum telo in publicum fuerit, templa, portas aliudve quid publicum armatus obsederit, cinxerit, cluserit, occupaverit, quibus omnibus convictis honestiores tertia bonorum eripitur et in insulam relegantur, humiliores in metallo damnentur. |
| | IIII Si q pignora. debetores sine iusso presedis. ceperit hoc vindicare non prohibetur. l· II· ʒ· V. l· ʒ· XXXIIII· ł V.[a]) tl· XI· XŁIII.[b]) | [f]) Creditor chirographarius, si sine iussu praesidis pro vi debitoris sui pignora, quum non haberet obligata, acceperit, in legem Iuliam de vi privata committit. Fiduciam vero et pignora apud se deposita persequi et sine auctoritate iudicis vindicare non prohibetur. |
| **TIT. XXIX. AD LEGEM IULIAM[a]) PECULATUS.** | **XXVIIII DE LEGE IULIA PECULATUS.** | **XXIX. AD LEGEM IULIAM PECULATUS.** |
| Si quis fiscalem pecuniam subripuerit, quadrupli poena mulctabitur. | I. Si q̄ fiscalem. pecuniam adtrectaverit in *quadruplum* q *subtullerit* condemnatur. | Si quis fiscalem pecuniam subripuerit, mutaverit vel in suos usus converterit, in quadruplum componat. |
| **TIT. XXX. AD LEGEM IULIAM REPETUNDARUM.[a])** | **XXX AD LEGEM IULIAM REPETUNDARUM tl· VIII ·ʒ· XX.[a])** | **XXX. AD LEGEM IULIAM REPETUNDARUM.** |

d) Om. §. 11, 12.
a) Verba sunt interpret. c. 2 h. t. b) Aeg. *eo*. c) Plerique codd. add. *quibus*. Nonn. *convictis*. d) Om. §. 4.
a) Nonn. codd. om. *Iuliam*. In cod. 54 pro hoc tit. ponitur rubr. tit. sq.
a) In cod. 54 deest rubr. tit. Cf. tit. anteced.

*) C. Th. I, 6, 1.
a) Paul. II, 5 et II, 14, 5. b) Inc. num. Num C. Th. II, 30, 1?
a) C. Th. IX, 21.

g) 64 add. *De Testamento Aperto*. h) 63 *resignaverit*. i) 64 add. *De Procuratore Qui Strumenta Prodit*. k) 64 add. *Qui Falso Usus Fuerit*. l) 64 add. *De Strumenta Deposita*. m) 64 *relegentur*. Rell. *religatur*. n) 64 add. *Qui Sibi Nomen Falsum Imposuerit*. Infra 63 *coercetur*. o) 64 add. *De Iudicis Familiaritate*. p) 64 *vel quidve*. Rell. *quive*.
a) 64 om. *vel — iusserit*. b) 64 add. *De Condemnato Appellante*. Postea om. *vel occidi iusserit*. c) 63, 64 om. *ut*, sed 63 *possit* (ut 62) *torquere vel damnare*. *Si quid*. Praeterea in 64 deest *praeceptum est*. d) 64 om. *qui*. *) Leg. *praefecti*. e) 64 add. *De Vi Multa Dicit*. f) 64 add. *De Pignore*.

INTERPRETATIO.[c]) *Si pedanei iudices, id est, qui ex delegatione causas audiunt, in audientia causae corrupti contra iustitiam iudicasse convicti fuerint, a iudice provinciae aut curia submoventur aut in exsilium mittuntur aut ad tempus relegantur.*

## TITULUS XXXI.[a]) AD LEGEM IULIAM MAIESTATIS.

1. SENTENTIA. Lege Iulia maiestatis tenetur is, cuius ope consilio adversus imperatorem vel rempublicam arma mota sunt, exercitusve eius in insidias deductus est: quive iniussu imperatoris bellum gesserit, dilectumve habuerit, exercitum comparaverit, sollicitaverit, deseruerit imperatorem. His antea in perpetuum aqua et igni interdicebatur: nunc vero humiliores bestiis obiiciuntur vel vivi exuruntur; honestiores capite puniuntur. Quod crimen non solum facto, sed et verbis impiis ac maledictis maxime exacerbatur.[b])

INTERPRETATIONE *non eget.*

2. SENTENTIA. In reum maiestatis inquiri prius convenit, quibus opibus, qua factione, quibus hoc auctoribus fecerit: tanti enim criminis reus non obtentu adulationis alicuius, sed ipsius admissi causa puniendus est. Et ideo quum de eo quaeritur, nulla dignitas a tormentis excipitur.

INTERPRETATIONE *non eget.*

## TITULUS XXXII.[a]) AD LEGEM IULIAM AMBITUS.

1. SENTENTIA. Petiturus magistratum vel provinciae sacerdotium, si turbam suffragiorum causa conduxerit, [b])servos advocaverit aliamve quam multitudinem conduxerit, convictus, ut vis publicae reus, in insulam deportatur.

INTERPRETATIONE *non eget.*[c])

## TITULUS XXXIII.[a]) DE POENIS MILITUM.

1. SENTENTIA. Si pecunia accepta miles custodiam dimiserit, capite puniendus est. Et certe quaeritur, cuius criminis reus dimissus esse videatur.

INTERPRETATIONE *non eget.*

2. SENTENTIA. Qui custodiam militi prosequenti magna manu excusserint, capite puniuntur.

INTERPRETATIONE *non eget.*[b])

## TITULUS XXXIV.[a]) QUANDO APPELLANDUM SIT.

1.[b]) SENTENTIA. Quoties iusiurandum postulatur, eo tempore appellandum est, quo defertur, non quo iuratur.

INTERPRETATIO.[c]) *Si quando, dum causa a iudice auditur, sacramentum petente uno ex litigatoribus alter obtulerit, litigator, qui iudicibus*[d]) *appellare voluerit, tunc appellare debet, quando sacramentum offertur, non postquam iuratur.*

## TITULUS XXXV.[a]) DE CAUTIONIBUS ET POENIS APPELLATIONUM.

1.[b]) SENTENTIA. Ne liberum quis et solutum haberet arbitrium retractandae et revocandae sententiae, et poenae et tempora appellatoribus praestituta sunt. Quod nisi iuste appellaverint, tempora ad cavendum in poena appellationis quinque dierum praestituta sunt. Igitur morans eo in loco, ubi appellavit, cavere debet, ut ex die acceptarum literarum continui quinque dies computentur. Si vero longius, salva dinumeratione integri quinque dies cum eo ipso, quo literas acceperit, computantur.

INTERPRETATIO.[c]) *Propter superfluam appellatorum licentiam, ne in retractandis vel revocandis sententiis liberum habere arbitrium videantur, et tempora appellationis et poenae constitutae sunt: ut quicunque iudici**), *qui causam eius audivit, appellare et ad alium iudicem provocare voluerit, intra quinque dies appellet:* [d]) *et his ipsis quinque diebus ad iudicem,* [e]) *quem provocaverit, sine aliqua dissimulatione*[f]) *perveniat: et ipse dies, quo accepit literas, in his quinque diebus specialiter computetur. Quod si longius iter sit, exceptis his quinque diebus, spatium dierum, quo iter agi possit, computetur.*

2.[g]) SENTENTIA. Ne quis in captionem verborum in cavendo incidat, expeditissimum est, poenam ipsam vel quid aliud pro ea deponere: necesse enim non habet sponsorem quis fideiussoremve dare aut praesens esse: sed si contra eum fuerit pronuntiatum, perdit, quod deposuit.

INTERPRETATIO.[h]) *Si quando inter litigatores de dando praesentiae*[i]) *suae fideiussore contentio est, si aliquis in cautione verborum praeiudicium timeat et propter hoc fideiussorem dare nolit, potest certum aliquid de rebus suis poenae causa deponere. Sed**) *si contra eum fuerit iudicatum et ipse defuerit, perdit, quod deposuit.*

3. SENTENTIA. Quoties in poena appellationis cavetur, tam unus quam plures fideiussores, si idonei sunt, dari possunt: sufficit enim, etiam per unum idoneum indemnitati poenae consuli.

INTERPRETATIONE *non eget.*

4.[k]) SENTENTIA. Si plures appellant, una cautio sufficit: et si unus caveat, omnibus vincit.

c) Sententia in cod. 9; om. in cod. 19.

a) Bou. *XXXIII.* 38—40 *XXXII.* b) In cod. 7 h. l. repet. §. 1 tit. XXVIII. ad L. Iuliam de Vi p. et pr. inde a vv. *publ. vincula duci,* §. 2 cum interpr. et §. 3 eiusd. tit., quam subseq. haec vv.: *nisi reos ñ obtentu adholationis alicuius se ipsū amissū est et ideo cum de eo queritur nulla dignitas a tormentis excipitur,* quae ex §. 2 h. t. sumta sunt.

a) Bou. *XXXIV.* 38—40 *XXXIII.* b) Bou. om. *servos—conduxerit.* Brachyl. IV, 32, 10. c) Add. in rec. edd. tit. ad L. Fabiam ex Coll. XIV, 2.

a) Bou. *XXXV.* 38—40 *XXXIV.* b) Add. in rec. edd. l. ult. D. de Re mil. (XLIX, 16) et l. 38, §. 1, 11, 12 D. de Poenis (XLVIII, 19).

a) Bou. *XXXVI.* 38—40 *XXXV.* Tit. habet cod. S. Germ. 366. b) Deest in codd. 21, 22, 25, 27, 28. In 19 conflata est cum interpr., nonn. vv. omm. vel mutt. Coll. Can. An. saec. XI. Ivo, Decr. XVI, 259. c) Sent. in cod. 24. d) Pro *a iudicibus.* Cf. tit. sq. §. 1 interpr., tit. XXXVIII. §. 1 interpr.

a) Bou. *XXXVII.* 38—40 *XXXVI.* Est hic tit. in cod. S. Germ. 366. b) Deest in codd. 19, 22, 25, 27, 28, 30, 32, 33. c) Coll. Can. An. saec. XI. Ivo, Decr. V, 281 et Pann. IV, f. 102. Non esse adhibitam hanc interpr. in L. R. B. tit. XXXIII. demonstravi in Praef. Est etiam in codd. Reg. Par. 1730 (sed hic mutil.), 4286, 4377, qui abbreviationem Ivonis continet, et in Decr. Grat. cau. 2, qu. 6, c. 22. Sent. in codd. 9, 14, 32, 33, ed. Bou. et cohaeret cum §. 2. Mutila in 9, 14. *) Vid. interpretat. antec. tit. not. *d.* d) Vv. *et—diebus* add. interpres. e) Hinc in nonn. codd. haec et illa vv. des. f) i. e. *detrectatione, recusatione.* g) Coll. Can. An. saec. XI. Ivo, Decr. XVI, 260. Deest in codd. 19, 22, 25, 27, 28, 30. Interpr. in cod. 23. h) Sent. in codd. 5, 9, 14, ed. Bou. Est in cod. Reg. Par. 4482. In cod. 6 cohaeret cum sq. sent. i) De *praesentia* nihil dicit Paulus. Infra *fideiussorem dare* pro cavere, promittere. *) Haec in Aur. et Lugd. edd. commutata sunt cum vv. Epit. Aeg. k) Deest in codd. 21, 22, 25, 27, 28, 32, 33. In cod. 50, etsi Summam ab Aeg. editam comprehendit, §. 3 et 4 cum interpr. script. sunt post §. 4 de Iniuriis (V, 4).

## EPIT. AEG.

Si iudices pedanei in audientia contra iustitiam iudicaverint, iudex provinciae eos exsilio damnet.

### TIT. XXXI. AD LEGEM IULIAM MAIESTATIS.

Si quis adversus imperatorem vel in rempublicam arma moverit vel ipsum imperatorem in exercitu deseruerit, antea quidem in perpetuum aqua et igni interdicebatur, nunc vero vivi exuruntur.[a]

### TIT. XXXII.[a] AD LEGEM IULIAM AMBITUS.

Petiturus magistratus vel provinciae sacerdotium, si turbam suffragiorum causa conduxerit, in insulam deportatur.

### TIT. XXXIII. DE POENIS MILITUM.

Si pecunia accepta miles reum de custodia dimiserit, capite puniendus est.

Qui custodiam militi[a] prosequenti magna manu excusserit, capite puniendus est.

### TIT. XXXIV. QUANDO APPELLANDUM SIT.

Si quando causa a iudice auditur et sacramentum petente unus ex litigatoribus alteri obtulerit, litigator quidem tunc appellare debet, quando sacramentum offertur, non postquam iuratur.

### TIT. XXXV. DE CAUTIONIBUS ET POENIS APPELLATIONUM[a].

Propter superfluam appellatorum licentiam, ne in retractandis vel revocandis sententiis liberum habere arbitrium viderentur, et tempora appellationis et poenae constitutae sunt. Ut quicunque iudici, qui causam eius audivit, appellare et ad alium iudicem provocare voluerit, intra[b] quinque dies appellet et his ipsis quinque diebus ad iudicem, ad quem provocaverit, sine aliqua dissimulatione perveniat. Quod si longius iter sit, tantum spatium dierum, quo iter possit agi, computetur.

Qui fideiussorem de praesentia sua dare nolet[c], potest aliquid de rebus suis poenae causa deponere. Quod si ad placitum non venerit et contra eum fuerit iudicatum, perdet, quod deposuit.

Quoties in poena appellationis cavetur, tam unus quam plures fideiussores, si idonei sint, dari[d] possunt, sufficit tamen unus idoneus fideiussor.

a) Om. §. 2.

a) Sqq. titt. rubr. inter se commutata sunt et transposita in cod. 50.

a) Aeg. et nonn. codd. *milite.*

a) 50 om. *Appellationum.* b) Multi codd. *infra.* c) Codd. *nollet* aut *nollit,* ut 46. Aeg. *volet.* d) 46, 52 *intrare.* Rell. et Aeg. *dare.*

## EPIT. GUELPH.

Si pedane iudicis. corupti contra iusticia iudicant a iudice provincie aut exilio aut relegacionē damnandus est. tl· VIIII· XXXI.[b]

### XXXI. AD LEGEM IULIAM MAIESTATIS.

Si cuius opem. adversus imperatorem. arma mutá sunt qui hoc fecerint. humilior bestiis. aut ignebus traduntur. honest̄ caṗ puniuntur.

II In reum. maiestatis. auctur querendus auctur criminis. puniend̄.

### XXXII. AD LEGEM IULIAM AMBITUS. tl· VIIII · ʒ · XXII.[a]

I. Petiturus maiestratum conduxerit convictus in insolam deportatur.

### XXXIII. DE PENIS MILITUM.

I. Si pecunia accepta. milis rerum[a]) demittat caṗ poniend̄.

II Si q́ servú militi prosequentē. excusserit id̄ q́ sup̄.

### XXXIIII. QUANDO APELLANDO SIT. tl· I · ʒ · V.[a]

Si sacramentum uno alt̄ dederit. tunc apellandum est post non licere.

### XXXV. DE CAUCIONIBUS ET PENIS. APELLACIONUM tl· II · ʒ · V.[a]

Qui. apellare iudice voluerit. infra quinq. dies. apellare debit.

II Si fideiussorem. quis presentie sue. dare nolet. pená ipsá deponere potest.

III Tam unus. quam plures. fideiussoris dari. possunt.

b) C.Th. IX, 21.

a) Incertus num.

a) Leg. *reum.*

a) C. Th. I, 5.

a) C. Th. I, 5?

## EPIT. MONACHI.

Iudices pedanei, id est qui ex dilatione causas audiunt, si contra iustitiam iudicaverint, a iudice provinciae aut curiae submoventur aut in exsilium mittuntur aut ad tempus relegantur.

### XXXI. AD LEGEM[a] MAIESTATIS.

[b]Lege Iulia maiestatis tenetur, cuius consilio adversus imperatorem vel rempublicam arma mota sunt vel eius exercitus in insidias deductus quive iniussu imperatoris bellum gesserit delectumque[c] habuerit, exercitum comparaverit, sollicitaverit deserueritque imperatorem. His antea in perpetuum aqua igni[d] interdicebatur. Nunc vero humiliores bestiis obiiciuntur vel vivi exuruntur, honestiores capite puniuntur. Quod crimen non solum factum, sed et verbis impiis aut maledictis maxime exacerbatur.

In reum[e] maiestatis inquiri convenit, qua factione, quibus auctoribus fecerit. Tanti enim criminis reus non obtentu adulationis alicuius[f], sed ipsius admissi causa puniendus est. Et ideo quum de eo quaeritur, nulla dignitas a tormentis excipitur.

### XXXII. AD LEGEM IULIAM AMBITUS.

Petiturus magistratus vel provinciae sacerdotium, si turbam suffragiorum causa conduxerit, servos convocaverit, in insulam deportatur.

### XXXIII. DE POENIS MILITUM.

Si pecunia accepta miles custodiam dimiserit, capite puniendus est. Et certe quaeritur, cuius criminis reus dimissus esse videatur.

Qui custodiam militi prosequenti magna manu excusserit, capite puniantur[a].

### XXXIIII. QUANDO APPELLANDUM SIT.

[a]Quando causa a iudice auditur et sacramentum praebetur, litigator tunc appellare debet, quum sacramentum offertur, non postquam iuratur.

### XXXV. DE CAUTIONE ET POENIS APPELLATIONUM.

Quicunque iudici, qui causam eius audivit, appellare voluerit et ad alium iudicem provocare voluerit[a], infra quinque dies appellet, et ipse dies, quo accepit literas, in his quinque diebus computetur. Quod si longius iter sit, exceptis his q quinque diebus spatium itineris cum diebus computetur.

Si quando inter legatores[b] de dando praesentiae suae fideiussore contentio est, si aliquis in captione verborum praeiudicium[c] teneat et propter hoc fideiussorem dare nollit, potest aliquis de rebus suis poenae causa deponere. Sed si contra eum fuerit iudicatum, et ipse defuerit, perdet, quod deposuit.

In poena appellationis tam unus quam plures fideiussores idonei dari possunt: sufficit tamen per unum idoneum.

a) 64 add. *Iuliam.* b) 64 add. *De Crimine Maiestatis.* c) 63 *delectumque.* 62 et 64 *delictumque.* d) 63 *perpetuo aquae et igni.* e) 63 *rem.* f) 63 add. *est.*

a) 63 *puniuntur.*

a) 64 add. *De Reclamatione Sacramenti.*

a) 64 om. *voluerit* et infra *Quod si — computetur.* 63 *ipsi diebus quod.* b) Leg. *litigatores.* c) 62, 64 *praeiudicio.*

LEX ROM. VISIGOTH.

INTERPRETATIO.[l]) *Si in una causa multi appellant, unam pro omnibus fieri sufficit cautionem. Et si in communi causa unus caverit et vicerit, omnes, quibus una causa est, vicisse videntur.*

5.[m]) SENTENTIA. Quum a pluribus sententiis provocatur, singulae cautiones exigendae sunt et de singulis poenis spondendum est.

INTERPRETATIO.[n]) *Quum de multis causis a iudicum sententiis appellatum fuerit, singulae cautiones de singulis sententiis faciendae sunt. Et in singulis cautionibus singulae poenae specialiter ab appellatoribus inserendae.*

6. SENTENTIA. Modus poenae, in qua quis cavere debet, specialiter in cautione exprimendus est, ut sit, in qua stipulatio committatur: aliter enim recte cavisse non videtur.

INTERPRETATIONE *non eget.*

7.[o]) SENTENTIA. Assertor si provocet, in eiusmodi tertiam cavere debet, quanti causa aestimata est.

INTERPRETATIONE *non eget.*[p])

## TITULUS XXXVI.[a]) DE DIMISSORIIS LITERIS.

1.[b]) SENTENTIA. Ab eo, a quo appellatum est, ad eum, qui de appellatione cogniturus est, literae dimissoriae diriguntur, quae[c]) vulgo apostoli appellantur: quorum postulatio et acceptio intra quintum diem ex officio facienda est.

INTERPRETATIO.[d]) *Ista superius sub titulo*) de Cautionibus et poenis appellationum interpretata est.*

2.[e]) SENTENTIA. Qui intra tempora praestituta dimissorias non postulaverit vel acceperit vel reddiderit, praescriptione ab agendo submovetur et poenam appellationis inferre cogitur[f]).

INTERPRETATIONE *non eget.*

## TITULUS XXXVII.[a]) DE REDDENDIS CAUSIS APPELLATIONUM.

1.[b]) SENTENTIA. Meritum appellationis causae capitalis et ipsam rationem status non nisi per nosmet ipsos prosequi possumus: nemo enim absens aut duci in servitutem potest aut damnari.

INTERPRETATIO.[c]) *Si quando in causa capitali, similiter in causa status, id est, ingenuitatis vel servitutis, appellatum fuerit, non per procuratores, sed ipsis praesentibus est agendum: quia nemo absens aut capite damnari potest aut sententiam servitutis excipere.*

2.[d]) SENTENTIA. Moratorias appellationes et eas, quae ab executoribus et confessis fiunt, recipi non placuit.

INTERPRETATIO.[e]) *Quicunque non confidentia iustae causae, at causa afferendae morae, ne contra eum*) sententia proferatur, appellaverit: vel si de facto suo confessus, ne addicatur[f]), appellare voluerit, huiusmodi appellationes non recipiuntur.*

3. SENTENTIA. Eum, qui appellat, cum convicio ipsius iudicis appellare non oportet; ideoque quod ita factum est, arbitrio principis vindicatur.

INTERPRETATIONE *non eget.*

## TITULUS XXXVIII.[a]) POST PROVOCATIONEM QUID OBSERVANDUM SIT.

1.[b]) SENTENTIA. Quoties possessor appellat, fructus medii temporis deponi convenit. Quod si petitor provocet, fructus in causa depositi esse non possunt, nec recte eorum nomine satisdatio postulatur.[c])

INTERPRETATIO.[d]) *Quoties post auditam causam iudici*) possessor appellat, fructus possessionis, de qua agitur, dum secundae audientiae eventus in dubio est, merito sequestrantur. Nam si petitor appellaverit, hoc ab eo non potest postulari: quia non potest sequestrare, quod non habet.*

l) Deest in cod. 19. Sent. in cod. 9, ed. Bou. In nonn. codd. *Et si* etc. m) Deest in codd. 21, 25, 27, 28. n) Deest in cod. 19. Sent. in codd. 5, 9, 29, ed. Bou. et cohaeret cum sq. sent. o) Deest in codd. 19, 38—40. p) Cui. in Obs. XXI, 22 ex cod. Ves. add. §. 8 a Visigothis omiss.

a) Bou. *XXXVIII.* 38—40 *XXXVII.* Est hic tit. in codd. S. Germ. 366 et Reg. Par. 4482, 1730. b) Cod. Par. 1730. Coll. can. An. saec. XI. Ivo, Decr. V, 282 et Pann. IV, 128. Decr. Gr. cau. 2, qu. 6, c. 24, ubi etiam interpretatio h. sent. est. c) Vv. *dimittur quae* desinit fol. 154 cod. 21, sequuntur fol. 155—169 capitularia Karoli et Ludovici; fol. 170 pergitur in Breviario. d) Interpr. deest in multis codd. In aliis cohaeret cum sent., ut in ed. Bou., aut des. ultima vv. inde ab *et poenis*. Sent. in cod. 14. *) Hinc pergitur in cod. 17. Videtur igitur codicis, cuius partes sunt 17 et 17[a], unum folium periisse. Vid. supr. V, 28, 1, not. *b* i. f. e) Cod. Par. 1730. Coll. can. An. saec. XI. Ivo, Decr. V, 282 et Pann. IV, 128. Decr. Gr. cau. 2, qu. 6, c. 24. f) Vv. *et—cogitur* des. in multis codd. et in ed. Sich.

a) Bou. *XXXIX.* 38—40 *XXXVIII.* Est hic tit. in codd. S. Germ. 366 et Reg. Par. 4482. Rubr. deest in cod. 27. b) Deest in codd. 19, 21, 22, 25, 27, 28, 30, 32, 33. c) Ben. Lev. III, 357. Add. cap. IV, 14. Capit. Angilramni 44. Capit. Heraldi 84. Decr. Grat. cau. 2, qu. 6, c. 40. Deest in cod. 19. In cod. 15 desiuit cum v. *absens,* sequitur §. 3, tum reliqua pars interpr., denique §. 2. d) Deest in codd. 21, 22, 25, 27, 28, 32, 33. e) Coll. can. An. saec. XI. Ivo, Decr. V, 283 et Pann. IV, f. 129. Decr. Grat. cau. 2, qu. 6, c. 25. Sent. in ed. Bou. Deest in cod. 19. *) Potius: ne sententia lata exsecutioni mandetur. f) i. e. *condemnetur.* Vid. tit. IV. h. l. §. 9 not. *l.*

a) Bou. *XL.* 38—40 *XXXIX.* Est hic tit. in codd. S. Germ. 366 et Reg. Par. 4482. b) Deest in codd. 21, 22, 27, 28, 32, 33. c) Hic terminatur cod. 2, rell. desunt. d) Coll. can. An. saec. XI. Ivo, Decr. V, 284 et Pann. IV, f. 130. Decr. Grat. cau. 2, qu. 6, c. 26. Sent. in cod. 9, ed. Bou. Mixta est cum sent. in cod. 19. *) Vid. tit. XXXIV. not. *d.*

EPIT. AEG.

Si in una causa multi appellent, unam pro omnibus fieri sufficit[e]) cautionem. Et si in communi causa unus caverit et vicerit, omnes vicisse videntur.

Quum de multis causis iudicis sententiis appellatum fuerit, singulae cautiones de singulis[f]) sententiis faciendae sunt, et in singulas cautiones, id est[g]) multae singulae poenae specialiter ab appellatoribus inferendae.

Modus poenae, in qua quis cavere debet, specialiter in cautione exprimendus est vel stipulandus. Aliter enim recte cavisse non videtur.

Assertor si provocet, in eiusmodi tertiam cavere debet, quanti causa aestimata[h]) est.

TIT. XXXVI. DE LITERIS DIMISSORIIS.

Qui intra tempora praestituta dimissorium[a]), id est intra quintum[b]) diem non postulaverit vel acceperit vel reddiderit, praescriptione ab agendo servetur[c]) et poenam appellationis inferre cogetur, sicut iam superius insertum est.

TIT. XXXVII. DE REDDENDIS CAUSIS APPELLATIONUM.

Si quando in causa capitali, similiter in causa status, id est ingenuitatis vel servitutis, appellatum fuerit, non per procuratores, sed ipsis praesentibus est agendum: quia nemo absens aut duci in servitute aut ire[a]) in servitutem potest aut damnari.

Qui, dum in causa vincitur, per appellationem dilatare voluerit, non audiatur.

In eum, qui appellat cum convicio iudicum, arbitrio principis vindicatur.

TIT. XXXVIII. POST PROVOCATIONEM QUID OBSERVANDUM EST.*)

e) Aeg. *sufficit fieri.* f) 46 om. *appellatum — singulis.* g) *Id est* om. in nonn. codd. In m. cod. 57 add.: *Nemo absens damnetur nec in servitutem ducetur.* Vid. §. 1 tit. XXXVII. h) Aeg. *aestimanda.*

a) Ita plerique codd.; 46 *dimissorias.* Aeg. *dimissorum.* b) Vid. §. 1 h. t. c) 46, 52 *submovetur,* ut Paulus.

a) Fere omnes codd. om. vv. *in servitute aut ire,* ut legendum videatur *aut duci in servitutem potest.* Vid. legem ipsam.

*) §. 1 om.

EPIT. GUELPH.

IIII In unā causam. unam. pro omnibus fieri suffecit caucionem.

V. Si multis causis. apellatur. singulas. cauciones fieri.

VI. In caucionem. modus. pene exp̄mendus est.

Adsertur si provocet. terciā cavere debit tl' ʒ' XII.[b])

XXXVII. DE LITTERIS DEMISSURIIS tl' I ' ʒ' II.[a])

Littere demissurie ab eo qui apellavit. infra. V. dies. dirigende sunt.

Qui infra id temporis demissurias. non postolaverit vel redderit. hac caucione submovetur. et apellaciones. pena. tl' II. ' ʒ' I.[b])

DE REDDENDIS CAUSIS. APELLACIONUM.

In causā capitali. et ingenuetati. non procuratore sed presentia agendum quia absens damnari non potest.

II. Qui non confitenciā iuste cause. sed afferende more apellaverit huius. apellacio non recipiatur.

III Iudice convicio. apellare non convenit. qđ factum arbitrio principis. vindicatur. ' ʒ' IIII. Ꝉ. XVII.[a])

XXXVIII. POST PROVOCACIOÑ QUID OBSERVANDUM tl' I ' ʒ' V.[a])

Quid. de fructus. agatur dum causā iteratur. nam si petitur. apellaverit. non potest ab eo inpetrari. quia non potest. sequestrari quod non abuit.

b) Inc. num.
a et b) Inc. num. An C. Th. XI, 9?
a) Paul. V, 4, 17.
a) C. Th. I, 5?

EPIT. MONACHI.

[d]) Si in unam causam multi appellant, una pro omnibus sufficit cautio, et si in communi causa unus causaverit et vicerit, omnes, quibus una causa est, vicisse videntur.

[e]) Quum de multis causis appellatum fuerit, singulae cautiones de singulis sententiis faciendae sunt. Et per singulas singulae poenae ab appellatoribus inserendae.

Modus poenae, in qua quis cavere debet, in cautione exprimendus est, ut sit, in qua stipulatio committatur. Aliter enim recte cavisse non videtur.[f])

XXXVI. DE LITERIS DIMISSORIIS.

Ad eum, qui de appellatione cogniturus est, literae dimissoriae diligent̃[a]), qui vulgo apostoli appellantur, quorum acceptio intra quintum diem ex officio facienda est.

Haec superius sub titulo XXXV. explanatum est.

Qui intra tempora praestituta demissorias non postulaverit vel acceperit vel reddiderit, rescriptione ab agendo submovetur et poenam appellationis inferre cogetur.

XXXVII. DE REDDENDIS CAUSIS APPELLATIONUM.

Si quando in causa capitali vel in causa[a]) ingenuitatis vel servitutis appellatum fuerit, non per procuratores, sed per semet ipsos vel ipsis praesentibus est agendum, quia nemo absens aut capite damnari potest aut servitutem excipere.

Quicunque non[b]) confidentiae iustae causae, sed causae afferendae morae, ne[c]) contra eum sententia proferatur, appellaverit, vel si de facto suo confessus, ne addicatur, appellare voluerit[d]), huiusmodi appellationes non recipiuntur[e]).

Eum, qui appellat, cum convicio ipsius iudicis appellare non oportet. Ideoque ita factum arbitrio principis vindicatur.

XXXVIII. POST PROVOCATIONEM QUID OBSERVANDUM EST.

Quoties post auditam causam a iudice possessor appellat, fructus possessionis, de qua agitur, dum secundae audientiae eventus in dubium est, merito sequestrantur. Nam si petitor appellaverit, hoc ab eo non potest postulari, quia non potest sequestrari, quod non habet.

d) 64 add. *De Communi Causa.* e) 64 add. *Qui De Multis Causis Appellant.* f) §. ultima deest.
a) Leg. *dirigent̃* i. e. *dirigentur.*
a) 64 om. *in causa.* b) 63 om. *non.* Codd. *confitentiae.* c) Add. *ne* ex 63; rell. om. *ne.* d) Ex 63 *voluerit.* Rell. *noluerit.* e) Ita 63, 64. 62 *recipiunt.*

EPIT. SELD.

TIT. XXXVIII. PRO PROBATIONE QUID OBSERVANDUM.

Quoties possessor appellat, fructus medii temporis ad secundam audientiam deponi convenit. Nam[a]) si petitor appellaverit, ab eo non potest postulari, quia non potest sequestrare, quod non habet.

a) Ex interpr.

2.[e]) Sententia. Si propter praedia urbana vel mancipia appelletur, pensiones eorum vel mercedes, vecturae etiam, si de navi agatur, deponi solent.

Interpretatione *non eget.*

## TITULUS XXXIX.[a]) DE MERITIS APPELLATIONUM.

1.[b]) Sententia. Omnimodo ponendum est, ut, quoties iniusta appellatio pronuntiatur, sumtus, quos, dum sequeretur adversarius, impendit, reddere cogatur, non simplos, sed quadruplos.

Interpretatio. *Si quando cuiuscunque appellatio iniusta pronuntiatur, sumtus, quos, dum sequeretur, adversarium suum compulit sustinere, non in simplum, sed in quadruplum ei reformare cogetur.*

## EXPLICIT PAULI SENTENTIARUM LIBER QUINTUS.[c])

# INCIPIT

# CODICIS GREGORIANI

## (LIBER PRIMUS.[a]))

## TITULUS I.[b]) DE TRANSACTIONIBUS.

1.[c]) *Imp. Gordianus A. Licinio Timotheo, Evocato.* Transactionis placitum ab eo interpositum, cui causae actionem, non decisionem litis mandasti, nihil petitioni tuae derogavit. *PP. X. Kal. Ian. Pio et Pontiano Coss.*

Interpretatio. *Si quis per mandatum procurator litis fuerit institutus, et de compositione causae in ipso mandato nihil continetur adscriptum, litigare potest, componere penitus non praesumat. Quod si composuerit, non valebit.*

## (INCIPIT CODICIS GREGORIANI LIBER SECUNDUS.[a]))

## TITULUS II. (I.)[b]) SI ADVERSUS DONATIONES SPONSIS FACTAS IN INTEGRUM QUIS RESTITUI VELIT.

1.[c]) *Impp. Valerianus et Gallienus AA. et Valerianus Caesar Avinio Octaviano suo salutem.* Precibus tuis et iuris auctoritas et aequitas assistit; neque enim dubium est, ea, quae sponsae affinitatis contrahendae causa a minore donantur, repeti non posse, quando huiuscemodi causas communis voti complenti ratio provocet, propter quae et in integrum restitutio denegatur; nam etsi inter minores verti videatur, non discrepat ab his, qui legitimae aetatis ad huiuscemodi contractus prodeunt. Quare, quaecunque Iulius Agrippinus V. C. filiae tuae Aviniae sponsae donavit, repetere nullo modo poterit; ac si facere hoc tentaverit, opponet auctoritatem suam[d]) Iulius Donatus, V. C. Pf. U., amicus noster, ut tam improba petitio repellatur. *Dat. prid. Id. Iun. Aemiliano et Basso II. Coss.*

Interpretatio. *Iure et legibus continetur, ut minoribus contra ea, quae intra XXV annos male gesserint, per integri restitutionem debeat subveniri. Sed in hoc*[e]) *tantum casu praesenti lege removentur, ut, si quid minores pro coniunctione matrimonii sponsalitia largitate donaverint, per obtentum integri restitutionis nullatenus debeant revocare. Quod similiter iuxta N o v e l l a m l e g e m et de dote servabitur**).

e) Coll. Can. An. saec. XI. Ivo, Decr. V, 284 et Pann. IV, 130. Decr. Grat. cau. 2, qu. 6, c. 26. Interpr. in cod. 9, ed. Bou. In multis codd. cohaeret cum interpr. antec.

a) Bou. sine num. 38—40 *XL.* Est hic tit. in cod. S. Germ. 366. b) Form. Sirm. 29. Coll. can. An. saec. XI. Ivo, Decr. V, 285 et Pann. IV, 131. Decr. Grat. cau. 2, qu. 6, c. 27. Codd. Reg. Par. 4286 et 4377, sed hic mutt. vv. *Quod qui iniuste appellat, puniendus est et sumtus, quos adversarius expendit, reddere debet, non simplices, sed quadruplos.* Deest in codd. 19, 21, 22, 27, 28. In codd. 38—40 mixta est cum interpr. c) Vid. extr. lib. I. not. *f.* 16, 17 *Iuli Pauli sententiarũ ad Filiũ Liber V.* (17 *Libri*) *Expl. Incp̄ Gregoriani Lib. I. I. De* etc. Sich. *Iulii Pauli Sententiarum Receptarum Libri Quinti Et Ultimi Finis.* Hic terminatur cod. 35.

a) Ita Sich. (sed deest *Incipit*) et nonn. codd. ut 15. Ibi igitur numeri librorum servati sunt, habent etiam tituli singulorum librorum suos numeros; continuo per totum Codicem Gregorianum non numerantur. Plerique codd. *Incipit Codex Gregorianus* et sequuntur una serie XIII tituli totius Codicis Greg., numeris librorum omissis. Diversitatem ita componam, ut uncis includam librorum numeros, quos Sich. eique cognati codd. habent; et similiter titulorum numeros diversos. Libri I., si non plures, certe XII titulos fuisse, demonstratum est in Haenel. ed. p. 1 ad tit. de Pactis not. *a.* b) Tit. I. Cod. Greg. *Tit. XI.* Habet hic tit. in Haenel. ed. quinque constt. c) c. 1. C. Gr. *c.* 2? In codd. 21, 23 excid. inscriptio et textus et in codd. 22, 25, 28, 34, 36, 38—40 solus textus, qui in cod. 8 marg. inf. ex cod. Argent. adscr. est. In cod. 45 exstat particula tantum interpr.

a) Vid. not. *a* antec. Videntur h. libri plus quam XXI tituli fuisse. b) Tit. II. C. Gr. lib. II. tit. 3? c) c. 1. C. Gr. *c. un.?* In codd. 22, 25, 27, 28, 30, 32—34, 36 exc. textus huius c., in codd. 21, 23 textus et inscriptio; omnia praeter interpretationem desunt in codd. 31, 45. Subscriptio deest in cod. 13. Integra cum interpr. exstat in codd. 4—9, 14—17, 24, 29, 37—40. d) In nonn. codd. des. vv. *Agrippinus—suam,* sed add. ex cod. Arg. in m. cod. 8. e) Sequentia desunt in cod. 15 usque ad vv. *Si vero sciens* interpretationis ad c. 1. de Rei vindic. Est enim folium, in quo exstiterunt, abscissum. *) Haec Novella periit.

| EPIT. AEG. | EPIT. GUELPH. | EPIT. MONACHI. | EPIT. SELD. |
|---|---|---|---|
| Si propter praedia urbana vel mancipia appellatur, pensiones eorum[a]) vel mercedes, vecturae etiam, si de navi agatur, deponi solent. | Si ꝑ prediaor bona vel mancipia apelletur. deponi potest. | Si propter praedia urbana vel mancipia appelletur, pensiones eorum vel mercedes, victurie[a]) etiam, si de navigaī, deponi solet. | |
| TIT. XXXIX.[a]) DE MERITIS APPELLATIONUM. | XXXVIIII. DE MERITIS APELLACIONUM tl· IIII ꝛ · XVI.[a]) | XXXIX. DE INIUSTA INTERPELLATIONE. | TIT. XXXIX. DE MERITIS APPELLATIONUM. |
| Si quando cuiuscunque iniusta appellatio comprobatur, sumtus, quos post appellationem adversarium suum compulit sustinere, non in simplum ei, sed in quadruplum reformare cogatur[b]). | Si appellacio. iniusta probetur. sumptus quadruplus. reddere conpellitur. | Omnimodo puniendum est, si quando cuiuscunque[a]) iniusta appellatio comprobatur, sumtus, quos per[b]) appellationem adversarium suum compulit sustinere, non in simplum, sed in quadruplum ei reformare cogitur. | Si quando cuiuscunque iniusta appellatio comprobatur, sumtus, quos pro appellatione compulit adversarium sustinere, non in simplum, sed in quadruplum ei reformare cogitur. |
| | EXPŁC PAUŁ[b]) | EXPLICIT LIB. V. IULI PAULI. | |
| | | TITULI CODICIS GREGORIANI. I. De Transactionibus. II. Si Adversus Donationes Sponsis Factas In Integrum Quis Restitui Velit. III. Si Maior Fuerit Probatus. IV. De Inofficioso Testamento. V. De Petitione Hereditatis. VI. De Rei Vindicatione. VII. Si Sub Alterius Nomine Res Emta Fuerit. VIII. De Familiae Herciscundae Et Communi Dividundo. IX. Quod Cum Eo, Qui In Aliena Potestate Est, Negotium Gestum Esse Dicitur. X. Si Debito Persoluto Instrumentum Apud Creditorem Remanserit. XI. Si Amissis Vel Debitori Redditis Instrumentis Creditum Petatur. XII. Quibus Res Iudicata Non Noceat. XIII. De Patria Potestate. | |
| INCIPIUNT CAPITULA LIBRI GREGORIANI. | INCP̃T LIB̃ GREGORIANI. | INCIPIT LIBER GREGORIANI. | |
| TIT. I. DE TRANSACTIONIBUS. | DE TRANSACCIONIBUS. tl· III ·ꝛ· XIII.[a]) | I DE TRANSLATIONIBUS[a]). | |
| Si quis per mandatum procurator litis fuerit institutus, litigare quidem potest, componere penitus non praesumat. Quod si composuerit, non valebit. | ·I· Procuratur lites. si ei. qđ mandatum non est conposuerit non valebit. | *Imp. Gordianus Licinio* [b])*Timotheo.* [c]) Si quis per mandatum procurator litis fuerit institutus et de compositione causae in ipso mandato nihil continetur scriptum, litigare potest, componere penitus non praesumat. Quod si composuerat[d]), penitus non valeat. *Prop. X. Kal. Ian. Pio et Pontiano Coss.* | |
| TIT. II. SI ADVERSUS DONATIONES IN SPONSIS FACTAS IN INTEGRUM QUIS RESTITUI VELIT. | ADVERSUS. DONACIONIS. IN SPONSIS. FACTAS. IN INTEGRUM QUIS RESTITUERI VELLIT. tl· III ·ꝛ· V.[a]) | II. SI ADVERSUS DONATIONES IN SPONSIS FACTAS IN INTEGRUM QUIS RESTITUI VELIT. | |
| Si quid minores pro coniunctione matrimonii sponsalitia largitate donaverint, per integri restitutionem nullatenus revocetur[a]). | Minoribus in ceteris causis. subvenitur. | *Imperatores Valentinus et Gallienus AA. et Valeriano Coss.* Iure et legibus continetur, ut minoribus contra eā[a]), quae intra XXV. annum male gesserint, per integri restitutionem debeat subveniri, nisi tantum si quid minor pro matrimonio sponsae donaverit. Haec per integri restitutionem nullatenus poterit revocari. Similiter et de dote servatur. [b]) Iul. Donat. V. C. Pr. Urb. *Dat. III. Id. Iun. Emebano III. et Basso Coss.* | |

EPIT. AEG.:
a) Codd. et Aeg. *earum.* In cod. 51 om. haec §.
a) Aeg. *Titulus ultimus.* b) 46 *cogetur. Expl̄ feliciter amen.*
a) Ita codd. Apud Aeg. videtur esse *revocet.*

EPIT. GUELPH.:
a) C. Th. IV, 16. b) Sequitur Gaius.
a) C. Th. II, 9.
a) C. Th. III, 5.

EPIT. MONACHI.:
a) Codd. *victurie* pro *vecturae* et *navigaī* pro *naviagaī*, i. e. *navi agatur.*
a) Ita 63. Rell. *cuicunque.* b) 63, 64 *post.*
a) Leg. *Transactionibus.* b) 64 om. *Timotheo.* c) 64 add. *De Procuratore.* d) 63 *composuerit.*
a) Leg. *ea.* b) Vid. finem ipsius constitutionis. *Iulius Donatus V. C. Praefectus Urbis.*

## TITULUS III. (II.)[a]) SI MAIOR FUERIT PROBATUS.

1.[b]) *Imp. Philippus A. et Philippus Caesar Aelio Maximo.* Minoribus annis deceptis, non decipientibus subvenitur; et ideo, si ad circumveniendum emtorem mentitus aetatem ex adspectu te maiorem annis probari effecisti, lubricum frustra praetendis. *PP. prid. Id. Nov. Aquis, Philippo A. et Titiano Coss.*[c])

Interpretatio. *Si quis decipiendi animo maiorem se instrumentis quibuscunque esse conscripserit*) et postea per aetatis veniam contra hoc venire tentaverit, nullatenus audiatur: quia deceptus non est, sed ipse alium voluit fraude decipere.*

## TITULUS IV. (III.)[a]) DE INOFFICIOSO TESTAMENTO.

1.[b]) *Imp. Alexander A. Valeriae Coelestinae.* Dos, quae a patre nubenti filiae data est aut in obligatione constituta, in quartam, quam habere ex bonis patris debet, ne inofficiosum testamentum possit accusare, non computatur, quoniam vivente patre bonis eius fuit separata. Imperite itaque introducis querelam[c]) cautionis a marito tuo emissae, quasi non omnia tradita ei essent, quum, etsi verum sit, quod scriptura continetur, non perimatur querela inofficiosi testamenti, si ex iudicio patris supremo quarta filiae non suppletur, quam intestato patre pro portione sua habere debuit. *PP. III. Kal. Sept. Maximo II. et Aemiliano Coss.*[d])

Interpretatione *non eget.*

2.[e]) *Imp. Alexander A. Valeriae Rufinae.*[f]) Si ex voluntate patris, qui tres ex se natos relinquit[g]) heredes, tertiae portionis quarta ad te sine ulla diminutione pervenire non potuit, inofficiosi testamenti accusationem instituere non prohiberis. In qua tamen parte ea, quae ante a patre filiae in dotem data sunt, non placet computari, quia[h]) etiam in bonis mariti sunt et a patrimonio patris vivente eo separata fuerunt. *PP. III. Kal. Sept. Maximo II. et Aemiliano Coss.*[i])

Interpretatio. *Si pater pro filia dotem tradiderit, aut certe*[k]) *genero pro ipsa dote fecerit cautionem, vel se promissionis vinculo obligaverit, et mortis tempore Falcidiam filiae pater de his rebus, quas mortis tempore dereliquit, non dimiserit*[l]), *de inofficioso patris testamento agere filia non prohibetur: quia illud, quod pro ea a patre in dotem datum est aut promissum, in Falcidia non potest*[m]) *imputari.* [n]) *Nam ea, quae pater vivus in dotis conditione aut promiserit aut tradiderit, de bonis eius, antequam moreretur, discessisse et alienata esse noscuntur. Similis erit et de sponsalitia donatione conditio.*

# (INCIPIT CODICIS GREGORIANI LIBER TERTIUS.[a]))

## TITULUS V. (I.)[b]) DE PETITIONE HEREDITATIS.

1.[c]) *Imp. Antoninus A. Aurelio Pontio Ingenuo.* Fructus ante litem contestatam perceptos malae fidei possessores restituere, placuit. *PP. XII. Kal. Iul. Romae, duobus Aspris Coss.*

Interpretatione *non eget.*

## TITULUS VI. (II.)[a]) DE REI VINDICATIONE.

1.[b]) *Imp. Gordianus A. Aurelio Alexandro militi.* Vineas in alieno agro institutas solo cedere, et, si a malae fidei possessore id factum sit, sumtus eo nomine erogatos per retentionem servari non posse, incognitum non est. *PP. IV. Id. Mart. Attico et Praetextato Coss.*

Interpretatio. *Si quis vineas in aliena terra posuerit, ad illum sine dubio pertinebunt, cuius terra esse probatur. Qui si solum nesciens alienum, dum id bona fide se crediderit possidere, sumtus, quos in ipsis vineis ponendis fecit, a domino terrae recipiat. Si vero sciens in alieno posuerit, et vineas restituat et expensas penitus non requirat.*

2.[c]) *Imp. Philippus A. et Philippus Caesar Aurelio, Victorino, Marco et Valerio.* Aedificium in alieno agro exstructum solo cedere, sumtusque eo nomine factos non nisi bonae fidei emtorem per retentionem posse servare, certissimi iuris est. *PP. Kal. Oct. Coss. supra scriptis.*

Interpretatio. *Pariter de aedificiis vel de reliquis rebus in alieno solo positis, sicut superius dictum est, forma servabitur.*

3.[d]) *Imp. Philippus A. et Philippus Caesar Aurelio Antonio.* Partum ancillae matris sequi conditionem, nec statum in hac specie patris considerari, explorati iuris est. *PP. XIV. Kal. Nov. Philippo A. et Titiano Coss.*

Ista Interpretatione *non eget.*[e])

4.[f]) *Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Aureliae Philoxenae.* Quoties eadem res a domino diversis temporibus pluribus venumdatur, eum potiorem esse, cui possessio primum tradita est. *PP. XIII. Kal. Mai. Maximo II. et Aquilino Coss.*

Ista Interpretatione *non indiget.*

5.[g]) *Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Aureliae Mammae.* Si neque mandato tuo, neque ratum habente maritus tuus possessionem iuris tui alienavit, non prohiberis rem tuam vindicare, intercedente rectore provinciae. *PP. VIII. Kal. Mart. Diocletiano A. III. et Maximiano Coss.*

Ista Interpretatione *non indiget.*

a) Tit. III. C. Gr. lib. II. tit. 21? b) c. 1. C. Gr. *c. un.?* Inscr. et text. des. in codd. 21, 31, solus textus om. in codd. 22, 25, 27, 28, 32—34, 36, 39, omnia des. in codd. 23, 45. In cod. 15 exc. et haec et sqq. constt. usque ad c. 1 tit. VI. de Rei vind. c) Post hanc c. ponitur in cod. 14 const. *Si vos paternae* tituli Cod. Greg. Si minor ab hered. *) Huius rei nihil in lege. Videtur igitur h. l. interpres legem deperditam C. Gr. respexisse.

a) Tit. IV. C. Gr. lib. II. tit. 6? b) c. 1. C. Gr. *c.* 1? 15, 23, 27, 28, 45 om. totam const., cod. 36 textum et cod. 13 subscriptionem. c) 8 om. *querelam—perimatur,* sed sunt h. vv. in m. adscripta ex cod. Arg. d) In nonn. codd. sequitur interpretatio c. 2 h. t. e) c. 2. C. Gr. *c.* 2? Omnia des. in codd. 21—23, 28, 31, 36. Textus tantum om. in codd. 27, 30, 32, 33. In codd. 14, 15 haec c. legitur ante appendicem. f) Omisi dicere in ed. C. Gr., in multis codd. inscriptionem corrupte scriptam esse. g) 8, 40 *patris ex se nato rel.,* sed add. in m. cod. 8 nostr. scr. ex cod. Arg. et saepe quidem in C. Gr. hic cod. ex Arg. cod. corr. est. h) Plerique codd. Sich. *quae.* i) Hic desinit cod. 27. k) Vv. *aut certe* etc. interpres addidit. l) In literis *dimi* desinit cod. 28. *Dimiserit* i. e. *reliquerit.* Vid. tit. VIII. c. 1 interpr. not. *. m) Complures codd. et Sich. *poterit.* n) Seqq. usque ad vv. *eius ante* des. in cod. 8, sed adscr. sunt ex cod. Arg.

a) Vid. not. *a* ad lib. I. Huius libri plus quam XIV titulos fuisse certum est, ex quinque Visigothi constt. excerpserunt. b) C. Gr. lib. III. tit. 1? c) c. 1. C. Gr. *c. un.?* In cod. 15 haec c. legitur in appendice, bis exstat in cod. 14, ubi et in Br. Al. et in appendice legitur.

a) Tit. VI. C. Gr. lib. III. tit. 2? b) c. 1. C. Gr. *c.* 1? 21, 23, 31 om. textum et inscr.; solum textum codd. 22, 25, 30, 32—34, 36. Subscriptio deest in cod. 13. Lacinia tantum interpr. exstat in cod. 45. c) c. 2. C. Gr. *c.* 2? 21, 23, 31, 36 om. textum et inscr.; solum textum codd. 22, 25, 34. Subscriptio deest in cod. 13. Lacinia tantum interpr. exstat in cod. 45. d) c. 3. C. Gr. *c.* 3? e) Aur. Lugd. Schult. h. l. et ad c. 5 interpr. add., quae non continet nisi vv. Epit. ab Aeg. editae, falsa igitur est. f) c. 4. C. Gr. *c.* 4? Subscr. deest in cod. 13. In cod. 25 textui interpr. siglum appositum est. g) c. 5. C. Gr. *c.* 5. Inscriptio deest in cod. 31.

## EPIT. AEG.

### TIT. III. SI MAIOR FUERIT PROVOCATUS.

Si qui decipiendi animo maiorem se instrumentis esse conscripserit et postea per aetatis veniam contra hoc venire tentaverit, nullatenus audiatur, quia deceptus non est, sed ipse alium voluit fraude decipere.

### TIT. IV. DE INOFFICIOSO TESTAMENTO.

Si pater pro filia dotem tradiderit aut certe genero pro ipsa dote fecerit cautionem vel se promissionis vinculo obligaverit, et mortis tempore et Falcidiam filiae pater de his rebus, quas mortis tempore dereliquit, non dimiserit, de inofficioso patris testamento filia agere non prohibetur, quia illud, quod pro ea[a]) a patre datum est vel promissum, in Falcidiam non poterit imputari. Nam ea, quae pater vivus in dotis conditione aut promisit aut tradidit, de bonis eius, antequam moreretur, discessisse et[b]) alienata esse noscuntur. Similis erit et de sponsalitia donatione conditio.

### TIT. V. DE PETITIONE HEREDITATIS.

Fructus ante litem contestatam perceptos malae fidei possessores restituere[a]) placuit.

### TIT. VI. DE REI VINDICATIONE.

Si quis vineas nesciens in alieno solo posuerit vel aedificia fecerit vel reliquis aliis rebus posuerit, sumtus a domino[a]) terrae recipiat. Si vero sciens hoc fecerit, expensas penitus non requirat.

Partus ancillae matris conditionem sequatur.

Quoties eadem res a domino diversis temporibus pluribus venumdatur[b]), eum potiorem esse, cui possessio primum tradita est.

Si maritus res[c]) uxoris sine eius consensu alienaverit, merito ipsa eis vindicabitur.

a) Nonn. codd. om. *a*, Aeg. *ea*. b) Nonn. codd. et Aeg. *ad*. Plerique codd. *morietur*.

a) Nonn. codd. *restitui*.

a) Ita edidi; nam codd. *sumtus a dn̄o terrae recipiat*. Male Aeg. *sumtos ad non terrae recipi*. Ceterum vv. *vel aedif. fec. vel rel. al. reb. pos.* ex interpr. c. 2 h. t. sumta sunt. 52 *reliquas alias res*. b) Nonn. codd. *venundetur*. 51 *vindicetur*. c) Multi codd. *rebus*.

## EPIT. GUELPH.

### III. SI MAIUR FUERIT ADPROBATUS. tl· VIIII. ꝛ· XXXII.[a])

Si q̃ se maiorem. per fraudem. scripserit. ut et contra hoc. postea venire possit nullatinus audiatur. qui non est deceptus sed alium đ per fraudem decepere.

### IIII. DE INOFICIOSO TESTAMENTO. tl· II · ꝛ· XVIIII.[a])

Dos. nubente filia. ea ad patre data ut inoficiosum. non arguat in quartã falcidie inpotari non debere quia de bonis. patris. eo vivente sequestrata esse dinuscitur.

Dotem. quam pater pro filia in genero facit. si eam ad falcidiam. in testamentu depotare voluerit. filia de inoficioso. agere potest.

### V. DE HEREDITATIS. PETICIONEM. tl· III · ꝛ· XV.[a])

Fructus. ante litem contestatam perceptus. male fidei. possessor restitue placit. Gaĩ · ꝛ· VIIII.[b])

### VI. DE REI VINDICACIOÑ tl· IIII · ꝛ· VIIII.[a])

Si q̃ in aliena terra vinias. posuerit. cuius terra est illius. erunt. qui si nesciens. estimans. suum in alienu plantaverit. expensas quas fecerat. ei ad dn̄o restituendas.

II. De edificiis. pari forma. costodienda.

III· Partum ancille. matris. sequi condicionem.

IIII Si vindicio diversis temporibus. fiat. cui. possessio. primum tradita est firmior erit.

V. Si maritus. sine voluntatem. uxoris. rem illius. venundavit. nullatenus. valere.

a) C. Th. IX, 32? Num II, 17?

a) C. Th. II, 19.

a) C. Th. II, 22. b) Gai. tit. IX.

a) C. Th. II, 23.

## EPIT. MONACHI.

### III. SI MAIOR FUERIT PROBATUS[a]).

*Imperator Philippus CS. Scl. Editio Maximo.* [b])Minor in annis si[c]) decipiendi animo maiorem[d]) se instrumentis conscripserit et postea per aetatis veniam contra hoc venire tentaverit, nullatenus audiatur. *Prop. prid. Non. Nov. Philippo A. Titiano Coss. IIII.*

### IIII. DE INOFFICIOSO TESTAMENTO.[a])

*Imp. Alexander A. Valeriae Coelestinae.* Si ex voluntate patris, qui tres natos reliquit heredes, tertiae portionis quarta a die[b]) sine ulla diminutione pervenire non potuit, inofficiosi testamenti accusatione instituere non prohiberis.

Si pater pro filia[c]) dotem tradiderit vel genero pro ipsa dote fecerit cautionem aut[d]) se promissionis vinculo obligaverit, et mortis tempore Falcidiam filiae pater[e]) de his rebus, quas mortis tempore dereliquit, non dimiserit, de inofficioso patris testamento[f]) agere non prohibetur, quia illud, quod a patre pro ea dote datum est, in Falcidia non poterit imputari. Similis erit et de sponsalitia donatione conditio. *Prop. III. Kal. Sept. Maximo II. et Aemiliano Coss.*

### V. DE PETITIONE HEREDITATIS.

*Imp. Antonius.* Fructus ante litem contestatam perceptos malae fidei possessores restituere[a]) placuit. *Prop. X. Kal. Iul. duobus Aspris Coss.*

### VI. DE REI VINDICATIONE.

*Imp. Gordianus A. Aurelio VI.*[a]) Qui vineas in aliena terra posuerit, ad illum pertinebunt, cuius terra est. Si vero is, qui vineam fecit, suam esse eandem terra credebat, sumtus, quos in ipsa vinea misit, a domino terrae recipiat. *Prop. III. Id. Mart. Actio et Praetextato Coss.*[b])

De aedificiis vel de aliis rebus in alieno solo positis, sicut supra dictum est, forma servetur[c]).

*Imp. Philippus A. et Philippus Coss.*[d]) Partum ancillae matris sequi conditionem, nec statum in hac specie patris considerare, explorati iuris est. *Prop. XIIII. Kal. Nov. Philippo A. et Tatiano Coss.*[e])

[f])*Impp. Diocletianus et Maximinianus.* Quoties eadem res a domino diversis temporibus plurimis venundatur, eum potiorem esse, cui possessio primitus tradita. *P. XIII. Kal. Mai. Maximo et Aquilino Coss.*

*Impp. Diocletianus et Maximinianus AA. De Marito, Qui Res Uxoris Venundat.*[g]) Si maritus sine mandato uxoris possessionem eius alienaverit, non prohibetur uxorem[h]) vindicare intercedente rectore provinciae. *Prop. IIII. Id. Mart. Diocletiano III. et Maximiniano Coss.*

a) 63 *Provocatus*. b) Inscript. om. 63. 64 add. *Qui Se Maiore Proponit Quam Sis*. c) 64 add. *quid*. d) Ex 64 repos. *maiorem*; rell. *maiori*.

a) c. 1 deest. b) Ita 62. 63 *adita*. 64 *ad ita*. Leg. *ad te*. c) Ita 63, 64. 62 *filiae* pro *pro filia*. d) Add. *aut* ex 63, 64; 62 om. *aut*. e) 64 om. *pater — dereliquit*. f) 64 add. *filia*.

a) 63 *restitui*.

a) Numerus significat titulum. 63 om. inscript. b) 64 om. subscript. c) 63 *servatur*. 64 *rebus similis forma servetur*. d) Leg. *C.* i. e. *Caesar*. In 64 sola subscriptio legitur, inscript. et lex ipsa desunt. e) Ita 64. Rell. *IIII. ꝛ· Kal. Nov. Philippo et Datiano Coss.* f) 64 *Impp. Dioclet. et Varronianus AA. Si res ad plurimusve non detur diversus* (leg. *plurimos venundetur diversos*) *eum potiorem* etc. Praeterea 63 *de diversis*, 62 *temporis* et 64 *tradita est*. g) 64 pro hac rubrica *De Re Uxoria*. h) Leg. *uxor rem*.

## TITULUS VII. (III.)[a]) SI SUB ALTERIUS NOMINE RES EMTA FUERIT.

1.[b]) *Impp. Valerianus et Gallienus AA. Aurelio Ausonio.* Instrumentis scriptura non oberit, quod nomen contineat alterius emtoris, ad cuius fidem ipse confugeras, quum dominium possessionis, quod habuisse te semper et adhuc habere proponis, securus obtineas. *PP. Kal. Iun. Aemiliano et Basso Coss.*

2.[c]) *Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Aeliano Ingenuo.* Si nomine quidem uxoris tuae emtionem confecisti, verum pecuniam de proprio numerasti et ipse inductus es in possessionem, ac negotium tibi gestum est, idque evidenter probabitur, praeses provinciae vim tibi super iuris tui rebus inferri prohibebit. *PP. III. Id. Mai. Maximo II. et Aquilino Coss.*

Interpretatio utriusque legis. *Quoties aut maritus aut alia quaecunque persona agrum aut quamcunque rem sua pecunia, uxoris aut cuiuscunque alterius nomine*[d]), *voluerit comparare, et is, qui pecuniam dat, in rem fuerit intromissus, et ipse, qui pecuniam dedit, rem comparatam cognoscitur possedisse, non potest hoc praeiudicio laborare, quod alterius nomine res legitur comparata. Quod si vero, cuius nomine res comparatae sunt, ipsi traditae sunt vel ab ipso possessae, is, qui pecuniam suam pro hac re datam fuisse probaverit, rem quidem comparatam non potest vindicare: sed pecuniam potest a possessore recipere, quia duae res, cum quo fuerint, eius dominum faciunt meliorem.*

## TITULUS VIII. (IV.)[a]) DE FAMILIAE HERCISCUNDAE ET COMMUNI DIVIDUNDO.

1.[b]) *Imp. Gordianus A. Sextio Iuvenali.* Ex re certa heredem institutum sic haberi, ac si sine eius rei commemoratione heres institutus fuisset, sane officio familiae herciscundae iudicis convenire, ut non plus emolumenti consequatur, quam alioqui esset habiturus, ac si ex re certa heres institui potuisset, in dubium non venit. Falcidiam quoque in matris testamento cessare, falso tibi persuasum est. Proinde quum iuris ignorantiam excusare facile non possis, si maior annis hereditati matris tuae renuntiasti, sera prece subveniri tibi desideras. *PP. XV. Kal. Nov. Arriano et Papo Coss.*

Interpretatio. *Si quis per testamentum heredem aliquem appellaverit et rem certam, id est aut possessionem aut mancipia aut quamlibet aliam speciem, de qua dubietas esse non possit, sub heredis vocabulo dimiserit*), cui heredis nomen imposuerit, ad eum et illa, quae non sunt nominata, perveniant.*

2.[c]) *Impp. Valerianus et Gallienus AA. Antonio Potito.* Si domum, cuius meministi, pater tuus, quum in potestate eius[d]) ageres, nomine tuo donandi animo comparavit, iure quidem non subsistere donationem, scire debuisti; verum si in extremum fati diem pater eadem animi destinatione duravit, iudicium eius iuxta formam constitutam esse servandum, indubitati iuris est. *PP. XI. Kal. April. Seculari II. et Donato Coss.*

Interpretatio. [e])*In hac lege similis erit et de donatione conditio, quam filiusfamilias a quocunque perceperit. Sed hoc amplius habet, quod, si maior fuerit ista donatio, quae nomine filiifamilias facta est, ut omnis facultas patris quartam eius rei, quam filius donatam accepit, implere non possit, reliquis filiis de hac ipsa donatione Falcidia suppleatur.*

## TITULUS IX. (V.)[a]) QUOD CUM EO, QUI IN ALIENA POTESTATE EST, NEGOTIUM GESTUM ESSE DICITUR.[b])

1.[c]) *Imp. Alexander A. Septimiae Musae.* Macedoniani Senatusconsulti auctoritas petitionem eius pecuniae non impedit, quae filiofamilias studiorum causa Romae agenti ad necessarios sumtus, quos patris pietas non recusaret, credita est. Sed ex contractu filii post mortem eius de peculio actio in patrem competere ita demum potest, si anni utilis spatium petitionem non impedit. Sane si iussu patris datum ei probetur, nec, in quos usus versa sit pecunia, disquiri necesse est, et perpetua in patrem, etiam mortuo eo filio, actio est. *PP. prid. Kal. Mart. Agricola et Clementino Coss.*

Interpretatio. *Senatusconsultum Macedonianum praecepit, ut filiofamilias pecunia non credatur. Nunc haec constitutio iubet, ut pro studio literarum si quis filiofamilias pecuniam dederit, hanc ei pater sine aliqua obiectione restituat. Quod si*) ipse filiusfamilias in peregrinis fortasse defecerit, intra anni spatium, qui pecuniam commodavit, de peculio potest petere, ut sibi debitum reformetur. Quod si pater iusserit, ut pecunia praestaretur, non quaerendum*[d]) *est, quid de ea pecunia fecerit, sed debitum pater sine mora restituat*[e]).

## (INCIPIT CODICIS GREGORIANI LIBER QUARTUS.[a]))

## TITULUS X. (I.)[b]) SI DEBITO PERSOLUTO INSTRUMENTUM APUD CREDITOREM REMANSERIT.

1.[c]) *Impp. Severus et Antoninus AA. Octavio Prisco.* Si exsoluta est pecunia, nihil obest veritati, quod cautio integra manet apud creditorem. *PP. prid. Id. Iun. Antonino II. et Geta Coss.*

Ista Interpretatione *non indiget.*

2.[d]) *Impp. Valerianus et Gallienus AA. Metrodoro.* Si potes probare, omnem pecuniam exsolutam creditori tuo, cautio tua, quae apud heredem eius remansit, inanis est: ut tamen aut ipsa reddatur tibi, aut incisa apud creditorem remaneat, heredem eius convenire potes. *PP. VI. Id. Iun. Gallieno II. et Faustino Coss.*

Ista Interpretatione *non indiget.*

a) Tit. VII. C. Gr. lib. III. tit. 3? b) c. 1. C. Gr. *c.* 1? Cod. 20 om. inscriptionem. Deest in codd. 32, 33, 36 subscriptio et textus; ponitur vero in his subscriptio c. 2 in locum subscriptionis c. 1. Cod. 13 om. subscriptionem. c) c. 2. C. Gr. *c.* 2? Codd. 21, 22, 25, 34 om. textum, codd. 32, 33, 36 textum et inscriptionem; omnia praeter interpretationem des. in cod. 31. Lacinia tantum interpr. exstat in cod. 45. d) Cod. 22 desinit in v. *alterius nomine.*

a) Tit. VIII. C. Gr. lib. III. tit. 6? In edd. h. t. quatuor sunt leges. b) c. 1. C. Gr. *c.* 1? Codd. 21, 23, 31 om. inscr. et textum; codd. 30, 32—34, 36 textum. Cod. 25 om. subscr. et textum. Particula tantum interpr. exstat in cod. 45. *) Vid. interpr. c. 2 C. Gr. de Inoffic. test. not. *l.* Not. etiam v. *dubietas.* c) c. 2. C. Gr. *c.* 2? Codd. 21, 23, 36 om. inscr. et textum; codd. 30, 32, 33, 34 *textum*; cod. 25 *textum et subscr.* d) Seqq. in codd. corrupte scripta sunt, quamquam non omnes easdem corruptelas habent. Cf. Haenel in ed. C. Gr. ad h. l. not. *s* p. 21. e) Videtur haec interpretatio ad legem nunc deperditam pertinere.

a) Tit. IX. C. Gr. lib. III. tit.? Exstitit hic tit. post XII. s. XIII. tit. in Cod. Gregor. b) Br. Al. compositores hanc rubr. posuerunt pro rubr. de Senatusconsulto Macedoniano. Cf. Haenel in C. Gr. ed. p. 25 ad h. l. not. *k.* In cod. 13 et in altera parte cod. 23 huic tit. numeri IX. et X. appositi sunt. In quo errore codicis 13 librarius perstitit, qui deinceps titulos Br. Al. ita numeravit, ut XIV efficeret, quum tamen reliqui Br. Al. codices XIII tantum C. Gr. titulos habeant. In v. *infra escrypta* (cf. Haenel in ed. C. Gr. l. c.) desinit altera pars cod. 23. c) c. 1. C. Gr. *c. un.?* Exstat praeterea haec c. in append. codd. 13—15, 20. Omnia desunt in codd. 23, 31, textus et inscr. in cod. 21, textus in codd. 25, 30, 32, 33, 34, 36. Particula tantum interpr. exstat in cod. 45. *) Haec de suo add. interpres. d) 7 om. *si pater—quaerendum.* e) Hic desinit cod. 29.

a) Vid. not. *a* ad lib. I. Huius libri quot fuerint tituli, ignoratur; in rec. edd. tres sunt, quorum duo Visigothi servarunt; ex libris V—IX. Visigothi nihil sumserunt. b) Tit. X. C. Gr. lib. IV. tit. 1? Cod. 13 *Tit. XI.* c) c. 1. C. Gr. *c.* 1? In nonn. codd., ut in cod. 36, haec c. pro interpr. falso ponitur. 40 om. c. 1. Amerbach. adscr. h. c. in m. sup. cod. 8 ex cod. Arg. d) c. 2. C. Gr. *c.* 2? Exstat haec c. etiam in cod. Fuldensi usque ad v. *inanis.* Inscr. deest in cod. 36. Praeterea adscr. est in m. sup. cod. 8 ex cod. Arg., etsi in ipso cod. exstat.

| EPIT. AEG. | EPIT. GUELPH. | EPIT. MONACHI. |
|---|---|---|
| TIT. VII. SI SUB ALTERIUS NOMINE RES EMTA FUERIT. Et in tuo dominio eam semper habuisti, securus ipsam tenebis [a]). Scriptura enim emtoris tibi non impedit [b]). | VII. SI SUB ALTERIUS NOMINE FUERIT RES. EMPTA. pl· II. ʔ· XV.[a]) III. ɫ· XI. | VII. SI SUB ALTERIUS NOMINE RES EMTA FUERIT.*) |
| Potior est ille, qui possessor effectus est, quam ille, cuius nomine res comparata legitur et non tradita vel possessa: quia res, cum quo fuerint, eius dominium faciunt melius [c]). | I.[b]) Si data pecunia. vir instrumentũ uxóris. absq̧ ingerat nomina. ut suum absq̧ uxoris. quos possessio facte quales. obesse non potest. | *Impp. Valentinianus et Gallienus AA.*[a]) Quoties aut maritus aut aliquid quaecunque[b]) persona quamcunque rem suam pecunia et uxoris aut cuiuscunque nomine voluerit comparare et is[c]), qui pecuniam dat, in rem fuerit intromissus, et ipse, qui pecuniam dedit, rem comparatam possedit, non potest hoc praeiudicio laborare, quod alterius nomine res legitur comparata. Quod si vero, cuius nomine res comparatae sunt, ipsi traditae sunt vel ab ipso possessũ, si is[d]), qui pecuniam suam pro hac re datam fuisse probaverit, rem quidem comparatam non potest vindicare, sed pecuniam potest a possessore recipere, [e]) quia duae res cum quo fuerint, ei dominium faciunt meliorem. *Prop. III.*[f]) *Id. Mart. Maximiniano II. et Aquiliano Coss.* |
| TIT. VIII. DE FAMILIAE [a]) HERCISCUNDAE ET COMMUNI DIVIDENDO. | VIII. DE FAMILIA HERCESCUNDE ET COMUNE DIVIDENDO. tl. I.[a]) | VIII. DE FAMILIA HERCISCUNDAE ET COMMUNI DIVIDUNDO. |
| Si quis heredem per testamentum appellaverit, ad eum et illa, quae non sunt nominata, perveniant. | Qui per testamentum herces. apellatus est ea q̧ non nomenavit. ad ipsum pertenere debit. | [a]) *Imp. Gordianus A. Sextio Iovinali.* Si quis per testamentum heredem aliquem appellaverit et possessionem aut mancipia vel quamlibet speciem, de qua dubietas esse non possit, sub heredis vocabulo dimiserit, cui heredis nomen imposuerit, ad eum et illã [b]), quae non sunt nominata, perveniant. |
| Si pater filiofamilias donationem fecerit et quartam non reservaverit reliquis filiis, de ipsa donatione Falcidia suppleatur. | Filius. familias. talis sit facta donatio ut patris. hereditas. quarta. illius. non suppleat. de donacione ipsa inplendum. | Similis erit et de donatione conditio, quam filiusfamilias a quocunque perceperit. Sed hoc amplius habet, quod si maior fuerit ista donatio, quae nomine filiifamilias facta est, omnis facultas patris[c]) eius rei, quam filius donatam accepit, impleri non possit, reliquis filiis de hac ipsa donatione Falcidia suppleatur. *Prop. XII. Kal. April. Seculare II. et Donato Coss.* |
| TIT. IX. QUOD CUM EO, QUI IN ALIENA POTESTATE EST, NEGOTIUM ESSE DICITUR. | VIIII. QUOD CUM EO QUI IN ALIENA. POTESTATEM EST. NEGUCIUM GESTUM ESSE DICITUR. | IX. QUOD CUM EO, QUI IN ALIENA POTESTATE, NEGOTIUM GESTUM ESSE DICITUR. |
| Ut filiofamilias pecunia non credatur, nisi tantum dum in studio literarum fuerit constitutus. Si aliquid ei fuerit creditum, de peculio filii pater reddat [a]). | Filius familias. p̧ studiũ litterarum pecuniam mutuam. accepit. hanc. et pater restituat. qđ si in peregrinacionẽ defecerat. de peculio eius credédituri. restitui. quod vero per ordinacionem patris. accepit ipse restituat. | Filiusfamilias pecunia[a]) non credatur, Senatusconsulto iubetur. Nam haec constitutio iubet, si[b]) qui filiosfamiliae iussu patris pecuniam dederit, hanc ei pater restituat. Quod si ipse filiusfamilias in peregrinis defecerit, intra anni spatium, qui pecuniam commodavit, de peculio filii potest petere, ut sibi debitum reformetur. Quod si pater iussit, ut pecunia praestaretur, ipse pecuniam restituat. *Prop. III. Kal. Mart. Agricolae et Clementiano Coss.* |
| TIT. X. QUI DEBITUM RECIPIT ET CAUTIONEM TENET. Nihil obest veritati: ita ut debitum exsolutum comprobetur.*) | X SI DEBITŨ PERSONE INSTRUMENTO APUT CREDITOREM. REMANSIT. Nihil obest. debituri.[a]) | X. SI DEBITO PERSOLUTO INSTRUMENTUM APUD CREDITOREM CAUTIO REMANSERIT. [a]) *Impp. Severus et Antoninus AA. Octavio et Prisco.* Si exsoluta est pecunia, nihil obest, si cautio apud creditorem remaneat. *Prop. Id. Iun. Antonio II. et Geta Coss.* |
| | | *Impp. Valentinianus et Gallianus AA. Metrodoro.*[b]) Si potest probari, omnem pecuniam exsolutam, cautio, quae apud heredem creditori tuo remansit, inanis est, et[c]) aut ipsa tibi reddatur aut incisa apud ipsum remaneat. *Prop. VI. Id. Ian. Gallieno II. et Faustino Coss.* |

a) Vv. *Et—tenebis* apud Aeg. ad rubricam tracta sunt. b) 52 *Scr. quidem emt. tibi non competit.* c) Fere omnes codd. *meliorem.* Tunc scrib. *dominum.* 52 *ille cuius nomine poss. eff. e. q. i. cui res compar. leg.*

a) Codd. et Aeg. *Familia.*

a) Nonn. codd. *reddatur.*

*) Ex c. 2.

a) Paul. II, 15, 3 et II, 17? b) c. 1 deest.

a) Inc. num. An C. Th. II, 24?

a) c. 2 deest.

*) c. 1 deest. a) 63 om. inscript. b) 62, 64 *quicunque.* Leg. *alia quaec.* c) Codd. *his.* d) 63 *se* pro *si.* Codd. *his.* Leg. *possessae.* e) 64 om. *quia—meliorem.* f) Ita 63; rell. *II.* et om. *Prop.* Praeterea 62, 64 om. *II.*

a) 64 add. *De Herede Instituto.* b) Leg. *illa.* c) 63 add. *quartam.*

a) 63 *pecunia.* Rell. *pecuniam.* Leg. *Filiofam.* et hic et mox. b) 64 *et si,* sed om. *Nam—iubet.*

a) 64 add. *Impp. Severus et Antonius AA. Octavio et Prisco,* sed om. subscript. b) 64 om. inscript. 63 *probare—qui apud—remanit.* c) 64 om. *et—remaneat.*

## TIT. XI. (II.)[a]) SI AMISSIS VEL DEBITORI REDDITIS INSTRUMENTIS CREDITUM PETATUR.

1.[b]) *Imp. Antoninus A. Septimiae Martiae.* Debitores tuos quibuscunque rationibus debere tibi pecuniam si probaveris, ad solutionem compellet aditus praeses provinciae, vir clarissimus. Nec oberit tibi amissio instrumentorum, si modo manifestis probationibus eosdem debitores esse apparuerit. *PP. Id. Sept. Antonino A. IV. et Balbino II. Coss.*[c])

Ista Interpretatione *non indiget.*

2.[d]) *Imp. Gordianus A. Aurelio Prisco et Marco militibus*[e]). Sicut iniquum est, instrumentis vi ignis exstinctis debitores quantitatum debitarum renuere solutionem, ita non statim casum[f]) conquerentibus facile credendum est. Intelligere itaque debetis, non exsistentibus instrumentis vel aliis argumentis, probare, fidem precibus vestris assistere. *PP. III. Kal. Iul. Sabino II. et Venusto Coss.*

Ista Interpretatione *non indiget.*

## (INCIPIT CODICIS GREGORIANI LIBER DECIMUS.[a]))

## TITULUS XII. (I.)[b]) QUIBUS RES IUDICATA NON NOCEAT.

1.[c]) *Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Aeliae Matronae.* Sententiam adversus absentes et indefensos ac maxime minores latam nullas vires obtinere, notissimi iuris est. *PP.*[d]) *Kal. Sept. Diocletiano III. et Maximiano AA. Coss.*

Interpretatio. *Adversus absentes vel minores iudicata non valebunt*[e]).

## (INCIPIT CODICIS GREGORIANI LIBER DECIMUS TERTIUS.[a]))

## TITULUS XIII. (I.)[b]) DE PATRIA POTESTATE.

1.[c]) *Imp. Antoninus A. Victorinae.* Si in potestate patris fuisti, quum hereditas Bassae Cassiae tibi obvenit, eamque patris iussu crevisti, iure patriae potestatis ei eam quaesisti. Ideoque quod ab eo iure alienatum est, nulla ratione oblato pretio restitui tibi desideras. *PP.*[d]) *III. Kal. Ian. Romae, ipso Augusto et Advento Coss.*

Interpretatione *non indiget.*

## EXPLICIUNT TITULI EX CORPORE GREGORIANI.[e])

# EX CORPORE HERMOGENIANI.[a])

## TITULUS I.[b]) DE CAUTA ET NON NUMERATA PECUNIA.

1.[c]) *Aurelius Alexio.* Ex cautione non numeratae pecuniae non anni, sed quinquennii spatio deficere, nuper censuimus. *Scripta VII. Id. April. Sirmio, Caes. A. Cos.*

Interpretatio. *Secundum legem ex corpore Theodosiano*[d]) *Si certum petatur de chirographis, quia de quinquennio habetur expositum, ideo hanc legem ex Hermogeniano credidimus adiungendam, quae tempora, intra quae contestari convenit*[e]) *de cauta et non numerata pecunia, id est intra quinquennium, evidenter ostendit.*

## TIT. II.[a]) EX DELICTIS DEFUNCTORUM QUEMADMODUM CONVENIANTUR SUCCESSORES.

1.[b]) *Aurelius Ennio Saturnino.* Licet ante litem contestatam defuncto eo, qui ex proprio[c]) delicto conveniri potuit, successores non possint poenali actione conveniri, tamen hos etiam in tantum, quantum ad eos pervenit, teneri, ne scelere ditentur alieno, certissimi iuris est. Auditis itaque partium allegationibus, V. C. proconsul provinciae Africae, amicus noster, in pronuntiando formam iuris sequetur. *Scripta VII. Kal. Oct. Sirmio, A. Cos.*[d])

Interpretatio.[e]) *Haec lex praecipit, ut in criminalibus causis, si quis, antequam moriatur, non fuerit de facti sui scelere conventus atque convictus, si post eius obitum, quod ab eo cum poena reddendum erat, apud successores eius fortasse repertum fuerit, hoc tantum ab heredibus reddendum, quod ad eos cognoscitur pervenisse. Ceterum in tali re heredes nec ad poenam nec ad aliam quamcunque satisfactionem tenentur obnoxii.*[f])

## EXPLICIT LIBER HERMOGENIANI.[g])

a) Tit. XI. C. Gr. lib. IV. tit. 2? Codd. 13, 14 *Tit. XII.* b) c. 1. C. Gr. c. 1? c) Plerique codd. *Sept. Coss. suprascriptis,* et sequitur in nonn. codd. interpr. tit. II. Cod. Herm. d) c. 2. C. Gr. c. 2? Codd. 15, 17, 36 om. c. 2, quae tamen in appendice cod. 15 exstat, ubi etiam in cod. 14 repetitur. e) 24 desinit in v. *militi.* f) In v. *casum* desinit cod. 25.

a) Vid. not. *a* ad lib. I. Huius libri duo sunt tit. in rec. edd., quorum primum Visigothi retinuerunt. Ex lib. XI. et XII. a Visigothis nihil haustum est. b) Tit. XII. C. Gr. lib. X. tit. 1? Sich. *Tit. III.* libri IV. c) c. 1. C. Gr. c. 2? Sunt enim in rec. edd. h. t. duae leges. 14 om. h. c. 8, 38—40 om. rubr. *Quibus r. i. n. n.;* est enim haec c. secunda tit. *de Patria pot.* In m. cod. 8 adscripta est ex cod. Argent., add. rubr. *Q. r. i. n. n.,* sed sine interpr. d) 8, 38—40 pro hac subscr. habent subscr. c. 1 *de Patria pot.* e) Permulti codd. *Interpretatione non indiget.* In nonn. codd., ut 7, et in ed. Sich. om. tota interpr.

a) Vid. not. *a* ad lib. I. Sunt in recentiss. edd. h. libri quatuor titt. Ex seqq. libris Visigothi nihil sumserunt. b) Tit. XIII. C. Gr. lib. XIII. tit. 1. c) c. 1. C. Gr. *c. un.?* Cod. 45 habet particulam tantum textus inde a vv. *Quae patris iussu.* d) Vid. not. *d* antec. e) Ita plerique codd., qui titulos continuo numerant; alii *Explicit Gregorianus* aut *Explicit Gregoriani lib. VI.* s. *XIII.* s. *XII.*

a) Ita plerique Br. Al. codd.; nonn. *Tituli Ex Corpore Hermogeniani.* 7 *Inc. lib. Hermogeniani ex corpore Gregoriani.* Cod. 22 in indice rubric. *Incipiunt capitula libri I. Hermogeniani.* Sich. *Hermogeniani Corporis Liber.* Codex Hermogen. in rec. edd. constat ex XVIII titt., qui ex diversis iuris libris collecti sunt. b) Tit. I. C. Herm. *Tit. I?* c) c. 1. C. Herm. *c. un.?* Cod. 31 om. textum et inscr., cod. 21 solum textum, cod. 36 textum et interpr. usque ad v. *pecunia.* In cod. 45 exstat lacinia tantum interpr. d) Significatur titulus XXVII. libri II. C. Th. e) In v. *convenit* des. codd. 5, 9.

a) Tit. II. C. Herm. *Tit. II?* In ed. Sich. appellatur *III.,* err. typ. b) c. 1. C. Herm. *c. un.?* In Sich. ed. valde mutata est. Codd. 13, 31, 36 om. omnia praeter interpr., codd. 32, 33 textum cum inscr., codd. 21, 30, 34 solum textum. Particula interpr. est in cod. 45. c) Hic terminatur cod. 7. d) Sich. hanc c. ita exhibet: *Licet—defuncto qui—successor non poterit poenali—hoc iam in—pervenit ex alienis, nec sc. detinentur alieno—est, addidit etiam parti obligationis V. C. prov. Afr. in pronuntiano forum sequitur.* e) Ivo, Decr. XVI, 202. f) In codd. 32, 33 sequitur tit. *De Iure Fisci,* sed sine interpretatione. g) Ita plerique codd.

| EPIT. AEG. | EPIT. GUELPH. | EPIT. MONACHI. |
|---|---|---|
| TIT. XI. DE MANIFESTIS PROBATIONIBUS.[a] | XI. SI AMISSIS VEL DEBITO REDDETIS. INSTRUMENTIS DEBITUM PETATUR. | XI. SI AMISSIS VEL DEBITO REDDITIS INSTRUMENTIS CREDITUM PETATUR. |
| Manifestis probationibus etiam sine scriptura creditores pecuniae suis debitoribus comprobentur.[b] | II. Si caucio. aput creditorem. periet debetores convicti. debitum solvant. | *Imperator Antonius A.* Debitores tuos quibuscunque[a] rationibus debere tibi pecuniam si probaveris, ad solutionem compellit, nec oberit tibi amissio instrumentorum, si manifestis probationibus eosdem debitores esse apparuerit. *Prop. IV. Id. Sept.* |
| | Id̄ q̊ sup̄. | *Imp. Gordianus A.* Sicut initium est, instrumentis vi ignis exstinctis debitores renuere solutionem, ita non statim causam conquirentibus facile creditum est; intelligere itaque debetis, non exsistentibus instrumentis vel aliis argumentis, probare, fidem precibus vestris assistere. *Prop. III. Kal. Iul. Sabiano II. et Venusto Coss.* |
| TIT. XII. QUIBUS RES IUDICATA NON NOCEAT.[a] | XII. QUIBUS REBUS IUDICATA NON NOCEANT pl· V· l· ᘔ ·VIII.[a] | XII. QUIBUS RES IUDICATA NON NOCEAT. |
| Adversus absentes vel minores sententia iudicata non valebit.[b] | Sentenciā adversus. absentis. vel minoris. lata. non valere. | *Impp. Diocletianus et Maximinianus AA. Aeliae Matronae.* Sententiam adversus absentes et indefensos[a] ac maxime minorem latam nullas vires obtinere, notissimi iuris est. *Prop. Kal. Sept. Diocletiano et Maximiano Coss.* |
| TIT. XIII. DE PATERNA POTESTATE. | XIII DE PATRIS POTESTATEM. | XIII. DE PATRIA POTESTATE. |
| [a] Si pater res filiorum aliunde acquisitas alienavit, filii a patre pro hoc pretium consequantur.[b] | Itē qđ filius. familias. iusso patris vindedit. firma erit vindicio tl· III.[a] | *Imp. Antoninus A. Victorianae.* Si in potestate patris fuisti, quum hereditas tibi Cassiae obvenit eamque patris iussu crevisti, ideo, quod ab eo iure alienatum est, nulla ratione oblato pretio restitui tibi desideras. *PP. III. Kal. Ian. Romae, aut ipso Quinto et Adventū Coss.* |
| | | EXPLIC. LIB. |
| | | INCIPIT LIBER HERMOGENIANI. I. De Cauta Et Non Numerata Pecunia. II. Ex Delictis Defunctorum Quemadmodum Conveniantur Successores. |
| INCIPIT LIBER[a] HERMOGENIANI. DE CAUTA ET NON NUMERATA PECUNIA. | DE CAUTǍ ET NON NUMERAŤ | III.[a] DE CAUTA ET NON NUMERATA PECUNIA. |
| Id est, ut intra quinquennium, quum evidenter ostendat, ea non cepisse[b]. | Quod infra quinquennium contèstari licet. | *Aurilius Alexio.* Ex cautione non numeratae pecuniae non anni, sed quinquennii spatio deficere nuper evidenter censuimus. *PP. VIII. Id. April. Sirmio Caes.* |
| | II EX DILECTIS. DEFUNCTORUM QUEMADMODUM CONVENIANTUR. SOCESSORES. pl· II ·ᘔ· XX· l· XXXIIII.[a] | II. EX DELICTIS DEFUNCTORUM QUEMADMODUM CONVENIANTUR SUCCESSORES. |
| Si quis, antequam moriatur, non fuerit de factis atque sceleribus suis convictus, post obitum eius a successoribus illius aliud non requiratur, nisi quod ad eos cognoscitur pervenisse[c]. | Si de crimine aliquis. non fuerit confessus. et moriatur. et a ṕ[b] heredes eius si quid de ea re invenitur. hoc tantum ꝗ inventum est. redendum erit. | *Aurelius et Hennio Saturnino.* In criminalibus causis, si quis, antequam moriatur, non fuerit de facti sui scelere confessus atque convictus, si post eius obitum, quod ab eo cum poena reddendum erat, fuerit apud successores eius repertum, hoc tantum ab eis reddendum est, quod ad eos cognoscitur pervenisse. Ceterum in tali re heres nec ad poenam, nec ad satisfactionem tenetur obnoxius. |
| | | EXPL. HERMOGENIANI.[a] |

Epit. Aeg.:

a) In plerisque codd. om. rubr. Pro ea ponuntur in codd. 48, 54, 57 vv. *Manifestis—scriptura*, om. autem deinde in cod. 54 vv. *creditores—comprobentur.* b) Om. c. 2.

a) Rubr. deest in plerisque codd. b) Ben. Lev. III, 216.

a) Sententiam legis Savigny ex iure Iustin. mutuatam esse dicit. Cf. Savigny l. c. T. II. p. 58 sq. (ed. I.), p. 60 (ed. II.). b) Aeg. add. *Finis.*

a) Aeg. *Capitulum.* 46 *Capitula lib. I Ermogeniani hoc est consignatae de c.* etc. 51 *Inc. Capitula libri I* (*Lib. I.* etiam 48, 49) *Ermogen.* b) 52 *quinq. qui se e. ostendit eam non recepisse requirat.* Deest rubr. sq. tit. c) Hic terminatur Aeg. Vid. Praef., ubi de Aeg. ed. locutus sum. In cod. 52 add. *Ceterum in tali re heredes ad nullam satisfactionem teneantur obnoxii,* ex interpr. 57 om. *nisi* etc.

Epit. Guelph.:

a) Paul. V, 8. Num V, 5?

a) Inc. num.

a) Inc. num. b) i. e. *apud.*

Epit. Monachi:

a) 63 *tuos qui tibi pecuniam debere aprobaveris.* 64 *tuos quos tibi pecuniam pr.* et infra om. *ad solut. compell.*

a) 63 *indefessus.*

a) Leg. *I.*

a) Ita 64. Rell. om. *Expl. Herm.*

LEX ROM. VISIGOTH.

# INCIPIT PAPINIANI LIB. I. RESPONSORUM.

## I. DE PACTIS INTER VIRUM ET UXOREM.[a])

Inter virum et uxorem pacta non solum verbis, sed voluntate contrahentium constituuntur, ut neuter coniugum locupletior fiat.

INTERPRETATIONE *non eget.*[b])

EXPLICIT PAPINIANI TITULUS.

## EXPLICIT LIBER LEGUM.[c])

DE[a]) LIBRO SECUNDO GREGOR. DE INOFFICIOSO TESTAMENTO TITULO QUARTO. *Imp.*[b]) *Alexander A. Valeriae Rufinae.* Si ex voluntate patris, qui tres ex se natos relinquit heredes, tertiae portionis quarta ad te sine ulla deminutione pervenire non potuit, inofficiosi testamenti accusationem instituere non prohiberis. In qua tamen parte ea, quae ante a patre filiae in dotem data sunt, non placet computari, quia etiam in bonis mariti sunt et a patrimonio patris vivente eo separata fuerunt. *PP. III. Kal. Sept. Maximo II. et Aemiliano Coss.* INTERPRETATIO. Si pater pro filia dotem tradiderit, aut certo genere pro ipsa dote fecerit cautionem vel se promissionis vinculo obligaverit et mortis tempore Falcidiam filiae pater de his rebus, quas mortis tempore dereliquit, non dimiserit, de inofficioso patris testamento agere filia non prohibetur: quia illud, quod pro ea a patre in dotem datum est aut promissum, in Falcidia non potest imputari. Nam ea, quae pater vivus in dotis conditione aut promiserit aut tradiderit, de bonis eius, antequam moreretur, discessisse et alienata esse noscuntur. Similis erit et de sponsalitia donatione conditio. DE PETITIONE HEREDITATIS. *Imp.*[c]) *Antoninus A. Aurelio Pontio Ingenuo.* Fructus ante litem contestatam perceptos malae fidei possessores restituere placuit. *PP. XII. Kal. Iul. Romae, duobus Aspris Coss.* INTERPRETATIONE *non eget.* GREGORIANI LIB. III. TIT. X. DE SENATUSCONSTŪ MACEDONIANŪ. EX INFRA SCRIPTA. *Imp.*[d]) *Alexander A. Septimiae Musae.* Macedoniani Senatusconsulti auctoritas petitionem eius pecuniae non impedit, quae filiofamilias studiorum causa Romae agenti ad necessarios sumtus, quos patris pietas non recusaret, credita est. Sed ex contractu filii post mortem eius de peculio actio in patrem competere ita demum potest, si anni utilis spatium petitionem non impedit. Sane si iussu patris datum ei probetur, nec in quos usus versa sit pecunia, disquiri necesse est, et perpetua in patrem, etiam mortuo eo filio, actio est. *PP. Prid. Kal. Mart. Agricola et Clementino Coss.* INTERPRETATIO. Senatusconsultum Macedonianum praecepit, ut filiofamilias pecunia non credatur. Nunc haec constitutio iubet, ut, pro studio literarum si quis filiofamilias pecuniam dederit, hanc ei pater sine aliqua obiectione restituat. Quod si ipse filiusfamilias in peregrinis fortasse defecerit, intra anni spatium, qui pecuniam commodavit, de peculio potest petere, ut sibi debitum reformetur. Quod si pater iusserit, ut pecunia praestaretur, non quae-

a) Ita plerique codd., modo quod, paucis exceptis, *Papianus* (etiam *Pavianus* et *Papilianus*) scriptum est et add. *Incipit.* Alii habent *Incipit Titulus Pap. De* etc. s. *Inc. Lib. Pap. De* s. *Incipit Liber Pap. Resp. I.* etc. s. (om. nomine Papiniani) *Incipit Lib. I. De* etc. s. *Incipit Lib. Papiniani I. De* etc. Habent etiam nonn. *Papiniani Responsum de Pactis.* Sich. *Papiniani Titulus.* b) Primum in Aur. Lugd. edd. interpr. add. *Ut neuter in coniugio fiat locupletior et ut verbis inter se obligari possint,* quae vero vv. in nonn. codd., veluti 35, 36, pro ipso Papiniani fragmento posita sunt. c) Ex multis formulis, quibus amanuenses codicum Breviarium Al. terminant, eam elegi, quam in plerisque codd. reperi. In nonnullis add. *Romanorum* s. *Romanarum.* Praeterea hae formulae inveniuntur in codd. *Expl. Lib. Legū Theodosiū Feliciter Amen In Dĩ Nom̃. Explic̃.* s. *Explicit Liber Legum Feliciter Amen,* s. *Theodosian̄ Cod̄ Ex Commune Iure pactū Explicit Feliciter in Xp̄o,* s. *Explicit Liber Legum Theudosianus Propitiante Domino Feliciter Domino Gratias Amen,* s. *Explicit Liber Iureticus Ex Diversorum Sententiis Elucidatus Feliciter Deo Gratias Amen,* s. *Explicit Ad Integrum Scintilla De Libro Legum. Explicit Liber Iuris.*

a) Haec appendix subiuncta est Papiniani fragmento in codicibus Reg. Par. 4403, 4419, Aurelian. 207, Montispessul. H. 84, Vatic. Ottobon. 2225. — Verum in codd. Montispess. et Ottob. haec vv. interiecta sunt: *Expl. Gregoriani Lib. XII. Feliciter Amen.* Cod. Par. 4403 mancus est et deest initium appendicis. In cod. Par. 4419 Papinianum sequitur sine formula interiecta tit. *De meretricibus et infamibus,* et alius *De curialibus,* et omittuntur seqq. Cod. Gregoriani constitutiones (vid. not. *b—e*), quae in Aur. Montisp. et Ottob. codd. primo loco positae sunt. b) C. Gr. tit. IV, c. 2. c) C. Gr. tit. V, c. 1; rubr. tit. deest in codd. d) C. Gr. tit. IX, c. 1.

EPIT. AEG.

INCIPIT LIB. PAPIANI[a]).

I. DE PACTIS INTER VIRUM ET UXOREM.

Ut neuter in coniugio fiat locupletior et ut verbis inter se obligari possint.

EXPLICITUR FELICITER AMEN[b]).

a) 54 *Papii Papii Papiani Lib. I.* Nonn. alii codd. *Lib. I.* s. *Primus.* b) In codd. 52, 54 in fine add., quae huc non pertinent.

EPIT. GUELPH.

DE PACTIS INTER VIRUM ET UXORE.

Quod non solum verbis sed. et voluntate contrahantur.

EXPlicit liber. iuredicus. ex diversorum sentenciis. elucidatus.

EPIT. MONACHI.

INCIPIT LIBER PAPIANI.

DE PACTIS INTER VIRUM ET UXOREM.

Pacta non solum verbis, sed ex voluntate contrahentium constituuntur, ut neuter[a]) coniugum fiat locupletior.

a) 62 *neiterū coniugiū.* De cod. 64 vid. supra Commonitorium.

rendum est, quid de ea pecunia fecerit, sed debitum pater sine mora restituat. TIT. XII. DE AMISSIS VEL DEBITO REDDITIS INSTRUMENTUM CREDATUR. *Imp.*[e]) *Gordianus A. Aurelio Prisco et Marco militibus.* Sicut iniquum est, instrumentis vi ignis exstinctis, debitores quantitatum debitarum renuere solutionem, ita non statim casum conquerentibus facile credendum est. Intelligere itaque debetis, non exsistentibus instrumentis vel aliis argumentis probare, fidem precibus vestris assistere. *PP. III. Kal. Iul. Sabino II. et Venusto Coss.* INTERPRETATIONE *non indiget.* EXPL̄. LIB̄. IURIS FELICITER. CONSTITUTIO XXXIII GREGORIANUS LIB̄. I. DE POSTULANDO TIT. XII.[f]) *Imp.*[g]) *Gordianus A. Iovino.* Nullam existimationis infamiam avunculus tuus pertimescet ictibus fustium subiectus, si sententia non praecessit ignominiae maculam irrogans. *PP. VI. Kal. Sept. Pio et Pontiano Coss.* *Imp.*[h]) *Severus et Antoninus AA. Manilio.* Si nulla sententia contra te dicta est, quae infamiae detrimentum affert, sine causa times, ne existimatio tua laesa sit ob id, quod in carcerem per iniuriam coniectus es. TIT. II. DE PACTIS CONSTITUTIO VIII. *Imp.*[i]) *Antoninus A. Iulio Maximo.* Si debitori es tuo heres institutus, actio, quam adversus eum habuisti, adita hereditate confusa est. Sed si eam, posteaquam in iudicio quoque obtinuisti, ei tradidisti, quem sententia superaveras, ea conditione pactoque, ut tam ceteris creditoribus, quam tibi, in eo, quod tibi deberetur, si eam hereditatem non adisses, satisfaceret, pacti conventionisque fides servanda est: quae si non servatur, ex stipulatu, modo transactio facta est, actio dabitur. *PP. VII. Kal. Aug. Antonino IV. et Valente Coss.* III. TIT. GREGORIAN. LIB. II. TIT. XVII. SI MINOR AB HEREDITATE SE ABSTINEAT. *Imp.*[k]) *Severus et Antoninus AA. Vetoriis Frontino et aliis.* Si vos paternae hereditati non miscuistis, ob eam rem testificatio necessaria non fuit, quum fides veritatis verborum adminicula non desideret. Quod si pro herede gessistis, an propter aetatem, cui subveniri solet, in integrum restitui debeatis, aestimabit, cuius de ea re notitia est. *PP. V. Non. Mart. Saturnino et Gallo Coss.* TIT. IV. GREGORIAN̄. LIB. III. TIT. XII. SI CERTUM PETITUR CONSS. VIII. *Imp.*[l]) *Antoninus A. Iulio.* Si paterna hereditate abstinuisti et a paternis creditoribus conveniris*), te secundum iuris formam tueri potes: si vero permiscuisti te hereditati, nec aetate permittente in integrum restitutus es, ut abstinendi ius haberes, intelligis, te omnibus creditoribus hereditariis respondere debere. *PP. III. Kal. Sept. Antonino A. IV. Cos.* TIT. V. GREGORIAN. LIB. VI. TIT. XVIII. ARBITRIUM TUTELAE CONSS. XIII. *Imp.*[m]) *Alexander A. Aglao.* Eum, qui bonis paternis secundum edicti formam abstentus est, hereditariis actionibus conveniri nulla ratio suadet et reliqua. *PP. III. Kal. Mai. Alexandro A. Cos.* TIT. VI. PAULUS LIB. IV. DE INTESTATORUM HEREDITATIBUS. Legitimi[n]) heredes iure gallico intra centesimum diem nisi adierint hereditatem, ad proximos eadem successio transfertur. Filius[o]) maternam hereditatem eandemque legitimam nisi adeundo quaerere non potest. Feminae[p]), etsi ultra consanguineas hereditates ad successionem legitimam non admittuntur, proximitatis tamen successionem petere non prohibentur. TIT. VII. L. I. DE HEREDITATE VEL QUID ALIUD PETITUR. Possessor[q]) hereditatis, qui ex ea fructus capere vel possidere neglexit, duplam eorum aestimationem praestare cogetur. Hi fructus in restitutione praestandi sunt petitori, quos unusquisque diligens paterfamilias et honestus colligere potuisset. TIT. VIII. DE FAMILIA HERCISCUNDE. De[r]) omnibus rebus hereditariis iudex cognoscere debet, celebrata divisione in semel de omnibus pronuntiet. Iudici familiae herciscundae convenit, ut ea, quae quis ex communi accipiet, aut ipsa aut aestimationem eorum repraesentet, ut inter coheredes dividi possint. Iudex familiae herciscundae nec inter paucos coheredes, sed inter omnes dandus est, alioquin inutiliter datur. Omnes res, quae sociorum sunt, communi dividundo iudicio inter eos separantur. TIT. VIIII. LIB. I. TIT. V. DE RE IUDICATA. Ratio[s]) calculi saepius se patitur supputari, atque ideo potest quocunque tempore retractari, si non longo tempore evanescat. TIT. X. DE INTESTATORUM HEREDITATIB. LIB. IIII. Filii[t]) vulgo quaesiti ad legitimam matris hereditatem adspirare non prohibentur, quia pari iure ut ipsorum matribus, ita ipsis matrum hereditates deferri debuerunt. *Ista sententia in libro quarto habetur.* Ad filiam ancillam vel libertam ex Senatusconsulto Claudiano effectam legitima matris intestatae hereditas pertinere non potest, quia neque servi neque liberti matrem civilem habere intelliguntur. Ad legitimam intestatae matris hereditatem filii cives Romani, non etiam Latini admittuntur: cives autem Romanos eo tempore esse oportet, quo eis defertur et ab his legitima hereditas aditur; perinde autem matris certiores filii fiunt, non nuntio accepto, sed pro liquido comperto, quod intestata decesserit. TIT. XI. THEODOSIANI LIB. IIII. DE RE IUDICATA. *Imp. Constantinus ad Proculum.* Preces[u]) et impetrata rescripta non placet admitti, si decisae semel causae fuerint iudiciali sententia, quam provocatio nulla suspendit, sed eos, qui tale rescriptum meruerint, etiam limine iudiciorum expelli. *Dat. VII. Kal. Ian. Constantino A. V. et Licinio Cos.* TIT. XII. DE SENTENTIIS EX PERICULO RECITANDIS. *Imppp.*[v]) *Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Probum PPO.* Statutis generalibus iusseramus, ut universi iudices, quibus reddendi iuris in provinciis permittimus facultatem, cognitis causis ultimas definitiones de scripti recitatione proferant. Huic adiicimus sanctioni, ut sententia, quae dicta fuerit, quum scripta non esset, ne nomen quidem sententiae habere mereatur, nec ad rescissionem perperam decretorum appellationis solennitas requiratur. *Dat. III. Non. Dec. Triueris, Gratiano A. III. et Equitio V. C. Coss.* *Imppp.*[x]) *Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Clearchum PPO.* Iudex in proferenda sententia, quae iurgantibus posuit ad plenum recensere, quicquid negotio fuerit illatum, quod senserit, scribat et relegat; ne per errorem iudicis iterum a primordio novae litis sentiantur eventus. *Dat. X. Kal. Sept. Constantinopoli, Honorio et Syagrio Coss.* *Iidem*[y]) *AAA. ad Symmachum PU.* Sententia non valeat, quae ex libello data[z]) non fuerit. *Dat. Kal. Dec. Mediolano, Richomere et Clearcho Coss.* LIB. I.[a]) DE DIVERSIS RESCRIPTIS. *Impp.*[b]) *Arcadius et Honorius AA. Eutychiano PPO.* Rescripta ad consultationem emissa vel emittenda in futurum iis tantum negotiis opitulentur, quibus effusa docebuntur etc. *Dat. VIII. Id. Dec. Constantinopoli, Honorio A. IV. et Eutychiano Coss. Impp. Honorius et Theodosius AA. Ioanni PPO. Post alia.* Nulli habetur ambiguum, etiam ab heredibus et pro heredibus posse rescripta nostri numinis allegari, nec excludi temporibus, nec aboleri casibus impetratum etc. *Dat. XVI. Kal. Mart. Rav. P. C. Honorii IX. et Theodosii V. AA. Coss.* II. DE OFFICIO RECTORIS PROVINCIAE. *Imppp.*[c]) *Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Viventium PPO.* Unusquisque iudex in his locis sedem constituat, in quibus oportet omnibus praesto esse rectorem, non diverticula deliciosa sectetur. Addimus sane, ut eius, qui provinciae praesidentem propria possessione susceperit, ager, quem diversorium habuerit praedictus in transitu, fisci viribus vindicetur. Ita enim iudices mansiones instruere et instaurare nitantur. *Dat. Kal. April. Triueris, Valentiniano NB. P. et Victore Coss.* ITEM.[d]) *Imp.*[e]) *Iulianus ad Mamertinum.* Conventis rectoribus ad sublimitatem tuam edi non minus criminalia acta quam civilia iubemus, his videlicet, quorum salus ad discrimen vocatur̄. *Dat. XII. Kal. Dec. Antiochia, Iuliano A. IV. et Sallustio Coss.* ITEM[f]) UNDE SUPRA. *Impp.*[g]) *Arcadius et Honorius AA. Caesario PPO.* Si quis iudicum vel civem eius provinciae, quam regit, vel certe peregrinum consiliarium sibi voluerit adsciscere, tantum quatuor sibi menses ad retinendum eum, quem ex eadem provincia sumserit, tributos esse cognoscat, donec ab aliis evocatum locis suis actibus adhibuerit, ita ut, emensis quatuor mensibus, crimini detur, si quis ultra hoc tempus consiliarium crediderit retinendum. *Dat. VI. Id. Dec. Constantinopoli, Stilicone et Aureliano Coss.* EXPLICIT LIBER LEGUM THEODOSIANI ET NOVELLARUM. DEO GRATIAS AMEN. FELICITER.

e) C. Gr. tit. XI, c. 2. f) Ita codd. Montisp. et Ott., sed Montispes. *Pontolando.* Aur. *Gregorianus Lib. I. Tit. I. de Postulando* et Reg. Par. 4419 *Lib. I. de Postulando* pro *Expl.—Tit. XII.* g) C. Gr. I, 12, 2. h) l. c. c. 1. i) C. Gr. I, 10, 8. k) C. Gr. II, 17, 1. l) C. Gr. III, 12, 8. *) V. *conveneris* incipit fol. 267 cod. Reg. Par. 4403. m) C. Gr. VI, 18, 13. n) Paul. IV, 8, 21. o) Paul. IV, 10, 4. p) Paul. IV, 8, 22. q) Paul. I, 13[b], §. 8 et 9. r) Paul. I, 18, 2—5. s) Paul. V, 5[a], 11. t) Paul. IV, 10, 1—3. u) C. Th. IV, 16, 1. v) C. Th. IV, 17, 1. x) C. Th. IV, 17, 3. y) C. Th. IV, 17, 4. z) V. *data* terminatur append. cod. Reg. Par. 4403, deest enim ultimum folium. a) Hic incipit supplementum appendicis, nam sequenti titulo appos. est numerus II. Videtur numerus I. libri I. ansam dedisse ad numerum primi tituli omittendum. b) C. Th. I, 2, 11 et 12. c) C. Th. I, 16, 11. d) Cod. Ottob. *Ti. III. De Officiū̄ ...... Communiū̄.* Cod. Montispes. H. 84 *De Officiū̄ ..... omniū̄.* e) C. Th. I, 22, 3. f) Codd. Ottob. Montispes. H. 84 *Tit. IIII.* g) C. Th. I, 35, 1.

# APPENDIX AUCTA.

E Codicibus Reg. Par. 4406, Eporediensi I., Reg. Berol. Ms. Lat. Fol. N. 270.

EX[a]) CORPORE THEODOSIANI LIB. VI. Tit. XXVII.[b]) *Impp.*[c]) *Arcadius et Honorius AA. Caesario PPO. ad locum.* Non defutura poena quindecim librarum auri, quam in contumaces olim divalis sanctio definivit. *Dat. IV. Kal. Mart. Constantinopoli, Arcadio IV. et Honorio III. AA. Coss.* EX CORPORE THEODOSIANI. *Imppp.*[d]) *Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. ad Gregorianum CRP.* Qui tertio conventus cum delatore neglexerit adesse iudiciis, non solum iurgii, quod exortum est, amissione mulctetur, verum etiam sumtus et litis expensas ei reddere compellatur, quem superfluo litigio credidit esse vexandum. Quod quidem etiam in absentem contumacem post trinam, ut dictum est, conventionem statuendum esse censemus. *Dat. VIII. Id. Iun. Mediolano, Honorio NB. et Evodio Coss.* EX CORPORE THEODNI. *Imp.*[e]) *Constantinus A. ad Maximum Pf. urbis ad locum.* Eum, qui sciens iudicio adesse neglexerit, ut contumacem iudex poena mulctabit. *Dat. X. Kal. Iun. Sirmio, Probiano et Iuliano Coss.*[f]) EX CORPORE THEODOSIANI. *Imppp.*[g]) *Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. PPO.* sub titulo. Professio uniuscuiusque immutari contra statuta legum nostrarum pro calumniantium inconstantia et varietate non poterit. *Dat. III. Kal. Ian. Antonio et Syagrio Coss.* EX CORPORE THEODOSIANI. *Impp.*[h]) *Valentinianus et Valens AA. Olybrio Pf. urbi. Ad locum.* Iubemus enim, ut, si intentio petitoris improba iudicetur, praestet possessori sumtus, praestet impensas, quas eum toto litis tempore sustinuisse claruerit, etiamsi super hac re expressior cesset sententia iudicantis. *Dat. VII. Kal. Mai. Treveris, Valentiniano NB. P. et Victore Coss.* EX CORPORE GREGORIANI. *Imp.*[i]) *Alexander A. Crescenti.* Quae in libello contulisti, praesidi provinciae allega, qui non ignorat, eum, qui per contumaciam absens condemnatur, nec appellationis auxilio uti aut in duplum revocare posse. *PP. XI. Kal. April. Albino et Maximo Coss.* EX CORPORE GREGORIANI. *Imp.*[k]) *Antoninus A. Iuliano.* Confessos quoque pro iudicatis haberi placuit; qua de re sine causa desideras recedere a confessione tua. *Acc. prid. Kal. Oct. Gentiano et Basso Coss.* EX CORPORE PAULI SENTENTIARUM. Trinis[l]) literis vel edictis aut uno pro omnibus dato, aut trina denuntiatione conventus, nisi ad iudicem, ad quem sibi denuntiatum est, aut cuius literis vel edictis conventus est, venerit, quasi in contumacem dicta sententia auctoritatem rerum iudicatarum obtinet; quin imo nec appellari ab eo potest. EX CORPORE PAULI SENT. Ab ea[m]) sententia, quae adversus contumaces lata est, neque appellari, neque in duplum revocari potest. DE CONFESSIONIBUS. EX CORP̃. PAULI SENT. Confessionem[n]) suam reus in duplum revocare non potest. ITEM[o]) DE TRINA CONVENTIÕ SCD[p]) DE LITERIS COMMONITORIIS. QUALITER, QUUM CONTRA QUOSCUNQUE INTERPELLATUM FUERIT, DEBENT TRINA CONVENTIONE AD AUDIENTIAM EVOCARI. Sed et hi, ad quos literae processerint, quae eos commoneant, si venire distulerint, suis relationibus, ut de eorum absentia vel contumacia probationi nihil deesse possit, omnia sunt per singula iudicibus rescripturi. Post haec edictum infra scriptum in foro illius, qui admonetur et venire contemserit, debet appendi: „*Ille oblatis precibus nobis detulit in querela, ab illo rem sibi debitam indebite retineri; ideoque datis ad te literis praesentibus indicamus, ut memoratum salva civilitate eatenus admonere procures, ut die statuta ad audientiam nostram se venturum sub idonei fideiussoris cautione promittat, petitoris partibus in omnibus responsurus, quatenus iurgio, quod inter altercantes vertitur, cum iustitia terminus imponatur.*“ SCEDA EDICTI, QUAE POST TRINAM CONVENTIONEM APPENDI in foro illius, qui commonetur et ad audientiam venire distulerit, omnino debebit, haec est, sicut praesentis scedae forma declarat et in lege sic continetur aut unum pro omnibus. Ita, ut in eo, qui pro contumace damnandus est, legum severitas in omnibus debeat custodiri, benefica principum providentia, dum humano generi consulit, constituit; quotiens improborum calliditas ita diversis tergiversationibus dilatat, ut litigiis terminus non possit imponi, et, quae male pervaserant, dum prava cupiditate cupiunt retinere, procurando latebras student, ut petitores lapsum temporum causae incurrant, ita ut qui merito res suas recipere poterant, callidorum adinventionibus iniuste amittant, quod eis legibus debebatur. Ideoque *quia ille secundum normam iuris ac legum ad audientiam per admonitionem nostram trinis est literis evocatus et faciente contumacia iudiciis adesse dispexit, ideo per huius edicti inclamationem eum adhuc ad audientiam venire compellimus, ita ut, si intra viginti et septem dies ad iudicium nostrum venire contemserit, nos adversum se secundum leges in contumacem ferre sententiam recognoscat.* EX CORPORE PAULI SENTENTIARUM SCEDAS DE QUESTIONIBUS IN FAMILIA HABENDIS AUT SI ANTE HABITA QUAESTIONE HEREDITATIS EIUSQUE DICITUR; *Interfecta adita fuerit.* Hereditas[q]) a fisco ut indignis aufertur his primum, qui, quum interfectus esset testator, apertis tabulis testamenti vel ab intestato adierunt hereditatem, bonorumve possessionem acceperunt; amplius his et in centum milia sestertiorum poena irrogatur; nec refert, a quibus paterfamilias, nec quemadmodum occidatur. TITULUS EX CORPORE QUO SUPRA. In[r]) summa tamen sciendum, et de his omnibus habendam esse quaestionem, qui in suspicionem quacunque ratione veniunt. ITEM ALIA EX CORPORE IPSO. In disponenda[s]) eorum quaestione, quorum dominus dicitur interemtus, hic ordo servatur: primum ut constet occisum dominum; deinde ut liqueat, de quibus ea quaestio habenda sit, atque ita de reis inquirendum. Etsi percussor certus sit, tamen de familia habenda quaestio est, ut caedis mandator invenire possit. EXPL. LIB. IURIS FELICITER. INSTITUTIO[t]) GREGORIANI LIB. I. DE POSTULANDO TITULO XII. *Imp. Gordianus A. Iovino.* Nullam existimationis infamiam avunculus tuus pertimescet ictibus fustium subiectus, si sententia non praecessit ignominiae maculam irrogans. *PP. VI. Kal. Sept. Pio et Pontiano Coss. Impp. Severus et Antoninus AA. Manilio.* Si nulla sententia contra te dicta est, quae infamiae detrimentum affert, sine causa times, ne existimatio tua laesa sit ob id, quod in carcerem per iniuriam coniectus es. TIT. II. DE PACTIS CONSTITUTIO VIII. *Imp. Antoninus A. Iulio Maximo.* Si debitori es tuo heres institutus, actio, quam adversus eum habuisti, adita hereditate confusa est. Sed si eam, posteaquam in iudicio quoque obtinuisti, ei tradidisti, quem sententia superaveras, ea conditione pactoque, ut tam ceteris creditoribus, quam tibi, in eo, quod tibi deberetur, si eam hereditatem non adisses, satisfaceret, pacti conventionisque fides servanda est: quae si non servatur, ex stipulatu, modo transactio facta est, actio dabitur. *PP. VII. Kal. Aug. Antonino IV. et Valente Coss.* III. TIT.[u]) GREGORIAÑ. LIB. II. TIT. XVII. SI MINOR AB HEREDITATE SE ABSTINEAT. *Impp. Severus et Antoninus AA. Vetoriis Frontino et aliis.* Si vos paternae hereditati non miscuistis, ob eam rem testificatio necessaria non fuit, quum fides veritatis verborum adminicula non desideret. Quod si pro herede gessistis, an propter aetatem, cui subveniri solet, in integrum restitui debeatis, aestimabit, cuius de ea re notitia est. *PP. V. Non. Mart. Saturnino et Gallo Coss.* TIT. IV. GREGORIAÑ. LIB. III. TIT. XII. SI CERTUM PETITUR CONSS. VIII. *Imp. Antoninus A. Iulio.* Si paterna hereditate abstinuisti et a paternis creditoribus conveniris, te secundum iuris formam tueri potes: si vero permiscuisti te hereditati, nec aetate permittente in integrum restitutus es, ut abstinendi ius haberes, intelligis, te omnibus creditoribus hereditariis respondere debere. *PP. III. Kal. Sept. Antonino A. IV. Cos.* TIT. V. GREGORIAÑ. LIB. VI. TIT. XVIII. ARBITRIUM TUTELAE CONSS. XIII. *Imp. Alexander A. Aglao.* Eum, qui bonis paternis secundum edicti formam abstentus est, hereditariis actionibus conveniri, nulla ratio suadet et reliqua. *PP. III. Kal. Mai. Alexandro A. Cos.* TIT. VI. PAULUS LIB. IV. TIT. DE INTESTATORUM HEREDITATIBUS. Legitimi heredes iure gallico intra centesimum diem nisi adierint hereditatem, ad proximos eadem successio transfertur. Filius maternam hereditatem eandemque legitimam nisi adeundo quaerere non potest. Feminae, etsi ultra consanguineas hereditates ad successionem legitimam non admit-

a) In primo appendicis codicis Berolinensis folio, quod autem falso, nimirum XII. folii loco positum est, antecedit ultima pars Breviarii inde a IX. C. Greg. tit. Vid. Praefat. cap. 1. c. f. b) Vv. *Ex Corpore* etc. incip. Appendix in codd. 4406, fol. 53[b] col.[b] v. 8, Epor. I., Berol. 270, fol. 12 post Brev. c) C. Th. VI, 27, 10. d) C. Th. X, 13. e) C. Th. II, 18, 2. f) Hinc incip. fol. 13 cod. Berol. g) C. Th. IV, 20, 2. h) C. Th. IV, 18, 1. i) C. Gr. X, 1, 1. k) C. Gr. X, 2, 1. l) Paul. V, 5, 7. m) l. c. in f. ed. Arndts. n) l. c. §. 5 ed. Arndts. o) *Hunc tractatum edidi ex Klenzii rec., ubi, ut ap. Wenck. in Haub. Opp. T. II. p. 910—912, scripturae diversitas invenitur, quam cum Wenckio communicaveram una cum apographo tractatus, ut totam rem divulgaret.* p) Codd. Berol. 4406 fol. 54, Lugd. Bat. 47 fol. 2, ubi idem tractatus est, *Scedam enim de Trina Conventione Appendi,* sed 4406 fol. 58 et 68[b] *Scedam edicti quae post trinam conventionem adpendi.* 16 et 17 *Incipit formula.* q) Paul. III, 5, 10. r) Cf. Arndts ad Paul. l. c. p. 81 not. 17; Haenel, Varietas scripturae p. 34. s) Paul. l. c. §. 11, 12. t) Vid. supr. ad prim. append. not. *f.* His vv. incipit fol. 11 cod. Berol. V. *Institutio* olim script. erat *Ĩstitutio,* errore, nam *ʒ̃stitutio* scribend. erat, id est *Constitutio,* siglum autem ʒ̃ librarius habuit pro *Ĩ,* quae litera in antiquis codd. itidem flexa est. Vid. supra ad primam app. not. *f.* u) Numerum tit. om. 4406, Berol. codd. et add. tit. IV.—VI. num. III.—V.

tuntur, proximitatis tamen successionem petere non prohibentur. TIT. VII. L. I. DE HEREDITATE VEL QUID ALIUD PETITUR. Possessor hereditatis, qui ex ea fructus capere vel possidere neglexit, duplam eorum aestimationem praestare cogetur. Hi fructus in restitutione praestandi sunt petitori, quos unusquisque diligens paterfamilias et honestus colligere potuisset. TIT. VIII. DE FAMILIA HERCISCUNDE. De omnibus rebus hereditariis iudex cognoscere debet, celebrata divisione in semel de omnibus pronuntiet. Iudici familiae herciscundae convenit, ut ea, quae quis ex communi accipiet, aut ipsa aut aestimationem eorum repraesentet, ut inter coheredes dividi possint. Iudex familiae herciscundae nec inter paucos coheredes, sed inter omnes dandus est, alioquin inutiliter datur. Omnes res, quae sociorum sunt, communi dividundo iudicio inter eos separantur. TIT. VIIII. LIB. I. TIT. V. DE RE IUDICATA. Ratio calculi saepius se patitur supputari, atque ideo potest quocunque tempore retractari, si non longo tempore evanescat. TIT. X. DE INTESTATORUM HEREDITATIB. LIB. IIII. Filii vulgo quaesiti ad legitimam matris hereditatem adspirare non prohibentur, quia pari iure ut ipsorum matribus, ita ipsis matrum hereditates deferri debuerunt. *Ista sententia in libro quarto habetur.* Ad filiam ancillam vel libertam ex Senatusconsulto Claudiano effectam legitima matris intestatae hereditas pertinere non potest, quia neque servi neque liberti matrem civilem habere intelliguntur. Ad legitimam intestatae matris hereditatem filii cives Romani, non etiam Latini admittuntur: cives autem Romanos eo tempore esse oportet, quo eis defertur et ab his legitima hereditas aditur; perinde autem matris certiores filii fiunt, non nuntio accepto, sed pro liquido comperto, quod intestata[v]) decesserit. TIT. XI. THEODOSIANI LIB. IIII. DE RE IUDICATA. *Imp. Constantinus ad Proculum.* Preces et impetrata rescripta non placet admitti, si decisae semel causae fuerint iudiciali sententia, quam provocatio nulla suspendit, sed eos, qui tale rescriptum meruerint, etiam limine iudiciorum expelli. *Dat. VII. Kal. Ian. Constantino A. V. et Licinio Cos.* TIT. XII. DE SENTENTIIS EX PERICULO RECITANDIS. *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Probum PPO.* Statutis generalibus iusseramus, ut universi iudices, quibus reddendi iuris in provinciis permittimus facultatem, cognitis causis ultimas definitiones de scripti recitatione proferant. Huic adiicimus sanctioni, ut sententia, quae dicta fuerit, quum scripta non esset, ne nomen quidem sententiae habere mereatur, nec ad rescissionem perperam decretorum appellationis solennitas requiratur. *Dat. III. Non. Dec. Treueris, Gratiano A. III. et Equitio V. C. Coss.* *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Clearchum PPO.* Iudex in proferenda sententia, quae iurgantibus possit ad plenum recensere, quicquid negotio fuerit illatum, quod senserit, scribat et relegat; ne per errorem iudicis iterum a primordio novae litis sentiantur eventus. *Dat. X. Kal. Sept. Constantinopoli, Honorio et Syagrio Coss.* *Iidem AAA. ad Symmachum PU.* Sententia non valeat, quae ex libello data non fuerit. *Dat. Kal. Dec. Mediolano, Richomere et Clearcho Coss.* LIB. I. DE DIVERSIS RESCRIPTIS. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Eutychiano PPO.* Rescripta ad consultationem emissa vel emittenda in futurum iis tantum negotiis opitulentur, quibus effusa docebuntur etc. *Dat. VIII. Id. Dec. Constantinopoli, Honorio A. IV. et Eutychiano Coss.* *Impp. Honorius et Theodosius AA. Ioanni PPO. Post alia.* Nulli habetur ambiguum, etiam ab heredibus et pro heredibus posse rescripta nostri numinis allegari, nec excludi temporibus, nec aboleri casibus impetratum etc. *Dat. XVI. Kal. Mart. Rau. P. C. Honorii IX. et Theodosii V. AA. Coss.* II. DE OFFICIO RECTORIS PROVINTIAE. *Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Viventium PP.* Unusquisque iudex in his locis sedem constituat, in quibus oportet omnibus praesto esse rectorem, non diverticula deliciosa sectetur. Addimus sane, ut eius, qui provinciae praesidentem propria possessione susceperit, ager, quem diversorium habuerit praedictus in transitu, fisci viribus vindicetur. Ita enim iudices mansiones instruere et instaurare nitantur. *Dat. Kal. April. Treveris, Valentiniano NB. P. et Victore Coss.* ITEM. *Imp. Iulianus ad Mamertinum.* Conventis rectoribus ad sublimitatem tuam edi non minus criminalia acta quam civilia iubemus, his videlicet, quorum salus ad discrimen vocatur. *Dat. XII. Kal. Dec. Antiochia, Iuliano A. IV. et Sallustio Coss.* ITEM UNDE SUPRA. *Impp. Arcadius et Honorius AA. Caesario PPO.* Si quis iudicum vel civem eius provinciae, quam regit, vel certe peregrinum consiliarium sibi voluerit adsciscere, tantum quatuor sibi menses ad retinendum eum, quem ex eadem provincia sumserit, tributos esse cognoscat, donec ab aliis evocatum locis suis actibus adhibuerit, ita ut emensis quatuor mensibus crimini detur, si quis ultra hoc tempus consiliarium crediderit retinendum. *Dat. VI. Id. Dec. Constantinopoli, Stilicone et Aureliano Coss.* DEO GRATIAS AMEN. EXPLICIT LIBER LEGUM THEODOSIANI ET NOVELLARUM. DEO GRATIAS AMEN.[x])

## CAPITULA CODICIS S. GALLI 722.[a])

INCIPIUNT CAPITULA.[a])

De dominicis dieb; et reliquis festiuitatib; sanctor'.
De maleficia uel sacrilegia.
De homicidio.
De piurio.
De inlicita coniugia.
De rapto.
De adulterio.
De uiolencia.
De falso testimonio.
De furto.
De rixa.
De reclamaciones paupere̅ l̄ oppsiones.

I. Ut dominicis dieb; sic̄ cannones continent' cū omne deuotione obseruent' nullus nisi[b]) qd̄ ad nitore̅ domus l̄ uictui diei illo ptenuerit facere p̄sumat. qd̄ si quis fecerit ab scultaizio siue maiore qui locello illo p̄fuerit emd̄atu̍ fiat talit̄ ut om̄ res illas quae operate fiunt una cū ,pbro plebis illius pauperib; distribuant'. qd̄ si qui boues iuncxerint ipsos boues pauperib; dentur. de hac en̄ culpa ista can. V. statuimus disciplina. Quia quantu̍ in hanc pseue || p. 249 || raverit ignauia tantu̍ amplius sustentant' pauperū inopia; qd̄ si sculitaizius uel maior qui loco illo p̄fuerit em̄dare neglexerit. pb̄r qui in ipsa ualle fuerit excommunicatus sit qua̍ cito potuerit domno remedio innotiscere festinet. et pb̄r ia̅ dictus omne dominico uenture lollemnitate[c]) p̄p̄lo adnuntiet et ut sciant om̄ quale feria. et si usq: uesperu̍ siue etiam usq: missas debeant celebrare; De opera uero que abstinere decreuimus iste s̄ arare. secare. excutere. uannare. uinea̍ facere. rancale. sepe. nogarios battere louolone collegere. lauandarias. cosire. cerbisa facere. falce batere. fabricare. uel aliut magisteriu̍ facere et reliqua hor' similia.

De maleficiis uel Sacrilegia.

Ut maleficus uel sacrilegus in populo inuentus fuerit; Primu̍ saluet'. mittat' pice capiti eius. ponat' sup asinu̍ et batendo ducat' circit' p uias. Si secundo hoc fecerit excidat' ei lingua et nasu̍. Si usq: t̄cio pperauerit[d]) in potestate || p. 250 || stet iudicu̍ et laicoru̍.

De homicidio;

Ut nullus de romanis hominib; qui ad domnū remediu̍ epm̄ ptinent ausus sit unus alium occidere si quis fecerit conda̍netur; si casu quis p rixa aut p aliqua contentione qd̄ de ante habue̅r pares alterū occiderit causa rei inquiratur a iudicibus et secundu̍ culpa em̄detur; Qd̄ si quis nulla ex causa nisi p odii

v) V. *intestate* terminatur appendix codicis Berol.; excidit enim ultimum s. quartum appendicis folium. x) In Eporediensi codice om. haec ultima tria verba.

a) Vid. p. 425, not. *l* et Praefat. cap. II. c. f. Incip. haec cap. in 248 pag. codicis. b) Siglum codicis incertum est, quid significet. Legi potest *si* et *nisi*. Scripsi *nisi*. c) Scrib. *sollemnitate*. d) pro *perpetraverit*.

fomitē uel ꝑ inuidia aliū occiderit prima uice conponat. Secunda exorbetur; qd̄ si euenet causa que a domno ep̄o. uel a iudicib; potestate accipiat. oculos suos redimere et post hanc consecutam misericordia testis ꝑpetrauerit homicidiu̓ potestas iudicū et laicoru̓ sit de eo qualit̄ puniatur. Si q̄ de seniorib; quinq; ministrib; occiderit. id sunt camararius. butiglarius. senescalcus. iudicē publicū comestabulum. qui de hos quinq: occiderit. de qualecumq; linea fuerit. ad CXX solid̄ fiat recompensatus. qui scultaiziū ut reliquū capitaniū ministeriale occiderit. || p. 251 || inquirat' de quale linea fuit et ita conpositus fiat. si ingenuus fuit fiat conpositus ad C. XX solid̄. si aū seruus fuit fiat conp̄ ad sold̄. XC. si uasallu̓ dominū de casa. sine ministerio aut iunior in ministerio fuit et dominus eu̓ honoratu̓ habuit si ingenuus fuit. fiat conp̄ ad. sol. XC. Si seruus ad LX. Item de patrianos qui ingenu̓ hoc modo occiderit. LX sold̄ conpō. qui libertu̓ XL. qui seruū XXX; qd̄si quis in ciuitate aut castello aut in aliqua curte ubi domnus ipse fuerit. homicidiū fecerit conponat quē occidit hoc modo. sicut superius eū conscripsimus. et p̄p̄ qd̄ infra castellu̓ uel curte hoc fecerit. ubi domnus ipse fuerit addat in domnica sol. LX. Si q̄ spatā traxerit in dominica casa. hora qua ipse domnus ep̄s ibi fuerit. abscidatur ei ipsa manus: qd̄ si in alio loco traxerit et n̄ fuerit in presencia domini sed tamen quia ipse domnus in civitā uel curte illa fuerit fiat battutus. hoc tam̄ statuimus. ut om̄ has dictas iurgias a iudicib; prumtissime inquirantur considerantes culpā atq; personā et omne̓ euentio || p. 252 || ne̓ rei.

De P̄iurio. Si quis in ꝑiurio cupiditatis aut infidelitatis quis inuentus fuerit. primu̓ fiat battutus et decaluatus missa pice. Si secundo hoc fecerit uapulet notet' eu̓ in fronte cū calido ferro et recludatur in carcere quādiu placuerit seniorib; et deinceps n̄ recipiatur eu̓ in testimonio Si tertio ꝑpetraverit potestas de eo sit iudicū et laicorū. si q̄ de supradictas istos ꝑiuros suꝑ aliu̓ uoluerit mittere et n̄ potuerit adꝓbare si seruus fuerit conpō sol. VIII. Si libertus X. si ingenuus XV hoc illi inferat cui ꝑiuriū suꝑmittere uoluit.

DE INLICITA CONIUGIA. Ut nulli inlicitā liceat habere uxorē. si q̄ reclamauerit qd̄ uim accepisset uxorē aut illa uirū si infra XV dieb; reclamauerit in sua maneat potestate. nubat cui uult tantum in dn̄o; Si aū transactis in coniugio XV dieb; aut noctib; et nulli suā adnotauerit uiolentiā n̄ querat solutionē habeat cui se coniunxit; adtestante pa || p. 253 || ulo ap̄sl qui ait alligatus es uxori noli querere solutionē quindeci eni hos ꝓposuim' dies et quod ꝑ experim̄tū didicimus parentū stulticia ante maturitatis sue tempore suasionib; atq; terrorib; coniungere n̄ illorū consentiente expontanitate̓ et hoc statuimus ut nullus ante XII an̄ pueros copulare ausisset.

DE RAPTO Si q̄ puellā rapuerit. si lib̄ liberā rapuerit conp̄ cui nocuit sol. LX. si seruus ancillā comp̄ sol. XXX si seruus libera̓ LX conp̄ sol̄ et rapta reddat'. et si lib̄ ancillā seruiat cu̓ ipsa si eam uoluerit; qd̄ si dixerit qd̄ ex̓ nescisset ēē ancillā. et cu̓ lege̓ potuerit facere ꝑmaneat lib̄ tam̄ soluto p̄cio id est sold. LX.

DE ADULTERIO. Si q̄ adulteriu̓ fecerit qui adhuc n̄ est in matrimonio cu̓ illa qui uirū n̄ habet fiat battutus aut conp̄ sol̄. XII. Si secundo hoc fecerit uapulet et recludat' in carcere quādiu placuerit seniorib; Si tertio hoc ꝑpetrauerit uapulet recludatur in carcere et XII conp̄. sol̄. si ipsā uoluerit accipiat eam uxorē. Si q̄ uxorē habens adulterauerit cū illa qui uirū n̄ habet prima uice uapulet et conp̄ sol. XII. si secundo hoc fecerit || p. 254 || uapulet et recludat' in carcere et conp sol. XII. Si t̄tio hoc fecerit uapulet similit̄ et in carcere recludatur et XVIII conp̄ sold̄.

DE UIOLENCIA. Si q̄ s̄cimoniale̓ aud uirgine̓ dō sacratā uiolauerit seu uiduā aut alterius uxorē conp̄. sol. LX. Simili modo de hoc scelere faciant siue serui siue liberi. Si aū fuerit cū consensu. lib̄ conp. sol. XXIIII. seruus XII et si seruus cū liberta XII. et si lib̄ cū ancilla similit̄. Si secundo hoc fecerit uapulet et conpō sic̄ supra scriptu̓ ē Si t̄tio uapulet et in carcere recludatur et conp̄ qd̄ superius dixim; Si q̄ uxorem alterius transtulerit lib̄ libero LX conpon̄ sol. seruus seruo XXIIII. Si seruus libero XXX. Similit̄ et lib̄. seruo; et si iuratū ex ipsis quis domino habuit et fugire cu illa uoluit si dep̄hensus fuerit fiat et sic̄ fieri debet qui ꝑiurau̅ soluto p̄cio Si secundo hoc fecerit idē defugire et de alterius uxorē conp̄. sic̄ prius et fiat battutus et missus in carcere; qd̄ si uxorē aliā n̄ habuit. castretur. Si t̄tio hoc ꝑpetrauerit potestas iudicū et laicorū Sit de eo tā uiri quā femine. Qui supradictas adulteraciones faciunt equali subiacent sententiā pt̄ forcia uirorum. || p. 255 ||

DE FURTO. Si quis furtū fecerit secundu̓ qd̄ in lege nā scriptū ē ita omnia soluat ad integrum.

DE FALSO TESTIMONIO; Si quis testimoniu̓ falsu̓ dixerit quia om̄ fratres sumus in xp̄o fiat secundu̓ lege̓ nām condemnatus. sic̄ fieri debuit ill̄ que̓ nocere uoluit;

DE RIXA. Si quis alteri criminosu̓ uerbu̓ dixerit in rixa aut ei ꝓbet qd̄ uerū dixisset aut iuratus faciat qd̄ ꝑ ira̓ dixisset et ueru̓ illu n̄ sciat, et p' tale sacram̄tū fiat battutus aut redemat suu̓ dossu̓ ad VI sold̄. si pagare uolunt de suo gradu potestatē habeant qd̄ si de infidelitate aut de homicidiu̓ dictu̓ fuit n̄ eis liceat obmutiscere sed inquiratur prumptissime.

DE OPP̄SSIONE PAUPERUM ET RECLAMACIOnes. Ut nullus ausus sit in ambacto suo pauperū opp̄ssiones exercere uel malo ordine de qualecūq: rem distringere aut inquietare. Qd̄ si quis fecerit pauꝑ ille licenciā habeat ad dōnū uenire. et suā inquietudinē reclamare et dicere. Qd̄ si q̄ fuerit qui eū ꝓhibeat ad domnū uenire conp̄ sol. III. Et unusquisq: in ambacto suo om̄ iusticias facere. et om̄ malicicias em̄dare n̄ neglegat sed utilit̄ decertet. Qd̄ si n̄ fecerit. fiat degrada || p. 256 || tus de suo ministerio et in illius locu̓ alteru̓ constituatur maiores uero culpas seniorib; iudicib; p̄sentent'. Ut om̄. aduentiones rei a seniorib; iudicib; prumptissime inquirant' considerantes culpam atq. ꝑsona quo orta uel gesta fuerit et secundu̓ illoru̓ consideratione omnia definiantur ne aliquis sine culpa condamnet'. Statuimus en̄ ut om̄ pb̄r habeat breuē istū semꝑ haput se. et in uno quoq: m̄se duas uices legat eū coram omni populo et explanet eū illis. que illi bene possint intellegere unde se debeant emendare uel custodire.



*d*) Ex codd. Reg. Par. 4410, 4412, Vat. Reg. Suec. 1023.

*FORMA IV.* [d]

*FORMA III.* [c]

*c*) Ex codd. Reg. Par. 4410, 4412, Vat. Reg. 1023, Lugd. Bat. 114.



† Add. amitae maioris filius filia.
‡ Leg. amitae magnae nepos neptis.
‡‡ Leg. patrui magni filius filia | amitae magnae filius filia | patrui nepos neptis | amitae nepos neptis.

† Add. filia.

§ Partim falso explicantur in hoc schemate sobrini et consobrini.

*FORMA I.* [a]

*a*) Ex codd. Vat. Reg. Suec. 1023, Acad. Lugd. Bat. 114, Reg. Par. 4410 et 4412.




*FORMA II.* [b]

*b*) Ex codd. Vat. Reg. Suec. 1048 Bern. Lugd. Bat. 114, Reg. Par. 4409.



# FORMA V.*)

| | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | | Tritavus meus, atavi mei pater, abavi mei avus, proavi mei proavus, avi mei abavus, patris mei atavus, cui ego sum trinepos.<br>VI. | | | | | |
| | | | | Atavi mei filia, abavi mei soror, proavi mei amita, avi mei amita magna, patris mei amita maior, mihi amita maxima, cui ego sum patris adnepos.<br>VI. | Atavus meus, abavi mei pater, proavi mei avus, avi mei proavus, patris mei abavus, cui ego sum adnepos.<br>V. | Atavi mei filius, abavi mei frater, proavi mei patruus, avi mei patruus magnus, patris mei patruus maior, mihi patruus maximus, cui ego sum adnepos patris.<br>VI. | | | | |
| | | | Abavi mei nepos, proavi mei sororis filius, avi mei consobrinus, patris mei propius sobrinus, mihi sobrinus.<br>VI. | Abavi mei filia, proavi mei soror, avi mei amita, patris mei amita magna, mihi amita maior, cui ego sum fratris pronepos.<br>V. | Abavus meus, proavi mei pater, avi mei avus, patris mei proavus, cui ego sum abnepos.<br>IV. | Abavi mei filius, proavi mei frater, avi mei patruus, patris mei patruus magnus, cui ego sum fratris pronepos.<br>V. | Abavi mei nepos, proavi mei fratris filius, avi mei frater patruelis, patris mei propius sobrinus, mihi sobrinus.<br>VI. | | | |
| | | Proavi mei pronepos, avi mei sororis nepos, patris mei propius sobrinus, mihi sobrinus.<br>VI. | Proavi mei nepos, avi mei sororis filius, patris mei sobrinus, mihi propius sobrinus.<br>V. | Proavi mei filia, avi mei soror, patris mei amita, mihi amita magna, cui ego sum fratris nepos.<br>IV. | Proavus meus, avi mei pater, patris mei avus, cui ego sum pronepos.<br>III. | Proavi mei filius, avi mei frater, patris mei patruus, cui ego sum fratris nepos.<br>IV. | Proavi mei nepos, avi mei fratris filius, patris mei frater patruelis, mihi propius sobrinus.<br>V. | Proavi mei pronepos, avi mei fratris nepos, patris mei propius sobrinus, mihi sobrinus.<br>VI. | | |
| | Avi mei abnepos, patris mei sororis pronepos, mihi loco sobrini, vel amitae meae pronepos.<br>VI. | Avi pronepos, patris mei sororis nepos, mihi propius sobrinus, vel amitae meae nepos.<br>V. | Avi mei nepos, patris mei sororis filius, mihi sobrinus amitinus.<br>IV. | Avi mei filia, patris mei soror, ego illi sum fratris filius.<br>III. | Avus meus, patris mei pater, cui ego sum nepos.<br>II. | Avi mei filius, patris mei frater, mihi patruus; ego illi sum fratris filius.<br>III. | Avi mei nepos, patris mei fratris filius, mihi frater patruelis, id est consobrinus.<br>IV. | Avi mei pronepos, patris mei fratris nepos, mihi propius sobrinus vel patrui mei nepos.<br>V. | Avi mei abnepos, patris mei fratris pronepos, mihi loco subrini, patruo meo pronepos.<br>VI. | |
| Sororis meae abnepos, patris mei adnepos; ego sum illi avunculus maximus.<br>VI. | Sororis meae pronepos, patris mei abnepos, ego sum illi avunculus maior.<br>V. | Sororis meae nepos, patris mei pronepos; ego illi sum avunculus magnus.<br>IV. | Sororis meae filius, patris mei nepos; ego illi sum avunculus.<br>III. | Soror mea, patris mei filia.<br>II. | Pater meus, cui ego sum filius.<br>I. | Frater meus, patris mei filius.<br>II. | Fratris mei filius, patris mei nepos; ego sum illi patruus.<br>III. | Fratris mei nepos, patris mei pronepos; ego sum illi patruus magnus.<br>IV. | Fratris mei pronepos, patris mei abnepos; ego sum illi patruus maior.<br>V. | Fratris mei abnepos, patris mei adnepos; ego sum illi patruus maximus.<br>VI. |

*) Ex codd. Vat. Reg. Suec. 1023 fol. 66[b] 67[a] et Reg. Paris. 4410 fol. 2[b] et 3[a].

## FORMA VI.[a])

Ego. Filius meus; ego sum pater. Nepos meus, filii mei filius; ego sum illi avus. Pronepos meus, filii mei nepos, nepotis mei filius; ego illi sum proavus. Abnepos meus, filii mei pronepos, nepotis mei nepos, pronepotis mei filius; ego illi sum abavus. Adnepos meus, filii mei abnepos, nepotis mei pronepos, pronepotis mei nepos, abnepotis mei filius; ego illi sum atavus. Trinepos meus, filii mei adnepos, nepotis mei abnepos, pronepotis mei pronepos, abnepotis mei nepos, adnepotis mei filius; ego illi sum tritavus.[b])

OMNIUM COGNATIONUM VOCABULA ET GRADUS HIS OMNIBUS CONSTAT PATER duobus modis intelligitur, naturalis et voluntarius. Naturalis pater est, qui creavit. Voluntarius, qui adoptavit, filium sibi arrogavit. Ab utroque parente cognationes retinere consuevimus, agnationes ab eo, cuius in potestate sumus. Pater mihi est, qui me liberum ex matrefamilia sua genuit; ego illi sum filius. Avus est patris mei pater et matris meae pater, ego illi sum nepos. Proavus mihi est avi mei pater et aviae meae pater, ego illi sum pronepos. Abavus mihi est proavi mei pater, quasi alter avus, hoc est superior avus, ego illi sum abnepos. Atavus mihi est abavi mei pater et aviae meae quasi tertius pater. Ego illi sum adnepos.[c])

FEMINA HISDEM DE CAUSIS APPELLAT

patrem, avum, proavum (abavum), atavum, tritavum. Mater mihi est, quae me liberum peperit, ego illi sum filius. II. Avia mihi est patris mei mater et matris meae; ego illi sum[d]) nepos. III. Proavia mihi est avi mei mater et aviae meae; ego illi sum pronepos. IV. Abavia mihi est proavi mei mater et proaviae meae; ego illi sum abnepos. V. Atavia mihi est abavi mei mater et abaviae meae; ego illi sum adnepos. VI. Tritavia mihi est atavi mei et ataviae meae mater, ego illi sum trinepos.

FEMINA HISDEM DE CAUSIS APPELLAT

matrem, aviam, proaviam, abaviam, ataviam, tritaviam. I. Filius meus est, qui ex me libero et matrefamilias mea natus est, atque ego adoptavi arrogandumque curavi. Ego illi sum pater. II. Nepos meus est filii mei filius et filiae meae; ego illi sum avus. III. Pronepos mihi est nepotis mei filius et neptis meae; ego illi sum proavus. IV. Abnepos mihi est pronepotis filius et proneptis meae; ego illi sum abavus. V. Adnepos mihi est abnepotis mei filius et abneptis meae; ego illi sum atavus. VI. Trinepos mihi est adnepotis mei filius et adneptis meae; ego illi sum tritavus.

FEMINA HISDEM DE CAUSIS APPELLAT

filium, nepotem, pronepotem, abnepotem, adnepotem, trinepotem. I. Filia mea est, quae ex libero me et matrefamilias mea nata est; ego illi sum pater. II. Neptis est filii mei filia et filiae meae; ego illi sum avus. III. Proneptis est mihi nepotis mei filia et neptis meae; ego illi sum proavus. IV. Abneptis est pronepotis mei filia et proneptis meae; ego illi sum abavus. V. Adneptis est abnepotis mei filia et abneptis meae; ego illi sum atavus. VI. Trineptis est adnepotis mei filia et adneptis meae; ego illi sum tritavus.

FEMINA HISDEM DE CAUSIS APPELLAT FILIAM, NEPTEM, PRONEPTEM, ABNEPTEM, ADNEPTEM, TRINEPTEM.

a) Haec forma in codd. Reg. Par. 4410 fol. 2, 4412 fol. 72, et quatenus adest, in cod. Vat. Reg. Suec. 1023 fol. 64ª intra duas columnas distributa est. b) Haec in codd. Vat. Reg. Suec. 1048, Lugd. Bat. 114 fol. 7ᵇ septem circulis inclusa sunt, quorum singuli unum gradum comprehendunt; ille, in quo v. *Ego* inest, in capite stemmatis est, ex quo pendent a latere dextro tres circuli, nomina primi, tertii et quinti gradus, totidem a latere sinistro, nomina secundi, quarti et sexti gradus comprehendentes. Seqq. desunt. c) Tritavus om. d) Hinc incip. cod. Vat. Reg. Suec. 1023.

# I. GLOSSAE

CODICUM VAT. REG. SUECIAE 1048, PARIS. 4409, 4419, AUREL. 207, MONTISPESS. 136 et partim LUGDUN. 303.

*Abactor:* ad Pauli tit. de Abact. (V, 19). Ex cod. Vat. 1048. Isidor. Or. X, 14.

*Abolitio:* ad tit. C. Th. de Abolitionibus (IX, 27). Ex cod. Vat. 1048. Cf. explanatio titulorum.

*Actores* sunt exactores vel receptores publici debiti: ad c. ult. C. Th. de Off. rect. prov. (I, 6). Ex codd. Montisp. 136 et Vat. 1048.

*Actores* et *curatores:* ad C. Th. de His, qui latrones (IX, 22). Ex cod. Vat. 1048. Cf. Isidorus v. *Actores.*

*Addictum:* ad c. 1 C. Th. de Off. pr. pr. (I, 5). Ex cod. Vat. 1048. Cf. Nonius Marc. v. *Addictum.*

*Administrare* est publicum officium gerere, quia administratio est rei publicae functio: ad tit. X. Nov. Val. Ex cod. Vat. 1048.

*Adolescentia* vid. v. Uterini.

*Aetas* vid. v. Decrepita, Firmata.

*Advocatus.* Quod advocatus alterius esse non possit, nisi ei per mandantem suum hoc est uuadium causam sic agendam commiserit: ad c. 3 C. Th. de Cognitor. (II, 12). Ex cod. Vat. 1048.

*Agere* id est intendere, inquirere: ad c. 6 C. Th. de Postliminio (II, 4). Ex cod. Vat. 1048.

*Aquiliae.* Aquilius fuit auctor, qui legem condidit, quae hactenus Aquilia nuncupatur: ad §. 23 Pauli de Furtis (II, 31). Ex codd. Vat. 1048 et Aur. 207.

*Aripennis* vid. v. Digitus.

*Arra:* ad c. 6 C. Th. de Sponsal. (III, 5). Ex cod. Vat. 1048. Isidor. Or. IX, 7, 6.

*Assessor* dicitur, qui assidet ad gesta publica transscribenda: ad c. 1 C. Th. de Assess. (I, 11). Ex cod. Vat. 1048.

*Avus:* ad c. 1 C. Th. Qui petant (III, 18). Ex cod. Vat. 1048. Isid. Or. IX, 5, 9.

*Bona:* ad c. 2 C. Th. de Revocandis don. (VIII, 6). Ex codd. Vat. 1048, Montisp. 136. Isidor. Orig. V, 25, 4.

*Bonorum possessio:* ad c. 1 C. Th. de Cretione (IV, 1). Ex codd. Vat. 1048, Montisp. 136. Isidor. Orig. V, 25, 6.

*Calumnia:* ad c. 1 C. Th. de Rei vind. (II, 23). Ex cod. Vat. 1048. Isid. Or. V, 26, 8.

*Calumnia:* ad c. 6 C. Th. de Sponsal. (III, 5). Ex cod. Vat. 1048. Nonius Marcellus p. 263 ed. Mercer., p. 179 ed. Gerlach.

*Carcer* est ab arcendo dicimus quod intra se clusos arcet id est prohibet egredi: ad c. 10 C. Th. de Accus. (IX, 1). Ex cod. Montisp. 136. Similiter Isidor. Orig. XV, 2, 46 et V, 27, 13. Cf. etiam Varro V, 151.

*Castrense peculium:* ad c. 3 C. Th. de Postulando (II, 10). Ex codd. Vat. 1048, Montisp. 136. Paul. Sentent. III, 4, 3.

*Centesima* usura est, quae et hemiolia dicitur: ad c. 1 C. Th. de Usuris (II, 33). Ex cod. Vat. 1048.

*Centesimam* tantum et dimidium tantum — Duplicatur vero centesima, quotiens in triplum redditur, quod accipitur: ad c. 1 C. Th. de Usuris rei iud. (IV, 17). Ex cod. Vat. 1048.

*Cessio:* ad c. 2 C. Th. Qui bonis (IV, 18). Ex cod. Montisp. 136. Isid. Or. V, 25, 32.

*Cives* dicti quasi concives quod communiter vivant. *Civilia negotia* quae inter se cives Romani communi ratione decernunt: ad c. 2 C. Th. de Iurisdict. (II, 1). Ex cod. Montisp. 136 et cod. Vat. 1048. Similiter Isidor. Orig. IX, 4, 2.

*Climata* vid. v. Digitus.

*Collega* a coniunctione dicitur, id est socius in consulatu; nam duo consules erant apud antiquos: ad tit. VII. Nov. Val. de Indulg. deb. Ex cod. Vat. 1048.

*Collegiati:* ad c. 1 C. Th. de Colleg. (XIV, 1). Ex codd. Vat. 1048, Montisp. 136. Isidor. Orig. IX, 4, 29.

*Colonus:* ad c. 1 C. Th. de Iurisdict. (II, 1). Ex cod. Vat. 1048. Isidor. Or. IX, 4, 36. Cf. v. Inquilinus.

*Communi dividundo:* ad c. 1 C. Th. de Communi divid. (II, 25). Ex cod. Vat. 1048. Isidor. Or. V, 25, 10.

*Conditiones:* ad c. 1 C. Th. de Donat. (VIII, 5). Ex cod. Vat. 1048. Isid. Or. V, 24, 29.

*Conludium* est iurgium rixae; *Conluvium* vero collectio sordium: ad c. 5 C. Th. de Div. rescr. (I, 2). Ex cod. Vat. 1048.

*Conluo:* carcarizo: ad c. 2 C. Th. de Div. rescr. (I, 2). Ex cod. Vat. 1048.

*Consobrinus.* Consobrini dicti, quasi consororini, quod de singulis nascuntur sororibus: ad §. 4 Pauli de Gradibus (IV, 10). Ex cod. Aur. 207.

*Consuetudo:* ad tit. C. Th. de Longa Consuet. (V, 12). Ex codd. Vat. 1048, Montisp. 136. Isidor. Orig. II, 10, 2, 3; V, 3, 3, 4.

*Contractus* est emtio vel venditio vel rerum commutatio ex convenientia veniens: ad c. 1 C. Th. de Contrah. emt. (III, 1). Ex cod. Vat. 1048.

*Convenire* dicimus precibus flectere: ad c. 1 C. Th. Si certum (II, 27). Ex cod. Vat. 1048.

*Cretio:* ad c. 1 C. Th. de Cretione (IV, 1). Ex codd. Vat. 1048, Montisp. 136. Isidor. Or. V, 24, 15, 16.

*Crimen:* ad c. 8 C. Th. de Iurisd. (II, 1). Ex cod. Vat. 1048 et Isidoro.

*Curatores* vid. v. Actores.

*Curia:* ad tit. C. Th. de Decur. (XII, 1). Ex codd. Vat. 1048, Montisp. 136, Reg. Par. 4409, Non. Marcell. p. 57 ed. Mercer., p. 40 ed. Gerlach. Savigny l. c. T. II. p. 57 (ed. I.), p. 58 (ed. II.).

*Curiales* in hac lege aequi voce intelliguntur sicut et milites. Nam non solum qui praesunt curiae, sed et qui servitia debent curiales vocantur. Serviebant enim in ordine more militum nec eis fas erat de civitate ad aliam, nisi cuius subditus erat, nec de suo officio ad aliud transmigrare. Testandi autem in extraneas personas facultas nulla erat, sed qui ei succedere vellet, in eodem ordine serviebat: ad c. 7 C. Th. de Decur. (XII, 1). Ex codd. Vat. 1048, Montisp. 136. Cf. c. 2 et 7 C. Th. de Decurion. (XII, 1).

*Curialis* a curia dictus, in qua residebat vel serviebat. Dictus propter curam communem: ad tit. VIII. Nov. Theod. Ne curialis. Ex cod. Vat. 1048. Cf. Nonius Marc. v. *Curia.*

*Data relatione* id est manifestatione scripti: ad c. 1 C. Th. de Iudiciis (II, 18). Ex cod. Vat. 1048.

*Decrepita aetas* vid. v. Uterini.

*Decurio:* ad tit. C. Th. de Decurion. (XII, 1). Ex codd. Vat. 1048, Montisp. 136. Isidor. Orig. IX, 4, 23, 24.

*Decurio* vid. v. Uterini.

*Deferre* est fiduciam non habere vel desperare: ad tit. Pauli de Delator. (V, 15). Ex cod. Vat. 1048.

*Depositum, Deponere:* ad Pauli tit. de Commodato (II, 4). Ex codd. Vat. 1048, Aurel. 207. Isidor. Orig. V, 25, 19.

*Derogare* id est detrahere. *Detrahere* vero est laudem alicuius velle diminuere: ad c. 1 C. Th. de Famosis libellis (IX, 24). Ex cod. Vat. 1048. Paulus Diac. v. *Derogare*, Nonius Marc. v. *Detrahere.*

*Detrahere* vid. v. Derogare.

*Differre* est spatium temporis dare: ad c. 6 C. Th. de Div. rescr. (I, 2). Ex cod. Vat. 1048.

*Digitus* est pars minima agrestium mensurarum. Inde *uncia* habet digitos tres. palmus autem quatuor digitos habet. *Pertica* pedes X. *Passus* habet pedes V. *Actus* minimae latitudinis pedes IIII. longitudinis pedes CXX. *Actus* duplicatus iugerum facit. *Climata* quoque versum pedes XC. (LX?) *Iugerum* in longitudine pedes CCXL. In latitudine CXX. *Aripennis* est semi iugerum. In longitudine pedes CXX. In latitudine LX. Duo aripennas iugerum faciunt qui est et centuria: ad Pauli tit. Item de Testamentis (III, 6, §. 12). Ex codd. Vat. 1048, Aurel. 207. Isidor. Orig. XV, 15, 2, 4, 5.

*Domesticus* dicitur omnia, quae intra domum geruntur, sciens: ad c. 2 C. Th. de Assessor. (I, 11). Ex cod. Vat. 1048.

*Domus:* ad c. 2 C. Th. de Assess. (I, 11). Ex cod. Vat. 1048. Isid. Or. IX, 4, 3.

*Donatio:* ad c. 1 C. Th. de Sponsal. (III, 5). Ex codd. Vat. 1048, Montisp. 136. Isidor. Orig. V, 24, 25.

*Dos* vid. v. Sponsalicia largitas.

*Dotem:* ad c. 1 C. Th. de Inoffic. dot. (II, 21). Ex cod. Vat. 1048. Isid. Or. V, 24, 25.

*Emancipati filii* vocantur a servitio patris liberti cui more servorum servire debuerant: ad c. 5 C. Th. de Matern. bon. (VIII, 9). Ex cod. Vat. 1048.

*Emancipatio:* ad c. 1 C. Th. de Inoffic. testam. (II, 19). Ex cod. Vat. 1048. Isidor. Orig. IX, 5, 17.

*Emtio:* ad c. 2 C. Th. de Contrah. emt. (III, 1) et ad c. 1 C. Th. de Aedilit. act. (III, 4). Ex cod. Montispess. 136. Isidor. Orig. V, 24, 24.

*Emtio et venditio:* ad c. 2 C. Th. de Contrah. emt. (III, 1). Ex cod. Vat. 1048. Isidor. Orig. V, 24, 23.

*Erciscundae:* ad Pauli tit. de Famil. hercisc. (I, 18). Ex codd. Vat. 1048, Aurel. 207. Isidor. Orig. V, 25, 9.

*Exigere* est vi extorquere vel debitum repetere: ad c. 1 C. Th. de Action. ad pot. transl. (II, 13). Ex cod. Vat. 1048. Nonius Marc. v. *Exigere.*

*Exilio* damnatur, qui extra solum mittitur: ad c. 9 C. Th. de Iurisd. (II, 1). Ex cod. Vat. 1048. Isidor. Orig. V, 27, 28.

*Facultates. Quarta.* Videlicet ut cum ipsa hereditate servitio curiae mancipentur servato dignitatis ordine: ad tit. Nov. Th. VIII. Ne Curial. ad senat. dign. Ex cod. Vat. 1048.

*Falcidia* lex ab auctore Falcidio dicitur, qui fuit tribunus plebis sub Octaviano Caesare: ad Gai. tit. XIV. de Lege Falcidia. Ex codd. Vat. 1048, Aurel. 207. Conferendus est Isidor. Orig. V, 15, 2.

*Familia:* ad c. 2 C. Th. de Maternis bon. (VIII, 9). Ex cod. Vat. 1048. Isid. Or. IX, 5, 3.

*Fideicommissum:* ad c. 6 C. Th. de Denuntiat. (II, 4). Ex cod. Vat. 1048. Isidor. Orig. V, 24, 17.

*Fideicommissum:* ad c. 7 C. Th. de Testamentis (IV, 4). Ex cod. Vat. 1048. Isidor. Orig. V, 24, 17.

*Filiam.* Reddit causam, quare filius praetermissus rumpit testamentum, filia vero praetermissa non rumpit: ad Gai. tit. XI. Ex cod. Aurel. 207.

*Finium Regundorum:* ad c. 1 C. Th. Finium regund. (II, 26). Ex cod. Vat. 1048. Isidor. Orig. V, 25, 11.

*Firmata aetas* vid. v. Uterini.

*Fiscus* dictus est saccus publicus vel pellis, in qua testiculi sunt vel vas de viminibus: ad tit. XI. Nov. Val. de Parentibus. Ex cod. Vat. 1048. Isidor. Or. XX, 9, 7 prima vv. habet.

*Forum:* ad Nov. Mart. tit. I. Neminem exhiberi. Ex codd. Vat. 1048, Aurel. 207, Par. 4409. Paul. Diacon. lib. VI. p. 63 ed. Lindemann.

*Frater* vid. v. Mater.

*Functiones* dicuntur officia: ad c. 2 C. Th. de Exactionibus (XI, 4). Ex cod. Vat. 1048.

*Furtum:* ad tit. Paul. de Furt. (II, 32). Ex cod. Vat. 1048. Isid. Or. V, 26, 18.

*Fusia Caninia.* A fusia consule et caninia cognomine dicta est lex Fusia Caninia: ad tit. Pauli ad L. Fur. Canin. (IV, 13). Ex cod. Vat. 1048.

*Gaudia publica* appellantur ordinatio regis vel natalis eius, triumphus de hostibus, subingantia (s. subiugatio) rebellium: ad c. 1 C. Th. Ne quid publicae laetit. (VIII, 4). Ex codd. Vat. 1048, Montisp. 136.

*Germani* vid. v. Uterini.

*Illi vero.* Et est sensus: Primo copulentur parentum, deinde iussu maiestatis: ad c. 1 C. Th. Si nuptiae (III, 10). Ex cod. Vat. 1048.

*Impedire:* ad c. 3 C. Th. de Testamentis (IV, 4). Ex cod. Vat. 1048. Nonius Marc. v. *Impedire*.
*Impubes* libripens esse non potest id est iudex neque antestari id est testis esse: ad Gai. tit. VI. Ex codd. Vat. 1048, Par. 4409.
*Incestam:* ad C. Th. de Incestis Nupt. (III, 12). Ex cod. Vat. 1048. Isid. Or. V, 26, 24.
*Infamis:* ad c. 1 C. Th. de Pactis (II, 9). Ex cod. Vat. 1048. Cf. Isid. Or. X, 135.
*Infantia* vid. v. Uterini.
*Infiteutica* res est quae de fisco transfertur in privatum: ad c. 3 C. Th. de Administrat. (III, 19). Ex cod. Montisp. 136.
*Infiteutica* res est quae de fisco transit in proprium: ad tit. VIII. Nov. Val. De XXX ann. praescr. Ex cod. Vat. 1048.
*Infitiatio:* ad Pauli tit. Quemadmodum act. (I, 19). Ex codd. Vat. 1048, Aurel. 207. Isidor. Orig. V, 26, 20.
*Ingenui:* ad c. 1 C. Th. de Patribus (III, 4). Ex cod. Vat. 1048. Isid. Or. IX, 4, 46.
*Inlatio* est importatio: ad c. 1 C. Th. de Annona (XI, 1). Ex cod. Vat. 1048.
*Inofficiosum* dictum quasi inactuosum, i. e. sine affectione: ad c. 1 C. Th. de Inoff. donat. (II, 18). Ex cod. Vat. 1048.
*Inofficiosum testamentum:* ad c. 5 C. Th. de Inoffic. test. (II, 19). Ex cod. Vat. 1048. Isidor. Orig. V, 24, 9.
*Inquilinus.* Distat inter inquilinos et colonos, quod inquilini sunt, qui alterius terram incolunt, sed non in ea perpetuo durant, sed migrant de loco ad locum. *Coloni* vero colunt alterius terram quasi suam sed non migrant sed in ea perdurant: ad c. 1 C. Th. de Inquil. (V, 10). Ex codd. Vat. 1048, Montisp. 136. Conferri potest Isidor. Orig. IX, 4, 36—38.
*Institores* sunt negotiatores dicti, quod instant mercimoniis et lucris: ad Pauli tit. de Institor. (II, 8). Ex cod. Aurel. 207.
*Integri restitutio* est causae vel rei reparatio: ad tit. Pauli de Int. rest. (I, 7). Ex cod. Aurel. 207.
*Interdictum:* ad Pauli tit. de Interdictis (V, 6). Ex codd. Vat. 1048, Aurel. 207. Isidor. Orig. V, 25, 33.
*Interpellare:* ad c. 4 C. Th. Unde vi (IV, 20). Ex cod. Vat. 1048. Non. Marc. v. *Interpellare*.
*Intestatus:* ad c. 4 C. Th. de Legit. her. (V, 1). Ex codd. Vat. 1048, Montisp. 136. Nonius Marcellus p. 323 ed. Mercer., p. 221 ed. Gerlach.
*Invadere:* ad c. 1 C. Th. Unde vi (IV, 20). Ex cod. Vat. 1048. Non. Marc. v. *Invadere*.
*Iugerum* vid. v. Digitus.
*Iurgium et lis:* ad c. 1 C. Th. de Fructibus (IV, 16). Ex cod. Vat. 1048. Nonius Marcellus ed. Mercer. pag. 430, ed. Gerlach. p. 292.
*Iuridica verba* sunt, quae in iure, id est, in Paulo iuridico leguntur: haec ita dico ita lego etc.: ad c. 4 C. Th. de Dotibus (III, 13). Ex cod. Vat. 1048. De ultimis vv. cf. Isidor. Orig. V, 24, 12.
*Ius civile:* ad tit. I. Nov. Th. de Theod. Cod. Auct. Ex cod. Vat. 1048. Isid. Or. V, 5. Cicer. Top. c. 2.
*Ius liberorum:* Isidor. Orig. V, 24, 13. *Ius:* ad c. 1 C. Th. de Legit. hered. (V, 1). Ex codd. Vat. 1048, Montisp. 136. Isid. Or. V, 3, 1.
*Ius Quiritium*, hoc est civitatem romanam consecuta: ad Pauli tit. ad Sc. Tertull. (IV, 9). Ex cod. Vat. 1048.
*Iustitia* porro ea virtus est, quae sua cuique distribuit. (Cf. Isidor. II, 24, 6.) Igitur iustitia non est quae ipsum hominem deo vero tollit et inmundos demonibus subdit: ad tit. IX. Nov. Val. de Colonis Vagis. Ex cod. Vat. 1048. Vid. v. Respublicae.
*Iuventus* vid. v. Uterini.
*Legare* proprie est destinare vel dare. Unde et legatum dicimus destinatum vel datum ab eo, quod est lego, legas, inde delego, delegas. *Legatum* pro rei negotio intelligimus vel hominem vel rem ipsam: ad Gai. tit. XIII. de Legatis. Ex codd. Vat. 1048, Aurel. 207.
*Leges Rhodiae:* ad Pauli tit. ad Leg. Rhod. (II, 7). Ex cod. Aurel. 207. Ex Isidor. Orig. V, 17.
*Legitimum cursum* appellat inducias quatuor aut quinque mensium in lege concessas: ad c. 5 C. Th. de Denuntiat. (II, 4). Ex cod. Vat. 1048.
*Lex Papia* a Papia auctore dicta: ad c. 2 C. Th. de Inoff. dot. (II, 21). Ex codd. Vat. 1048, Montisp. 136.
*Lex* proprie dicitur ex eo quod animos nostros liget suisque teneat obnoxios institutis: ad C. Th. tit. de Constit. princ. (I, 1). Ex cod. Vat. 1048.
*Libertas.* Priscis temporibus apud Romanos tribus modis dabatur libertas. Censu scilicet. Vindicta et testamento. Censu, quoniam institutio fuerat romanorum, ut nullus ex servili genere infra VII miliaria in circuitu civitatis commaneret, nisi servitutis vinculo solveretur. Et hoc erat censu fieri liberum, in coloniam transire romanorum eos, qui quondam censum solvebant, ut dato censu civis diceretur romanus. Erat pars altera adipiscendae libertatis, quae vindicta vocabatur. Vindicta erat quaedam virgula, quam lictor ei, qui liberandus erat a servitio, capiti imponens eundem servum in libertatem vocabat et vindicabat, dicens quaedam verba solennia. Et ideo illa vindicta vocabatur, eo quod vindicabat in libertatem servum. Illa etiam pars faciendi liberi est, si quis in suprema voluntate in testamenti serie servum suum liberum scripserit, quod et modo fieri solet. Unde Cicero in topicis volens monstrare eum, quem servum esse constiterit, non esse liberum factum, buiusmodi proponit syllogismum: Si neque censu neque vindicta neque testamento liber factus est, non est liber, atqui nulla earum partium liber factus est, non est igitur liber: ad c. 1 C. Th. de Liberali caus. (IV, 8). Ex cod. Vat. 1048. Cf. Ulpian. tit. I. §. 6. De Vindicta Cicer. Topic. c. 2 et Boet. ad Cic. l. l.
*Locatio* et *Conductio:* ad tit. Pauli de Locato et cond. (II, 19). Ex cod. Vat. 1048. Isidor. Orig. V, 25, 12 et 13.
*Locatio.* Requirendum in libris Pauli, quid sit locatio conductio: ad §. 15 tit. XVI. Gaii de Oblig. Ex cod. Aur. 207.
*Magi* vid. v. Malefici, Mathematici.
*Maiestas:* ad c. 2 C. Th. Ne praeter crimen (IX, 3). Ex codd. Vat. 1048, Montisp. 136. Isid. Or. V, 26, 25.
*Malefici* sunt qui utuntur victimis et sanguine et saepe contingunt corpora mortuorum. *Incantatores* sunt, qui solis verbis innituntur qui et arioli vocantur. *Magi* qui de singulis rebus philosophantur. *Chaldaei* (h. v. add. Montisp.) qui mathematicorum more de secretis creaturarum disputant: ad c. 1 C. Th. de Maleficis (IX, 13). Ex codd. Vat. 1048, Montisp. 136. Isid. Or. VIII, 9, 10, 15. Alia de suis explicat interpres.
*Maleficio* id est veneno aut incantatione: ad c. 1 C. Th. de Dotibus (III, 18). Ex cod. Vat. 1048.
*Mallati* vel in iudicium provocati: ad c. 7 C. Th. de Div. rescr. (I, 2). Ex cod. Vat. 1048.
*Mancipium* quasi manu captum, sicut servus a servando: ad c. 1 de His qui a non dom. (IV, 9). Ex cod. Vat. 1048.
*Mandatum:* ad c. 9 C. Th. de Accusat. (IX, 1). Ex cod. Vat. 1048. Isid. Or. V, 24, 20.
*Mater* dicta quasi materia quod exinde aliquid efficiatur. *Frater* dictus quod sit ex eodem fructu, soror ex eodem semine. Isidorus dicit. Nonius Marcellus dixit: quod fratrū proprietatem nigidius cautissime dixit. Frater inquit dictus quia fere alter. Antistius Labeo dixit. *Soror* appellata est quod quasi seorsim nascitur separaturque ab eo domo in qua nata est: ad c. 2 C. Th. de Secund. nupt. (III, 8). Ex cod. Vat. 1048. Similiter cod. Montisp. 136. Isidor. Or. IX, 5, 6; IX, 6, 5, 12. Nonius Marcellus p. 35, 36 ed. Mercer., p. 24 ed. Gerlach., p. 52 ed. Mercer., p. 36 ed. Gerlach.
Hoc est, si *mater* tutelam filiorum susceperit, et ad alias nuptias postea transierit, ipsa et maritus teneantur obnoxii: ad Nov. Th. de Tutor. tit. V. Ex cod. Vat. 1048.
*Mathematici* sunt magi. *Magi* autem dicti quasi magni a magnis rebus, quas gerunt vel agunt: ad Pauli tit. de Vaticinat. (V, 23). Ex cod. Vat. 1048. Conferri potest Isidor. Orig. VIII, 9, 9.
*Matrona:* ad tit. C. Th. de Off. iud. omn. (I, 9). Ex cod. Vat. 1048 et ex Explanatione titulorum.
*Momentum:* ad c. 1 C. Th. Unde Vi (IV, 20). Ex cod. Vat. 1048. Isid. Or. V, 25, 25.
*Momentum:* ad C. Th. Si de momento (XI, 12). Ex cod. Vat. 1048. Cf. Expl. titt. ad h. t.
*Moratoria* dicta, quae moras innectit: ad c. 3 C. Th. de Div. rescr. (I, 2). Ex cod. Vat. 1048.
*Municipales, Municeps, Munificus:* ad c. 1 C. Th. ad L. Cornel. de Falsis (IX, 15). Ex cod. Lugd. Isid. Or. X, 166; IX, 3, 21; IX, 4, 21 et 22.
*Naturales* vid. v. Uterini.
*Naturales filii:* ad c. 1 C. Th. de Natural. fil. (IV, 6). Ex codd. Vat. 1048, Montisp. 136. Isidor. Orig. IX, 5, 19.
Tale est, quod dixit, *negotiatores*, qui emendi vendendique gratia per provincias discurrunt, solvant tributa. Qui vero rem, quam possidet, aut pecus, quod nutrivit, vendiderit, non constringatur ad solutionem auri: ad c. 1 C. Th. de Lustral. collat. (XIII, 1). Ex codd. Vat. 1048, Montisp. 136.
*Notare*, id est opprobrio haberi. *Nota* dicitur probrum et *nota* dicitur signum et nota distinctio: ad c. 1 C. Th. de His qui potent. (II, 14). Ex cod. Vat. 1048. Nonius Marc. v. *Nota*.
*Numerarii:* ad c. 1 C. Th. de His quae administrant. (VIII, 8). Ex codd. Vat. 1048, Montisp. 136, Reg. Par. 4413. Isidor. Orig. IX, 4, 19.
*Nuncupatio:* ad c. 7 C. Th. de Testam. (IV, 4). Ex codd. Vat. 1048, Montisp. 136. Isidor. Orig. V, 24, 12.
*Obligatio* est verborum vel literarum aut etiam muneris vel consensu manifesta et inevitabilis constrictio vel ad redhibitionem iusta damnatio: ad Gai. tit. XVII. de Obligat. Ex codd. Vat. 1048, Aurel. 207. Cf. Gai. tit. IX. lib. II. de Oblig. init.
*Obtenta* vel inpetrata: ad c. 1 C. Th. de Div. Rescr. (I, 2). Ex cod. Vat. 1048.
*Officium* iudicis est ministri omnes, qui curiae deserviunt: ad tit. C. Th. de Off. iud. civ. (I, 7). Ex cod. Vat. 1048.
*Ordinarii* vocantur milites vel iudices, qui in ordine quo ingrediuntur militant vel iudicant: ad c. 8 C. Th. de Iurisdict. (II, 1). Ex cod. Vat. 1048. De *milite* ordinario cf. Isidor. Orig. IX, 3, 33.
*Ordinatores* publicarum rerum iudices dicti: ad c. 5 C. Th. de Iurisdict. (II, 1). Ex codd. Vat. 1048, Montisp. 136.
*Ordo veritatis* est, quando intentionem pulsantis sequitur responsio depellentis ad ultimum sententia ponitur iudicis: ad c. 2 C. Th. de Officio rect. prov. (I, 6). Ex codd. Vat. 1048, Montisp. 136.
*Originarius* est, qui ex origine servitium debet. *Servus* vero qui in bello captus servatur ad vitam vel servitium: ad tit. XII. Nov. Val. de Episcop. iudic. Ex codd. Vat. 1048, Aurel. 207. De servo cf. potest Isidor. Orig. V, 27, 32.
*Pactiones* dicuntur conditiones. *Pacisci* vero est definire: ad tit. Pauli de Pactis (I, 1). Ex cod. Aur. 207.
*Pactum:* ad c. 1 C. Th. de Pactis (II, 9). Ex cod. Vat. 1048. Cf. Isid. Or. V, 24, 18, 19.
*Paraveredus.* Genera sunt vehiculorum ad onera in itinere vehenda: ad c. 1 C. Th. de Cursu publ. (VIII, 2). Ex codd. Vat. 1048, Montisp. 136. — hic add.: id est portanda.
*Passus* vid. v. Digitus.
*Patres conscripti, Patricii:* ad tit. VII. Nov. Val. de Indulgent. Ex cod. Vat. 1048. Isidor. Orig. IX, 4, 11; IX, 3, 25.
*Patrimonium* est patris possessio: ad Nov. Severi. Ex cod. Vat. 1048.
*Patruus, nepos:* ad c. 4 C. Th. de Legit. hered. (V, 1). Ex codd. Vat. 1048, Montisp. 136. Isidor. Orig. IX, 6, 16 et IX, 5, 26.
*Peculium:* ad c. 1 C. Th. de Liberali caus. (IV, 8). Ex cod. Vat. 1048. Isid. Or. V, 25, 5.
*Peremtoria*, quae funditus causam exstinguit: ad c. 3 C. Th. de Div. rescr. (I, 2). Ex cod. Vat. 1048.

*Pertica* vid. v. Digitus.
*Polyptici* intelliguntur libelli diversarum provinciarum, in quibus exactiones continentur tributorum secundum morem (Montisp. *tenorem*) uniuscuiusque provinciae, quibus nil addere, nil demere cuiquam licitum erat. Dictus autem polypticus quasi populi actus vel, ut quidam volunt, politypus quasi populi typus id est consuetudo: ad c. 1 C.Th. de Discussor. (XI, 7). Ex codd. Vat. 1048, Montisp. 136.
*Populus* vid. v. Respublicae.
*Posthumus:* ad Gaii tit. XV. Ex codd. Vat. 1048, Aurel. 207. Isid. Or. IX, 5, 22.
*Postliminium:* ad tit. C.Th. de Postlim. (V, 5). Ex cod. Aur. 207. Cf. Expl. titt. ad h. t.
*Potentioribus* verbi gratia, si in malleo non fuerit vilis persona, potentior ut iudex requiret minando ab eo, cur spreverit constringensque fisco coget mulctam pecuniae offerre, qui ob paupertatem res suas cogetur tradere iudici, at postea revocare poterit: ad c. 9 C. Th. de Contrah. emt. (III, 1). Ex cod. Vat. 1048.
*Praedium* dicitur agrorum possessio: ad tit. C.Th. de Postlim. (V, 5). Ex cod. Aur. 207.
*Praefecti:* ad tit. VIII. Nov. Val. de Triginta ann. praescr. Ex cod. Vat. 1048. Isidor. Orig. IX, 3, 26.
*Praeiudicata* res dicitur non ad plenum definita. *Praeiudicium* vero ante iudicium damnatio: ad c. 1 C.Th. de Omissa actionis impetrat. (II, 3). Ex codd. Vat. 1048, Montisp. 136.
*Praetor* dicitur iudex, *praetorium* vero iudiciaria sedes: ad c. 3 C. Th. de Off. iud. omn. (I, 9). Ex codd. Montisp. 136, Vat. 1048.
*Praetores* et *consules:* ad c. 1 C. Th. de Cretione (IV, 1). Ex codd. Vat. 1048, Montisp. 136. Nonius Marcellus p. 23 ed. Mercer., p. 15 ed. Gerlach.
*Principes* hac lege reges intelligis: ad c. 1 C. Th. de Rescr. princ. (I, 2). Ex cod. Montisp. 136.
*Privatus:* ad c. 4 C.Th. de Sponsal. (III, 5). Ex cod. Vat. 1048. Isid. Or. IX, 4, 30.
*Privum:* ad c. 1 C. Th. de Iurisdict. (II, 1). Ex cod. Vat. 1048. Non. Marc. v. *Privum.*
*Procuratores:* ad c. 1 C.Th. de His qui latrones (IX, 22). Ex cod. Vat. 1048. Isidor. Orig. IX, 4, 34, 35; IX, 3, 8.
Qui alicui aliquid *promittit*, si hoc quod promiserat perdiderit, ita solvere debet, ac si non perdidit: ad titulum Pauli de Obligationibus (V, 8). Ex cod. Vat. 1048. Cf. interpretat. ad Pauli Sentent. l. c.
*Proscriptus:* ad c. 4 C. Th. de Bonis Proscript. (IX, 32). Ex codd. Vat. 1048, Montisp. 136. Isidor. Orig. V, 27, 30.
*Pueritia* vid. v. Uterini.
*Quarta* vid. v. Facultates.
*Refusio* est, quando res quae iuste possidetur alteri habenda ceditur nulla praecedente solenni donatione: ad c. 3 C.Th. de Dotib. (III, 13). Ex cod. Montisp. 136.
*Relatio* vid. v. Data.
*Relegatus* et *deportatus:* ad tit. V. Nov. Val. de Sepulcr. Ex cod. Vat. 1048. Isidor. Orig. V, 27, 29.
*Repetundarum:* ad tit. C. Th. ad L. Iuliam repet. (IX, 21). Ex cod. Aurel. 207, Lugd. 303. Isidor. Orig. V, 26, 23.
*Res publicae*, ut Varro breviter definit, res populi, quae definitio, si vera est, nunquam fuit res romana res publica, quia nunquam fuit res populi, quam definitionem voluit esse reipublicae. *Populum* enim definit esse coetum multitudinis iuris consensu et utilitatis communione sociatum, ac per hoc si res publica res est populi, et populus non est, qui consensu non sociatur iuris, non est ius, ubi nulla iustitia est, procul dubio colligitur, ubi iustitia non est, non esse rempublicam. *Iustitia* porro ea virtus est, quae sua cuique distribuit, igitur iustitia non est, quae ipsum hominem deo vero tollit et in mundo daemonibus subdit: ad tit. VIII. Nov. Val. de XXX Ann. praescr. Ex cod. Vat. 1048. Cf. Augustinus de Civitate Dei XIX, 21. Isidorus IX, 4, 5.
*Respublica* regnum vocatur. *Res* sunt quae in nostro iure consistunt. *Iure* autem quae a nobis iuste possidentur nec aliena sunt: ad tit. IX. Nov. Val. de Colonis Vag. Ex cod. Vat. 1048. Isid. Orig. V, 25, 2.
*Revocabit:* Quod unusquisque retinere debeat: ad c. 2 C. Th. de Dotibus (III, 18). Ex cod. Vat. 1048.
*Sacrilegium* (Isidor. Or. V, 26, 12). Requirendum in iure, quae sit poena sacrilegii: ad c. 1 C. Th. Ut dignitatum (VI, 1). Ex cod. Vat. 1048.
*Satisdatio* est complementum: ad tit. Pauli de Satisdando (I, 11). Ex cod. Aur. 207.
*Senatores* dici possunt consiliatores et *senatus* dicitur concilium vel nobilium curia: ad tit. Pauli ad Sc. Silan. (IV, 7). Ex cod. Vat. 1048.
*Senatoribus:* ad c. 4 C. Th. de Usuris (II, 33). Ex codd. Vat. 1048, Montisp. 136. Isidor. Orig. IX, 4, 8.
A *Senatorum* nominibus et consulum, qui auctores fuere legum, vocitantur hae leges: Trebelliana, Pegasiana, Silanina, Tertulliana etc.: ad §. 2 Paul. de Sc. Pegas. (IV, 3). Ex cod. Aurel. 207.
*Senatusconsultum:* ad tit. Pauli de Sc. Maced. (II, 10). Ex codd. Vat. 1048, Aurel. 207. Isidor. Orig. IX, 4, 9; V, 12.
*Senectus* vid. v. Uterini.
*Senium* vid. v. Uterini.
*Servus* vid. v. Originarius.
*Sica* est genus gladii, *sicarii* dicuntur qui hoc gladio utuntur: ad tit. C.Th. ad Leg. Corn. de Sic. (IX, 11). Ex codd. Lugd. et Montisp. 136. Cf. Isidor. Or. X, 252 et XVIII, 6, 8.
*Sortem* intelligamus probitatem vitae et natalium: ad c. 12 C. Th. de Iurisd. (II, 1). Ex cod. Vat. 1048.
*Sponsalicia largitas:* ad c. 2 C. Th. de Repudiis (III, 16). Ex codd. Vat. 1048, Montisp. 136. Isidor. V, 24, 26.
Ad v. *Stateram tenens* i. e. iudicii: ad Gai. tit. VI. Ex codd. Vat. 1048, Aur. 207. Priscianus lib. VIII. p. 792 ed. Putsch.
*Stipulatio:* ad c. 4 C. Th. de Dotibus (III, 13). Ex cod. Vat. 1048. Isidorus Or. V, 24, 30 et Paul. V, 8, 1. Cod. Montisp. 136.
*Suffragia* dicuntur quaedam munuscula vel auxilia: ad c. 1 C.Th. Si certum (II, 27). Ex cod. Vat. 1048.
*Tabellio* et *tabularius:* ad c. 1 C. Th. ad L. Fab. de Fals. (IX, 15). Ex codd. Vat. 1048, Montisp. 136. Isidor. IX, 4, 27.
*Tabularii:* ad tit. C. Th. de Tabular. (VIII, 1). Ex codd. Vat. 1048, Montisp. 136. Isid. Orig. V, 24, 4.
*Tentaverit*, ut contra iudicium quis non facile veniat: ad c. 1 C.Th. de Off. pr. pr. (I, 5). Ex cod. Vat. 1048.
*Testamentarii* filii dicuntur, quibus non hereditate, sed testamento aliquid dimittitur: ad c. 1 C. Th. Qui Petant (III, 18). Ex codd. Vat. 1048, Montisp. 136.
*Testamentum:* ad c. 7 C. Th. de Inoffic. testam. (II, 19). Ex cod. Vat. 1048. Isidor. Orig. V, 24, 2.
*Turma* vid. v. Uterini.
*Tutela:* ad tit. V. Nov. Th. de Tutoribus. Ex cod. Vat. 1048. Cf. Explan. titt. ad h. t.
*Tymelici* vid. v. Uterini.
*Tyrannus* est qui per vim alterius terram invadit: ad c. 1 C. Th. de Ingenuis qui temp. (V, 6). Ex codd. Vat. 1048, Montisp. 136.
*Uncia*, *Digitus:* ad c. 1 C. Th. de Natural. fil. (IV, 6). Ex codd. Vat. 1048, Montisp. 136. Isidor. Orig. XVI, 15, 2 et v. Digitus.
*Usucapio:* ad Pauli tit. de Usucap. (V, 2). Ex cod. Aurel. 207. Isid. Or. V, 25, 30.
*Usura:* ad c. 1 C. Th. de Usuris (II, 33). Ex cod. Vat. 1048. Isid. Or. V, 25, 15.
*Uterini* fratres dicuntur, quia uno utero matris sunt effusi (Isid. Or. IX, 6, 7). *Germani* quod de uno germine id est semine patris. *Tymelici* ex incesto nati. *Naturales* qui ñ sunt ex legitimo matrimonio. Quia plus sunt quam adoptivi idcirco dicuntur naturales. Ut enim inter pedites manipulus appellatur, ita inter equites turma dicitur. Habet autem *turma* (Isid. Or. IX, 3, 51) una equites triginta duos. Hinc qui praeest decurio nominatur. Super hos magister et praefectus equorum. Ad ipsum enim omnis ordinatio decurionum pertinet. *Decurio* (Isid. Or. IX, 4, 23) autem dicitur quia de corpore curiae est vel quia curiae servit. Quantum ad iura pertinet, *pueritia* usque ad quatuordecim annos, *Adolescentia* usque ad viginti; *Firmata* a viginti usque ad viginti quinque: *Legitima* a viginti quinque usque viginti octo vel usque viginti novem vel plus usque triginta. Quanto vero ad communem aetatem *infantia* usque ad septem, *Pueritia* usque ad quatuordecim, *Adolescentia* usque viginti unum. *Iuventus* usque quadraginta novem, *Senectus* usque septuaginta. *Decrepita* deinceps, quae et *senium* dicitur usque ad terminum vitae. Vir post annos bis septem ipsa aetatis necessitate pubescit. Tunc enim moveri incipit ius generationis in masculis. Et tunc purgatio feminarum quae biennio pubertate sua viros praecedere solent. Ex cod. Reg. Par. 4419. De gradibus aetatis cf. Isid. Orig. XI, 2, 2—8. De Pubertate cf. Macrob. lib. VII. Saturnal. cap. 7 et nonnulla vv. hausta sunt ex Macrob. lib. I. in Somn. Scipion. c. 6.
*Verberare:* ad c. 2 C. Th. de Defensor. civit. (I, 10). Ex cod. Vat. 1048. Nonius Marc. v. *Verberare.*
*Vidua* dicta q̃ idua i. e. a viro divisa. Iduare antiqui dividere dicebant: ad c. 1 C.Th. de Nuptiis (III, 7). Ex codd. Vat. 1048, Montisp. 136. — et add. hic: inde et *idus* dicimus.
*Violare* est vim inferre vel corrumpere: ad c. 5 C. Th. de Iurisd. (II, 1). Ex cod. Vat. 1048.
*Vis* est celer impetus et *vis* est fortitudo: ad c. 1 C. Th. de His, qui ad ecclesias (IX, 34). Ex cod. Vat. 1048.

## II. Glossae Codicis Lugdunensis 303.

Cf. supr. p. 109, 111, 121, 123, 127, 173, 175, 177, 179, 181, 183, 185, 187, 189, 195 in not.; p. 255.

*Caesar* primo Scipio dictus, cuius avus kaesa manu propria interemit. Lingua punica kaesa elefas appellatur, a cuius familia iulius descendit, qui nomen Caesaris ut proprium obtinuit, a quo deinceps omnes imperatores Romani caesares sunt dicti. Dicuntur autem et *caesares*, qui cum caesarie ex ventribus matrum prodeunt, vel qui caeso ventre matris vivi educuntur, sicut *agrippe*, qui aegris pedibus nascuntur, nomen sortiuntur. Ad c. 1 C. Th. de Maleficis (IX, 13). Cf. Paulus Diaconus, Servius et Spartianus, et Isidor. Orig. IX, 3, 12. Nonius Marcell. p. 556, 557 ed. Mercer., p. 383 ed. Gerlach.
*Caupones* quasi cuppones, a cupis nomen tractum custodes cuparum vinalium. Ad c. 1 C. Th. ad Leg. Iul. de Adulter. (IX, 4).
*Consortium.* Quidam cum a tiranno requireretur, quos in scelere socios habuisset, omnes amicos tiranni nominavit. Ad c. ult. C. Th. de Accusat. (IX, 1).
*Mancipium.* Qui servabantur antiquitus ad triumphum vel in hoste capiebantur, salutem ademtis bonis tantum precabantur. Inde saltem coniunctio facta per sincopem. Ad c. 1 C. Th. de Emendat. serv. (IX, 9).
*Provinciales.* Provincia quod porrigendo et praestando sit iuncta reipublicae vel in corpore reipublicae iuncta et stricta, ut egyptum redactam in provinciam, quae frumentaria reip. ab octaviano multis annis fuit. Ad c. 2 C. Th. ad Leg. Corn. de Sicar. (IX, 11).
*Sardinia* et *Corsica* insula parvo freto dividuntur; hoc est milia XX, ex quibus

Sardinia habet a meridie contra Numidiam Caralitanos contra Corsicam insulam, hoc est septentrionem versus habet albienses, cuius in longo spatium tenet milia passuum CC. XXX, in lato CCXX. Hec habet ab oriente et a borea tyrrenum mare, quod expectat ad portū urbis Rome. Ab occasu mare Sardum. Ab Africo insulas baleares longe positas. A meridie numidicum sinum. Ad c. 7 C. Th. de Accus. (IX, 1). De freto XX milium cf. Isidor. Orig. XIV, 6, 42.

*Severus* circa verba est proprie: } ad c. 7 C. Th. de Accus. (IX, 1).
*Crudelis* vero monstratur etiam sanguine: }

*Necatus.* Nectus ferro occisus, necatus quolibet alio modo: ad c. 1 C. Th. ad L. Corn. de Sicar. (IX, 11). De necato cf. Priscianus lib. XI. ed. Putsch. Grammat. Lat. p. 930 v. 1 sq. et lib. IX. p. 861 v. 30.

*Subiecta* suppositum. *Subiecta* res est, quae in dicto necessario trahitur, ut cum unum dicitur, alterum in dicto intelligatur. Ut si dicas hominem, bipedes advertis; si dicis servum dominum intendis, unum enim ex altero pendet. Ad c. ult. C. Th. de Accusat. (IX, 1).

*Suffragia*, quasi sufferagia, quod comitiis et electionibus consulum populis insertis stans sufferat agendo et conclamando causam conclamando. Ad c. 9 C. Th. de Accusat. (IX, 1).

*Uncia* tres digitis mensuratur, ut libr ad XXXVI digitos perveniat, continens duos pedes, ut si filiis legitimis XI uncias possessionum reliquerit, duodecimam naturalibus largiri possit, vel certe, sicut novella sancit, octavam partem possessionum unciam nostram et mediam insuper. Quidam antiquiorum unciam iunctura tantum digitorum metiebantur, alii paulo plus, ut ad XII uncias manus trutinata libram perficeret. Ad c. 1 C. Th. de Natural. filiis (IV, 6).

## III. Glossae Codicis Regii Parisiensis 4413.

*Inducia.* Induciae dari possunt a principe, ut per spatium liceat ei emendare malum, quod fecit, sed non potest illi concedere, si legaliter non emendet, nisi ipse accusator voluerit: ad c. 3 C. Th. de Divers. rescr. (I, 2).

*Officium* iudicis est primo loco forum, deinde sententiae legales vel consuetudo arbitralis, tum etiam praesentia pariter et consessus honestiorum civium: ad c. 3 C. Th. de Off. rect. prov. (I, 6).

*Summo supplicio.* Sed iam nolunt Christiani, ut morte Salvatoris aliquis puniatur; unde loco crucis forcipes sunt adibitae: ad c. 1 C.Th. de Off. iud. omn. (I, 9).

*Defensores:* ad c. 2 C. Th. de Defensor. (I, 10). Isidor. Orig. IX, 4, 18.

*Privatos.* Similiter ut illos, qui habent alodos, cogerit iuxta modum culpae: ad c. 1 C. Th. de Iurisdict. (II, 1).

*Qui militat*, his crimen temporibus ad comitem vel ad vicecomitem pertinet: ad c. 2 C. Th. de Iurisd. (II, 1).

Summa legis: perdat absque tamen ipso spetie (?) Initium litis ideo dicitur, quia omnes res in privatis mallis, si tamen personis congruit, debent inchoari, non tamen finiri, nam de maioribus ad civiles iudices terminatio pertinet: ad c. 6 C. Th. de Iurisdict. (II, 1).

*Appellandum.* Si prius iudicium non fuit rectum inde potest recurrere ad maiores iudices: ad c. 6 C. Th. de Iurisdict. (II, 1).

*Non auditum.* Vel si convicerit suum iudicem, quod noluisset eum audire propter superbiam, intervenit ante alios iudices et quod iudicaverint, emendet: ad c. 6 C. Th. de Iurisdict. (II, 1).

*Femina respondeat*, ut maritus sit praesens, ipsa tamen respondeat: ad c. 7 C. Th. de Iurisd. (II, 1).

*Qui Romani esse noscuntur.* Qui Romana consuetudine vivunt vel in Romanis civitatibus vivunt: ad c. 10 C. Th. de Iurisd. (II, 1).

Hoc iubetur, ut nullus de iudicibus, in quorum praesentia debent testamenta fieri, permittat in aliqua scriptura nomen illius recipi hominis, qui non possit adpraesens esse: ad c. 2 C. Th. de Denuntiat. (II, 4).

Cum quis ex caucione ob debitum convenitur denuntiari sibi non exigere debet: ad c. 3 C. Th. de Denuntiat. (II, 4).

Fieri solet per negligentiam iudicis, ut per quos lis inchoata fuerit per multa tempora non posset finiri; sed non computentur ad annos, quibus lex iustum possessorem defendit: ad c. 4 C. Th. de Denuntiat. (II, 4).

De his negotiis, quae hic commemorantur, nulla dilatio a iudice concedatur, quamvis proferatur scriptura a principe facta. Beneficio momenti dicit lex de illis causis, quae infra annum debent terminari, ut est pecunia commodata vel praestita. Conclusio huius sententiae talis est, ut de omnibus querelis liceat iudici definire, nisi tamen de illis, quae plus valent, quam centum solidi: ad c. 6 C. Th. de Denuntiat. (II, 4).

Quicunque de heredibus sine aliis accusabantur et qui excusabat se, dicens: non possum tibi respondere sine meis consortibus et cavebant, ne simul invenirentur: ad c. 1 C. Th. de Domin. rei (II, 5).

Debet fieri, ut hereditas longe post mortem auctoris in manu heredis veniat; ergo iubetur, ut illa tempora non computentur ad annos, quibus causa secundum legem defenditur, sed hoc solum spatium ad annos possessoris iungendum est, ex quo heres coeperit possidere: ad c. 4 C. Th. de Tempor. curs. (II, 6).

*Quatuor menses.* Duos videlicet propter fervorem aestatis et duos ad fructus colligendos. Hoc antiquitus fiebant, nunc vero non ad integrum custodiuntur, sed per interposita spatia, sicut in hac sententia dicitur: ad c. 2 C. Th. de Feriis (II, 8).

Antiquitus enim, quando aliqua conventio ex consensu fiebat, deum ibi testem invocabant. — Nam proprie ad heredes pertinet, quod ergo de ipsa hereditate ad illum pertinebat qui pactum immutare voluit, totum tribuatur aliis heredibus: ad c. 1 C. Th. de Pactis (II, 9).

Sicut illi, qui manu tenent, possunt ordinare de eadem re procuratores ad tuendum vel dominum ad possidendum, ita illi, qui repetunt, possunt procuratores ad querendum vel dominos, qui rem, si vindicata fuerit, possideant: ad c. 1 C. Th. de Cognitor. (II, 12).

Plerumque enim ita res committitur, ut peracta ad dominum redeat, aliquando autem ut procurator sibi eam retineat. Quando ergo non ut dominus sicut procurator instituitur, tunc lis ad mandatorem redeat: ad c. 7 C. Th. de Cognitor. (II, 12).

Ad vv. *Illi vero qui causas:* illi, qui libellos ex parte principum deferunt: ad c. 1 C. Th. de His Qui pot. nom. (II, 14).

In provincia Romanae urbis usque ad tricesimum expletum annum, in Italia vero usque ad vicesimum nonum, in ceteris autem provinciis usque ad vicesimum octavum datur minoribus reclamandi licentia; unde etiam in fine huius sententiae dicitur, quod ille, qui accusaverit, spatium illius habeat, uti eius successor, sive minor sive maior sit, habebatur: ad c. 2 C. Th. de Integr. restit. (II, 16).

Frater uterinus, si exheredatus fuerit, non licet ei frangere testamentum, quo germani fratres instituti sunt, quamvis quarta pars dimissa non fuerit; germanus tamen potest, si infamatus fuerit .i. de p̓vatis contagione diversae nativitatis. Quando enim filius emancipetur, solet illi sua portione et hereditate a patre ac deinceps; sed et filii eius conventi sine aliqua successione recluduntur, quia si aliquid horum fuerit, hoc est si exsul vel servus vel emancipatus est, non potest agere contra testamentum: ad c. 1 C. Th. de Inoff. testam. (II, 19).

Duarum causarum oppositione excluditur mater hereditate et etiam a quarta filii; nam quarta pars semper matri debetur; id est, si filium inique laesit, vel filius, qui morte fratres germanos aut ex fratre germano nepotes habuerit: ad c. 2 C. Th. de Inoff. testam. (II, 19).

Hoc est, si suus dominus aliquid debet, pro quo debito et ingenuitatem et hereditatem ei dimittit. Sicut filiis datur, s. voce invita frangere donationibus servo factā (donationem servo factam?), ita et fratribus, si frater eorum sine filiis mortuus fuerit et hereditatem servo dimiserit, licentia datur reclamandi: ad c. 3 C. Th. de Inoff. testam. (II, 19).

Si tam parva fuerit hereditas, ut non possit propter exiguitatem rei quarta pars abstrahi et ideo praecipiat defunctus, ut in argento vel in aliqua pecunia tantum filiis restituatur, quantum quarta pars valeat: ad c. 4 C.Th. de Inoff. testam. (II, 19).

Intra quinquennium, quod inofficiosis actionibus constitutum est, liberis quoque parentum iudicia inofficiosa causantibus eadem temporis curricula praestituta sunt: ad c. 5 C. Th. de Inoff. testam. (II, 19).

Testamentum in extraneis donationē vel voluntatē in filiis vel testamentū possessio donatione aliqua substancia cuiuslibet pecuniae: ad c. 6 C.Th. de Inoff. test. (II, 19).

Antiquitus quando aliqua carae rei pecunia mutuabatur, cautionem, id est chirographum inter se debitor et creditor faciebant, ut ne quis alio potuissent aliquid imponere: ad c. 1 C. Th. Si cert. pet. de chir. (II, 27). Cf. Isid. Or. V, 24, 22.

Quando cautionem vult creditor propter longinquitatem temporis infrangere, cum videlicet non negat, quod cautionem non firmasset, sed tamen dicit, quod res eiusdem cautionis ad eum non pervenerit: ad c. 1 C. Th. Si certum petat. de chir. (II, 27).

*Senatores:* s. qui in annis maioribus sunt: ad c. 4 C. Th. de Usuris (II, 33).

*Quicunque* etc. s. ex ministris publicis illa servitia, quae ad curiam debent: ad c. 6 C. Th. de Contrah. emt. (III, 1).

*Servitio suo*, id est, si septem annis iuxta legem mosaicam servierit: ad c. 1 C. Th. de Patribus (III, 3).

*Aedes* dicitur domus, inde *edilitia* actio dirivative dicitur venditio de domesticis mancipiis: ad c. 1 C. Th. de Aedilit. act. (III, 4).

*Conferre voluerit.* Notandum autem, quia non quibuslibet extraneis personis, sed solummodo filiis haec donatio fieri potest: ad c. 2 C. Th. de Secund. nupt. (III, 8).

*Fortasse refuderit:* hoc est, si maritus hoc, quod a muliere perceperat, eidem mulieri redonaverit: ad c. 3 C. Th. de Dotibus (III, 13).

Notandum vero quod maritus pro adulterio dimittit uxorem, si adultera fuerit, ipsa tamen non potest maritum adulterinum dimittere. — Antiquitus solebant homines vestitos sepelire, quod quidem de paganis more remanserat et quia nobiliores cum pretiosis vestibus sepelierunt, ideo frangebantur sepulcra: ad c. 1 C. Th. de Repud. (III, 16).

Tutor tunc est debitor minoribus, si eorum res negligenter administravit: ad c. 1 C. Th. de Administrat. et per. tut. (III, 19).

Infiteutica res dicitur, quae per regale praeceptum de fisco transit in alodium: ad c. 3 C. Th. de Administrat. et per. tut. (III, 19).

*Praeiudicio servitii:* s. illius quod in maiore aetate aut in domo aut extra domum emtori servivit. *Intra tempora legibus constituta:* id est infra XXX annos, quibus secundum legem omnis querela excluditur, notandum vero est, quod in triginta annis a die, quo in servitium patronorum venerunt, computantur. — *Vel emptoris:* ille de quo superius dictum est videlicet qui in minori aetate liber factus est et maiori actum patroni gessit. — *Ingenuus dum serviret:* eodem tempore quo libertus patrono vel ingenuus emtori serviebat. — *Libertus patrono ingenuus:* id est si ille qui a nutritore venumdatus est: ad c. 2 C. Th. de Liberali c. (IV, 8).

*Sed hoc illis:* s. non solum eis, qui ex origine patris vel matris coloni vel servi debent esse, proficiat: ad c. 3 C. Th. de Liberali causa (IV, 8).

*Centesima* vocatur hoc quod pro usura redditur. Iī eius sextarius qui super duos quos suscepit debitor solvitur si ergo p' placitum reddendi duobus mensibus hanc centesimam debitor retinuerit in duplum eam debet reformare: ad c. 1 C. Th. de Usuris (IV, 17).

*Si mater ius liberorum.* Ius generale nomen est et constat legibus et moribus. *Ius* autem dictum quia iustum est, omne autem quod in usu hominum recte est

ius est. Mater ergo ingenua si tres filios habet aut habuit, videlicet qui legitimo tempore, id est septimo aut ex decimo mense nati sunt, ius liberorum consecuti essent (consecuta est?), si vero libertina civis Romana fuerit, similiter sufficit tres liberos edidisse, quod si Latina fuerit, non sufficit in tres, sicut de ingenua, sed in quatuor sufficit, id est, illam dignitatem illudque suffragium consecuta est, quod lex praestat illi mulieri, quae tres vel amplius incolumes filios peperit. Quod vero ita sit, in nona et octava quarti libri Pauli sententia demonstratur: ad c. 1 C. Th. de Legit. hered. (V, 1). Prima vv. sumta sunt ex Isidor. Orig. V, 3, 1. De reliquis vid. Paul. Sentent. lib. IV. tit. VIII. l. c.

Scriptura diversa et fidem si ab invicem derogate ab altera parte prolatae nullus firmitate habere poterint: ad c. 1 C. Th. de Fid. test. (XI, 14).

Annorum perscriptionem: approbationẽ per scripturam ubi datarum quo fuit erit vel XXX annorum cursus contineatur: ad Nov. Val. tit. IX. de Colonis vagis.

*Legatarius*, cui res dari iubetur, fideicommissarius est qui per fideicommissum res debet ordinare: ad Gai. tit. de Fideicomm. (II, 7).

### Ex cod. Reg. Par. 4403 fol. I. init.*)

.................. edidi ut causa .p.d... adversus te vindicare non potero tam causa qua... litis a te expensis per hoc editionis vinculum ....... criberet teme....ens locũ in . m n b cũ vincũ In primo grado patri matri. II grado nepoti nepti, fratri sorori III grado proavo pronepoti pronepti patruo amitae avunculo materterae patris IIII grado abavo abaviae, abnepoti abnepti patruo mat....re magnae patrui filii et filiae amite filii fil....... culi filio et filia materterae filio et filiae fratris nepoti et nep..... roris nepoti et nepti cognati. Sanguine agnati ve..... matrimo EXCERPTA EX LIBRO SCAURI Ex duobus fratribus germanis nati fratrueles Ex fratre et sorore sobrini ex duabus sororibus consobrini quo rustici amitinus vocant ex consobrinis sobrini vocatur. Ex fratribus patruelibus sobrini ex sobrinis sobrino nati patris mei pater avus meus est Frater patris mei mibi patruus est ille me quo nomine appellet non abet. Ma.... tris mei patruus mihi patruus est magnus aviae meae maternae patruus mihi patruus est patris mei soror eodem patre nata amitae mihi est matris meae frater de eodem patre avunculus meus est matris meae soror eodem patre mihi matertera est aviae meae soror de eodem patre mihi matertera magna Uxoris pater socer appellatur uxoris avus socer m........eri paĩ Viri maĩ socrus filiae ... genner id ẽ uxor norus patris uxor qui mihi mat.... est noverca matris vir qui mihi pater non est vitricus uxoris filius cuius non sit privignus de una matre diversis patribus uterinis duorum uxoris inter se genetrices duarum sororum viri sine nomine sunt fratris ex glos appellatur. Sororis vir sine nomine est

Uxoris frater sine nomine est. Patrui patris frater maternae filius I. Filius meus illi sum pater e. ŝ filii mei filius ei sum avus nepos meus filii mei nep. nepotis mei illi sum ptavus ms̃ filii mei nepos nepotis mei nepos pronepotis mei filius V atnepos meus ... filii mei atnep pronepotis mei na mei filius ego illi sum atavus VI trinepos meus filiae meae et nepotis mei abnep nepotis mei filius ego illi sum tritavus. Cf. Pauli Sentent. lib. IV. tit. XI. de Gradibus. Isidor. Orig. lib. IX. cap. 5—7.

## GLOSSARIUM INTERPRETATIONIS.

*Absentant* Paul. I, 7, 2.
*Actio tutelae* — administratio tutelae Paul. II, 30, 1.
*Addictus* — damnatus Paul. V, 4, 9; V, 10, 2; V, 37, 2.
*Affiliatus* — adoptivus C. Th. V, 1, 2; Gai. I, 4, 1.
*Affinitas* — cognatio Paul. IV, 10, 8.
*Appellare alicui* — ab aliquo Paul. V, 34, 1; V, 35, 1; V, 38, 1.
*Argumento* — intentione Paul. I, 9, 6.
*Assertor* — causidicus, defensor C. Th. II, 10, 2.
*Auctor* — testator, defunctus C. Th. I, 2, 2, 7; II, 24, 1.
*Auctoritates* — principum leges C. Th. I, 4, 1.
*Calcare* — abolere, abrogare C. Th. IV, 4, 7. Sed vid. Nov. Theod. VIII. de Navib. princip.
*Caraxatae* Paul. II, 32, 26.
*Contingere* — contrectare Gai. IX, 1; XVII s. XVIII, 3; Paul. II, 32, 1.
*Conversatio domus* — instructa domus Paul. III, 8 s. 9, 40.
*Delegatus* — rogatus, iussus Paul. IV, 1, 4.
*Digna persona* — honesta C. Th. I, 5, 1.
*Dissimulare* — nolle, detrectare Paul. IV, 4, 3.
*Dissimulatio* — detrectatio, mora Paul. V, 35, 1.
*Districtio* — severitas C. Th. I, 10 (11), 3; II, 1, 6.
*Dominus* — rex, princeps C. Th. I, 3, 1; II, 9, 1; XII, 1, 4. *Dominicae aures* C. Th. I, 6 (7), 1. *Dominica praeceptio* C. Th. XI, 3, 1. *Dominicae domus* C. Th. II, 1, 11; X, 1, 1. *Actor dominicus* C. Th. X, 3, 1. *Dominus rerum* — rex C. Th. XI, 3, 1; XII, 1, 4.
*Eversor* — prodigus Gai. I, 8, 1.
*Exiliari* Paul. V, 4, 15 apud Aegid.
*Fidedicere aliquem* — fideiubere pro aliquo Paul. I, 9, 5.
*Firmitas personarum* — legitimatio ad causam C. Th. II, 12, 3.
*Indigna persona* — agrestis, humilis C. Th. I, 5, 1.
*Ingenuum* — liberum Gai. XVII s. XVI, 5.
*Ingratitudo* — taedium, odium Paul. V, 13, 1.
*Intentio* — controversia, contentio Paul. III, 6 s. 7, 12; V, 12, 2.
*Interpretari*, significatione *passiva* Nov. Val. tit. VIII. et X. Paul. V, 36, 1.
*Iterum* — secundo loco Gai. II, 1 pr.
*Iugiter* C. Th. I, 6 (7), 2.
*Iuridica verba* — solennia verba C. Th. III, 13, 4.
*Mediocres iudices* — defensores aut assertores pacis C. Th. II, 1, 8.
*Melior* persona — non vilis C. Th. IX, 22, 1.
*Minare* — pellere Paul. I, 17, 1.
*Mittere incendium* — inferre, immittere Paul. V, 3, 6.
*Nam* — sed, verum Gai. I, 2, 1, 2, 3, 4. Paul. II, 20, 5; V, 2, 2.
*Nativitas heredis* — natum esse heredem Paul. II, 25, 5.
*Obligatae personae* — subiectae personae, quae in potestate alicuius sunt Paul. V, 2, 2.
*Obligatum* — mancipatum Paul. II, 13, 3.
*Omnimodis* Paul. IV, 1, 4; V, 12, 5.
*Ordinator patrimoniorum principis* — actor rei privatae principis C. Th. II, 1, 1. Domorum dominicarum C. Th. X, 1, 1.
*Ordo* — modus Gai. I, 2, 2; II, 5, 2 (s. XIII. s. XII, 2); II, 9, 4 et 10 (s. XVII. s. XVI, 4 et 10). Paul. II, 20, 5; III, 3, 1; IV, 4, 3; IV 12, 3.
*Parentes* — cognati Paul. V, 12 4.
*Peiorare* Paul. II, 19, 1.
*Potestas* — qui potestatem habet C. Th. II, 13, 1; II, 9, 1.
*Praesidium* — res mobiles et instrumenta et similes facultates Nov. 2 Theod. de Bonis Decur. tit. XI.
*Praesumere legatum* — acquirere Paul. III, 7 s. 8, 6; III, 8 s. 9, 9.
*Primi patriae* — decem viri e numero senatus amplissimi C. Th. III, 17, 3.
*Privatus* — civis, non miles, paganus C. Th. II, 1, 2.
*Proficiat* — crescat, erigatur, partem capiat C. Th. II, 1, 7.
*Quamlibet* — quamquam Gai. I, 1, 7; I, 4, 8; I, 6, 3; II, 3, 1.
*Ratio* — res familiaris Gai. I, 8, 1.
*Reddere* — dare, praestare Paul. V, 8, 2 et 4.
*Reformare* — restituere, praestare Paul. I, 4, 3; I, 7, 2, 4; I, 10, 1; IV, 3, 1; V, 6, 1; V, 8, 4.
*Res* — modus, ratio Gai. I, 2, 3.
*Restitutio debiti* — solutio Paul. I, 20, 1.
*Revertetur* (actio) — datur Paul. I, 15, 2.
*Satisdator* — fideiussor Paul. I, 11, 2.
*Solatium* — auxilium, opera Paul. V, 7, 12.
*Superexigere* C. Th. XI, 6, 1.
*Tenere* — convenire, iudicio persequi Gai. II, 9, 2 (s. XVII. s. XVI, 2).
*Vindictae tradere* — noxae dedere Paul. II, 32, 11.

*) Quum spatium esset, seqq. addidi, etsi pessime scripta et partim situ extincta sint.

# INDEX LOCORUM BREVIARII, QUI IN POSTERIORIS AETATIS LIBROS TRANSLATI SUNT.


Abbo Floriacensis, Abbr. can. c. 1 C. Th. IX, 33, 1 cum interpr.
Alcuini ep. 118 C. Th. IX, 2, 3, interpr. C. Th. IX, 33, 1, interpr. Paul. V, 28.
Alger. II, 47 C. Th. IX, 1, 6, interpr.
Angilr. c. 3 C. Th. IX, 3, 2.
— c. 7 C. Th. IX, 1, 11.
— c. 8 Nov. Mart. tit. I.
— c. 15 C. Th. IX, 1, 3, interpr.
— c. 18 C. Th. IV, 15, 1, interpr.
— c. 19 C. Th. IX, 1, 5, interpr. et c. 7.
— c. 26 C. Th. II, 18, 1.
— c. 33 C. Th. IX, 1, 7. Nov. Mart. tit. I. interpr.
— c. 34 et 35 Nov. Val. tit. XII. interpr.
— c. 36 C. Th. XI, 8, 1 et 2, 3 interpr.
— c. 38 C. Th. IX, 1, 9.
— c. 39 Paul. III, 5, 8.
— c. 40 C. Th. IV, 15, 1.
— c. 44 Paul. V, 37, 1, interpr.
— c. 50 C. Th. IX, 24, 1. (Aeg.)
— c. 52 C. Th. IX, 1, 5 et 6, interpr., c. 7.
— c. 57 C. Th. IX, 30, 1, interpr.
— c. 59 C. Th. X, 5, 1 (Scint.).
— c. 68 C. Th. IX, 1, 7.
Anselm. II, 11 C. Th. XI, 8, 1 et 2, 3, interpr.
— III, 74 C. Th. IX, 1, 7 et interpr.
— III, 82 C. Th. IX, 30, 1, interpr.
— III, 87 C. Th. IX, 1, 3, interpr. IX, 1, 5.
— III. i. f. inter cap. Hadriani c. 24. C. Th. II, 18, 1; IX, 24, 1 (Aeg.).
— Add. lib. III, 36. Paul. V, 18, 11, interpr.
— V, 20 Nov. Val. tit. VIII.
— X, 27 et 28 Paul. II, 20, 4 et interpr.
— XI, 81 C. Th. IX, 1, 6, interpr.
Ben. Lev. I, 307 C. Th. II, 4, 7 (Aeg.).
— I, 308 C. Th. IX, 30, 1 et 2 interpr.
— I, 311 Paul. V, 5, 5.
— I, 312 Paul. IV, 11, 5.
— I, 313 Paul. I, 12, 7 (Aeg.).
— I, 314 C. Th. XI, 14, 2 (Aeg.).
— I, 368 C. Th. XI, 14, 3 (Aeg.).
— I, 400 C. Th. II, 18, 1.
— II, 107 C. Th. IX, 2, 3.
— II, 144 C. Th. V, 7, 2, interpr.
— II, 227 C. Th. V, 11, 1.
— II, 367 C. Th. XVI, 5, 3.
— II, 384 C. Th. VII, 1, 1.
— II, 386 C. Th. IX, 7, 1.
— II, 396 C. Th. VI, 1, 2, interpr.
— II, 398 C. Th. IX, 30, 1 et 2 interpr.
— II, 410 C. Th. III, 12, 3 et 4 interpr.
— III, 152 C. Th. II, 2, 1 (Aeg.).
— III, 157 C. Th. II, 10, 1 et 2 (Aeg.).
— III, 160 C. Th. II, 26, 1 (Aeg.).
— III, 163 Paul. I, 6, 1.
— III, 164 C. Th. IX, 7, 2, interpr.
— III, 170 C. Th. IX, 30, 1 et 2 interpr.
— III, 174 C. Th. IX, 34, 1 (Aeg.).
— III, 177 C. Th. X, 5, 1 et 5 (Aeg.).
— III, 181 C. Th. XI, 11, 1 (Aeg.).
— III, 185 C. Th. XVI, 1, 1 (Aeg.).
— III, 188 C. Th. XVI, 1, 6 (Aeg.).
— III, 192 Nov. Val. tit. V. (Aeg.)
— III, 196 Paul. I, 12, 1—5 (Aeg.).
— III, 200 Paul. V, 4, 16—18, 20 (Aeg.).
— III, 204 Paul. V, 5, 3, 5, 8, 9 (Aeg.).
Ben. Lev. III, 208 C. Th. IX, 3, 1 et 2.
— III, 220 C. Th. II, 1, 4 et 6 interpr. II, 6, 2, int.
— III, 222 Paul. V, 23, 1 (Aeg.).
— III, 226 C. Th. IV, 20, 4, interpr.
— III, 229 C. Th. V, 5, 1, interpr.
— III, 232 C. Th. IX, 7, 1, interpr.
— III, 235 C. Th. IX, 7, 3, interpr.
— III, 238 C. Th. XI, 14, 4, interpr.
— III, 240 Nov. Val. tit. XII. int. Nov. Mart. tit. I. int.
— III, 246 Paul. V, 4, 12.
— III, 249 Paul. V, 27, 3, interpr.
— III, 251 C. Th. XI, 8, 1 et 2, 3 interpr.
— III, 253 C. Th. IX, 1, 6, interpr.
— III, 283 C. Th. XI, 14, 2, interpr.
— III, 284 C. Th. XVI, 1, 2.
— III, 286 C. Th. XVI, 4, 1, interpr.
— III, 287 C. Th. XVI, 5, 2.
— III, 288 Paul. I, 7, 2.
— III, 289 Paul. I, 7, 4.
— III, 291 Paul. I, 6, 1.
— III, 297 Paul. II, 2, 1, interpr.
— III, 298 Paul. II, 4, 4, interpr.
— III, 299 Paul. II, 5, 1, interpr.
— III, 303 Paul. II, 5, 3, interpr.
— III, 304 Paul. II, 10, 1, interpr.
— III, 308 C. Th. IV, 15, 1, interpr.
— III, 309 C. Th. IX, 1, 5.
— III, 312 Paul. II, 12, 1.
— III, 313 Paul. II, 13, 1, interpr.
— III, 318 Paul. II, 15, 3, interpr.
— III, 319 Paul. II, 18, 8.
— III, 322 C. Th. IX, 3, 2.
— III, 323 Nov. Mart. tit. I., interpr.
— III, 324 C. Th. IX, 1, 7 et interpr.
— III, 325 C. Th. II, 26, 1, interpr.
— III, 326 Paul. III, 7, 10.
— III, 327 C. Th. II, 19, 7.
— III, 328 C. Th. II, 24, 2.
— III, 329 C. Th. VIII, 6, 3, interpr.
— III, 330 C. Th. VIII, 6, 1, interpr.
— III, 332 Nov. Val. tit. XII. interpr.
— III, 333 C. Th. XI, 8, 1 (Scintill.) et 2 interpr.
— III, 334 Paul. II, 18, 12, interpr.
— III, 335 Paul. II, 19, 1.
— III, 336 Paul. II, 21, 1, interpr.
— III, 340 Paul. II, 32, 14.
— III, 341 Paul. IV, 8, 1.
— III, 342 Paul. V, 1, 4.
— III, 343 Paul. V, 3, 3.
— III, 344 Paul. V, 3, 4.
— III, 345 Paul. V, 3, 6, interpr.
— III, 346 Paul. III, 5, 8.
— III, 347 C. Th. IV, 15, 1, interpr.
— III, 353 Paul. V, 4, 9, interpr.
— III, 354 Paul. V, 5, 9.
— III, 355 Paul. V, 7, 6, interpr.
— III, 357 Paul. V, 18, 11, interpr.? V, 37, 1, int.
— III, 360 C. Th. X, 5, 1 (Scint.).
— III, 361 C. Th. IX, 24, 1 (Aeg.).
— III, 362 Paul. V, 12, 4, interpr.
— III, 363 Paul. V, 18, 5.
— III, 364 C. Th. IX, 1, 3, interpr.
— III, 365 C. Th. IX, 1, 5 et 6 intpr. Paul. V, 4, 16.
— III, 370 Paul. V, 23, 3.
— III, 371 Paul. V, 24, 1.
— III, 436 C. Th. IX, 1, 11.
— III, 440 C. Th. IX, 3, 2.
Ben. Lev. III, 453 C. Th. IX, 1, 7.
— Add. III, 14 Paul. II, 19, 1.
— — III, 25 Nov. Mart. tit. I. interpr.
— — III, 101 Paul. II, 32, 18.
— — III, 102 Paul. V, 5, 9.
— — III, 104 C. Th. III, 12, 3 et 4 interpr.
— — III, 105 C. Th. XI, 8, 1 et 2, 3 interpr.
— — III, 114 Paul. I, 1, 1.
— — IV, 7 C. Th. II, 1, 4, interpr.
— — IV, 14 Paul. V, 37, 1, interpr.
— — IV, 17 Paul. I, 1, 1, interpr. V, 5, 9.
— — IV, 17 et 18 Nov. Mart. tit. I. interpr.
— — IV, 23 C. Th. IV, 15, 1, interpr.
— — IV, 26 C. Th. IX, 1, 11.
— — IV, 74 Paul. IV, 10, 3.
— — IV, 160 C. Th. IX, 4, 5.
Bernard. Pap. c. 7 tit. de Praescr. Nov. Val. tit. VIII.
Burchard. I, 147 C. Th. IX, 1, 5.
— I, 148 C. Th. XI, 8, 1 et 2, 3 interpr. et Scint.
— I, 164 C. Th. IX, 1, 7 et interpr.
— I, 171 C. Th. IX, 1, 6, interpr.
— I, 177 Paul. V, 5, 9.
— II, 39 C. Th. IV, 15, 1.
— II, 65 Nov. Val. tit. VIII.
— II, 200 C. Th. IV, 15, 1.
— III, 149 Nov. Val. tit. VIII.
— III, 199 Paul. V, 4, 16.
— III, 201 C. Th. V, 7, 2, interpr.
— IV, 90 (88) C. Th. XVI, 4, 1, interpr.
— VII, 28 Paul. IV, 10 tot. sed sine interpr. §. 4 et transposita interpr. §. 8.
Burchard. IX, 28 Paul. II, 20, 4, interpr.
— IX, 30 Paul. II, 20, 4.
— X, 28 C. Th. IX, 13, 1, interpr.
— X, 30 C. Th. IX, 13, 2, interpr.
— X, 31 C. Th. IX, 13, 3, interpr.
— XV, 9 Paul. III, 5, 8.
— XVI, 3 C. Th. IX, 1, 6, interpr.
— XVI, 9 Paul. I, 6, 1.
— XVI, 37 C. Th. IX, 4, 2, interpr.
Capit. Dagob. XIII, 2, a. 630 C. Th. XVI, 1, 6.
— ann. 744 c. 1 C. Th. V, 7, 2.
— a. 744 c. 13 Paul. V, 4, 16—18, 20. (Aeg.)
— a. 744 c. 17 Paul. II, 18, 12, interpr.
— a. 744 c. 19 Paul. IV, 8, 1.
— a. 789 C. Th. IV, 4, 1.
— a. 789 c. 63 C. Th. IX, 13, 2.
— a. 803 c. 10 C. Th. V, 11, 1.
— a. 814 c. 6 C. Th. XVI, 5, 2.
— Wormat. a. 829. App. c. 3 C. Th. V, 10, 1. (Aeg.)
Capit. I, 62 C. Th. IX, 13, 2.
— III, 36 C. Th. V, 11, 1.
Fragm. Capit. c. 16 C. Th. XI, 9, 1.
Const. Childeberti a. 595 c. 3 Paul. I, 2, 3 et 4.
— Chlotar. a. 560 pr. et c. 13 C. Th. IV, 13, 1.
— — a. 560 c. 7 C. Th. III, 10, 1.
— — a. 560 c. 13 Paul. V, 2, 4, interpr.
Cod. Iust. III, 12, 2 C. Th. II, 8, 2, interpr.
Coll. Can. Anon. saec. XI. C. Th. III, 12, 3 et 4 int.
— C. Th. IX, 1, 8, interpr.
— C. Th. IX, 1, 11, interpr.
— C. Th. IX, 3, 1.
— C. Th. IX, 24, 1, 2 interpr. IX, 26, 1, interpr.
— C. Th. IX, 27, 1 et 3 interpr.
— C. Th. IX, 30, 3, interpr.
— Paul. I, 1, 4, interpr.
— Paul. I, 7, 10 et I, 8, 1 et 2.

Coll. Can. Anon. saec. XI. Paul. I, 15, 3; I, 20, 1 interpr.
— Paul. V, 4, 17 et 18; V, 5, 2.
— Paul. V, 5, 6.
— Paul. V, 12, 4 interpr.
— Paul. V, 34, 1; V, 36, 1.
— Paul. V, 35, 1 interpr.
— Paul. V, 35, 2 interpr.
— Paul. V, 37, 2 interpr.; V, 38, 1, interpr. §. 2; V, 39, 1 interpr.
Concil. Arvernens. a. 535 c. 6 C. Th. IX, 4, 5.
— c. 20 C. Th. IV, 13, 1?
Concil. Aur. I. ann. 511 c. 1 C. Th. IX, 34.
— c. 25 C. Th. IV, 13, 1.
— a. 533 c. 19 C. Th. IX, 4, 5.
— III. a. 538 c. 13 C. Th. IX, 4, 5; XVI, 4.
— IV. a. 541 c. 30, 31 C. Th. XVI, 4.
— V. a. 549 c. 20 C. Th. IX, 2, 3.
Concil. Duziaz. p. 179 C. Th. IX, 1, 7 et interpr.
— p. 250 C. Th. IX, 1, 7.
— p. 270 C. Th. X, 5, 1 (Scint.).
— p. 279 C. Th. X, 5, 1 (Scint.).
Concil. Eliber. c. 52 Paul. V, 4, 16—18, 20 (Aeg.).
Concil. Hispal. II. c. 1 C. Th. V, 5, 2.
— II. c. 3 C. Th. V, 10, 1.
Concil. Matiscon. I, 16 C. Th. XVI, 4.
Concil. Meldense c. 73 C. Th. XVI, 4, 1 interpr. et Nov. Th. tit. III.
Concil. Mogunt. a. 888 c. 14 C. Th. IV, 15, 1 intp.
Concil. Nannet. c. 8 C. Th. II, 12, 5 interpr.
Concil. Paris. a. 829 C. Th. IV, 15, 1.
Concil. Toletan. IX, 18 Nov. Mart. tit. IV.
Concil. Trosl. c. 7 C. Th. VII, 1, 1, IX, 7, 1.
— c. 8 C. Th. III, 12, 3 et 4 interpr.
Concil. Turon. a. 567 II, 20 C. Th. IX, 20, 1 et 2 interpr.
— II, 21 C. Th. III, 12, 3 interpr. et 4 interpr.
Decr. Childeberti a. 595 c. 3 Paul. V, 2, 3 et 4.
Cap. V. X. de Praescr. Nov. Valent. tit. VIII.
Decr. Grat. Dist. X. c. 4 Paul. III, 5, 8.
— LXXXVII. c. 9 C. Th. V, 7, 2 interpr.
Decr. Grat. cau. 2, qu. 1, c. 2 C. Th. IX, 30, 1 int.
— cau. 2, qu. 3, c. 3 C. Th. IX, 1, 6 interpr.
— cau. 2, qu. 3, c. 5 C. Th. IX, 1, 3 interpr.
— cau. 2, qu. 3, c. 8 C. Th. IX, 27, 1 interpr.
— cau. 2, qu. 6, c. 1 C. Th. XI, 8, 2, 3.
— cau. 2, qu. 6, c. 2 C. Th. XI, 8, 1 (Scint.).
— cau. 2, qu. 6, c. 20 C. Th. XI, 8, 3.
— cau. 2, qu. 6, c. 24 Paul. V, 36, 1 intp. et §. 2.
— cau. 2, qu. 6, c. 25 Paul. V, 37, 2 interpr.
— cau. 2, qu. 6, c. 26 Paul. V, 38, 1 intp. et §. 2.
— cau. 2, qu. 6, c. 27 Paul. V, 39, 1 interpr.
— cau. 2, qu. 6, c. 40 Paul. V, 37, 1 interpr.
— cau. 2, qu. 7, c. 53C. Th. IX, 3, 2.
— cau. 2, qu. 8, c. 1, 3, 4 C. Th. IX, 1, 6 interpr.
— cau. 2, qu. 8, c. 3 C. Th. IX, 1, 11.
— cau. 2, qu. 8, c. 4 C. Th. IX, 1, 5.
— cau. 2, qu. 8, c. 5 Paul. V, 5, 9.
— cau. 3, qu. 6, c. 1 C. Th. IX, 1, 5 et 6 interpr.
— cau. 3, qu. 6, c. 4 C. Th. IX, 1, 5.
— cau. 3, qu. 6, c. 16 et 17 Nov. Mart. tit. I.
— cau. 3, qu. 6, c. 18 C. Th. IX, 1, 5.
— cau. 3, qu. 8, c. 1 C. Th. IV, 15, 1.
— cau. 3, qu. 9, c. 7 C. Th. IX, 1, 5 interpr.
— cau. 3, qu. 9, c. 18 Paul. V, 5, 9.
— cau. 3, qu. 11, c. 1 C. Th. IX, 1, 7 et interpr.
— cau. 3, qu. 11, c. 3 C. Th. IX, 1, 7 interpr.
— cau. 5, qu. 3, c. 2 Paul. V, 18, 11 interpr.
— cau. 5, qu. 6, c. 5 C. Th. X, 5, 1 (Scint.).
— cau. 13, qu. 2, c. 1 Nov. Val. tit. VIII.
— cau. 24, qu. 3, c. 6 Paul. V, 5, 6.
— cau. 30, qu. 5, c. 11 C. Th. II, 18, 1.
— cau. 32, qu. 7, c. 25 et 26 Paul. II, 20, 4 et int.
— cau. 35, qu. 5, c. 6 Paul. IV, 10, tot., sed sine interpr. §. 4 et transposita interpr. §. 8.
— cau. 35, qu. 6, c. 1 C. Th. IX, 4, 2 interpr.
Grat. Decr. dist. I. de Poenitentia c. 22 C. Th. IX, 1, 3 interpr.
Decr. Gregor. V, 16, 4 C. Th. IX, 4, 2 interpr.
Doc. Franc. a. 804 C. Th. VIII, 5, 1 interpr.
Doc. Franc. a. 838 C. Th. I, 2, 1 et 4 interpr.; C. Th. II, 15, 1 (Scint.); C. Th. IV, 16, 2 interpr.; Nov. Val. tit. XII. interpr.; Paul. I, 7, 2 (Aeg.); Paul. I, 8, 1 et 2; Paul. V, 5, 6; Paul. V, 27, 8.
Doc. Franc. a. 949 C. Th. III, 1, 1 interpr.
— a. 968 C. Th. IV, 16, 2 interpr.
— a. 984 C. Th. IV, 16, 2.
— saec. XI. s. XII. C. Th. VIII, 5, 1.
Form. Baluz. 16 C. Th. IX, 1, 9 interpr.
— 28 Paul. IV, 6, 1.
Form. Gold. 31 C. Th. II, 9, 1.
Form. Lindenbr. 59 C. Th. V, 1, 2 interpr.
Form. Marculph. II, 7 Paul. II, 24, 5 interpr.
— II, 10 C. Th. II, 24, 1; V, 1, 4; Nov. Th. tit. IX.
— II, 15 C. Th. III, 5, 2 interpr.
— II, 16 C. Th. IX, 19, 1.
— II, 17 Paul. IV, 6, 1.
— II, 19, 20 Paul. II, 17, 3.
— II, 37, 38 C. Th. IV, 4, 4.
— II, 37 C. Th. VIII, 5, 1.
— II, 38 C. Th. VIII, 5, 1.
— Append. c. 53—55 C. Th. IV, 4, 4.
— 56 C. Th. IV, 7, 1.
Form. Sirm. 2 C. Th. VIII, 5, 1.
— 3 C. Th. VIII, 5, 1.
— 11 C. Th. V, 8, 1 interpr.
— 12 C. Th. IV, 7, 1.
— 14 C. Th. III, 5, 2 interpr.
— 16 C. Th. IX, 19, 1; Paul. II, 20, 2 interpr.
— 17 C. Th. III, 5, 1 et 2 interpr.; VIII, 5, 1; Paul. II, 24, 5 interpr.
— 19 C. Th. III, 16, 1 interpr.
— 20 C. Th. II, 12, 4 interpr.
— 21 et 22 C. Th. II, 24, 1.
— 23 C. Th. V, 1, 2 interpr.; Gai. I, 5, 1.
— 24 C. Th. III, 18, 1.
— 25 C. Th. II, 9, 1.
— 29 C. Th. IX, 1, 8 interpr.; Paul. V, 39, 1 intpr.
— 30 C. Th. IX, 11, 1 interpr.
— 32 C. Th. IX, 19, 1.
— 40 C. Th. IV, 13, 1.
Form. Nov. Coll. n. 16 C. Th. IX, 1, 3 et 4 interpr.
Gloss. Brachyl. III, 8 Paul. II, 14, 1 interpr.
Grat. Decr. ad c. 49, cau. 27, qu. 2 C. Th. IX, 19.
Greg. M. ep. IX, 7 Nov. Th. tit. III.
Gregorii Turon. vit. patr. c. 6, §. 5 Paul. IV, 6, 2.
Hadriani cap. 54 C. Th. IX, 1, 3 interpr.
Herardi c. 80 C. Th. IX, 1, 6 interpr.
— c. 84 Paul. V, 37, 1 interpr.
— c. 104 C. Th. IX, 1, 11.
Hincmari Opp. I, 640 Paul. V, 27, 1; C. Th. IV, 4, 1.
— I, 718 et 719 C. Th. XVI, 1, 6 interpr.
— II, p. 228 C. Th. IX, 19, 1.
— II, p. 232 C. Greg. XIII, 1.
— II, p. 239 C. Th. III, 10, 1.
— II, 325 C. Th. XVI, 1, 2.
— II, 449, 450 Paul. V, 5, 6.
— II, 500 C. Th. IV, 16, 1 et IV, 16, 2 interpr.; Paul. V, 5, 5 et 6 interpr.
— II, 545 Nov. Val. tit. XII. interpr.
— II, 546 C. Th. IX, 1, 9 interpr.
— II, 710 C. Th. XVI, 1, 4.
— II, 784 C. Th. XI, 14, 2 interpr.; IX, 1, 9 intpr.
— II, 785 C. Th. IX, 1, 5 et 6 interpr.
— II, 786 C. Th. XVI, 1, 6 interpr.
— II, 801 C. Th. IX, 1, 5.
Isaac IV, 8 C. Th. III, 12, 3 et 4 interpr.
— VI, 5 C. Th. VII, 1, 1.
— VII, 3 C. Th. VI, 1, 2 interpr.
— XI, 16 C. Th. V, 7, 2 interpr.
— XI, 24 Nov. Val. tit. V. (Aeg.)
— XI, 26 C. Th. XI, 14, 2 interpr.
— XI, 27 C. Th. XVI, 4, 1 interpr.
Isidorus V, 25 Paul. V, 6, 1 interpr.
Ps.—Isidorus.
Anacleti ep. 1 C. Th. II, 1, 4.
— c. 3 C. Th. IX, 1, 5.
— ep. 2 C. Th. XVI, 2, 1.
Caii ep. un. C. Th. XVI, 1, 2.
Calixti I. ep. 1 C. Th. IX, 1, 9 interpr.
— ep. 2 c. 5 C. Th. IX, 1, 9 interpr.
Damasi ep. 4 C. Th. IX, 1, 11 interpr.
— ep. 4 c. 9 C. Th. IX, 1, 5 interpr.
— ep. 7 C. Th. IX, 1, 9 interpr.
— Rescriptum ad Stephanum C. Th. IX, 29, 3 intpr.
Dionysii ep. 2 C. Th. IX, 1, 7, 9 interpr.; Paul. I, 1, 2 interpr.
Eleutherii ep. 1 C. Th. II, 18, 1; X, 5, 1 et 2 interpr.; Nov. Mart. tit. I. interpr.
Eleutherii ep. 3 C. Th. IX, 1, 5; IX, 3, 2.
Eutychiani ep. 2 C. Th. IX, 1, 11; XVI, 2, 1; Paul. I, 1, 1 interpr.
Fabiani ep. 2 C. Th. II, 2, 1 (Aeg.); XVI, 1, 5.
— ep. 3 C. Th. IX, 1, 9 interpr.; Nov. Val. tit. XII. interpr.
— ep. 3 c. 2 C. Th. IX, 1, 5 et interpr. c. 6. C. Th. XI, 8, 1, 2, 3 interpr.
— ep. 3 c. 4 C. Th. IX, 1, 3 interpr.
Felicis I. ep. 1 C. Th. IX, 30, 1 interpr.; XVI, 1, 2; XVI, 2, 1; Nov. Mart. tit. I. interpr.
— ep. 2 C. Th. IX, 1, 5.
— ep. 2 C. Th. X, 5, 1 et 2 interpr.
— ep. 1 c. 5 Paul. I, 1, 1 interpr.
— ep. 2 Paul. V, 5, 3, 5, 8, 9 (Aeg.).
Hygini ep. 1 c. 3 C. Th. IX, 1, 9 interpr.
— c. 4 C. Th. IX, 1, 5.
Iulii ep. 2 C. Th. II, 18, 1.
— ep. 2 C. Th. IX, 1, 5; X, 5, 1 et 2 interpr., Nov. Mart. tit. I. interpr.
— c. 18 C. Th. IX, 1, 7 interpr.
— c. 19, 26, 31 C. Th. IX, 30, 1 interpr.
Lucii I. ep. 1 c. 1 C. Th. IX, 1, 9 interpr.
Marcelli ep. 1 C. Th. XI, 8, 1, 2, 3 interpr.
— ep. 2 C. Th. IX, 7, 2.
Melchiadis ep. 1 C. Th. IX, 3, 2.
Pelagii II. ep. 8 C. Th. IX, 1, 5.
Pii ep. 2 C. Th. XVI, 1, 3.
Silverii ep. 2 C. Th. IX, 3, 2.
Stephani ep. 1 C. Th. IX, 29, 3 interpr.; XI, 14, 2 interpr.; Paul. I, 1, 1 interpr.
— ep. 2 C. Th. IX, 1, 5, 7, 9 et interpr.; IX, 3, 2; XVI, 1, 5.
— ep. 3 C. Th. IX, 3, 2.
Zephyrini ep. 1 C. Th. IX, 30, 1 interpr.
Ivo, Decr. I, 284 C. Th. XVI, 4, 1 interpr.
— III, 254 C. Th. V, 7, 2 interpr.
— IV, 156 C. Th. IX, 24, 1 (Aeg.).
— IV, 157 Paul. V, 4, 16—18, 20 (Aeg.).
— V, 38 Paul. III, 6, 8.
— V, 245 C. Th. IV, 15, 1.
— V, 248 Nov. Mart. tit. I. interpr.; Paul. V, 5, 9.
— V, 260 C. Th. IX, 1, 5.
— V, 261 C. Th. XI, 8, 1 et 2, 3 interpr. et Scint.
— V, 274 C. Th. IX, 1, 7 et interpr.
— V, 281 Paul. V, 35, 1 interpr.
— V, 282 Paul. V, 36, 1 interpr. et §. 2.
— V, 283 Paul. V, 37, 2 interpr.
— V, 284 Paul. V, 38, 1 interpr. et §. 2.
— V, 285 Paul. V, 39, 1 interpr.
— V, 286 C. Th. IX, 1, 11 interpr.
— V, 293 Paul. V, 5, 9.
— VI, 140 C. Th. IV, 15, 1 interpr.
— VI, 273 C. Th. IV, 15, 1.
— VI, 316 C. Th. II, 18, 1.
— VI, 317 C. Th. II, 18, 1 interpr.
— VI, 324 C. Th. IX, 1, 3, 6 interpr.
— VI, 328 Paul. V, 5, 9.
— VI, 331 C. Th. IX, 1, 5; Nov. Mart. tit. I. interpr. Paul. V, 5, 9.
— VI, 332 C. Th. IX, 1, 11.
— VI, 348 C. Th. IX, 1, 9 interpr.
— VIII, 166 Paul. II, 20, 4 interpr.]
— VIII, 168 Paul. II, 20, 4.
— IX, 64 Paul. IV, 10, tot., sed sine interpr. §. 4 et transposita interpr. §. 8.
— XI, 24 et 49 Paul. V, 23, 1 (Aeg.).
— XI, 53 C. Th. IX, 13, 1 interpr.
— XI, 55 C. Th. IX, 13, 2 interpr.
— XI, 56 C. Th. IX, 13, 3 interpr.
— XVI, 10 Paul. III, 5, 8.
— XVI, 59 C. Th. IX, 3, 1.
— XVI, 61 C. Th. IX, 3, 2.
— XVI, 100 Paul. V, 1, 4.
— XVI, 194 Paul. I, 1, 4 interpr.
— XVI, 195 Paul. V, 12, 4 interpr.
— XVI, 196—198 Paul. II, 1, 3—5 interpr.
— XVI, 199 Paul. II, 4, 1, 2 et interpr. §. 3, 4; II, 5, 1.
— XVI, 200 Paul. II, 16, 1.
— XVI, 202 C. Herm. tit. II. interpr.
— XVI, 203 C. Th. XI, 14, 6 interpr.
— XVI, 204 C. Th. XI, 14, 2 interpr.
— XVI, 205 Paul. I, 7, 10 et I, 8, 1 et 2.
— XVI, 209 Paul. I, 12, 7 (Aeg.).

Ivo, Decr. XVI, 210 C. Th. XI, 14, 2 (Aeg.).
— XVI, 226 C. Th. XI, 11, 1 (Aeg.).
— XVI, 227 Paul. II, 4, 4 interpr.
— XVI, 228 Paul. II, 5, 1 interpr.
— XVI, 229 Paul. II, 5, 3 interpr.
— XVI, 230 Paul. II, 10, 1 interpr.
— XVI, 231 Paul. II, 13, 1 interpr.
— XVI, 232 Paul. II, 15, 3 interpr.
— XVI, 233 Paul. III, 7, 10.
— XVI, 234 C. Th. II, 19, 7.
— XVI, 235 C. Th. IX, 24, 1 (Aeg.).
— XVI, 243 C. Th. II, 26, 1 interpr.
— XVI, 244 C. Th. III, 1, 1 interpr.
— XVI, 245 C. Th. III, 1, 6 interpr.
— XVI, 246 C. Th. III, 13, 3.
— XVI, 247 C. Th. IX, 1, 8 interpr., 11 interpr.
— XVI, 248 C. Th. IX, 24, 1.
— XVI, 249 C. Th. IX, 26, 1 interpr.
— XVI, 250 C. Th. IX, 26, 2 interpr.
— XVI, 251 C. Th. IX, 27, 1 et 3 interpr.
— XVI, 252 C. Th. IX, 30, 3 interpr.
— XVI, 253 Paul. I, 15, 1 interpr.
— XVI, 254 Paul. I, 15, 3.
— XVI, 255 Paul. I, 20, 1 interpr.
— XVI, 256 Paul. V, 4, 17.
— XVI, 257 Paul. V, 4, 18; V, 5, 2.
— XVI, 258 Paul. V, 5, 6.
— XVI, 259 Paul. V, 34, 1.
— XVI, 260 Paul. V, 35, 2 interpr.
— XVI, 290 C. Th. XI, 14, 3 (Aeg.).
— XVI, 313 C. Th. III, 12, 3 et 4 interpr.
— XVI, 315 C. Th. XI, 11, 1 (Aeg.).
— XVI, 316 Paul. V, 5, 3, 5, 8, 9 (Aeg.).
— XVI, 318 Paul. V, 27, 3 interpr.
— XVI, 319 Paul. I, 6, 1.
— XVI, 320 Paul. II, 2, 1 interpr.
— XVI, 321 Paul. II, 4, 4 interpr.
— XVI, 322 Paul. II, 5, 3 interpr.
— XVI, 323 Paul. II, 10, 1 interpr.
— XVI, 325 Paul. II, 32, 14.
— XVI, 326 Paul. IV, 8, 1.
— XVI, 327 Paul. V, 3, 3.
— XVI, 328 Paul. V, 3, 4.
— XVI, 329 Paul. V, 3, 6 interpr.
— XVI, 330 Paul. V, 4, 9 interpr.
— XVI, 331 Paul. V, 7, 6 interpr.
— XVI, 332 C. Th. IX, 3, 2.
— XVI, 355 C. Th. II, 10, 1 et 2 (Aeg.).
— XVI, 356 C. Th. X, 5, 6 (Aeg.).
— XVI, 359 Paul. II, 18, 12 interpr.
Ivo, ep. 35 C. Th. IX, 1, 7.
— ep. 203 C. Th. I, 1, 3.
— ep. 212 Paul. V, 12, 4 interpr.
Ivo, Pann. IV, f. 95 C. Th. IX, 1, 11 interpr.
— IV, f. 202 Paul. V, 35, 1 interpr.
— IV, f. 111 C. Th. IX, 30, 1 interpr.
— V, fol. 106 C. Th. IX, 1, 8 interpr.; C. Th. IX, 26, 1 interpr.; C. Th. XI, 14, 2 et 6 interpr.; Paul. V, 5, 9.
— V, f. 108 C. Th. IX, 3, 2; C. Th. IX, 26, 2 int.; Paul. V, 5, 6.
— V, f. 109 C. Th. II, 30, 2; Paul. V, 1, 4.
— V, f. 111 Paul. I, 15, 3; I, 20, 1 interpr.; II, 1, 3—5 interpr.; II, 4, 1, 2 et interpr. §. 3, 4; II, 5, 1 interpr.; V, 12, 4 interpr.
— IV, 36 Paul. V, 18, 11 interpr.
— IV, 53 Paul. V, 5, 9.
— IV, 67 C. Th. IX, 1, 7 et interpr.
— IV, 74 C. Th. IX, 1, 3 interpr.
— IV, 128 Paul. V, 36, 1 interpr. et §. 2.
— IV, 129 Paul. V, 37, 2 interpr.
Ivo, Pann. IV, 130 Paul. V, 38, 1 interpr. et §. 2.
— IV, 131 Paul. V, 39, 1 interpr.
— VI, 92 et 93 Paul. II, 20, 4 et interpr.
— VII, 89 Paul. IV, 10, tot., sed sine interpr. §. 4 et transposita interpr. §. 8.
Leg. Alamann. tit. XXXIX. C. Th. III, 10, 1; III, 12, 3.
— Baiuvar. I, 13, §. 2 C. Th. XVI, 1, 6.
— — VI, c. 1 C. Th. III, 10, 1; III, 12, 3.
— — XIV, 3 Paul. V, 3, 2.
— — XIV, c. 5 C. Th. IV, 5, 1.
— Burgorum c. 44, 56, 75, 76, 80, 104, 114, 115, 122, 124, 127, 136 C. Th. XII, 1?
— Burgund. XXIV, 1 C. Th. III, 8, 2 interpr.
— — tit. XXXIV, §. 3 et 4 C. Th. III, 16, 1 interpr. et 2 interpr.
— — tit. 40 C. Th. IV, 10, 1.
— — tit. XLIII, §. 1 C. Th. IV, 4, 1.
— — LXIX, c. 2—5 Nov. Val. tit. VIII.
— — Add. I, 19 C. Th. IV, 8, 1.
— Canuti 71 C. Th. III, 8, 1.
— Henrici I, 33 C. Th. XI, 9, 1 interpr.
— Ripuar. tit. LVIII, c. 1 C. Th. IV, 7, 1.
— Sal. ant. tit. XIV, art. 12 C. Th. III, 12, 3 et 4 interpr.
— Visig. II, 1, 3 C. Th. I, 1, 2.
— — II, 1, 10 C. Th. II, 8, 2 interpr.
— — II, 2, 9 C. Th. II, 13, 1.
— — II, 3, 2 C. Th. II, 12, 3.
— — II, 3, 8 C. Th. II, 12, 1 et 7.
— — II, 3, 6 C. Th. II, 12, 4 et 5.
— — II, 3, 9 C. Th. II, 13, 1.
— — II, 4, 4 Paul. V, 18, 3.
— — II, 4, 5 et 6 C. Th. XI, 14, 2, 3.
— — II, 4, 7 C. Th. IX, 3, 2.
— — II, 5 Nov. Val. tit. IV, 1.
— — II, 5, 1 Nov. Th. tit. IX.
— — III, 1, 2 C. Th. III, 14.
— — III, 2, 1 C. Th. III, 7 et III, 8.
— — III, 2, 2 C. Th. IX, 6, 1.
— — III, 2, 3 C. Th. IV, 11.
— — III, 3 C. Th. IX, 19.
— — III, 4, 4 Paul. II, 27, 1.
— — III, 4, 13 C. Th. IX, 4, 2.
— — III, 6, 1 C. Th. III, 16, 2.
— — IV, 1 Paul. IV, 10, tot.
— — IV, 2, 11 C. Th. V, 1, 9.
— — IV, 2, 12 C. Th. V, 3?
— — IV, 2, 13 C. Th. VIII, 18, 3 et 5; Nov. Th. VII.; Nov. Val. XII.
— — IV, 3, 3 C. Th. III, 17, 4; Nov. Th. tit. IV.
— — IV, 4 C. Th. V, 7.
— — V, 2, 1 C. Th. III, 1, 9.
— — V, 2, 4 et 5 C. Th. VIII, 8, 2 et 3?
— — V, 2, 6 C. Th. VIII, 5, 1.
— — V, 4, 6 Paul. II, 18, 1.
— — V, 4, 8 Paul. II, 17, 3.
— — V, 4, 9 C. Th. IV, 5, 1.
— — V, 5, 8 C. Th. II, 33, 2.
— — V, 6, 2 Paul. II, 32, 20.
— — V, 7, 2 C. Th. IV, 7, 1.
— — V, 7, 7 Paul. V, 1.
— — V, 7, c. 9—12, 20 C. Th. IV, 10.
— — V, 4, 12 C. Th. III, 3.
— — V, 4, 19 C. Th. III, 1, 2, 8?
— — V, 5, 5 Paul. II, 4.
— — V, 5, 6 C. Th. II, 31.
— — V, 7, 9—12 C. Th. IV, 11; Nov. Val. tit. VI.
— — V, 7, 13 Nov. Val. tit. VI.
— — VI, 1, 7 C. Th. IX, 30, 4.
— — VI, 2, 1 Paul. V, 23, 3.
— — VI, 2, 1 et 3 C. Th. IX, 13.
Leg. Visig. VI, 5, 12 C. Th. IX, 9.
— — VII, 1, 1 C. Th. IX, 1, 8.
— — VII, 1, 5 C. Th. IX, 1, 6, 8, 9, ult.
— — VII, 2, 3—8 C. Th. IV, 8, 1.
— — VII, 2, 10 Paul. V, 29, 1.
— — VII, 2, 18 Paul. V, 3, 2.
— — VII, 3, 3 C. Th. IX, 14.
— — VII, 4, 3 C. Th. IX, 2, 2.
— — VII, 5 C. Th. IX, 15.
— — VII, 5, 2 Paul. V, 27.
— — VII, 5, 4 Paul. V, 27, 6.
— — VII, 5, 6 Paul. V, 27, 10.
— — VII, 6, 1 C. Th. IX, 17, 1.
— — VII, 6, 2 et 5 C. Th. IX, 18, 1.
— — VIII, 1, 2 C. Th. II, 26; IV, 20, 3; IX, 7, 2.
— — VIII, 1, 3 Paul. V, 3, 1.
— — VIII, 1, 12 C. Th. IV, 20, 4.
— — VIII, 1, 13 C. Th. IX, 11, 2.
— — VIII, 4, 12 Paul. I, 15.
— — IX, 1 C. Th. V, 9.
— — IX, 3, 2 C. Th. IX, 34.
— — X, 1, 5 C. Th. IX, 26.
— — X, 2, 3 et 4 Nov. Val. tit. VIII.
— — X, 2, 4 C. Th. IV, 13, 1.
— — XII, 2, 11 C. Th. XVI, 4, 1.
— — XII, 2, 13 C. Th. XVI, 4.
— — XII, 3, 12 C. Th. XVI, 4.
— Wallicae c. ann. 940 C. Th. XI, 14, 2 interpr.
Petri Except. I, 1 Nov. Mart. tit. IV.
Polycarp. V, 1 C. Th. II, 18, 1; Paul. V, 5, 9.
Regino I, 22 C. Th. V, 10, 1 (Aeg.).
— I, 418 C. Th. IV, 7, 1 interpr.
— I, 429 Gai. I, 4, 8.
— II, 57 C. Th. IX, 12, 1 interpr.
— II, 59 C. Th. IX, 9, 1 interpr.
— II, 69 C. Th. V, 7, 1 interpr.
— II, 70 C. Th. V, 7, 2 interpr.
— II, 71 C. Th. V, 8, 1 interpr.
— II, 85 Paul. V, 25, 2.
— II, 86 Paul. V, 25, 4.
— II, 87 et 88 Paul. V, 25, 7.
— II, 89 Paul. V, 24, 3.
— II, 90 Paul. V, 24, 4.
— II, 122 C. Th. II, 25, 1 interpr.
— II, 128 }
— II, 129 } Paul. II, 20, 4 et interpr.
— II, 142 C. Th. IX, 4, 4 interpr.
— II, 143 }
— II, 144 } C. Th. IX, 4, 2 interpr.
— II, 145 C. Th. IX, 4, 3 interpr.
— II, 146 C. Th. IX, 6, 1 interpr.
— II, 147—149 Paul. II, 27, 1—3.
— II, 173 Nov. Maior. tit. II.
— II, 174 C. Th. II, 12, 5 interpr.
— II, 262 C. Th. IX, 4, 5.
— II, 307 C. Th. IV, 15, 1 interpr.
— II, 308 C. Th. II, 18, 2 interpr.
— II, 313 C. Th. II, 18, 1 interpr.
— II, 352 C. Th. IX, 14, 1 interpr.
— II, 360 C. Th. IX, 13, 1 interpr.
— II, 361 C. Th. IX, 13, 2 interpr.
— II, 362 C. Th. IX, 13, 3 interpr.
— App. I, 23 C. Th. IX, 1, 4 interpr.
— — I, 24 C. Th. IX, 1, 8 interpr.
— — I, 25 C. Th. IX, 1, 9 interpr.
— — I, 26 C. Th. IX, 1, 11 interpr.
— III, 74 Paul. V, 5, 9.
Testamentum Bertami episc. Cenom. a. 615 Paul. IV, 6, 2.
— Hadoindi a. 615 Paul. IV, 6, 2.
— Widradi, abb. Flavign. a. 721 Paul. IV, 6, 2.

Add. Ben. Lev. III, 243 — Paul. I, 21, 3. Const. Chlotar. a. 560 — Nov. Val. tit. VIII. Form. Lindenbrog. 107 — C. Th. IX, 1, 8. Form. Sirmond. 47 — C. Th. V, 8, 1 interpr. Isaac. I, 36 — Paul. I, 21, 3. Ivo Pann. V. f. 106 — Paul. V, 5, 3, 5, 8, 9 (Aeg.). Ivo, Decr. V, 261 — C. Th. X, 8, 1 (Scint.). Literis (Aeg.) et (Scint.) s. (Scintill.) significantur loci, qui ex epitome Aeg. et ex epit. cod. Paris. Suppl. Lat. 215, neque vero ex Breviario ipso sumti sunt.

# ENUMERATIO CODICUM.

Codex 1. Cod. Monacensis, olim Wurceburg. D, 2.
— 2. Cod. Phillipsii 1761.
— 3. Cod. S. Germani 1278.
— 4. Cod. Reg. Parisiensis 4404.
— 5. Cod. Reg. Paris. 4405.
— 6. Cod. Vatic. Reginae Sueciae 1128.
— 7. Cod. Gothanus form. mai. 84.
— 8. Cod. Basileensis C. III, 1.
— 9. Cod. Sorbonnensis 335, 336.
— 10. Cod. Lugdunensis 303.
— 11. Cod. Eporediensis sec.
— 12. Cod. Reg. Paris. 4403.
— 13. Cod. Aurelianensis 207.
— 14. Cod. Montispessulanus H. 84.
— 15. Cod. Vaticano-Ottobonianus 2225.
— 16. Cod. Eporediensis I.
— 17. Cod. Reg. Paris. 4406.
— 17ª. Cod. Dom. de Rosanbo.
— 17ᵇ. Cod. Berolinensis mss. lat. fol. 270.
— 18. Cod. Wallersteinensis.
— 19. Cod. Seldeni Bodleianus 3362.
— 20. Cod. Ambrosianus C. 29.
— 21. Cod. Montispessulanus H. 136.
— 22. Cod. Reg. Paris. 4411.
— 23. Cod. Reg. Paris. 4412.
— 24. Cod. Vatic. Reginae Sueciae 1023.
— 25. Cod. Lugd. Bat. 47.
— 26. Cod. Reg. Paris. 4403ª.

Codex 27. Cod. Reg. Par. Suppl. Lat. 65.
— 28. Cod. Ambrosianus C. 276.
— 29. Cod. Reg. Paris. 4408.
— 30. Cod. Reg. Paris. 4410.
— 31. Cod. Reg. Paris. 4413.
— 32. Cod. Reg. Paris. 4414.
— 33. Cod. Reg. Paris. 4415.
— 34. Cod. Car. de Savigny.
— 35. Cod. Reg. Par. Suppl. Lat. 779.
— 36. Cod. Kelleri.
— 37. Cod. Berolin. mss. lat. quart. 150.
— 38. Cod. Reg. Paris. 4409.
— 39. Cod. Vatic. Reginae Sueciae 1048.
— 40. Cod. Bernensis 263.
— 41. Cod. Reg. Paris. 4697.
— 42. Cod. S. Galli 731.
— 43. Cod. Vatic. Reginae Sueciae 857.
— 44. Cod. Taurinensis.
— 45. Cod. Fuldensis.
— 45ª. Cod. Basileensis cit. fol. 33 sq.
— 46. Cod. Reg. Paris. 4409 (altera pars).
— 47. Cod. Reg. Paris. 4416.
— 48. Cod. Reg. Paris. 4417.
— 49. Cod. Reg. Paris. 4418.
— 50. Cod. Reg. Paris. 4626.
— 51. Cod. Reg. Paris. 4633.
— 52. Cod. Reg. Paris. 4696.
— 53. Cod. Lugd. Bat. 114.

Codex 54. Cod. Lugd. Bat. 119.
— 55. Cod. Vatic. Alexandr. 991.
— 56. Cod. S. Pauli in Carinthia.
— 57. Cod. S. Galli 729.
— 58. Cod. Basileensis cit. fol. 29—33ª.
— 59. Cod. Crameri n. 44.
— 60. Cod. Reg. Par. Suppl. Lat. 215.
— 61. Cod. Guelpherbitanus.
— 62. Cod. Reg. Paris. 4419.
— 63. Cod. Reg. Paris. 4403ᵇ.
— 64. Cod. Phillippsii 1735.
— 65. Cod. Utinensis in ed. Canciani.
— 66. Cod. S. Galli 722.
— 67. Cod. B. Mariae Favariensis.
— 68. Cod. Vatic. Alexandr. Reg. Suec. 982.
— 69. Cod. Reg. Paris. 1730.
— 70. Cod. Reg. Paris. 7710.
— 70ª. Cod. Reg. Par. 4482.
— 71. Cod. Phillippsii 1741.
— 72. Cod. S. Germani 366.
— 73. Cod. Weissenaugensis.
— 74. Cod. Claromontanus.
— 75. Cod. Vatic. Reginae Sueciae 846.
— 76. Cod. Vatic. Reginae Sueciae 1050.

R. Siglum annotationum, quas P. Pithoeus ex Ranconeti codice adscripsit exemplo editionis Sichardianae, inter libros impressos Reg. Bibl. Par. F. 5. fol.

# EXPLICATIO SIGLORUM.

Add. II. s. III. s. IV. — Additio II., III., IV. Capitularium ap. Baluzium l. c. T. I. col. 1133 sq.
Aeg. — Summae s. Argumenta Legum — ex Corpore Theodosiano etc. — excusa cur. P. Aegidio. 1517.
Alger. — Algerus de misericordia et iustitia.
Angilr. — Angilramni Capitula.
Ans. — Anselmi Collectio Canonum.
App. — Appendix.
Aur. — Codicis Theodosiani etc. editio cur. Iac. Cuiacio Aurelianae Allobrogum 1586. 4.
Aur. — Aurelianensis codex.
Ben. Lev. — Benedictus Levita ap. Steph. Baluzium T. I. col. 698 sqq.
Berol. — Berolinensis codex.
Bou. — Alm. Bouchardi editio Gaii Institutionum et Pauli Sententiarum. Parisiis 1525. 4.
Br. Al. — Breviarium Alaricianum.
Brachyl. — Brachylogus.
Bu. s. Burch. — Burchardi Wormatiensis — Decretorum libri XX. Coloniae 1548. fol.
c. — Constitutio.
C. Gr. — Codex Gregorianus, ed. Haenel., Bonnae 1837. 4.
C. Herm. — Codex Hermogenianus, ed. Haenel., Bonnae 1837. 4.
C. Iust. — Codex Iustiniani.
C. Th. — Codex Theodosianus, ed. Haenel., Bonnae 1842. 4.
Cap. — Capitularia Regum Francorum ed. Steph. Baluzio, cur. Petro de Chiniac. T. I. et II. Paris. 1780. fol.
Coll. Can. An. s. Anon. — Collectio Canonum Anonymi saec. XI. Cf. Savigny, Geschichte etc. T. II. p. 284 (ed. I.), p. 301 (ed. II.).
Cons. — Consultatio Veteris Cuiusdam Iurisconsulti.
Const. — Constitutio.
Cui. — Cuiacius.
Decr. Gr. — Decretum Gratiani.
Doc. Franc. — Documentum Francicum.
Ed. Athal. — Edictum Athalarici.
Ed. Th. — Edictum Theodorici ed. Rhon. Halae 1816. 4.
Ep. — Epistola.
Epor. — Eporediensis codex.
Greg. M. — Gregorius Magnus.
Gold. — Goldastus.
Go., Goth., Gothof. — Iacobus Gothofredus.
Herard. — Capitula Herardi, archiepiscopi Turonensis ap. Baluzium l. c. T. I. col. 1284 sq.
Hincm. — Hincmari Opera, cura I. Sirmondi. Lutet. Parisiorum 1645. fol.
inscr. — Inscriptio.
interpr. — Interpretatio, Interpres.
Isaac. — Isaaci, Episcopi Lingonensis Canones ap. Baluzium l. c. T. I. col. 1233 sq.
Ivo — Ivonis Carnotensis Opera. Paris. 1647. fol.
Knust — F. H. Knust de Fontibus et Consilio Ps. Isidorianae Collectionis. Gottingae 1832. 4.
L. Alam. — Lex Alamannorum.
L. Baiuv. — Lex Baiuvariorum.
L. Burg. — Lex Burgundionum.
L. R. B. — Lex Romana Burgundionum ed. Barkow. Gryphiswaldiae 1826. 8.
L. Sal. — Lex Salica.
L. Vis. — Lex Visigothorum sive Fuero Iuzgo — por la Academia Real. Madrid 1815. fol.
Lindenbr. — Lindenbrog.
Lugd. — Codicis Theodosiani etc. editio Lugduni 1593. 4. sive Lugdunensis codex.
Nov. Th., Val., Mart. etc. — Novellae Constitutiones Imperatorum Theodosii II., Valentiniani III., Maximi, Martiani, Maioriani, Severi, Anthemii, ed. Haenel., Bonnae 1844. 4.
Pann. — Pannormia.
Polyc. — Polycarpus.
Ps. Isid. — Pseudo-Isidorus.
Reg. Par. — Regius Parisiensis (codex).
Regin. — Reginonis libri duo de Synodalibus Causis et disciplinis Ecclesiasticis c. Wasserschleben. Lipsiae 1840. 8.
S. Germ. — S. Germani codex.
Schult. — Schultingii Iurisprudentia Anteiustinianea.
Sent. — Sententia.
Sich. — Codicis Theodosiani Libri XVI etc. cur. Io. Sichardo. Basileae 1528. fol.
Sirm. — Sirmond.
subscr. — Subscriptio.
Til. — Io. Tilii editio Codicis Theodosiani. Parisiis 1550. 8.
Vat. Reg. Suec. — Vaticanus Reginae Sueciae (codex).

RELIQUA SIGLA NON INDIGENT EXPLICATIONE.

# CORRIGENDA ET ADDENDA.

Pag. VI not. v. 10 a f. leg. *Breviariis* (rationibus).
— XIV v. 8 post v. *adiicerentur* add. *Fortasse iam in m. codicis Pauli, quo usus est interpres, aliquid de Pauli Responsis adnotatum erat, quod interpres recepit.*
— XIV v. 2 a f. post *rem. Neque vero hoc fragmento, quum incerto loco positum sit, sententia mea evertitur.*
— XVIII v. 5 ad 1563 cf. *Rudorff, über die Entstehung der Consultatio* (*Zeitschr. f. gesch. Rechtsw.* T. XIII. p. 51 sqq. et corr. *Ant. Loisello.*
— XVIII v. 22 post *vetera* add. *potissimum* et v. 20 pro *duodeviginti* leg. XVII.
— XIX v. 22 leg. 19, *S. Germ.*
— XXV v. 3 post *Reg. Par.* add. 4109.
— XXVI not. v. 13 a f. add. *sed vid. supr. p. VI not. 6. Scintillae nomen invenitur etiam in cod. Fuldensi.*
— XXVII not. 58 leg. *Praefixae sunt* aut toti libro.
— XLVIII v. 11 post 1528 add. *vel potius* 1525.
— L not. 7 a f. post (I, 12) add. *c. un. C. Gr. Quod cum eo* (*III*, 7).
— 4 v. 6 a f. *adhuc Ranconeti codex;* leg. *adhuc codex, ex quo edita sunt.*
— 4 v. 2 et 1 a f. del. *Ceterum — exaraverim.*
— 42 not. v. 11 et 12 del. *Hanc — sentit.*
— 44 not. v. 8 add. post 31 *Pardessus l. c. p.* 645 sqq.
— 68 not. v. 7 del. *Ed. Th. art.* 121.
— 86 not. v. 9 ad c. 1 tit. X. add. *L. Alamann. c.* 39.
— 90 not. v. 6 del. *Coll. can. Ans. X.* 34.
— 92 v. 19 post *firmitatem* add. in Aur. Lugd. haec vv.: *Est enim refusio, quando res quae iuste possidetur alteri habenda ceditur nulla praecedente solenni donatione. Ergo*
— 100 v. 6 Vesme mavult. *mutilandum.* Cf. Praef. p. IX, not. * post not. 26.
— 106 v. 20 *tmoruorum;* leg. *mortuorum.*
— 122 Epit. Aeg. ad tit. XV. add. in not. *Ex interpr. c.* 1 *et* 2.
— 146 not. v. 13 in f. add. *Pardessus* p. 517 sq.
— 148 not. 2 in f. pro 20 l. 68.
— 172 not. v. 2 post cf. 106 add. *Formul. Lindenbrog.* 107.
— 182 Epit. Aeg. not. v. 1 post a) add. *Ex lege et ex interpr.*
— 194 ad tit. XX. not. *a* add. *Const. Chotarii a.* 560 *c.* 13.
— 284 not. v. 5 post *not. a* add. *Const. Chlotar. a.* 560 *c.* 13.
— 322 not. v. 8 a f. leg. 1, 2, 6, 8, 11.
— 322 not. v. 3 a f. post excogitata esse add. *nisi sumta sunt ex cod.* 8.
— 338 not. v. 14 a f. post *suum.* Praeterea v. *Receptarum* l. c. Consultationis suspectum est, quum omittatur in altera Cuiac. ed. a. 1586. Ibi enim totus locus ita conceptus est: *Qui — pertinere. Idem eodem libro et titulo. Eas res* etc. Ut alias, ita hic quoque dubito, quin Cuiacius fidus fuerit veteris libri editor.
— 348 not. v. 15 a f. leg. *soli codd.* 7, 13, 22 etc.
— 450 not. v. 5 a f. post 9 add. 30.
— 452 not. v. 7 a f. del. 4403 et add. post 2225. Vid. *p. XX, XLIX et p.* 438 *not. v.* 6 *a f.*
— 461 v. 15 *Praefeeti;* leg. *Praefecti.*
— 461 v. 14 a f. *Silanina;* leg. *Silaniana.*
— 464 col. III. v. 13 a. f. add. Nov. Val. tit. VIII.
— 464 col. III. v. 24 pro c. 59 leg. c. 49.

---

TYPIS EX OFFICINA TEUBNERI LIPSIAE.